Dupl.°
10 v.° 6.
8

8
27-145
A
39
120
5-39-58

del Colegio M.r y R.l Univ.d de Gra[illegible]
1.2598

SVMMA CONSTITVTIONVM SVMMORVM PONTIFICVM, ET RERVM IN ECCLESIA Romana geſtarum à Gregorio IX. vſque ad Sixtum V.

1. D. 48

Nunc primùm longo ſtudio conquiſita & concinnata annotationibus ſummariis Chronographicis exercitatiſsimis variarum controuerſiarum reſolutionibus ac commentariis elucubrata & illuſtrata,

PER

PETRVM MATTHÆVM I.V.D.

Opus Eccleſiaſticis omnibus cuiuſcunque ordinis, dignitatis & inſtituti, Theologis, Iuriſperitis, Hiſtoriarum & bonarum literarum ſtudioſis perutile iuxtà ac neceſſarium.

Recenſentur initiò Summi Pontifices, Eccleſiæ perſequutiones, Concilia & Cæſares à Chriſto paſſo vſque in hodiernum diem, pro Apoſtolicæ ſucceſsionis præconio aduerſus falſiſsimas hæreticorum Chronologias.

Cum peritiſſimis ſingulorum Conſtitutionum, locorum communium & rerum memorabilium Indicibus.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 3.º C. 58 N. 6.

LVGDVNI,
SVMPTIBVS PETRI LANDRY.
M. D. LXXXVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

S. D. N. SIXTO V.

PONTIFICI MAXIMO

CHRISTI VICARIO

vniuerſali Epiſcopo.

PETRVS MATTHÆVS I. V. D.

AVREAM illam vnius ex tuis maioribus, Beatiſsime Pater, multis ab hinc ſæculis Sybillæ (vt aiũt) foliis veriorem ſententiam experta eſt Eccleſia, qua ingenuè ſenex optimus immortalem iuriſdictionis Apoſtolicæ dignitatem his verbis profitebatur: Beatus Petrus in accepta Petræ fortitudine perſeuerans ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit, perſeuerat videlicet Petrus & viuit in ſucceſſoribus. *Ter fœlix & auguſta illa ſedes quæ Chriſti verbo firmata nunquam cælitus poteſtate credita caruit, quam nec Pontificum vitia euer-*

tere potuere, vt nec Apoſtolatus ſacri celſitudinẽ vitiauit Proditoris diſcipuli coniuratio. Imò, quod ſummum diuini præſidij inſigne eſt, nunquam artibus peregrinis & innumeris errorum turbinibus concuti potuit arx illa, qua nihil fortius, nihil auguſtius, nihil ſublimius Sol vnquam reſpexit, quæ vt Petri ita & SIXTI V. fidei diuinitus credita eſt, vt eam moderetur optimis legibus ac ſanctionibus, quíque Naboth exemplo vineam ſuam proprio cruore defendat, qui ſe murum pro domo Iſraël opponat. Peſſimè ergo noſtræ ſaluti ac libertati, nobis ac noſtris aris & focis conſultũ fuiſſet, ſi extincto Petro extinctus fuiſſet (vt extorres à veritate Catholica volũt) Apoſtolicæ poteſtatis ſplendor. Siccíne grex Domini per tot vberrima paſcua ſine paſtore deſertus manſiſſet? Sic ſepulta & neglecta fuiſſent ſacra omnia? Sic Petri Proſtaſia tam ingrata in poſteros fuiſſet? Sic conſtituiſſet corpus ſine capite Saluator noſter. O miſeram Chriſti ſponſæ conditionem! A quo miſsi fuiſſent qui diuini verbi prima rudimenta Gallos, Anglos, Germanos, Hiſpanos, & noui orbis populos docerent? Vbi viri pij vertere ſolum coacti, & profugi à ſuis ſedibus, vt Athanaſius quondam, Petrus Alexandriæ, Paulus, & Chryſoſtomus Conſtantinopolis Antiſtites, confugiſſent, ſi ſedis huius peſſundata fuiſſet poteſtas? A quibus accepiſſet Eccleſia Chriſti ſacra illa Oecumenica Concilia, quorum placitis tot iugulata ſunt hæreticarum perſuaſionum mõſtra? Quis tandẽ Ius Pontificium ea authoritate qua

vbique

vbique gẽtium veneratur poſthumis temporibus edixiſſet, ſi ſimul cum Diuo Petro mortua fuiſſet clauium amplitudo? Habuit itaque vertex ille Apoſtolici collegij dũ emigraret ſucceſſorem viſibilis illius Monarchiæ, nec illa ſibi ſuccedentium Epiſcoporum ſeries vnquam interrupta eſt, nec interrumpetur donec vltimus iuſtus accedat ædificio. Conſpicitur eximius ille ordo eorum omnium quæ à Petro paſſo vſque ad SIXTVM V. hodie fœliciſsimè ſedentem Romanam Eccleſiam, & verbo & opere rexerunt. His Domus Chriſti meruit foueri & illuſtrari. Iamq; te, SIXTE ſanctiſsime, ſummum Epiſcopum totius familiæ Chriſti Oeconomum & ſeruum præpoſitũ (vt loquitur Cyprianus) veneratur, tua ſacra amplectitur, tuis ſanctis ſanctionibus antiquũ in religione decorem reuocatum iri expectat. Quod paſtor in grege, villicus in villa, quod Paterfamilias in domo, Pædagogus in Gymnaſio, id ſummus Pontifex, cui ouile Chriſti, ager vniuerſalis, Oeconomia Catholica, & fidei Collegium cõmiſſum eſt, in Eccleſia præſtare debet, vt nimirũ & bene paſcat, & lolium & ſteriles errorũ ſtolones euellat, limina ædiũ cuſtodiat, doctrinã ſanam interpretetur, & animam ſuam ponat pro ouibus ſuis. Nec laboribus nec vigiliis parcendum vt reuocetur Iuris Eccleſiaſtici diſciplina, quæ paſsim in contemptum abiit. Parua ſunt adiacentia illa quæ Imperatoriam maieſtatem comitantur, faſces, lictores, proceres, pompa, purpura, niſi ſacer legum apparatus præcedat. Parum

quoque ſplendeſcunt Pontificiæ Celſitudinis honores, tituli, poteſtates & nomina vbi deeſt regiminis optima ratio, & legum authoritas tanti faſtigij perpetua conſeruatrix. Legum condendarum poteſtatem ſemper habuit Apoſtolica ſedes, idq; maximi imperij eſſe Iuriſperiti docent. Hoc iure Apoſtoli ſuas ſanctiones ediderunt, ſic exorſus eſt Petrus cum Paulo iuris Pontificij authoritatẽ, ſic eius ſucceſſores præclaris reſcriptis teſtati ſunt curam ſedulam quam animo gerebant in Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſolio. Hinc tot pulchræ ſuſpiciũtur Epiſtolæ, Clementis, Anacleti, Alexandri, Euariſti & cæterorum Epiſcoporum. Hinc vbi de fide diſputari cœptum eſt, conſulta ſunt ſacra Biblia ex ſacrorum Doctorum ſententiis & Conciliorum Oecumenicorum interpretationibus. Hinc conflatum eſt opus illud celebre & quouis ære perennius quod Decretum *dicitur ſacris Epiſtolis, decretis, canonibus & ſanctionibus conſtans. Decreto acceſſerũt* Decretales, *poſtea* Clementinæ, & Extrauagantes *aliquot, ita vt his exploratiſſimum iampridem fuerit totum ferme ius Pontificiũ. Perfectam hiſce tribus voluminibus glaciem nulli poſtmodum tutò ſatis perſequi auſi ſunt, & ſcopuloſioris fortaſſis materiæ difficultate pertæſi, reliquas conſtitutiones Pontificum quo cerui cornua reliquerunt. Quod cùm id maximum iuris Pontificij ſtudioſis incommodum minaretur, operæpretium eſſe duxi varias cõſtitutiones faſciculatim vndiq; collectas, poſt Gregorium IX. editas in vnum componere*

nere

nere quæ prioribus reſponderẽt, eſſentque veluti quædam continuatio Decretalium Epiſtolarum ſummorum Põtificum cum nec minoris ſint ponderis aut efficaciæ à patribus & pari authoritate præditis ſancitæ. Habebit noſtra ætas quod patres tantopere exoptarunt, habebit Sixti *V. auſpiciis quod temporis iniuria obliuionis faucibus ſepultum videbatur. En redeunt in apricum variæ conſtitutiones Principum Eccleſiæ Chriſti ab interitu vindicatæ iuſſu* Sixti *V. Pontificis Maximi: cuius fauor ſi meis cœptis illuxerit, paruum hoc opus & primum maioris deliberationis ſpecimen, in grandius, vegetius, animatius ſimul & inuictius commutabitur. Meditamur enim ex hac Diplomatum congerie, ſeptimum veluti librum Decretalium, qui titulorum varietate, capitum accurata diſtinctione, gloſſarum & annotationum ampliſſima farragine illuſtris omnibus iuris Pontificij candidatis, vtilis ſit æquè ac neceſſarius. Ad hoc me impulit publici commodi ſtudium, id flagrantibus votis à me impetrauit vir præclarus Petrus Landry Bibliopola Lugdunenſis in augendis propagandíſque hominum Doctiſſimorum lucubrationibus ſtudioſiſſimus. Et quamuis videam ſuperciliosis cenſorum reprehenſionibus me impeditum iri, nec me fugiat quantum eruditionis in perueſtigãdis abſtruſiſſimis Iuris placitis, quãta Catholicæ dogmatices ac tantarum Chronicarum peritia rerúmque omnium accurata cognitio requiratur, vt in iſto campo quis nõ infœliciter currum agitare valeat*

leat

leat, animum tamen non deiicio, dummodo conatus noſtri carbaſa regat qui in puppi totius Eccleſiæ aßidet D. SIXTVS V. Arduum hoc & audax negotium profectò, ſed ad tantæ molis perficiendum opus tua vnius authoritas me multum vrgere poteſt, ad cuius coronidem remis velíſque ſub tuo fauſto ſydere contendimus. Hoc præclarum erit Poſteritatis de te teſtimonium. Huius ædificij architectura immortali tuo nomine fulgidior apparebit, hocque ſummum Eulogium præ ſe feret,

SEPTIMVS DECRETALIVM.

HOC EST,

CONTINVATIO CONSTITVTIONVM SVMMORVM PONTIFICVM POST EXTRAVAGANTES EDITARVM A SIXTO IIII. VSQVE AD SIXTVM V. PONT. OPT. MAX.

Sequere ergo (Beatiſsime Pater) præmonſtratum à maioribus exemplar, imò hac via maiorũ gloriæ præluceat S. T. Commendantur Romani Pontifices ob præclara quæque in religionem Catholicam aut dicta aut facta. Fœlix II. leges quaſdam de accuſatione & defenſione pro clero compoſuit. Leo Tuſcus Epiſtolas quæ hodie extant ad varias Prouincias pro ſtatu Eccleſiæ inſtruendo miſit omnibus obſeruandum quod Romana ſeruat Eccleſia ex Apoſtolica ſanctione conſtituens. Zacharias quatuor

quatuor libros Gregorij Dialogorum in Græcum ſermonem conuertit. Innocentius III. Decretales quamplurimas ſanxit. Honorius III. poſteriorum Pontificum Epiſtolas & decreta collegit, & pauca quæ Gratianus prætermiſerat neceſſaria ex Conciliis & ſanctis patribus adiecit, & Gregorius eius ſucceſſor digeßit omnes. Bonifacius VIII. librum ſextum Decretalium ordinauit. Clemens V. Conſtitutiones Clementinas congeßit, quibus additæ ſunt Extrauagantes. Gregorius XIII. ſummus Iuriſconſultus libros iuris Pontificij emendauit, & locupletauit, at SIXTVS V. incomparabilis Theologus Pontificum Conſtitutiones ex Cancellariæ Apoſtolicæ archiuis, & antiquis vrbis & orbis monumentis erutas, & antea temporis iniuria neglectas, in lucem protulit. Dum hæc itaque expedita rate proſequimur, primum hoc laboris noſtri munus ſuſcipe, eo pietatis candore quo in literatos omnes duceris. Quod ſi SIXTVS IIII. vnus è tuis tui fauſti nominis Platinæ Hiſtoriam ſpe cuiuſdã magni præmij exaratam & à Pontificia laude alienam non ingrato vultu accepit, difficile creditu eſt SIXTVM V. Matthæi gratam mentem & veriſsima Commentaria aduerſus ſophiſticas cauillationes improborum ſcriptorum non mercedis fallaci ſpe qua nihil eſt damnoſius (is enim qui ſorte contentus eſt ſua non ignorat puſillis auiculis multis non opus eſſe plumis) ſed ſolius reipublicæ literariæ commodo contexta, reiecturum atque oſurum. Non infœliciter cedat audacia mea.

Si quid minus cautè ſcriptum eſt culpam pœnámque deprecaturus ad SIXTVM V. immortali gloria, & lõgo ſenio digniſſimũ confugiã. Interea ſupplici voto cœleſtia numina cum toto Orthodoxorum cœtu efflagitarę non deſinam, vt in his deploratiſſimis atque nutantibus Reipublicæ Chriſtianæ rebus longiſſimè & fœliciſſimè te Patrem optimum natis conſeruent, te ſummum Paſtorem cum grege cuſtodiant, & tandem beatitudine immenſa poſt fœliciſſimum tibi, poſteris verò ſuperſtitibus triſtiſſimum è vita diſceſſum donent.

* * *

ILLV

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
SACRI ROM. IMPERII PRINCIPI,

Iacobo Chriſtophoro Blaurer Epiſcopo Baſilienſi, virtutis, pietatis & doctrinæ ſplendore præclariſſimo.

* * *

NIHIL priſcis ſchiſmaticis (Clariſſime Princeps) antiquius fuit, nihil noſtri ſæculi hæreticis vnquam magis ſolenne viſum eſt, quàm petulantiſsimis conuiciis Apoſtolici faſtigij authoritatem laceſſere, quæ olim totũ Oriẽtem ingenti pauore concuſsit, quę Potentiſsimorũ Principũ tyrãnidem compeſcuit, quæ ſacris Sanctionibus totum moderata eſt orbem. Rumpitur inuidia audax illa cohors ſectariorũ quod ſacrum Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Imperium tanta poteſtate ſtipetur in conſtituendis, innouandis, & firmandis legibus. Cõqueritur itaque Photius Patriarcha Cõſtãtinopolitanus in Bibliotheca ſua multos ante annos ꝓpè 800. Cõſtitutiones Apoſtolicas

irridere & calũniari, ſic enim ait, loquẽs de libris Clemẽtis quos ſe dicit legiſſe, αἱ δὲ διαταγαὶ δοκοῦσιν ἐνέχεσθαι κακοπλαστίᾳ ἣν οὐ χαλεπὸν ἀποσκευάσασθαι, id eſt, Conſtitutiones videntur argui de mala fictione, quod non eſt difficile refellere, ſcilicet de mala fictione argui videbantur quia facit Clemens ab Apoſtolis iam mortuis conſtitutiones dictari & ſanciri, ſed hoc facile (inquit) eſt refutare, nec amplius tamen Photius refutauit, tum quia non hoc agebat, tum quia non opus erat, cùm tritum eſſet hoc ſcribendi genus.

Lacinioſa oratione cùm plus æquo iuri & honori Apoſtolicarum Cõſtitutionum nocere tentaſſet hæreſis, minime pepercit ſacris Pontificum Epiſtolis, quas inania veluti quædam commenta Centuriatores damnant: nam Eccleſiaſticam Patrum traditionem execrẽtur, modo vt labefactetur Ius Pontificium de nominibus & titulis diſceptant, modo neſcio qua comminiſcendi libidine incenſi fictitia quædam adſcribunt, cum tamen ad authoritatem libri, Epiſtolæ vel Cõſtitutionis pluris valeat Eccleſię traditio quã titulus certi authoris, libri vel Epiſtolæ. Poſteriores hæretici ſcurriles Patrum pſeudologias imitati liberè dixerunt Iuris Canonici libros rogis publicis deuouẽdos eſſe, & ab hominũ cõſpectu remouendos. Tale fuit Ioannis VVicleffij & Martini Lutheri cõſiliũ. Ille quidẽ, vt patet ex hæreſis dãnatæ articulis, perſuadebat imperitis Decretales Pontificum eſſe apocryphos, & homines ſtultos qui illis cognoſcẽdis dant operam. Hic verùm poſtquam in libro de captiuitate Babylonica capite de Baptiſmo dementiſsimè in Pontificiam iuriſdictionem ſtomachum mouiſſet,

Ex artic. damn. ſub. Mart. 5. inf. fol.

Ioannes Cochlæus in vita Lutheri.

vt factis

vt factis etiam leges Eccleſiaſticas damnaret, totum corpus iuris canonici publicè combuſſit. Nolunt in Eccleſia authoritatẽ relictam condendæ legis fateri: ne ſimul eò adacti ſummum Eccleſiæ & Pontificij faſtigij Imperium venerentur. Qui inflatas variis mendaciis Centurias Magdeburgenſium ab ipſo veſtibulo ſalutarunt, vident illic nefariè Monarchiæ Eccleſiaſticæ ius miſerè dilaniari, dũ ſcribũt Eccleſiã legibus caruiſſe à tẽporibus Apoſtolorum ad Concilia vſque generalia. Quàm ſit autem abſurdũ velle gubernatas fuiſſe à ſanctis Apoſtolis Eccleſias ſine legibus Eccleſiaſticis facilè intuentur qui ciuilem poteſtatem (quæ longè ſpirituali inferior eſt) legum authoritate nunquam caruiſſe intelligunt. Quod ſi rectè & ſapiẽter à Platone dictũ eſt, Nullo loco exiſtimandã eſſe ciuitatem, quæ lege careat, ſanè quidem rectè quoque dictũ ſit nullo loco habendum eſſe regimen Eccleſiaſticum quod legum ſatellitio & amplitudine indigeat. Iure optimo Logodædali iſti claſſicum canerent & de triumpho Romanæ Eccleſiæ gloriarentur ſi ius illud condendæ legis exſtinctũ fuiſſet, exilis enim & infirma ſupereſſet authoritas, ſileret virtutis præmium, efferaciores ad vitia ruerent homines. Quis mederetur afflictis? Quis ſuccurreret variis controuerſiis in religione multorum perfidia repullulaſcẽtibus? Quis opitularetur dubiis doctrinæ Chriſtianæ ſentẽtiis? Quis tandem iudicaret de rebus ad fidem ſpectantibus? Pontifices Maximi Ciuitatis huius & Oeconomiæ vniuerſalis legiſlatores nõ haberentur, quorum placitis & ſanctionibus firmarẽtur ſumma fidei orthodoxæ capita, quorum immenſa & altiſsima authori-

tas valeat diſcernere, vt inquit Sophronius Hieroſolymitanus Apoſtolicus vir ἀπὸ τῶν νόθων τὰ δοκίμα δόγματα, ideſt legitima dogmata ab adulterinis, ſed etiã προσαναπληρουῦ τὰ ἐλλείποντα ſupplere quæ deſunt. In his ſiquidẽ reſplenduit omnibus ſæculis ſola Põtificũ Maieſtas, quod & antiquo ſatis comprobatum eſt exemplo. In Canonibus Apoſtolorum nullius aliquãdo expreſſum

Can.28. inuenitur nomen, vbi hunc tamen in modum Petrus loquitur, *Sacerdos, aut Epiſcopus qui pecunia voluerit obtinere dignitatem priuetur communione Eccleſiæ quemadmodum Simon Magus à me Petro excommunicatus fuit.* Quibus ſanè verbis Canonum illorum Petrum fuiſſe authorem manifeſtè declaratur: quare ad ſummum Pontificem qui & Romanus eſt, ſpectare, vt ſuis legibus ea quæ ad fidem & bonũ Eccleſiæ regimen pertinent, vel declaret, vel etiam cũ res poſtulare videtur ſtatuat manifeſtum eſt, id quod ſtatim à fœlici Petri Martyrio per Clementem ipſius diſcipulum, & in Pontificatu ſucceſſorem reuocatum eſt ad praxim: is nãmque ad eos qui Hieroſoly-

Epiſt.5. mis tum habitabant Chriſtianos, viuente etiamnum Iacobo qui frater domini dictus eſt eius vrbis Epiſcopo ſcribens, tanquam ſumma prędititis authoritate longiſſimè diſsitis, & aliis etiam ditionis Epiſcopalis ſubditis

Epiſt. quæ Ancoratus inſcribitur. mãdat, & præcipit, vt quæ ab Apoſtolica tradita fuerunt ſede diligẽter obſeruẽt. Accedit Epiphanius qui omnes quæ de fide oriuntur dubitationes in Eccleſia Romana dirimendas profitetur. Nec infirmi teſtimonij loco eſſe poſſunt ea quæ elegantiſsimè ſcripſit Baſilius in epiſtola data Sabino Diacono ad Pontificem Romanum, Τῷ ὄντι γὰρ τοῦ ἀνωτάτου μακαρισμοῦ ἄξιον τοῦ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ χαρισθέντος

χαρισθέντος, τὸ μὲν κίβδηλον ἀπὸ τοῦ δοκίμου καὶ καθαροῦ διακρίνειν, τὴν δὲ τῶν πατέρων πίστιν ἄνευ τινὸς ὑποστολῆς κηρύττειν αὐτήν. Reuera enim dignum eſt illa excellẽtiſſima voce, qua te beatum prædicauit, quod pietati tuę donatum à Domino eſt, ſcilicet vt quod adulterinũ eſt à legitimo & puro diſcernas, ac fidem patrũ ſine vlla ſubtractione prædices. Diuus quoque Chryſoſtomus Petrum os vocat & principem Apoſtolorum, & alibi totius orbis creditam Petro curam apertè commonſtrat. Quid? nónne Diuus *Cypr. epiſt. 3. lib.* Cyprianus omnium dicit hæreſeῶν & ſchiſmatum hinc prodire ſcaturiginẽ, quòd vni in Eccleſia Sacerdoti, & vni iudici vice Chriſti non pareatur? Ego verò præſtantiores morborum quibus iuſtè & meritò Deo adhuc inexorarabili affligimur, cauſas in hũc ſacrarum legum & mandatorum Eccleſiæ contemptum reiicio. Contrariis commentariis damnantur hodie Pontificum placita, damnata exploduntur, hæreticorum inuidia, cui nihil à ſede Apoſtolica præſcriptum placet, nihil niſi à libidine Pſeudotheologorum ſuorum profectũ & quæſitum proficiſcatur, probatum eſt. Quid Conſtitutionibus Apoſtolicis ſanctius? quid Decreto? quid Decretalibus Epiſtolis purius, & vtilius ad religionem ac morũ diſciplinam conſeruandam excogitari poteſt? hæc paſſim vt hominum inuenta & deliria labefactantur. Vbi autem tantus lethargus & indomitus ſopor inuaſit artus fermè omnes corporis Reipublicæ Chriſtianæ, minimè tamẽ ceſſandum eſt medicis, vt eorum conſilio & pharmacis tandem reualeſcant. Non deſunt optima eáque ſaluberrima remedia quæ quotidie ex officina Põtificia exeunt, ſed rebellis adeo hominum natura illa

inter

inter plebeias nugas reiicit. Animum deſpondere non oportet. Ne quis rei & facti ignorantiã cauſetur, iterũ ſacras Pontificum Romanorum Conſtitutiones recentiores ſcilicet ſacris illis prioribus Decretis addamus, eaſq; prout rem ab excelſo Dei Vicarij ſolio exortã amplectamur, ſuſcipiamus, & Epiſcoporum Romanorum τὰς ἱερὰς (vt inquit Petrus Diaconus) διατάξεις καὶ τοὺς κανονικοὺς τύπους veneremur & exoſculemur. Noua hæc ſacrarum Sanctionum appẽdix minimè arridebit ſciolis iſtis rerum omnium cenſoribus, difficultatem, præſcriptionẽ, innouationem criminabuntur, dicẽtq; fortaſsis illud quod pulchre apud Turrianum lib. 1. Apologiæ pro Canonib. Apoſtolicis & Decretis ſummorum Pontificum refellitur. Si leges Eccleſiaſticas ſancti Apoſtoli dederunt, cur tam multa ſucceſſoribus ſancienda reliquerunt? cur potius ipſi ſi ſemel leges dare cœperãt hanc partem abſolutam poſteris non dedere? nec hoc quidem rationi cõſentaneum erat, quod idem quoque Plato perſuadere iſtis poterit, ſi quid rationis habere voluerint: ſic enim ille libro 9. cùm non ignoret multa ſe prætermittere, vt ratio ac neceſsitas poſtulabat: Cum iudicia (inquit) in ciuitate rectè, quãtum fieri poteſt, cõſtituta ſũt, ac iudices poſtea futuri bene educati & omni diligentia explorati erunt, multa ibi eiuſmodi iudicibus rectè atque honeſtè cõmittuntur de iis quæ alij aliis debeant, vt quid eos ſoluere aut pati oporteat iudicẽt. Nos verò nõ ſumus reprehẽdẽdi ſi de plurimis eiſq; maximis non eis leges ſancimus, quæ Iudices alioqui parum eruditi poſſint perſpicere, & vt cuique culpæ par pœna irrogetur facere. Et alibi idem maximus legiſlator, ac

Plat. li. 10. de Legib.

Philo

Philoſophus. Nullus hominũ eſt cui ſit facultas à natura data cognoſcendi quæ hominibus ad viuendum in Republica conducunt, & poſtquam cognouerit amplectẽdi & perficiendi ea, ſi quis verò diuina ſorte, ea ingenij facultate natus eſſet, huic nullis legibus ad imperandum animo ſuo eſſet opus, nulla enim lex, aut ordo præſtantior, quàm ſcientia eſt. Parua fuerunt Apoſtolicarum legũ rudimenta prout naſcentis Eccleſiæ prima volebãt auſpicia, vbi verò rerũ neceſsitas, & finium amplitudo poſtulauit, maiora & fuſiora data ſunt. Sic ſimul & ſemel non exilierunt in lucẽ traditiones Eccleſiæ, ſic multa indies oriũtur quæ vel nũquam fuêre, vel iampridem ceciderunt. A Gregorio IX. vſque ad Bonifaciũ VIII. inter cineres Cancellariæ Apoſtolicæ ſepulta iacebãt Põtificum Decreta. Poſteriorũ Pontificũ Sanctiones ignorabat noſtra ætas, niſi piorum hominum ſtudio, paſsim euulgatæ fuiſſent, quarũ nos præſtãtiorẽ & vtiliorẽ partẽ hîc digeſsimus. Et piaculare eſſet eas falſas cõtẽdere, aut ſuperuacaneas cum à Pontificia authoritate emanarint. Lemma operis fronti ex cõſtitutionis nomine appoſuimus, relicto Bullarum & Diplomatũ veteri antiquo & obſoleto, ꝙ tamen multi ad materiæ & ſubiecti rationẽ pertinere propiùs opinabantur. Etſi horum vocabulorũ certa ſit quædã diſtinctio, ſortiuntur diſpares nihilominus effectus ſignificationum, leges, Conſtitutiones, Sanctiones, Canones, Diplomata, & Bullæ, quanuis ab vno eodémq; fonte producãtur. Plato cuius Ethnicam Theoſophiam impenſiùs mirari ſoleo, Leges eas dicit quæ μετὰ ζημίας id eſt cum irrogatione pœnæ latæ ſunt. Vnde νόμιμα ἀπειλητικὰ appellat, id eſt leges minaces.

Plato de educatione & diſcip. in princ. lib. 7.

γ

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Imp. §. 8. de rerũ diuiſ. Pap. l. 41. de pœn.

Canones ſunt velut caput conſtitutionũ, conſtitutiones verò velut reliquum corpus capiti adhærens. Sanctiones eas legum partes vocamus quibus pœnas conſtituit Legiſlator aduerſus eos qui contra leges fecerunt. Diplomata in aulis regum ſunt literæ patentes à principali ſigillo authenticæ, Romæ verò appellantur chartulæ cõplicatæ, & lino traiectæ vt è Græco ſermone colligitur, quas vulgus Bullas vocat, à Bulla appenſa. Erat autẽ Bulla antiquis inſigne puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis ab pectore, vt ſignificaret eam ætatem alterius conſilio regendam. Hinc Papæ Conſtitutio bulla ſiue plumbea, ſiue aurea, aut argentea inſignita Bulla dicitur, quorum nominum ſolennis adeò eſt obſeruatio Palatij Apoſtolici clientibus: vt ante appoſitum plumbum Bulla dici non poſsit. Commodiùs, explicatiùs, & elegantiùs nihilominus inſcriptionis genus illud mihi viſum eſt, quod argumento affinius vniuerſæ rei propoſitæ magis reſponderet. Si enim Bullæ, vtpote ordinationes Papæ, habent vim legis generalis, conſtitutio quoque lex generalis dicatur non temerè. Conſtitutionis nomen ſibi vẽdicat hæc ſumma legum, Canonum, Sanctionum & Bullarum Apoſtolicarum, quam multorum Doctiſsimorum & nobiliſsimorum hominum opera concinnatam, illuſtratam, exornatam tuo nomini per totam Germaniam celeberrimo dicandam non ignauum fore duxi, nec inutile. Eò me impulit præcellens virtus tua, tum doctrinæ theſaurus quem apud te latêre omnes prædicant & plauſibili commendatione pium & beneuolum tuum animum in literatos omnes extollunt. Id etiam iuſsit illius authoritas quæ apud me

Plutar. in Romulo.

gl. in verb. aurea Bulla. in Clem. vnic. in fin. de iureiur. &c. præſẽtium. §. teſtes. de teſt. lib. 6.

Rubr. ff de Conſt. prin.

plu

plurimũ valet, Parentis nimirum optimi cõſilium cuius poteſtati patriæ cum nouæ huius prolis Genethliacon ſignificarem, talem patronum eligendum dixit qui & nominis amplitudine, virtutis fulgore, Doctrinæ non minùs quàm pietatis apparatu præſtaret, vt primum hoc ingenij mei (quod mihi quidẽ minùs etiam quàm mediocre eſt) pignus illuſtriùs in publicum prodiret, liberiùs exciperetur, & audacius τῶν συκοφαντῶν δήγματα effugeret. Neminem verò hac in re præſtãtiorem te vno Principe Illuſtriſsimo excogitabat, in quo pietatem propemodum ex æquo certare cum Doctrina teſtantur optimi quique rerum ſublimium exiſtimatores. Tale fuit Patris de Brunthruſiana republica præclarè meriti conſilium quod apud me non minimi fuit ponderis, adeò vt T. C. primitias veris offerre audeam donec ampliora parturiat æſtas. Miraberis, nec immeritò quod & Pontifici Maximo, tibiq; tantilli valoris munuſculum dedicetur: videor enim ex culice elephantes facere, aut ex lente magna polliceri. Nefas profectò fuiſſet Conſtitutiones Pontificias abſque Pontificis authoritate in lucem emittere, at multò magis piaculare videretur Clementiſſimi Principis iniuſſu meas muſas quidquam conari, aut eius inſigniis deſtitutas variis ſe credere ventis. Cui autem debueram ſacras Conſtitutiones Pontificum dicare, quàm earum ſummo cultori, qui in ſuis ditionibus nunquam paſſus eſt ſacra illa iura contemni, qui tam ſeriò curauit Concilij Tridentini Decreta ab omnibus ſummo & ſolenni ritu cuſtodiri, vt verè in illo eluceat, & magni Principis authoritas, & optimi Paſtoris ſollicitudo? Hinc fit vt etiam ab his

γ 2

quibus auguſtum nomen Eccleſiæ Catholicæ exoſum eſt, præclaras mentis tuæ dotes commendent, teq; vnũ bonorum Prælatorum Archetypum veneretur. Vtinam tuo more omnes dignitatem Pontificiam tuerentur nõ tot ſchiſmatibus torqueretur Domus Dei, ſed cum Eccleſiæ Principis leges ab his potiſſimũ irrideãtur qui eas propenſiore animo venerari deberent, non mirum eſt ſi apud plebem quoque parum efficaces ſint. In exoticis laudibus gloriari volunt, pauci veræ laudis patrocinio fouentur. Monet ſeriò ſancta Tridentina Synodus Epiſcopos Canonum Eccleſiæ, & Apoſtolicæ authoritatis memores nihil prætermittere earum rerum quæ ad ſalutem gregis ſpectare videtur, eiuſdem ſanctæ Synodi Patres ſeuerè iuſſerunt, ne ſe minùs deiiciant, ſeq; Chriſti vicarios meminerint, Apoſtolorumq; ſucceſſores, Eccleſiaſticámque dignitatem citra ſupercilium tueantur, ſed tam eſt violenta cõſuetudo, vt reſiſti facilè non valeat etiam à viris ſatis conſtantibus. Congratulor itaque piis omnibus quibus præes quod tantum nacti ſint patrem apud quem tãti ſit ponderis Eccleſiæ decus, Põtificis Maximi celſitudo, & religionis Catholicæ ſtudiũ, & ad quẽ Docti omnes tãquam ad azylum confugiunt. Congratulor quoque huic meæ ſoboli quod tam fauſto Sydere in lucem ſurrexerit tanti Patroni auſpiciis, hinc enim mea cœpta verè ac ſolidè doctis fulgidiora conſpicientur, hiſque qui ſal & acetum habent in pectore nec ſunt minime obtuſis & craſsis naribus facilè ſubodorabuntur quo genio ducar in R. C. T. Iniqui verò rerum interpretes, ſupercilio planè ſtoico hanc officioli mei ſignificationem ad inanis neſcio cuius gloriolæ aut

aut auidi quæſtus cupiditatem reiicient. Sed omnibus numeris in vtroque falluntur, quamuis ab antiquis & noſtris honorem artes alere dictum ſit. Quis enim niſi infamis & honeſtatis oſor honorem curæ non habebit? Quis itidem gloriam, nomen quippè perpetuum ex rebus fœliciter & cum honore geſtis non expetet? nemo, hercule, niſi qui ſtupidæ admodum mentis & exhauſti cerebri fuerit. Nam fama laudis mater eſt, laus honoris, honor verò pater glorię. Sed cauendum ne vanus ſit gloriæ finis, ne fruſtra vanæ gloriæ ſiti commoti dum gloriam expectamus, velut quoddã honoris præmium, ſpe cadamus, vbi honoris gloriæq; loco nobis & turpitudinis & infamiæ labẽ immortalem parabimus. Quod fecit ille qui Dianæ templum Epheſi combuſſit, quodq; Gymnoſophiſtæ illi Indorum ſapientes quod ille denique qui ſe flammis viuum iniecit, vt inter viuos relatus crederetur, quod alij poſtremò quamplurimi quorum tam macra fuit, tamq; debilis gloriæ honoriſq; deliberatio, vt cum virtute nihil prorſus habuerit commune. Venentur ſibi ingentes alij ob præclara quæque facta aut ſcripta titulos mihi ex hac tenui, & parua opella non Thraſonis in modum gloriabor, ſed ob fidem & diligentiã qua vſus ſum in congerendis tantis Conſtitutionibus animum dulci honoris oeſtro titillari patiar Abſit autem mihi gloriari niſi in Reipublicæ Chriſtianæ gloria & commodo. Non induſtriæ aut eruditioni debetur præconium: ſed vigiliis, laboribus indefeſſis, quæ totis fermè ſeptem menſibus in hoc intempeſtiuo partu formando & ſomnum oculis, & nummos loculis ademerunt. Præter labores nihil meto. Præmium à

laude & encomio quantuluncunque ſit me ad laude digniora & felicius & citius audenda permouet. Maiora interea dum meditamur, hoc quantulumcumque ſit gratæ & officioſæ mentis teſtimonium accipe. Nihil in hoc opere inuenies, niſi quod feſtinanter editum eſt, & inter panicos tumultus, & quamplurima alia ſtudiorum Dædala. Cætera & explicatiùs & accuratiùs à Patre chariſsimo intelliges. Reuerēdiſsimæ atque Illuſtriſsimæ Celſitudini tuæ precor omnia fauſta, & læta. Lugduni, Cal. Mart. 1588.

Illuſtr. D. T.

Addictiſsimus

PETRVS MATTHÆVS.

IN CONSTITVTIONES PONTIFICIAS A PETRO MATTHÆO ſolertiſsimè illuſtratas,

***

CLAVDIVS VERDERIVS.

Non tam Pontificum firmata Diplomata cera
Sunt, ac Matthæi nomine.
Non piſcatoris tam cognitus annulus orbi
Eſt, ac Matthæi nomina.
Non tam Pontifici Petríque ſedilibus auctum
Eſt Sanctionibus decus:
Sanctio nec re aliqua tam commendabilis vlla
Eſt ac Matthæi nomine.
Æacidæ præcone ſuo ſua gloria creuit,
Tanti quis hic ſit intereſt.
Quî ſol obſcuram donaret luce ſororem,
Eſſet niſi ipſe lucidus?

Eiuſdem de eodem.

Ψευδέα μὴ παρέχει μάθαιος ματαίαντε μαθείαν,
Νοῦντε νόμοις ἁγίοις μὴ μάταιον παρέχειν.

IOSEPHI CANTARELLI
BVRDEGALENSIS, I. V. D.

VOTVM

Ad eruditiſſimum Petrum Matthæum I. C. Pyladem chariſsimum.

Dum ſacra Pontificum pandis monimenta, docéſque
Inclyta iura Petri, geſtáque priſca Patrum.
Ocia dum ſtudiis renuis, dum Pallade docta
E calamo miſtim mel tibi ſálque fluant,
Magna petit labor iſte tuus, ſed magna negantur,
Pro Bullis Bullas accipe, magnus eris.

In ſcho

In Scholia nulla temporis iniuria, ferro, igne, aut temporis vetuſtate peritura Petri Matthæi, Eruditiſſimi Iureconſulti:

MEMORIÆ,

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

COnſcende Templi Phidiacos gradus
O Nympha docti numen Apollinis,
Et pectinis neruo marita
Dulce melos labijs canoris.
Extolle celſo culmine quem beat
Doctrina ſecli, qui Themidis ſacros
Nutrit liquores, qui piorum
Pontificum CANONES reſoluit.
Tu fama tollens pondus iners ſoli,
Tu fama ponens ingenium polis,
Quod Bibliorum tot theſauris
Conglomerat copiam ſalutis.
MATTHÆVS inter iuridicos decus,
Lectiſsimorum mente voluminum
Luſtrans lapillos, ex Librorum
Congerie CANONES adauget.
Qui multa legum dogmata continent,
Qui perfidorum brachia comprimunt;

Et

Qui largiuntur veritatis
Compotibus copiam bonorum.
Hîc tempus armis vndique fluctuans
Perdit cohortes cuſpide ſaucias,
Nunc Rex coronatus triumpho
Geſtit ouans, nece nunc recumbit.
Hîc Sol corollas ignibus explicat
Arcana Gentis lumine verberans:
Hic irrepertorum locorum
Materies tenebroſa pandit.
Ergo Dearum gloria, mentium
Cuſtos, ſacellum Concilij Patrum,
Adſcribe MATTHÆI labores
Syderibus calamo perenni.

In nudo corpore virtus.

PETRVS DV BOYS Tholoſ.

Ad San

AD SANCTIONES SEV DECRETA SVMMORVM PONTIFICVM PER Petrum Matthæum I. V. D. variis iiſq; doctiſsimis annotationibus & cõmentariis illuſtrata,

CARMEN.

Hei mihi! quā vereor, ſi limina noſtra relinquant
Hæc DECRETA PATRVM, *valde dolēda ſient.*
Inuidiæ morſus & acerbæ vulnera linguæ
Cogentur (populo te lacerante) pati.
Hæreſeωn rigido latrabunt gutture monſtra,
Quæ nimium noſtro tempore iuris habent.
At quæcunque tamen fors euentura manebit
Te, LIBER, *ipſe tuum ne remorêris iter.*
Eſt ſacer Antiſtes, magnæ qui præſidet vrbi,
Nobile cui Romæ nomen habere datum eſt,
Qui gaudebit opus (quantum vix extitit vllum)
Tam bene compactum non retuliſſe gradum.
Ergo refulgentes doctrina Præſulis huius
Ne dubita vultu ſupplice adire lares.
VADE *bonis auibus. Fidos inuiſe Miniſtros,*
Conſortéſque tuæ Poſteritatis adi.
Ex his inuenies aliquos qui rite reuoluent,
Gaudebúntque ſuos te ſubiiſſe focos.

ð 2

Eiuſdem ad eundem Petrum Matthæum I. V. D.

CONGRATVLATIO.

Accipe quæ noſtras vtcunque ornantia tædas
Concinit Aonidum carmine vota chorus.
Non leuis hæc aliqua velauit imagine fucus,
Vlla nec his falſi forma coloris ineſt.
Sed tua cura PATRVM *nectendi ex ordine* BVLLAS,
Quæ ſacra cœleſtis ſemina mentis habent.
*Gratulor ergo tibi tantum (*MATTHAEE*) laborem,*
Atque tuæ vitæ fata ſecunda precor.
Affluat ambobus largis fortuna quadrigis,
Perſtet & ad votum firma tenáxque tuum.
Gaudia poſt obitus maiora, & grandia ſemper
Præmia ſuccreſcens nomen habere queat.
Te decus eximium digno coniungat Olympo,
Cœlicolûm turbis efficiátque parem.

Eiuſdem ad Detractorem.

ZOILE, *Iuſtitiam rabida dum voce laceſſis,*
Iuſtitiæ fontem polluis ore Deum.
Omnia plena Deo, diuinis omnia plena
Flatibus, & donis omnia plena Dei.
Námque ſub his, olim quæ ſanxit ſancta Vetuſtas,
Aureáque vtilitas, veráque clauſa fides.

VIRESCIT VVLNERE VIRTVS.

Faciebat Steph. Choletus Lugd.

Εἰς τὰς τῶν Ἱεράρχων νομοθεσίας διὰ τὸν

ΠΕΤΡΟΝ ΜΑΤΘΑΙΟΝ

συλλήβδην ἐκδιδομένας.

Εἰς φῶς ἐξ ὄρφνας ἀνστὰσ᾽ Ὀρτυγία Δῆλος
Φοιβοτόκῳ Λητοῖ, ἡ πολύχαλκος ἔφυ.
Ἀλλὰ γὰρ ἐν Δήλῳ γεγονώς, ἐν Κυκλάσι νήσοις
Ταφέντας πλούτους, Δήλιος, εὗρε φανῶν.
Εἰπέ μοι Κυρώσεις ἐξ ὄρφνας ἂν ἐρεβώδους
Ἑλκίσῃς, μὴ οὖν Δήλιος ἄλλος ἔσῃ?

Idem ab eodem Latinè donatum.

In lucem è tenebris ſurgens Latonia Delos,
Latonæ ob partum, nobilis ære fuit.
Natus enim in Delo, Cycladum in vallibus imis,
Delius, abſtruſas luce retexit opes.
Dic mihi, ſi ex fumo cæcáque caligine BVLLAS
Erueris, nunquid Delius alter eris?

I. P. C. R.

ΠΡΟ`Σ ΤΟ`Ν ΠΕ'ΤΡΟΝ ΜΑΤΘΑΙ̃ΟΝ

παιδευτατον, καὶ τῆς ἀμφοτέρας θέμισος ἐπιστημονικόν.

Ἡ βίβλος τῷ ὁδοιπόρῳ λόγου παρεμβάλλει.

Ποῦ τύνη αἰτναῖα ὁδοιπόρε βήματα τείνεις?
    Φάσκε ἐμοὶ βούλει τὸν Κικέρωνα μαθεῖν?
Οὗπερ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή,
    Ἢ Νάζωνα βλέπειν ἔργα γραφέντα σκυθρά.
Ἔλσεαι ἢ τὰ ἔπη εἰθεῖν ζαθέοιο Ὁμήρου
    Ὅσπερ Ὀδυσσῆος κήδεα λυγρὰ φάτο?
Βεργίλιον μέμονας Τροίης ἐπέεσσι κεραίαν
    Ὃς λέγεν, Αἰνείω ἄλγεα ἠμὲν ἔφη?
Ἦρα νύ μοι τὶ πίθοιο βίβλους λειπεήμεναι αὐτὰς
    Μητιόω, καὶ γὰρ μυθολογοῦσι μόνον.
Μυθολογοῦσι μόνον, σωτηρία ἐστὶν ἐν αὐταῖς
    Τῆς φρενὸς οὐδεμία: ψευδέα πολλὰ μένει.
Ἀμφί με νῦν χέυαι ἄμφω τὼ πήχεε λευκώ.
    Γίγνεαι εἰ ἔμφρων, ἔννοος ἠδὲ πέλεις.
Αἴκεν ὅθενπερ ἐγὼν συμβὰν ποπνίασυμαι αἰτεῖς?
    Λουγδούνου μολέω ἐκ πτολέτροιο καλοῦ?
Ματθαῖός με Πέτρος θνητὸς πολυμήτις ἔγραψεν
    Ἀμφοτέρας δεδαὼς ἔντι θέμιστος ὅγε.
Γίγνεται οὗ τροφίμη καὶ μητὴρ Παλλὰς ἀθήνη
    Οὗ ἕκατος πέλεται, Λητοΐδης τε πατήρ.
Βούλει ἐπίστασθαι ἱερῶν διαγράμματα πατρῶν
    Οἷς θεὸς ἀθάνατος κλεῖδας ἔδωκε πόλου?

Τὴν

Τὴν βιότητα θέλεις, σὺν τοῖς συγγράμμασιν? ἠμὲν
    Ἤθεα τὰς πράξεις εὐδοκιμάς τε βλέπειν?
Ἐξειλεῖν με πρέπει τοῖς ἀφθάρτοισι χράασθαι
    Εἴκε λάῃς ἐσθλοῖς, εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον:
Ἀνδρομέων προμονὰς θυμοὺς ψυχάς τε τρεφούσας
    Εὑρήσεις ἔν μοι, ἠδὲ δίδαγμα μόνον.
Καὶ μόνον εὑρήσεις θησαύρους, χ᾽ ἦχος ἔνεσι
    Φοινίᾳ οὐδεμία, μηδὲν ὄμοργμα κακόν.
Θάλψεις πλοῦτον ἐκεῖ ἀνδρῶν χριστός ῥα λυτρωτής
    Τοῖς πάντεσσι βροτοῖς κέκλεται ὅνπερ ἔχειν.
Τῷ ῥα ἐμοὶ ἀκρῶς ἀγαπητὲ ὁδοιπόρε σπεῦσον
    Ὀτραλέως πειρῷ ὄλβον ἐκεῖνον ἔχειν.
Αἴκε θέλῃς αἰεὶ θυμοῦ ἐσθλοῖσι χράασθαι
    Δώματα κ᾽ οὐλύμπου ἀστερόεντα βλέπειν.

Ἀνδρέας Ἀμύοτος.

AD EVNDEM EPIGRAMMA,

In nominis alluſionem.

Immerito non tu Matthæi nomine gaudes,
    Matthæus celebris nomine réque manes.
Graiugenûm vox iſta notat cœleſte quod extat, Matthæus quaſi μάλα θεῷ.
    Pectora cœleſti numine plena geris.
Diuinus diuina canit, diuinus es ergo
    Diuinorum hominum cum ſtratagema canas.

ANDREAS AMYOT.

In commendationem doctiſsimarum lucubrationum Petri Matthæi I. V. D. pro congerie ſanctionum Apoſtolicarum.

ARua alij ſignant & glebas vomere vellunt,
Aedificant alij, pegmata pulchra domus.
Conuertunt alij Cerealea ſemina ſulcis,
Bacchum alij, vites pampineáſque colunt.
Impiger aſt reſerans Matthæus dona laboris
Perpetuum hoc doctæ condidit artis opus.
Extinctos reuocat manes, & merſa ſub vndis
Letheis patrio reddidit acta lari.
Cognita quæ nulli fuerant quæque abdita longe,
Matthæus nota hæc omnibus eſſe facit.
Huc propera, Lector, pueriles abiice libros,
Huc propera & fructus (tu mihi crede) feres.

ANT. MILLIEV.

CATHALO

CATHALOGVS SVMMORVM PONTIFICVM ET CONCILIORVM OECVMENICORVM IVXTA TEMPORVM SERIEM & Cæſarum Imperia.

QVANTVS ſit artifex hoſtis humani generis non ignorant qui varias in Chriſti Eccleſias hæreticorum noſtri temporis inſidias intelligunt, quantáque inuidia in Apoſtolicam ſedem æſtuet, teſtabuntur tot Sectariorum cohortes quæ hoc luctuoſo ſæculo Petri ſedem inexpugnabilem tantis machinis, tanto armorum furore obſederunt. Eò tendunt omnes perduellionũ iſtorum conatus vt nimirum is omnibus ſit honoris exhautoratus qui probè in Pontificem non debacchatur. Vt priſcorum Romanorum ſanctiones ſacrabantur, teſte Cicerone pro Balbo, aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis, aut pœnæ, aut conſecrato capite eius qui contrafaceret, ita capitale eſt hæreticis omnibus egregiè in Pontificiam authoritatem non ſæuire. Hinc ex eorum officinis purulentiſſima commenta exeunt, quibus conantur Imperium illud Eccleſiaſticum in Tyrannidem commutare, & ſpuriam reddere venerandam illam Apoſtolici iuris ſucceſſionem, quam à tot eximiis ſcriptoribus & Chronographis decantatam noſtri ſæculi Catilinarij & Aquilonaris neſcio cuius Euangelij fautores contumelioſè ad fabulas & aniles nugas conuertunt, virulentiſſimis ſcriptis homines, vt potè mendaces, præfracti, petulantes, turbulenti, factioſi, ariete turbidarum cogitationum impulſi fœdiſſima quæq; de Apoſtolico primatu & Catholicæ doctrinæ Antiquitate iniiciunt imperitis aut certè iis qui nolunt vel non poſſunt quæ proponuntur perueſtigare accuratiùs, ſed repentè vt ſunt tradita ea amplectuntur. Orthodoxi verò omnes ad illam ſa-

cram

cram anchoram confugiunt perpetui conſenſus & ſucceſſionis Paſtorum quibus vices Dei creditæ ſunt in terris. Sic Tertullianus in Præſcriptionibus, ſic Irenæus contra Valentinum, Optatus Afer, lib.2.contra Parmenianum, Epiphanius, Theodoretus, Pontificum venerandam caniciem opponunt hæreticæ pueritiæ, hócque pacto probè ſibi tutari videntur & meritò Romanæ Eccleſiæ maieſtatem. Sic & hunc Cathalogum accuratè ex variis Chronographis inſtructum proponimus quo Pontificię ſedis authoritatē in Eccleſia Christi perdu raſſe conſpicuū ſit, vtq; perpendant ſectarij num ſuas origines valeāt ad aliquem Apoſtolorum vel proximum illorum ſucceſſorem referre.

Ord.	Anni Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones Concilia.	Ord.	Anni Chriſti.	Imperatores.
		IESVS CHRISTVS		1	15	*Octauianus Auguſtus ante natum* CHRISTVM *imperauit annis 26. poſt natum* CHRISTVM *adhuc A.15.*
1	44	S.Petrus Apoſtolus & Martyr. S. A. 24. M. 5. D.12.				
2	57	S. Linus Martyr viuente adhuc Petro. S.A.11. M.3.D.12.	*Concilium Hieroſolymitanum, de quo in actis Apoſtolorum. cap.15.A.48.*	2	16	*Claudius Tiberius. I.A.22.M.6.*
3	68	S. Clemens Martyr poſt mortem Petri Apoſtoli primus.S.A.9.M. 4.D.26.		3	38	*Caius Caligula I. A.3.M.10.*
				4	42	*Claudius Cęſar. I. A.13.M.8.*
				5	55	*Domitius Nero. I. A.13.M.8.*
4	77	S. Cletus Martyr S.A.6.M.5.D. 3.	*Perſecutio prima ſub Nerone.A.67.*	6	69	*Sergius Galba.I.M. 7.*

Ord.	Anni Chr.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
5	84	S.Anacletus Martyr.S.A.12. M. 2.D.27.		7	70	*Ottho.I.M.3.*
				8	70	*Vitellius.I.M.8.*
				9	71	*Veſpaſius.I.A.9.M.6*
				10	80	*Titus.I.A.2.M.2.*
				11	82	*Domitianus.I.A.15.*
				12	97	*Nerua.I.A.1. M.4.*
6	97	S.Euariſtus Martyr.S.A.13.M.3	*Perſecutio ſecunda, ſub Domitiano,* A.90.	13	99	*Traianus.I.A.20.M. 6.*
				14	118	*Adrianus.I.A.20.M. 11.*
7	106	S.Alexander Martyr.S.A.7.M.5. D.19.	*Perſecutio tertia, ſub Traiano.*A.103.			
8	117	S.Sixtus.I.Martyr S.A.9.M.10. D.9.				
9	127	S. Teleſphorus Martyr.S.A.11. M.8.D.28.				
10	139	S.Higinus Mart. S.A.11.		15	139	*Antonius Pius I.A. 22.M.7.*
11	150	S.Pius I.Martyr S. A.4.M.5.D.17.	*Perſecutio quarta ſub M.Antonino Vero.* A.168.	16	162	*Antoninus Verus cū fratre L.Aurelio Commodo I.A. 19.*

Ord.	Anni Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
12	145	S. Anicetus Mart. S.A.8.M. 8. D. 24.		17	181	Commodus M. Antonini Veri filius ſolus. I. A.12. M. 8.
13	153	S. Soter Martyr. S A. 7. M. 11. D. 18.				
14	171	S. Eleutherius Martyr S.A.15. D.13.				
15	186	Sanctus victor I. Martyr S.A.12. M.1.D.28.	*Perſecutio quinta, ſub Seuero* A.200.	18	194	*Aelius Pertinax I. M.3.*
				19	194	*Seuerus Iulianus I. Men.2.*
16	198	Sanctus Zepherinus Martyr S. A.20.D.17.		20	194	*Seuerus Pius Pertinax I.A.17.M.8.*
				21	212	*Antoninus Caracalla I.A.6.M.2.*
17	218	S. Calixtus I. Martyr S.A.6.M.1. D.13.		22	218	*Macrinus I. A.1. M.2.*
				23	219	*M. Antonius Heliogabalus. I. A.3. M.9.*
18	224	S. Vrbanus Martyr S.A.7.M.7. D. 5.	*Perſecutio ſexta, ſub Maximino*.A.237.	24	223	*Alexander I. A. 13.*
				25	236	*Maximinus I. A. 2.*
				26	238	*Balbinus & Pupinus I. A.1.*
19	232	S. Pontianus Martyr S.A.5.M. 5. D.2.		27	239	*Gordianus I.A.6.*
				28	245	*Philippus cum filio Philippo I. A. 5.*
				29	250	*Decius cum Decio filio. I.A.2.*
20	236	S. Antherus Martyr S.M.1.D.14.	*Perſecutio ſoptima, ſub Decio*.A.251.			

Ordo.	Anni Chriſti.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ordo.	Anni Chriſti.	Imperatores.
21	237	S. Fabianus Martyr S.A. 14. D. 4.		30	252	*Gallus cum Voluſiano.I.A.1.M.6.*
22	251	S. Cornelius Martyr S.A.2.M.5. D.29.		31	254	*Valerianus cum Licinio Galieno. I. A.15.*
23	253	S. Lucius. I. Martyr S.A.1.M.4. D.14.	*Perſecutio octaua ſub Valeriano & Galieno. A.257.*			
24	255	S. Stephanus I. Martyr S.A. 3. M.3.D.24.				
25	258	S. Sixtus II. Martyr S. A. 1. M. 11.D.13.				
26	260	Dionyſius I. Martyr S. A. 9. M. 4.D.5.	*Antiochenum Concilium, contra Paulum Samoſatenum. A.264.*	32	269	*Claudius I.A.1.M. 10.*
				33	271	*Aurelius Quinctillus.I.D.17.*
27	270	S. Fœlix I. Martyr S.A.4.M.5.		34	271	*Aurelianus I. A. 4. M.11.*
				35	276	*Tacitus, & poſt eum Florianus.I. M.9*
28	274	Sanctus Euthychianus Martyr S.A.9.M. 6. D. 9.		36	277	*Probus I. A.5.M.4.*

Ordo	Anni Chriſti.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ordo.	Anni Chri.	Imperatores.
29	283	S. Caius Martyr A. 12. M. 4. D. 6.		37	282	*Carus cum filiis Carino & Numeriano. I. A. 2.*
30	296	S. Marcellinus Martyr S. A. 7. M. 11. D. 19.		38	284	*Diocletianus cum Maximiano. I. A. 20.*
				39	304	*Conſtantinus & Galenus. I. A. 1. M. 10.*
31	304	S. Marcellus I. Martyr S. A. 4. M. 6. D. 21.	*Perſecutio nona ſub Diocletiani. A.* 303.			
				40	306	*Conſtantinus Magnus. I. A. 30. M. 9.*
32	308	S. Euſebius Martyr S. A. 2. M. 7. D. 27.	*Sinueſſanum in cauſa Marcellino. A.* 303.			
33	310	S. Melchiades Martyr S. A. 3. M. 2.	*Ancyranum. I. A.* 316. *Neocæſarienſe.* A. 316. *Romanum A.* 320. *Elibertinum A.* 322. *Arelatenſe* A. 323. *Gangrenſe* A. 324.			
34	314	S. Sylueſter I. S. A. 21. D. 4.	I. SYNODVS *generalis* NICÆNA *Patrum.* 318. *contra Arrium* A. 325.	41	337	*Conſtantinus II. Conſtans I. & Conſtãtinus fratres ſimul I. A. 3. Poſteà Conſtantius & Conſtans A. 10. & Conſtantinus omninò. A. 25. M. 5.*
35	336	S. Marcus S. M. 8. D. 22.	*Arelatenſe II. A.* 328. *Carthaginenſe I. A.* 330.			
			Romanum A 342.			
			Colonienſe A. 346.	42	362	*Iulianus Apoſtata I. A. 1. M. 8.*
36	336	S. Iulius S. A. 14. M. 5. D. 19.	*Sardicenſe* A. 347.			
			Sirmienſe A. 350.	43	363	*Iouinianus I. M. 7.*
			Perſecutio 10. *Arrianorum* A. 354			Proximè ſequentibus imperatoribus, ob variam lectionẽ numerum non addidimus.
37	351	S. Liberius 4. S. A. 15. M. 14. D. 18.				

Ord.	Anni Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
			Antiochenum A. 361 *Laodicenum* A. 364. *Valentinum A.* 373. *ſecundùm alios* A. 386. *Aquileienſe* A. 381.	44		*Valentinianus cum Valente fratre. I. A. 11. M. 8. & Valẽs ſolus. 11. 3.*
38	263	S. Damaſus S. A. 16. M. 2. D. 10.	II. SYNODVS *generalis* CONSTANTINOPOLIT. *Patrum* 160. *contra Macedonium ſub Damaſo* A. 381.	45		*Theodoſius Magnus ab aliis hic inſeritur, is. 1. M. 16.*
				46		*Gratianus cum Valentiniano II. ſimul 1. A. 7. M. 9. & poſteà Valentinianus adhuc ſolus. 1. A. 8. M. 8.*
39	383	S. Siricius S. A. 15. M. 1. D. 10.	*Romanum contra Apollinarium* A. 382. *Taurinatenſe* A. 395 *Carthaginen. II. A.* 396. *Carthagin. III.* A. 397.			
40	398	S. Anaſtaſius S. A. 4. M. 1. D. 13.	*Carthaginen. IIII.* A. 297.	47		*Arcadius & Honorius ille in Oriente 1. A. 13. M. 3. hic in Occidente 1. A. 28. M. 11.*
41	402	S. Innocentius. S. A. 15. M. 2. D. 10.	*Carthaginenſe V.* A 403. *Toletanum.* A. 400. *vel vt alij.* 403.			
42	417	S. Sozimus S. A. 2. M. 4. D. 7.	*Mileuitanum* A. 402. *alij* 408.	48	402	*Theodoſius I. ſeu iunior I. A. 6. M. 2. cum patre ſolus. A. 42. M. 3.*
43	420	S. Bonifacius I. A. 3. Me. 9. D. 28.	*Telenſe* A. 417. *Carthagin. VI.* A. 418.			
44	423	S. Cœleſtinus I. S. A. 8. Men. 5. D. 3.	*Aphricanum.* A. 422. *Carthagi. VII.* A. 429.			
			III. *Generalis* SYNODVS. EPHESINA 200. *Epiſcoporum contra Neſtorium, ſub Cœleſtino* A. 430. *alij* 436.	49	425	*Valentinianus III. in Occidente I. A. 29. M. 5.*
45	432	S. Sixtus III. S. A. 7. M. 11.				
46	440	S. Leo Magnus S. A. 20. M. 11. D. 2.	*Regienſe* A. 439. *Agathenſe* A. 439. A. *vel vt alij ſub Simmacho potiùs.* *Arauſicanũ* I. A. 441. *Valenſe I & II. circa* A. 442. *Arauſicanũ II.* A. 443. *Carpentoratenſe* A. 444.			

Ordo.	Anni Chriſti.	Summi. Pontifices	Concilia.	Ordo.	Anni Chriſti.	Imperatores
			IIII. *Generalis* SYNODVS CALCEDONENSIS *Epiſcoporū* 630. *contra Eutychen & Dioſcorū, ſub Leone.* A. 451.	50	450	*Martianus in Oriente I. A. 6. M. 6.*
47	461	S. Hilarius S. A. 6. M. 3. D. 9.	*Arelatenſe III.* A. 453.			
48	467	S. Simplicius S. A. 14. Men. 6. D. 14.	*Veneticum.* A. 460. *Turonenſe. I.* A. 461.	51	457	*Leo I. in Oriente I. A. 17.*
49	482	S. Fœlix II. dictus III. S. A. 11. M. 11. D. 13.	*Romanum.* A. 465.	52	475	*Zeno imperauit A. I. cum* Leone, *poſtea exactus eſt, & reſtitutus A. 476. I. A. 15.*
50	494	S. Gelaſius S. A. 2. M. 8. D. 26.	*Epaunenſe.* A. 494.			
51	496	S. Anaſtaſius II. S. A. 1. Men. 11. D. 12.				
52	498	S. Symmachus S. A. 15. M. 7. D. 26.	*Romana Concilia VI. ab anno* 494. *vſq; ad* 512. *Ilerdenſe.* A. 507.	53	491	*Anaſtaſius primus I. A. 27. & M. 3.*
53	514	S. Aormiſda. S. 9. D. 11.	*Valentinum.* A. 508.	54	518	*Iuſtinus primus I. A. 9. M. 1.*
54	523	S. Ioannes. I. S. A. 2. M. 9. D. 15.	*Aurelianenſe.* I. A. 512			
55	526	S. Fœlix IIII. III. dictus. S. A. 4. M. 2. D. 18.	*Tarraconenſe.* A. 516. *Gerundenſe.* A. 517.	55	527	*Iuſtinianus primus I. A. 38. M. 3.*
			Cæſarauguſtanum. A. 518.			
56	530	Bonifacius II. S. A. 1. D. 2.	*Toletanum. II.* A. 529.			
57	532	Ioannes II. S. A. 2. M. 4. D. 6.				

Ordo	Anni Chriſti.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ordo.	Anni Chri.	Imperatores.
58	534	S. Agapetus. S. M. 1. D. 1.	*Conſtantinopolitanū.* 334. A.			
			Aurelianenſe. II. A. 535.			
59	535	S. Syluerius. S. A. 1. M. 5. D. 12.	*Aurelianenſe.* III. A. 539.			
60	537	Vigilius S. A. 17. M. 6. D. 26.	V. SYNODVS *Generalis* CONSTANTINOPOLITANA. II. *Epiſcoporum* 165. *contra Anthimum & Theodorum, ſub Vigilio Papa. An.* 553.			
61	555	S. Pelagius S. A. 10. M. 10. D. 28.	*Aurelianenſe.* IIII. A. 556. *Pariſienſe* I. A. 557.		566	*Iuſtinus ſecundus I. A. 10. M. 10.*
62	566	S. Ioannes III. S. A. 10. D. 15.	*Pariſienſe* II A. 558. *Aurelianēſe V.* A. 568. *Turonenſe* II. A. 570. *Hiſpalenſe.* I. A. 584. *Lugdunenſe* I. & II. A. 584.		576	*Tiberius ſecundus I. A. 6. M. 10.*
63	577	S. Benedictus I. S. A. 3. M. 2. D. 15.	*Valentinum* II.			
64	580	S. Pelagius II. S. A. 9. M. 2. D. 20.	*Matiſconenſe* I. A. 583 & II. A. 587.	56		
			Toletanū III. A. 595.	57		
65	590	S. Gregorius Magnus. S. A. 13. 6. D. 8.	*Romanum* A. 596.			
			Lateranenſe eodem fere tempore.	58	583	*Mauritius I. A. 19. M. 3.*
66	604	Sabinianus S. A. 1. M. 5. D. 9.		59	602	*Phocas I. A. 8. M. 4.*
67	605	S. Bonifacius III. S. A. 1. M. 2. D. 28.		60	611	*Heraclitus Im. A. 2.*

Ord.	Anni Chr.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
68	608	S.Bonifaci' IIII. S. A. 6. M. 8. D.13.	Lucenſe A.609. Bracarenſe I.A. 610. Antiſiodorenſe A.614 Toletanum IIII.A.631 Hiſpalenſe II. A. 634. Toletanum V.A.636. Toletanum VI.A.639.	61	613	Conſtantinus III. cum Heraclio patre I.A.28.M.2.
69	615	S.Deus dedit.S.A. 3.D.23.				
70	618	S.Bonifacius. V. S.A.3. Men. 9. D.19.				
71	622	Honorius. I. S.A. 12.M.11. D. 17.	Bracarenſe II. Varia eſt lectio: Prateolus inquit, A. 646.celebratum eſſe.			
72	635	Seuerinus.S.A.2. D.4.				
73	638	Ioannes.IIII.S.A. 1.M.9.D.19.	Toletanū VII.A.647. Lateranenſe contra Monothelitas 652.	62	641	Herocleonas I. M.2.
74	640	S.Theodorus.S.A 6.M.5.D.18.		63	641	Conſtans II. I. A. 26.M.8.
75	647	S.Martinus I.Martyr.S.A.6.M.1. D.26.	Toletanum VIII. A. 656. Cabilonenſe I A.658. Toletanū IX.A.658. & X.A.659.			
76	653	Eugenius. S.A.2. M.9.D.24.				
77	657	Vitalianus. S. A. 14.M.ſ.D.28.	Anglicanum A. 673. Bracarenſe III. A. 674.			

Ord.	Anni Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
78	672	Adeodatus.S.A.4. M.2.D.5.	Toletanū XI. A. 674 Anglicanum aliud. A.679.	64	669	Conſtantinus quartus I. A.16. M.7.
79	676	Dominus. I. vel Dominio.S. A. 2.M. 5. D. 10.		65	686	Iuſtinianus ſecūdus I.A.10.M.ʃ.
80	679	Agatho S. A. 2. M.6.D.4.	VI.Generalis SYNODVS CONSTANTINOPOLITANA. III. Epiſcoporum. 290.contra Monothelitas, ſub Agathone.A.682.	66	696	Leontius, ſiue Leo ſecundus I.A. 3.
81	682	S.Leo II. S.M.10. D.17.	Toletanum XII. A. 681.lib.Concil.An. 1. Erwig.regis.	67	699	Tiberius tertius imperauit. A.circiter.7.
82	684	S.Benedictus II. S.M.10. D.27.			706	Iuſtinianus II. iterum I.A.6.
83	685	Ioannes V. S. A. 1.D.9.	Toletanum XIII.A. 683.			
84	686	Cuno vel Conon S.M.11.D.3.				
85	687	Sergius.I.S.A. 13. M.8.D.23.		68	712	Philippicus Bardanes I.A.2. M. 9.
86	701	Ioannes VI. S. A. 3.M.2.D.13.				
87	707	Ioannes VII.S.A 2.M.7.D.17.				

Ord.	Anni Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones Concilia.	Ord.	Anni Chriſti.	Imperatores.
88	707	Siſinnius s.D.20.	CONSTANTINOPOLITANVM *in Trullo, editi in eo.* 102. *Canones, nomine* VI.SYNODI.	69	715	*Anaſtaſius II.I.A.1.* M.3.
89	707	Conſtantinus S. A.7.Men.1.D.20.		70	716	*Theodoſius III.* I. M.7.
				71	717	*Leo III. Iconomachus, cum filio Conſtantino V. Copronymo I.A.* 24.M.2.
90	715	Gregorius II. S. A.15.M.10.D.21.	*Romanum*.A.716.			
91	731	Gregorius III. s. 10.Men. 8. D.10.		72	741	*Conſtantinus prædictus poſt patrem* I.A.35.M.3.
92	741	Zacharias I. S. A.10.M.3.*D*.9.				
93	752	Stephanus II.s.D.3.	*Franticum*.A.942.			
94	752	Stephanus III. dictus II.S.A. 5.D.29.	*Sueßionenſe.*			
95	757	Paulus I.S. A. 10.M.1.	*Veronenſe, ſub* Pipino			
97	768	Stephanus IIII. dictus III.S.A. 3.M.5.D.27.				
	772	Adrianus I. s. A. 23.M.10.D.17.	*Francfordienſe*. 794	73	776	*Leo* IIII.I. *A*.4.M. *11*.D.*26*.

Ord.	Anni Chriſti.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chriſti.	Imperatores
98	796	Leo III.s. A. 20. M.5.D.18.	VII.*Generalis* SYNODVS NICEA II.*contra* Iconomachos, *Epiſcoporum* 350. *ſub* Adriano. A. 789.	74	780	*Conſtantinus V* I. *cum matre Irene* I.*A.10.poſtea ſolus. A.6.*M.*11. Tandem coactus à matre abdicauit.A.797.* Irene *ſola poſtea* I.*A.* 5.M.*2.*
99	816	Stephanus V. dictus IV.S,M.6.D.24.	*Foroiulienſe. Concilium apud Theodonis Villam.* A. 812. *Turonenſe* III.A.813. *Cabilonenſe* II.			
100	817	Paſchalis S.*A*.7.M.3.D.17.				
101	824	Eugenius II.S. A. M.*6*.D.24.	*Moguntinum* A.813.			
102	827	Valentinus. S.M. 1.*D*.10.				
103	828	Gregorius IIII. S. *A*.16.	*Rhemenſe*.A.813. *Arelatenſe* A.813. *Aquiſgranenſe* I. A, 816.			
104	844	Sergius II. S. A.3. M.2.D.3.				
105	847	Leo IIII.s.*A*.8.M.3.*D*.*6*.	*Pariſienſe.*			
106	855	Benedictus III. S. *A*.*2*.M.6.D.*9*.	*Moguntinum* A.829. & 834.			
107	858	Nicolaus primus *S*.*A*.*9*. M.*6*. D. 21.	*Aquiſgranenſe* II. A. 830. *Meldenſe* A.840.			

ANNO, poſt Chriſtum natum, 801. ineunte, ante diem VIII. Kalend. Ianuarij, Leo III. Pont. Max. cùm Imperij Romani maieſtas Barbaris ſibi omnia vendicantibus obſoleſceret, Carolũ Pipini filium, Francorum & Longobardorum Regem, ob præclara in Chriſtianum nomen & Romanam Sedẽ merita, Romanorum Imperatorem, auito Occidenti imperandi more reſtituto, primus appellauit inunctúmq; Auguſtum conſecrauit Mox ſubſecuta eſt hæc. S.P.Q.R. acclamati, o Carolo Magno Imperatori Cæſari Auguſto piiſſimo & pacifico à Deo creato, vita, & victoria. Ita tum primum tutela Romani Põtificis à Conſtantinopolitanis Imperatoribus ad Carolum Magnum Imp. & eius ſucceſſores tranſlata eſt, vt ſcribit Genebrardus.

Ord.	Anni Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
108	867	Adrianus ſecundus. S.A.5. D.12.	*Concilium apud S. Medardum in ſuburbio Sueßionenſi.*	1	809	*Carolus Magnus I. poſt tranſlatum imperium ad Germanos, imperauit An. 13. M. 1.*
109	872	Ioannes octauus S.A.10.D.3.				
110	882	Martinus *II.* aliàs Marinus S.A. 1.M.2.D.28.	*Valentinum.*			
111	883	Adrianus III. *S*.A. 1.M.1.D.22.	*Ticinenſe* A.855. *VVormatienſe.*	2		*Ludouicus I. S.A. 26.M.4.*
112	885	Stephanus VI. dictus V.S.A.6. D.14.	V*III. Generalis* SYNODVS *Conſtantinop. III*I. *Epiſcoporum* 383. *contra Photium Patriarcham Conſtantinop. ſub Adriano* II. *A.* 869.	3		*Lotharius imper. A. 15.M.3.*
113	891	Formoſus. S.A.5. M.6.D.18.		4	855	*Ludouicus II. I. A. 19.M.10.*
114	896	Bonifacius VI. S. D.15.				
				5	875	*Carolus II. Caluus. I.A.2.M.2.*
115	897	Stephanus VII. dictus VI.S.A. 1.M.3.				

Ordo.	Anni Chriſti.	Summi. Pontifices	Perſecutiones & Concilia.	Ordo.	Anni Chriſti.	Imperatores
116	898	Romanus S. M. 4.D.23.	*Colonienſe A.* 874. *Moguntinum. A.* 888. *Metenſe.*	6	877	*Ludouicus III. Balbus. I.A.1.& M.6.*
117	898	Theodorus ſecundus.S.D.20.				
				7	879	*Carolus III. Craſſus I. A.8.M.7.*
118	98	Ioannes nonus S. A.2.D.15.	*Triburienſe A.* 896.	8	887	*Arnulphus imp. A. 12.M.1.*
119	900	Benedictus quartus.S. A.4. M. 6.D.15.	*Nannetenſe fortè hoc tempore habitum.*	9	899	*Ludouicus quartus. I.A.12.*
120	905	Leo V. S.M.1.D. 10.	SYNODI REMENSES *duæ congregatæ* A 905.	10	913	*Conradus primus I.A.7.M.6.*
121	905	Chriſtophorus I. S.M.7.		11	919	*Henricus I. Auceps I.A.17.*
122	906	Sergius III. *S*.A.7. M.3.D.16.				
123	913	Anaſtaſius III. S. A. 2. M. 2. D. 29.				
124	915	Lando. *S*. M.4.D. 22.	*Dingelfingenſis Synodus in Boioaria* A. 921.			
125	916	Ioannes X. S. A. 14.M.2. D.15.	*Duiſbergenſe in Germania A.* 927.			

Ord.	Anni Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
126	930	Ioannes XI. S.A. 4. .10. D.15.				
127	935	Leo VI. S.M. 6. D.15.				
128	935	Stephanus VIII. dictus VII. S. A.2.M.1.D.15.				
129	937	Leo VII. S. A. 2. M. 6.D.12.	*Erfordienſe* A.935.			
130	940	Stephanus IX dictus VIII.S. A. 2.M. 4. D. 15.				
131	942	Martinus III. ſiue Marinus II. S. A.3.M.6.D.13.				
132	946	Agapetus. II.S.A. 9.M.7.D.10.	*Auguſtanum,25. Epiſcoporum* A.851.			
133	955	Ioannes XII. S. A.8.M.4. D.5.		12	936	*Otho Magnus I. A. 36.M.10.*
134	963	Leo VIII. S. A.1. M.3.D.5.	*Synodus Romana, ſub Othone* A.963.			
135	965	Ioannes XIII. S. A.6.M.11.D.5.				
136	972	Benedictus V. dictus VI. S.A.1. M.6.	*Ingelheimēſe* A. 972.	13	973	*Otho ſecundus I. A. 10.M.7.*
137	974	Bonifacius VII. S.A.1.M.1.D.12. Benedictus VI. dictus VII. S. A.9.M.1.D.12.				

Ordo.	Anni Chriſti.	Summi Pontifices	Perſecutiones & Concilia.	Ordo.	Anni Chriſti.	Imperatores
139	984	Ioannes XIII. S. M.8.D.2.		14	983	*Otho tertius I.A.17. M.1.*
140	985	Ioannes XV.S.A. 9. M.7. D.10.	*Iluanectenſe in cauſa Arnulphi Rhemenſis Archiepiſcopi. A.*990.			
141	995	Ioannes XVI. S. M.3.				
142	995	Gregorius V. S. A.2.M.7.D.25.				
143	998	Sylueſter ſecundus S. A.4. M. 6.D.12.				
144	1003	Ioannes XVII. alias XVIII. S. M.5.D.26.	*Aquiſgrane. A.*1016. *Salegunſtadienſe in Germania A.*1023.	15	1001	*Henricus ſecundus Claudus, aliis primus I. A. 23. M.5.*
145	1003	Ioannes XVIII. aliis XIX. S.A. M.7.D.3.				
146	1009	Sergius.IIII.S. A. 2.M 9.D.12.		16	1023	*Conradus II. I. A. 14.M.10.*
147	1012	Benedictus VII. dictus VIII. S. A. 11. M. 10. D. 21.		17	1039	*Henricus tertius. Niger aliis II. I.A. 17.M.4.*
148	1024	Ioãnes XIX. alias XX. S. A.8.M. 7.D.9.	*Triburienſe A.*1030.			
149	1032	Benedictus VIII. dictus IX.S.A. 12.M.4.D.20.				

Anni Ord.	Chr.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
150	1045	Gregorius VI. S. A.1.M.7.D.21.				
151	1046	Clemens ſecundus s. M. 9. D 19.				
152	1047	Damaſus ſecūdus S.D.23.	Romanum, & Vercellenſe contra Berengarium A. 1050. ſub Leone IX.			
153	1049	Leo IX. S. A.5.M. 2.D.8.				
154	1055	Victor ſecundus S. A.2. M.3.D. 16.	Turnonenſe contra eundem, ſub Victore II.A.1056.			
155	1057	Stephanus X. dictus IX. S. M. 7.D.28.		18	1057	Henricus quartus. aliis III.I.A.49. M.10.
156	1059	Nicolaus ſecundus S.A.2.M.6. D.1.	Romanum contra eūdem, ſub Nicolao II.A.1060.			
157	1061	Alexander ſecundus S. A.11.M. 6.D.22.				
158	1073	Gregorius VII. S. A.12. M.1.D.3.	Romanum contra eūdem, ſub Gregorio VII.A.1074.			
159	1086	Victor tertius S. A.1.M.3.D.24.	Erfordienſe contra clericos uxoratos, A.1074.			
160	1088	Vrbanus ſecūdus S.A.11.M.4.D. 18.				
161	1099	Paſchalis ſecundus S.A.18.M. 5.D.7.	In Laterano multa Concilia hoc tempore celebrata.			

Anni Ord.	Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
162	1118	Gelaſius ſecundus. S.A.1.D.5.			1106	Henricus quintus. filius præcedentis aliis IV.I.A.18. M.9.
163	1119	Calixtus ſecundus S. A. 5. M. 10. D.13.				
164	1124	Honorius ſecundus S.A.5.M.2. D.3.				
165	1130	Innocentius II. S. A.13.M.7.D.8.		20	1125	Lotharius ſecundus I.A.13.M.2.
166	1143	Cœleſtinus ſecundus S.M. 5. D. 13.		21	1139	Conradus III. I.A. 12.M.10.
167	1144	Lucius ſecundus S.M.11.D.4.				
168	1145	Eugenius tertius S.A.8.M.D.10.				
169	1143	Anaſtaſius quartus S.A.1.M.4.		22	1152	Fridericus primus Barbaroſſa. I.A. 37.M.3.
170	1145	Adrianus quartus S.A.4.M.9.				
171	1159	Alexander tertius S.A. 21. M. 11. D.23.	Lateranenſe ſub Alexādro III. A.1180. Epiſcoporum, 280.			
172	1181	Lucius tertius S. A.4.M.2.D.28.		23	1190	Henricus VI. aliis V. Friderici filius I.A.8.M.3. ferè.
173	1185	Vrbanus tertius S. A.1.M.10.D.15.				
174	1187	Gregorius VIII. S. M.1. D.27.		24	1199	Philippus Henrici frater I.A.9.M.3.

Ord.	Anni Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones Concilia.	Ord.	Anni Christi.	Imperatores.
175	1188	Clemens tertius S.A.3.M.2.D.15.		25	1199	*Otho quartus contra Philippum Imperator appellatus in Schiſmate I. A. 12. M.2.*
176	1191	Cœleſtinus tertius S. A. 6. M. 9.D.11.				
177	1198	Innocentius tertius S. A.18.M.6.D.9.				
178	1216	Honorius tertius S.A.10.M.8.	*Lateranenſe Generale magnum, Epiſcoporum 470. ac in vniuerſum 1285. Patrum, ſub Innocentio* III.A.1215.	26	1210	*Fridericus ſecundus I.A.40.*
179	1227	Gregorius IX. S. A.14.M.4.D.3.				
180	1241	Cœleſtinus quartus.S.D.17.				
181	1243	Innocentius quartus S.A.11.M.5. D.14.		27	1245	*Henricus VII. viuente adhuc Friderico I.A.1.*
182	1254	Alexander quartus. S. A.6. M. 5.D.5.	*Alemanicum.*	28	1246	*Guilielmus contra Fridericum creatus I.A.9.*
183	1261	Vrbanus quartus S.A.3.M.1.D.4.	*Oxonienſe.*	29	1250	*Conradus quartus Friderici frater, eo mortuo I. A. 3.M.5.*
184	1265	Clemens quartus S.A.3. M.9.D.25.				
185	1271	Gregorius X. S. A.4.M.4.D.10.				Interregnum duorum annorum.
186	1276	Innocentius V. S. M.5.D.2.				

Ord.	Anni Chriſti.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chriſti.	Imperatores.
187	1276	Adrianus V. S.M. 1.D.9.		30	1258	*Richardinus Schiſmate contra Alphonſum I.A.6.*
				31	1258	*Alphonſus contra Richardum titulo tenus. I. A. 15.M.6.*
188	1276	Ioannes XX. aliis XXI. S.M.8. D.5.				
				32	1273	*Rodolphus primus I.A.18.M.11.*
189	1277	Nicolaus tertius S. A. 2.M.8.D.22.				
190	1281	Martinus quartus S.4. M.1.D.7.				
191	1286	Honorius quartus S.A.2.D.2.	*Lugdunenſe magnũ, ſub Gregorio X. A.* 1274.			
				33	1292	*Adolphus imper. A. 7.M.6.*
192	1288	Nicolaus IIII. S. A.4.M.1.D.14.				
193	1294	Cœleſtinus V. S. M.5.D.7.				
194	1294	Bonifacius VIII. S.A.8. M. 9.D.19.		34	1299	*Albertus primus I. A.8.M.9.*
195	1303	Benedictus IX. dictus XI.S.M.9.D.6.		35	1308	*Henricus VIII.im. A.4.M.9.*
196	1305	Clemens V.S. A. 8.M.10.D.16.		36	1314	*Fridericus tertius imp. A.13.M.2.*

Ord.	Anni Chri.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
197	1316	Ioannes *XXI.* dictus *XXII.* S. A. 18. M. 3. D. 28.	*Viennenſe ſub Clemente V.* A. 1311. *præſidentibus tribus regibus Franco, Anglo, Tarraconenſi, duorum patriarcharũ Alexãdriæ, & Antiochiæ, Epiſcoporum* 114. *(alij ſolunt* 300.) *& aliorum multorum Patrum, contra Saracenos pro recuperatione terræ ſanctæ, contra hæreſes, Templarios, & mores corruptos clericorum biennio celebratur. Plati. Palmer. to. 3. Conci.*	37	1314	*Ludouicus IV. Bauarus, in Schiſmate contra Fridericum III. Auſtriacum I. A. 32. M. 10. D. 24.*
198	1334	Benedictus *X.* dictus *XII. S.* A. 7. M. 4. D. 6.				
199	1342	Clemens ſextus *S.* A. 10. M. 7.				
200	1352	Innocentius ſextus. *S.* A. 9. M. 8. D. 26.		38	1346	*Carolus IV. I. A. 32. M. 7. D. 14.*
201	1362	Vrbanus quintus S. A. 8. M. 1. D. 17.				
202	1371	Gregorius *XI. S.* A. 7. M. 2. D. 27.				
203	1378	Vrbanus ſextus S. A. 11. M. 6. D. 8.		39	1379	*VVenceſlaus I. A. 21. M. 5. D. 28.*
204	1379	Bonifacius *IX.* S. A. 14. M. 11.				
205	1404	Innocentius ſeptimus S. A. 2. D. 22.		40	1400	*Robertus Bauarus I. A. 9. M. 8. D. 22.*
206	1406	Gregorius *XII.* S. A. 2. M. 6. D. 6.	*Concilium Piſanum.* A. 1409.	41	1410	*Iodocus I. M. 6.*
207	1409	Alexander *V. S.* M 10. D. 8.		42	1411	*Sigiſmundus imper. A. 26. M. 8.*
208	1410	Ioannes *XXII.* dictus *XXIII.* S. A. 5. D. 15.		43	1438	*Albertus II. Auſtriacus I. A. 1. M. 9. D. 27.*

Ordo	Anni Chriſti.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ordo.	Anni Chri.	Imperatores.
209	1417	Martinus tertius dictus *V.* S. *A.* 13. M. 3. D. 12.	*Conſtantienſe magnũ inchoatum* A. 1413. *finitum* A. 1418.	44	1440	*Fridericus quartus. Auſtriacus I. A. 53. M. 7. D. 19.*
210	1431	Eugenius I*V.* S. A. 15. M. 11. D. 21.	*Baſileenſe A.* 1431.			
211	1447	Nicolaus quintus *S. A.* 8. D. 19.	*Florentinum, ſub Eugenio* I*V.* A. 1438.			
212	1455	Calixtus tertius S. *A.* 3. M. 3. D. 26.				
213	1458	Pius II. S. *A.* 5. M. 11. D. 26.				
214	1464	Paulus II. *S. A.* 6. M. 10. D. 29.				
215	1471	Sixtus quartus *S.* A. 13. D. 5.				
216	1484	Innocentius *V*III. S. A. 7. M. 10. D. 27.		45	1593	*Maximilianus primus Auſtriacus I. A. 25. M. 4. D. 25.*
217	1492	Alexander *VI. S. A.* 11. D. 8.				
218	1503	Pius tertius S. D. 16.				
219	1503	Iulius ſecundus S. *A.* 9. M. 3. D. 12.				
220	1513	Leo *X. S.* A. 8. M. 8. D. 21.	*Lateranenſe, ſub Iulio* II. A. 1512. *& Leone X.* A. 1517.			

Anni Ord.	Anni Chr.	Summi Pontifices.	Perſecutiones & Concilia.	Ord.	Anni Chri.	Imperatores.
221	1522	Adrianus ſextus S.A.1.M.8.D.6.		46	1519	*Carolus V. imp. A. 38.M.8.D.14.*
222	1523	Clemens VII. S. A.10.M.10.D. 8.	*Senonenſe.* A.1528.			
223	1534	Paulus tertius S. A.15.D.29.	*Colonienſia duo* A. 1536.			
224	1550	Iulius III. S. A.5. M.1.D.16.	*Treuirenſia duo* 1549. *Auguſtanum* A.1548.			
				47	1558	*Ferdinandus Auſtriacus I. A. 6. M.4.D.13.*
225	1555	Marcellus ſecundus S.D.22.	*Moguntinum* A.1549.			
226	1555	Paulus quartus S. 4.M.2.	*Tridentina Synodus cõtra Lutheranos, Zuuinglianos, Caluiniſtas, &c. ſub Paulo* III. *Iulio* III. *Pio* IIII. *Abſoluta eſt* A.1563.	48	1564	*Maximilianus II.I. A.12.*
227	1560	Pius quartus S.A. 5.M.5.				
				49	1576	*Rodulphus ſecundus nunc imperat.*
228	1566	Pius quintus S.A. 6.M.4.				
229	1572	Gregorius XIII. S.A.13.				
230	1588	Sixtus V. hodie ſedet.				

SERIES ET ORDO CONSTITVTIONVM OMNIVM QVÆ IN HOC CONTINENTVR VOLVMINE.

GREGORIVS NONVS.

I.

Hac prima bulla prohibetur alienatio bonorum Eccleſiæ iuxtà Simmachi Papæ decretum, & reuocandi ac irritandi alienationes prædeceſſorum, ſucceſſoribus datur facultas. folio 1

II.

Hæreticos quibuſcunque nominibus nominentur excommunicat, & credentes eorum erroribus hæreticos iudicat. Bona eorum publicantur. Clericorum quidem Eccleſiæ, Laicorum fiſco applicantur. A ſepulturis arcentur. Eorum filij ad Eccleſiaſtica officia non admittuntur. Vide lib. 6 Decretal. De hæreticis. 2

INNOCENTIVS QVARTVS.

I.

Chriſtianiſſimum Regem Gallorum hortatur vt comburi faciat libros Talmudi omnis ſacrilegij & perfidię in fidem Chriſtianam refertos, & prouideat ne Iudæi habeant nutrices vel famulos Chriſtianos. 3

II.

Impœnitentes hæretici & pertinaces ac eorum complices banno exponuntur & eorum bona publicantur. 4

III.

Ordinis Prædicatorum Prouincialibus poteſtatem creandi & remouendi Inquiſitores concedit, hodie tamen inconſulto Senatu generalis Rom. inquiſitionis ſancti huius officij nulla fit mutatio. Idem decreuit Clemens. 4. 4

IIII.

Priuilegia Cruceſignatorum declarantur exhortantur quoque prædicatores vt aduerſus Hæreticorum peſtes ſalutiferum verbum Crucis edoceant. Et charactere conſignentur qui bono zelo ad hæreſes fugandas votum aſſumpſerint. 5

V.

Fridericus in Synodo Generali Lugduni celebrato hæreſeos damnatus eſt, præſente Balduino Conſtantinopolitano Imperatore ob diuerſa flagitia & ſacrilegia, tum ob periurium & violatam pacem,

cuius Innocentij lata ſententia habetur in ſexto. 6

ALEXANDER QVARTVS.

I.
Donatio Frederici Imperatoris in fauorem Hoſpitalis leproſorum Sancti Lazari Hieroſolimitani confirmatur. 7
II.
Regulæ S. Auguſtini ſupradictis fratribus Sancti Lazari Hieroſolymitani confirmatio. 7
III.
Prohibitio ne Conradus Frederici olim Rom. Imperatoris perfidiſſimi in Concilio Lugdunenſi damnati filius in regem Romanorum eligatur vel nominetur. 7
IIII.
Prædicandi verbum Dei, in terris infidelium, abſoluendi in variis caſibus reſeruatis, dandi indulgentias, cauſáſque matrimoniales cognoſcendi largitur facultas Fratribus ordinis Minorum Inquiſitoribus. 9
V.
Controuerſiarum immergentium in cauſis fidei de hæreticis nimirum, de periuris teſtibus, de ſacrilegio, de hæredibus hæreticorum, acuta declaratio. 11
VI.
Inquiſitoribus fidei conceditur authoritas procedendi contra quoſcunque & aſſumendi ad officium notariatus perſonas regulares quando non poſſunt habere ſæculares. 13
VII.
Excommunicati & ſocij criminis contra hæreticos iure in teſtimonium admittuntur. 14
VIII.
Diui Ludouici precibus fretus Pontifex prohibet ne Galliæ ciuitates interdicto ſubiiciantur, ſine mandato ſedis Apoſtolicæ. Hoc reſcriptum in actis ſupremi Senatus Pariſiis religioſè ſeruatur. 14

VRBANVS QVARTVS

I.
Feſti corporis Chriſti feria 5. poſt octauas Pentecoſtes inſtituta ſolennitas in Eccleſia, Huius Conſtitutionis dignitas habetur in Clem. libr. 3. de reliquiis & veneratione Sanctorum. tit. 16. capit. 1. quam omnibus Eccleſiaſticis ſcitu neceſſariam hic retulimus. Et ampliſſimè laudatur in Concil. Trident. Seſſ. 3. cap. 8. 15
II.
Ordinis prædicatornm fratres deputantur ad ſancti officij exercendam prouinciam aduerſus hæreticos, vt eos ſecundùm conſtitutiones puniant, redeuntes abſoluant, teſtes examinent, impedimenta quælibet excutiant inuocato brachij ſæcularis auxilio. 18

CLEMENS QVARTVS

I.
Priuilegia Militum hoſpitalis Leproſorum Sancti Lazari Hieroſolymitani. 22
II.
Leproſi omnes apud Milites Hoſpitalis Sancti Lazari Hieroſolymitani. 23

NICOLAVS TERTIVS

I.
Euangelium prædicandum Iudæis & conuerſi infideles rudimentis fidei initiandi. 27

MARTINVS QVARTVS

I.
Priuilegia Turonenſi Eccleſiæ largitur. Grati animi poſteris exemplum. 29
II.
Turonenſi Eccleſiæ in diuinis permittit officium ſequi Romanum. 30

HONORIVS QVARTVS

I.
Animaduerſio in exceſſus commiſſos contra Inquiſitores fidei. 31
II.
Hæreticorum filij & eorum ſucceſſores non admittuntur ad officia. 32

BONIFACIVS OCTAVVS

I.
Pro pecuniariis debitis Ciuitatibus aut prouinciis non debet interdicti cenſura infligi. 41
II.
Academiæ & Archigimnaſij Romani & doctorum ac ſtudentium priuilegia. 41

CLEMENS QVINTVS

I.
Petri Cœleſtini Pontificis Romani Canonizatio. 45
II.
De magiſtris & linguarum profeſſoribus in academiis gratis præficiendis.

ciendis. Ex Clementis conſtitutionibus in concilio Viennenſi. 49

IOANNES XXII.

I.
Alienationes & locationes bonorum Eccleſiæ annullantur. 50
II.
Moderatio facultatis inquiſitorum dandi licentiã deferendi arma. 51
III.
Religioſi impunè non poſſunt terras infidelium peragrare ſine licentia ſuperiorum. 52
IIII.
Fœdera cum hæreticis inita damnantur. 52
V.
Edoardus Rex Angliæ monetur vt corrigat grauamina populo Hybernico illata. 53

BENEDICTVS XII.

I.
Opinio Ioannis XXII. dilucidè explicatur determinans animas ſanctorum nihil habentes expurgabile ſtatim vt diſcedunt ante diem Iudicij faciem Dei cernere. 54
II.
Reformatio abuſuum qui ſæpe in foro verſantur Aduocatorũ & cauſarum Patronorum auaritia.

CLEMENS SEXTVS

I.
Contra occupatores terrarum & locorum S. Rom. Eccleſiæ. 58

INNOCENTIVS SEXTVS

I.
In Occupatores terrarum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. 61

GREGORIVS VNDECIMVS

I.
Eccleſia Lateranenſis Romæ præſtantior omnibus orbis & vrbis Eccleſiis. 65
II.
Clerici ſeculares & regulares ſuperiorum mandatis parere debent. 66
III.
Pro beneficiorum prouiſione nihil vel extorqueri vel promitti vel exigi debet. 66

VRBANVS

VRBANVS SEXTVS

I.
Declaratio priuilegiorum in gratiam Eccleſiaſticorum literatorum & ſtudentium conceſſorum. 6
II.
Laici bannientes, ſeu relegantes, aut præſcribentes perſonas Eccleſiaſticas, excommunicationis ſententiam incurrunt, &c. 69

BONIFACIVS NONVS

I.
Inſtitutio feſti viſitationis B. Virginis Mariæ. 70

INNOCENTIVS SEPTIMVS

I.
Omnes occupatores Ciuitatum & locorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ monentur vt à poſſeſſione recedant reddántque rationem fructuum indebitè præceptorum. 72

MARTINVS QVINTVS

I.
Errores trium perfidiſſimorum hæreſiarcharum Ioannis Vuieleff. Angli, Ioannis Huſz Bohemi & Hieronimi Pragenſis in Concilio Cõſtantienſi damnantur. 76
II.
Religioſi mendicantes à Monaſteriis ad alium ordinem (Carthuſ. duntaxat excepto) abſque ſedis Apoſtolicæ licentia tranſire non poſſunt. 89
III.
De pœnis trahentium perſonas Eccleſiaſticas ad forum Laicale pro cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus. 90

EVGENIVS QVARTVS

I.
De Creatione S.R.E. Cardinalium. 91
II.
Latinæ Eccleſiæ conciliatur Græca in vnione quarundam controuerſiarum & dubitationum fidei diſcuſſarum apud patres Concilij Florentini. 95

NICOLAVS QVINTVS.

I.
Conciliũ Baſilieſe infirmatur, & Pontificatu abdicatur Amedæus. 100

b 3 II.

II.
Concordata & ordinata inter Fredericum Imperatorem principeſque nationis Germanicæ ac ſedem Apoſtolicam. 105
III.
Pœnæ auxilium & ſubſidium pręſtantium Infidelibus Saracenis ac eorum fautoribus. 107
IIII.
Pœnę officialiũ Sedis Apoſtolicę & clericorum concubinariorũ. 108

CALIXTVS TERTIVS.

I.
Aduerſus hoſtes infeſtiſſimos noſtræ fidei verbum crucis prædicandum ſtatuit. 109

PIVS SECVNDVS.

I.
Retractatio eorum quæ in Concilio Baſilienſi ſcripſerat in minoribus exiſtens. 112
II.
Prohibitio appellandi à ſententiis ſummi Pontificis ad futurum Concilium. 120
III.
Canonizatio S. Catharinæ de Senis ord. D. Dominici. 121
IIII.
Contra facientes ſe promouere ad ſacros ordines ſine diſpoſitione canonica aut legitima licentia extra tempora à iure ſtatuta ſiue antè legitimam ætatem vel abſque dimiſſoriis literis. 126
V.
Impoſitio decimæ ſuper emolumentis officiorum Romanæ Curiæ pro Bello contrà Turcas. 127

PAVLVS SECVNDVS.

I.
Beneficia ſedi apoſtolicæ reſeruata ac reſeruanda quouis modo vacantia & vacatura ſemper remanent affecta. 129
II.
Monaſteria & beneficia piis locis vnita de cætero nõ vacantia annatam ſingulis quindecim annis ſoluere tenentur. 130
III.
Legati Apoſtolici munera non recipiant ſiue in vaſis aureis ſiue in equis conſtent abſque ſpeciali licentia Pontificis. 132
IIII.
De inſtitutione anni Iubilei ſiue anni ſancti, ac illius reductione ad annum

annum 25. 133
V.
Caſus quidam reſeruati à quibus nullus poteſt abſoluere ſine ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ. 139

SIXTVS QVARTVS.

I.
Cauetur hac conſtitutione ne porphyretici marmoreive lapides, & alia è templis ad prophanos vſus tollantur. 239
II.
Contra aſſerentes non eſſe hæreticum à Dæmonibus expectare reſponſa. 140

INNOCENTIVS OCTAVVS.

I.
Pœnæ non ſoluentium Annatas debitis temporibus reuerendę cameræ apoſtolicæ. 242
II.
Mandat Inquiſitoribus officium exequi aduerſus vtriuſque ſexus perſonas ſortilegiis & incantationibus dæmonum deditas. 143
III.
In eos qui in literis apoſtolicis qualitatem & conditionem mentiuntur quo faciliùs conſequantur literarum expeditionem. 146
IIII.
Facultas, licentia, & modus reſignandorum Beneficiorum. 146

ALEXANDER SEXTVS.

I.
Noui orbis Inſulæ conceduntur Regi Catholico ita tamen vt ad eas præcones Chriſtianæ fidei mittere teneatur. 150
II.
Inuentio Tituli Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti in Eccleſia Sanctæ Crucis in Hieruſalem de Vrbe, & de Indulgentiis conceſſis viſitantibus dictam Eccleſiam. 153

IVLIVS SECVNDVS.

I.
De ſimoniaca Pontificis electione & huiuſmodi ſimoniæ complicium pœnis. 155
II.
Annatarum ſoluendarum ſingulis quidecim annis pro beneficiis adeptis confirmatio. 157
III.

III.

De appellationibus in cauſis criminalibus. 158

IIII.

Contra pugnantes in Duello & duellum permitentes. 159

V.

Confirmatio conſtitutionis Pij ſecundi in appellantes à ſententiis ſummi Pontificis ad futurum Concilium. 160

VI.

Bulla indictionis Sacri generalis Concilij Lateranen. 162

VII.

Homicidæ non audiantur niſi ſe in carceribus conſtituant. Pœna ſanguinis imponi poteſt excedentibus XX. annum & qui ab homicidio non excuſantur. 171

LEO DECIMVS.

I.

Hæreticum eſt aſſerere animam rationalem eſſe mortalem. 174

II.

Cauſæ ſpectantes ad forum Eccleſiaſticum coram ordinariis primo diſcutiendę. Pœna impedientium libertatem Eccleſiaſticam. 178

III.

Montes Pietatis probantur & confirmantur. 181

IIII.

Libri non euulgentur aut Typis cudantur abſque cenſura Epiſcoporum aut Inquiſitorum hæreticæ prauitatis. 182

V.

De prædicatorum officio, eorúmque examine & approbatione ſuperiorum. 183

VI.

Abrogatio pragmaticæ ſanctionis, & de cõcordatis inter ſedem Apoſtolicam & regem Franciæ. 178

VII.

Valor beneficiorum an ſit exprimendus propter annatam ſoluendam ab impetrantibus quam ſi non expreſſerint an intra annum hoc facere teneantur. 106

VIII.

Aduerſus inuadentes domos Cardinalium armata manu & in eis aliquid ſurripientes eorumque fautores. 107

IX.

De erroribus Martini Lutheri & ſequacium illorumque de Hereſi condemnatione, excommunicatione, & aliis pœnis. 108

X.

Martinus Lutherus eiuſque fautores complices ſequaces iterum excommunicantur & hæretici declarantur. 122

X

XI.

Inquiſitoribus hęreticæ prauitatis facultas conceditur procedendi contra maleficas, ſortilegos & à fide apoſtatas. 226

XII.

Henrico Octauo Anglorum Regi & poſteris Catholicis præclarum titulum DEFENSORIS FIDEI eo quod librum plenum pietatis & eruditionis ſcripſerat aduerſus Lutherũ concedit ſummus Pontifex. 227

ADRIANVS SEXTVS.

I.

Incantatores & ſortilegi Diabolo obedientiam præſtantes Inquiſitorum ſubiiciuntur authoritati. 230

II.

Fridericus Saxoniæ Dux Lutheri Mecænas hortatur ad abiurandam hæreſim & reſipiſcentiam amplectendam vt celerius reuertatur in ouile Catholicæ Eccleſiæ. 231

III.

Declaratio & reuocatio conceſſionum Iuris Patronatus. 241

IIII.

De his quę ſeruare debent beneficia Conſiſtorialia impetrantes. 244

CLEMENS SEPTIMVS.

I.

Contra homicidas, bannitos, iniuriarum vltores contra propinquum offendentis, & Brigoſos illorumque fautores. 246

II.

Diſpenſationes in gradibus prohibitis ſcienter contrahentibus non conceduntur & huiuſmodi matrimonia diſſolui debent. 254

III.

Quatuor Cardinales deputantur, quibus pro bello contra Turcas facultatem concedit vendendi & alienandi bona R. Cam. Apoſtolicæ & Romanæ Eccleſiæ, & aliarum Eccleſiarum in locis eiuſdem Rom. Eccleſiæ ac dominij Florentini conſiſtentium. 256

IIII.

Bononiam iturus Pontifex pro componenda pace Italiæ & bello in Turcas decernendo electionem Pontificis ſucceſſoris in alma Vrbe fieri debere declarat ſi ante reditum mortem obire contigeret. 259

V.

Interdicto Eccleſiaſtico pro pecuniariis debitis Prouinciæ ciuitates aut caſtra non ſupponantur. 264

VI.

Filius Presbyteri ex fornicatione natus habere non poteſt beneficia

Eccleſia-

Eccleſiarum in quibus Pater præfectus fuit nec valet diſpenſatio in contrarium 265

VII.

De beneficiis quæ ad Cardinalium collationem pertinent. 266

VIII.

Annatæ Cameræ Apoſtolicæ nõ debẽtur ex beneficiorũ penſionibus annuum valorem viginti quatuor ducatorũ nõ excedentibus. 268

IX.

Inſtitutio Fratrum reformatorum ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruantia. 269

X.

Electionem Romani Pontificis ſucceſſoris, declarat fieri debere iuxtà aliam eius conſtitutionem quam habes ſup. fol. 259. in euentum eius obitus ante reditum ad Almam Vrbem. 273

XI.

In pPrælatos & rincipes vſurpantes diſpoſitiones beneficiorum ſedi apoſtolicæ reſeruatorum aut impedientes eius prouiſiones contra formam concordatorum inter eandem ſedem apoſtolicam & nationem Germaniæ. 277

XII.

Conſenſus præſtandi in beneficiorum reſignationibus. 278

PAVLVS TERTIVS.

I.

Hæreticos & infideles in Regno Portugalliæ & Algarbiorum degentes, ad fidem reuocat, & redeuntes abſoluit condemnationes remittit, tum priuilegiis & exemptionibus quibus alij Chriſtifideles vtuntur, eos gaudere poſſe decernit. 283

II.

Henricus Octauus Rex Angliæ ob hæreſes & iniuſtum vxoris repudium cum complicibus atque fautoribus excommunicatur, regno priuatur, eius cum Anna Bolena ſuſcepta ſoboles illegitima & infamis declaratur. 292

III.

Inſtitutio & confirmatio ſocietatis nominis Ieſu. 305

IIII.

Fratribus Capuccinis mandat, ne fratres de obſeruantia abſque licentia eorum prælatorum recipiant neque retineant. 310

V.

Proponentes in ſuis concionibus falſas propoſitiones & ſcandaloſas Inquiſitorum Iuridictioni ſubmittuntur. 311

VI.

Spolia prælatorum & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum ſine facultate teſtandi decedentium ad Reuerend. Cam. apoſtol. ſpectare & pertinere declarat. 312

VII.

Tridentini ſacri Oecumenici Concilij indictio, ſuſpenſio, translatio, & proſecutio. 315

VIII.

Ieiuniorum & ſupplicationum pro pace Chriſtianorum Principum exoranda publicatio. 328

IX.

Declaratio exemptionum ob numerum duodecim filiorum. 331

X.

Qui tempore naufragij vocati à Patronis Nauium vel Barcarum, auxilium eis ad bonorum præſeruationem, vel recuperationem præſtiterint, quartam partem bonorum præſeruatorum; aut recuperatorum lucrantur. Perturbatores autem & occupatores multas pœnas incurrunt. 333

XI.

Coniugatę mulieres non habitantes in aliquo honeſto loco, cautiones de non offendendo à maritis petere, aut ex alia cauſa cum illis litigare nequeunt. 335

XII.

Prohibitio ne quis bona naufragantium in portibus aut ripis locorum maritimorum ad euitandum periculum tempeſtatis iacta diripiat vel occupet etiam ſub prætextu & conſuetudine. 337

XIII.

Obſeruanda ab his qui impetrant beneficia tanquam certo modo vacantia. 338

IVLIVS TERTIVS.

I.

Beneficiorum fructus, tempore obitus Beneficiatorum in exactis, ad ſucceſſores in beneficiis ſpectant. 341

II.

Impedientes officium inquiſitorum hæreticæ prauitatis pœnis hac conſtitutione expreſſis multantur. 346

III.

Concilium Tridentinum à Ciuitate Bononiæ, ad Ciuitatem Tridentinã reuocat, & Prælatos monet vt eius proſecutioni aſſiſtant. 348

IIII.

Iudæorum priuilegia & indulta. 349

V.

In eos qui retinent beneficia ſeu eorum poſſeſſiones apprehendunt literis apoſtolicis deſuper prius non expeditis. 351

VI.

Pœnæ blaſphematorum, aleatorum & barattariorum. 353

VII.

VII.

Declaratio circa ſolutionem Annatarum. 358

VIII.

Contra hæbræos retinentes libros Thalmudi & alios, in quibus nomen IESV Saluatoris noſtri, cum blaſphemia, aut alias ignominioſè nominatur. 360

MARCELLVS SECVNDVS.

I.

Prorogatio ſubſidij triennalis trecentorum millium ſcutorum ſuper fructibus beneficiorum à Paulo III. impoſiti ad triennium. 364

PAVLVS QVARTVS.

I.

Annullatio alienationum quorumcunque bonorum Eccleſiaſticorum in damnum Eccleſiarum. 367

II.

In Trinitarios & Diuinitatem Ieſu Chriſti, aut eius conceptionem de ſpiritu ſancto ex intemerata Virgine negantes. 370

III.

Pœna religioſorum extra clauſtra vagantium & Apoſtatarum pœnæ.

IIII. 376

Contra eos qui pro obtinendis beneficiis, ſeipſos pro aliis in examine ſupponunt, vel annuas penſiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, vt ab eis aliquid conſequantur, vel pro ſeipſis, vel vt aliis poſtea cum penſione reſignent. 380

V.

De Ambientibus, Papatum, aut viuente Papa, de futuro Pontifice eligendo tractantibus eorúmque complicum, ac fautorum pœnis. 381

VI.

Hæreticorum & ſchiſmaticorum pœnæ. 385

VII.

uocatio facultatum reuidendi, & expurgandi Libros Hebræorum quibuſcunque conceſſarum. 388

VIII.

Archiepiſcopi & Epiſcopi cuiuſcunque ordinis profeſſores, ad clauſtra ſuorum ordinum redeuntes ad officia, & dignitates aſſumi non poſſunt. 392

IX.

De Lenonum, & eorum complicum pœnis. 393

X.

Lites & cauſæ inter Cardinales quomodolibet vertentes ſummi Pontificis deciſioni reſeruantur. 394

XI.

XI.

Diſpenſationes matrimoniales in ſecundo gradu non conceduntur contrahentibus matrimonia ſcienter in gradibus prohibitis. 395

PIVS QVARTVS.

I.

Declaratio conſtitutionis Pauli IIII. editæ contra religioſos extra clauſtra vagantes & Apoſtatas. 398

II.

A decimis, ſubſidiis & aliis oneribus exemptæ ſunt moniales. 404

III.

Publicationes reſignationum beneficiorum. 405

IIII.

Epiſcopalis reſidentia, & non reſidentium pœnæ. 406

V.

Clericorum bona ex illicita negotiatione acquiſita, veniunt ſub nomine Spoliorum, & ſpectant ad R. Cam. Apoſtolicam. 413

VI.

Conſtitutio Pauli 4. ſuper alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum reducitur ad viam & terminos iuris communis. 415

VII.

Indictio proſecutionis ſacri Concilij Tridentini. 418

VIII.

Proſtitutis & impudicis mulieribus ornatus pudicarum mulierum prohibetur. 419

IX.

Prælati quandiu interſunt Concilio Tridentino gaudent priuilegiis Alternatiuæ quoad collationem beneficiorum, indulto exemptionis à ſolutione decimarum & aliorum onerum. 423

X.

Beneficiorum Apoſtolicæ ſedi reſeruatorum fructus à die vacationis vſque ad diem prouiſionis reſeruantur. 425

XI.

Birretum viride deferendum petentibus alternationes dilationes ſiue beneficium ex cap. Odoardus & Peruenit. 427

XII.

Inſtitutio & erectio Militiæ S. Stephani ſub regula Sancti Benedicti per Coſmum Medicem Hetruriæ & Senarum Ducem eiúſque priuilegia & confirmatio. 429

XIII.

Officij Apoſtolicæ pœnitentiariæ reformatio. 436

XIIII.

Indulgentiarũ gratiæ ab omnibus officialibus gratis expediantur. 439

XV.

Prohibitio deferendi, retinendi, & vendendi Archibuſettos breuiores

res menſuræ duorum palmorum. 440

XVI.

Reformatio Rotæ palatij Apoſtolici. 442

XVII.

Reformatio Conclauis in electione Romani Pontificis. 445

XVIII.

Naturalium ſpuriorum legitimationes annullantur & reuocatio facultatum eo modo legitimandi. 450

XIX.

Deciſio & ſententia litis Canonicorum regularium ordinis ſancti Auguſtini congregationis Lateranenſis aduerſus Monachos ordinis ſancti Benedicti congregationis Caſſinenſ. alias S. Iuſtinæ de Padua, pro præcedentiæ authoritate. 456

XX.

Confirmatio ſacri Concilij Tridentini. 457

XXI.

Græci in his quæ Orthodoxum diuini cultus ritum pertinent ordinariorum Iuriſdictioni ſubiiciuntur. 463

XXII.

Prohibitio legendi libros hæreticos & reuocatio licentiarum antea conceſſarum. 464

XXIII.

Index librorum prohibitorum ex decreto Concilij Tridentini approbatur. 465

XXIIII.

De electionibus ad regimina Monaſteriorum, Præpoſiturarum, & aliarum dignitatum Conuentualium. 470

XXV.

Decreta Concilij Tridentini circa reformationem & ius poſitiuum ligare cœperunt Kal. Maij M.D.LXIIII. 471

XXVI.

Priuilegio ſingulari Cardinales inquiſitores habent poteſtatem tenendi atque legendi libros hæreticos & aliis licentiam dandi eos tenendi legendi & interpretandi. 472

XXVII.

Contra quoſcunque in confidentiam recipientes vel retinentes eccleſias & beneficia eccleſiaſtica. 474

XXVIII.

Promotio Doctorum & aliorum cuiuſcunque artis & facultatis profeſſorum cum profeſſione præſtanda. 476

XXIX.

Diſpenſationes de non reſidendo in fauorem ſtudij non valent ſine conſenſu ordinariorum. 479

XXX.

Forma profeſſionis fidei & iuramenti quod præſtare debent prouiſi de

de beneficiis ac dignit. Eccleſ. Monaſteriis & aliis locis ordinum regularium & Militiarum. 481

XXXI.

De reſidentia Prælatorum & aliorũ animarum curam habentium. 487

XXXII.

Facultates & iuriſdictiones Marci Sitici de Altemps, Germani Preſbyteri Cardinalis Conſtantienſis totius ſtatus Eccleſiaſtici legati de latere. 487

XXXIII.

Munera & dignitates apud Principes Nuncij Apoſtolici ambire non debent. 497

XXXIIII.

Facultas C. præcedendi contra Prolatos & alios curam animarum habentes & in eorum Eccleſiis non reſidentes. 498

XXXV.

In diſpenſationum impetrationibus, gradus cognationis qualitates remotiores & propinquiores exponendæ. 500

XXXVI.

Fraudulentę & doloſæ permutationes beneficiorum prohibentur. 500

XXXVII.

Habitus & tonſura Clericorum. 501

XXXVIII.

Declaratur exemptio ob numerum duodecim filiorum. 502

PIVS QVINTVS.

I.

Medicorum in curandis infirmis officia. 505

II.

Aboletur conſuetudo & facultas celebrandi Miſſas veſpertino tempore. 507

III.

Ordinationes diuini cultus venerationem pauperum curam, cadauerum ſuper terram depoſitorum amotionem. Pœnæ ſimoniacorum Blaſphematorum, Concubinariorum & Sodomitarum. 510

IIII.

De clauſura Monialium. 515

V.

De pœnis naufragantium bona occupantium. 520

VI.

Contra homicidas & Bannitos illorúmque complices & receptatores. 524

VII.

Serui & captiui poſt baptiſmum libertatem conſequuntur. 536

VIII.

Reuocatio facultatum conceſſarum Græcis Latino more & Latinis Græco

Græco ritu celebrandi Miſſas & alia diuina officia. 537

IX.

Nobilis artis agriculturæ priuilegia & ſtatuta confirmantur. 539

X.

Declaratio conſtitutionis editæ ſuper expreſſione gradus propinquioris in diſpenſationibus. 541

XI.

Tres declarationes, decreti Concilij Tridentini circa impedimenta cognationis ſpiritualis & affinitatis ex fornicatione quo ad matrimonia poſt confirmationem Concilij contracta & de cætero contrahenda. 542

XII.

Quæſtuarij prædicatores tolluntur. 546

XIII.

Parrochialium Eccleſiarum collatio. 549

XIIII.

Dotium conſtituendarum moderatio. 552

XV.

De ſpoliis Clericorum. 554

XVI.

Declaratio portionum aſſignandarum in perpetuum vicariis Parochialium vnitarum. 558

XVII.

Agitatio Taurorum & aliarum beſtiarum prohibetur. 560

XVIII.

Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Paula fratres inter ordines mendicantium comprehenduntur. 563

XIX.

Congregatio Sancti Hieronymi Ieſuatorum inter ordines mendicantium comprehendi debet. 566

XX.

Fratrum Amadæorum & Clarenorum ſub ordine fratrum minorum Sancti Franciſci de obſeruantia vnio. 568

XXI.

Lite pendente fructus apud perſonam à Iudice eligendam deponi debent. 573

XXII.

Reuocatio facultatis Comitum Palatinorum concedendi lauream Magiſtralem Doctoratus. 575

XXIII.

Declaratio Concilij Tridentini cap. 3. Seſſ. 14. de reformat. matrim. ſuper impedimento publicæ honeſtatis. 576

XXIIII.

Tertij Ordinis S. Franciſci de pœnitentia reformatio. 578

XXV.

Reſidentia parochialibus ac canonicatibus Eccleſiis iniungitur. 581

XXVI.

Fratres prædicatores præcedunt reliquos mendicantes. 583

XXVII.

Pœnæ Clericorum nephandi criminis reorum. 587

XXVIII.

Pœnæ impedientium ſanctum officium inquiſitionis hæreticæ prauitatis. 592

XXIX.

Titulo penſionis aut beneficij ex decret. Concil. Trident. promoueri debent clerici ad Sacerdotium. 594

XXX.

Forma contrahendi cenſus. 595

XXXI.

Reformatio pœnitentiariæ Apoſtolicæ. 598

XXXII.

Iudæorum ab omnibus locis ditionis S. Romanæ Eccleſiæ exterminium & exilium. 601

XXXIII.

Pœnæ retinentium beneficia in confidentiam. 606

XXXIIII.

Roſarij Beatæ Virginis Mariæ Indulgentiæ. 611

XXXV.

Coſmus à Medicis Reipublicæ Dux, eiúſque ſucceſſores magni Ducis titulo honorantur munere Pontificio. 614

XXXVI.

Contra offendentes S.R.E. Cardinales. 717

XXXVII.

Eccleſia Lateranenſis de Vrbe præcedit omnes Vrbis & Orbis Eccleſias. 618

XXXVIII.

In tribus caſibus egredi è clauſtris licet monialibus. 622

XXXIX.

Elizabet prætenſa Regina Angliæ, hæretica cum ſuis adhærentibus declaratur, ac omni iure Regni, & dignitate priuatur: eiúſque Subditi ab omni fidelitatis, & obſequij debito liberātur, & ei de cætero obedientes anathematizantur. 624

XL.

Impoſitio ſex decimarum ſuper fructibus, & penſionibus beneficiorum totius Italiæ præterquam Dominij Venetorum, pro præſidio contra Turcas, collectoriſque deputatio & facultates. 626

XLI.

Tonſores Monetæ, tam aureæ, quàm argenteæ, vltimi ſupplicij pœnā incurrunt. 628

XLII.

Reuocatio priuilegiorum, & conſuetudinum Eccleſiarum aliquid recipiendi

ciӀpiendi in collatione aut alia prouiſione ſeu admiſſione ad poſſeſſionem Beneficiorum. 629

XLIII.

Confirmatio inſtitutionis, Priuilegiorum, Societatis, Crucesignatorum. 633

XLIIII.

Contra fraudulentos & doloſos decoctores. 637

XLV.

Publicis Concionibus prohibetur diſputatio de Conceptione B. Virginis Mariæ. 639

XLVI.

Humiliatorum ordo extinctus. 641

XLVII.

Regulares cuiuſcunque Ordinis etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduati non poſſunt ſæcularium confeſſiones audire niſi ſint ab ordinariis approbati. 644

XLVIII.

Coadiutoriarum, regreſſuum & acceſſuum reuocatio. 645

XLIX.

Statutum de fructibus, quos amittunt qui horas canonicas non recitant. 646

L.

Appellationum cauſæ in criminalibus infra ſex menſes expediri debent. 649

LI.

In ambientes dignitates & officia Iuriſdictionum precio. 650

LII.

Cambiorum illicitorum declaratio, & prohibitio.

LIII.

In authores librorum famoſorum.

LIIII.

Prohibitio deferendi pugiones cultellos & aliud genus armorum breuius menſuræ trium palmorum. 662

LV.

Declaratio conſtitutionis editæ circa illegitimorum inhabilitatem ad ſucced. in bonis acquiſitis ex rebus Eccleſiaſticis & aliis bonis 663

LVI.

De Confraternitatibus Doctrinæ Chriſtianæ in ſingulis Ciuitatibus & Diœceſibus erigendis, & earum Indulgentiis. 667

LVII.

Reſeruatio Beneficiorum vacantium. Sede Epiſcopali vacante. 699

LVIII.

Forma obſeruanda in conceſſione, & expeditione literarum Apoſtolicarum ſuper gratiis reſignat. beneficiorum 699

LIX.

Reuocatio facultatũ conceſſarum Legatis, & Nunciis Apoſtolicis. 672

LX.

Exemptio monaſteriorum, piorúmque locorum, ab onere hoſpitandi Milites. 673

LXI.

Conceſſio gratiarum tam ſpiritualium quam temporalium aliis per Rom. Pont. proficiſcentibus ad ſubſidium Terræ Sanctæ conceſſarum pro his qui vel perſonis, vel facultatibus adiuuerint hoc præſens bellum contra Turcas. 674

LXII.

Miſerabiles perſonæ in cauſis diſcuſſionum, cęteris aliis creditoribus præferuntur pro eorum creditis, vſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta. 676

LXIII.

Reuocatio priuilegiorum de recipiendis & retinendis Fratribus alterius ordinis. 678

LXIIII.

Deputatio Cardinalium Hæreticæ prauitatis generalium Inquiſitorum, & declaratio quod, quæ maior pars eorundem in Congregatione interuenientium facit valeat, ac ſi omnes interuenirent. 679

LXV.

Cauſæ beneficiorum confidentialium ad Pontificem euocantur. 690

GREGORIVS XIII.

I.

Prohibitio depingendi aut venales proponendi Agnos dei à Romano Pontifice benedictos. 683

II.

Reſeruatio menſium Apoſtolicorum & alternatiua pro Epiſcopis reſidentibus. 686

III.

Contra Famigeratores nuncupatos Menantes, eorúmque famoſos libellos. 687

IIII.

Indulgentię Confraternitati doctrinæ Chriſtianæ conceſſæ ampliantur. 688

V.

Indulgentiæ pro Confratribus Societatum Doctrinæ Chriſtianæ. 688

VI.

Facultas quinque Cardinalium Deputatorum, ſuper recognitione in expurgatione librorum prohibitorum. 689

VII.

De clauſura monialium & eleemoſynis eis præſtandis. 692

VIII.
Inſtitutio Feſti Sanctiſſimi Roſarij. 696
IX.
Executio literarum Apoſtolicarum, & declaratio Concilij Tridentini. 701
X.
Indictio Sancti Iubilei pro viſitantibus Baſilicas SS. Petri, & Pauli, ac Sancti Ioannis Lateranen. & Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe, Anni. 1575. 703
XI.
Contra dantes vel recipientes pro obtinenda aliqua gratia apud ſedem Apoſtolicam. 707
XII.
Iubileum anni Sancti pro Catholicis Anglis. 708
XIII.
Confirmatio Priuilegiorum Franciſcanorum fratrum de obſeruantia ac Sanctæ Claræ & tertij ordinis de Pœnitentia. 709
XIIII.
Electio collegij Germanici Romæ ſub regimine quinque Cardinalium protectorum & presbyterorum ſocietatis Ieſu. 711
XV.
Exemptiones collegij Germanici. 714
XVI.
Eleemoſynæ Hoſpitalis Corcyrenſis applicantur Hieroſolymitano. 717
XVII.
Reuocatio quarumcunque licentiarum ingrediendi monaſteria & loca monialium 718
XVIII.
Declaratio conſtitutionis à Nicolao V. editæ circa collationes beneficiorum vacantium in menſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis iuxtà formam concordatorum nationis Germanicæ. 719
XIX.
Bona Regularium extrà clauſtra degentium, veniunt ſub nomine ſpoliorum, & ſpectant ad Reuerendam Camerã Apoſtolicam. 720
XX.
Erectio Collegij Græci in Vrbe, deputatio ac facultates Cardinalium illius Protectorum. 712
XXI.
Inſtitutio, profeſſio, ac Priuilegia Monachorum Prouinciæ Hiſp. Ordinis S. Baſilij. 725
XXII.
De Reformatione Ordinis S. Baſilij, ac Abbatum, & aliorum, Officialium electione, & officio, Priuilegiorũmque, exemptionum, & Indultorum confirmatione. 729
XXII.
Confirmatio priuilegiorum Congregationis S. Hieronymi Ieſuatorum. 734
XXIII.
Electiones quolibet triennio in capitulo generali fiendæ. 736
XXV.
Contra Homicidas, & alios capitali crimine Bannitos, vel diffamatos eorumque receptatores, & fautores. 737
XXVI.
Annullatio diſpoſitionum Beneficiorum, quæ fiunt perſonis prohibitis propter genus, aut hæreſim, & à fide Apoſtaſiam: Et declaratio quòd omnia beneficia eiſdem quomodocunque collata, ad nouam Romani Pontificis diſpoſitionem pertinent. 739
XXVII.
Declaratio Regulæ Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ, commorantium. 742
XXVIII.
Medici Hebræi vel infideles ad Chriſtianorum curam non admittantur. 746
XXIX.
Blaſphemiæ Iudæorum, cohiberi debent ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. 747
XXX.
Monaſteriorum Monialium clauſtra ingredi non poſſunt niſi in caſibus tantummodo neceſſariis Prælati. 749
XXXI.
Declaratio circa præcedentiam Fratrum mendicantium & confraternitatum laicorum in proceſſionibus. 750
XXXII.
Indulgentiæ confraternitatis Sanctiſſimi nominis Dei, & iuramentorum. 751
XXXIII.
Pœnæ Duella & Monomachias committentium. 754
XXXIIII.
Erectio Eccleſiæ Bononien. in Metropolim, & Archiepiſcopatum. 757
XXXV.
Applicatio & reintegratio facultatum iuriſdictionis & priuilegiorum vniuerſitatibus Mercatorum. 758
XXXVI.
Declaratio conſtitutionis Pauli 3. circa priuilegium Mercatoribus Ripæ Vrbis conceſſum, vt eorum Libri concordantes cum libris Proxenitarum, plenè probent, & executionem habeant, ſicut obligationes camerales, etiam contra mulieres. 761

XXXVII.

De modo & forma publicandi beneficiorum reſignationes, & iurium ceſſiones. 725

XXXVIII.

Declaratio regulæ & regiminis fratrum Diſcalciatorum S.Ioſephi in regnis Hiſpaniarum Ordinis Minorum S.Franciſci de obſeruãtia.

XXXIX.

Inſtitutio & regula Fratrum & Monialium Diſcalciatorum primitiuam regulam Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo in regnis Hiſpan.obſeruantium. 770

XL.

Calendarij nuper reſtituti, pro feſtis celebrandis, diuiniſque officiis recitandis,approbatio,veteris Calendarij abolitio. 764

XLI.

Collegij Anglici in Vrbe erectio,exemptiones & priuilegia, eiuſque Protectoris iuriſdictio,& facultates. 777

XLII.

Confirmatio,& declaratio Inſtitutionis gratiarum, & Priuilegiorum Societatis Ieſu. 785

XLIII.

Ordo Proceſſionum Papalium in ſolennioribus feſtiuitatum celebrationibus. 791

XLIIII.

Conſtitutio Nicolai III. & aliorum ſanctionum contra iurantes & iurare facientes illicita impoſſibilia damnoſa & Eccleſiaſticæ libertati ac decretis Concilij Tridentini contraria. 794

XLV.

Regulæ Fratrum Reformatorum Ordinis Minorum Beati Patris Franciſci de obſeruantia declaratio à ſuperioritate & Iuriſdictione generalis Miniſtri & commiſſarij ordinis. 798

XLVI.

Miniſtri generalis Minorum Conuentualium facultas abſoluendi à cenſuris fratres ſine licentia Apoſtolica ad ipſum ordinem tranſientes. 802

XLVII.

Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ virginis Conſalonis de Vrbe facultates. 803

XLVIII.

Ampliatio & confirmatio priuilegiorum & gratiarum ordinis Ciſterçienſis & reformatio eiuſdem ordinis. 820

XLIX.

Monialium Ordinis Ciſtercien.à Superioritate & correctione Abbatum & Miniſtrorum eiuſdem ordinis Exemptio & ſubiectio eorundem Iuriſdictioni Ordinariorum. 816

L.

Militiæ & hoſpitalis S.Ioannis Hieroſolymitani priuilegiorum confirmatio. 827

LI.

Facultates ordinariorum corrigendi & viſitandi fratres militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani declaratio. 833

LII.

Prædicatio Iudæorum Synagogis de præceptis doctrinæ Chriſtianæ facienda. 834

LIII.

Feſti Diuæ Annæ Deiparæ Virginis celebratio annua. 835

LIIII.

Abſolutio eorum qui cum Bannitis verſati ſunt. 836

LV.

In diripientes,ementes,permutantes,ac recipientes in ſtatu Eccleſiaſtico animalia & alia bona. 837

SIXTVS QVINTVS.

I.

Alienationes bonorum ſtatus Eccleſiaſtici abſque ſedis Apoſtolicæ licentia prohibentur. 847

II.

In homicidas,fures ac latrones eorumque fautores. 847

III.

Auditores cauſarum Religioſorum extra clauſtra degentium. 857

IIII.

Celebrationis feſti Præſentationis Beatiſsimæ Virginis Mariæ indictio. 858

V.

Contra ambientes officia precio in his quæ iudiciarij fori adminiſtrationem pertinent. 859

VI.

Indulgentiæ pro omnibus qui in feſtiuitatibus SS.Franciſci,Antonij de Padua,Bonauenruræ ac Bernardini Eccleſias fratrum Minorum cuiuſcunque congregationis viſitant. 864

VII.

Reſeruatio menſium Apoſtolicorum & alternatiua pro Epiſcopis reſidentibus. 864

VIII.

Feſti Sancti Franciſci de Paula Inſtitutio. 866

IX.

Feſtum martyrum S.Ianuarij Epiſcopi & ſotiorum. 867

X.

Feſti S.Antonij de Padua officium. 867

XI.

Diui Petri Martyris Ord. Prædicatorum feſtum. 868

XII.

Ordines, & Conſtitutiones Cancellariæ Apoſtolicæ. 869

XIII.

Literæ Proceſſus S. D. N. Sixti V. Pon. Opt. Max. Lectæ in die Cœnæ Domini, Anno M.D.LXXXVI. 883

XIIII.

Declaratio contra Henricum Borbonium aſſertum Regem Nauarræ, & Henricum item Borbonium, prætenſum Principem Condenſem hæreticos, eorumque poſteros & ſucceſſores, & eorundem inhabilitatio ad ſuccedendum in Regno Franciæ, aliiſque Dominiis, ac liberatio Subditorum ab omni fidelitatis & obſequij debito. 901

XV.

Eccleſiaſticorum bonorum alienatio vſque ad valorem quinquaginta millium ſcutorum Clero Galliæ in ſubſidium belli aduerſus hæreticos initi conceditur. 905

XVI.

Iubileum omnibus Chriſtifidelibus qui in Eccleſiis regni Galliæ pro fœlici contra hæreticos victoria, &c. orauerint, cum facultate eligendi confeſſores qui à delictis & Criminibus etiam in bulla cœnæ Domini contentis abſoluant. 911

ELENCHVS

VARIARVM EXERCITATIONVM QVÆ IN SCHOLIIS TRACTANTVR PER LOCOS COMMVNES concinnatus.

Loci Theologici.

Baptiſmus an debeat conferri Iudæorum filiis inuitis ipſis parentibus. 350

Blaſphemia & Tentatio Dei. 355. 356

Cathecheſis doctrinæ Chriſtianæ neceſſaria. 668

Confeſſoris munus & poteſtas. 645

Crux Chriſti. 636

Dæmonum reſponſa conſulere nefarium. 140

Fidei ſumma capita. 483

Fidei Chriſtianæ virtus, & laus. 485

Forma profeſſionis fidei. 479

Hæreſis. 33

Hæreſis Ioannis Vicleff, & Ioannis Hus, damnata. 80. 81. 82

Hæreſis Martini Lutheri multis authoritatibus confuſa. 219

Hæreticorum librorum lectio vitanda. 467

Horæ canonicæ. 647

Iuramenti leges. 795

Miſſæ ſacrificium mane non veſperi celebrandum. 509

Miſſa quo linguæ idiomate celebretur. 538

Ordinis profeſſi inſtitutum non debet ad laxiorem regulam commutari. 90

Thalmud fabulæ & portenta. 361. 389

Trinitatis myſterium incomprehenſibile. 373

Virginitas perpetua Deiparæ. 375

Votum ſimplex & ſolenne. 899

Vſura. 656

[redacted]tes.

Agnorum

Agnorum Dei virtutes. 685
Aurum Eccleſiæ, bonum pauperum. 74
Cardinalium Origo, inſtitutio, & officium. 95
Catharinæ Senenſis laus.
Concilium
- Lugdunenſe. 3
- Viennenſe. 45
- Conſtantienſe. 97
- Baſilienſe. 97
- Lateranenſe. 169
- Tridentinum. 323

Conclauis leges. 25.450.
Collegia & Academiæ Societatis Jeſu. 781
Diſputatio de concept. B. Virg. ſedatur. 141
Eccleſiæ Græcæ cum Latina vnio. 99
Eccleſiæ aliquot in Metropolitanas erectæ. 395
Electio ad regimina monaſteriorum. 471
Electio ſummi Pontificis. 384
Inſtitutio ſolennitatis & feſti Corporis Chriſti. 17
Jubilæi ceremoniæ ſolennes Romæ. 706
[redacted] 907
Monialium clauſura. 518.623
Ordo
- Ciſtercienſium. 817
- Cæleſtinorum. 40
- Equitum omnium per totum orbem. 434
- Dominicanorum. 585
- Franciſcanorum. 572
- Humiliatorum. 643
- Minimorum S. Franciſci de Paula.
- Capucinorum B. Franciſci. 272
- Jeſuatorum. 568
- Societatis nominis Ieſu. 305

Roſarij inſtitutio. 613
Transfigurationis Domini feſtum cur inſtitutum. 111

Iuris Pontificij & Cæſarei.

Affinitas ex fornicatione. 545
Alienatio bonorum Eccleſiæ. 1. & 50. 51. & 269
Ambitus. 863
Annatæ. 130
Appellatio. 158.650
Beneficij fructuum diuiſio tempore obitus poſſeſſoris. 346
Beneficiorum reſeruationes. 426
Beneficia

Beneficia in confidentiam accepta. 475
Beneficiorum collatio. 551
Beneficiorum vnio. 559
Beneficia malè conferentium pœnæ. 609
Beneficij collatio hæreticis facta annullatur. 751
Beneficij ſimoniaca collatio. 633
Blaſphemorum pœnæ. 536
Cardinales offendentes. 618
Cenſus & cenſura. 597
Coadiutoriæ beneficiorum. 646
Cognatio ſpiritualis. 544
Commendæ & Commendatarij. 830
Comitum Palatinorum Priuilegia. 576
Comitum varium nomen & officium. 576
Concubinariorum pœnæ. 109
Decoctores. 639
Diſpenſatio votorum. 892
Dos. 853
Duellum permittentes. 160.754
Epiſcoporum reſidentia. 409
Exemptio ob numerum duodecim filiorum. 333
Falſificantes literas apoſtolicas. 888
Furtum. 855
Gradus affinitatis & conſanguinitatis. 542
Hæreticorum filij. 34
Homicidium. 534
Homicidium quomodo permittatur. 755. & 855
Incendiarij. 857
Inceſtus pœnæ. 255
Inquiſitoris officium impedientes quomodo puniantur. 367
Interdictum. 264
Judicia impedientes. 593
Judices corrupti muneribus. 863
Jus Patronatus. 243
Juſiurandum & Iuramentum. 795
Legitimatio & reſtitutio natalium. 452
Lenonum pœnæ. 394
Libri famoſi. 662
Libri hæreticorum non legendi. 465. & 690
Matrimonia contrahentium in gradibus prohibitis pœnæ. 255
Menſium Apoſtolicorum reſeruatio. 687
Mercatura & Mercatorum libri 762
Monetarum tonſores. 629
Naufragantium bona diripientes. 523
Negotiatio clericis prohibita. 414
Ordinatio ſub titulo beneficij, aut patrimonij.

patrimonij. 595
Perduelles. 856
Perſonarum miſerabilium priuilegia. 678
Pigri debitores in ſoluendo ære alieno. 427
Priuilegia { *Legatorum.* 492 / *ſtudioſorum.* 481 / *Agricolarum* 540 }
Publicæ honeſtatis impedimentum. 577
Quæſtorum abuſus. 548
Reſidentiæ in beneficiis excuſationes. 412.582
Sacrilegium. 517
Sequeſtratio. 574
Siccarij. 663
Simonia. 863
Sodomitarum pœnæ. 588
Spolia clericorum. 312.& 557
Vſuræ & cambia illicita. 658
Vxorium Ius. 363

Philoſophici & Morales.

Animæ Immortalitas. 175
Clementia & miſericordia. 861
Diuitiarum incommoda. 653
Gratitudinis memorabile exemplum. 60
Iuſtitia. 860
Legati officium. 496
Medici in curandis infirmis cura. 506
Militum inſolentia. 674
Officioſum Imperium viri in vxorem. 336
Ornatus mulierum immodicus damnatur. 420
Paupertatis commendatio. 654
Temperantia & Luxus. 819

Hiſtorici.

Amoris infandi exempla. 588
Germania olim firmiſsima religionis cuſtos. 716
Græcia nequaquam nouit fidē 99
Iudæorum clades & miſeriæ. 605
Legationis violatæ vltio. 494
Ludorum quatuor genera antiquis celeberrima. 562
Parentes multæ prolis. 333
Romanarum mulierum luxus, & ornatus 421
Strigarum mirabiles impoſturæ. 145
Veſtalium religio. 517

Chronici

Bombardarum inuentum. 442
Clades Orientis, obſidione Tyri & Ptolemaidos. 34
Conuentus Papæ & regis Francorum Maſſiliæ. 274
Coronatio Cæſaris apud Bononiam. 261
Coſmus à Medicis magnus Dux Ethruriæ. 617
Ecclipſis Solis ſtupenda. 63
Elizabeth regina Angliæ excommunicatur. 625
Fœdus ſacrum diſſoluitur. 717
Franciſcus Xauerius noui orbis Apoſtolus. 309
Henrici Octaui Angliæ regis mors. 305
Henrici Valeſij mors in haſtiludio. 396
Hæreticorum per ingens Galliam cædes. 838
Hiberniæ Inſulæ donatio. 53
Hieroſolymitanæ Vrbis excidium 603
Legati Regum Iaponis Romam ingreſsi. 843
Ludouici Barbari mala mens in ſedem Apoſtolicam. 54
Lutheri vita & mors. 237
Mauri ab Hiſpania eiecti. 153
Melita inſula à Turcis obſeſſa 503
Nuptiæ Henrici octaui Regis Angliæ cum Catharina Hiſp. 173
Nuptiæ Henrici Valeſij cum Catharina de Medicis. 275
Rhodus Inſula à Turcis direpta. 245
Roma duce Borbonio capta. 261
Schiſma Clementis Antipapæ. 72
Sedes Pontificia è Roma Auenionem tranſlata. 60. *iterum Romam reducitur.* 67
Siculus veſper. 30
Supplicium Ioannis Hus. 87
Templariorum ordo extinctus. 49
Tumultus S.P.Q.R. in Pontif. 73
Turcæ apud Taurinum ſeu Belgradum deuincti. 111
Typographiæ commendatio. 183
Victoria Chriſtianorum aduerſus Turcas. 697
Victoria Regis Chriſtianiſsimi de Germanis in Galliæ excidium accitis. 909.910

Rerum illuſtrium inter Principes geſtarum.

Angliæ Martyres. 305.
Concordata Germaniæ pro reſeruat. benef. 720.
Epiſtola Philippi pulchri ad Benedictum XI. 44
Epiſt. Ludouici XI. ad Pium II.
Munus Pontificium regi datum. 129.& 205
Epiſtola Clementis Septimi ad Carolum V. 260
Epiſtola Regis Æthiopiæ ad Clementem VII. 279
Epiſtolæ duæ Eccleſiæ Neſtorianæ ad Iul. 3.

Epiſtolæ Regum Iaponenſium ad Gregorium XIII. 843
Epiſtola è Londino miſſa de electione Sixti V. 854
Henricus Octauus Rex Angliæ titulo defenſoris fidei donatus. 223
Henricus Angliæ Rex Hæreſim amplectitur. 300
Legatorum orationes aliquot in Concilio Tridentino. 323
Noui orbis Inſulæ donantur Regi Hiſpano. 153
Oratio Epiſcopi Valentini ad regem Galliæ è Gallico in latinum verſa. 409
Pacis perſuaſio ad Cæſarem, & Regem Galliarum. 330
Pragmaticæ ſanctionis abrogatio 204
Rex Hiſpanus Catholicus dictus 151
Reges Galliæ Sedi Apoſtolicæ obſequentiſſimi. 910

Apologetici

Pro Cœleſtino V. qui renunciauit Pontificatui. 364
Pro Bonifacio Octauo. 549
Pro Ioanne XXII. 60
Pro Clemente V. 34
Pro Concilio Conſtantienſi. 87
Pro Pontificia authoritate ſupra Concilium. 119
Pro Pontifice in eos qui ab eius ſententiis ad Concilium apellant. 120
Pro Pio II. 116
Pro reductione anni Iubilei ad 25. annum. 136
Pro Paulo ſecundo aduerſus Platinam & reliquos Chronographos.
Pro Iulio ſecundo aduerſus Concilium Piſanum. 169
Pro Adriano VI. 245
Pro Pio V. bonorum Pontificum archetypo. 513
Pro pœnitentiaria apoſtolica. 600
Pro Lateranenſis Eccleſię præeminentia. 619
Pro bello ſacro in Turcas quod damnat Lutherus. 676
Pro benedictionibus ſolennibus agnorum Dei. 684
Pro Iubileo anni ſacri. 704
Pro Archiconfraternitate confalonis. 806
Pro Rege Chriſtianiſſimo Henrico III. 910

PON-

PONTIFICVM NOMINA QVORVM CONSTITVTIONES VITÆ ET FACTA IN HOC OPERE COLliguntur.

	Num.Pag.	*Num.Conſt.*
ADrianus Quintus	26	
Adrianus ſextus	230	IIII.
Alexander Quartus	7	VIII.
Alexander Quintus	74	
Alexander Sextus	150	II.
Benedictus Vndecimus	43	
Benedictus Duodecimus	54	II.
Bonifacius Octauus	41	II.
Bonifacius Nonus	70	I.
Calixtus Tertius	109	I.
Cœleſtinus Quartus	3	
Cœleſtinus Quintus	39	
Clemens Quartus	22	II.
Clemens Quintus	45	II.
Clemens Sextus	58	I.
Clemens Septimus	246	XII.
Eugenius Quartus	91	II.
Gregorius Nonus	24	
Gregorius Decimus	1	II.
Gregorius Vndecimus	65	III.
Gregorius Decimus tertius	686	LV.
Honorius Quartus	31	II.

Inno

Innocentius Quartus	3	*V.*
Innocentius Quintus	26	
Innocentius Sextus	61	*I.*
Innocentius Septimus	72	*I.*
Innocentius Octauus	242	*IIII.*
Ioannes Vigeſimuſprimus	26	
Ioannes Vigeſimus ſecundus	50	*V.*
Ioannes Vigeſimuſtertius	76	
Iulius Secundus	155	
Iulius Tertius	341	*VIII.*
Leo Decimus	174	*XII.*
Marcellus Secundus	364	*I.*
Martinus Quartus	29	*II.*
Martinus Quintus	76	*III.*
Nicolaus Tertius	27	*I.*
Nicolaus Quartus	35	
Nicolaus Quintus	100	*IIII.*
Paulus Secundus	129	*V.*
Paulus Tertius	253	*XIII.*
Paulus Quartus	367	*V.*
Pius ſecundus	112	*XI.*
Pius Tertius	154	
Pius Quartus	398	*XXXVIII.*
Pius Quintus	505	*LXV.*
Sixtus Quartus	138	*III.*
SIXTVS Quintus	847	*XVI.*
Vrbanus Quartus	15	*II.*
Vrbanus Quintus	63	
Vrbanus Sextus	68	*II.*

Pontifices.50. *Conſt.314.*

INDEX

INITIORVM SINGVLARVM CONSTITVTIONVM OMNIVM PONTIFICVM

QVO FACILIVS

inueniantur vbi eorum mentio apud probatos authores occurrit.

AB ea ipſa die qua.	Paulus iiij.	395
Ab ipſo Pontificatus.	Gregorius xiij.	708
Ab immenſa æterni regis.	Sixtus v.	901
Accepimus per ſtatuta.	I aulus iij.	333
Accepimus Fiſco.	Pulius ij.	158
Accepimus nuper.	Paulus iij.	337
Accepimus multis.	Pius v.	676
Ad canonum conditorem.	Clemens vij.	265
Ad Eccleſiæ regimen.	Pius iiij.	418
Ad exequendum.	Pius v.	555
Ad facinoroſos.	Gregorius xiij.	836
Ad hoc nos Deus licet.	Gregorius xiij.	768
Admirabile ſacramentum.	Iulius ij.	153
Admonet nos.	Clemens xij.	277
Ad reprimendas.	Martinus v.	90
Ad Romani ſpectat.	Pius v.	663
Ad Romani Pontificis.	Gregorius xiij.	701
Ad Romanum Pontificem.	Pius v.	544
Ad Romanum ſpectat.	Pius v,	576
Ad Romani Pontificis.	Paulus ij.	129
Ad ſacram Petri.	Nicolaus v.	105
Ad noſtrum nuper.	Ioannes xxij.	52
Ad tollendum decentaliter.	Gregorius xiij.	754
Alias per fœlicis.	Gregorius xiij.	751
Alias piæ.mem.	Gregorius xiij.	746
Almam vrbem noſtram.	Gregorius xiij.	759
Antiqua Iudæorum	Gregorius xiij.	747

Apoſtolici regiminis ſollicitudo.	Leo x.	174
Apoſtolicæ cameræ.	Innocentius viij.	142
Apoſtolicæ ſedis prouid.	Paulus iiij.	388
Apoſtolicæ ſedis.	Pius v.	563
Aſcendene domino.	Gregorius xiij.	785

B

Beatus Chriſti.	Pius v.	568
Benedict. Deus in donis.	Benedictus xi.	54
Benedictus Deus & pater.	Pius iiij.	457
Benedictus Dominus.	Gregorius xiij.	788

C

Chriſtianæ Reipub.	Pius v.	626
Chriſtianæ nobiſcum.	Gregorius xiij.	803
Circa paſtoralis officij.	Pius v.	515
Circumſpecta.	Pius iiij.	423
Cogit muneris Apoſtol.	Gregorius xiij.	724
Cogit nos neceſsitas.	Pius v.	669
Cordi nobis eſt lites	Pius v.	573
Conſuluit nos.	Alexander iiij.	14
Conſueuit ſedes Apoſtolica.	Gregorius xiij.	834
Conſueuerunt Romani.	Pius v.	611
Conſueuerunt Romani Pontifices.	Sixtus v.	883
Cum ad tollenda.	Iulius iij.	348
Cum alias fœlicis.	Gregorius xiij.	761
Cum à primæua inſtitutione.	Gregorius xiij.	864
Cum chariſsimus.	Clemens vij.	259
Cum chariſsimus in Chriſto.	Sixtus v.	905
Cum dilectis filiis.	Clemens iiij.	22
Cum dilecti filij.	Gregortus xiij.	717
Cum dudum fœl.	Adrianus vj.	244
Cum ex ſacrorum ordinum.	Pius ij.	126
Cum ex Apoſtolatus officio.	Paulus iiij.	385
Cum fratres prædicatores.	Ionocentius iiij.	4
Cum hora iam vndecim.	Alexander iiij.	9
Cum illius vicem.	Gregorius xiij.	798
Cum inter crimina.	Pius iiij.	472
Cum nihil magis,	Pius v.	628
Cum nobis nuper.	Pius v.	520
Cum noſtræ intentionis.	Pius iiij.	419
Cum nos pro paſtoralis.	Pius v.	674
Cum nonnulli de.	Ioannes xxij.	53
Cum nuper ne ordo.	Pius v.	652
Cum onus Apoſtolicæ.	Pius v.	595
Cum pendente lite.	Clemens vj.	276
Cum primum Apoſtolatus.	Pius v.	509
Cum primum Apoſtolicæ.	Gregorius xiij.	857
Cum prouida ſanctorum.	Sixtus iiij.	139
Cum pro munere.	Pius iiij.	494
Cum quorundam hominum.	Paulus iiij.	370
Cum redemptor noſter.	Paulus iij.	292
Cum ſæpius etiam.	Paulus iiij.	394
Cum ſecundum.	Paulus iiij.	381
Cum ſicut accepimus.	Iulius iij.	349
Cum ſicut accepimus.	Paulus iij.	335
Cum ſicut accepimus.	Paulus iij.	331
Cum ſicut nuper.	Iulius iij.	341
Cum ſicut ex parte.	Alexander iiij.	41
Cum ſicut non ſine.	Pius v.	773
Cum ſicut non ſine.	Innocentius viij.	146
Cum ſicut nuper.	Iulius iij.	360
Cum ſicut non ſine.	Iulius iij.	358
Cum ſicut nobis.	Clemens.	268
Cum tam diuino.	Iulius ij.	155
Cum tam ſacroſanctum.	Pius iiij.	498
Cum vices eius.	Pius iiij.	440
Cum vices eius.	Pius v.	662
Cupientes malitiis.	Pius iiij.	425
Cupientes mercatoribus.	Pius iiij.	427
Cupientes pro noſtri.	Pius v.	581

D

Decet Romanum Pontificem.	Leo x.	221

M 2 Decet

Decet Romanum Pontificē.	Paulus ij.	130
Decet Romanum Pontificē.	Pius iiij.	439
Decens & neceſſarium.	Benedictus xj.	56
Decens eſſe cenſentes.	Pius iiij.	413
Decori & honeſtati.	Pius v.	622
Deo ſacris virginibus.	Gregorius xiij.	692
De ſalute gregis.	Pius iiij.	406
De ſtatu Eccleſiarum.	Pius iiij.	404
Dignum & rationi congruū.	Pius v.	536
Diuina diſponente.	Pius v.	583
Dominici gregis cuſtodiæ.	Pius iiij.	465
Dominus ac redemptor.	Gregorius xiij.	703
Dubiis quæ emergunt.	Gregorius xiij.	749
Dudum videlicet.	Vrbanus vj.	68
Dudum vti nobis.	Adrianus vj.	230
Dudum ex certis.	Iulius iij.	343
Dum inter mentis.	Pius iiij.	488
Durum nimis & incom.	Pius v.	629

E

Ea quæ ex fidelium.	Innocentius viij.	141
Ea eſt officij noſtri.	Pius v.	577
Ea propter dilecti.	Alexander iiij.	7
Ea eſt rerum humanarum.	Gregorius xiij.	686
Eccleſiam veſtram.	Martinus iiij.	30
Eius qui immobilis.	Paulus iij.	292
Etſi nos diuina.	Gregorius xiij.	859
Etſi Romanum pontificem.	Pius iiij.	497
Etſi ſolertem adhibere.	Clemens vj.	58
Etſi dominici gregis.	Paulus ij.	136
Etſi omnes quos.	Alexander iiij.	6
Etſi Romani Pontificis.	Pius v.	650
Etſi dominici gregis.	Pius v.	546
Ex benigna ſedis.	Gregorius xiij.	708
Execrabilis &	Pius ij.	120
Excommunicamus &	Gregorius ix.	2
Ex debito paſtoralis officij.	Pius v.	667
Ex debito paſtoralis.	Iulius ij.	157

Exhibita

Exhibita nobis.	Honorius iiij.	32
Exigit ordinis minorum	Ioannes xxi.	50
Ex ordinis prædicatorum.	Paulus iiij.	393
Ex proximi Lateranenſis.	Pius v.	646
Expoſcit paſtoralis.	Gregorius xiiij.	750
Ex quo nos Deus.	Gregorius xiij.	742
Ex supernæ diſpoſitionis.	Leo x.	227
Exurge domine.	Leo x.	208

F

Fide digna relatione.	Iulius ij.	171
Firma profecto.	Alexander iiij.	7

H

HAEbreorum gens ſola.	Pius v.	601
His proximis diebus.	Martinus ij.	464
His quæ pro religionis.	Pius iiij.	429
Huic noſtri Pontificatus.	Gregorius xiij.	849
Honeſtis petentium.	Leo x.	226
Horrendum illud ſcelus.	Pius v.	587

I

Llius qui pro gregis.	Gregorius xiij.	688
Illius vices in terris.	Paulus iij.	282
Immenſa diuinæ ſap.	Sixtus v.	867
Impia Iudæorum.	Innocentius iiij.	3
In Apoſtolicæ Sedis.	Gregorius xiij.	722
In Apoſtolici culminis.	Paulus iij.	314
In cœli throno qui.	Sixtus v.	866
In conferendis beneficiis.	Pius v.	549
In eam pro noſtro.	Pius v.	656
In Eccleſiis præſertim.	Gregorius xiij.	739
Ineffabilis prouidentia.	Paulus ij.	133
In eligendis Eccleſiarum.	Pius iiij.	445
In eminenti ſedis.	Eugenius iiij.	92
In eminenti.	Gregorius xiij.	822
In eminenti Apoſtolatus.	Leo x.	186
Infirma conditio.	Pius v.	618
Infœlicis ſæculi.	Pius v.	617
Inuinctum nobis Apoſtolicę.	Pius iiij.	481

Iniunctum nobis.	Calixtus iij.	110
Iniunctum nobis deſuper.	Paulus iiij.	367
Iniunctum nobis.	Innocentius vij.	72
Initio noſtri huius.	Paulus iij.	314
In minoribus agentes.	Pius ij.	112
In multis deprauatis.	Iulius iij.	353
In omnibus rebus humanis.	Pius v.	598
In ſacra beati Petri.	Paulus iiij.	392
In ſancta beati Petri.	Clemens vij.	246
In ſublimi beati.	Pius iiij.	436
Inſuprema militantis.	Clemens vij.	269
Inſupremæ præeminentia.	Bonifacius viij.	33
Inſuprema militantis.	Pius iiij.	486
In throno iuſtitiæ.	Pius iiij.	442
Intemeratæ matris.	Gregorius xiij.	858
Intolerabilis multorum.	Pius v.	606
Inter grauiſsimas.	Gregorius xiij.	774
Inter cunctas.	Martinus v.	76
Inter cætera.	Ioannes xxij.	50
Inter cætera diuinæ.	Alexander vj.	150
Inter cæteras.	Paulus iiij.	380
Inter ſollicitudines.	Clemens v.	49
Inter Apoſtolicas.	Gregorius xiij.	794
Inter multiplices.	Leo x.	181
Inter ſollicitudines.	Leo x.	182

L

LEcta coram nobis.	Alexander iiij.	7
Lætantur cœli.	Eugenius iiij.	95
Licet ea quæ per.	Clemens vij.	264
Licet ex omnibus.	Vrbanus iiij.	18
Licet à diuerſis.	Iulius iij.	346
Licet ex omnibus mundi.	Innocentius iiij.	4
Licet iuri maximè.	Pius v.	649
Licet Fœl.record.	Pius v.	680
Licet vanæ conſtitutiones.	Clemens vij.	273

Malitia

M

MAlitia huius temporis.	Innocentius iiij.	5
Miſericordias Domini.	Pius ij.	120
Monet Apoſtolus.	Gregorius xiij.	696
Munera excecare.	Paulus ij.	132

N

NE commiſſæ nobis.	Alexander iiij.	13
Non ſine graui animi.	Gregorius xiij.	837
Ne propaſtoralis officij.	Pius iiij.	501
Nuntiatum eſt nobis.	Sixtus iiij.	140

O

OFficij noſtri partes.	Gregorius xiij.	720
Olim ſicut accepimus.	Honorius iiij.	31
Olim tam ingenerali.	Nicolaus v.	107
Omni certè ſtudio.	Gregorius xiij.	683
Omnibus & ſingulis.	Gregorius.xiij.	791

P

PAſtor æternus.	Leo x.	200
Paternum amorem.	Ioannes xxij.	53
Per Romani pontificis.	Gregorius xiij.	66
Pia conſideratione.	Gregorius xiij.	770
Pia deuotio & aſsidua	Pius v.	539
Pia ſanctorum Patrum.	Sixtus v.	867
Poſtquam diuina bonitas.	Paulus iiij.	376
Poſtquam eò vſque.	Pius v.	637
Poſtquam Deo placuit.	Gregorius xiij.	732
Prouidè attendentes.	Bonifacius viij.	33
Prouida Romani.	Pius iiij.	416
Prouidentia Romani.	Pius v.	537

Q

QVæcunque ſacrum.	Pius v.	678
Quæ inter religioſorũ.	Gregorius xiij.	736

Quæ

Quæ in Eccleſia Dei.	Gregorius xiij.	719
Quamuis à ſede.	Pius v.	576
Quamuis à ſede Apoſtolica.	Pius iiij.	450
Quemadmodum ſollicita.	Pius v.	641
Quia licet prænominatus.	Pius iiij.	502
Quia plerunque.	Clemens vij.	254
Quia ſicut diſplicenti.	Vrbanus vj.	69
Qui facit magna.	Clemens iiij.	45
Quod ſuper nonnullis.	Alexander v.	11
Quo magis ac firmius.	Gregorius xiij.	827
Quoniam diuina.	Gregorius xiij.	777
Quoniam nos plures.	Pius v.	552
Quoniam vt proximè.	Pius v.	127
Quo in ſtatu reſpublica.	Paulus iij.	328

R

Regia pacifici.	Iulius ij.	159
Regimini vniuerſ. Eccl.	Paulus iij.	322
Regimina militantis.	Paulus iij.	305
Regimini vniuerſalis Eccleſ.	Leo x.	178
Regnans in excelſis.	Pius v.	624
Rex Excelſus.	Gregorius ix.	1
Romani Pontificis.	Paulus iij.	312
Romani Pontificis prouid.	Pius v.	619
Romani Pontificis prouid.	Pius v.	644
Romani Ponti. prouid.	Paulus iij.	310
Romani Pontificis prouiden.	Pius v.	554
Romani Ponti. prouid.	Pius v.	446
Romanum Pontificem.	Pius iiij.	474
Romanus Pontifex.	Leo x.	206
Romanus Pontifex in.	Pius v.	614
Romanus Pōtifex præcipuis.	Pius iiij.	463
Romanus Pontifex.	Pius v.	584
Romanus Pontifex.	Pius v.	566

S

Sacroſanctæ Romanæ.	Pius v.	633
Sacroſanctæ Romanæ.	Iulius ij.	162

Saluator

Saluator Dominus.	Gregorius xiij.	708
Sancta mater Eccleſia.	Gregorius xiij.	836
Sanctiſsimus D.N.	Adrianus vj.	241
Sanctiſsimus in Chriſto Pater.	Clemens vij.	266
Sanctiſsimus in Chriſto.	Clemens vij.	278
Sanctiſſ. N.D.N.	Paulus iij.	338
Sanctiſſ. in Chriſto.	Iulius iij.	351
Sanctiſſ. in Chriſto.	Pius iiij.	405
Sanctiſsimus D. N.	Pius iiij.	479
Sanctiſſ. Pius Papa IIII.	Pius iiij.	500
Sanctiſsimus in Chriſto Pater Pius IIII.	Pius iiij.	500
in Sacroſancta beati.	Pius iiij.	476
Sanctiſſ. D.N. Pius IIII.	Pius iiij.	470
Sanctiſsimus in Chriſto Pater.	Sixtus v.	869
Sanctiſsimus in Chriſto Pius V.	Pius v.	541
Sanctiſsimus in Chriſto Pater Pius V.	Pius v.	507
Satis & pluſquam.	Adrianus vj.	231
Sedes Apoſtolici.	Gregorius xiij.	802
Sedentis in throno.	Innocentius vj.	61
Sedis Apoſtolicæ.	Pius iiij.	398
Sedis Apoſtolicæ prouidētia.	Pius iiij.	454
Sanctiſsimus in Chriſto Pater Pius V.	Pius v.	672
Sanctiſsimus in Chriſto Pius V.	Pius v.	669
Sanctiſsim. in Chriſto Pius V.	Pius v.	542
Sanct. D.N. Gregorius XIII.	Gregorius xiij.	686
S.D.N. Gregorius Papa XIII.	Gregorius xiij.	898
Sancta mater Eccleſiæ.	Gregorius xiij.	834
Sanctiſſ. in Chriſto.	Sixtus v.	865
Sanctiſſ. in Chriſto.	Pixtus v.	864
Sanè licet ex eo.	Pius v.	543
Sicut bonus Paſtor.	Alexander vj.	146
Sicut ad ſacrorum.	Pius iiij.	471

Sede

Si de protegendis cæter.	Pius v.	592
Si diligenter alludimus.	Nicolaus v.	108
Si pro pauperum.	Clemens vij.	256
Sollicitè debet vitari.	Gregorius xj.	66
Sollicitudo paternuſque.	Sixtus v.	847
Spectantes quin.	Gregorius xiij.	734
Specialis illa dilectio.	Martinus iiij.	29
Summis deſiderantes.	Innocentius viij.	143
Suſcepti regiminis.	Iulius ij.	160
Superni benignitas.	Bonifacius ix.	70
Super gregem Dominicum.	Pius v.	505
Super vniuerſas.	Gregorius xj.	65
Supernæ diſpoſitiones.	Pius v.	524
Superna diſpoſitione.	Gregorius xiij.	810
Supernæ maieſtatis.	Leo x.	185
Super ſpeculam Domini.	Pius v.	639

T

Tanta tamque horrenda.	Gregorius xiij.	737
Temerariorum quorundam.	Leo x.	207
Tranſiturus de hoc.	Vrbanus iiij.	15

V

Vbi gratiæ & indulta.	Gregorius xiij.	718
Venerabilibus patribus.	Vrbanus iiij.	23
Viam ambitioſæ.	Martinus v.	89
Vineam Soreth.	Nicolaus iij.	27
Vitæ ac morum.	Leo x.	197
Vniuerſis orbis.	Gregorius xiij.	754
Vniuerſis orbis & ſingulis.	Sixtus v.	911
Vt cætera de Repub.	Gregorius xiij.	714
Vt pacis qua nihil.	Nicolaus v.	100
Vt peſtiferarum opinionum.	Gregorius xiij.	689

AVTHORVM

AVTHORVM CLASSIS QVORVM OPERA HÆC SVMMA CONSTITVTIONVM CONFLATA EST.

Hebræi.

Liber Thalmud.
Philo Iudæus.
Seder Olam.
Rabini aliquot.

Theologi veteres.

Albertus magnus.
Alcuinus Anglus.
Amalarius Treuerenſis.
Ambroſius Mediolanenſis.
Ammonius Alexandrinus.
Anaſtaſius Antiochenus.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Antonius Gazeus.
Athanaſius.
Arnobius Rhetor.
Auguſtinus.

Baſilius magnus.
Benedictus Abbas.
S. Bernardus Abbas.
S. Bernardus Senenſis.
Beſſarion Cardinalis.
Bonauentura Cardinalis.
Boëtius.
Burchardus Epiſcop. Varmienſis.

Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus.
Caßianus.
Chryſoſtomus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Climachus Monachus in Sina monte.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.
Damaſus Papa.
Damaſcenus.
Dorotheus.
Diodenus.
Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Alexand.
Dydimus Abbas.

Euſebius Emiſſenus.
Epiphanius.
Euagrius Monachus.
Euthymius Zigabonus.

Fulgentius Epiſcopus.
Fortunatus Pictauienſis Epiſcopus.

Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Peluſſiota.
Gregorius Turonenſis.
Gregorius Taumaturgus.
Gaudentius Brix. Epiſ.
Gennadius Arch. Conſtant.
Gelaſius Papa.
Guido Carmelita.

Haymo Halberſtatenſis.
Hieronymus.
Hyſichius Hieroſolymitanus.

¶ 2 Hippolitus

Hipolitus Portuenſis Epiſcopus.
Hicmarius.

Ignatius Antiochenus
Irenæus Lugdunenſis Epiſ.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſidorus Cordubenſis.
Iuſtinus Martyr.
S. Iuo Carnotenſis.
Lactantius Firmianus.
Leontius Neapoleos.
Lanfrancus Cantuarienſis.
Leo Papa I.

S. Martialis.
Marullus.
Methodius Tyri Epiſcopus.

Nemeſius.
Nicolaus Choniates.
Nicephorus Calixtus.
Nicephorus Conſtantinopolitanus.

Oecumenius.
Optatus Mileuitanus.
Origenes.

Prudentius.
Poßidonius.
Paulinus Nolanus.
Petrus Chriſologus.
Petrus Cluniacenſis.
Petrus Damianus.
Paulus Oroſius.
Proſper Aquitanicus.

Rabanus Moguntinus.
Ruffinus.
Rupertus Tuitienſis.

Scotus.
Saluianus Maßilienſis.
Sergius Hagiopolyta.
Sedulius Presbyter Scotus.

Sozomenus.
Tatianus.
Tertullianus.
Theodoretus Balſamon.
Theophilus Alexandrinus.
Theophilactus.
Theodoretus.
Theophanes Iſaurus.
Thomas Aquinas.
Trithemius.

Vincentius Lirinenſis.
Vſuardus monachus ſcriptor Martyrologij.
Zonaras.

Recentiores Theologi

Alanus Copus.
Albertus Pighius.
Alexander Alenſis.
Aluarius Pelagius.
Alphonſus de Caſtro.
Auguſtinus de Ancona.
Anthonius Gueuarræus.
Anthonius Delphinus.
Anthonius Lullus Balearis.

Baptiſta Matuanus.
Benedictus Pererius.

Cataldinus de Boncompagnis.
Caietanus.
Claudius Sanctæus.
Conradus Clingius.
Cornelius Ianſenius.

Dionyſius Carth.
Didacus Payua.
Dominicus Iacobatius.
Dominicus à Soto.
Durandus.

Emundus Augerius.
Eraſmus Roterodamus.

Fœlicianus

Fœlicianus Capito.
Franciſcus Bonbomius.
Franciſcus Ferrarienſis.
Franciſcus à Victoria.
Franciſcus Sixtus Senenſis.
Franciſcus Turrianus.
Franciſ. Georg. Venetus.
Franciſcus Feu-ardentius.
Franciſcus Turrianus.
Franciſcus Titelmanus.
Franciſcus Panigarola.
Fridericus Staphilus.

Gabriel Biel.
Gaſpar Contarenus.
Gentianus Scholarius.
Gentianus Heruetus.
Gregorius Haloander.
Guilielmus Lindanus.
Guilielmus Bernard. Franciſ.
Guterius Treio Placentinus,
Hoſius Cardinalis.
Hieronymus Guadalupenſis.

Iacobus Simanca.
Iacobus Latomus.
Ioannes Cochleus.
Ioannes Driedo.
Ioannes Eckius.
Ionnnes Faber.
Ioannes Fiſcherius Epiſcopus Roffenſis.
Ioannes Gerſon.
Ioannes Molanus.
Ioannes Hofmeiſterus.
Ioannes à Louanio.
Ioannes de Turrecremata.
Ioannes Slotanus.
Iodocus Tiletanus.
Iodocus Clictoueus.

Landolphus.
Ludolphus Saxo Carthuſianus.
Ludouicus Viues.
Ludouicus Granatenſis.
Ludouicus Lopez.

Ludouicus Maioranus.
Malleus Maleficarum.
Matthæus Galenus.
Melchior Canus.
Mutius Iuſtinopolitanus.

Nicolaus Sanderus.

Paulus de Palatio.
Petrus ab Aliaco.
Petrus Galatinus.
Petrus Caniſius.
Petrus de Bollo.
Petrus de Soto.
Prateolus.

Reginaldus Polus.
Remundus Ruffus.
Robertus Arlenicenſis
Robertus Belarminus.
Robertus Hambletus.
Richardus Lauinham.
Richardus Maydeſton.

Santes Pagninus.
Staniſlaus Hoſius.
Summa Benedictina.
Statuta Synodalia Biſunt. Eccleſiæ.
Thomas VValdenſis.
Thomas Campegius.
Thomas Stapletonus.

Concilia, & Decreta Pontificum.

Quinque Tomi Conciliorum ex editione recenti. Venetiis.
Conſtitutiones Apoſtolorum.
Canones Apoſtolorum.
Liturgiæ Chriſoſtomi, Baſilij & Diui Iacobi.
Egloge Bullarum & motu propriorum.
Priuilegia ordinum mendicantium.

Iuriſconſulti.

Abbas Antiquus.
Accurſius Gloſſator.
AEgidianæ conſtitutiones.

¶ 3 *AEgidius*

AEgidius Bellamera.
AEneas de Falconibus.
Albericus de Roſate.
Albertus de Albertis.
Albertus de Ferrariis.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Imolenſis.
Alphonſus Gomeſius.
Alphonſus Aluarez.
Andreas Alciatus.
Andreas Tiraquellus.
Angelus Aretinus.
Angelus de Clauaſio.
Angelus de Vbaldis.
Angelus de Periglis.
Antonius de Butrio.
Antonius Corſetus.
Antonius de Matthæis.
Anthonius Papazonus.
Aymo Crauetta.
Azo Bononienſis.

Baldus de Bartholinis.
Baptiſta à Valle.
Bartholomæus Bologninus.
Bartholomæus Cœpolla.
Bartholomæus Caſſanæus.
Bartholomæus de Salyceto.
Bartholomæus Deſpina.
Bartholus de Saxoferato.
Benedictus Capra.
Benedictus Curtius.
Benedictus Stracca.
Bernardinus de Buſtis.
Bernardus Compoſtellanus.

Camera Apoſtolica.
Carolus Ruinus.
Claudius Cantiunla.
Chriſtophorus Lanfranchinus.
Curſus Iuris Ciuilis & Canonici.

Didacus Couarruuias.
Dominicus à Sancto Geminiano.
Dynus de Mixello.

Emanuel Coſta.

Fabius de Monteleone.
Federicus Senenſis.
Felynus Sanderus.
Fernandus Vaſquius.
Fortunius Garzia.
Franciſcus Balbus.
Franciſcus de Burſatis.
Franciſcus Conanus.
Franciſcus Curtius Senior.
Franciſcus Curti. Iunior.
Franciſcus Hottomanus.
Franciſcus Zabarella Cardinalis.

Gabriel Palæotus.
Gaſpar Calderinus.
Gaſpar Caballinus.
Gaufredus de Satigniaco.
Georgius Natta.
Goffred. Beneuentanus.
Guido Papæ.
Guilielmus Benedictus.
Guilielmus Caſſiadorus.
Guilielmus de Monteferrato.
Guilielmus de Montelaudino.
Guilielmus Pontanus.
Guilielmus Budæus.

Henneus hoſtienſis Card.
Hieronymus Cagnolus.
Hieronymus Donatus.
Hieronymus Gigas.
Hieronymus Rota.
Hieronymus de Torris.
Hieronymus Zannelinus.
Hippol. Bonacoſſa.
Hippol. Marſilius.
Hippol. Riminaldus.

Iacobus Cuiatius.
Iacobus Menochius.
Iacobus de Puteo.
Iacobus Raynardus Burgenſis.
Ioannes de Anania.

Ioannes

Ioannes Baptiſta Caccialupus.
Ioannes Baptiſta Lupus.
Ioannes Bellerius.
Ioannes Bertachinus.
Ioannes Bolognetus.
Ioannes Campeius.
Ioannes Corteſius.
Ioannes de Imola.
Ioannes Oldendorpius.
Ioannes Paponius.
Ioannes Pariſienſis.
Ioannes Paulus Lancellotus.
Ioannes Baptiſta Roſellus.
Ioannes Baptiſta Zilletus.
Ionnes Bernard. Diaz.
Ioannes Franc. Ripa.
Ioannes Frontinus.
Iulius Clarus.

Lanfrancus de Oriano.
Lucas de Penna.
Ludouicus Abbas.
Ludouicus Bologninus.
Ludouicus Gomes.

Manſuerius.
Marcus Anton. Bardus.
Marianus Socinus Senior.
Marianus Socinus Iunior.
Martinus Aſpilcueta.
Matthæus de Afflictis.

Nicaſius de Voerda Machlinienſis.
Nicolaus Boerius.

Odoffredus Beneuentanus.

Panormitanus.
Papinianus.
Paris de Puteo.
Petrus Ancharanus.
Petrus de Aureliano.
Petrus de Bellapertica.
Petrus Gregorius.

Petrus Iacobi de Monpeſſulano.
Petrus Rebuffus.
Petrus de Vbaldis ſenior.
Petrus de Vbaldis iunior.
Petrus Andreas Gammarus.
Petrus Philippus Cornæus.
Philippus Decius.
Placentinus.

Quintilianus Mandeſus.

Raynerius de Forliuio.
Renatus Chopinus.
Rolandus à Valle.

Sigiſmundus Loffredus.
Signorolus de Homodæis.
Simon Grinæus.
Simon de Pratis.
Stephanus Auffredus.
Stephanus Bertrandus.
Stephanus de Federicis.

Tabienus Summiſta.
Theodoſianus Codex.

Vbertus de Bonacurſio.
Vincentius Paleoltus.
Vldaricus Zazius.

Hiſtorici & Chronographi.

Abbas Vrſpergenſis.
Abdias Babylonius.
AEneas Syluius.
AElianus.
Andræas Theuetus.
Aulus Gellius.
Appianus Alexandrinus.
Albertus Krantzius.
Aloiſius Liponanus.
Ammianus Marcelli.
Agathias.
Appianus.
Argentonus.

Bonfinus

Bonſinus.
Beroſus Chaldæus.
Baptiſta Egnatius.

Caßiodorus Abbas in trip. hiſt.
Cornelius Tacitus.
Chronica Sanctorum.
Chronicon Britanniæ.
Chronicon Reg. Franciæ.
Chronica S. Antonini ex recognitione Petri Maturi Societatis Ieſu Theologi.
Chronica Regia Petri Matthæi.
Cœlius Secundus.

Diodorus Siculus.
Dioniſius Halicarnaſſeus.
Diogenes Laërtius.

Egeßippus.
Euſebius Cæſarienſis.
Eutropius.

Frenulphus.
Fulgoſius.
Froiſſardus.
Franciſ. De Roſieres.

Gregorius Turonenſis.
Guicciardinus.
Gilber. Genebrardus.

Herodotus.

Iacobus Vvimphelingius.
Iacobus d'Apchon Eques.
Ioſephus.
Ioannes Marius.
Ioannes Ruffus, Hiſpanus.
Ioannes Carion.
Iulius Cæſar.
Ioſephus Scaliger.

Ludouicus Curio.
Laurentius Surus.

Martinus Bellaius.
Mar. Anton. Muretus.

Nauclerus.

Onuphrius.

Papirius Maſſonius.
Petrus Crinitus.
Platina.
Paulus Iouius.
Paulus Diaconus.
Philoſtratus.
Polydorus Virgilius.

Q. Curtius.

Sabellicus.
Sebaſt. Munſterus.
Seuerus Sulpitus.
Simeon Metaphraſtes.
Sigibertus.
Saxo Grammaticus.
Socrates.
Strabo.

Titus Liuius.
Theodoricus Niemus.

Volaterranus.
Velleiuspaterculus.
Vincentius Belluacenſis.
Vlrichus Reichental.

Ethnicos authores Philoſophos & Poëtas, tũ Græcos tũ Latinos, quorũ ſententias frequentiſſimè amplectimur non enumerauimus, ne Indiculi huius fines latiùs egrederemur.

GREGORIVS

GREGORIVS NONVS

E præclara Anagnia Hernicorum Campaniæ metropoli oriundus, è familia Comitum, Innocentij Tertij nepos, Romanus Pontifex coronatus 12. Cal. April. 1227. In ſanctorum numerum ſolenniter adſcripſit primos ordinis Prædicatorum, & Minorum Patriarchas & inſtitutores SS. Dominicum & Franciſcum. Deinde in poſteritatis gratiam Decretales Epiſtolas Pontificum ab Alexandro 3. vſque ad tempus ſuum in vnum volumen collexit.

I.

Hac prima bulla prohibetur alienatio bonorum Eccleſiæ iuxtà Simmachi Papæ decretum & reuocandi ac irritandi alienationes prædeceſſorum, ſucceſſoribus datur facultas.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Vniuerſis ſcripta præſentia inſpecturis. Rex excelſus filius ſummi Regis Deus, & homo Chriſtus Ieſus, quem legi neceſſitas non ſubiecit, factus eſt voluntate ſub lege, formam relinquens vicario, vt licet præ cæteris libertatem in excellẽtia dignitatis acceperit, recognoſcat tamen cum cæteris quandam in officij debito ſeruitutem, ſacratum obſeruantiæ ſanctionum gratuito alligans vtcumque neceſſitatem voluntariam, & neceſſariam voluntatem, vt dum prælationem ſic ſubiicit, maior appareat ex huiuſmodi ſubiectione prelatus. Auctoritatis eſt quoque poſſe ſtatuere, ſed virtutis, vt quis ſe ſubiicit ſuo ſtatuto, per alterum potens in ſubditis, per reliquum potentior in ſe ipſo, præſertim cum efficacius, ſtatuat dum exponit apertius ſuæ proſecutioni ſtatutum: eo quod lingua manus interpres quaſi præco ſemitam verbo parat. Sanè fe. re. Simmachus Papa volẽs quodammodo legi ſubiicere poteſtatem, in Eccleſiæ prædiis alienandi [a] licentiam interdixit, vt quod licere non expedit, licitum non putetur. Nos autem ſuper hoc illius veſtigiis inhærentes, vnanimi Fratrum deſiderio, & petitione concordi hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, vt de patrimonialibus ſine communi Fratrum conſilio, & aſſenſu alienatio fiat, ſicque vni facultas, quod ex cauſa legitima obſtaculum liberè cõtradictionis opponat. Quod ſi fortè fuerit in alienatione proceſſum factum, ipſo iure non teneat per ſucceſſorem, quatenus prædeceſſor de facto proceſſit, & eo ipſo quod proceſſum ſic fuerit reuocandum de alienantis vita conſentientium numero & ſolemnitate ſcripturæ nullum adminiculum tali ſuſcipiente contractu. Cæterum ad cautelam quædam loca ſpecialioris inhibitionis vinculo aſtringenda ſpeciali expreſſione nominum præſenti paginæ fecimus annotari, videlicet. In Campania Caſtrum Fumon Palian. Serron. & Larian. In Maritima Aquam putridam, Oſtiam, quam Epiſcopus Oſtien. tenet à Romana Eccleſia, in omnibus ipſius Epiſcopi iure ſaluo. Ariciam, Nympham Tolan. Coram, Ciſternam, & Terracin. In Tuſcia, montem Flaſcon. Orlele Montem altum, Radicofanum, Pien. Aquam pendentem,

a Rerum Eccleſiaſticarum alienatio Iure ipſo Cæſareo non permittitur vt ti. 1. C. de Sacro. Eccleſ. docetur. Gloſſ. tamen in c. quamuis. ponit tres caſus in quibus licitum ſit etiam vaſa myſtica alienare. c. ſicut omninò 12. q. 2. & l. ſancimus. C. ibi. in quibus eſt hæreſum extirpatio pro Eccleſiæ defenſione. Ioann. Andr. & Doctores gloſſ. in cap 1. de in Integrum reſtitutione. Card. in cap. 1. col. 3. de a Depoſito. Rerũ autem Eccleſiaſticarum alienationes duo copu-

a

dentem, & Bulſen. cum tota valle Laci. In ducatu Spolet. Roccam de Ceſis, & Roccam de Gualdo, In Epiſcopatu Spoletan. Roccam Sacrati, Bruſin. lorin. & Roccam de Saxo. In Epiſcopatu Narnie. Caſtrum Sancti Gemini, Caſtrum Stronconis, Mirandan. & Caſtrum Oriculi. In Sabinia, Roccam antiquam & totam Sabiniam cum omnibus Caſtris, & villis. In Marchia Anconitan. Roccam de Plorago, Serraualle & Turrim de Parma. Nulli ergo, &c noſtræ conſtitutionis, &c. Siquis autem, &c. Dat. Lateranen. 17. Cal. Februarij, anno ſeptimo.

latiuè requirunt videlicet formã id eſt ſolennitatem, & iuſtam cauſam alienandi cap 1. de reb. Eccleſ. non alienand. in 6. gloſ. in verb. redire in cap. 1. extra. de in integ. reſt.

II.

Hæreticos quibuſcunque nominibus nominentur excommunicat, & credentes eorum erroribus hæreticos iudicat. Bona eorum publicantur. Clericorum quidem Eccleſiæ, Laicorum fiſco applicantur. A ſepulturis arcentur. Eorum filij ad Eccleſiaſtica officia non admittuntur. Vide lib. 7. Decret. tit. 7. De hæreticis.

EXCOMMVNICAMVS & anathematizamus vniuerſos hæreticos, Catharos,[a] Patarenos, Pauperes de Lugduno,[b] Paſſaginos, Ioſepinos, Arnaldiſtas,[c] Speroniſtas, & alios quibuſcunque nominibus cẽſeantur, facies quidẽ habentes diuerſas ſed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipſum. Damnati verò per eccleſiam ſeculari iudicio relinquantur, animaduerſione debita puniendi: clericis prius à ſuis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, redire noluerint, ad agendum condignam pœnitentiam in perpetuũ carcerẽ detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos ſimiliter iudicamus. Item receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, firmiter ſtatuentes, vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à ſua ſuper hoc non curauerit præſumptione ceſſare, ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu cõſilia nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtamenti habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ipſi ſuper quocunque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Qui ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti, & in ſimilibus idem præcipimus obſeruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, poſtquam ab eccleſia fuerint denotati, euitare contempſerint, excommunicationis ſententia percellantur, alias animaduerſione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi iuxtà conſiderationem ſuſpicionis, qualitatémque perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, anathematis gladio feriantur, & vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quòd ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, & appellationes huiuſmodi perſonarum minimè audiãtur. Item iudices, aduocati, & notarij nulli eorum officium ſuum impendant, alioquin eodem officio perpetuo ſint priuati. Item clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta: nec eleemoſynas aut oblationes eorum accipiant. Similiter Hoſpitalarij & Templarij, ac quilibet regulares, alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nunquam reſtituantur abſque indulto ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Item quicunque tales præſumpſerint eccleſiaſticę tradere ſepulturæ, vſque ad ſatisfactionem idoneam, excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere, nec abſolutionis beneficium mereantur, niſi propriis manibus publicè extumulent, & proiiciant huiuſmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò, careat ſepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ perſonæ liceat publicè vel priuatim de fide catholica diſputare: qui verò contra fecerit excommunicationis laqueo innodetur. Item ſi quis hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium vita & moribus diſſidentes, eos ſtudeat indicare confeſſori ſuo, vel alij per quem credat ad prælati ſui notitiam peruenire

a Cathari Nouatiani ſunt, à Nouato Romanæ Eccleſiæ presbytero. Stephani. 1. Papæ temporibus circa annũ Domini 256. emerſerunt.

b Pauperes de Lugduno ſic à Vualdone quodam ciue Lugdunenſi in Concilio generali Romæ habito damnati fuerũt circa annum Domini 1170.

c Arnaldiſtæ ab Arnaldo Brixienſe quodam Italo natione dici videntur, qui circa annum Domini 1140. ad Lateranum celebrata Synodo damnati ſunt Reliquorum hæreticorum nomina huius conſtitutionis recenſentur extra. de hæreticis. ca. Excommunicamus. & C. de hæreticis l. Gazaris.

uenire, alioquin, excommunicationis ſententia percellatur. Filij autem hæreticorum, receptatorum, & defenſorum eorum, vſque ad ſecundam generationem, ad nullum eccleſiaſticum officium ſeu beneficium admittantur: quod ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Datum Viterbij 6. Idus Nouembris. Pontificatus noſtri anno vno.

b Filij hæreticorum ob patrium flagitium ad beneficia inhabiles redduntur. cap. ſtatutum. 2. d. hæretic. gloſſ. in cap. ſatis. 50. diſt. & ita in Capella Tholoſana deciſum eſt.

Pontifex ſupradictus obiit Romæ 11. cal. Auguſt. 1241. & ſepultus fuit in Baſilica S. Petri Plures alias Conſtitutiones fecit quæ vltimò ponuntur in ſingulis titulis Decretalium.

ADMONITIO.

Mirabitur fortaſſis Lector cur ordine Pontificum neglecto Cœleſtinum 4. Mediolanenſem Gregorij Succeſſorem pręteream us, nouerit autem quod optimus Pontifex ſenio & infirmitate fractus non niſi 18. diebus quibus vixit Eccleſiam Dei valuit gubernare. Hinc fit vt nullas Conſtitutiones morte ſublatus ediderit.

INNOCENTIVS QVARTVS

Hic Pontifex ante electionem Otho alias Synebaldus è familia Fliſca Genuenſis dicebatur, prius Anagniæ pontifex, Coronatus Romæ 3. Cal. Iul. 1243. Lugduni Concilium generale indixit. Fridericum 2. Anathamate damnauit D. Ludouicum Gallorum regem inſigni proſequebatur amore.

I.

Chriſtianiſſimum Regem Gallorum hortatur vt comburi faciat libros Talmudi, omnis ſacrilegij & perfidiæ in fidem Chriſtianam refertos, & prouideat ne Iudæi habeant nutrices vel famulos Chriſtianos.

IMPIA Iudæorum perfidia, de quorum cordibus propter immenſitatem ſuorum ſcelerum redemptor noſter velamen non abſtulit, ſed in cæcitate, quæ contingit ex parte in Iſraël adhuc manere permittit, prout conuenit, non attendens quòd ex ſola miſericordia pietas ipſos Chriſtiana receptet, & cohabitationem illorum ſuſtineat patienter, illa committit enormia, quæ ſtupori audientibus, & referentibus ſunt horrori; ipſi enim ingrati domino Ieſu Chriſto, qui conuerſionem eorum ex ſuæ longanimitatis affluentia patienter expectat, nullam prætendentes verecundiam culpæ ſuæ, nec reuerentes honorem fidei Chriſtianæ, omiſſis ſeu contemptis lege Moſaica & prophetis quaſdam traditiones ſuorum ſeniorum ſequuntur, ſuper quibus eos in Euangelio Dominus obiurgat dicens: Quare vos tranſgredimini mandatũ Dei, & irritum feciſtis propter traditiones veſtras hominum doctrinas & mandata docentes? In huiuſmodi námque traditionibus, (quæ Talmud hebraicè nuncupantur, & magnus liber eſt apud eos, excedens textum Bibliæ in immenſum, in quo ſunt blaſphemiæ in Deum, & Chriſtum eius, ac beatam Virginem manifeſtè, intricabiles fabulæ, abuſiones erroneæ, ac ſtultitiæ inauditæ) filios ſuos docent, ac nutriũt & à legis & prophetarum doctrina reddunt ipſos penitus alienos, verentes ne veritate, quæ in eiſdem lege, ac prophetis eſt, intellecta, apertè de vnigenito Dei filio venturo in carnem, teſtimonium perhibente, conuertantur ad fidem, & ad redemtorem ſuum humiliter reuertantur. Et his non contenti, faciunt Chriſtianas filiorum ſuorum nutrices in contumeliam fidei Chriſtianæ, cum quibus turpia multa committunt, propter quæ fidelibus eſt verendum, ne diuinam indignationem incurrant, dum eos perpetrare patiuntur indignè, quæ fidei noſtræ confuſionem inducunt Et licet dilectus filius Cancellarius Pariſienſis, & doctores regentes Pariſiis in ſacra pagina, de mandato fęlicis recordat. Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri tam prædictum abuſionis librum, quàm alios quoſdam cum omnibus gloſſis ſuis perlectis in poteſtate, ac examinatos ad confuſionem perfidiæ Iudæorum publicè coram

a Librum quem aduerſus Chriſtianos quidam Iudæorum Rabini circa annum Domini ediderãt & Talmud inſcripſerant Gregorius nonus & Innocẽtius quartus exuri mandarũt propterea quod multis & horrẽdis hæreſibus adſperſus eſſet eo enim perſuadebãt Iudæi nõdum veniſſe Meſſiam ſed expectandum pluráque de infamia cuiuſdam Ieſu narrabant quem confundebãt cũ Domino Ieſu Chriſto.

b Concilij Tridentini ſanctione Thalmud hebreorũ eiúſque gloſſ. annotationes, interpretationes, & expoſitiones omnes ſi prodierint ſine nomine Thalmud & ſine iniuriis in Chriſtianam religionem tolerantur.

coram clero & populo, incendio concremarint, prout in literis eorum perſpeximus contineri, quibus tu tanquam catholicus Rex & Princeps Chriſtianiſſimus impendiſti ſuper hoc auxilium congruum & fauorem, pro quo regalem excellentiam dignis in Domino laudibus commendamus, ac proſequimur actionibus gratiarũ: quia tamen nondum Iudæorum ipſorum abuſio profana quieuit, nec adhuc dedit eis vexatio intellectum, celtitudinem regiam at. Ro. mo. & obſe. in domino Ieſu Chriſto qui exceſſus huiuſmodi deteſtabiles, & enormes commiſſos contumeliam creatoris, & iniuriam nominis Chriſtiani piè incepiſti laudabiliter proſequendo, facies debita ſeueritate percelli, tam prædictos abuſionis libros, reprobatos per doctores eoſdem, quàm generaliter omnes cum gloſſis ſuis, [b] qui per ipſos examinati & reprobati fuerint, mandes per totum regnum tuum, vbicunque reperiri potuerint, igne cremari firmiter inhibendo ne de cetero nutrices ſeu ſeruientes habeant Chriſtianos, ne filij liberæ filiis famulentur ancillæ, ſed tanquàm ſerui probati à Domino, in cuius mortem nequiter conſpirarunt, ſaltem per effectum operis ſeruos ſe recognoſcant illorum quos Chriſti mors & iſtos liberos, & illos conſtituit eſſe ſeruos: vt proinde ſinceritatis tuæ zelum poſſimus in domino dignis laudibus commendare. Dat. Lateranen. 7. Idus Maij anno primo.

II.

Impœnitentes hæretici & pertinaces ac eorum complices banno exponuntur & eorum bona publicantur.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Nobilibus viris vniuerſis Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ac Poteſtatibus, Rectoribus, Conſulibus & Communibus Ciuitatum & aliorum locorum per Lombardiam Marchiam Teruiſinam, & Romaniolam conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Hæreticorum bona fiſco adſcribuntur. cap. Excommunicamus. § damnamus. de Hæreticis in 6.

CVM fratres Prædicatores generaliter in Lombardia Marchia Teruiſina & Romaniola contrà hæreticos & omnes ſectas eorum quocunque nomine cenſeantur, ad extirpandam inde tam grauis contagij peſtem & malum tantæ prauitatis in Eccleſia Dei nimium peſtilens, duxerimus deputan. Vniuerſitatem veſtram rogandam & hortandam duximus attentè & monendam per apoſtolica vobis ſcripta diſtrictè præcipien. mandantes, quatenus omnes illos qui per Inquiſitores eoſdem, vel per alios de ipſorum mandato de hæreſis crimine, vel pro defenſione ſeu receptatione aut fauore hæreticorum excommunicationis innodati vinculo vel denunciati excommunicati publicè fuerint, bonis confiſcatis ipſorum banno publico exponatis, alias contra eos temporaliter prout expedire videritis in fulcimentum Catholicæ fidei, poteſtate vobis tradita proceſſuri: alioquin noueritis nos eiſdem inquiſitoribus noſtris literis iniunxiſſe vt vos ad id per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellant. Dat. Peruſij &c.

III.

Ordinis Prædicatorum Prouincialibus poteſtatem creandi & remouendi Inquiſitores cõcedit, hodie tamen inconſulto Senatu Generalis Rom. inquiſitionis ſancti huius officij nulla ſit mutatio. Idem decreuit Clemens 4.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Priori Prouinciali Ordinis Prædicatorum in Lombardia ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Hæreſes variæ in Italia pullulaſcebant Innocentij 4. temporibus.

Licet ex omnibus mundi partibus, quæ nomine Chriſtiano cenſentur, teneamur ex officij noſtri debito expurgare lętiferam peſtem hæreticæ prauitatis, in Italia tamen imminet nobis hæc ſolitudo propenſiùs vbi eandem peſtem, propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ peruerſos mores peperit ex vicinitate perſenſimus abundantiùs ſuccreuiſſe. Volentes igitur in Prouincia Lombardiæ à Bononia & Ferraria incluſiuè vſque ad vltimos fines ſuperiorum partium eiuſdem Prouinciæ ac Marchia Ianuenſi per aliquos de fratribus Prioratus tui ſuper hoc partes, noſtræ ſolicitudinis adimpleri: diſcretioni tuæ per Apo

ſtolica ſcripta mandamus, quatenus tu vel Vicarius tuus cum contigerit te abeſſe de conſilio diſcretorum fratrum, quatuor ex eiuſdem Prioratus fratres viros zelum habentes Chriſtianæ fidei & opere ac ſermone potentes aſſumas, eiſque Inquiſitionis officium contra Hereticos eorumque fautores & complices, in prædictis Prouincia & Marchia iuxtà formam quam eis per alias literas noſtras expreſſimus exequen. iniungas: quos eam quam in eiſdem literis comprehendimus habere volumus poteſtatem. Si vero quemquam eorumdẽ Inquiſitorum ex cauſa videris aliquando amouendũ aliũ illo amoto ſubſtituas pari poteſtate functurũ quotiens id faciendũ deliberatione cum diſcretis fratribus habita tibi vel eidẽ Vicario te abſente viſum fuerit expedire. Dat. Aſſiſij 4. Kal. Iunij Pont. noſtri anno Vndecimo.

a Inquiſitionis fidei authoritas ſemper fuit penes Dominicanos vt meritò aliquando præclarum defenſorum fidei titulum adepti ſint.

IIII.

Priuilegia Cruceſignatorum declarantur, exhortantur quoque Prædicatores vt aduerſus Hæreticorum peſtes ſalutiferum verbum Crucis edoceant. Et charactere conſignentur qui bono zelo ad hæreſes fugandas votum aſſumpſerint.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum inquiſitoribus hereticæ prauitatis, præſentibus & futuris in Lombardia, & Marchia Ianuen. Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Malitia huius temporis in diuerſis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardiæ, peruerſorum morum peperit corruptelam, ex quibus letifera peſtis hæreticæ prauitatis abundantius ſolito noſcitur pullulaſſe. Ad extirpationem igitur eiuſdem peſtis, iuxta officij noſtri debitum ex animo intendentes, volumus aduerſus huiuſmodi iniquitatis operarios, qui maſſam catholicæ puritatis fermento proprię contagionis inficiunt, fideles vt conſurgant, ſtentque nobiſcum pro euangelicis, quas profeſſi ſunt, legibus defendendis, ſalubribus adhortationibus incitari. Quocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis vbi contra hæreticos vobis inquiſitionis officium eſt commiſſum, cureris ſinguli opportuna inſtantia, contra eoſdem hæreticos, eorúmque fautores proponere populis publicè verbũ Crucis, [a] & eos qui tacti zelo fidei, ad extirpandam prauitatem eandem, votum aſſumpſerint, crucis charactere conſignare. Vt autem vobis de prædicatione huiuſmodi, & fidelibus, qui eiuſdem crucis ob hoc votum aſſumpſerint, copioſæ mercedis præmium afferatur; vobis & eiſdem fidelibus illam indulgentiam, illudque priuilegium elargimur, quę tranſeũtibus in terræ ſanctæ ſubſidium, in generali concilio conceduntur. Cum autem huiuſmodi Crucis verbum per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad audiẽdum verbum ipſum deuotè adfuerint, quadraginta vel viginti dies de iniunctis pœnitentiis libera ſit vobis & ſingulis veſtrum de noſtra conceſſione facultas. Quòd ſi forte, quod non credimus, aliqua ciuitas, communitas, uel perſona, cuiuſcunque conditionis, vel gradus, huic tam ſalubri negotio ſe opponere, ſeu illud præſumpſerit aliquatenus impedire, vt per vos, vel per alios authoritate noſtra ad hoc deputatos, vel in poſterum deputandos, liberè procedi non valeat in eodem: immo ſi quicunque requiſiti illud fouere neglexerint, & iuxta officium & poſſe ſuum ſtudioſè iuuare, contra eos, tanquam defenſores & fautores hæreticorum, ſublato appellationis obſtaculo, vos vel veſtrum ſinguli authoritate noſtra intrepidè procedatis. Contra quos, prout audacia ipſorum exegerit, Reges & principes Chriſtianos, nec non Cruceſignatos pro terræ ſanctæ ſuccurſu, curabimus inuocare: cum non minus expediat immo magis fidem in locis propè poſitis, quàm procul diſtantibus defenſare. Porro vt non ſolum inquiſitionis vobis ſuper hęretica prauitate commiſſę, ſed & huiuſmodi prędicationis Crucis officium in manibus veſtris, congruis fauoribus adiuuetur, abſoluendi iuxta formam eccleſię, omnes qui contra prauitatem hæreticam aſſumpſerint ſignum crucis, ab interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationum ſententiis canonis, & præſertim ab illis quas pro incendiis, vel affractionibus eccleſiarum, ſeu iniectione manuum violenta in perſonas eccleſiaſticas incurrerunt, & aliis quoq; ſententiis à nobis, vel authoritate no-

a Optimus hic pontifex mandat prædicari verbum crucis quo quidem ſumma totius Doctrinæ Chriſtianæ explicari poteſt, quódque veluti illis inimiciſſimum aduerſantur omnes hæretici, ſignum enim Crucis vt ſcribit Epiphan. hær. 30. eſt coniuratio quædam ad depellendum dæmonem eiúſque voces frangendas, ideo conceduntur Indulgentiæ iis qui pro teſſera veluti aſſumunt charecterem crucis in Eccleſiæ defenſionem & hæreticorum odium. De quarum confirmatione habes conſtitut. Pij V. quæ incipit Sacroſanctæ.

ſtra generaliter promulgatis: niſi adeo grauis & enormis exceſſus fuerit perſonarum, quòd ab his oporteat abſolutionis beneficium per ſedem apoſtolicam obtineri. Necnon & ab illis ſententiis, quas adhærendo & fauendo contra eccleſiam quondam Frederico, ſe tum pro Imperatore gerenti, ſeu Conrado nato eius, vel ipſorum fautoribus incurrerunt: Egilino de Romanis, Vberto Marchioni Pelauicino, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Poteſtatibus, Rectoribúſq; ciuitatum atque locorum, ſimilibúſque perſonis, qui in eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas ſæua exercuiſſe noſcuntur, aut eorum bona nequiter occupaſſe, duntaxat exceptis. Dummodo aſſumpto Crucis ſignaculo, votum huiuſmodi, qui abſoluti fuerint, efficaciter proſequantur: & ipſi caueant, quòd de cætero contra eccleſiam nunquam erunt, & tam ab ipſis, quàm ab aliis pręmiſſis, plena de damnis & iniuriis, propter quæ excommunicati noſcuntur, ſatisfactio, vel ſatisfaciendi ſufficiens ſecuritas impendatur. Necnon & diſpenſandi cum clericis, ſuper irregularitatibus, quas celebrando diuina ligati ſententiis canonis contraxerunt. Commutandi quoque vota eorundem Cruceſignatorum, vouentium, & votorum qualitate penſata, terræ ſanctæ votis, aliiſque perpetuis, quæ commutationis non admittunt remedium, duntaxat exceptis. Concedendi quoque Cruceſignatis eiſdem, quòd tempore generalis interdicti poſſint intereſſe diuinis officiis, & eccleſiaſtica ſacramenta recipere, in locis in quibus eadem ex indulto ſedis apoſtolicæ celebrantur. Dummodo in pręmiſſis caſibus, qui eccleſiaſticis tenentur ligati ſentẽtiis, prius abſolutionis beneficium aſſequantur, vobis & ſingulis veſtrum authoritate pręſentium, concedimus facultatem. Datum Anagniæ 13. Cal. Iulij. Pontificatus noſtri anno vndecimo.

V.

Fridericus in Synodo Generali Lugduni celebrato hæreſeos damnatus eſt, præſente Balduino Conſtantinopolitano Imperatore ob diuerſa flagitia & ſacrilegia, tum ob periurium & violatam pacem, cuius Innocentij lata ſententia habetur in ſexto.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Rothomagenſi, & eius Suffraganeis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Etſi omnes quos Chriſtiana diſcernit religio ad defenſionem Catholicæ fidei, & libertatis Eccleſiaſticæ teneantur, Prælati tamen & alij viri eccleſiaſtici ad id fortius obligati noſcuntur, quo in ſortem dominicam ſint ſpecialius euocati. Pro cunctis autem tyrannus Fridericus quondam Romanorum Imperator, Dei eccleſiam malleo perſecutionis affligit, & ad eius interitum exerto gladio ſui furoris aſpirat: propter quod tantò fortius ſuæ nequitiæ reſiſtendum, quantò in ipſam eccleſiam rabie furere noſcitur ſæuiori. Ea propter vniuerſitatem veſtram monemus, rogamus & hortamur attentè per apoſtolica ſcripta mandantes quatenus tantum diſcrimen ipſius eccleſię attendentes, & aſſiſtentes eidem conſiliis opportunis per veſtras ciuitates, & diœceſes vniuerſis perſonis eccleſiaſticis tam religioſis, quàm ſecularibus veſtræ iuriſdictioni ſubiectis firmiter faciatis iniungi, vt quotieſcumque ad clerum ſeu populum verbum Dei duxerint proponendum, rationabilem cauſam, & claram iuſtitiam eccleſiæ ac inæſtimabilem præfati Friderici nequitiam, & iniuſtitiam manifeſtam eis diligenter exponant, ipſos monitis & exortationibus ſollicitè inducentes, vt dictis factis aſſiſtant ipſi eccleſiæ velut matri, & nullum eidem Friderico verbo vel opere fauorem impendant publicum vel occultum, cùm tam ipſe quam omnes eius fautores (quod huiuſmodi prædicationibus denunciari mandetis) ſint excommunicationis vinculo irretiti. Datum Lugduni 11. Kal. Feb. Pontif. noſtri anno quarto.

† *De hac Cæſaris depoſitione habetur in cap. ad Apoſtolicæ de ſent. & re Iudic. Et de tẽpore aſſignationis & priuationis ponit Roffre. Beneuet. in libellis Iuris Canonici, in titul. ne ſede vacant. Et Ioan. Andr. in eod. ti. in addit. Baptiſta Sever. in tract. de modo ſtudendi in col. 30. & in l. admonendi. in 54. col. ff. de Iureiur. & Alber. de Roſa in ſuo Dictionario in verbo Concil. & in verſic. Roma.*

Fuit Innocentius vtriuſque Iuris ſplendor eximius vt teſtantur commentaria ſua quæ Lugduni poſt Concilij ſeſſiones cõpoſuit in Decretales Gregorij noni prædeceſſoris ſui. Summa animi prudentia aduerſus Friderici inſidias vſus eſt. Lugdunenſis Diui Iuſti Eccleſia multa debet huic Pontifici, cui tanquam hoſpitæ roſam auream ſolenni ritu dedit quæ poſt concionem panagericam ſingulis annis oſtenditur. Obiit Innocentius Neapoli cum ſediſſet annos vndecim menſes ſex & dies duodecim. Sepultus in Eccleſia Sancti Laurentij fratrum Minorum idibus Decembris 1254.

ALEXAN-

ALEXANDER QVARTVS

Romanus, Gregorij Noni Nepos, Coronatus Neapoli idib. Ian. 1255.

I.

Donatio Frederici Imperatoris in fauorem fratrum & Hoſpitalis leproſorum Sancti Lazari Hieroſolymitani confirmatur.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Magiſtro & Fratribus Hoſpitalis leproſorum S. Lazari Hieroſolymitani ordinis S. Auguſtini. Lecta coram nobis veſtra petitio continebat, quod quondam Federicus Rom. Imperator ante latã in eũ depoſitionis ſententiam, circa miſerabilem conditionem veſtram omni miſeratione digniſſimam, piæ dirigens compaſſionis affectum, diuerſas Terras, poſſeſſiones, & ſtartias tunc de ſuo dominio exiſtentes in Sicilia, Calabria, Valle græcis, Aquilia, & Terra laboris, cum diuerſis ſecularium exactionum exemptionibus vobis pia & prouida liberalitate donauit, pro vt in patentibus literis eiuſdem firmiter confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus, inclinati donationem huiuſmodi ratam & firmam habẽtes eam authoritate apoſtolica confirmamus &c. atq; communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Dat. Neapoli 12. Cal. Martij anno primo.

Ordo Equitum ſancti Lazari anno 360. à Diuo Baſilio magno inſtitutus eſt à ſummis Pontificibus Damaſo primùm. Deinde etiam Innocentio & Honorio tertiis in S. ſedis Apoſtolicæ protectionem receptus, & poſtea ab Alexandro Papa 4. ſub regula Diui Auguſtini cum diuerſis priuilegiis confirmatus.

II.

Regulæ S. Auguſtini ſupradictis fratribus Sancti Lazari Hieroſolymitani confirmatio.

ALEXANDER Epiſcopus &c. Cum à nobis petitur &c. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu Regulam Beati Auguſtini quam vos aſſeritis eſſe profeſſos, ſicut eam hactenus ſeruaſtis vobis authoritate Apoſtolica confirmamus atque communimus: eadem authoritate nihilominus ſtatuentes, vt regula ipſa à vobis & ſucceſſoribus veſtris, perpetuis futuris temporibus obſeruetur Nulli &c. Dat. Neapoli 11. April. anno primo.

III.

Prohibitio ne Conradus Frederici olim Rom. Imperatoris perfidiſſimi in Concilio Lugdunenſi damnati filius in regem Romanorum eligatur vel nominetur.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Archiepiſcopo Maguntino ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem

Firma profecto conſiſtit domus quæ ſolidis fulcita columnis, & Eccleſia tunc multò ſtabilitur robore, quando cum Prælatorum virtute ac conſtantia communitur: inter quos quia honore ac potentia eminere dignoſceris, conueniens eſt & debitum, vt fauorabilius & vehementius eidem aſſiſtas Eccleſiæ, ac ea te ipſo in opportunitatibus præſidia ſentiat potiora. Quia ſi eius augetur ſtatus, & optatis proficit incrementis, vna tu cum ea ſuorum profectuum participatione concreſcis: Et, ſi quod abſit, aliquibus moleſtaretur aduerſis & ſiniſtris pungeretur euentibus, ſuæ te moleſtiæ minimè præterirent, ſed ſimul cum ipſa guſtans ſuarum amaritudinem punctionum. Imò ſicut locum in ea optas magis conſpicuum & excelſum, ſic plus te illius letificat proſperitas, & tribulatio conturbat, nec ipſa quæ plurimum in tuis congaudet commodis de tuis poſſet aduerſitatibus grauiter non dolere. Quanto autẽ affectu te ac alios Alemanię Pręlatos Romana ſemper proſecuta fuerit Eccleſia, quantiſque vos & Eccleſias veſtras ſtuduerit aſſiduè magnificare ac præſeruare fauoribus, clarè liquet: cum nunquam in beneficiis & gratiis circa vos ipſas Eccleſias defecerit ſuæ irriguum largitatis, nec vſquam vobis in neceſſitatibus ipſius defuerint auxilia, quæ veſtri tanquam proprij zelatrix honoris indefeſſè curauit, quoties oportuit veſtris adeſſe negotiis, ſicut promotrix ſollicita & adiutrix per omnia ſtudioſa. Nec immeritò quidem cum & vos inter cæteros cooperatores

Huius prohibitionis ratio ex Concilij Lugdunenſis placitis deſumpta eſt, in quo ab Innocentio Papa 4. Imperium Friderico 2. abrogatum eſt in eius locũ ſucceſſit Cæſar Henricus 8. rex Romanorũ ex Lantgrauio Haſſio & Thuringiæ qui regnauit annum vnum, quo mortuo Cæſar Guilielmus Rex

promptos

Romanorum ex comite Zelanciæ, electus eſt, reclamante Cōrardo Friderici filio qui paternæ infamiæ reus à regio diademate repelli iubetur.

promptos repererit, & præcipuos ſenſerit adiutores. Propter quod decet & expedit, vt attentè pro ipſius vigiletis honore quæ veſtris diligenter intendere vtilitatibus non deſiſtit. Sanè intelleximus quod inſtat tempus electionis celebrandæ de Rege in Imperatorem poſtmodum promouendo, ſuper quo tanto propenſior adhibenda eſt diligentia & cautela, quanto altius & difficilius eſt negotium quod geritur in hac parte, tantóq; res, ſi aliqua in ea interueniret negligētia ſeu improuidentia vel deſidia, deteriorem poſſet habere effectum & exitum noxiorem. Vnde hic vehemēter vigilandum eſt, hic perſpicaciter intendendum, hic conſiderandum prouidè, hic maturè deliberandum, hic prouidè precandum, hic aperiendi ſunt oculi, hic habēdæ ſunt aures intentę, hic mens debet eſſe non rudis & torpens, ſed diligens peruigilet conſulta: vbi de aduocato Eccleſiæ agitur, de ipſius defenſore tractatur: ne pro aduocato impugnator, & pro defenſore aſſumatur vel eligatur offenſor. Quare vndique ſummæ cogitationis præferenda eſt acies, & circumquaque diſtricta explorandum indagine, vt talis (cooperante domino) reperiatur & eligatur, qui fidelis & deuotus exiſtat, & de proſapia proceſſerit deuotorum: ac idoneus & ſufficiens meritò reputetur ad obtinendum tanti honoris culmen, & Imperij regimen exercendum. Qualiter autem Federicus olim Romanorum Imperator, & ſui progenitores, & poſteri, erga matrem Eccleſiam ſe geſſerint, & qualem ei retributionem pro beneficiis perceptis impenderint, patens eſt, & cognitum toti orbi.* Quoniā hi aliorum perſecutorum excedentes tyrannidem, grauioribus eam affecerunt iniuriis, & oppreſſionibus durioribus afflixerunt, & velut intendentes exterminium, tendentes furentis arcum, & feritatis gladium acuētes diris illam vbilibet tribulauere flagellis, & vſque ad interiora profundis illatis vulneribus ſauciarunt. Nam in hoc prauo genere, patrum in filios cum ſanguine deriuata malitia, ſicut carnis propagatione, ſic imitatione operum nati genitoribus ſucceſſerunt. Ex quo liquido perpendi poteſt & coniici, ſi ex ipſo aliquæ poſteritatis reliquiæ remāſerunt, quid ſperandum ſit in futurum de illis, quid in poſterum expectandum. Vita namque ac geſta prædeceſſorum peruerſa, iniquitatem prænuntiant ſucceſſoris. Horribilis enim, & ſceleſtis illorum memoria, quid boni de ipſorum poſteritate credere, vel ſperare permittit? De colubro quidem egreditur regulus, & arbor mala noxios fructus profert. prauúmque principium nullum bonum pollicetur effectum. Et ideo de Conrado puero prædicti Federici ſecundi filio, eſt præcauendum omninò, nec vllo modo intendatur ad eum, nec nominetur ad hoc, nec aliquatenus eligatur: maximè cum propter infantiam, nimiúmque defectum ætatis & ad iſta prorſus inhabilis, ac ineligibilis penitus, puer ipſe eſt, nec ius, quod ex electione prouenire vel conſurgere conſueuit, ſibi poſſet competere, nec in ſua cadere vel retinere perſona: cum propter puerilem ætatem, quæ diſcretione caret, & legitimum conſenſum vel diſſenſum non habet, electioni, ſi de ipſo fieret, conſentire non poſſet, nec ipſius cōſenſus aliquam haberet efficaciam vel vigorem. Et ex eo etiam idem puer in Regē eligi vel nominari non debet: quia cum per electionem huiuſmodi, de aduocato vel defenſore idoneo debeat eccleſiæ prouideri: & ipſe puer ſit, omninò ineptus & inutilis ad talis defenſionis officium ſeu miniſterium exequendum, oporteret eandem Eccleſiam, ſi cōtingeret eligi dictum puerum, manere diutius, non abſque grauibus forte diſpendiis, defenſionis commodo deſtitutam. Nec per hoc etiam conſuleretur amplo & ſpacioſo regno Theutonico de Rege vel Rectore condigno, cum male poſſit alios regere, qui non nouit gubernare ſe ipſum, nec benè vel dignè aliorum gubernaculo præeſſe valeat, qui regimine ducitur alieno, & cui propter tot potentes defectus, neceſſaria eſt alterius cuſtodia, & tutela propter quod Regnum ipſum longo tempore, non ſine multo diſcrimine, ſub operoſa regiminis expectatione langueret. Ideóque fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, ac per Apoſtolicam auctoritatem, tibi ſcilicet in virtute ſanctæ obedientię, ſub debito fidelitatis, quo nobis & Eccleſiæ Romanæ teneris, ac ſub pœna excommunicationis, quam ex nunc in te proferimus, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Conradum puerum nullatenus in Regem eligas, nec nomines, neque conſentias in eundem: Ita quod excommunicatus exiſtas, ſi contra mandatum noſtrum facere vel venire præſumpſeris, & eundem Conradum nominaueris, vel elegeris,

** Flagitiis deditus Fridericus varia ſcelera commiſit quæ recenſentur apud D. Anthon. 3. cap. 5. tit. 19. §. 2. Peierauit multoties pacis fœdera inter Eccleſiam & Imperium. Plurima perfidè geſſit in expeditione aduerſus Turcas. Inſidiatus eſt ſæpius Gregorio 9. Papæ. Cardinales Legatos in Galliam carceribus incluſit, tandem excommunicatus, priuatus Imperio & omni regno ſine aliquo Pœnitentiæ ſigno à Mãfredo ſpurio ſuo ſuffocatur apud Firentiolam Apuleiæ ciuitatem anno 1250.*

aut in ipſum conſenſeris, ſeu opem, vel operam, conſilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur, impenderis: & etiam ſi eius electionem non impedieris toto poſſe, vt ſi fortè ad ipſius electionem, vel nominationem proceſſeris, ſcias te prius excommunicatione ligatum. [c] Aliis verò coelectoribus tuis, tam eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, authoritate noſtra firmiter inhibeas, ne ipſum ad hoc nominent, vel eligant, nec in eum conſentiant promulgando, eadem authoritate, in eos excommunicationis ſententiam, ſi contra hanc tuam inhibitionem venire tentauerint, immo noſtram. Ita quod ſi eum nominare, vel eligere, aut in ipſum conſentire præſumpſerint, noſcant ſe prius excommunicationis vinculo innodatos: vt ex hoc ipſo (ſi de prædicto puero quicquam in hac parte attentatum fuerit) ſit prorſus vacuum, irritum, & inane. Mandatum itaque ac præceptum ſuper hoc Apoſtolicum ſic fideliter, ſapienter, & efficaciter adimplere ſtudeas, omnem opem, & operam adhibeas, vt aliquis fide clarus, & deuotione ſincerus, cui ad id ſuffragentur merita, eligatur, quod ex iis nos & Romanam eccleſiam tibi & Eccleſię tuæ arctiùs obliges noſque lætari poſſimus id, quod intendimus, tuo ſolerti ſtudio ſalubriter prouenisse. Ad hæc nihilominus in omnes electores, qui memoratum puerum ad hoc nominare, vel eligere, ſeu in ipſum conſentire, aut opem, vel operam, conſilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur, dare præſumpſerint, excommunicationis ſententiam promulgamus. Quam per te, antequam ad nominationem, vel electionem aliquam procedatur, reliquis tuis coelectoribus præcipimus nuntiari. Quod ſi non feceris, eo ipſo te noueris laqueo excommunicationis adſtrictum. Datum Ananiæ quinto Kal. Auguſti, Anno Pontificatus noſtri ſecundo.

c Cæſarum Germanorum hiſtoriis legimus Alexādro Pontifice repugnante Conradum ad Imperatoriam maieſtatem electum fuiſſe.

IIII.

Prædicandi verbum Dei, in terris infidelium, abſoluendi in variis caſibus reſeruatis, dandi indulgentias, cauſáſque matrimoniales cognoſcendi largitur facultas Fratribus ordinis Minorum Inquiſitoribus.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus de ordine Minorum in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gathorum, Zichorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Neſtorinorū, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moſcelnorum, Tartarorum, Hungarorum Maioris Hungariæ, Chriſtianorum Captiuatorum apud Turcas, aliarúmque infidelium nationum orientis, ſeu quantumcunque aliarum partium proficiſcentibus Salutem & apoſtolicam benedictionem

CVM hora iam vndecima diei ſit hominibus vt exeant ad opus vſque ad mūdi veſperam & illud Apocalypſis eulogium cito credatur cum matris Eccleſiæ conſolatione complendum, videlicet, oportere viros ſpirituales vitæ mundi, etiam & intelligentiæ gratiam cum Ioanne ſortitos, populis, & gentibus, linguis, regibúſque multis denuo prophetare: quia non ſequetur reliquiarum Iſrael per Iſaiam prophetata ſaluatio, niſi iuxtà Paulum Apoſtolum prius introeat gentium multitudo. Nos, licet immeriti, ſuper Apoſtolicæ ſedis ſpeculam conſtituti fideliter ac prudenter diſpenſandis Dei miniſteriis & operibus coadiuuandis intendimus, ſi vergente plenitudine temporis poſt pia priorum ſtudia, in vineā Domini Sabahot nouos & pene nouiſſimos, qui ſapientiam longam didicere, per otium operarios mittere procuremus. Vos igitur, quos iuxtà profeſſæ religionis officium zelus comedit animarum, & in quadriga quarta, quam variis chariſmatum donis & fidei fortitudine trahitis vbique diſcurrere, ac vexillum Regis & gloriæ procul leuare geſtitis ad gentes quæ Ieſum Chriſtum dominum non cognoſcunt, & ad ſubtractionis filios qui Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ non obediunt, deſtinamus, vobis in remiſſionem peccatorum omnium iniungentes, quatenus ſeminaturi ſuper aquas multas, in illo tantum qui mundum dixit ſe viciſſe confiſi, ad illuminationem cęcę multitudinis, & exterminium hęreticę falſitatis, ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confortandos, in luce ſermonis, & certitudine operis propoſitum vobis iter ſine quarumlibet offenſione curatis.

Summi Pontifice variis Priuilegiis exornarunt fratres ordinis Minorum, quorum præcipua quædam capita hic recenſentur ab Alexandro quarto conceſſa nimirum vt Euangelium & verbum Dei edoceant, quos à fide, & religione Chriſtiana nouerint alienos.

Vt autem miniſterium veſtrum honoretur plenius & honorabilius impleatur, præſentium vobis authoritate concedimus, vt in terris quæ adhuc ſedis Apoſtolicę magiſterio non intendunt, proponere verbum Dei, & conſtitutis ibidem, non obſtantibus ſi aliqua ſunt excommunicatione ligati, in verbis, officio & cibo, ac in aliis ſecurè communicare, & ipſos ſeu etiam alios conuerti ad vnitatem Chriſtianę fidei cupientes, recipere, baptizare & aggregare Eccleſię filiis valeatis, & preſbyteri ex vobis ipſos aggregatos poſſint inſignire charactere clericali, & ipſos ad acolitatus ordinem promouere.

Liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ab obedientiam ſedis Apoſtolicæ, qui ſunt excommunicatione ligati abſolutionis beneficium iuxta formam Eccleſię impertiri, & ſuper eo diſpenſare cum ipſis, quòd ſacros receperunt ordines, & diuina celebrarunt officia ſic ligati. hoc ipſum vobis ſit licitum, circa illos de terris eiſdem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut omnes eadem die, vel qui ſuperiores prætermiſſis inferioribus conferre ſeu recipere ordines pręſumpſerunt: ſi tamen in hoc, ſeruata forma talis extiterit, per quam ordines recepiſſent.

Vobis pręterea diſpenſare liceat, vt illi ex nationibus veſtrę prædicationi commiſſis, qui poſt ſuſceptionem ſacrorum ordinum, vel in gradibus & caſibus à diuina minime lege prohibitis matrimonia contraxerunt, remaneant in eiſdem, & qui ad Eccleſię Catholicę redierint vnitatem, vt inter ſuos habitent, eiſdémque communicent; necnon quòd clerici nationum ipſarum publice ad obedientiam ſedis Apoſtolicæ redeuntes, gaudeant priuilegio clericali. Sit etiam vobis licitum, omnium fidelium in terris prędictis confeſſiones audire, ac ipſis iniungere pœnitentias ſalutares, & excommunicatos à canone vel alio modo, iuxta formam Eccleſię abſoluere, dummodo iniuriam & damna paſſis ſatisfaciant.

Cum irregularibus autem partium earum in caſibus, in quibus ſolent Legati ſedis Apoſtolicę diſpenſare, etiam cum clericis ipſarum partium patientibus defectum Natalium, dummodo non ſint de adulterio vel inceſtu,* aut de regularibus procreati, ſit vobis diſpenſandi facultas: quàm circa illos ſimiliter habeatis, qui ab vnitate eccleſię ſeu religione, vel clericali ordine diſceſſerunt, ſi humiliter redire voluerint, & dignè ſatisfaciant de commiſſis: ita quòd ipſi religioſi ad ſua loca ſalua diſciplina ordinis reſumantur: & illos ex iam dictis qui excommunicationis vinculo ſunt aſtricti, iuxta præmiſſam formam & prædictæ ſatisfactionis modum abſoluere valeatis: & cum irregularibus ex eiſdem, ſicut eſt expreſſum ſuperius, diſpenſare

*Ab huius priuilegij gratia reiiciuntur illegitimi nothi ex ſacrilegio à clericis monachis vel ſanctimonialibus nati, quiquidem clericalem togam licitè aſſequi nequeunt de fil. preſbyt. c. 1. niſi cum illis per ſummum Pontificem fuerit diſpenſatũ c. vlt. d. tit. Potior huius priuilegij facultas in hoc duntaxat ſuſpici & cõmendari poteſt quod abſoluendi ab irregularitate in certis quibuſdam caſibus Franciſcanis inquiſitoribus cõcedatur, cum apud Iuriſconſultos Pontificios edoceamur poteſtatẽ à ſede Apoſtolica ſeu Epiſcopo collatam abſoluẽdi à peccatis vel cenſuris aut ab vtriſque ad irregularitatis diſpẽſationẽ non extendi vti etiam bene notat Nauarrus in Enchiridio cap. 27. num. 194.

Ad hæc, ſit vobis abſoluendi facultas occiſores clericorum, & religioſarum perſonarum in prædictis partibus conſtitutos: fundandi de nouo ibidem Eccleſias, & reconciliandi illas, quæ ſunt caſu aliquo prophanatæ: ac de nouo fundatis, Rectores idoneos prouidendi: & illis qui de gentibus vel ſchiſmaticis nouiter ſunt conuerſi, dandi licentiam, vt vxores ſuas cum quibus ex gradibus à lege diuina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere.

De cauſis matrimonialibus, quas in partibus illis ad audientiam noſtram deferri contigerit, legitimè cognoſcendi, ac diſcordantes inter ſe adinuicem, quòd ad pacem & concordiam redeant: nec non quòd inordinatè viuentes, de ſuis exceſſibus (ſicut iuſtum fuerit) ſatisfactionem exhibeant, compellendi per cenſuram eccleſiaſticam vobis libera ſit poteſtas.

Inſuper in locis in quibus vos hoſpitari contigerit, vel in locis partium earundem, in quibus reſidentiam facietis, Miſſam, & cętera diuina officia celebrare, & in eiſdem partibus Cæmiteria benedicere, ac dare indulgentias, commutare vota, facultatem & licentiam habeatis.

Cęterum vobis concedimus, quòd catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis poſſitis ordines & alia eccleſiaſtica ſacramenta ſuſcipere, ac veſtes ſacerdotales altaris, pallas & corporalia, per eos qui ex vobis ſunt preſbyteri, cum neceſſe vobis fuerit, benedicere, vbi Catholicorum Epiſcoporum copia non habetur, necnon alia facere, quæ ad augmentum Dominici nominis, & ampliationem catholicæ fidei, ac reprobationem, ac irritationem illorum, qui ſacris traditionibus contradicunt,

tradicunt, ſicut pro loco & tempore videritis expedire.

Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Viterbij 13. Kalen. Maij. Pontificatus noſtri anno quarto.

V.

Controuerſiarum immergentium in cauſis fidei de hæreticis nimirum, de periuris teſtibus, de ſacrilegio, de hæredibus hæreticorum, acuta declaratio.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis fratribus ordinis Minorum, Inquiſitoribus hæreticę prauitatis in adminiſtratione ſancti Franciſci, præſentibus ac futuris, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

QVOD ſuper nonnullis quæſtionum articulis, in quibus cauſa fidei tangitur, nos conſulere voluiſtis, ſollicitudinis veſtræ prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur veſtræ conſultationis articulus continebat, vtrum dici debeat relapſus in hęreſim qui lapſus eſt in eam poſt abiurationem ipſius, in qua non inuenitur antea commiſiſſe, cùm ſecundùm proprietatem verborum, non videatur relapſus, qui non fuerat ante lapſus. [a] Ad quòd taliter reſpõdemus, quòd talis ſi tanquam accuſatus vel ſuſpectus de hęreſi eam in iudicio abiurauit, & poſtea committat in ipſa, cenſeri debet quadam iuris fictione relapſus, licet ante abiurationem ſuam plene probatum non fuerit crimen hęreſis contra ipſum, dummodo huiuſmodi prius orta ſuſpicio, violenta fuerit, & certis ac veris indiciis comprobata. Si vero leuis & modica, quamquam ex hoc ſit grauius puniendus, relapſorum tamen in hęreſim non debet pœna puniri, ex quo præſumi non poteſt veriſimiliter ante lapſus in eam.

a Suſpectus de hæreſi, quanuis de criminis reatu conuictus nõ ſit, ob idque tamen canonico remedio vſus ſit, ſi poſt abiuratam hæreſim iterum in faſcinatã perniciem labi contingerit hic iuris præſumptione cenſetur relapſus vt patet in cap. Accuſatus. §. 1. de hæret. lib. 6. Illum enim qui vehementẽ dedit de hæreſi ſuſpicionem Iuris Pontificij canones teſtantur fuiſſe relapſum vt ſi poſtea in hæreſim reciderit merito poſſit dici relapſus: mitiùs hoc tractatur in leui ſuſpicione.

Quæſiuiſtis etiam circa idem, ſi is qui hæreſim abiurauit, & per ſolam inexcuſabilem receptionem vel receptationem, aut deductionem ſeu aſſociationem, vel viſitationem hęreticorum, ſiue dationem vel miſſionem munerum, aut etiam alias in fauorem eorum, qui excuſari non poſſit, ſine adoratione tamen (vt verbis veſtris vtamur) lapſus eſt poſtmodum, propter hoc debeat iudicari relapſus. Et quidem ſi legitimè conſtitit, vel etiam nunc conſtaret, quòd tales ante huiuſmodi abiurationem in hæreſi commiſiſſent, non eſt dubium eos per hoc fuiſſe relapſos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati à ſe prius erroris conſequentia, id feciſſe.

Prætera nonnulli talium, vt proponitis, iurant coram inquiſitoribus tam de ſe quàm de aliis ſuper facto hæreſis veritatem dicere, ſed periurant, non odio tamen vel pretio ſed timore ſui potius & ſuorum; corrigunt autem ſe poſtmodum ſuper iis contra ſe ac alios ſuos complices deponendo. Cum itaque periurus ſecundùm iura, etiam poſt pœnitẽtiam in criminalibus à teſtimonio repellatur [b] hinc quęritur vtrum contra illos ſuos complices ſit per teſtimonia talium procedendum. Super quo taliter reſpondemus, quòd cum crimen huiuſmodi ſit exceptum, ſi ex manifeſtis indiciis apparuerit tales non animi leuitate, aut odij fomite ductos, ſeu corruptos pecunia, ſed zelo fidei tanquam pœnitentes propriæ culpæ, aſſerere, quòd talia prius tacuerant, & velint in hoc errorem ſuum corrigere, ac alios nominare, ſtari debet in fauorem fidei, niſi aliud obſiſteret, atteſtationibus eorundem.

b Periurus quãtũcunque emendatus non admittitur in teſtem in ciuili nec in criminali cap. in teſtimonium, & c. quicunque. 6 q. 1. gloſſ. in l. qui cum vno. §. ignominia. ff. de rer. milit. quam gloſſ. Bald. alle-

Ad illud autem quod quæritur, vtrum ad inquiſitores hæreſis pertineat de diuinationibus & ſortilegiis, quę contra aliquos ſibi denunciantur cognoſcere, ac punire talia exercentes, breuibus reſpondetur, quòd cum negotium fidei, quod ſummè priuilegiatum exiſtit, per occupationes alias non debeat impediri, inquiſitores ipſi, de iis, niſi manifeſtè ſaperent hæreſim, ratione huiuſmodi officij ſibi commiſſi, ſe nullatenus intromittant, ſed eos relinquant ſuis iudicibus pœna debita caſtigandos.

Quidam inſuper (vt adiicitis) pro iis qui commiſerunt in hęreſi, aſtringunt ſe inquiſitoribus ſub obligatione bonorum ſuorum, ad recipiendum ab eis pœnitentiam & complendam: ſed ea licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto vel in

parte

gat pro ſingulari in l. Lucius. inſt. de infamib. Sed Pontifex poteſt habilitare criminoſos atque periuros ad ferẽdum teſtimonium ſecundùm Doct. in d. cap. teſtimoniũ & licet periuri teſtes eſſe nequeant tamen in negocio hæreſis admittuntur cap. accuſatus de hæreticis in 6

parte neglecta,decedunt. Quæritur ergo,vtrum inquiſitores ipſi,vel qui in eorum locum ſuccedunt,poſſint ad ſatiſfaciendum pro ipſis defunctis,hæredes vel detentores bonorum ſic decedẽtium coarctare. Ad quod dicimus,quòd ſi per huiuſmodi pœnitentiam aliquod onus ad ſalutem proficiens impoſitum fuerit,in bonis temporalibus exequendum ad complementum ipſius per inquiſitores cogi debent hęredes,vel alij ad quos bona talium cum ſuo onere deuenerunt.

Iniungitur etiam aliquibus ad pœnam,in pœnitentia pro hæreſi,ab ipſius peſtis inquiſitoribus,vt vſuras reſtituant, ad quod obligauerant in iudicio Eccleſiæ ſe & ſua. In quo quæritur,vtrum inquiſitores ipſi , vel qui ſuccedunt in locum eorum, ad reſpondendum coram ſe conquerentibus de vſuris huiuſmodi , & ad reſtitutionem earum,ſi de ipſis conſtiterit poſſint compellere taliter pœnitentes , prout ab eis in aliis iniunctis ſibi pœnitentiis fieri conſueuit. Ad quod reſpondemus , quæſtionem ſuper vſuras motam,contra tales iudicialiter non debere audiri ab inquiſitoribus hæreſis,nec decidi. Nolentes quòd per cauſas huiuſmodi , offendiculum negotio fidei pręparetur,eos tamen ad reſtitutionem vſurarum, de quibus conſtiterit,compellere poterunt : quibus in ſatiſfactionem pro prędicto crimine huiuſmodi reſtitutionem in pœnitentia iniunxerunt.

Sunt & alij,qui confeſſi ſunt in iudicio de hæreſi coram inquiſitoribus huiuſmodi prauitatis,ſed antequam eis iniungeretur pœnitentia,deceſſerunt. Super quo quęritur ſi hæredes talium compelli poſſint ab inquiſitoribus , vt ad ipſorum arbitrium ſatiſfaciant pro defunctis,pręcipuè cum iidem dum viuerẽt ad faciendam pœnitentiam quam inquiſitores eis vellent iniungere,bona ſua inquiſitoribus obligarint:cui quęſtioni ſic duximus reſpondendum,quòd poſtquam tales non deceſſerunt hæretici,ſed reincorporati potius Eccleſiæ vnitati , non videmus quòd eis poſt mortem,vel coram hęredibus,qui ad ſucceſſionem talium admittuntur ,ſit ſatiſfactio pro extincto iam crimine iniungenda. In eo verò caſu , in quo hæredes huiuſmodi ad ſucceſſionem non deberent ob culpam ſui actoris admitti: non obſtante quòd actoribus ipſis viuentibus,hoc non fuerit intercedente ipſorum morte per ſententiam declaratum , ad confiſcationem bonorum poſt mortem nihilominus procedatur.

Clericus hæreticus niſi confeſtim hæreſim deponat & pertinaciam abiuret,aut illico in priores errores relabatur ſine vlla clementia degradatur, deinde curiæ ſæculari traditur c.9. ad abolendam de Hæretic. & in cap.8. accuſatus eo. tit. Eſt autem communis doctorũ opinio clericum in ſacris conſtitutum non poſſe propter quodcunq; enormiſſimum crimen à iudice ſæculari puniri niſi prius ſit degradatus Didacus pract.23.q. num.1.

Adieciſtis præterea,negotium ſeu officium inquiſitiouis contra hęreticos dilecto filio Priori fratrum Prędicatorum Pariſien. à ſede Apoſtolica fuiſſe ſub ea forma commiſſum,vt idem ſuper hoc poſſet inquirere , tam per ſe , quàm per alios, quos ad hoc idoneos reputaret:in quo quæritur , vtrum tales delegati exiſtant , & quid poſſint etiam ſic electi. Super quo taliter duximus ordinandum , quòd idem Prior poſſit tres,vel quatuor idoneos ad hoc opus aſſumere , qui parem cum ipſo habeant poteſtatem,& amouere illos,ac ipſorum loco alios ſubſtituere , quotieſcunque viderit expedire:ipſi tamen priori,& aliis ſic aſſumptis committendi duntaxat citationes , & examinationes teſtium,cum de huiuſmodi crimine ac circunſtantiis eius inquiritur,ac denuntiationis ſententiam,quas ſuper iis contra quoſlibet contingerit ferri,& iis ſimilia faciendi conceditur ab eadem ſede facultas.

Quæſtioni vero qua quęritur,vtrum conſtitutus in ſacris,deprehenſus in hęreſi, & propter hoc immurandus perpetuò , prius ſit ab ordinibus à ſuo Epiſcopo degradandus,antequam tradatur huiuſmodi pœnitentię. Reſpondemus , quòd talis qui eſt perpetuò immurandus,prius debet à ſuis ordinibus degradari.

Nonnulli quoque clerici,& quod eſt deterius,ſacerdotes prætextu pecuniæ, vel alicuius ſeruitij temporalis , inueniuntur aliquando inquiſitionis impedire negotium,inſtruendo citatos hęreticorum credentes de celanda veritate,falſitate dicenda,vel eos indebitè liberando,de quibus quęritur vtrum inquiſitores poſſint tales capere,ac etiam retinere:aut quòd ſic accepta reſtituant,coarctare. Dubium itaque non videtur,quòd ij quos conſtat exercere præmiſſa,ea faciunt in fauorem hęreticę prauitatis,quare poſſunt à talibus per inquiſitores compeſci , & pœna debita caſtigari,tam per captionem perſonarum,quàm etiam aliàs prout culpa exegerit delinquentis

Quod autem poſtmodum quærebatur,quomodo eſſent puniendi religioſi , qui inueniuntur in hæreſim deliquiſſe,cum ſeculares peccantes in ſimili caſu , immu-

tationis vel alia pœna plectantur : eius ſolutio ſatis patet , cum certum ſit tales in hoc,& in conſimilibus delinquentes grauiùs etiam ſecularibus puniendos.

In fautores & receptatores hæreticorũ iure inquiritur,nam receptatio eos reos facit, quocirca pro facti qualitate & perſonarum,iudicis arbitrio iudicabũtur & plectentur , ita Iacobus Simãcas in praxi hæreſeos titul.26. Dominicus de Soto libr. 1. de iuſtitia & iure q.6.art.6.col.6. in fin. probat. c. literas de præſumpt.

Frequenter etiam vobis ab Apoſtolica ſede committitur,vt tam hęreticos, credentes,receptatores,fautores,& defenſores eorum,quàm ipſorum filios & nepotes ac illos etiam qui prædictorum interuentu,vel gratia tale eſſent adepti, vel aſſequerentur in poſterum,priuandi preſonatibus,dignitatibus &honoribus quibuſcunque ac beneficiis eccleſiaſticis,& officiis publicis,de diœceſanorum , vel eis abſentibus vicariorum ſuorum conſilio,habeatis liberam facultatem : quod qualiter intelligi debeat,petiuiſtis eiuſdem ſedis oraculo declarari. Hoc ſane de filiis & nepotibus illorum credentium & aliorum huiuſmodi ,qui modo tales eſſe probantur,intelligendum eſſe videtur,non autem illorum,quos emendatos conſtiterit,& pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſię pœnitentiam recepiſſe,quam ipſi vel iam perfecerunt,vel humiliter proſecutioni eius inſiſtunt , vel parati fuerunt dum viuerent ad recipiendam eandem. Diœceſani quoque in priuandis talibus ſunt generaliter requirendi,niſi forſan conſtaret legitime , quòd iidem ſcienter eis beneficia contuliſſent:tunc enim eos in iis requirendos eſſe nõ credimus,ſed potiùs à ſuo iudice puniendos. Vos igitur hæc & alia contigentia in hac parte,commiſſum vobis officium ſic prudenter,& fideliter exequi procuretis,ſic ad ea pure propter Deum,cuius cauſam geritis,veſtra feratur intentio,quòd labor veſter vobis ad vitæ præmiũ, & aliis ad ſalutem,quæ ſolum in talibus quæritur,proficiat animarum. Datum Viterbij,quinto Kalendas Octobris,Pontificatus noſtri anno quarto.

VI.

Inquiſitoribus fidei conceditur authoritas procedendi contra quoſcunque & aſſumendi ad officium notariatus perſonas regulares quando non poſſunt habere ſæculares.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia,Marchia Ianuenſi,ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

NE commiſſæ vobis contra hæreticos inquiſitionis officium [a] quocunq; contingat obice præpediri,vobis & ſingulis veſtrum præſentium auctoritate concedimus,vt non obſtantibus aliquibus priuilegiis vel indulgentiis, quibuſcunque perſonis,cuiuſuis condititionis,dignitatis, vel gradus, religionis aut ordinis, & præſertim Ciſtercien. Prędicatorum,Minorum,ſeu Eremitarum,ſiue communitatibus, vel vniuerſitatibus ciuitatum locorum ſpecialiter vel generaliter , ſub quacunque verborum expreſſione vel forma ab Apoſtolica ſede conceſſis , vel amodo concedendis etiam ſi dicatur in illis,quòd eis per aliquas literas,totum de verbo ad verbum tenorem non continentes , priuilegiorum vel indulgentiarum ipſarum nequeat derogari maximè quòd illi excommunicari,vel ipſorum terræ ſupponi non poſſint eccleſiaſtico interdicto : aut quòd prædictorum vel aliorum quorumlibet ordinum fratres,ad executiones negotiorum , aut ad citationes quorumlibet ſiue denuntiationes ſententiarum excommunicationis , ſuſpenſionis vel interdicti auctoritate literarum apoſtolicarum minime cogi poſſint,niſi de ipſorum ordinibus & priuilegiis vel indulgentiis,eis ſuper hoc à ſede apoſtolica conceſſis,habeatur in eiſdem literis mentio ſpecialis:in eodem officio & contra impedientes illud,vel in eo vobis iuxta officium,& poſſe ſuum,à vobis requiſitos aſſiſtere non curantes,libere iuxta formam vobis per literas noſtras traditam,procedatis:cum ex huiuſmodi vel aliis priuilegiis & indulgentiis, nullum vobis in tantæ pietatis negotio,velimus obſtaculum generari. Ad hæc ſi ſuper his,quæ circa idem officium,illúdque contingentia in ſcriptis fuerint redigenda,tabellionum ſęcularium copia forte defuerit opportuna,perſonis regularibus cuiuſcunque ordinis,qui tabellionatus officium in ſęculo habuiſſe noſcuntur , exercendi illud in his,cùm à vobis neceſſitate huiuſmodi ſuadente fuerint requiſiti , auctoritate noſtra licentiam concedatis: quos ad hoc conſtitutione canonica vel regulari contrario nequaquam obſtante, ex diſtricto volumus iuſſionis noſtræ præcepto teneri. Quòd ſi nec tales habere poteritis,alios duos viros idoneos,clericos vel laicos, quoties talis imminebit ne-

a Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt in omnes inquiſitionis officium exercere inuitis etiam perſonarum, qualitatũ & priuilegiorũ cõditionibus: iura etiam volũt vt quo faciliùs euellatur Zizania illa debeant inſtruere inquiſitionem nulla diffamatione præcedẽte propter criminis atrocitatẽ,in his enim atrocioribus licet iura tranſgredi vt inquit Bald. in l. obſeruandum q.[illegible] ff. de offic. præſidis. Ludo. Carerius in tract. de hæreticis. A relata in tract. de hæret. notab.26.

ceſſitas, aſſumatis: qui ſimul fideliter ea quæ fuerint à vobis, vel coram vobis ex prædicto officio gerenda, conſcribant, quorum ſcripta quantum ad hunc neceſſitatis articulum pertinent, ac ſi vnius perſonæ publicę manu confecta fuiſſent, inconcuſſam habere decernimus firmitatem. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Datum Anagnię Idibus Octobris, Pontificatus noſtri anno ſexto.

VII.

Excommunicati & ſocij criminis contra hæreticos iure in teſtimonium admittuntur.

In cauſis fidei creditur excõmunicatis ex certis coniecturis verum deponẽtibus, quamuis excommunicatus ante abſolutionẽ teſtis eſſe nequeat c. teſtimonium & in c. veniens ext. de teſtib. c. decernimus de ſentent. excom. in 6.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Dilectis filiis fratribus ordinis Minorum Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in Prouincia Roma. & adminiſtratione beati Franciſci, à ſede Apoſtolica deputatis, & in poſterum deputandis, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

CONSVLVIT nos diſcretio veſtra, vtrum illos qui ratione criminis hæreſeos, vel alia de cauſa excommunicationis ſententia ſunt ligati, contra hæreticos, credentes, defenſores, fautores vel receptatores eorum, ad teſtimonium perhibendum admittere, & ſtare dictis eorum ſeu illorum, etiam debeatis, qui complices, participes, ſeu ſocios eiuſdem criminis ſe fatentur. Quia igitur ſi iidem excommunicatis non admitterentur ad perhibendum teſtimonium contra tales, & dictis eorum ac ſi fatentium non ſtaretur, frequenter officium inquiſitionis vobis commiſſæ, in diſpendium fidei contigeret impediri, quando præſertim vix aut nullo modo poteſt niſi per ſic fatentes ſuper hoc veritas apparere, ſtatuimus in fauorem fidei, vt in huiuſmodi inquiſitionis negotio, dicti excommunicati, contra hæreticos, credentes, defenſores, fautores & receptatores eoſdem, ad teſtimonium admittantur, & ſtetur tam illorum dictis, quàm eorum qui, vt prædictum eſt, ſocios eiuſdem criminis ſe fatentur, ex veriſimilibus coniecturis, quæ ex numero deponentium, vel perſonarum tam deponentium, quàm eorum contra quas deponitur qualitate, ac aliis circunſtantiis coniici poterunt, ſic fatentes non falſa dicere præſumantur. Dat. Lateranen. x. Kalend. Februarij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

VIII.

Diui Ludouici precibus fretus Pontifex prohibet ne Galliæ ciuitates interdicto ſubiiciantur, ſine mandato ſedis Apoſtolicæ. Hoc reſcriptum in actis ſupremi Senatus Pariſiis religioſè ſeruatur.

† *Paria reſcripta in Galliæ regni fauorem dederunt regibus Chriſtianiſſimis Clemẽs Nicolaus Martinus, & Clemens ſextus.*

ALEXANDER ſeruus ſeruorum Dei chariſſimo in Chriſto filio Ludouico Illuſtri Regi Franciæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

CVM ſicut ex parte tua nobis extitit intimatum, quod fœlicis recordationis Innocentius Papa prędeceſſor noſter per ſuas tibi conceſſerit literas, vt nullus in terrã tuam excommunicationis vel interdicti ſententiam proferret: Nos eiuſdem prędeceſſoris veſtigiis inhęrentes, excellentię tuę authoritate pręſentium indulgemus, vt nullus prędictam terram vniuerſaliter eccleſiaſtico ſubiicere valeat interdicto ſine mandato ſedis apoſtolicę ſpeciali. Nos enim decernimus irritum & inane ſi quid ſupra hæc contra huiuſmodi noſtræ conceſſionis tenorem contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Anagniæ Cal. Octob. Pontificatus noſtri anno primo.

Pontifex ſupradictus obiit Viterbij 8o. Cal. Iun. 1261. & ſepultus fuit in Eccleſia Cathedrali Sancti Laurentij. Infauſtum habuit ſuæ ſedis ſeptennium varijs enim cladibus vndique angebatur Italia. Guelphorum & Gibellinorum factiones & furores Venetorum & Genuẽſium Reſpublicas odio crudeli mutuis gladiis intricatas vidit. Manfredi ſpurij perfidiſſimi Friderici temerarios auſus in Pontificiam ſedem æquo animo tulit, ſed omnium dolorũ acerbior fuit ille quãdo per nuncios intellexit Ludouicum Gallorũ Regem fidei Chriſtianæ acerrimum defenſorem inter Barbaros copiis fuſis captum remanere.

VRBANVS

VRBANVS QVARTVS

Gallus è Tricaſſibus populis natus infima & paupere familia ſutoris cognomine Pantaleonis filius ſed animi dotibus & virtutum inſigniis omnibus admirandus nihil tale cogitans Romæ elitur ſummus Pontifex & coronatur Viterbij vbi curia reſidebat prid. Nonæ Septembris 1261.

I.

Feſti corporis Chriſti feria 5. poſt octauas Pentecoſtes inſtituta ſolennitas in Eccleſia. Huius Conſtitutionis dignitas habetur in Clement. lib. 3. de Reliquiis & veneratione Sanctorum. tit 16. cap. 1. quam omnibus Eccleſiaſticis ſcitu neceſſariam hic retulimus. Et ampliſſimè laudatur in Concil Trident. Seſſ. 3 cap. 8.

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum prælatis: & cætera.

† a. *Vrbanus hoc inſigni exordio apparatũ maximum facit ad multiplices cauſas celebrationis feſti corporis Chriſti, ne tantum beneficium vnquam excidat à memoria; præſertim cum munus illud collatum in Euchariſtia monumentum ſit & compendium omnium beneficiorum acceptorum à Deo & Chriſto ac propterea magis in memoria habendum, nec obeſſe quod quotidiana ſit in miſſa illius ac paſſionis dominicæ recordatio, cum quotidiana perdant attentionem & admirationem, niſi noua aliquando adhortatione ad ea cogitanda animus excitetur.*

TRANSITVRVS[a] de hoc mũdo ad Patrẽ Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus, cum tempus ſuæ paſſionis inſtaret, ſumpta cœna, in memoriam mortis ſuæ inſtituit ſummum & magnificum ſui corporis & ſanguinis ſacramentum, corpus in cibum, & ſanguinem in poculum tribuendo. Nam quotiens hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortem Domini annuntiamus. In inſtitutione quidem huius ſacramenti dixit ipſe Apoſtolis: Hoc facite in meam commemorationem: vt pręcipuum & inſigne memoriale ſui amoris eximij, quo nos dilexit, eſſet nobis hoc præcelſum & venerabile ſacramentum memoriale, inquam, mirabile ac ſtupendum, delectabile, ſuaue, tutiſſimum, ac ſuper omnia pretioſum, in quo innouata ſunt ſigna, & mirabilia immutata, in quo habetur omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitas ipſáque dulcedo Domini deguſtatur, in quo vtique vitę ſuffragium conſequimur & ſalutis. Hoc eſt memoriale dulciſſimum, memoriale ſaluificum, in quo gratam redemptionis noſtræ recenſemus memoriam, in quo à malo retrahimur & in bono confortamur, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipſius corporali præſentia Saluatoris. Alia namque quorum memoriam agimus, ſpiritu mentéque complectimur: ſed non propter hoc realem eorum præſentiam obtinemus. In hac verò ſacramentali Chriſti commemoratione Ieſus Chriſtus præſens ſub aliqua quidem forma in propria verò ſubſtantia eſt nobiſcum. Aſcenſurus enim in cœlum dixit Apoſtolis & eorum ſequacibus: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſęculi: benigna ipſos promiſſione confortans quòd remaneret & eſſet cum eis etiam præſentia corporali. O digna & nunquam intermittenda memoria, in qua mortem noſtram recolimus mortuam noſtrúmque interitum interiiſſe, ac lignum viuificum ligno crucis affixum fructum nobis attuliſſe ſalutis. Hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ fidelium animos replet gaudio ſalutari, & cum infuſione lætitiæ deuotionis lachrymas ſubminiſtrat. Exultamus nimirum noſtram memorando liberationem, & recolendo paſſionem Dominicam per quam liberati ſumus, vix lachrymas continemus. In hac itaque ſacratiſſima commemoratione aſſunt nobis ſuauitatis gaudium ſimul & lachrymæ: quia & in ea congaudemus lachrymantes, & lachrymamur deuote gaudentes lætas habendo lachrymas, & lætitiam lachrymantem: nam & cor ingenti perfuſum gaudio, dulces per oculos ſtillat guttas. O diuini amoris immenſitas, diuinæ pietatis ſuperabundantia, diuinę affluentia largitatis: dedit enim nobis Dominus omnia, quæ ſubiecit ſub pedibus noſtris, & ſuper vniuerſas terræ creaturas contulit nobis dominij principatum.

Ex miniſtris etiam ſpirituum ſuperiorum nobilitat & ſublimat hominis dignitatem: Adminiſtratorij namque ſunt omnes in miniſterium propter eos qui hæreditatem ſalutis capiunt deſtinati. Et cum tam copioſa fuerit erga nos eius munificentia,

ficentia, volens adhuc ipſe in nobis ſuam exuberantem charitatem, præcipua libe-ralitate monſtrare ſemetipſum nobis exhibuit, & tranſcendens omnem plenitudi-nem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit ſe in cibum. O ſin-gularis & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datum eſt idem penitus cum datore. Quàm larga & prodiga largitas cum tribuit quis ſe ipſum. Dedit igitur nobis ſe in pabulum: vt quia per mortem homo corruerat, & per ci-bum ipſe releuaretur ad vitam: cecidit homo per cibum ligni mortiferum, releua-tus eſt homo per cibum ligni vitalis: In illo pependit eſca mortis, in iſto pependit vitæ alimentum. Illius eſus meruit læſionem, iſtius guſtus intulit ſanitatem guſtus ſanciauit & guſtus ſanauit. Vide quia vnde vulnus eſt ortum, prodiit & medela: & vnde mors ſubiit, exinde vita euenit. De illo ſiquidem guſtu dicitur: Quacunque die comederis, morte morieris De iſto vero legitur: Si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum. Hic eſt cibus qui plenè reficit, vere nutrit, ſummeq́; impinguat non corpus, ſed cor, non carnem ſed eſcam, non ventrem ſed mentem. Homini ergo qui ſpirituali alimonia indigebat, ſaluator ipſe miſericors de nobiliori & po-tentiori, huius mundi alimento pro animæ refectione pia diſpoſitione prouidit, de-cens quoque liberalitas extitit, & conueniens operatio pietatis, vt verbum Dei æter-num quod rationabilis creaturæ cibus eſt & refectio, factum caro, ſe rationabili creaturæ carni & corpori homini videlicet in edulium largiretur: panem enim An-gelorum manducauit homo: & ideo ſaluator ait. Caro mea verè eſt cibus. Hic pa-nis ſumitur, ſed verè non tranſmutatur: quia in edentem minimè transformatur: ſed ſi digne recipitur, ſibi recipiens conformatur. O excellentiſſimum ſacramen-tum. O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, dignis magnifican-dum laudibus, dignis præconiis exaltandum, cunctis honorandum ſtudiis, deuotis proſequendum obſequiis & ſinceris mentibus retinendum. O memoriale nobiliſ-ſimum intimis commendandum præcordiis, firmiter animo alligandum, diligen-ter reſeruandum in cordis vtero & meditatione, ac celebratione ſedula recenſen-dum Huius memorialis continuam debemus celebrare memoriam, vt illius cuius ipſum fore memoriale cognoſcimus, ſemper memores exiſtamus: quia cuius do-num vel munus frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur.

Licèt igitur hoc memoriale ſacramentum in quotidianis Miſſarum* ſolenniis frequentetur: conueniens tamen arbitramur & dignum, vt de ipſo ſemel ſaltem in anno ad confundendam ſpecialiter hæreticorum perfidiam & inſaniam, memoria ſolennior & celebrior habeatur. In die namque cœnæ Domini, que die ipſe Chri-ſtus hoc inſtituit ſacramentum, vniuerſalis Eccleſia pro pœnitentium reconcilia-tione, ſacri confectione chriſmatis, adimpletione mandati circa lotionem pedum, & aliis plurimum occupata plene vacare non poteſt celebrationi huius maximi ſa-cramenti. Hoc enim circa ſanctos, quos per anni circulum veneramur, ipſa obſer-uat Eccleſia, vt quamuis in letaniis & Miſſis, ac aliis etiam ipſorum memoriam ſę-pius renouemus: nihilominus tamen ipſorum natalitia certis diebus per annum ſo-lemnius recolat, feſta propter hoc eiſdem diebus ſpecialia celebrando. Et quia in his feſtis circa ſolennitatis debitum aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem aut alias ex humana fragilitate omittitur ſtatuit ipſa mater Eccle-ſia certum diem, in qua generaliter omnium ſanctorum cõmemoratio fierę: vt in hac ipſorum celebratione communi, quicquid in propriis ipſorum feſtiuitatibus omiſſum exiſteret, ſolueretur Potiſſimè igitur exequendum eſt erga hoc viuificum ſacramentum corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, qui eſt ſanctorum omnium glo-ria & corona, vt feſtiuitate ac celebritate præfulgeat ſpeciali: quatenus in eo, quod in aliis miſſarum officiis circa ſolennitatem eſt forſitam prætermiſſum, deuota di-ligentia ſuppleatur, & fideles, feſtiuitate ipſa inſtante, intra ſe præterita memoran-tes, id quod in ipſis Miſſarum ſolenniis ſecularibus forſan agendis impliciti, aut a-liàs ex negligentia vel fragilitate humana minus plenè geſſerunt: tunc attentè in humilitate ſpiritus & animi puritate reſtaurent. Intelleximus autem olim dum in minori eſſemus officio conſtituti, quòd fuerat quibuſdam catholicis diuinitus re-uelatum, feſtum huiuſmodi generaliter in Eccleſia celebrandum. Nos itaque ad corroborationem & exaltationem catholicę fidei, dignè ac rationabiliter duximus ſtatuendum

** Sicut non ſatis fuit Eccleſiæ per omnes ſeptimanas dies paſſioni & reſurrectioni Chriſti conſecrare ad inſculpendam Chriſtianorum mentibus de illis fidem & cogitationem, ſed inſuper quotannis illuſtriori feſto quaſi vellicet omnium aures, vt illarum rerum ſint memores, ita erga Deum gratitudo poſtulat vt in Euchariſtiæ myſterio ſic obſeruetur. Præterea ſi propter ſanctorum poſſeſſas reliquias aut merita feſta ſolenniora præſcripſerunt veteres Chriſtiani, quid non celebritatis defendum Domini ac ſeruatoris noſtri glorioſæ præſentiæ? Ideo Tridentina Synodus declarat piè admodum & religioſè in Dei Eccleſiam inductum fuiſſe hunc morem vt ſingulis annis peculiari quodã & die, & feſto hoc venerabile ſacramentũ ſingulari ſolennitate celebrare tur vtq; in proceſſionibus honorificè per vias publicas circumferretur.*

ſtatuendum, vt de tanto ſacramento præter quotidianam memoriam, quàm de ipſo facit Eccleſia, ſolennior & ſpecialior annuatim memoria celebretur: *certum ad hoc deſignantes & deſcribentes diem, videlicet feriam quintam proximam poſt octauam Pentecoſtes: vt in ipſa quinta feria deuotæ turbæ fidelium propter hoc ad eccleſias affectuoſè concurrãt, & tam clerici, quàm populi gaudentes in cantica lau-dum ſurgant: tunc enim omnium corda, & vota, ora & labia, hymnos perſoluant lætitiæ ſalutaris: tunc pſallat fides, ſpes tripudiet, exultet charitas, deuotio plaudat, iubilet chorus, puritas iucundetur, tunc ſinguli alacri animo pronáque voluntate conueniant, ſua ſtudia laudabiliter exequendo tanti feſti ſolennia celebrantes: & vtinam ad Chriſti ſeruitium ſic eius fideles ardor inflammet, & per hæc & alia proficientibus ipſis meritorum cumulis apud eum, qui ſeſe dedit pro eis in pre-tium tribuítque ſeipſis in pabulum, tandem poſt huius vitæ decurſum eis ſe in præmium largiatur.

** Quemadmodum ad indicenda ieiunia feſta atque alia pietatis munera ex reuelationibus bonorum monebantur primi Chriſtiani ſicut apud Cyprianũ atque alios frequenter legitur ſic Vrbanus recitat Catholicis piis viris quibuſdam per reuelationẽ mandatum vt feſtum eiuſmodi generaliter in Eccleſia celebraretur. gloſſ. verbo reuelatũ de reliq. & vener. ſanct. in 6.*

Ideoque vniuerſitatem veſtram monemus & hortamur in Domino & per Apo-ſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus in remiſſionem peccatorum iniungentes, quatenus tam excelſum & tam glorioſum feſtum prædicta quinta feria ſingulis annis deuotè ac ſolenniter celebretis, & facia-tis ſtudioſè per vniuerſas eccleſias ciuitatum veſtrarum & diœceſim celebrari ſub-ditos veſtros in Dominica, dictam quintam feriam proximè præcedente, ſalutari-bus monitis ſollicitè per vos & per alios exhortantes vt per veram & puram con-feſſionem, eleemoſynarum largitionem, attentas & ſedulas orationes, & alia deuo-tionis & pietatis opera, taliter ſe ſtudeant præparare, quòd huius pretioſiſſimi ſa-cramenti mereantur fieri participes illa die, poſſintq́; ipſum ſuſcipere reuerenter, ac eius virtute augmentum conſequi gratiarum. Nos enim Chriſti fideles ad co-lendum tantum feſtum & celebrandum donis volentes ſpiritualibus animare, om-nibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui Matutinali officio feſti eiuſdem in eccle-ſia in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum: Qui verò Miſſæ, totidem: Qui autem in primis ipſius feſti veſperis interfuerint, ſimiliter centum: Qui verò in ſe-cundis: totidem: Illis verò qui Primę, Tertiæ, & Sextæ, Nonæ ac Completorij offi-ciis interfuerint, pro qualibet Horarum ipſarum quadraginta: Illis autem qui per octauas illius feſti Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſæ, ac prædictarum Horarum officiis interfuerint, centum dies ſingulis octauarum ipſarum diebus in omnipo-tentis Dei miſericordia ac beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli auctoritate confiſi de iniunctis ſibi pœnitentiis relaxamus. Dat. &c.

Quamuis in conſtitutione ſigillatim præſtantiores cauſæ inſtitutionis huius ſacrificij enumerentur retulit tamen D. Anthoninus tale inſtitutum ad miraculum quoddam mul-tis hiſtoriis celebre, quod circa hæc tempora Vulſiniis in diœceſi Vrbeuetana in Eccleſia Sanctæ Chriſtinæ accidiſſe legimus. Sacrificus quidam cùm ſacra miſſarum ſolennia cele-braret, & conſecrationem perfeciſſet de mirabili illa tranſſubſtantiatione panis & vini in corpus Chriſti (qua facta tranſit elementorum natura in id quod verè confitemur, nec deinceps vel panis vel vini ſubſtantia reſidet) fluctuans dubitare cepit. Vnde ſtatim (di-ctu & auditu mirum) ex ſanctiſſima quam manu tenebat hoſtia, viuus ſanguis effluxit & totam mappam ſiue corporale quod in ſacra lythurgia refert ſymbolum illius ſindonis quæ Chriſti corpus obuolutum habuit in ſepulchro, tinxit.

Omnes qui adſtabant tanto miraculo perciti rem omnem renunciant ſummo Pontifici, qui corporale illud ad ſe ab Epiſcopo loci debito honore & toto clero comite in vrbem veterem transferri iuſſit & illud ſolennitate inſtituta in Eccleſia Vrbeuetana recondidit. Hac de cauſa Feſtum diem Euchariſtiæ per totum orbem celeberrimum fecit voluitque hac in re Diui Thomæ Aquinatis vti opera in compoſitione hymnorum & proſarum ſum-mæ & inſignis pietatis & conſolationis, quas Eccleſia Catholica ſuſpicit & veneratur. In-dies celebrior & ſolennior dies ille ſacer iugi Chriſti corporis memoriæ effectus eſt pio-rum deuotione & ſummorum pontificum gratia qui illum mirum in modum indulgentiis illuſtrarunt.

Martinus 5. multa in propenſiorem feſti celebrationem fecit cum ea die interdictum in omnibus Eccleſiis vbi fuiſſet poſitum ſacramentum ipſo iure relaxari ſtatuit. Indulgen-tias auxit Vrbani Pontificis ieiunantibus in feſti vigilia & communicantibus in ipſo fe-ſto, nec non ſequentibus eo die ſacramentum & quando ad infirmum defertur.

Eugenius quartus pari ratione ſuccenſus non minora Eccleſiæ munera conceſſit. Duos habuit Gallia eximios Pontifices eiuſdem nominis. Vrban. 2. qui in Claromon. Concil. ſa-cri belli author extitit. Vrbanum vero hunc qui primus feſtum corporis Chriſti inſtituit.

II.

Ordinis Prædicatorum fratres deputantur ad ſancti officij exercendam prouinciam aduerſus hæreticos, vt eos ſecundùm conſtitutiones puniant, redeuntes abſoluant, teſtes examinent, impedimenta quælibet excutiant, inuocato brachij ſæcularis auxilio.

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum, inquiſit. hæreticæ prauitatis, in Lombardia & Marchia Ianuen. deputatis authoritate apoſtolica, & in poſterum deputandis, Salutem & Apoſt. benedictionem.

LICET ex omnibus mundi partibus, quæ Chriſtiana religione cenſentur, teneamur ex officij noſtri debito extirpare letiferam peſtem hæreticæ prauitatis: in Italia tamen imminet nobis hæc ſolicitudo propenſiùs, vbi eãdem peſtem propter malitiam temporis, quę in detrimentum fidei Catholicæ peruerſa genimina germinauit ex vicinitate perſenſimus abundantius ſuccreuiſſe. Vt igitur inquiſitionis officium contra hæreticos in prouincia Lombardiæ, videlicet, à Bononia & Ferraria incluſiuè, vſque ad vltimos fines ſuperiorum partium eiuſdem prouinciæ, ac Marchia Ianuen. authoritate apoſtolica poſſit efficacius adimpleri: diſcretioni veſtrę per apoſtolica ſcripta mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore poſtpoſito, virtutem ſpiritus induentes ex alto, prædictum officium vbique infra pręfatos limites, ſimul vel ſeparatim, aut ſingulariter prout negotij vtilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ, ſic efficaciter proſequi & exequi ſtudeatis, vt per ſollicitudinis veſtrę prudentiam, de prędictis Lombardia, & Marchia radix iniquitatis hęreticę ſuccidatur; & vinea Domini exterminatis vulpeculis,[a] quæ peruerſis morſibus demoliuntur eandem, fructus afferat catholicę puritatis. Si quos autem de prauitate prędicta, culpabiles inueneritis vel infectos, ſeu etiam infamatos, contra ipſos (niſi examinati abſolutè velint mandatis eccleſię obedire) necnon & contra receptatores, defenſores, & fautores eorum, iuxtà ſanctiones canonicas, authoritate apoſtolica, hominum metu, diuino timori poſtpoſito procedatis. Non obſtantibus aliquibus literis, ad quoſcunque alios de Lombardia & Marchia prædictis (exceptis locorũ diœceſanis) ſuper huiuſmodi negotio ab apoſtolica ſede directis, quarum deinceps ad inquiſitiones huiuſmodi faciendas nolumus authoritate procedi: quinimo ne procedatur per illas diſtrictiùs inhibemus. Nec prętextu commiſſionis ſpecialiter eiſdem diœceſanis ſuper hoc factæ, veſtros proceſſus in eorundem diœceſanorum ciuitatibus, & diœceſibus volumus impediri. Nec per hoc quod fidei negotium generaliter, in ipſis Lombardia & Marchia vobis committimus, commiſſiones à præfata ſede diœceſanis eiſdem factas, ſi forſan illarum, ſeu etiam ordinaria velint authoritate procedere, intendimus reuocare. Veruntamen ſiue authoritate ordinaria, ſiue ex delegatione prædictæ ſedis, iidem diœceſani in huiuſmodi negotio proceſſerint, nequaquam volumus, vel per concurſum proceſſuum, vel aliàs quomodolibet veſtros impediri proceſſus, quin diœceſanorum ipſorum proceſſibus non obſtantibus, in eodem negotio procedere libere valeatis. Si vero aliqui ex prædictis, hæretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad eccleſiaſticam vnitatem, eis iuxtà formam eccleſiæ [b] abſolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eiſdem, quod iniungi talibus conſueuit: prouiſo ſolerter, ne ſimulata conuerſione redeant fraudulenter, & vos immo potius ſe ipſos fallentes, ſub agni ſpecie gerant lupũ. Quòd aliqui fuerint iudicandi hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro huiuſmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœceſanorum, vel vicariorum ſuorum, ſi ipſis diœceſanis abſentibus præſentes fuerint, conſilio procedatur: vt in tantæ animaduerſionis iudicio non poſtponenda Pontificum authoritas intercedat. Verum quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedi, vt in reos, ſine vllo proferatur errore durę ac dignę ſeueritas vltionis, volumus & mandamus, vt vos vel illi, quos ad hoc dixeritis deputandos in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religioſas & diſcretas perſonas, in quarum pręſentia, per publicum ſi commodè poteſt haberi, perſonam: aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem

a Pulchrè hæreticos vocat vulpes, cum Bernardo ſermone 64. ſuper cantica. capite nobis vulpes paruulas, hoc eſt hæreticos, quos nullum genus impoſturæ nulla ars latet in seducenda plebecula adeo vt vulpem verſipellem multiiugis dolis exuperent.

b Hæretici reſipientes ab Eccleſia miſericorditer recipiendi; cũ enim renunciatur improbitati ſtatim adſciſcitur virtus in c. cum renunciatur. 32. q. 1. & Eccleſia non claudit gremiũ redeuntibus ad ipſam. C. de ſumma trinitate inter claras circa finem, delicti veniã petentibus damus. eod. tit. Manichæos. Hæc in gloſſ. Panormit. in 1. c. excõmunicationis. §. damnati eod. ti. & in c. accuſatus de hæret. li. 6. dicit ſolos relapſos ſine miſericordia puniendos.

eorundem depoſitiones teſtium conſcribantur. Ad conſcribendas quoque huiuſmodi depoſitiones teſtium, * & ad faciendum omnia, quę in cõmiſſo vobis officio, ad ſcriniarij ſeu tabellionis officium pertinent, teneri diſtrictè pręcipimus, cum per vos, ſeu deputatos ad hoc à vobis requiſiti fuerint, omnes & ſingulos veſtri ordinis fratres qui dum eſſent in ſeculo huiuſmodi tabellionatus officiũ habuiſſe, & exercuiſſe noſcuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotij fidei, fuit à dicta ſede commiſſum, & in poſterum committetur. Concedentes huiuſmodi fratribus, necnon & aliis religioſis quibuſlibet, qui ſimiliter dum eſſent in ſeculo, dictum tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt: quibuſcunque etiam clericis ſecularibus, officium ipſum habentibus, etiam ſi iidem fratres religioſi, & clerici ſint in ſacris ordinibus conſtituti, exercendi libere officium ipſum quo ad præmiſſa, non obſtante aliquo contrario ſtatuto canonis vel ordinis quocunque vallato munimine, plenariam facultatem. Quòd ſi teſtibus, quos à vobis recipi, vel ab alio vice veſtra ſuper eodem crimine examinari contigerit, ex publicatione nominum eorundem, videritis periculum imminere, ipſorum nomina non publicè, ſed ſecretè, coram aliquibus perſonis prouidis & honeſtis, religioſis & aliis ad hoc vocatis, de quorum conſilio ad ſententiam, vel condemnationem procedi volumus, exprimantur: & ſic non obſtante quòd illis, contra quos huiuſmodi teſtes depoſuerint, eorum nomina nõ fuerint publicata, ad cognitionem iudicis inſtruendam, adhibeatur plena fides teſtium depoſitionibus eorundem. Vt ergo commiſſi vobis officij debitum, vtiliùs & liberiùs exequamini, committendi citationes, teſtium examinationes, cum de huiuſmodi crimine, ac ipſius circunſtantiis duxeritis inquirendum, & denuntiationes ſententiarum, quas in quoſlibet hac de cauſa tuleritis: accerſendi quoque prout expedierit peritos quoſlibet, vt vobis in ferendis huiuſmodi ſententiis præbeant conſilium opportunum, ac vobis aſſiſtant: Conuocãdi etiam clerum & populum ciuitatum, caſtrorum, aliorúmq; locorum prout dicto negotio fidei videritis expedire: Inſuper in dicto negotio, de plano, & abſque iudiciorum, & aduocatorum ſtrepitu; ac contra illos quos in prędictis Lombardia & Marchia Ianuenſi in hæreſeos crimine commiſiſſe conſtiterit, licet ad alias partes ſe transferendos duxerint, procedendi: Necnon faciendi obſeruari inuiolabiliter omnes conſtitutiones apoſtolicas, & leges Imperiales per quondam Federicum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ eccleſiæ perſiſtentem Paduę promulgatas aduerſus huiuſmodi peſtem hæreticæ prauitatis. Necnon elargiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam quotiens opportunum videritis, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad veſtram conuocationem propter hoc faciendam acceſſerint, plena ſit vobis & ſingulis veſtrum præſentium tenore facultas. Vobis autem pro huiuſmodi negotiis laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ ſuccurrentibus terræ ſanctæ, in generali Concilio eſt conceſſa: ſociis vero veſtri ordinis, & notariis veſtris, qui vna vobiſcum in proſecutione huiuſmodi negotij laborabunt, & omnibus qui perſonaliter vobis aſtiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos fautores, receptatores, & defenſores eorum, vobis ex animo pręſtiterint conſilium, auxilium, vel fauorem, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi, tres annos de iniunctis ſibi pœnitentiis relaxamus. Et ſi qui ex his in proſecutione huiuſmodi negotij forte deceſſerint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compeſcendi prætere a monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, prædicatores quæſtuarios à prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet: quorum intereſt tantum charitatiua ſubſidia ſimpliciter petere, ac indulgentiam, ſi quam forte habent, exponere, liberam vobis & ſingulis veſtrum cõcedimus auctoritate præſentium facultatem. Cæterum ſi forte quod non credimus, aliqui cuiuſcunque conditionis, huic negotio vobis commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, vt non poſſit procedi in eodem: immo niſi requiſiti illud fouerint, & iuxta officium & poſſe ſuum, ſinguli iuuerint ſtudioſè, contra eos tanquam contra hæreticorum fautores, & defenſores, ſecundùm ſanctiones canonicas, freti eadem auctoritate, intrepide procedatis: nos enim

** Etiã ſi in omnibus ſumma ſit adhibenda ratio in depoſitione teſtium in cauſis fidei ſagaciſſima eſſe debet, vt teſtes omni exceptione maiores habeantur. Soc. Iun. cõſ. 39. num. 61. lib. 2. Cur. ſen. in trac. de teſtib. conclu. 34. & 35. Et in hæreticis cauſis tres teſtes omnino requiruntur vt ſcribit Arnald. in tract. de hæret. q. 34. nu. 3. Fran. Squillacen. in tract. de fide cath. q. 34. in fin. & Vmb. in ſuo opere inquiſitionis in verbo teſtes nu. 18. Sed quamuis teſtes ſingulares ſint in arbitrio tamen & facultate ſancti officij inquiſitionis videtur poſitum illis teſtibus ſidem adhibere iuxtà doctrinã Caſtrenſ. in l. Lucius in fine. ff. ex quib. cau. irrogatur infamia quã ſequuti ſunt digniſſimæ fidei plurimi relati apud Menochium lib. 2. de arb. Iud. caſu 93. nu. 5.*

* *Opitulari debẽt ſacri officij præfectis Principes & magiſtratus, ex decreto ampliſſimo Innocẽt. 4. Ad extirpãda. Magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum & ipſum in eis cui ſeruiunt diabolum debellare. Leo. Serm. 4. de collectis.*

nos enim nihilominus ad reprimendum tam ſuperbam, & pernicioſam audaciam, & omnimode confundendam, in illos gladium eccleſiaſticæ poteſtatis acriter exercemus: & reges & principes, alióſque Chriſti fideles, ſiue pro terræ ſanctæ ſuccurſu, ſiue aliàs pro Chriſti ſeruitio crucis charactere inſignitos, nec non & cæteros catholicos, prout expedire viderimus, inuocabimus contra eos: vt cœlum & terra aduerſus deteſtabilem temeritatem ipſorum pariter moueantur. Denique vt circa præmiſſa, plene vobis & ſingulis veſtrum coertionis expedita, & inuiolabilis adſit auctoritas: volumus, vt ea omnia viriliter exequamini, inuocato ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis: *contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus aliquibus priuilegiis, vel indulgentiis, quibuſcunque perſonis, cuiuſuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, & præſertim Ciſtercienſium, Prædicatorum: Minorum, ſeu Eremitarum: ſiue communitatibus, vel vniuerſitatibus ciuitatum & locorum, ſpecialiter, vel generaliter, ſub quacunque verborum expreſſione, vel forma, à memorata ſede conceſſis, vel in poſterum concedendis: etiam ſi dicatur in illis quod eis per aliquas literas, totum de verbo ad verbum tenorem non continentes, priuilegiorum, vel indulgentiarum ipſorum nequeat derogari: & illis maximè priuilegiis & indulgentiis, quibus ab ipſa ſede conceſſum eſt aliquibus, ſeu concedetur deinceps, quòd excommunicari, vel ipſorum terræ ſupponi non poſſint eccleſiaſtico interdicto: aut quòd Prædicatorum, vel aliorum quorumlibet ordinum fratres, ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, ſiue denuntiationes ſententiarum, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, auctoritate literarum apoſtolicarum minime cogi poſſint, niſi de ipſorum ordinibus & priuilegiis, vel indulgẽtiis, eis ſuper hoc à dicta ſede conceſſis, eadem habeatur in eiſdem literis mentio ſpecialis: cum ex huiuſmodi, vel aliis priuilegiis, nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obſtaculum interponi: & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Viterbij xiij. Calend. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

[Leges Imperiales per Federicum.] *Præcipua huius Cæſarei edicti capita hic enumerabimus quibus oſtendetur Imperatoris in Catholicam religionem bona mens, antequam zelum illum in hæreſis exitium depoſuiſſet.*

Innocentius 4. voluit has leges per Fridericum Imperatorẽ aduerſus hæreticam prauitatem promulgatas exacta diligentia obſeruari. Erat enim Imperator priuſquã excuſſiſſet iugum obedientiæ ſedi Romanæ debitum fideliſſimus defenſor Eccleſiæ & hæreticos ſummo proſequebatur odio quos lupos rapaces, angelos peſſimos, filios prauitatum, fraudis auctores, ad animas ſimplices deſtinatos, ſerpentes ſub mellis dulcedine virus euomẽtes appellabat.

FEDERICVS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus Hieruſalem & Siciliæ Rex dilectis Principibus ſuis, Venerabilibus Archiepiſcopis Epiſcopis aliíſque Prælatis Eccleſiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Poteſtatibus, Sculteris, Burgauiis, Aduocatis, Iudicibus, Miniſterialibus, Officialibus, & omnibus per totum Imperium conſtitutis, præſentes literas inſpecturis fidelibus ſuis, Gratiam ſuam & omne bonum.

Commiſſi nobis cœlitus cura regiminis & Imperialis, cui dante Domino præſidentes faſtigium dignitatis materialem quo diuiſim à ſacerdotio fungimur, gladium aduerſus hoſtes fidei & in exterminium hæreticæ prauitatis exigunt exercendum, vt perfidię vipereos filios contra Deum & Eccleſiam inſultantes, tanquam materni vteri corroſores in iudicio & iuſtitia perſequamur, maleficos viuere non paſſuri per quorum ſcientiam ſeducentem mundus inficitur & in gregem fidelium per oues has morbidas grauior infligitur corruptela.

Statuimus itaque ſancientes, vt hæretici quocunque nomine cenſeantur, vbicunque per imperium damnati fuerint ab eccleſia, & ſęculari iudicio aſſignati, animaduerſione debita puniantur.

Si qui vero de prædictis poſtquam fuerint deprehenſi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem iuxtà canonicas ſanctiones ad agendum pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea quicunque hæreitci reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, ſeu aliis locis imperij per inquiſitores ab apoſtolica ſede datos, & alios orthodoxę fidei zelatores: hi qui iuriſdictionem ibidem habuerint, ad inquiſitorum & aliorum Catholicorum virorum inſinuationem eos capere teneantur: & eos captos arctiùs cuſtodire donec per cenſuram eccleſiaſticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei ſacramenta & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti cenſemus omnes, quos ad fouendum hæreticorum errorem

calidus hoſtis ſuſcitat aduocatos, vel parat illicitos defenſores, maximè cum facinus quos inquinat, æquat: niſi monitione præmiſſa deſtiterint, & eorum vitæ duxerint conſulendum. Eos præterea qui conuicti in vno loco de hæreſi, ad alia loca ſe transferunt, vt cautiùs poſſint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam: vt ſuper hoc viros ab eodem errore conuerſos ad fidem necnon & per alios, qui eos de hęreſi conuicerunt (quod & in hoc caſu concedimus licitè faciendum) euidens teſtimonium habeatur. Item mortis ſententiæ ducimus addicendos, ſi quos hęreticorum ad iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæreſim abiurantes, poſtmodum de falſo iuramento conſtiterit, & fide mentita cõuinci ac eos contigerit eiuſdem morbi ſpontaneam incurrere recidiuam: vt ſibi damnabilius iniquitas ſit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat. Omne inſuper proclamationis & appellationis beneficium, ab hęreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus: volentes vt de finibus imperij, in quibus ſemper debet exiſtere fida fides, hęreticę labis germina modis omnibus deleantur.

* *Aliud reſcriptum fecit Fridericus paulo poſt Paduæ, quo Hæreſim crimen leſæ maieſtatis & publicum & ceteris omnibus peius eſſe declarauit, eóſque hæreticos viuos in conſpectu hominum comburi & flammarum committi iudicio voluit.*

Cæterùm quia quanto maiora diuinę nutu miſerationis accepimus, & altiorem locum prę filiis hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obſequia gratitudinis conferenti, ſi quando in noſtri nominis contemptores noſtri culminis excandeſcit authoritas: ſi reos lęſę maieſtatis, in perſonis eorum & liberorum ſuorum exhæredatione damnamus, multò fortiùs iſtiúſque contra Dei blaſphematos nominis, & Catholicæ fidei detractores prouocamur: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum ſuorum hæredes & poſteros vſque ad ſecundam progeniem, beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis & honoribus, imperiali authoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis continuò mærore tabeſcant: vere ſcientes quòd Deus zelotes eſt, peccata pàtrum in filios potenter vlciſcens. Nec quidem à miſericordiæ finibus duximus excludendum, vt ſi qui paternę hæreſis non ſequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerit: quacunque reatus illorum animaduerſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubiaceant innocentię filiorum. Ad hęc notum fieri volumus fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij noſtri contra hæreticos deputatos, cæteros quoque qui ad hæreticos iudicandos acceſſerint, niſi aliqui eorũ ab imperio fuerint proſcripti, eundo, morando, & redeundo, ſub noſtri imperij ſpeciali defenſione receptos, & quos apud omnes ſub ope, ac recommendatione fidelium imperij eſſe volumus inoffenſos: vniuerſitati veſtræ mandantes, quatenus quocunque, & apud quemcunque veſtrum peruenerint, benignè recipiatis eoſdẽ: & perſonas ab incurſu hæreticorum eis inſidiantium conſeruantes indemnes, omne conſilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis. Hæreticos vero, quos & oſtenderint ipſi vobis, in iuriſdictione veſtra ſinguli capientes, diligenti cuſtodia detinendos, donec poſt eccleſiaſticæ damnationis iudicium, pœnam ſubeant, quam merentur: Sciturі quòd in executione ipſius negotij, gratum Deo & laudabile nobis obſequium conferetis, ſi ad expellendam de partibus noſtri imperij nouam & inſolitam hæreticæ prauitatis infamiam, opem, & operam, vna cum eiſdem fratribus præſtiteritis efficacem. Et ſi quis foret exinde negligens & remiſſus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conſpectu noſtro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ * x x i j. Februarij x i j. Indictione.

Pontifex ſupradictus obiit Peruſij pridiæ Calend, Octobris 1264. & ſepultus fuit in Eccleſia ſancti Laurentij. Eius mortis nuncius fuit ingens Cometa tribus fermè menſibus antequam diem clauderet extremum, vnde verſus in eius Epitaphio talis inſertus eſt apud Papirium Maſſonum.

Quo moriente velut mortem cognoſceret eius
Apparens minime ſtella comata fuit.

CLEMENS QVARTVS

Patria Narbonenſis,Monogamiæ onere ſolutus vxoris obitu & prole pridem ſuſcepta diuino cultui ſe addixit, ſacerdotij dignitatem conſequutus. Cuius eruditio, vitæ integritas conſilij prudentia Vrbano 4. commendata eum Cardinalatus laurea illuſtrauit, poſtremo 3.Cal.Febr. 1264.digniſſimum ad Pontificiam ſedem euexit.Bona Eccleſiæ optimè diſpenſauit.

I.

Priuilegia Militum hoſpitalis Leproſorum S.Lazari Hieroſolymitani.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis,Epiſcopis,& dilectis filiis Abbatibus,Prioribus,Præpoſitis,Decanis, Archidiaconis, Archipreſbyteris,& aliarum Eccleſiarum Prælatis,ad quos iſtæ Literæ peruenerint,Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

CVM dilectis filiis Magiſtro, & Fratribus Militiæ Hoſpitalis Sancti Lazari Hieroſolymitani fuerit à fe. re. Innocentio Papa prædeceſſore noſtro indultum à nobis poſtmodum confirmatum, vt ſemel in anno recipiantur in Eccleſiis ad eleemoſynas colligendas:quidam autem veſtrum auaritiæ ardore ſuccenſi Confratrias ſuas Confraternitati illorum eadem die in ipſorum aduentu præponunt:& ſic Fratres ipſi confuſi,aut nihil exinde,aut modicum conſequantur. Quia igitur hoc eſt indecens,& in contemptum Dei,Eccleſiæque Romanæ redundat: prædeceſſoris ipſius veſtigiis inhærentes vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus,atque pręcipimus: quatenus cum Fratres ipſi loca veſtra pro eleemoſynis colligendis acceſſerint,benignè recipiatis, & honeſtè tractetis,eoſdem ipſis Eccleſiis veſtris admonere populum,& eleemoſynas quærere permittatis,Confratrias quas facere poteſtis quotidie,ipſorum Confratriis, quę ſemel in anno fiunt, nullatenus pręponentes,ne occaſione illarum eleemoſynę pauperum Chriſti depereant,& impediantur opera pietatis. De parochianis autem viris,qui domos illorum inuadunt per violentiam,vel infringunt,aut indebitis moleſtiis opprimunt fratres ipſos, & tam depoſita quàm res decipiunt eorundem, Cum exinde quærimonias propoſuerint coram vobis,tam diſtrictam eis iuſtitiam faciatis, & ita iura eorum defendere,& manutenere curetis:quod ipſi ad vos pro defectu iuſtitię ſæpe recurrere non cogantur:& nos ſollicitudinem,& obedientiam veſtram debeamus merito commendare:vóſque beneficiorum quæ in ſancta domo illa fiunt, participes exiſtatis.Pręterea liberas,& abſolutas perſonas, quę ſi domum eorum in ſanitate,vel infirmitate reddent,libere, & ſine moleſtia recipi permittatis ab eis, nec ipſos ſuper hoc reciproceris aliquatenus impedire. Illud etiam non mediocriter mouet nos, nec modicum Eccleſię derogat honeſtati, quod quidam veſtrum contra Inſtitutiones ſanctorum Patrum in Boronenſi Concilio editas Fratrum Militum, ac Donatorum,ipſorum corpora cum decedunt, nolunt ſine pretio ſepeliri:[a] vnde quia tam praua exactio,& iniqua non eſt aliquatenus toleranda,in obedientię vobis virtute præcipimus,vt nullo modo à Fratribus,& perſonis prędictis,vel aliis pro ſepultura quicquam exigere,vel accipere,niſi ipſa ſpontanea decedentium liberalitas,vel parentum deuotio vobis contulerit,attentetis, ſed abſque vllo pretio ſepeliatis corpora mortuorum: vti ſi quis vlterius hoc attentauerit, taliter aduertatis in eum, quòd ſimilia non præſumat. Ad hæc præſentium vobis auctoritate præcipimus,ne ab eis contrà tenorem priuilegiorum Apoſtolicæ Sedis,de omnibus fructibus terræ,quibus propria induſtria, aut expenſis colunt, & laborant, ac etiam de nutrimentis animalium ſuorum,nec de ipſis animalibus decimas exigere præſumatis. Cùm autem Oratoria,vel Cœmiteria, ſecundùm quòd eis eſt beneficium Priuilegiorum Eccleſię Romanę conceſſum,duxerint conſtruenda,vos Fratres Archiepiſcopi,

a Non debet vendi Sepultura, nec aliquid exigi pro actu ſeu officio clericorum propter ſuſpicionem ſimoniæ nam licet locus ſepulchri materialiter vendi poſſit nihil tamen pro benedictione recipere fas eſt Abraham enim emit agrum ſepulturæ duplicis in poſſeſſionem ſepulchri. Hæc ſepulturæ nundinatio prohibetur per Innocentium tertium. c.abolendæ, de ſepulturis.c.cum in Eccleſiæ corpore & 13.q.2. in Eccleſiaſtico. l. 2. §. ſed ſi alius.ff.de reliq. Antho. de Butr. de ſepult.c.abolendæ Conſule de his D.Thom. 2.2.q.100.art. 4.ad 3.Panorm. in c. Apparent. priuilegia c. de ſacroſanct. Eccleſ.

ſcopi,& Epiſcopi eis pro ſe,& familia ſua tantum Oratoria orantium dedicare,ac Cimiterium benedicere procuretis, nec aliquis veſtrum contra tenorem priuilegiorum ipſorum id impedire audeat aliquatenus, vel turbare. De cætero quoque Fratres,ſeu Milites,ac Donatos Militiæ præfati Hoſpitalis in veſtris Epiſcopatibus conſtitutos,qui Crucem & diuinum habitum deponunt,& quòd ac per illecebras ſimul, & vitiorum abrupta vagantur, & illos etiam,qui prioribus ſuis contumaces,& rebelles exiſtunt, & bolinas detinent contra voluntatem ipſorum, moneatis inſtanter.& pro officij veſtri debito compellatis,vt habitum depoſitum reaſſumentes in obedientia prçlatorum ſuorum deuotè, & humiliter perſeuerent, & bolinas,ſiue alia officia per violentiam nullo modo detinere prçſumant. Quicunque autem mandatorum veſtrorum extiterint contemptores, excommunicationis ſententia eos compellatis, quàm faciatis vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari.Præterea quicunque beneficia perſoluerint,annuatim eis de Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi ſeptimam partem iniunctæ ſibi pœnitentię relaxamus: apoſtolica quoque auctoritate ob reuerentiam ipſius venerabilis Hoſpitalis facimus,vt his qui eorum Fraternitatem aſſeruerint, ſi forſan Eccleſię,ad quas pertinent, à diuinis officiis fuerint interdictæ, ipſóſque mori contigerit, ſepulturam Eccleſiaſticam non negetis, niſi excommunicati, vel nominati fuerint interdicto, aut etiam publici vſurarij tumulando deferre ad Eccleſias huiuſmodi Hoſpitalis, & oblationes tam pro eis, quàm pro aliis qui in eorum Cœmiteriis requieſcunt, exhibitas ſine alicuius iudicis prçiudicio retinere, hoc etiam addito, vt receptiones Fraternitatis eiuſdem, ſeu etiam collectarum ſaluo iure dominorum ſuorum, ſub beati Petri, & noſtra protectione conſiſtant. Adiicimus inſuper, vt ſi eorundem fratrum qui ad eaſdem fraternitates miſſi fuerint, vel collectas in qualibet Ciuitate, aut Caſtellum, vel vicum, aut alium locum deuenerint, ſi forte locus ille fuerit diuinis officiis interdictus, in eorum iucundo aduentu ſemel aperta Eccleſia annuatim,& excommunicati, & nominati interdicto auctoritate diuina ibi officia celebrentur: Salua in omnibus ſupradictis declaratione Concilij generalis, ad maiorem quoque mercedis veſtræ criminaliter. Nihilominus vt ſupra mandando præcipimus, quatenus hanc noſtram Conſtitutionem per Parochias veſtras nunciari propriis literis faciatis: Mandamus etiam vt ſi qui de clericis Eccleſiarum veſtrarum prædicti Hoſpitalis Fratribus cum licentia Prælati, & Capituli ſui ſponte, ac gratis per annum, vel biennium ſi decreuerint deſeruire, nequaquam impediantur. Datum Peruſij Quinto Calend.Maij Pontificatus noſtri anno primo.

Milites Sancti Lazari non debent deponere habitum quo in ſuperiori veſte ad latus ſiniſtrum & armigeri ad latus dextrum geſtant crucem viridem.

Largiuntur Apoſtolica benignitate indulgentiæ iis qui iſtis militibus eleemoſinas præſtant,quæ Clementis 6. conſtitut.augentur.

II.

Leproſi omnes apud Milites Hoſpitalis Sancti Lazari Hieroſolymitani ſuſcipiantur.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Magiſtro,& Fratribus Hoſpitalis Sancti Lazari Hieroſolymitani ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis,& dilectis filiis vniuerſis Eccleſiarum Prælatis,exemptis,& non exemptis in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub excommunicationis pœna,quam ipſo facto vos incurriſſe volumus, niſi inſtanter hoc præſens mandatum curaueritis diligenter:Et nihilominus ſub pœna officij,& beneficij veſtri tenore præſentium præcipiendo mandamus: Quatenus cum aliqui de dilectis filiis Fratribus,&procuratoribus Domorum ordinis Leproſorum Sancti Lazari Hieroſolymitanis ad vos,& loca veſtra peruenerint pro capiendis infirmis Leproſis, ſicut Dominus præcepit in lege Moyſi; quòd omnes Leproſi eiiciantur extra caſtra: Volumus itaque ſicut Deo complacet tam mares quam mulieres clerici, & laici religioſi, & ſeculares morbo Lepræ laborantes inuenti per eoſdem fratres, & procuratores eorum capiantur, & eiiciantur extra, cum eorum omnibus bonis tam mobilibus quàm immobilibus ad habitationem cum infirmis aliis domorum eiuſdem ordinis. Si vero clerici, vel laici mandatum

Vide de hac re Clement. lib. 3. tit. 11. de religioſis domib. c. 2.quia contingit.

Leuit.13.

datum noſtrum in aliquo neglexerint adimplere, volumus quòd peremptoriè citetis eoſdem vt coram nobis compareant, prædictis fratribus facturi Iuſtitiæ complementum Dat. Viterbij Non. Aug. Pontific. noſtri anno ſecundo.

Noluimus has duas Bullas incomitatas prodire, quibus egregiam Epiſtolam adiecimus qua Optimus Pontifex nec carni nec ſanguini indulgens de ſuſcepto ſummi Pontificis honore minime gloriatur. Agnatis paucula promittit non conſanguinitatis ſed ſubleuandæ paupaupertatis gratia.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Petro Groſſo de S. Egidio Sal. & Apoſtol. Benedict. Multis de noſtra promotione gaudentibus, nos ſoli ſumus, qui certiùs immenſitatem oneris experimur. Et idcirco quod aliis gaudium, nobis metum ſubminiſtrat & fletum. Sanè vt ſcias, qualiter his auditis debeas te habere, ſcire te volumus, quo humilior ſolito debes eſſe. Neque enim quod nos vehementer humiliat, debet vos extollere, maximè cùm honor huius ſæculi momentaneus ſit, & ſicut ros tranſeat matutinus, nec ad nos te nec fratrem tuum, vel ex aliis noſtris aliquem venire volumus ſine noſtro ſpeciali mãdato, quia ſua ſpe fruſtraretur; ſi ſecùs venire præſumeret, & cũ oporteret redire cõfuſus. Sed nec in tuæ ſororis nuptiis gradum quæras propter nos altiorem, nec enim nos haberes propicios, nec in aliquo adiutores. Si tamen eam filio militis ſimplicis deſponſaueris, in tercentum libris tibi proponimus ſubuenire. Et ſi altiora quæſieris, nec à nobis denarium ſperes vnum, & hoc ipſum ſecretiſſimum eſſe volumus, & tibi & noſtri ſolummodo notum eſſe. Illud etiam ſcias, quòd nullum nullamque de ſanguine noſtro ſub noſtræ ſublimationis obtentu inflare volumus, ſed tam Mobiliam quam Cæciliam illos viros habere volumus, quos haberent, ſi eſſemus in ſimplici clericatu. Sibyllam viſita, & dic ei quod locũ nõ mutet, ſed remaneat apud Suſam, & omnem maturitatem, & habitus honeſtatem ſeruet, & preces nobis pro aliquo non præſumat aſſumere, nam & ei, pro quo fierent eſſent inutiles & ipſis qui rogauerint damnoſæ. Et ſi fortè per aliquos ex hac cauſa munera offerrentur, ea reſpuat ſi vult noſtram gratiam retinere. Saluta matrem & fratres. Dat. Peruſij in feſto SS. Perpetuæ & Fœlicitatis.

His addi poteſt eximium illud Apophtegma quo vſus eſt ad compeſcendas importunas preces conſanguineorum qui ægrè ferebant quod beneficiorum pluralitatem prohibuiſſet nepoti, dum inquit, ſede indignus eſt Petri, qui Chriſti lucrum parentum amori poſtponit. Veri profectò & non ſimulati Chriſtiani ac digniſſimi paſtoris ſententia.

Pontifex ſupradictus obiit Viterbij 3. Cal. Decembris 1268 & ſepultus fuit in Eccleſia Fratrum Prædicatorum. Ednigeniam Poloniæ ſummæ integritatis principem & miraculis in vita & poſt mortem choruſcam ſanctorum numero adſcripſit.

PONTIFICES QVI POST CLEMENTEM quartum, breui adeò tempore Romæ ſederunt, vt nullas conſtitutiones edidiſſe in Archiuis Vrbis videantur, quædam tamen in ſexto Decretalium & apud Hiſtorios habentur, quarum ſummam hic retulimus.

GREGORIVS DECIMVS

THEOBALDVS Epiſcopus Placentinus vir ſagaciſſimi ingenij & fœlicis in tractandis magni negotij rebus pro Chriſtianæ religionis augmento apud Syros legatus ſummus Pontifex omnium Cardinalium conſenſu eligitur.

Errores Græcorum Pontificatus circa initium in II. Concilio Lugdunẽſi dãnauit, nec catuerunt eiuſdem Seſſiones ſumma efficacia quibus plurima ſcitu digniſſima ſtatuta fuere, pro electione Pontificis, aduerſus inter regnorum & ſimultatum diſcordeas.

Ætatem doctrinæ & prudentiæ indicem eſſe voluit iis qui ad parrochialem Eccleſiam aſſumerentur, vt habetur in 6. c. licet canon. de election & ſeq.

Iuſſit nundinationes, tumultus confabulationes fori ſtrepitus à ſeptis Eccleſiæ, & Cœmiterij arceri, domos vſurariis non locari, nec ſepulturam dari. ext. de vſuris cap. vſurarum lib. 6.

Vt faciliore negotio dirimentur cõtrouerſiæ Græcorum Thomam Aquinatem ordinis Prædicatorum & ſui ſæculi Thæologorum Anteſignanum ad acta Synodi venire præceperat, ſed cum è Neapoli itineri ſe accingeret Põtificis mandatis obſequentiſſimus morbo correptus & vitæ & viæ metã poſuit ætatis anno quinquageſimo, ſalutis 1274.

Huic Concilio interfuit Michaël Palęologus Conſtantinopolitanus qui Græcos Antiſtites poſt decimamtertiam pręparationem ad Romanę Eccleſię diligentiùs verendam poteſtatem attraxit, eiuſque adhortatu multi proceres è Tartarorum plagis Chriſtianæ fidei rudimenta ſuſceperunt. Quidam hęc referunt ad primum Concilium Lugdunenſe ſub Innocentio quarto celebratum.

Inter cætera quę memoria digniora videtur ſtatuiſſe hic Pontifex in Concilio Lugdunenſi eſt comitiorum in electione ſummi pontificis nunquam violata ſanctio cum voluit Cardinales mortuo Pontifice nunquam conclaue egredi nullo electio Petri ſucceſſore, ne lugubres interregnorum ſeditiones & diſcordias in poſterum experiretur Eccleſia. Conclauis autem leges quaſdam conſtituit quarum ampliſſima ſeries habetur ext. de elect. & elect. poteſt. c. vbi periculum, inſigniores tamen poſt Onuphrium hic adſcripſimus.

Leges præcipuæ quæ S.R.E. Cardinales pro eligendo ſummo Pontifice in Conclauis Comitiis ſeruare debent.

I *Vt noui pontificis comitia habeantur loco idoneo, vbi pontifex præcedens cum ſua curia reſidens, cauſarúmque; & literarum apoſtolicarum audientiam habens, mortuus fuerit. Quod ſi in villa, pago, aut oppido obierit, & propterea commodè ibidem comitia haberi nequierint, in vrbe, in cuius, diœceſi, villa, pagus, vel oppidum fuerint, habeantur, niſi interdicta ſint. Quo caſu in proximiore vrbe non interdicta ipſa electio fieri debet. Si verò ipſa audientia alio loco fuerit, tunc non vbi papa obierit, ſed vbi eadem audientia fuerit, futuri pontificis creatio habeatur* Gregorius X. Clemens V.

II *Vt mortuo pontifice, comitia non habeantur, niſi ad minus decem dierum ſpacio interiecto, quo tempore, & cardinales abſentes expectari, & nouemdialio demortui pontificis per cardinales præſentes celebrari debent.*

III *Vt cardinales omnes quauis ratione à conclaui abſentes, nullum ferendorum ſuffragiorum ius habere poſſint.*

IV *Vt non ſolum cardinales abſentes, ſed & omnes cuiuſuis ordinis, & conditionis homines in* Romanum *pontificem creari poſſint.*

V *Vt finitis nouemdialibus, ſacriſque die decimo ritè ſancto ſpiritui factis, omnes cardinales, qui adſunt (ſiue abſentes venerint, ſiue non) in palatio, in quo mortuus pontifex habitabat loco tuto, vndique cluſo, ac optimè cuſtodito, quod conclaue vocant, reducantur, cum duobus tantum, vel, vt nunc conſuetudo eſt, tribus, aut quatuor famulis, qui eis neceſſaria ſubminiſtrent, quo in loco comitia habeantur. Nec aliqui præterea fas ſit, locum ingredi, vel egredi, niſi infirmitatis cauſa certiſque quibuſdam hominibus, quorum opera in conclaui exiſtentibus, maximè eſt neceſſaria. Is porro locus conclauis nullum intermedium parietem habeat, ſed omnes* Cardinales *in cellulis ſuis laneis diſtinctis pannis ipſum inhabitent in communi.*

VI *Vt locus, & portæ conclauis diligentiſſime cuſtodiantur, ſi* Romæ *electio habeatur, primum à prætorianis, deinde à* Regulis Romanis*, & oratoribus principum ſacramento prius aſtrictis, demum in loco oſtio conclauis proximiore ab epiſcopis, & conſeruatoribus vrbis. Si autem extra vrbem comitia hæc habentur, à loci eiuſdem dominis temporalibus, eodem iuramento fidelitatis obligatis. Quorum munus eſt conclaue cuſtodire, & diligenter cauere, ne quid conclaui inferatur, ſeu exportetur, quo minus legitima ſuffragia ferri poſſint, atque ſingula ſcrutari, quæ vel cibi, vel alterius rei cauſa inferuntur ad eos, & prouidere, ne quid detrimenti patiantur* Cardinales*, omnibúſque ipſorum nutibus præſto eſſe ac eligere pontificem differentes ad maturandum arctare.* Milites *verò prætoriani, ac* Reguli Romani *conclaue ab omni oppreſſione tutum reddere debent.*

VII *Vt cardinales conclaui egredi nulla ratione poſſint, niſi* Romani *pontifice creato, quod ſi re infecta egreſſi fuerint, ab his qui conclauis cuſtodiæ præſunt, iterum ingredi cogi debent*

IIX *Vt Cardinalibus venientibus poſt ingreſſum conclauis, & ante* Papæ *creationem, poteſtas ſit conclaue ingredi, & cum cæteris ſuffragia ferre, nullúſque cardinalis quauis occaſione, aut prætextu etiam excõmunicationis vinculo innodatus, ab electione ipſa arceri poſſit.*

IX *Vt poſt triduum ingreſſus conclauis, niſi* Pontifex *renunciatus fuerit epiſcopi,* Reguli Romani*, & qui conclauis cuſtodiæ præſunt, maximam in epulis, & cibis, quæ cardinalibus inferuntur, rationem habeant, & illis non niſi ferculum vnum inferri permittant.*

X *Vt in comitiis habendis ſub anathematis pœna, nulli fas ſit aut largitione vti, aut quicquam polliceri, aut penſare, ſiue ambiendo, animos Cardinalium ſibi in noua creatione deuincere. Quo interim tempore Cardinalibus nullo alio negocio vacandi ius, poteſtáſque ſit, quo electio maturetur.*

XI *Vt nemo Romanus pontifex renuntiari poßit, niſi duarum partium ex tribus Cardinalium, in conclaui præſentibus integra ſuffragia tulerit.*

XII *Vt mortuo Romano pontifice, omnes eccleſiaſtici magiſtratus, & officia ſtatim ceſſent, atque à muneribus ſuis vacent præter pœnitentiarium maiorem, minoréſque & camerarium S.R.E. quorum munera etiam mortuo Papa perdurant. Ex libro 6. decretalium, Bonifacij Papæ VIII. libro primo, titulo ſexto, de electione & electi poteſtate, capite tertio, Vbi periculum. Item libro Clementinarum primo, titulo tertio, de electione & electi poteſtate c. Ne Romani.*

Expeditis fœlici prudentia Concilij canonibus cum Romam reuerteretur apud Aretium Pontifex ſenio fractus obiit die. 3. Idus Februarij, Pontificatus ſui anno quarto & ibidem ſepultus 1276.

INNOCENTIVS QVINTVS

Natale ſolum huius Pontificis non certò conſtat apud Hiſtoriarum Pontificum ſcriptores quorum certior pars Burgundiam ei patriam facit Onuphrius plura inuoluit ne in ſingulis aberret quem natione Gallum, patria Tarantaſienſem, Prouincia Burgundum fuiſſe exiſtimat. Lugdunenſes Dominicani gloriantur quod ordinis ſui primodia & profeſſionem iecerit in eorum conuentu. Omnibus vellem obſequi, ſed præclarum hoc ingenium credimus in illis Alpinis collibus vitales duxiſſe auras vt ex ipſo nomine colligitur, vocabatur ſiquidem Petrus à Tarenteſia. In Concilio Lugdunenſi ob animi dotes & præſtãtes ſtudiorum fructus laurea Cardinalatus à Gregorio decimo donatus eſt, quo mortuo omnium Cardinalium ſuffragiis Pontifex Romanus inauguratus eſt. Super libros 4. ſententiarum, Pentateuchum, & Epiſtolas Pauli ſcripſit. Nullum ſanctius ſtudium quam in pacandis Italiæ tumultibus Venetorum, Genuenſium, Etruſcorum ac Piſanorum factionibus exortis habuit, ſed quod decreuerat abſoluere non potiuit immatura morte ſurreptus. Menſe ſexto poſt adeptam ſedem. in Baſilica Lateranenſi ſepultus eſt.

ADRIANVS QVINTVS

Ligur è familia Fliſca Innocentij quarti nepos paucis diebus grauem Pontificij culminis prouinciam qua nihil moleſtius eſſe dicebat expertus eſt, nullúmque dirius optare inimico ſupplicium aſſerebat quam vt aliquando Papa fieret. Noui honoris adepta munera congratulantibus parentibus qui ſibi ex hac pontificio ſplendore montes aureos pollicebantur vtinam (inquit) me Cardinalem proſpera valetudine non moribundum pontificem inueniſſetis. Ante conſecrationem moritur ſepulturaque in conuentu fratrum minorum Viterbij. 15. Cal. Septembris. 1276. Sedit dies quadraginta. Etſi quædam de Conclauis conſtitutione edicto ſanxerit, non habita ſunt tamen pro validis quod antequam coronaretur facta fuiſſent vt inquit Onuphrius. Vacat ſedes dies octo & vigiati.

IOANNES XXI.

Luſitanus, Petrus antea vocatus, familia paupere, patre Iuliano Vlyſſiponenſe, in Concilio Lugdunẽſi Cardinalis Tuſculanus vocatus eſt, & Viterbij poſt Adrianum ſummus Pontifex inauguratur, vir fuit eruditiſſimi ingenij, ſed ſcientiarum peritia leuioris, adeo vt miretur Platina quo pacto compertum ſit vt viri quidam admodum literati, ad res agendas parum idonei videantur. Inter autem pauca quæ paucis diebus quibus Eccleſiam gubernauit feciſſe dicitur illud ab Hiſtoriographis commemoratur quod per legatos adegerit Palæologum ad obſeruandum Concilij Lugdunenſis decretum & ſacri Belli in Saracenos initum fœdus, renuentem Cæ-

ſarem minabatur Hieroſolymitani regni priuatione. Sub hoc damnantur qui aſſerebant Chriſtum & eius diſcipulos nihil habuiſſe, ac in his quæ ha buerant nullum obtinuiſſe ius. Cuius hæreſis gloſſ. not ab meminit in extrauag. cum inter nonnullos. de verbor. ſignific. Anthon. 3. par tit. 21 cap. 4. §. 23. & Innocen. in ſum. de Eccleſia lib. 2. cap. 152. Medicum peritiſſimum illum fuiſſe teſtantur quidam canones in artem medicam conſcripti. Noui ædificij ruina noctu oppreſſus mortuus eſt. 16. Cal. Iunij Viterbij anno 1277. Sic nemo eximitur ab incerti caſus iniuria.

Huius nominis multi ſibi dederunt appellationes Pontifices, adeò, vt in numero apud hiſtoricos non parua ſit contentio, ita vt probe notauit Genebrardus quod de vno dicendum erat ſæpe imprudenter à multis alteri tribuatur. Qui faciunt Ioannem 17. ſchiſmaticum, hunc nominant Ioannem 20. qui verò illum inter Pontifices adſcribunt & ſimul numerant Ioannem, illum 8. ſi, diis placet fœminam, vocant ipſum Ioannem 22.

NICOLAVS TERTIVS

Roma inter nobilitatis titulos antiquiores ſuorum Vrſinorum ſtirpẽ ſuſpicit ex qua in Pontificem ſelectus fuit Ioannes Cardinalis tituli Sancti Nicolai, nec alium ex ſuis ciuibus & alumnis ad hoc ſublime decus euectum viderat à ſexaginta retro annis ideſt ab Honore tertio. Coronatus eſt 8. Cal. Ian. 1277. Romæ Sancta Sanctorum primo ſacello collapſo à fundamentis erexit & Lateranenſe templum quod Adrianus V. in quo arat perfecit.

I.

Euangelium prædicandum Iudæis & conuerſi infideles rudimentis fidei initiandi.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio fratrum Prædicatorum ordinis in Lombardia, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

VINEAM Soreth velut electam plantauit dextera Dei patris & omne ſemen verum ſeminauit in ipſa, Angelica cuſtodia ſepiuit illam, lapides nociuos abiecit ex ea. Hanc de Ægypto in luto & latere, ſub iugo Pharaonis oppreſſam in ſignis & prodigiis transferens, dux itineris eius exiſtens, in terram promiſſionis adduxit. Vinea enim domini exercituum domus Iſrael eſt, viri Iuda delectabile germen eius. Hanc ſic mire tranſlatum, quaſi adhuc erumd campum vomere legali proſcindens, prophetali doctrina ſulcauit, & vt ipſam ad maturam frugem, ideſt, ad regenerationis gratiam præpararet. Sed, proh dolor peccatorum ſpinis obſita, nullum imbrem gratiæ ſpiritualis excipiens, quæ ſperabatur vt vuas educeret, lambruſcas eduxit: vnde ſperabatur iudicium, proceſſit iniquitas: vnde iuſtitia, inde clamor. Hæc eſt vinea in qua fici arbor, ſcilicet ſynagoga Iudæorum plantata, euangelica veritate deſcribitur: cuius plantator Chriſtus, cœtus apoſtolicus cultor exiſtit. Hęc triplici tempore, quaſi tribus annis, vt fructum produceret expectata, infructuoſa reperta, cultori ſuccidenda prædicitur. Nam nec tempore circuncisionis ad perfectum deducta, quia circunciſionem animæ non quærebat: nec ſanctificata per legem, quia per eam tantum carnalia ſequebatur: nec tandem iuſtificata per euangelij gratiam, quia gratiam recipere noluit: quin potius latorem gratiæ iuſtum iniuſtè peremit, & quodammodo indurationem Pharaonis excedens, omne curantis & curæ refutauit antidotum: adeo vt nec verbis, nec ſignis nec ſacramentis, quinimmo nec ipſius Chriſti, & Dei corporali præſentia molliretur. Multifariè enim multiſque modis, olim Deus loquens antiquis ipſius ſynagogæ patribus in prophetis, nouiſſimè in fine temporum locutus eſt ipſi & nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſſecula: ſed omnem eſcam abominata eſt anima eius: & idcirco iuſto Dei iudicio reprobatam exterminauit eam aper de ſylua, & ſigularis ferus depaſtus eſt eam. Ablata eſt ſepes eius, poſternata maceries, & in direptionem poſita vt deſerta: nec inuentus eſt in terris

שורק Sorek. *Latine vitem generoſam ſignificat Iud. 16. vallis Sorek.*

Iudaicus populus duræ ceruicis & ad Idolatriam pronus perpetuò exiſtit vt de eo dicat Deus quadraginta annis proximus fui generationi huic & dixi ſemper hi errant corde.

Iudæi vagi & errones per vniuerſum orbem.

amplius locus eius. Verum quia miſerationes Dei ſuper omnia ſua opera prędicantur, qui omnes ſaluos fieri, & neminem vult perire, qui ſe ipſum pro nobis & ipſis hoſtiam ſalutis exhibuit Deo patri: qui exaltatus à terra, expanſis in cruce manibus, ad ſe cuncta trahere euangelica voce prædixit. Nos, licet immeriti, vicem eius tenentes in terris, qui etiam Iudaicam perfidiam, à ſua miſericordia non repellit: libenter pro illius populi obcęcatione labores appetimus, vt affectum noſtrum diuina proſequente clementina, cognita veritatis luce, quę Chriſtus eſt, à ſuis tenebris eruantur. Porrò quia Iudæorum ipſorum, quaſi per vniuerſum mundum, diuino iudicio, præuiſa diſperſio ipſos ad recipiendum ſacramenta fidei, ac doctrinam cōmodè in vnum conuenire non patitur, neceſſitate nos voluntarios vrgente, compellimur per diuerſas mundi partes, diuerſos ſeminatores eligere, per quos ſemen verbi Dei, prout poſſibile eſt, ſpargamus in ſingulos, quorum ſalutem vniuerſaliter & ſingulariter affectamus. Ad te igitur inter alios ſub ſpe diuinæ gratię, mentis noſtræ oculos conuertentes, cum tui ordinis claritate reluceas, & credaris vbilibet per opera vtilia, & exempla laudabilia fructuoſus: & ex data tibi diuinitus gratia ſcire te confidamus & poſſe fructus vberes in domo Domini germinare: diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium eſt ſpirituales gratias elargiri, tales vmbrarum tenebris obcæcatos, in commiſſa tibi prouincia, per te, ac alios fratres tui ordinis: quos ad hoc honeſtate morum experta ſcientia, probatis virtutibus, circunſpectione prouida, & experientia comprobata idoneos eſſe cognoueris: & quorum induſtria atque doctrina diuinis donìs à Domino fœcundata intrepidè pro catholica fide reluceat, & in ſui claritate non titubet, ſed tenebroſas mentes radiorum repercuſſione clarificet, & obſtinatas ceruices reprimat peruerſorum: Iudæos eoſdem in terris & locis, in quibus habitant, generaliter & ſingulariter conuocando ſemel & pluries, ac totiens repetitis inſtantiis, quotiens proficere poſſe putaueris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, ſalutaribus monitis, & diſcretis inductionibus, Euangelicis doctrinis informare ipſos ſtudeas, iuxtà datam tibi à Domino gratiam, fugatis tenebrarum nubibus, ad viam reducere claritatis: vt renati fonte baptiſmatis, reluceant in lumine vultus Chriſti, & exinde chorus Angelicus delectetur. Tu quoque, ac alij, quos ad proſecutionem tāti negotij, duxeris eligendos, perennis boni prǽmium, noſtramque benedictionem & gratiam, vobis de bono in melius vendicetis. Et vt affectum quem ad ſalutem ſtatus ipſorum gerit mater eccleſia, percipiant per affectum, tu illos ex eis, quos ſuſceptionem ſacri baptiſmatis gratia diuina perduxerit, pręlatis, ac dominis locorum, in quibus tàles habitare contigerit, ex parte noſtra affectuoſiſſimè recommendes, vt Deo gratias in recuperata oue deperdita, & filio prodigo redeunti, vitulū exultationis, & gaudij exhibentes, eos charitatiuè foueant, fauoribus muniant, benignè pertractent: nec ipſos in perſonis, aut rebus, per Iudæos, vel alios indebitè moleſtari permittant: quin potiùs in omnibus fauorabiliter ipſis aſſiſtant auxiliis oportunis. Sed ſi fortè (quod abſit,) aliqui ex ipſis, in eorum obſtinata perfidia perdurantes, & velut aſpis ſurda ſuas aures incredulas obturantes, ne tui & illorum, quos ad hæc ſalutis opera deputabis, vocem audiant, vt de tenebris ad lucem exeant, incantantium ſapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum ſalutares conuocationes, aſpernanter effugerent, de iſtis (ſi tales inueneris) qui ſint, in quibus locis, & ſub quorum dominio commorentur, nobis reſcribere non omittas: vt circa pertinaces huiuſmodi, de ſalutari eorum remedio, ſicut expedire videbimus, cogitemus. Vt autem de præmiſſis auidis noſtris conceptibus, iuxtà noſtra deſideria ſatisfiat, frequenter nobis intimare ſtudeas, qualiter commiſſum tibi negotium proſperetur, & qualem fructū ſeminata repromittant. Dat. Viterbij 2. Non. Auguſt. Pontificatus noſtri anno primo.

Iudæi præceptis Chriſti & Euangelij inſtrui debēt hinc Palud. diſt. 4. q. 4 ſic ait, Iudæi propterea quòd profeſſi fuerant legem Moyſi, atque adeò venturi Meſſiæ quē ſubinde venientem recipere, tenebantur ab Eccleſia (inquit,) poſſunt, quemadmodum hæretici, atque adeò ipſis inuitis eorum nati poſſunt iure baptizari. Nihilominus (inquit) licèt hoc ius per ſe verum ſit, tamen Eccleſia, prohibita eſt hoc facere.

Pontifex ſupradictus obiit in Caſtro Suriani Viterbien. diœceſis 18. Cal Septembris 1280. & cadauer Romæ delatum & in Baſilica Sancti Petri conditum fuit. ob vitæ integritatem dictus eſt compoſitus. Nūquam ſacrificabat quin lachrimas funderent. Erat enim pietatis & Religionis monaſticæ ſtudioſiſſimus vt clarè patet in illa decretali Epiſtola quam in fauorem ordinis Minorum edidit. Auarum & ſordidum lucrum Rabularum fori atrium. Baſilicam S. Petri ruinam minantem reſtaurauit.

MARTINVS QVARTVS

Simon Mompitius in agro Pariſienſi natalem duxit diem, Canonicus Turonenſis, Vrbano quarto chariſſimus qui eum in Cardinalium Collegium ſuffecit, & poſtquam ſedes quinque menſes vacaſſet, ſummus Pontifex eligitur, reclamantibus Vrſinis qui è ſpecubus Vrſum ſuum in publicam lucem trahere contendebant. Viterbio poſt ſuam electionem diſcedens Vrbeueterem profectus eſt vbi die 10. Cal. April. in maiori Eccleſia ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit 5. Martinus apellatus in memoriam S. Martini Turonenſis Epiſcopi. Præclaras multas conſtitutiones edidit quæ temporum iniuria exciderunt.

I.

Priuilegia Turonenſi Eccleſiæ largitur. Grati animi poſteris exemplum.

MARTINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Decano & Capitulo eccleſiæ beati Martini Turonenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Specialis illa dilectio quam ob olim ad venerabilem ſancti Martini Turonenſis eccleſiam ex ſinceræ deuotionis integritate concepimus ſollicita nos pulſat inſtantia, vt eius incommodis vtiliter obuiando, & ipſius quieti prouidendo, ſalubriter ipſam priuilegiis decoremus, inſignibus & condignis fauoribus foueamus. Hæc enim glorioſi præſidis ſuffulta præſidiis præter illa deuotionis & honoris obſequia, quę ad reuerentiam eius cuius ſacratiſſimum corpus in ea celebri memoria requieſcit, toto orbe terrarum generaliter promeretur ab omnibus, eo ſpecialiùs eſt à nobis amplioris honoris titulis extollenda, quo peculiaris quodam modo reuerentiæ debito ratione multiplici ex cordis intimis eidem aſtringimur, & dudum ante ſuſceptum apoſtolatus officium, ab ipſa nos beneficia potiora meminimus percepiſſe. In hac ſi quidem veneranda Dei eccleſia magnificis laudum attollenda præconiis, quæ velut mater benefica non ſine ſuauitatis materna dulcedine ſuis nos diutius lactauit vberibus, Canonicatum, præbendamq; ac perſonatum nobilem Theſaurariæ ſuſcepimus, ac ipſos cum multis honoribus, magniſque profectibus per curricula temporum non parua tenuimus, ſic ſuſceptos donec excelſi dexteræ mutatione, mirificè in patrem vocati de filio licet immeriti ad apicem fuimus apoſtolicæ dignitatis aſſumpti. Dignè igitur ad ipſam Eccleſiam ſpeciali prærogatiua dilectionis afficimur: dignè beneficia grata ab ipſa nobis exhibita debita gratitudine contemplantes, nos eis gratioſos gratanter offerimus, & eius non immemores, vberum ipſam vbertate apoſtolicæ gratiæ fœcundamus. Volentès itaque præfatam eccleſiam, quam prædicti ſancti nec immeritò merita clara clarificant, non tam ob memoriam munerum ab eo perceptorum, vt diximus, quàm ob eiuſdem ſancti reuerentiam, qui ibidem præcipuè venerātur & colitur, nobili priuilegio decorare, vniuerſitati veſtræ authoritate apoſtolica indulgemus, vt in omnes qui eiuſdem eccleſiæ bona, ſiue quæ ad vos communiter, ſiue quæ ad aliquem ſeu aliquos veſtrum ſpecialiter, aut ad capellanos, ſeu clericos prædictæ eccleſiæ ratione ipſius eccleſiæ pertineant, manifeſtè inuaſerint, vel occupauerint, aut rapuerint, ſeu prædati fuerint, vel vobis, ſeu capellanis, aut clericis præfatis ſiue aliquibus ex vobis vel ipſius ſuper huiuſmodi bonis iniuriare præſumpſerint, niſi canonicè à vobis moniti ſatisfactionem ex his exhibuerint competētem, poſſitis liberè ſiue clerici fuerint ſiue laici, appellatione remota cenſuram eccleſiaſticam exercere. Ac ſi ſano vſi conſilio ſatisfactionem impenderint, prolatas propter hoc à vobis in ipſos ſententiàs iuxtà formam Eccleſię relaxare nonob-

† Turonenſem Eccleſiam nutricem apellare ſolitus erat hic Pontifex, quam ſummè venerabatur quod quondā ei præfectus fuiſſet D. Martinus ex Dalmatia qui vixit clarus miraculis circa annum Domini 398.

ſtantibus quacunque apoſtolica indulgentia quibuſcumque ſub quauis verborum forma conceſſa, quod excommunicari aut interdici nequeant vel ſuſpendi, & conſtitutione de duabus dictis edita in concilio generali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. apud vrbem Veterem quarto nonas Martij, Pontificatus noſtri anno primo.

Proh Deum atque hominum fidem! quàm iuſtas quærelas contexere poteſt ſanctus Pontifex in hæreſiarchas noſtri temporis qui tam fœdè nutricem ſuam Turonenſem Eccleſiam violarunt dilacerarunt, & ſacrilegis inſolentiis prophanarunt. Nulla iam priſtini decoris reſtant inſignia, depopulatis agris, in ædem Metropolim furentes magno impetu irruerunt eámq; ſpoliarunt immenſis Theſauris & quod dictu horribilius eſt mortuorũ ſepulchra violarunt, oſſa & cineres Sancti Martini Turonenſium præſulis in ignem coniecerunt & tantum ſcelus Euangelij titulo adumbrare voluerunt.

II.

Turonenſi Eccleſiæ in diuinis permittit officium ſequi Romanum.

MARTINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Decano Capitulo eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Eccleſiam, veſtram in qua dudum in minori officio conſtituti theſaurarię officium geſſimus, ſincerę dilectionis brachiis amplexantes, in his quæ perſonis in ea virtutum domino famulantibus votiua ſecundum Deum fore proſpicimus, nos fauorabiles exhibemus. Cùm itaque ordo qui circa celebrationem diuinorum officiorum in eccleſia ipſa conſueuit hactenus obſeruari, ſit per aliquorum additionem & ſubtractionem etiam immutatus, nos intendentes ſuper hoc ſalubriter prouidere, authoritate vobis præſentium indulgemus, vt in celebratione officiorum prædictorum, ordinem quem eccleſia Romana in diuinis officiis celebrandis obſeruat, vti liberè, ſi eidem eccleſiæ videritis expedire, poſſitis: & nihilominus ſpeciales ipſius eccleſiæ veſtræ feſtiuitates, ſi velitis more ſolito celebrare. Nulli ergo omninò hominum liceat hãc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli ſe nouerit incurſurum. Datum apud Vrbem veterem Idib. Febr. Pontificatus noſtri anno primo.

Hoc priuilegium cum priore ab archiuis Eccleſiæ Turonenſis D. Martino dicatæ & conſecratæ excerptum eſt.

Huius Pontificis temporibus Siciliana veſpera vnius aut duarum horarum ſpatio ſic peractæ ſunt vt ſupra octo millia Gallorum diem ſanctiſſimum reſurrectionis Dominicæ in Eccleſiis celebrantium nullo ſexus diſcrimine trucidata ſint. Inde Siculus veſper abiit in prouerbium pro cede ſubita & fatali. Annum hoc hexametro Chronico in noſtra Philippiadis Hiſtoria obiter notauimus.

FERT SICVLVS TVRBIS GALLORVM FVNERA VESPER

Pontifex ſupradictus obiit Peruſij 5. Cal. April. anno 1295. In Cathedrali Eccleſia Laurentij funus eſt depoſitum vitæ ſanctitate, & integritate cunctis admirandus fuit. Multi variis ægritudinibus ſemimortui ad eius ſepulchrum reuixerunt Trit. in Chron. monaſt. Hirſaug.

HONORIVS QVARTVS

Iacobus è Sabellorum familia Romana prius dictus Peruſi electus, Romam petiit in qua coronatus eſt 17. Cal. Maij 1.2.85. Fratribus Carmelitani ordinis hiſpida & inculta palla indutis cappam albam qua exterius vtuntur ſuper tunica & ſcapulari cicerculi ſeu ſinopidis colorem habentes conceſſit.

I. Animaduerſio

I.

Animaduerſio in exceſſus commiſſos contra Inquiſitores fidei

HONORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, honorabili fratri Epiſcopo Parmenſi, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

OLIM, ſicut accepimus, dilectus filius frater Florius ordinis Prædicatorum, inquiſitor hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ, à ſede apoſtolica deputatus: quandam mulierem crimine dictæ prauitatis infectam, quam poſt abiurationem ipſius criminis, in idem compererat fuiſſe relapſam,[a] de crimine ipſo ſententialiter exigente iuſtitia, legitimè condemnauit: quæ ſubſequenter curiæ ſeculari relicta, de mandato poteſtatis Parmenſis, fuit propter hoc incendio deputata.[b] Verum nonnulli, qui in loco incẽdij prædicti conuenerant, & etiam quamplures alij, ex diuerſis prædictæ ciuitatis partibus confluentes, diabolico ſpiritu concitati, ad locum fratrum dicti ordinis, in ciuitate prædicta morantium hoſtiliter concurrerunt: ac in prædictum locum impetum facientes, valuas Eccleſię confringere, tecta lapidibus obruere, & officinas loci eiuſdem violenter ingredi præſumpſerunt: ac libris, veſtibus, & rebus aliis eorundem fratrum iniquè direptis, nonnullos ipſorum verberibus, ac vulneribus affecerunt: quorum vnus poſt paucos dies, ex illatis ſibi vulneribus expirauit. Vnde præfati fratres, his aliiſque diuerſis iniuriis, damnis, & grauaminibus per eoſdem malefactores affecti, non audentes in prædicto loco, abſque perſonarum periculo remanere, exinde cedentes malitiæ receſſerunt. Cúmque tam grauis exceſſus tanquam notorius, ad venerabilis fratris noſtri I. Oſtien. epiſcopi, tunc in partibus illis apoſtolicæ ſedis legati, notitiam perueniſſet, idem Epiſcopus intellecto, quòd illi per quos tunc prædicta ciuitas regebatur, & commune ipſius ciuitatis, ad correctionem tam enormis & euidentis facinoris, prout expectabat ad eos, procedere negligebant, poteſtatem, capitaneum, ancianos; primicerios, conſilium & commune ciuitatis eiuſdem, per ſuas literas ſub certa forma citauit: vt iidem poteſtas & capitaneus, vel eorum alter cum certo ambaſciatorum numero, & ſufficienti ſyndico ciuitatis præfatæ, coram eodem epiſcopo, certis loco & termino perſonaliter comparerent. Et licet dictus capitaneus, cum quibuſdam ambaſciatoribus & ſyndico in præfixo termino ad ipſius legati præſentiam acceſſiſſet: quia tamen iuxta formam citationis prædictæ, nullus pro dicto communi ſufficiens ſyndicus comparuit coram eo, etiam poſt dictum terminum diebus pluribus expectatus: idem epiſcopus præfatos officiales & commune reputans contumaces, propter hoc in ipſos officiales & conſiliarios ciuitatis eiuſdem, excommunicationis, & in ciuitatem prædictam interdicti ſententias promulgauit. Poſtmodum verò ambaſciatoribus, & ſyndicis dicti communis, fel. rec. Martino Papæ prædeceſſori noſtro humiliter ſupplicantibus, vt cum officiales & commune ciuitatis ipſius parati eſſent ſuper huiuſmodi contumacia eiuſdem prædeceſſoris, & apoſtolicæ ſedis mandato, & beneplacitis obedire: ac de ſtando iuri ſuper exceſſibus, offenſis, & iniuriis ſupradictis impendere ſufficientem, iuratoriã, & fideiuſſoriam cautionẽ, præfatas excommunicationis & interdicti ſententias facere relaxari: prædeceſſor ipſe volens in hac parte non aſperitatem rigoris, ſed lenitatem manſuetudinis obſeruare, cautionem eandem nomine poteſtatis, capitanei, & aliorum prædictorum, ab ambaſciatoribus & ſyndicis præfatis oblatam, & pro parte etiam adimpletam, admiſit: tibíque ſuis dedit literis in mandatis, vt receptis à præfato communi fideiuſſoribus idoneis, perſonis ſcilicet ſingularibus de mille Marchis argenti, quod ſuper prędictis omnibus, dicti prædeceſſoris, & eccleſiæ Romanæ mandatis, & beneplacitis parerent omninò, illis quos eiuſdem excommunicationis contingebat ſententia, iuxtà formam eccleſiæ beneficium abſolutionis impenderes, ſi illud à te humiliter poſtularent: ac interdictum huiuſmodi ſublata difficultate, auctoritate apoſtolica relaxàres, iniuncto talibus, quod de iure exiſtet iniungendum: & nihilominus poteſtatem, capitaneam, ancianos, primicerios, conſiliarios, & commune præfatos ex parte prædicti prædeceſſoris peremptoriè citare curares, vt infrà vnius menſis ſpatium poſt citationem tuam per ſe vel per ſyndicos, ſeu procuratores idoneos, ad hoc ſufficienter

a Relapſorum definitio hac ratione ſtatuitur per Lucium 3. huius nominis Pontificem, dum (inquit) illos qui poſt abiurationem præfati erroris, vel poſtquam ſe proprij Antiſtitis examinatione purgauerint deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſine vlla penitus audientia decernimus relinquendos.

b Hic obſeruandũ eſt iuſtiſſimè hereticos pœna ignis puniri, & æquiſſimè hanc hæreticorum combuſtionem maiorib. inductam eſſe Ioan. Arbor. Theoſo. lib. 8. cap. 9. Alphonſus à Caſtro. lib. 2 c. 12. Io Coras. lib. 3. Miſcel. cap. 8. aduerſus Zazium. Socrates lib. 1. cap. 9. & Sozomenes lib. Hiſt. Eccleſ. ca. 21. facit ad hæc l. 2. C. de Iud. & l. nullus C. de maleſ. & Matheſ. & l. ſacrilegij de ſacrilegis & ad l. Iul. pecu.

cienter inſtructos, coram prædeceſſore comparerent prædicto, ſuper exceſſibus, offenſis, & iniuriis huiuſmodi ipſius prædeceſſoris, & apoſtolicę ſedis beneplacitis parituri: ac facturi & recepturi ſuper his, quod ordo exigeret rationis, tuq; mandatum apoſtolicum fuiſti ſuper hoc, iuxta formam per dictas literas tibi traditam executus. Et quamquam poteſtas, capitaneus, anciani, primicerij, conſiliarij, & commune pręfati, per ſyndicos infrà huiuſmodi terminum eis à te pręfixum coram prędeceſſore comparuerint ſupradicto, nullus tamen in huiuſmodi negotio vlteriùs habitus eſt proceſſus. Nos igitur in huiuſmodi negotio, iuxtà officij noſtri debitum efficaciter procedere intendentes, fraternitati tuę per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus poteſtatem, capitaneum, ancianos, primicerios, conſiliarios, & commune prędictæ ciuitatis, ex parte noſtra per te, vel per alium, peremptoriè citare procures, vt infrà vnius menſis ſpatium poſt citationem huiuſmodi, per ſe vel per ſyndicos, ſeu procuratores idoneos, ad hoc ſufficienter inſtructos, noſtro ſe conſpectui repręſentent: ſuper exceſſibus, offenſis, & iniuriis ſupradictis, noſtris & eiuſdem ſedis parituri beneplacitis & mandatis: ac facturi & recepturi ſuper his, quod ordo dictauerit rationis. Diem verò citationis & formam, & quidquid inde feceris, nobis per tuas literas harum ſeriem continentes, ſtudeas fideliter intimare. Datum Romę apud ſanctam Sabinam, Non. Maij. Pontificatus noſtri anno primo.

Accuſatos de exceſſu in ſidei inquiſitores iterum citari mandat Pontifex.

a Speciale hoc eſt in crimine hæreſis vt poſt crimen cõmiſſũ liceat pœnitere quod regulariter in aliis criminibus nõ eſt. l. qui ea mẽte ff. de furtis. Doct. in l. ſi pecuniam de condict. cauſa data.

II.

Hæreticorum filij & eorum ſucceſſores non admittuntur ad officia.

HONORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio fratri Calgano de Eugubio ordinis Fratrum Minorum Inquiſitori hæreticæ prauitatis in Ducatu Spoletan. Salutem & apoſtolicam benedictionem.

EXHIBITA nobis dilecti filij Archioni militis nati quondam Philippi dicti Palmerij militis Spoletan. primo continebat, quòd olim ſignificantibus fœlicis recordationis Alexandro Papæ prædeceſſori noſtro inquiſitoribus prauitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quòd frequenter à ſede Apoſtolica committebatur eiſdem, vt tam hæreticos credentes, fautores, & receptatores hæreticorum quàm ipſorum filios & nepotes priuandi dignitatibus, perſonatibus, officiis publicis & beneficiis eccleſiaſticis de diœceſanorum vel eis abſentibus vicariorum ſuorum conſilio haberent liberam poteſtatem, & qualiter hoc deberet intelligi: poſtulantibus declarari, pręfatus prædeceſſor eiſdem Inquiſitoribus per ſuas dixit literas reſpondendum, quòd de filiis & nepotibus illorum hæreticorum credentium & aliorum huiuſmodi qui modo tales eſſe probantur intelligendum eſſe videbatur, non autem illorum quos emendatos eſſe conſtaret, ac pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſię pœnitentiam recepiſſe quam ipſi vel iam perfecerant, vel humiliter proſecutioni eius inſtarent, vel parati fuerant dum viuerent ad recipiendum eandem. Verùm licet Inquiſitor prauitatis huiuſmodi, tunc in partibus illis per ſedem Apoſtolicam deputatus memoratum Philippum qui ſibi confeſſus extitit, quòd cuidam hæretico reuerentiam fecerat quædam contra fidem proferendo catholicam, priuauerit bonis ſuis, ac idem Philippus iniunctam ſibi propter hoc ab eodem Inquiſitore pœnitentiam perfecerit reuerenter, ac tandem ſicut verè catholicus receptis eccleſiaſticis ſacramentis viam fuerit vniuerſæ carnis ingreſſus, & ab Inquiſitore præfato etiam abſolutus, tamen, Poteſtas, Conſilium, & Commune Spoletan. dictũ Archionum eiuſque filios occaſione pręmiſſorum ad officia ciuitatis Spoletan. pro ſua recuſant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter ſupplicauit, vt nos miſericorditer attendentes, quòd idem Philippus ſicut præmittitur, tanquam verè Catholicus & fidelis Eccleſię Roman. deceſſit, eundem Archionum & filios eius decerneremus iuxtà pręmiſſum eiuſdem prædeceſſoris reſponſum in aliquo puniri occaſione huiuſmodi non debere: ſed eos ad omnia ſecularia officia & beneficia eccleſiaſtica & dignitates, ac ad omnes ordines impedimento huiuſmodi non obſtante potius admittendos.[b] Quia igitur de facto homini & eius circunſtantiis habere poteris notitiam pleniorem: Nos gerentes de circunſpectione tua fiduciam in Domino ſpecialem, præſentium tibi authoritate commit-

b Filij hæreticorum inhabiles ſunt ad officia & beneficia ca. ſtatutũ. 2. de hæret. Hippol. in tract. de fideiuſſor. in 12. q. num. 120. poſt gloſſ. in cap. ſatis. 56. diſt. Idem in nepotibus ex filio, dependentibus. c. vt commiſſi. §. priuandi hac tamen conſtitutione vult Honorius illos admitti ad dignitatis Eccleſiæ & officia ſecularia ſi conſtiterit prius eos fideles & nihil paterni flagitij contraxiſſe.

timus

timus & mandamus, vt ſi diligenti inquiſitione præmiſſa prædicta, inueneris veritate fulciri, & tibi etiam conſtiterit quòd præfati Archionus & filij non ſint de hæretica prauitate ſuſpecti, & in fidelitate ac deuotione Eccleſiæ ſupradictæ perſiſtant ſuper quibus omnibus tuam intendimus conſcientiam onerare, auctoritate noſtra denunties & declares, quòd propter præmiſſa vel eorum occaſione nihil eis poſſit obiici vel opponi quin ad omnia ſecularia officia & beneficia eccleſiaſtica, etiam ſi dignitates exiſtant, illis non obſtantibus aſſumi liberè valeant, & hi qui literati eſſe noſcuntur, ad omnes ordines promoueri, prout ſecundum Deum & honorem catholicæ fidei videris expedire. Quicquid autem ſuper his inueneris & duxeris faciendum, nobis per tuas patentes literas harum ſeriem continentes fideliter ſtudeas intimare. Datum Romæ apud ſanctam Sabinam v. kalen. Decem. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Cum tantum ſcelus ſit hæreſis vt pœna inſontes etiam arripiat, eius monſtri partes & typos hic deſcribere conabimur. Fidei duo vitiorũ grenera opponuntur quorum alterum ipſe eius naturæ contrarium eſt alterum actioni eius debitæ in fidei confeſſione, naturæ fidei quatuor ſunt oppoſita vitia, Gentiliſmus: ſiue Paganiſmus, aut infidelitas, Iudaiſmus, hæreſis, & apoſtaſia equibus quoniam tria ſatis conſpicua nec multum nobis faciunt negotium illis relictis de quarta paucis agemus. Tribus maximè rebus conſiſtit hæreſis: primum enim neceſſe eſt vt qui dicitur hæreticus, fuerit quandoque baptizatus & Chriſtianus. Secundum vt relicta fide Catholica, contra eccleſiæ ſenſum, quempiam ſequatur errorem in his quæ ad religionem ſpectant. Tertium quod & præcipuum eſt: vt contradicente eccleſia pertinaciter conceptum ſemel errorem tueatur. Eſt enim pertinacia veluti hæreſeos forma, ſine qua errare quidem quis poterit, ſed hæreticus eſſe nemo poterit, huc facit Aug. ſenten. Qui, inquit ille, in eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumque ſapiunt & correpti vt ſanum rectúmque ſapiant, reſiſtunt pertinaciter, ſuaq; peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici fiunt. Et rurſus, hæreticus eſt, vt mea refert opinio, qui alicuius temporalis cõmodi & maximè gloriæ affectuſque ſui gratia, falſas ac nouas opiniones, vel fingit, vel ſequitur. Eum autem qui aſſentitur hæreticis, idque errore magis quam malitia & contumacia, non audet hæreticũ pronunciare Aug. ſed magis imaginatione quadã pietatis & religionis illuſum. Reliqua ad hanc quæſtionem ſpectantia, apud Aquinatem theologum qui doctè ac fuſè rem totam tractat, videantur. Obſeruandũ nihilominus vitandi hærecicos conſuetudinem, tum diuino tum eccleſiæ præcepto cunctis retrò ſeculis præſcriptam & obſeruatam, noſtro hoc æuo ſi quando alias, eſſe neceſſariam. Neque enim ſine cauſa tam ſeriò monet Apoſtolus vt hæreticum hominem poſt vnam aut alteram correptionem vitemus. Sermo enim eorum, vt inquit idem, ſerpit vt cancer, quare rectè monet vt cum his ne cibum quidem ſumamus neue iugo, id eſt, familiaritate cum infidelibus copulemur multò minus cum hæreticis cui accinit Ioannes ne recipiantur in domo fidelium, aut Aue dicatur eis vetans, ipſe denique Chriſtus ſeriò nos monet, vt caueamus à fermento eorum, nobiſque attendamus à falſis illis prophetis, hinc eſt quod antiquis ille populus omni prorſus gentium familiaritate fuit interdictus, vnde natum eſt, adagium, Non coutuntur Iudæi Samaritanis. Et quia quandoque tam ſalubri præcepto non paruerint meritò audiuerunt commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, &c. hunc certè morem ab ipſis euangelicis cunabulis perpetuò ſeruauit eccleſiam id quod apud Romanum Clementem eſt videre, qui narrat D. Petrum cum matrem Clementis ad euangelium hortaretur dixiſſe Chriſtianis nõ licere vel cum patre aut matre infidelibus menſam habere communem memorabile certè eſt quod de B. Ioanne Euangeliſta narrat Irenæus, nempe quod vbi Cherintum in Balneo, in quo lauandi gratia ingreſſus erat Apoſtolus, eſſe comperiſſet, illico ſe ſubduxit, &c. ac de Policarpo ſimiliter qui Romæ ſibi occurrentem Martionem ne ſalutatione quidem dignatus eſt, & cum rogaretur num Marcionem cognoſceret, agnoſco inquit primogenitum ſathanæ. Hinc etiam vitio dat hæreticis Tertullianus quod præter eccleſiæ conſuetudinem indiſcriminatim cum omnibus verſarentur hominum generibus. Monet itaque Sacerdotes ſuos Cyprianus ne creditum ſibi populum cum hæreticis conſuetudinem habere ſinant Auguſtinus ipſum inquit hæreticum ſicut monemus vitandum ne infirmos & paruulos fallat, ita non ab nuimus quibuſcunque tandem modis poſſumus corrigendum. Cæterùm quibus in rebus ſint vitandi vt doceant theologi, tria diſtingunt actionum genera, quædam dicunt eſſe

e Chriſtianorum

Chriſtianorum proprias vt orationes & ſacrificia in quibus prorſus vitandi ſunt qui ſe ab eccleſia ſegregarunt. Aliæ ſunt cunctis ex æquo nationibus communes quæque ſine magna familiaritate exerceri non poſſunt, vt connubia, in quibus etiam ſunt ex equo vitandi. Tertium genus, communes habet actiones ſine quibus non viuitur, cuiuſmodi ſunt ſalutationes, emptiones, &c. In quo genere eatenus vitandi ſunt quatenus ſubeſſe poteſt periculum, ne videlicet contagiis lædant. Obſeruandum quoque præter eccleſiæ præceptum quod non ſine peccato violatur ab eccleſia quam prodiiſſe excommunicationem in eos qui non parent. Quod de hæreticorum vitanda conſuetudine dictum eſt, idem multò magis de lectione librorum eorum eſt intelligendum, longè enim pernitioſius ſcripto quàm verbo imponit hæreticus. Vitium fideiconfeſſioni oppoſitum eſt blaſphemia, quæ eſt cum de Deo aliter quis loquitur quam vera exigat fides, ſiue affectu aliquo id fiat, vt qui iurant, ſiue malitia, vt qui in Spiritum ſanctum peccant.

Hæreſis hæc eſt effigies, qua qui oblectatur miſerè & perditè dæmoni ſe vile mancipium præbet, & iure tum diuino tum humano fit deteſtabilis, illúmque omnia exhorrent totique ſoboli & familiæ exoſus deuenit. Huius enim flagitij pœna in ſucceſſores deſcendit ita vt quando quis damnatur de hæreſi & tanquam hæreticus relaxatur Curiæ ſeculari modo damnetur in vita vel poſt mortem in filios illius triplex pœna decurrit. Prima eſt ademptionis bonorum, quia omninò priuantur à ſucceſſione paterna. Secunda eſt inhabilitas ad ſuccedendum ex teſtamento vel ab inteſtato quibuſcunque aliis conſanguineis, vel extraneis. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. poſt princ. & 24. q. 11. ſanè iuncto. c. vergens. extr. de hæreticis.

Tertia pœna eſt quòd ſiunt inhabiles quoad honores & officia publica, & beneficia eccleſiaſtica obtinenda, vt habetur conſtitutione Friderici imperatoris, quæ incipit, Patarenorum, vbi dicit, & ipſorum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur, & extra de hæret. in c. quicunque, & c. ſtatutum, l. 6. §. ſanè. & hoc intelligendum quòd filij per lineam paternam vſque ad ſecundam generationem: nam attingit illa pœna & extenditur vſque ad nepotes, & deſcendendo per lineam maternam ſcilicet quando mater condemnatur, & non pater non ſe extendit tunc pœna, niſi quoad filios tantùm, & non attingit nepotes, hoc eſt quo ad honores, & officia, & beneficia obtinenda. & hoc intelligendum de filiis, & nepotibus illorum, qui condemnati fuerant de hæreſi, vel eorum qui tales deceſſiſſe probantur, & non de illis filiis, vel nepotibus illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, & reincorporatos eccleſiæ, vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quã ipſi iam perfecerunt, vel humiliter proſecutioni eius inſiſtunt, vel parati fuerint ad recipiendum eandem, & non ſolum inquiſitores poſſunt priuare hæreticos fautores, credentes receptatores, defenſores, ipſorumque filios, & nepotes officiis publicis, & beneficiis eccleſiaſticis, & honoribus, ſed eſt conceſſum inquiſitoribus eos priuatos nunciandi dictis officiis & beneficiis, honoribus, & in c. vt commiſſi, de hæreti. li. 6. hæc ſupradicta habentur in dicto c. ſtatutum, de hæret. li. 6. ſed circa prædicta quæritur, quare non extenditur pœna ad filios, & nepotes reuerſorum? hic dicendũ quòd illi qui reconciliantur eccleſiæ, non ſunt hæretici, ex quo myſtico corpori eccleſiæ ſunt reintegrati, ad hoc l. diuſ ferrum, & infra hæreticus. Io. An. tamẽ gl. in verbo incorporatos, recitat per contrarium, quòd non debuerunt incorporari, vt ſupra eo. c. accuſatus. gl. ſoluit, in fine gl. de hoc vide Dominicum in dicto ca. ſtatutum, el 2. in §. ſanè, de hæreti. li. 6.

Robore pariter huius conſtitutionis filij hæreticorum ſunt prorſus inhabiles ad eccleſiaſtica beneficia & officia publica obtinenda, ſed hæc pœna nullo modo habet locum in filiis hæreticorum qui redeunt ad eccleſiæ vnitatem, & fuerunt recepti, & reincorporati eccleſiæ, vt extra. de heret in c. ſtatutum. 2. §. fi. li. 6. Sed in filiis illorum qui ſolummodo fuerunt ſuſpecti, puta propter fautoriam, defenſionem, receptationem, hæreticorum, vel ſimilia bene habet locum dicta pœna ſcilicet quod non poſſint eccleſiaſtica beneficia, nec officia publica obtinere, ſi modo iſtorum parentes deceſſerunt tales nam ſi rediiſſent ad miſericordiam, & fuiſſent recepti impoſita eis pœnitentiali pœna, & completa pœna deceſſerint, vel etiam pœnitentia non peracta, tunc talis pœna non tranſiret ad filios, vt d. c. ſtatutum. §. fin. & extra eos c. 2. §. hæretici, li. 6.

Pœnæ autem huiuſmodi non ſe extendunt ad filios qui nati ſunt antequam patres hæreſim incurriſſent, per l. emancipatum ff. de ſe Senat. conſule Calderino. Facit enim quia filius ante natus ex ſuperueniente dignitate in perſonam patris non conſequitur priuilegium, vt

l. honorem. & l. ſenator. C. de digni. lib. 12 & l. filij. §. ſenatores. ff. ad munici. & per conſequens ſi non honorem, ergo nec pœnam, vel onus, vt l. ex qua perſona ff. de regu. iu. ad idẽ. l. 1. §. fi. ff. de bo. pe. con. ta. & l. ſi neceſſe. §. ſi deportatus. ff. de bonis libertorum, per quæ iura filij iam nati propter ſuperuenientem caſum in perſonam patris non repellentur à ſucceſſione & per hoc etiam inducit. l. Diuo Marco. C. de quæſtionibus. & dicit eſſe caſum expreſſum in l. 2. C. de. libe. & eorum liber. ad cuius confirmationem poteſt induci quòd in ſimili notat. Cy. in d. l. quiſquis. circa filios illius qui commiſit crimen læſæ maieſtatis, ſed in contrarium facit quod notat ibi Sali. qui tenet illam pœnam etiam habere locum in ante natis, cum non minus in eis hæreditarij criminis exempla ſint metuenda, & quia iura generaliter loquuntur. Nec obſtant iura in contrarium inducta ſecundùm eum, propter grauitatem enim criminis læſæ maieſtatis contrarium in eo ſtatuitur. Et per eaſdem rationes à fortiori idem ego dicerem in crimine hæreſis, cùm ſit longè maius, &c. vt in d. c. vergentis, ad hoc etiam facit tex. apertus in d. c. ſtatutum. §. fin. de hæret. lib. 6. ibi, cum dicit, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, ex quo innuitur ſufficere quod patres eorum in morte fuiſſent hæretici, nec poteſt dari conueniens ſolutio ad illum tex. ad idem facit. c. filij, de hær. lib. 6 quod loquitur de illis qui oſtenderunt ſigna hæreſis, cùm decumberent in lecto propter infirmitatem, de qua deceſſerunt, & contraria tolluntur per ea quæ diximus quod in hoc crimine ſit ſpeciale propter eius grauitatem, & prædictam quæſtionem determinat Domi. in d. c. ſtatutum.

Honorius IIII. *Pontificatus ſui anno ſecundo, die vno, moritur corpúſque eius à Sancta Sabina ad Baſilicam Petri magna funeris pompa transfertur ſepelitúrque ſepulchro marmoreo quod adhuc extat in numerum à Pio Pontifice tranſlatum, vt inſigniæ familiæ indicant eiuſque Epigramma. Sedes decem menſibus vacauit.*

NICOLAVS IIII.

Nicolaus quartus Papa, natione Picenus è ciuitate Aſculana. Hieronymus antea vocatus ordinis minorum frater deinde preſbyter Cardinalis apud ſanctam Sabinam decimo menſe poſt mortem Honorij Pontifex creatur. Collocatúrque in Petri ipſius ſancti cathedra. Iſq; illicò ſe cum curia ad vrbem tranſtulit Reatinam. Et poſt annum Romam reuerſus apud ſanctam Mariam maiorem curiam tenuit. Cardinales creat ex omni ferè religione. Omnes enim pariter amabat, nec plus ſe debere affinibus & cognatis quam cuiuis bono arbitrabatur. Baſilicam apud Mariam maiorẽ cum Iacobo Columna, reſtituit, vt in fornice maiori apparet. Vnde ſaluatoris ipſiúſq; Põtificis & Iacobi Cardinalis imago adhuc cernitur. Anteriorem, poſteriorémque baſilicæ partes ruinoſas fortiſſimis repagulis additis firmauit, quod ex ſequenti tabula in abſida, ſiue tribuna eiuſdem baſilicæ è muſiuo exarata intelligitur.

Tertius eccleſiæ pater Innocentius hora
Qua ſeſe dederat ſomno nutare ruinæ
Hanc videt eccleſiam mox vir pannoſus, & aſper
Deſpectúſque humerum ſupponens ſuſtinet illam.
At pater euigilans Franciſcum proſpicit, atque
Verè eſt hic inquit, quem vidimus, iſte ruentem
Eccleſiámque, fidémque feret, ſic ille petitis
Cunctis conceſſis liber lætúſque receſſit,
Franciſci proles primus de ſorte Minorum
Hieronymus quartus Nicolai nomine ſurgens
Romanus præſul partes circunſpicit huius
Eccleſiæ certa iam dependere ruina,
Ante retroque leuat, deſtructa reformat, & ornat.
Et fundamentis pariem componit ab imis.
Poſtremò quæ prima Dei veneranda refulſit
Vſibus humanis facies hæc integra ſiſtens
Quo fuerat ſteterátque ſitu relocatur eodem,
Præſidis ecce tui Deus hæc amplectere vota

Quæ tibi perſoluit domus huius ornando decorem
Serua, mirifica, cœlo terrâque beatum
Effice, nec manibus tradas hunc hoſtis iniqui.
Ingrediens populus deuotus munera ſumat
Quæ bonus hic paſtor dedit indulgendo benignè,
Et larga pietate pater peccata remittens.

Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti MCCXCI. Pontificatus
eiuſdem Domini Nicolai Papæ anno III.
Idem Pontifex totam baſilicæ abſidam è muſiuo beatæ virginis, & aliquot
apoſtolorum imaginibus depictis ornauit, quemadmodum etiam ex hoc elogio
ſub muſiuo exarato liquet.
PARTEM POSTERIOREM ET ANTERIOREM RVINOSAS
huius ſancti[s] templi à fundamentis reædificari fecit, & ornari opere muſaico
Nicolaus Papa 4. filius S. Franciſci, & ſacrum vultum Saluatoris integrum repo-
ni fecit in locum vbi primum miraculosè populo Romano apparuit, quando fuit
iſta Eccleſia conſecrata, anno Domini MCCXCI.
Multa auditu triſtiſſima, memoria verò digniſſima contigerunt ſedente Romæ
hoc Pontifice, anno enim ſecũdo ſui Pontificatus Tripolis vrbs Aſię inſignis obſi-
dione & viribus facta eſt in Soldani Babylonię poteſtatẽ quãquidẽ vrbẽ ditiſsimã
poſt cõmiſſam in mortalib. cędem maximã poſtquã abactam, aſportatã omnifariã
rerũ prædã igni cremandã, poſt ferro abſumi dirimiq; curauit. Progreſſuſq; eo-
dem furoris impetu barbarus, Tyrum, Sidonẽ, Barutũ, & earum vrbium oppidũ
intra tertium pontificatus Nicolai annum cœpit. & ſicut Tripolim incenſam
diruit, iſq; princeps aſtu & prudentia æque ac viribus & potentatu pollens, ne ea
clade accepta nobis chriſtianis principes occidentales in Aſiam conciret, inducia-
rum fœdera in duos annos Ptolemaide habitatoribus chriſtianis conceſſit. Nico-
laus tamen pontifex per crucem ex more aſſumendam edicto ſtatuit afflictis Aſiæ
rebus ſubueniendum mille quingentos ipſe equites ex publico eccleſiæ fiſco cu-
rauit comportari, quos & multi in magnum exercitum ſine certo præſtantique
duce ſequuti ſunt qui quo plures eo pernicioſores. Ptolemaida vrbs populis tunc
frequentata innumeris, quãtos nunc non teneréq; at aliqua vrbs Italiæ. Et ſeptem
diuerſis magiſtratuum gentiumq; generibus premebatur. Ea millitum multitudo
cedibus rapinis & incendiis aliquandiu debaccata, in agris Soldani, tulit patienter
diſſimulauitq; diutius quare Soldanus tandem anno ipſo exacto centum quinqua-
ginta armatorum millia in Ptolemaidam duce filio ſuo immiſit ipſe morbo im-
plicitus tenebatur. Filius per ætatem ardentior ampliſſimæ vrbi obſidionem ad-
mouet. Inde genitori defuncto Soldanus ab exercitu eſt ſuffectus, quo elatus ſuc-
ceſſu vrbis Ptolemaide prædam exercitui donauit & accuratiori ſolito vſus oppu-
gnatione. Ad eamq; paulopoſt animorum conſternationem eſt ventum vt publico
omnes conſilio mulieres primum paruulos & debiles cum ſupellectile emiſerint.
Deinde conſtituerint duodecim millia armatos in vrbe retinendos, manſerunt ex
primoribus rex Cypri qui paulo poſt multitudinem eſt ſequutus patriarcha
Hieroſolymæ, Templariorumq; magiſtri, qui non prius vrbem deſeruere quam
Soldanum viderunt. Soldanus tandem Ptolemaidam à paucis quos nauigij carentia
detinuerat Chriſtianis malè defenſatam vi cepit & mortalibus in ea repertis ad
vnum cæſis. Scilicet tanto tenebatur illius excidendæ vrbis deſiderio, ſuppoſito eo
incitante ignis maximam partem abſumpſerit. mœnibus inde & vrbis parietibus
paſſim ſolo equatis. Annus erat ſalutis nonageſimus duodecieſque centenus quan-
do tandem reliquias amiſimus victoriæ illius celeberrimæ, quam anno ante quar-
to deducenteſimo Vrbani Pont. auſpiciis expeditio inchoauerat ſalua tamẽ man-
ſuerunt ad tempus Cyprus inſula & Armenia minor dicta prius Cilicia.
Anno Domini 1264. Albertus Magnus natione Sueuus Ratiſponen. epiſcopus
ordinis Prædicatorum profeſſor, his temporibus clariſſimus, homo admirabilis
doctrinæ habetur, qui cum diu philoſophiæ ac theologiæ ſcholas tenuiſſet Colo-
niæ, moritur, octogeſimum ætatis ſuæ annum agens. Thomas etiam Aquinas
Alberti

Alberti Magni diſcipulus, ordinis Prædicatorum hunc ſcientiſſimum virum, &
inſigni Comitum familia apud Apuliam originem duxiſſe tradunt. Tantum
Coloniæ profecit, quòd poſt aliquot annos apud Pariſios primum locum in do-
ctrina teneret. Romam deinde ab Vrbano 4. accerſitus, ſpretis dignitatibus quæ ei
offerebantur, totum ſe ſtudio dedit. Nam & ſcholam Romæ inſtaurauit, tandem
cùm apud Caſſinum montem fuiſſet, vocatúſque à Gregorio X. ad Lugdunenſe
concilium, infirmatus in via moritur. Et à quibuſdam chronographis dictum fuit,
quòd veneno fuerit extinctus à quodam familiari regis Caroli, vt ei complaceret,
quia de familia erat S. Thomas Aquinorum Comitum, qui fuerãt Carolo rebelles,
timens ne fortè, ſi ad cardinalatum aſſumeretur, foret ei contrarius. hoc tamen (vt
refert Anton.) non clare habetur. obiit anno 1274. cuius vita & doctrina probata
eſt ab Eccleſia. Anno Domini 1278. in ponte ſuper Moſam in Traiecto ſuperiori,
ducenti homines chorea ludentes xv. Kalend. Iulij, & cùm corpus Chriſti per ſacer
dotem portaretur ad infirmum, nolebant ceſſare donec tranſiſſet ſacerdos. Igitur
mox tranſito ponte à preſbytero, pons cecidit, & omnes in fluuio præter vnum
ſubmerſi fuere. Circa hæc tẽpora fuit Nicolaus de Lyra doctor Theologiæ Parri-
ſiis, quem quidem natione Iudæum referunt, ſed conuerſus, valde profecit in ordi-
ne Minorum. alij dicunt eum Brabantinum fuiſſe, ex Chriſtianis parentibus na-
tum: atque hoc magis creditu poſſibile. Anno Domini 1288. in Alemania & diœ-
ceſi Leodienſi, in villa Erckel quædam puella vixit ſine cibo & potu vltra 30. an-
nos, cuius villæ plebanus obtulit ei oblatam non conſecratam pro conſecrata, quã
non potuit deglutire: ſed reſumpta illa, dedit conſecratam quam ſumpſit: ex hoc
liquet, ꝙ corporalem cibum non expetebat, ſed magis ſpiritualem. *Ex Nauclero.*
Vitæ exitum Nicolai IIII. his verbis perſtrinxit Platinæ calamus. Nicolaus
autem pontifex tædio animi (vt quidam putant) quòd malè ſibi cedere omnia vi-
deret, quódque eius pluſquam pontificem decebat in partes declinauerat, Romæ
apud ſanctam Mariam maiorem pontificatus ſui anno quarto, menſe vno, die o-
ctauo moritur, eóque loci ſepelitur, ad caput baſilicæ apud Petri Columnę cardi-
nalis ſepulchrum, vt in pauimento cernitur, emblemate & porphyreticis lapidibus
notato. Poſt eius verò mortem Cardinales Peruſium profecti quò eis liberius eli-
gere pontificem liceret, rem ipſam diſcordiis inteſtinis biennio menſéque tertio in
longum deduxere. Interim autem Michael Palęologus Imperator Conſtantinopo-
litanus moritur. Quò minus autem eius corpus in loco ſepelitur ſacro, vetuêre ſa-
cerdotes & monachi, quòd occidentali eccleſię in Lugdunenſi concilio acquieuiſ-
ſe. Andronicus autem Michaelis filius, libenter tum quidem cùm Latinis ſenſiſſet
ſi quid auxilij à noſtris habuiſſet. Verùm cũ ſedes vacaret, deſtitutus auxilio An-
dronicus, à fide catholica tandem defecit. Hęc autem incommoda Carolus ſecun-
dus rex Neapolitacus proſpiciens, è Narbonenſi prouincia Peruſium veniens, car-
dinales ipſos ſępius ad concordiam & electionem pontificis adhortatus eſt.

COELESTINVS QVINTVS.

Cæleſtinus quintus, Petrus de Murrhone antea vocatus, profeſſione anachoreta,
patria Eſernienſis, ſecundo à Sulmone miliario cœnobium incolens, poſtquam
biennio, ac tribus menſibus ob Cardinalium diſcordiam ſedes vacaſſet, vir ſanctus
omnium conſenſu, ſpiritusſancto mentes hominum ad hoc inſtigante, pontifex de-
lectus eſt. Quod vbi ita eſſe comperit, clam, ſocio quodam comite fugam arri-
puit, tanto apice indignum ſe iudicans. Sed non potuit ciuitas abſcondi ſupra mõ-
tem poſita: inuentus enim à Cardinalibus, vt verus pontifex honoratur. Qui ita-
que, dum nulla ratione populus, clerúſque diuerti poſſet quin Petrum eli-
gerent, inuitus, nolenſque Aquilam perrexit, quò etiam Cardinales profecti eum
corona inſigniuerunt. Eius autem coronationi interfuiſſe ducenta millia hominũm
referuntur. Moti ſanè tum ſanctitate viri, qua etiam ab ineunte ætate pollebat, tũ
etiam rei nouitate. Neque enim fieri poterat, vt homo Eremita ab hominum remo
tus conſortio, orationibus tantum contemplationique vacans, ad tantum dignita-
tis gradum proueheretur, niſi deus rei Chriſtianæ conſulens mentes hominum, vt

hunc eligerent, induxiſſet. Faceſſant igitur qui hanc electionem iuſoriam ſcribunt, quippe quibus humilitas inimica eſt, cum ipſi ſuperbi ſint. Inito itaque pontificatu, ſtatim duodecim Cardinales creat, viros omni probitate ſanctitatéque præditos, quorũ de numero quo fuerunt anachoretæ, inter ſanctos poſtea relati. Verũ cum ſanctus vir humanas dignitates honoremque pro nihilo duceret, à priori etiã vita, quam in eremo duxerat, nunquam declinauit: adeo vt cellulam ligneam ſibi conſtrui fecerit: in qua recluſus ſoli deo vacaret. Victus autem, olera cruda, aut etiam legumina, nullo tamen ſale condita: potus verò, aqua. Tantæ inſuper manſuetudinis, tantæq; benignitatis vt nihil magis, quam omnibus prodeſſe cuperet. Quæ res quibuſdam Cardinalibus, maximè Benedicto Caietano, tanto grauior apparebat, quanto à ſanctitate remotiores erant. Vnde tractare inter ſe cæperunt, quomodo hunc à pontificatu deiicerent: Cœleſtinus verò contemplationi deditus, ac priuatæ vitæ cupidus, modum quærebat, quomodo pontificatu ſe abdicare poſſet. Inſtabat Carolus, rem indignam aſſerens, vt tantus vir contra totius populi voluntatem munus pontificium dimitteret. Quam ob rem Neapolim à Carolo perductus, clamor populi ſtatim exoritur, à Pontifice petentis benedictionem: ſe nolle alium pontificem, quam Cœleſtinum: idque ab eodem pontifice, precibus & obſecrationibus contendentis. Quibus pontifex reſpondit: nihil aliud ſe eſſe facturum, quam quod Deus velſet, vtique ipſe è Republica Chriſtiana eſſe cenſeret. Itaque animo formans tutiorem eſſe eremum, quam negociorum occupationem, poſtquam ſex menſibus Rempublicam Chriſtianã adminiſtraſſet, Cardinalibus poteſtatem alterum ſurrogandi, ſi id commode fieri liceat, liberam dimittit: eo tamen pacto, vt ſibi redire ad deſideratam eremum liceret. At Caietanus gloriæ cupidus, multíſque modis pontificatum ambiens, quot poteſt Cardinales in ſuam partem trahit, quo facilius magiſtratum adipiſceretur. Atque ita Benedictus vir callidus, ac vafer, plurimorum conſenſu, quos ad ſuam partem traxerat, pontifex creatur. Cæleſtinus vero cellam cupiens, ad deſertum pergit, fruendæ contemplationis cauſa. Quod cum annuiſſet Benedictus Caietanus, qui poſtea Bonifacius appellatus eſt, ſtatim milites mittit qui ſanctum virum etiam nolentem adducerent: veritus profectò ne Cœleſtini ſanctitas ſibi aliquando noceret: erat enim diſſenſionum amator, ac fautor, multæque ſuperbiæ. Huncigitur captum præfecto arcis Sulmonis, quæ in Hernicis eſt, cuſtodiendum tradit: mandato interpoſito, ne cuiuſpiam familiaritate vteretur. Fecit mandata præfectus, atque ſanctum virum in carcerem coniiciens, nihil prætermiſit, quod ſciret huic eſſe nociuum. Nam adeò anguſtus erat locus, vbi retruſus fuit, vt menſuram hominis non excederet. Patienter tamen omnia ferens beatus Cœleſtinus poſt annum vnum, ac menſes quinque fœliciter obdormiuit in domino. In cuius exitu crux clara ante poſtes carceris etiam cuſtodibus apparuit: qua ſignificaretur vir ſanctus à cruce domini nunquam fuiſſe alienus. Eodémque mortuo, tantis miraculis claruit, vt breui in ſanctorum numero ab omnibus ſit habitus. Sunt qui ſcribant hunc à Bonifacio nocte quadam deluſum eſſe à ſubornatoribus quibuſdam clanculum immiſſis, qui voce quaſi cœlitus demiſſa in cubiculum, ei perſuaderent, pontificatum eſſe dimittendum, ſi ſaluus fieri vellet. Quos ego non ſecus ac mendaces pernicioſos exiſtimarim. Quis enim ambigat Cœleſtinum ſemper modum quæſiſſe, quo modo ſe pontificatu abdicare poſſet reclamantibus etiam vndique locorum populis? Aut certè quo modo abiecto magiſtratu ſtatim miraculis claruiſſet, niſi deo gratum opus egiſſet? Legimus enim cæcum ab eo illuminatum, cum è conſpectu Cardinalium abrenunciatione facta ad eremum pergere vellet. Sed non poteſt pernicioſo placere ſanctitas: nec auaro paupertas. Quod ſi ad illud Petri dictum, Ecce nos reliquimus omnia, animum attenderent, profecto viderent, nullum ab initio ſæculi perfectius hoc relictum poſteris exemplum paupertatis. Facile eſt enim non adeptas diuitias contemnere, ſed poſſeſſas relinquere haud hominibus noſtri temporis perſuaſibile. Diſcant itaque mundi amatores huius vnius exemplo, magis velle ſubeſſe, quam præeſſe: vt ſic dominum ſequantur, qui ſe ſuis Apoſtolis tanquam miniſtrum exhibebat. Alioqui profecto timendum, ne in profundos demerſi cruciatus, & ipſi ſerpentibus, ac vermibus pabulum miniſtrent. Huius pontificis tempore, ſanctus ordo Cœleſtino-

rum

rum initium ſanctitatis dedit. Cuius primus inſtitutor Cœleſtinus, ſuis ſummæ humilitatis exemplum reliquit. Quod imitantes qui eius ordinis ſunt, non ſecus ac fœtida ſtercora, magiſtratus, atque honores a ſe procul repellunt. Quam ob rem ad hæc vſque tempora, multis monachis ab inſtituto collabentibus, firmuſque eorum permanet ordo. Hæc Laziardus Cœleſtinus.

Sperabam huius pontificis præconio ordinis ſui prima inſtituta apponere, id autem minimè licuit, quod tamen à patribus euſdem regulæ commodè fieri potuiſſet, quorum opera quædam hic acceſſerunt quæ noſtris ſcholiis nõ aduerſabuntur.

Exemplar electionis D. Petri Murronenſis in Pontificatum.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris & filij & ſpiritus ſancti, Amẽ. Nos miſeratione diuina frater Latinus Oſtiẽſis, Geraldus Sabinẽſis, Ioanes Tuſculanenſis, & Frater Matthæus Portuenſis Epiſcopi: Hugo tituli ſanctæ Sabinæ, Petrus tituli ſancti Martini, presbyteri: Matthæus ſanctæ Mariæ in porticu, Iacobus ſanctæ Mariæ, Neapoleo ſancti Adriani, & Petrus ſancti Euſtachij diaconi Cardinales. Notum facimus, quòd anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimoquarto, menſe Iulij, die lunæ, quinto menſis eiuſdem, Apoſtolica ſede per obitum fœlicis recordationis domini Nicolai Papæ quarti vacante: poſt diuerſos tractatus diuerſis temporibus habitos per nos, ſuper electione ſummi Pontificis, quibus optatus non acceſſit effectus, in cõmuni conſiſtorio ſolito more conuenimus, abſente venerabili fratre noſtro, Petro, tituli Sancti Marci presbytero ſupradicto, qui erat in hoſpitio ſuo, infirmitate ſeu debilitate detentus. Demum inter nos ex inſperato ſeu improuiſo, de venerabili ac religioſo patre, Fratre Petro de Murrhone ordinis S. Benedicti, celebris ſanctitatis viro, habita mentione, omnes qui tunc præſentes eramus in conſiſtorio ſupradicto ad perſonam eius intentæ conſiderationis intuitum dirigentes, in ipſum quaſi diuinitus inſpirati, non ſine lachrimarum effuſione, nullo prorſus diſcordante conſenſimus. Et venerabiles fratres noſtros, dominos Ioannem epiſcopum Tuſculanenſem, Hugonem & Iacobum prælibatos, ad præfatum Petrum presbyterum cardinalem tranſmiſimus, perſcrutandum ſuper huiuſmodi negotio votum ſuũ qui eiuſdem fratris Petri audito nomine, deuotè conſenſit. Similiter in eundem prout iidem Cardinales ad eum tranſmiſſi, ſicut præmittitur, in noſtra præſentia retulerunt. Nóſque volentes efficacius procedere in hac parte, venerabili fratri epiſcopo Oſtienſi prædicto eligendi ſuo & omnium noſtrûm nomine memoratum fratrem Petrum de Murrhone in Eccleſiæ Romanæ pontificem & paſtorem, plenam & liberam viua voce conceſſimus poteſtatem. Qui poteſtate ipſa recepta, nobis præſentibus, vt præmittitur, eam ilico efficaciter adimpleuit, eundem ſuo & noſtro nomine ex poteſtate ſibi tradita, in Romanum pontificem eligendo, ac nos electionem de dicto fratre Petro factam per eundem epiſcopum Oſtienſem ratam habentes, eundem fratrem Petrum de Murrhone, licet abſentem, deuotè recipimus in noſtrum & eiuſdem Romanæ ac vniuerſalis eccleſiæ epiſcopum & paſtorem. In cuius rei teſtimonium, & euidentiam pleniorem, præſentem ſcripturam fieri fecimus, noſtriſque muniri ſigillis, & ſubſcriptionibus roborari.

Actum Peruſii. Anno, menſe & die prædictis.

Literæ ab Electoribus Pontificijs ad D. Petrum Murrhonenſem eremitam ſcriptæ, quibus & ipſum canonicè electum fuiſſe ſignificant, & vt electioni aſſentiat expoſtulant.

Sanctiſſimo Patri, & Domino, Reuerendo fratri Petro de Murrhone, ordinis S. Benedicti, diuina prouidentia in Romana eccleſia ſummo electo pontifici, miſeratione diuina Epiſcopi, presbyteri, & Diaconi ſacroſanctæ eccleſiæ Cardinales, pedum oſcula beatorum. Si diffuſam facti materiam, ſolliciti calami perſequeremur officio, & præſentis negotij qualitatem condigna ſerie ponderaremus, prolixi vtique telam dictaminis nos ordiri contingeret, amplóque tenore formare paginam, veſtræ ſanctitatis clementiæ dirigendam. Sed ne prolixitate verborum, aut multiplicatis eloquiis, veſtrum prægrauemus auditum: proceſſum per nos in eodem negotio habitum vobis ſub compendio referamus. Vacante ſiquidem apoſtolica ſede, per

obitum

obitum, fœlicis recordationis, domini Nicolai, papæ 4. Nos poſt diuerſos tractatus, diuerſis temporibus, per noſtræ ſolicitudinis ſtudium ſuper electione Sum. Pont. habitos, quibus optatus non acceſſit effectus, in communi conſiſtorio, ſolito more conuenimus, & tandem inter nos ex inſperato, ſeu improuiſo, de vobis habita mentione, omnes ad perſonam veſtram, meritorum virtute conſpicuam, intentæ conſiderationis aciem dirigentes, in vos operante illo, qui fidelium mentes vnius efficit voluntatis, non ſine lachymarum effuſione conſenſimus, prout in decreto, ſuper hoc confecto plenius & ſerioſius continetur. Cum itaque decretum ipſum vobis per venerabiles fratres Archiepiſcopum Lugdunenſem, Vrbeuentenſem & Portuenſem Epiſcopos, & dilectos filios, Magiſtros Franciſcum Aleapoleonis de vrbe, ac Guillermum de Mandagato, apoſtolicæ ſedis notarios, exhibitores patentium fiducialiter deſtinemus: ſanctitati veſtræ inſtantiſſime ſupplicamus, & ex intimo cordis affectu depoſcimus, quatenus profunda & ſedula meditatione penſantes, quòd huiuſmodi celebrata de vobis electio, illo qui vbi vult ſpirat inſpirante, proceſſit. attendentes inſuper neceſſitatem multiplicem, non ſolum Romanæ matris eccleſiæ, quæ longè vacationis diſpendia pertulit ſed etiam totius gregis dominici, iam diu paſtoris commodo deſtituti, innumera quoque pericula quibus vniuerſalis eccleſia ſubiacere dignoſcitur, niſi eis per Ieſu Chriſti domini noſtri Vicarium obuietur, vóſque diuinis diſpoſitionibus, prout decet, ſanctitatem veſtram mente humili coaptantes electioni prædictæ tam laudabiliter, tantaq; concordia celebratæ, pium velitis accommodare conſenſum lætificaturi ſubinde, per veſtram deſideratam præſentiam filiorum veſtrorum, qui ſumus nos, animos ſitibundos, vt quod per nos, pia intentione noſcitur incheatum, per vos votiuum & celebrem ſortiatur effectum. Datum Peruſij, quinto Idus Iulij anno domini 1294.

Pontificatus huius abdicationem admirandam, & nunquam antea auditam multi in contemptum Cœleſtini traduxerunt ad regiminis imperitiam, & demiſſi nimium animi indolem. Viri tamen emunctiſſimæ naris, & accurrati iudicij factum hoc longè ſecus interpretati ſunt, & ſine diuini numinis cõſilio id eueniſſe teſtantur. Nam Danthes licentioris linguę & contumelioſiſſimus Siccophanta in eos quorum facta minus ſuo arrident palato puſillanimitate victum Cœleſtinum Pontificem dignitatem, exuiſſe cornicatur. Aſt ęquiore ſententia Petrarcha ſhanc renunciationem ſcriptis retulit. Ego (inquit) prorſus altiſſimi cuiuſdam & liberrimi, iugúmque neſcientis, ac vere cœleſtis animi factum reor: atque ita ſentio, non potuiſſe id ab homine fieri, niſi qui res humanas iuſto precio æſtimaſſet, quique tumidum fortunæ caput pedibus ſubieciſſet. Ambroſij patrocinio locus eget, ex eo præſertim libro, quo ad veræ humilitatis obſeruantiam, ſacram virginem Demetriadem cohortatur. Non vt dilectores (ait) huius ſæculi putant, parui cordis aut ſegnis eſt animi, terrenas opes ſpernere, honores occiduos faſtidire, nec ibi gloriam quærere vbi laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Vnde ſi verè intelligatur contemptus iſte rerum præſentium, ad quæ tendat, & qualia concupiſcat, nihil huiuſmodi mentibus rectius nihil inuenietur diuinius, vt quæ ſacratiſſimis deſyderiis vniuerſa tranſcendant: neque ad vllum creaturæ honorem quamuis potentem atque admirabilem, ſed ad ipſum omnium viſibilium atque inuiſibilium aſpirent creatorem: cui proximum fieri, clareſcere: eſt quem timere, gaudere eſt, ſeruire, regnare eſt.

Huius pręconio laudis quis vſquam quęſo, dignior Cęleſtino? Reliquerunt alij nauiculas ſuas ac retia, alij poſſeſſiunculas, alij thelonęum, alij etiam regna & regnorum expectationes, ſequuiique Chriſtum dominum, facti ſunt apoſtoli, facti ſunt amici Dei. Papatum verò, quo nihil eſt altius, rem tam exoptatam, támque admirabilem, vt ab admiratione ac ſtupore dictum ferant, quis vlla ętate, pręſertim ex quo tanto in precio eſſe cœpit, tam mirabili, támque excelſo animo contempſit, quàm Cęleſtinus, priſtinum & nomen, & locqm, & amicam bonis moribus egeſtatem appetens & repetens, atque dum cœlum ſuſpiciens, terrę immemor? Hęc Petrarcha. Cuius quidem teſtimonio hoc magis crediderim, quod eſt diuino miraculo comprobatum. Maiora ediſcere qui cupiet de vita & moribus Sanctiſſimi Cœleſtini is conſulat ea quæ in eius Viographia ampliſſimè traduntur

BONIFACIVS

BONIFACIVS OCTAVVS

Benedictus Caietanus patria Hernicus à Martino Gallo Cardinalitium munus adeptus, Neapoli in ipſis Natalis Domini feriis Pontifex creatur & coronatur Romæ 16. Cal. Februarij 1295. Sextum librum Decretalium digeſſit, illúmque in ſcholis interpretari & in foro obſeruari mandauit. Annum Iubilæi centeſimo quolibet anno celebrandum primus inſtituit. Philippum Regem Franciæ & Columnenſes Anathemate percuſſit.

I.

Pro pecuniariis debitis Ciuitatibus aut Prouinciis non debet interdicti cenſura infligi.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

PROVIDE attendentes, quòd vt frequentius, quamuis non ſine cauſa, ſiue culpa, tamen multorum interdicti ſententiæ proferuntur. Quod ſibi nonnulli iudices nimis prompti ad proferendas eaſdem, etiam in negotiis, ſiue cauſis, quæ plus interdum ex cupiditatis, quàm ex charitatis radice, perſpicuis indiciis procedere arguuntur, quódque tempore interdicti diuina organa ſuſpenduntur, & laudes Dei, nec eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantur, vt ſolent, tolluntur mortuis, ſeu muniuntur ſuffragia, præſertim per oblationem frequentem hoſtiæ ſalutaris, adoleſcentes & paruuli percipientes rariùs ſacramenta, minus inflammantur, conſolidantur in fide fidelium, tepeſcit deuotio, hæreſes pullulant, & multipliciter periculum animarum: præſentis conſtitutionis prouidemur edicto, vt prouincia, ciuitas, caſtrum, villa, locus, territorium vel diſtrictus, auctoritate ordinaria, vel delegata non ſupponantur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiuſuis monetæ, vel pecuniæ quantitate, ſub quacunque occaſione, vel cauſa, ſeu quouis quæſito colore, pro eo maximè, quòd ipſorum domini rectores, ſeu officiales, quocunque nomine cenſeantur, aut incolæ ſeu inhabitatores, quòd ſingulares perſonæ ipſorum ſtatutis, vel ſtatuendis, ordinatis, vel ordinandis terminis huius, ſeu quantitatem non ſoluerint hactenus, aut inantea non perſoluent. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, ſi ſecus hactenus contigerit attentari, illúdque reuocamus omninò. Non obſtan. quibuſcunque contractibus, obligationibus, pactis, conuentionibus, compoſitionibus, ſubmiſſionibus, fideiuſſionibus, concenſibus, proceſſibus, & ſententiis ſuper his habitis, vel habendis, iuramentorum, pœnarum ſpiritualium, & temporalium, ſeu mulctarum, vel quacunque alia firmitate vallatis, niſi talis ſuppoſitio interdicti hactenus foret facta, vel inantea fieret de apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali & expreſſa, per ipſius ſedis patentes literas, apparente. Datum apud Lateranum. Pontificatus noſtri Anno Octauo.

Bonifacius Alexandrum 4. Nicolaum 3. & Martinum 4. ſequutus vt legitur in libro ordinationum antiquarij fol. 59. ſtatuit quod locus nullus interdicti pœna mulctetur pro pecuniario debito. Et Baſil. Conci. non leuiter proferendas interdicti ſententias dicit, cui conuenit text. in extra proinde de ſentent. excomm. in communi.

II.

Academiæ & Archigimnaſij Romani & Doctorum ac ſtudentium priuilegia.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Abbati Monaſterij S. Laurentij extra muros, & Priori Baſilicę ad ſancta Sanctorum, ac Archipreſbytero Eccleſiæ Sancti Euſtachij de Vrbe, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

IN ſupremæ præeminentia dignitatis diuini diſpoſitione Conſilij conſtituti, ad vniuerſas fidelium regiones noſtræ vigilantiæ creditas tanquam Paſtor Dominici Gregis aciem apoſtolicæ conſiderationis extendimus, ad earum profectum quantum nobis ex alto permittitur intendentes: ſed ad vrbium Vrbem, Romanam videlicet ciuitatem, quam diuina clementia ſtatuit caput orbis, eo attentioris medita-

Romanã Academiã Bonifacius multis modis amaſſe dicitur. Oldra. Iuris conſultus huius priuilegij meminit.

Solent ſummi Pontifices Academias variis priuilegiis illuſtrare, quæ ſunt reipublicæ noſtræ ornamenta & propugnacula, ſic & innumeri leguntur fauores Regum & Imperatorum in ſtudiorum gratiam collati Auth. habita. C ne filius pro patre & in l. 1 ff. ſol. matrim. Singulare autẽ illud eſt quod nõ ſolum Romano Gymnaſio ſed & cæteris orbis celeberrimis paſſim conceditur vt ſi quis litem ſtudioſis inferre voluerit, datur iis optio eligendi Iudicem Rectorem nimirum vel Epiſcopum Ioan. Andr. in c. ſi diligenti de for. competent. Et Bald. in d. conſt. habita.

tionis intuitum retorquemus, quo principaliùs in eadem noſtri ſedem apoſtolatus cæleſtis diſpoſitio ſtabiliuit & firmauit Eccleſiæ fundamenta. Hanc profectò nimirum inter cæteras vrbes ſub chriſtianæ religione fidei militantes vberioris affectionis prærogatiua proſequimur, ſtudioſius apoſtolicis munimus præſidiis, & condignis libentiùs gratiis honoramus: ideóque feruenti non immerito deſiderio ducimur, quòd eadem vrbs quam diuina bonitas tot gratiarum dotibus inſigniuit, ſcientiarum etiam fiat fœcunda muneribus, vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diuerſarum facultatum dogmatibus eruditos, ſitque ibi fons ſcientiarum irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuerſis literalibus cupientes imbui documentis. Ad hunc igitur vniuerſalem profectum non ſolum incolarum vrbis ipſius & circumpoſitæ regionis, ſed & aliorum qui præter hoc quaſi continuo de diuerſis mundi partibus confluunt ad eandem, ſtudio paternæ ſolicitudinis intendentes, diligenti ſuper hoc cum fratribus noſtris deliberatione prehabita, de ipſorum conſilio authoritate apoſtolica duximus ſtatuendum, quòd in vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus generale vigeret ſtudium in qualibet facultate, ac docentes & ſtudentes ibidem omnibus priuilegiis libertatibus & immunitatibus conceſſis Doctoribus & Scholaribus in ſtudiis generalibus commorantibus gaudeant & vtantur. Et ne huiuſmodi ipſorum ſtudium quod de bono ſemper in melius dirigi cupimus perturbari contingeret, authoritate prędicta decreuimus, vt Doctores vel Scholares in huiuſmodi Ro. ſtudio commorantes non poſſint inuiti in Cu. Capitolij occaſione qualibet ciuiliter vel criminaliter conueniri, niſi forſan (quòd abſit) homicidium per aliquem vel aliquos de eodem ſtudio Romano perpetrari contingeret: quo caſu Vicarius Rom. Pont. contra Clericos Senator vero vel Senatores qui pro tempore fuerint in vrbe prædicta, contra Laicos procedant, & faciant quod iuſtitia ſuadebit. Nec ad aliquas contributiones in Taliis aut collectis quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ vrbis, ſeu aliqua obſequia communi vrbis ipſius præſtanda, prætextu moræ, quam in eadem vrbe contraherent, vel aliqua pedagia ratione rerum ſuarum quas ad dictum Romanum ſtudium deferri, vel exinde reportari facerent, doctores aut ſcholares eiuſdem Romani ſtudij teneantur, quodque penſiones domorum quas Doctores vel ſcholares in eadem vrbe ſtudiorum cauſa morantes inhabitarēt taxari deberent per duos taxatores, quorum vnum ipſi Doctores & ſcholares, & alterum commune ipſius vrbis eligant, & ſi ij duo concordare nequirent, ſtetur taxationi Tertij taxatoris ab eiſdem Doctoribus & ſcholaribus eligendi, ac vltra taxationem huiuſmodi nihil ab eis poſſit exigi nomine penſionis pro domibus antedictis: Et licet Roma communis ſit patria, ſi tamen quiſpiam litem contra ſcholares peregrinantes cauſa ſtudiorum in illam ſuper aliquo negotio mouere voluerit, huiuſmodi rei optione data ſcholaribus ipſis eos coram domino, aut Magiſtro ſuo vel prædicto Vicario conueniat iuxtà legitimam ſuper hoc editam ſanctionem & qui contrafecerint pœnam dictæ ſanctionis incurrant: Rectores quoque quos Doctores & ſcholares eiuſdem Romani ſtudij pro tempore duxerint eligendos in ipſos Doctores & ſcholares ac familiares ipſorum, tam circa cognitionem & deciſionem cauſarum ciuilium & criminalium ciuiliter motarum & etiam criminaliter in criminibus leuioribus, quam ipſorum corrigendos exceſſus leues, ordinariam obtineant poteſtatem. Vt autem Doctores & ſcholares prædicti eò liberiùs intendere ſtudio valeant, ac proficere, in eodem, quo maioris fuerint gratiæ fauore muniti, ipſis authoritate prædicta conceſſimus, vt dum huiuſmodi ſtudio docendo vel audiendo inſiſterent, fructus, redditus & prouentus omnium beneficiorum ſuorum cum cura vel ſine cura etiam ſi eorum aliqua perſonatus vel dignitates exiſterent, cum e poſſint integritate percipere, quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperent ſi in eccleſiis in quibus illa obtinent perſonaliter reſiderent, & ad reſidendum * in eis interim minime tenerentur, neque ad id à quoquam valeant coarctari, Non obſtan. quibuſcunque ſtatutis & conſuetudinibus contrariis dictarum Eccleſiarum iuramento, confirmatione ſedis apoſtolicæ, vel quacunque firmitate alia roboratis, etiam ſi de illis ſeruandis per ſe vel procuratores ſuos præſtaſſent forſitan iuramentum. Verum quia non ſufficit priuilegiorum

** c. cum ex eo de Elect. in 6. c. relatum de cleric. non reſident.*

rum & indulgentiarum aliquibus dare præſidia, niſi ſint qui ſuper iis eos manuteneant & defendant, cum parum ſit in Ciuitate ius eſſe, niſi qui illud tueatur exiſtat, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios eiſdem Doctoribus, ac ſcholaribus qui eiſdem Romani ſtudij pro tempore fuerint, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eos vel eorum aliquos contra huiuſmodi ſtatuti, conſtitutionis & conceſſionis noſtrarum tenores ab aliquibus moleſtari. Moleſtatores huiuſmodi necnon contradictores quoſlibet & rebelles quicunque & cuiuſcunque conditionis fuerint aut ſtatus, etiam ſi Pontificali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, auctoritate apoſtolica poſtpoſita compeſcendo. Non obſtan. ſupradictis ſeu de duabus dietis, vna edita in cõcilio generali, & noſtra, qua cauetur quod Cõſeruatores à ſede deputati prædicta aliquos vltra vnam dietam à fine diœceſis trahere non præſumant, & quibuſcunque aliquis auctoritate pręſentium non trahatur, aut ſi aliquibus ab eadem ſit ſede indultum vel in poſterum indulgi contingat, quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici non poſſint per litteras apoſtolicas impetratas, vel etiam impetrandas, niſi eædem litteræ impetrandę plenam & expreſſam fecerint de indulto huiuſmodi mentionęm, & quibuſlibet literis & indultis apoſtolicis per quas præſentibus non expreſſas vel totaliter non inſertas noſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte poſſet quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris literis mentio ſit habenda. Volumus autem quòd quilibet veſtrum etiam ſuper negotio per collegam ſuum in hac parte primitus inchoato ſe intromittere valeat, & procedere in eodem, prout & quotiens fuerit opportunum Dat Anagniæ Anno incarnationis dominicæ Milleſimo Trecenteſimo tertio. Octauo Idus Iunij, Pont noſtri anno nono.

Ex hiſtoriographis multi inueniuntur qui dicendi & ſcribendi eloquentia abutantur ad animorum inuidorum ſaturandum odium, eorum precipuè qui nullum fœlicius lucrum accidiſſe exiſtimant quam quod in Eccleſiæ detrimentum vergit. In eorum numero meo Iudicio cenſentur illi omnes qui dicunt quod Bonifacius intrauit in Pontificatus adminiſtrationem vt Vulpes, regnauit vt Leo periit vt canis. Dicam enim ingenuè ita vt vere hunc Pontificem præclara multa geſſiſſe mortémque ipſi indigniſſimè illatam. Cuius authores graui anathematis fulmine perculſi triſtes duxerunt vitæ exitus vt legimus apud Sanderum de viſibili monarchia. Philipphus enim Rex Gallorum pulchri cognomine dictus intercurrẽte apro inter ſui equi crura mortuus eſt. Tres autem filij eius vnus poſt alium breui ſpacio regnarunt eorúmque omnium vxores in adulterio deprehenſæ ſunt. Et hoc ideo ſcriptum eſt vt hoc exemplo cæteri obſeruent illico oraculum nolite tangere Chriſtos meos. Benedictus Bonifacij ſucceſſor vir ſanctæ vitæ, qui etiam miraculis dicitur claruiſſe violatores Pontificis excommunicat, cum Rege verò Franciæ pacem init.

Pontifex ſupradictus obiit Romæ 1. id. Octobris 1303. & ſepultus fuit in Baſilica S. Petri in tumulo vermiculato quem ſibi viuens fieri curarat.

BENEDICTVS XI.

VIX nobis poterit opitulari excuſatio illa qua profitemur quoſdam ſummos Pontifices tam breui dierum intercapedine vixiſſe vt mors prius nota fuerit quam regnum, nullaſque ideo potuiſſe ſtatuere conſtitutiones, & quamuis octo tantũ menſes duxerit hic Pontifex in cathedra Petri non deerunt qui noſtrã accuſent ingratã negligentiam quod nulla vitę eius monumẽta referamus cum tamen conſtet variis chronologiis illum tam paucis diebus multa in Eccleſiæ commodũ edidiſſe. Me in ius vocabunt Dominicani quod hoc ordine præteritę ſint conſtitutiones Benedicti 11. Hominum non vulgarium opera vſus ſum quo poſſem aliquid earũ hic adſcribere, ſed nequaquam licuit quod licere expedibat, neſcio quo fato exciderint aut qua negligentia inter Bibliothecarum cineres deliteſcant. Nõ fruſtrabitur tamen noſtro Eulogio ſanctiſſimus Pontifex quem ob amplitudinem & integritatem doctrinę & virtutis orbis admiratus eſt. Is à pueritia educatus fuit Venetiis & pædagogi miſerum viuendi genus exercuit Hinc ordinem Prędicatorum profeſſus & in eo magna promeritus honorum inſignia tãdem Cardinalitio galero à Bonifacio octauo donatus eſt. Deinde in ipſis conclauis et collegarum comitiis Romanus Pontifex electus eſt nouumq; dignitatis, augurium ei congratula-

tur humili & tanto rege digna Epiſtola Philippus Pulcher qua præcipuæ laudes huius Pontificis per Epitomen veluti comprehenduntur.

Sanctiſſimo patri in domino Benedicto diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis eccleſiæ ſummo Pontifici, Philippus Dei gratia Francorum Rex deuota pedum oſcula beatorum. Benedictus dominus Deus Iſrael, qui viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui. Qui facit mirabilia magna ſolus. Qui cœleſtia pariter & terrena ſalubri moderamine dirigens, ac perpetua ratione gubernans in hac valle miſeriæ miſerationes innumeras liberalis in gratiis & in miſericordia copioſus exercet: ipſe quidem circa eccleſiam ſuam ſanctam Petri nauiculam, matrem fidelium, Chriſti ſponſam, quam à fundationis initio ſplendore virtutum mirabiliter illuſtrauit, piè ſemper continuans miſerationis affectum, & paternæ exequens pietatis officium: licet eam in pelago mundi huius intumeſcentium vndarum fluctibus agitari, & procellis concuti patiatur, ad tempus ipſam ſubmergi vel periclitari naufragio non permittat, continuum ſemper impendens in tribulatione ſolatium, in turbatione leuamen, & in aduerſitate ſuccurſum, ſicut rerum euentus ac ſuccedentium experimenta temporum manifeſtè declarant. Cùm enim eccleſia ipſa diebus nuper præteritis poſt oppreſſiones & afflictiones multimodas, & graues quaſi parturientis anguſtias, quas ex malitia præſidentis in ea mercenarij ſub vmbra paſtorum longo tractu temporis diſcriminoſi pertulerat, quàm proſtrata & naufragio proxima videretur propria virtute deficere. Ipſe pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis ad ipſius ſtatum miſerabilem & lugubrem pie dirigens compaſſionis affectum, & ad releuationem ipſius ſuæ potentiæ dexteram clementer extendens, ipſam ab opprobrioſæ captiuitatis ærumnis dignanter eripuit, à deplorandæ viduitatis incommodis miſericorditer liberauit, dato ſibi cœlitus noui ſponſi ſolatio Benedicti, qui vt nomini rem conformet, & præteritis futura continuet, opera Deo grata ſperatur & hominibus placitura facturus. Exultet igitur eadem ſacroſancta mater eccleſia, & in iubilum ſupernæ laudis aſſurgat, tenebrarum ſemota caligine ſe nouæ lucis radio illuſtratam & abiecto iugo tyrannicæ ſeruitutis ſtatus debiti & priſtinæ libertatis reſumpſiſſe decorem iocundetur, depoſito vidualis deſolationis iubilo lætitiæ nuptialis illuxiſſe ſerenum, nouum adepta paſtorem, ſuæ ſterilitatis opprobrij redemptorem. Exultet præcipue ſacer prædicatorum ordo ſe talem & tantum filium peperiſſe, alumnũ nutriuiſſe tam inclitum, tam præclarum, quàm patrem orbis, & fidei ſucceſſorem Petri, Chriſti vicarium in ſupremo ſede iuſtitiæ ſolio gloriatur. Lætetur & iubilet quòd ex eius horto arbor iſta fructifera prodiit, quæ in domo domini fœliciter complantata fructum datura creditur ſuo tempore gratioſum. Lætetur inſuper totum orbem ex eius gremio ſuſcepiſſe nouum patrem pauperum, & diſpenſatorem prouidum fidelium animarum, qui ſicut multum apud Deum, ſic apud homines proficit in honore. Lætabundus exultet chorus fidelium fide: orthodoxæ cultorúmque fides ipſa, quo ex nefandis prædeceſſoris actibus, deteſtandis operibus & pernicioſis exemplis obnubilata ſui luminis claritate, quæ minabatur excidium, per ſanctitatis & vitæ merita & virtutum exercitia laudabilia ſucceſſorum quibus ab ouili claruiſſe dignoſcitur, reformationis accommodæ incremẽta ſalubria ac fulgorem ſolitæ claritatis creditur reſumptura. Lætetúrque pacis optatæ dulcedinem, quam per iniquos exceſſus potius quàm proceſſus temerarij, abuſorum quaſi extra terminos exulabat. Iſte fidelis teſtamenti dominici executor ad priſtini ſtatus ſolum procurationem totique mundo ſpiritualis & temporalis commoda quietis afferre probabiliter exiſtimatur. Nos autem pro bonis affectibus exultamus, qui meretricalia deliramenta perplexi diutius patrem confidimus ſucceſſiuè beniuolum, qui prædeceſſoris erronea corrigat, malefacta reformet, pacem nutriat, iuſtitiam foneat, & diligat æquitatem, in cuius affectione, ſincera deuotionis filialis, in cuius deuotione filiali paterna benignitas conquieſcet, ſed ex eo præcipue materia nobis gaudij & exaltationis accreſcet, quod regiminis noſtri in apoſtolica ſede virum ſedere conſpicimus, bonorum omnium, ſicut fama teſtatur & publicat, nitore conſpicuum, virtutum ſpeculum, & ſanctitatis exemplar: virum vtique ſecundum cor noſtrum, qui non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Dei, ad Catholicæ fidei & vniuerſalis eccleſiæ bonorum exultationis incrementa fœlicia, ac ſtatum proſperum & quietum totius populi Chriſtiani, & promotionem fœlicem negotij terræ ſanctæ ducitur puro zelo. Igitur pro tam dignæ, tam ſalubris & vtilis prouiſionis euentu, bonorum omnium largitori ad laudes & gratias in humilitatis ſpiritu aſſurgentes, eius imploramus deuotè clementiam: vt qui vos ad regimen eccleſiæ ſanctæ ad dandam ſalutis ſcientiam plebi ſuæ, ad ſupernæ dignitatis honorem pia miſeratione prouexit, ſic credita

vobis multiplicatione talenta concedat: ſic in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo & in vitam pacis dirigat greſſus veſtros: quod poſt regiminis præſentis excurſum ad cœleſtis gloriæ ſolium vna cum grege vobis commiſſo clementi pietate perducat, iudicaturum cum cæteris ſanctis ſuis omnis orbis terræ omnium nationes. Cæterùm nos & regnum cuius moderamini diſponente domino præſumus, & eccleſiam Gallicanam ſanctitatis veſtræ fauoribus fiducialiter commendamus, & ad exponendum perfectiùs & pleniùs exhibendum beatitudini veſtræ omnimodæ reuerentiæ & deuotionis indicia ecce dilectos & fideles Bernardum dominum Mercolij, magiſtrum Petrum de Bellapertica canonicum Carnotenſem, & Guilielmum de Pleſſiano militem, nuncios noſtros ad ſanctitatis veſtræ præſentiam deſtinauimus, quos benignè recipere, ac eorum relatibus paterna clementia audientiam præbere placidam, & fidem non dubiam adhibere.

Amicum & beneuolum Piis Gallorum regibus ſeſe præſtitit, nihil autem infenſiùs habuit factioſis quibuſdam hominibus. De interfectoribus Bonifacij quæſtionem egit. Pôtifex fuit iuſti, & æqui ſtudioſus. Affines & cõſanguineos ditari cupientes bonis Eccleſiæ repulit Miraculis editis poſteritati teſtatus eſt, quanta virtute commendata ſit eius vita. Intoxicatis ficubus impoſtura quorundam perfidorum extinctus eſt. Solenni Pompa funeris in Eccleſia Fratrũ Prædicatorum marmoreo ſepulchro ſepultus eſt. 12. Calendas Maij. 1304.

CEMENS QVINTVS

Bertrandus Vaſco Burdegalenſis Archiepiſcopus Peruſij Pontifex eligitur, & propter incenſos in Italia Belli motus & exulceratiſſima ſeditionum vulnera quibus mederi non poterat Curiam Romanam in Gallias tranſtulit, & Auenione Pontificiam cathedram euexit ſummo Reipublicæ Chriſtianæ incommodo. Clementinas congeſſit. Templariorum ordinem patrum decreto in Concilio Viennenſi deleuit. Pontificatus Celſitudinem auſpicatus eſt multorum Cardinalium conuentu, & Regis Gallorum procerúmq; concurſu Lugduni die ipſo Martino ſacro in Eccleſia ſancti Iuſti extra muros.

I.

Petri Cœleſtini Pontificis Romani Canonizatio.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus Fratribus vniuerſis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos Literæ iſtæ peruenerint, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia, abſque numero Dei filius, increata ſapientia, verbum patris: qui olim à principio vna cum patre & ſancto ſpiritu ex ſe ex nihilo mundum efficiens diſpoſitione ſuaui conuertit, produxit omnia ſecundum gradus ſuis naturis congruos: cœlum repleuit angelis, hominem ad imaginem ſuam factum perfundendo gratia ſydereis manſionibus dignum fecit. Nouiſſimè diebus iſtis, antiqua innouando ſigna immutando mirabilia, ſtupendum, mirandúmque opus ipſe fecit altiſſimus, gloriam maieſtatis diuinæ clamans altiſonè: perfundens ſponſam ſuam eccleſiam nouo genere gaudiorum. Ecce namque noui confeſſoris inſignia mundo prodeunt: præclara merita mundi defluentis viatoribus patefiunt, ſanctitatis eius magnitudinem grandia miracula proloquuntur: quæ ipſum probant indubie in deliciis paradiſi intra ſecreta Dei cubicula plenam habere requiem poſt laborem. Et rectè quidem. Nam qui in terris non ceſſauit ma-

* *Petrus Cœleſtinus ex Eſernia colonia regionis Aprutij terræ laboris originem duxit. Pater eius nomine Angelerius, ex Maria vxore pia, vndecim filios inſtar patriarchæ Iacob habuit quorum Cœleſtinus vndecimus fuit.*

tur humili & tanto rege digna Epiſtola Philippus Pulcher qua præcipuæ laudes huius Pontificis per Epitomen veluti comprehenduntur.

Sanctiſſimo patri in domino Benedicto diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis eccleſiæ ſummo Pontifici, Philippus Dei gratia Francorum Rex deuota pedum oſcula beatorum. Benedictus dominus Deus Iſrael, qui viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui. Qui facit mirabilia magna ſolus. Qui cæleſtia pariter & terrena ſalubri moderamine dirigens, ac perpetua ratione gubernans in hac valle miſeriæ miſerationes innumeras liberalis in gratiis & in miſericordia copioſus exercet: ipſe quidem circa eccleſiam ſuam ſanctam Petri nauiculam, matrem fidelium, Chriſti ſponſam, quam à fundationis initio ſplendore virtutum mirabiliter illuſtrauit, piè ſemper continuans miſerationis affectum, & paternæ exequens pietatis officium: licet eam in pelago mundi huius intumeſcentium vndarum fluctibus agitari, & procellis concuti patiatur, ad tempus ipſam ſubmergi vel periclitari naufragio non permittat, continuum ſemper impendens in tribulatione ſolatium, in turbatione leuamen, & in aduerſitate ſuccurſum, ſicut rerum euentus ac ſuccedentium experimenta temporum manifeſtè declarant. Cùm enim eccleſia ipſa diebus nuper præteritis poſt oppreſſiones & afflictiones multimodas, & graues quaſi parturientis anguſtias, quas ex malitia præſidentis in ea mercenarij ſub vmbra paſtorum longo tractu temporis diſcriminoſi pertulerat, quàm proſtrata & naufragio proxima videretur propria virtute deficere. Ipſe pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis ad ipſius ſtatum miſerabilem & lugubrem pie dirigens compaſſionis affectum, & ad releuationem ipſius ſuæ potentiæ dexteram clementer extendens, ipſam ab opprobrioſæ captiuitatis ærumnis dignanter eripuit, à deplorandæ viduitatis incommodis miſericorditer liberauit, dato ſibi cœlitus noui ſponſi ſolatio Benedicti, qui vt nomini rem conformet, & præteritis futura continuet, opera Deo grata ſperatur & hominibus placitura facturus. Exultet igitur eadem ſacroſancta mater eccleſia, & in iubilum ſupernæ laudis aſſurgat, tenebrarum ſemota caligine ſe nouæ lucis radio illuſtratam & abiecto iugo tyrannicæ ſeruitutis ſtatus debiti & priſtinæ libertatis reſumpſiſſe decorem iocundetur, depoſito vidualis deſolationis iubilo lætitiæ nuptialis illuxiſſe ſerenum, nouum adepta paſtorem, ſuæ ſterilitatis opprobrij redemptorem. Exultet præcipue ſacer prædicatorum ordo ſe talem & tantum filium peperiſſe, alumnū nutriuiſſe tam inclitum, tam præclarum, quàm patrem orbis, & fidei ſucceſſorem Petri, Chriſti vicarium in ſupremo ſede iuſtitiæ ſolio gloriatur. Lætetur & iubilet quòd ex eius horto arbor iſta fructifera prodiit, quæ in domo domini fœliciter complantata fructum daturа creditur ſuo tempore gratioſum. Lætetur inſuper totum orbem ex eius gremio ſuſcepiſſe nouum patrem pauperum, & diſpenſatorem prouidum fidelium animarum, qui ſicut multum apud Deum, ſic apud homines proficit in honore. Lætabundus exultet chorus fidelium fidei orthodoxæ cultorúmque fides ipſa, quo ex nefandis prædeceſſoris actibus, deteſtandis operibus & pernicioſis exemplis obnubilata ſui luminis claritate, quæ minabatur excidium, per ſanctitatis & vitæ merita & virtutum exercitia laudabilia ſucceſſorum quibus ab ouili claruiſſe dignoſcitur, reformationis accommodæ incremēta ſalubria ac fulgorem ſolitæ claritatis creditur reſumptura. Lætetúrque pacis optatæ dulcedinem, quam per iniquos exceſſus potius quàm proceſſus temerarij, abuſorum quaſi extra terminos exulabat. Iſte fidelis teſtamenti dominici executor ad priſtini ſtatus ſolum procurationem totique mundo ſpiritualis & temporalis commoda quietis afferre probabiliter exiſtimatur. Nos autem pro bonis affectibus exultamus, qui meretricalia deliramenta perplexi diutius patrem confidimus ſucceſſiuè beniuolum, qui prædeceſſoris erronea corrigat, malefacta reformet, pacem nutriat, iuſtitiam foueat, & diligat æquitatem, in cuius affectione, ſincera deuotionis filialis, in cuius deuotione filiali paterna benignitas conquieſcet, ſed ex eo præcipue materia nobis gaudij & exaltationis accreſcet, quod regiminis noſtri in apoſtolica ſede virum ſedere conſpicimus, bonorum omnium, ſicut fama teſtatur & publicat, nitore conſpicuum, virtutum ſpeculum, & ſanctitatis exemplar: virum vtique ſecundum cor noſtrum, qui non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Dei, ad Catholicæ fidei & vniuerſalis eccleſiæ bonorum exultationis incrementa fœlicia, ac ſtatum proſperum & quietum totius populi Chriſtiani, & promotionem fœlicem negotij terræ ſanctæ ducitur puro zelo. Igitur pro tam dignæ, tam ſalubris & vtilis prouiſionis euentu, bonorum omnium largitori ad laudes & gratias in humilitatis ſpiritu aſſurgentes, eius imploramus deuotè clementiam: vt qui vos ad regimen eccleſiæ ſanctæ ad dandam ſalutis ſcientiam plebi ſuæ, ad ſupernæ dignitatis honorem pia miſeratione prouexit, ſic credita

vobis multiplicatione talenta concedat: ſic in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo & in viam pacis dirigat greſſus veſtros: quod poſt regiminis præſentis excurſum ad cœleſtis gloriæ ſolium vna cum grege vobis commiſſo clementi pietate perducat, iudicaturum cum cæteris ſanctis ſuis omnis orbis terræ omnium nationes. Cæterùm nos & regnum cuius moderamini diſponente domino præſumus, & eccleſiam Gallicanam ſanctitatis veſtræ fauoribus fiducialiter commendamus, & ad exponendum perfectiùs & pleniùs exhibendum beatitudini veſtræ omnimodæ reuerentiæ & deuotionis indicia ecce dilectos & fideles Bernardum dominum Mercolij, magiſtrum Petrum de Bellapertica canonicum Carnotenſem, & Guilielmum de Pleſſiano militem, nuncios noſtros ad ſanctitatis veſtræ præſentiam deſtinauimus, quos benignè recipere, ac eorum relatibus paterna clementia audientiam præbere placidam, & fidem non dubiam adhibere.

Amicum & beneuolum Piis Gallorum regibus ſeſe præſtitit, nihil autem infenſiùs habuit factioſis quibuſdam hominibus. De interfectoribus Bonifacij quæſtionem egit. Pōtifex fuit iuſti, & æqui ſtudioſus. Affines & cōſanguineos ditari cupientes bonis Eccleſiæ repulit Miraculis editis poſteritati teſtatus eſt, quanta virtute commendata ſit eius vita. Intoxicatis ficubus impoſtura quorundam perfidorum extinctus eſt. Solenni Pompa funeris in Eccleſia Fratrū Prædicatorum marmoreo ſepulchro ſepultus eſt. 12. Calendas Maij. 1304.

CEMENS QVINTVS

Bertrandus Vaſco Burdegalenſis Archiepiſcopus Perūſij Pontifex eligitur, & propter incenſos in Italia Belli motus & exulceratiſſima ſeditionum vulnera quibus mederi non poterat Curiam Romanam in Gallias tranſtulit, & Auenione Pontificiam cathedram euexit ſummo Reipublicæ Chriſtianæ incommodo. Clementinas congeſſit. Templariorum ordinem patrum decreto in Concilio Viennenſi deleuit. Pontificatus Celſitudinem auſpicatus eſt multorum Cardinalium conuentu, & Regis Gallorum procerúmq; concurſu Lugduni die ipſo Martino ſacro in Eccleſia ſancti Iuſti extra muros.

I.

Petri Cœleſtini Pontificis Romani Canonizatio.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus Fratribus vniuerſis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos Literæ iſtæ peruenerint, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia, abſque numero Dei filius, increata ſapientia, verbum patris: qui olim à principio vna cum patre & ſancto ſpiritu ex ſe ex nihilo mundum efficiens diſpoſitione ſuaui conuertit, produxit omnia ſecundum gradus ſuis naturis congruos: cœlum repleuit angelis, hominem ad imaginem ſuam factum perfundendo gratia ſydereis manſionibus dignum fecit. Nouiſſimè diebus iſtis, antiqua innouando ſigna immutando mirabilia, ſtupendum, mirandúmque opus ipſe fecit altiſſimus, gloriam maieſtatis diuinæ clamans altiſonè: perfundens ſponſam ſuam eccleſiam nouo genere gaudiorum. Ecce namque noui confeſſoris inſignia mundo prodeunt: præclara merita mundi defluentis viatoribus patefiunt, ſanctitatis eius magnitudinem grandia miracula proloquuntur: quæ ipſum probant indubie in deliciis paradiſi intra ſecreta Dei cubicula plenam habere requiem poſt laborem. Et rectè quidem. Nam qui in terris non ceſſauit ma-

** Petrus Cœleſtinus ex Eſernia colonia regionis Aprutij terræ laboris originem duxit. Pater eius nomine Arigelerius, ex Maria vxore pia, vndecim filios inſtar patriarchæ Iacob habuit quorum Cœleſtinus vndecimus fuit.*

gnifice de virtute progredi in virtutem, dignus eſſe dignoſcitur, qui in cœlis terras deſerens, gloriam domini reuelata facie ſpeculetur. Ob hoc beatorum ſpirituum agminā exultant in gaudio: dum vir ſanctus ſolari fulgore coruſcus, ipſis inſeritur, & de ipſo portante gloriam, ſacratus horum numerus, quem cadentium ruina minuerat, integratur. Applaudunt & cœli, cum ei gradienti in virtute ſurſum patulum præbent iter: ipſi regnanti Deus in ipſis æthercam ſedem parat. Plaudat ergo & iubilet canora voce ſponſa Chriſti mater eccleſia, dum quem genuit vnda baptiſmatis, & aluit vbere piæ matris, quem & patrem in mundo habuit & paſtorem lætabunda glorioſum mittit ad ſuperos: cum de ſe horto irrigato diuinitus, ipſum vt lilium candoris niuei vernantem roſam odoris eximij feſtiuè diuinis conſpectibus repræſentat. O quàm fœlix es Prouincia terræ laboris, quæ probaris talem & tantum produxiſſe palmitem, inhærentem firmiſſimæ Chriſti viti. Cuius propagines odore miræ ſanctitatis diffuſo extenduntur vſque ad fines orbis: eiuſque ex vuis expreſſus vini liquor deuotorum corda lætificans, ad amorem Dei mundanorum mentes allicit, & inflammat. Sanè beatus Petrus, de prædicta prouincia terræ laboris traxiſſe fertur originem, ex honeſtis parentibus, catholicis, & deuotis.

Hic edoctus cum Tobia Deum timere ab infantia, & abſtinere à vitiis, illecebras mundi conſiderans, quæ plerúmque humanas mentes dum leniunt, vulnerant vinciunt, & captiuant: poſitus in ætate adhuc tenera, ſed ſub corpore fragili viri animum ſecum habens, antequam ſæculare quicquam eius illaberetur animo, fugam prudenter attendens, cum baptiſta Ioanne, eremi ſecreta petiit, vbi remotus à noxiis, ſolus poſſet ſuo viuere creatori.[b] Quāta autem inibi in locis ſolitariis, horridis, & aridis, & fere hominibus inacceſſis, veſtium aſperitas, quanta victus parſimonia, quantíſque vigiliis & orationibus, quótve aliis afflictionibus macerauerit carnem ſuam, ne delicatè nutrita proteruiens ſæuiret in ſpiritum, non poſſet lingua faciliter ſeu breuiter explicare. Hoc vir ſanctus idcirco conſultè, & prouidè faciebat, quòd excuſſa & attrita palea ſuę carnis, eius ſpiritus innocens vt purgatum & mundum triticum reponi dignus eſſet in horreo cœleſti. Vt autem ad ædificationem Chriſti fidelium ſaltem pauca exprimantur de multis, quæ ſint velut informatiua quædam exemplaria vitæ noſtræ: ipſe, ſicut pluribus & fide dignis teſtimoniis eſt probatum, veſtium ſplendorem ac leuitatem deſpiciens, in quibus amatores huius ſeculi delectantur, ciliciis de pilis equorum factis, reticulatis pariter & nodoſis, veſtibus quoque aliis vilibus multum, & aſperis tegebatur. Ad nudam quoque carnem, cathenam ferream, & circulum quandoque ferreum deferebat. Lecti etiam mollitiem declinans (ne caro petulanter laſciuiens noxiè moliretur in ſpiritum) in terra, aut nudis tabulis dormiebat, vel in cancellatis craticulis, veſtitus cilicio, & pannis ſolitis, præcinctus lumbos cathena ferrea, aut circulo Pro puluinari vero, ligno aut lapide, ſeu dura re alia vtebatur & (quod pene importabile eſt) ſanus vel infirmus lectis aliis non eſt vſus. Studens etiam pro viribus domeſticum domare hoſtem, ne præualere poſſet ſpiritui, nec ſanus nec infirmus carnibus veſcebatur. Vinum verò non bibebat niſi rariſſimè: ſic tamen dilutum, vt videretur vini ſpeciem non habere. Semper quoque niſi diebus Dominicis, ieiunabat. Sex nihilominus quadragenas[c] ſingulis annis faciens, mentem non ventrem reficere cupiendo, affligebat in ipſis ſolito durius carnem ſuam. O ſtupenda & aliis inſueta rerum mater es, cernere hominem in carne degentem mortali & fragili, ſub tam auſterę, & longæ macerationis pondere non cadentem, in tribus namque quadragenis, in pane & aqua ieiunabat continuè, & quandoque cum ſolis foliis caulium, abſque pane. Interdum autem ſolis pomis, vel caſtaneis, ſeu granis fabarum mollificatis in aqua, aut crudis rapis tantummodo veſcebatur.

In cæteris verò quadragenis, vno tantum ferculo vtebatur, inſipido tamen & in modica quantitate. In harum vero quadragenarum aliquibus (quod naturæ humani corporis eſt horror) vſus eſt pro veſte ſolo cilicio. In quibuſdam verò, cilicio, & ſuper ipſum lorica, cuius pondere caro eius per ſubintrātes nodos cilicij, vt teſtantur eius ſocij, aliquotiens diſrumpebatur. Et reuera hæc in homine iſto ſancto ſupra hominem gerebantur. Ad hæc enim ferenda tam grauia, virtus humana non videtur poſſe ſufficere, ſed diuina potius in ipſo habitans hoc gerebat.

Hic

b Cœleſtin. vix adultus corpore, maturus ætate, & ſenex animo, dum perſpicaci prudentiæ oculo, tres inimicorum ſpecies (quaſi tres Chaldæorum turmas) mundum ſcilicet carnem, & Diabolum aduerſum ſe imminere conſpiceret, noluit morā facere, inter homines longiorem ad eremiticam ſolitudinem anhelans.

c Prima erat quadragena maior quæ eſt communis: Secundam incipiebat à feria ſecunda poſt octauas Paſchæ vſque ad Pentecoſtem, quam Apoſtolos Domini obſeruaſſe dicebat, dum vacantes ieiuniis & orationibus præparabant corda ſua Deo vt eſſent receptacula munda. Tertiam incipiebat à feſto apoſtolorum Petri & Pauli vſque ad virginis aſſumptionē vt vel ſic mereretur cum ipſa ſuper choros angelorum exaltata, tandem in cœlum aſſumi. Quartam ab

Hic beatus vir iam mortificatis ſpiritu carnis deſyderiis & repreſſis, ſummè deuotus deo, orando aſſidue animum ad deum tenuit firmiter eleuatum. Ipſe etenim ad matutinas laudes media nocte ſurgebat: ipſiſq; dictis legebat pſalteriū cum Letania, & collectis quàm pluribus ac crebris genuflexionibus, & diſciplinis duris carnem ſuam cum vitiis concupiſcentiæ crucifigens. In aurora verò miſſa per ipſum celebrata iterum deuotè incipiens ibi pſalterium, vbi dimiſerat, orare vſque ad horam tertiam non ceſſabat. Ne autem ipſum reperire poſſet diabolus otioſum, laborabat propriis manibus, ſcribendo, vel ſuendo cilicia, ſeu faciendo aliud opus honeſtum & vtile ab hora tertia vſque ad nonam. Poſt cibum denique ſumptum vſque ad noctem profundam perſeuerabat cum Deo, ab oratione feruente ſpiritum non relaxans. Morum etiam honeſtate venuſtus, odore ſuæ ſanctitatis vitæ communiter iam diſperſo ad ſuum multos attraxit aſpectum, & quamplures oberrantes per vitiorum abrupta reduxit ad Deum ſuis ſanctis exhortationibus, & exemplis. Nec mirum: nam ipſum reddebat cunctis communem charitas, obedientia promptum, placidum humilitas, pietas patientibus coafflictum, decorum puritas, parſimonia mirabilem, honeſtatis maturitas reuerendum, benignitas hilarem, conſtans quoque virtus animi in aduerſis & proſperis vniformem.

Denique vir ſanctus cupiens diuinum ampliare cultum, congregationem monaſticam ſub Beati Benedicti regula, ſuperadditis ei ſtatutis arctiſſimis, ordinauit vbi fratrum ſuorum Deo famulantium adaucta multitudine numeroſa, fundatiſq; locis non paucis, in quibus Chriſtus Ieſus ab ipſis iugiter laudaretur, vixit cum eis cunctis florens virtutibus, ac eximiæ ſanctitatis operibus informans & reformans vniuerſos.

Verùm quia non erat expediens, quòd tantæ ſanctitatis odor in ſolo vno mundi angulo ſentiretur, ſed potius quod ad ædificationem cunctorum fidelium, circunquaque per mundum promptius ſpargeretur, diſpenſatione prouida ad ſummum Pontificatus apicem eſt prouectus. In quo totum idem ipſe manens, qui fuerat ſub præcelſæ dignitatis habitu, nec vitam eremiticam, quantum fas ſeruare fuit, nec animum derelinquens, nouit inter epulas eſſe ſibi ſummè auſterus, & abſtinens: inter amplas diuitias ſummè pauper. At vero hic vir habens ſimplicitatis miræ, & in ſpectantibus ad regimen vniuerſalis eccleſiæ inexpertus, vtpote qui à teneris annis vſque ad ſenium elongatus à mundo cor ſuum mundanis rebus non accommodauerat, ſed diuinis, reflectens prudenter ſuæ conſiderationis intimæ oculum ad ſeipſum, honori papatus ceſſit, & oneri libere & ex toto, ne ob prædicta poſſet ex ſuo regimine, quodcunque periculum vniuerſali eccleſię prouenire, & vt turbatiua Marthæ ſollicitudine declinata vacare poſſet ſecus pedes Ieſu contemplationis ocio cum Maria.

Poſt hæc itaque diuinæ vacans contemplationi, aſſiduè vſque ad eius obitum, quo beata illa anima carnis euaſit ergaſtulum, cœlos petens, ſanctiſſimam vitam duxit. Et quia multum conueniens erat, quòd ille quem Deus in mente perſuaderat, tot & tantis chariſmatibus gratiarum clarus mundo colendúſque diuinæ virtutis teſtimoniis appareret, non defuere diuina miracula in quolibet ſtatu ſuo, ante Papatum, videlicet, in papatu, ac etiam poſt papatum, in eius vita pariter & poſt mortem, voce clamoſa proloquentia ipſius imitandam cunctis eximiam ſanctitatem. Vt autem hoc IESV CHRISTI fidelibus amplius notum fiat, aliquot miracula ipſius meritis de quàm pluribus exprimere poſſemus, quæ accidiſſe veraciter certis teſtimoniis ſunt probata.

Mulier quædam ex infirmitate graui ſic cæca omninò effecta, vt iuuari non poſſet per quæcunque adhibita remedia medicinæ: portata ad locum eremi, vbi frater Petrus tunc temporis morabatur, cum ſe ſignaſſet quadam parua cruce lignea quam idem frater Petrus per ſeruum ſuum ei tranſmiſerat, & eandem ad oculos, applicaſſet, perfectè ſtatim viſibiliter eſt curata.

Quidam factus ita furioſus, & amens, vt ne ſeipſum aut alios offenderet, funibus & cathenis ferreis ligaretur, adductus ad dicti fratris præſentiam, cum comediſſet de pane ſibi per ipſum exhibito, ſic eſt curatus perfectè, vt de dicta infirmitate nihil vlterius vnquam ſenſerit.

Puella

exaltatione ſanctæ crucis vſque ad feſtum omnium ſanctorū. Quintam à ſolennitate quatuor Coronatorū ad natiuitatem vſque Domini ſextam & vltimā inchoabat ſecunda die poſt Epiphaniā protrahens fere ad maiorem vſque quadrageſimam.

Cœleſtinus ſylueſcentem Benedicti vineam ea reparauit ratione qua fuerat & plantatā & propagata, nam quia ab humilitatis & paupertatis radice, crementi cœperat exordium, ſuperinductos opulentiæ curioſitatiſque ſuperfluæ palmites radicitus amputauit, diuitiarum ſpinas ſarculo frugalitatis auulſit.

Puella etiam quædam, quæ fiſtulam tam grauem habebat in pede cum aperturis pluribus, vt de perditione pedis à medicis timeretur, portata ad ipſum, & facto per eum ſuper plagã ter ſigno ſanctæ crucis, ſtatim ſanata eſt, ita vt poſt dies paucos non apparuerit in dicto pede aliquod infirmitatis prædictæ veſtigium vel cicatrix.

Quædam mulier, quæ ſic vehementer grauabatur infirmitate hectica, vt de eius vita deſperaretur à medicis, nec pro neceſſitate quacunque abſque plurium adiutorio de loco poſſet ſe mouere, cum quieuiſſet per horæ ſpacium ſub quodam panno lineo, quem per patrem dictæ infirmæ miſerat frater Petrus, ſtatim ſanata ſurrexit.

Quidam etiam ſtrophulam groſſam ad quantitatem oui gallinæ in manu, per quinque annos habuerat: benedictione facta per ipſum ſanctum ſuper infirmitatis locum fuit poſt morulam modicam ſanatus totaliter & perfectè.

Cum etiam ſummi Pontificatus culmine præemineret, quædam mulier, quæ vi morbi per annos quatuor per totum corpus extiterat crocea & inflata, quæ etiam operari quicquam non poterat, nec abſque grauamine notabili ambulare, delata ad locum, per quem erat frater Petrus tunc ſummus pontifex tranſiturus, & benedicta ab ipſo, reſtituta eſt illico priſtinæ ſanitati.

Alia quędam mulier ſic contracta in omnibus membris ſuis, vt nec ambulare poſſet, nec mutari de loco ad locum, niſi ab aliis portaretur, poſita ſecus viam, per quam ipſe frater Petrus tunc tranſitum faciebat, & data ſuper ipſam crucis benedictione, per ipſum fuit perfectè continuò liberata.

* A feria ſexta vſque ad veſperam ſabbathi qua vir ſanctus quieuit & obdormiuit in Domino, aurea crux circa oſtiũ cellulæ mirabiliter in aere pendens apparuit & effulſit quo quidem attento quid aliud inſinuatur niſi viuentem ac morientem ſanctiſſimum Petrum crucem Domini & corpore & mente perpetuo geſtaſſe?

Poſtquam renunciauit Papatui: quidam qui ex toto penè viſum perdiderat, cum ſe ipſi fratri Petro præſentaſſet, ſuper ducta quadam parua cruce lignea oculis patientis reſtituit integrè ſtatim viſum.

Denique vt in eius obitu ſuæ ſanctitatis lucidę diuinum teſtimonium non deeſſet, de ipſa cruce quàm ſummè dilexit, & lumine, fecit Deus ſignum mirabile apparere. Etenim tempore mortis ſuæ apparuit crux parua* & fulgida in medio oſtij cameræ in qua erat, quę ad modum vertiginis ſe voluens continuò permanſit diuinitus ſuſpenſa in aëre, quoaduſque corpus eius de ipſa camera eſt tranſlatum. Sed & poſt obitum viri ſancti quidam ſic eſt percuſſus paralyſi, vt nec ambulare, nec ſtare, nec loqui poſſet quoquomodo: ductus ad locũ vbi frater Petrus pœnitentiã facere conſueuit, & cathena quadam: quam portaſſe ad carnem nudam dicebatur dum viueret, appoſita patientis collo & capiti, & ad cætera membra eius, fuit ſtatim penitus liberatus.

Quidam etiam qui vires ambulandi ac ſtandi, vſúmque manus perdiderat, ductus ad eccleſiam, vbi dicti ſancti corpus iacet reconditum, & pernoctans cum animi deuotione in eadem, ſenſit ſe mane totaliter à dicta infirmitate liberatum.

His & aliis quàm plurimis miraculis glorioſis mirificauit dominus ſanctum ſuum & clarum mundo reddidit, ac colendum. Gaudens itaque plaudet mater eccleſia, & ſuaues depromat melodias. Nam hic Chriſti confeſſor eximia ſua proles, inter beatorum agmina ſtellam poſſidet matutinam, & ſuper Chriſti menſam cum angelis ore pleno melle dulcius abditum manna guſtat. Iubilare non quieſcat plebs catholica: nam accenſus calculus, quem ex eius medio ille incendens ſeraphyn tulit forcipe de altari, in ea quæ ſurſum eſt Hieruſalem, ignitis lapidibus, in quorum medio Rex cœlorum ambulat, eſt coniunctus. Hunc apud Deum aduocatum habet, quem fons effluxus perennis iocundè inebriat, abunde faciat lignum vitæ. Iocundetur inſuper religio per ipſum inſtituta, & in laudes altiſſimi organa vocis laxet. Nam hic eius protector indefeſſus ſtola immortalitatis induitur, ac ſedens cum principibus, ſolium gloriæ ſempiternæ ſemper clarum tenet.

De Cæleſtino ſic loquitur Sabellicus Ennead 9. lib. 7. Cæleſtinorum nobilis ad poſteros religio per idem tempus orta eſt quem auxit perſpecta Cæleſtini auctoris ſanctitas & indubitata quædã circa iacentis corpus facta miracula. Et cæteri Hiſtorici teſtãtur approbatis iiſdem miraculis à Clemente quinto Cæleſtinum quintum ſub nomine Petri confeſſoris in ſanctos relatum.

Verum quia dignum eſt, vt quem in cœlo ſurſum Deus glorificat: hic inferius ad ſuum patrocinium mundus colat: nos de ſanctitate vitę, ac veritate miraculorum ſancti huius, de quibus inquiri fecimus diligenter prudentis examinis diſcuſſione adhibita, plenam & firmam certitudinem obtinentes requiſiti: Inſuper prælatorum omnium tunc apud ſedem apoſtolicam exiſtentium ſupplicatione humili & deuota de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu confiſi, de omnipotentis Dei virtute, auctoritate quoque beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, & noſtra,

ipſum

ipſum ſanctorum confeſſorum catalogo duximus adſcribendum.

Ideoque vniuerſitatem veſtram monemus, & hortamur attentè per apoſtolica ſcripta vobis præcipiendo mandantes, quatenus quartodecimo Calendę Iunij feſtum eiuſdem confeſſoris deuotè ac ſolenniter celebretis, & faciatis à veſtris ſubditis celebrari: vt eius pia interceſſione & hic à noxiis protegi, & in futuro ſempiterna conſequi gaudia valeatis. Amen.

II.

De magiſtris & linguarum profeſſoribus in academijs gratuitò preficiendis. Ex *Clementis conſtitutionibus in Concilio Vienneſi.*

INTER ſolicitudines noſtris humeris incumbentes, perpeti cura reuoluimus, vt errantes in viam veritatis inducere, ipſóſque lucrifacere Deo (ſua nobis cooperante gratia) valeamus. Non ambigimus autem, quin ad huiuſmodi noſtrum deſiderium aſſequendum, diuinorum eloquiorum ſit expoſitio congrua, ipſorúmque fidelis prædicatio admodum opportuna. Sed nec ignoramus, quin & promi noſcãtur inaniter, vacuáque redire, ſi auribus linguam loquentis ignorantium profeKrantur. Ideóque illius, cuius vicem in terris (licet immeriti) gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per vniuerſum mundum ad Euangelizandum Apoſtolos, in omni linguarum genere fore voluit eruditos, viris Catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus vtuntur infideles præcipuè abundare ſanctam affectamus Eccleſiam, qui infideles ipſos ſciant & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, Chriſticolarúmque collegio, per doctrinam Chriſtianæ fidei, ac ſuſceptionem ſacri Baptiſmatis aggregare. Vt igitur peritia linguarum huiuſmodi poſſit habiliter per inſtructionis efficaciam obtineri, hoc ſacro approbante Cõcilio, ſcholas in ſuſcriptarum linguarum generibus, vbicunque Romanam Curiam reſidere contigerit, nec non in Pariſien. Oxonien. Bononi & Salmantino ſtudiis prouidemus erigendas. Statuentes, vt in quolibet locorum ipſorum teneantur viri Catholici, ſufficientem habentes Hebraicæ, Arabicæ & Chaldeæ linguarum notitiam, duo videlicet vniuſcuiuſque lingue periti, qui ſcholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſolicitè doceant, earúmque peritiam ſtudioſa in illos inſtructione transfundant: vt inſtructi & edocti ſufficienter in linguis huiuſmodi fructum ſperatum poſſint (Deo authore) producere, fidem propagaturi ſalubriter in ipſos infideles. Quibus equidem in Romana Curia legentibus per ſedem Apoſtolicam, in ſtudiis vero Pariſien. per Regem Francię, in Oxonien. Angliæ, Scotiæ Hybernię ac Vualiæ, in Bononien. per Italię, in Salamantino per Hiſpanię prelatos, monaſteria, capitula, conuentus, collegia exempta & non exempta, & eccleſiarum rectores in ſtipendiis competentibus, & ſumptibus volumus prouideri: contributionis onere ſingulis iuxtà facultatum exigentiam imponendo: Priuilegiis & exemptionibus quibuſcunque contrariis nequaquam obſtantibus: quibus tamen nolumus quo ad alia pręiudicium generari.

In Viennenſi Concilio decretum eſt vt inſigniores Academiæ publicis profeſſoribus dignis ſtipendiis conductis Hæbraicam, Chaldaicam, Græcam & Arabicam linguam profiterentur, vt eſſent qui apud infideles has linguas potiſſimum callẽtes, fidem poſſent propagare. cap. 2. de Magiſtris.

Hæc conſtitutio renouata eſt in Concilio Baſilienſi.

Sunt qui temerè de factis ſuperiorum iudicent eóſque traducant pro mentis inſcitia aut libidine, nec velint ſcire potiores cauſas quæ eorum placita comi antur, hinc ſit vt multi flagitij grauiſſimi Clementem quintum accuſent quod Templariorum ordinem extinxerit Philippi Gallorum Regis adhortatu. Si quis autem Aluarum li. 2. de planctu Eccleſiæ, Volater. 1. lib. 22. Antrop. Sanderum lib. 7. de viſibili monarchia, Tyrium Archiep. lib. 2. cap 7. & plæróſque alios ex Iouis tabulis teſtes conſuluerit apprimè cognoſcet Tẽplarios veluti ſcelerũ & multorum Chriſtianæ Reipublicæ incommodorum fomites & authores aboletos fuiſſe in Concilio Viennenſi quadrigentis Epiſcopis anno Domini 1311. celebrato, damnatos, & flammis deuotos & eorum ordinem qui iam ferè ducentis annis integer perdurarat, euerſum eorúmque bona Rhodiis militibus conceſſa, quòd in primis ad Saracenos defeciſſe dicerentur. Vnde Aluarus lib. 2. de planctu Eccleſiæ: Templarij, inquit, propter ſua flagitia ab Eccleſiâ reprobati ſunt. Et ſubito deſtruuntur mirantibus vniuerſis: quorum Magiſter cum multis aliis, Pariſiis viuus exuſtus eſt, quanuis illa quæ eis obiecta erant crimina non faterentur, ſed conſtantiſſime denegarent, & falſa atque commentitia eſſe dicerent.

1 Nam illis opponebatur quòd Chriſtum abnegaſſent.

2 *Quòd in crucem Chriſti conſpuiſſent.*

3 *Quòd eorum profeſſio eſſet prophana.*

4 *Quòd eorum Magiſtri ordinatio, clanculum & occultè fieret.*

5 *Quòd propter illos terra ſancta in Turcarum ac Saracenorum manus iterum deueniſſet, quibus tot Chriſtianorum fuſo ſanguine, adempta pridem fuerat.*

6 *Quòd nefanda maſculorum libidine conflagraſſent.*

7 *Quòd miro artificio ſimulachrum quoddam cõſtruiſſent, hominis cutem eo ſuperinducentes, & in eius fronte binis carbunculis oculorum vice promicantibus collocatis: quod ſane loco numinis reuerebantur, & colebant.*

8 *Quòd morientem cadauera in cineres reſoluta, cæteris darent in poculum, quo in ea ſecta firmiores & conſtantiores conſiſterent.*

9 *Quòd denique infantem natum ex Templarij Virginiſque concubitu, torrerent igne, ex cuius humore deliquato, ſuum perungerent ſimulacrum.*

Burdegalam repetens Clemens V. poſt Concilij Viennenſis ſeſſiones male habere cœpit nunc dyſenteria, nunc ſtomachi debilitate cruciatus ita vt in ipſo itinere apud Roccam Mauram vitam finierit Pontificatus ſui anno nono 12. *Cal. Maij. An.* 1314. *Cadauer in Eccleſiam B. Mariæ de Vſeſta diœceſis Vaſatenſis ſepulchro marmore inſtructiſſimo tranſlatum eſt, quod à Caluinian. turpiter dirutum eſt oſſibus in ignem coniectis. 8. id. Ianuarias* 1578.

IOANNES XXII.

Iacobus Caturcenſis ſuffragiis Cardinalium viginti trium Lugduni in Eccleſia fratrum Prædicatorum pro conclaui ſelecta Pontifex creatur, & in auguſtiſſimo templo D. Ioannis Baptiſtæ coronatur nonis ſeptembris. 1316. Duos Thomas in ſanctorum cathalogum retulit Thomam ſcilicet Philoſophum & Theologum Dominicanę familię ſplẽdorem & Thomam Epiſcopum Herferdenſem præclaro ſtemmate natum. Clemetinarum editionem confirmauit, & conſtituriones edidit quæ extrauagantes vocantur. Ærarium Pontificium locupletauit.

I.

Alienationes & locationes bonorum Eccleſiæ *annullantur.*

Parem conſtitutionẽ de reuocatione bonorũ Eccleſiæ tulit Clemens 6. cõſt. 1. Etſi ſolertem. Innoc 6. conſt. 1. ſedentis. Innoc. 7 conſt. 1. iniũctũ. Paul. 2. cõſt. cum in omnibus Clem. 8 conſt. ſi pro pauperum. Paul. 3. conſt in ſacra Iul. 3. cõſt. cum ſicut. Pij. 4. conſt prouida. & Pij V. conſt. volentes.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Guittoni Epiſcopo Vrbeuetan patrimonij Beati Petri in Tuſcia Rectori, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Inter cætera, quorum nos cura ſollicitat, illa præcipuè meditatio mentem noſtram occupat, illáque ſollicitudo fatigat, vt Eccleſiæ iura non pereant, & ſi qua ſunt fortè deperdita, in ſtatum priſtinum reſtaurentur. Audiuimus ſiquidem relatione fideli, quod quidam patrimonij beati Petri in Tuſcia, comitatus Sabiniæ, Terræ Arnulphorum, & quarundam aliarum Terrarum, ad nos, & Eccleſiam Romanam ſpectantium Rectores, & officiales qui fuerunt temporibus retroactis, diuerſas locationes, alienationes, donationes, & conceſſiones de Terris, Caſtris, bonis iuribus eiſdem Eccleſię ſub variis formis, modis, & tenoribus feciſſe noſcuntur, & quaſdam minores Terras, Ciuitates, Caſtra, & loca infra patrimonij comitatum, & Terrarum Arnulphorum prędicta, & alia infra iuriſdictionem ipſius Eccleſię Romanę conſiſtentia maioribus ciuitatibus, & Comitatibus, Comitibus, Baronibus, & nobilibus, quamuis nullam ſuper hoc poteſtatem habuerint, de facto in ipſius Eccleſiæ graue præiudicium ſubierunt, & etiam ſummiſerunt, ac ſe ſubiicientibus, & ſummittentibus auctoritatem pręſtando conſenſerunt pro eorum libito voluntatis, & aliqua minora Terrę, Ciuitates, & Caſtra dictis maioribus Ciuitatibus, & Communitatibus, Comitibus, Baronibus, & nobilibus, tam de dictis Terris, quam etiam aliunde voluntariè, & quædam ab ipſis maioribus

ioribus coactę ſe per violentiam ſummiſerunt. Nos igitur ſuper his volentes eiuſdem Eccleſiæ honori, & indemnitatibus prouidere, locationes, alienationes, donationes, conceſſiones, ſubiectiones, & ſummiſſiones prędictas, & alias quaſcunque de bonis, & iuribus prędictæ Romanę Eccleſię, & Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum prædictorum, ac Vniuerſitatum eorundem ſub quibuſuis modis, formis, tenoribus, aut expreſſionibus verborum factas non obſtantibus Apoſtolicę ſedis non ex certa ſcientia factis, & quorumuis aliorum confirmationibus, ſeu ratificationibus ſuper his, ſub quacunque forma verborum obtentis, necnon promiſſionibus, obligationibus, pœnarum adiectionibus, ſtipulationibus, & renunciationibus quibuſcunque, ac iuramentis ſuper his præſtitis ab eiſdem ex tunc auctoritate Apoſtolica reuocauimus, ceſſauimus, annullauimus, irritauimus, vacuauimus, & nullam habere decreuimus roboris firmitatem, & eadem Terras, Ciuitates, & Caſtra, bona, & iura ad ius, & proprietatem, & dominium eiuſdem Eccleſiæ reuocauimus, eaſdem minores Terras, Ciuitates, Caſtra, & loca in eo ſtatu in quo erant ante tempus ſubiectionis, & ſummiſſionis huiuſmodi reducendo, Decernentes illa prædictis maioribus Ciuitatibus, & communitatibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus, ad ſeruandum ſummiſſionem huiuſmodi, vel ad obediendum, ſeu parendum illis in aliquo prætextu ſummiſſionis, & ſubiectionis earundem aliquatenus non teneri. Quo circa fraternitati tuæ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per te, vel alium, ſeu alios ſuper præmiſſis de plano, ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij te informans prædictas Terras, Caſtra, bona, & iura taliter locata, alienata, donata, & conceſſa, ad manus tuas recipere ſtudeas, & diligenter conſeruari procures. Non permittens Terras, Ciuitates, Caſtra, & loca minora prætextu ſummiſſionis, & ſubiectionis huiuſmodi ab aliquibus indebitè moleſtari. Detentores Terrarum, Caſtrorum, bonorum, & iurium prædictorum, & contradictores, ac rebelles, & impedientes ſi qui fuerint, nec non & moleſtatores dictarum minorum Terrarum, Ciuitatum, & Caſtrorum, ac vniuerſitatum per ſpirituales, & temporales pœnas appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diuiſim à dicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut quibuſuis pœnis affici non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Auinioni Calend. Aprilis Pontificatus noſtri Anno quinto.

De *bonis Eccleſiæ alienãdis vel non in 1. cõſtitutione Gregorij noni aliquid adduximus quibus addere potens ea quæ leguntur apud doct. in c. nulli. de reb. Eccl. nõ al. Lapum alleg* 80. *Alex. conſ. 17. libr. 4. Decius. Cõſ 142. num. 2. Barb. in rub. de reb. Eccl. num. 52. Socin. conſil. 33. lib. 1. col. 1. Bar. in l. 1. §. quod autẽ. ff. de ſuperficieb. Bald in l. iubemus. in 2. col. 3. de ſacroſanct. Eccl. Paul. Caſt. con. 4. lib. 1. Couar. lib. 2. c. 16. variarũ reſolu. And. Tiraq. li. 1. de retract. §. 1. gloſſ. 15. nu. 79.*

II.

Moderatio facultatis inquiſitorum dandi licentiam deferendi arma.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis inquiſitoribus hęreticæ prauitatis, in prouincia Lombardiæ, Salutem & apoſtolicã benedictionem. EXIGIT ordinis veſtri religio, & comiſſi vobis officij mãſuetudo requirit: vt ſic actus veſtros virtute modeſtiæ componatis, quòd nemini eſſe poſſint ad ſcandalum, vel aliquod nocumentum. Accepimus ſiquidem aſſertione fidei, quòd vos nonnullis prauis & peruerſis hominibus, qui frequenter ad cædes, & alia nefanda facinora laxant nequiter manus ſuas, arma per ciuitatem & diſtrictum Bononienſem portandi, non ſine multorum ſcandalo, licentiã conceſſiſtis. Quare volumus & diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus neminem familiarem, niſi eiuſdem eccleſiæ fidelem, ac deuotum, & laudabilis conuerſationis & vitæ, habere quomodolibet præſumatis: nec aliquibus de cætero, extra familiam veſtram quam vobiſcum habetis continuè (niſi forſan illis, qui eundo de terra ad terram, vel etiam redeundo vobiſcum, & in caſibus alijs in quibus vobis pro ſecuritate veſtra forſitan expediret) alicui deferendã arma per dictam ciuitatem & diſtrictum licentiam concedatis. Et nihilominus licentiam; quam olim ſuper hoc alijs conceſſiſtis, ſtudeatis, remotis occaſione & dilatione quibuſlibet, revocare. Vt per hoc nulla poſſit oriri in eiſdem ciuitatè, vel diſtrictu materia ſcandalum paritura: nec ad nos de cætero ſuper hoc querelæ materia deferatur. Datum Auinioni ſexto Non. Maij, Pontificatus noſtri anno quinto.

Quibus Inquiſitionis ſanctum & exactũ officium delegatum eſt impenſiùs debet illud eſſe ſtudium ne pro famulatu viros aſſumant flagitioſos, turbulentos, & ſeditioſos, & ideò ne contumelioſiùs ſe ſe gerant abrogat eiſdem Pontifex arma deferendi facultatem.

III.

Religioſi impunè non poſſunt terras infidelium peragrare ſine licentia ſuperiorum.

Hæc conſtitutio integra habetur in extrau.ig Comm.lib. .ca. 2.ad noſtram. De regularibus & tranſeuntib. ad religionem.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. AD NOSTRVM nuper relatio fide digna peruenit auditum, quòd nonnulli religionis geſtātes habitum, ſed à veritate religionis omnino vacui, & modeſtia penitus alieni, ad partes quodammodo infidelium, ſe transferunt in quibus pauci fideles, reſpectu infidelium commorantur, vt ibidem faciliùs decipere ſimplicium animos, & ipſos, & alios in errores præcipitare, ſeu retinere valeant, ſub ouium veſte, ac religionis habitu, lupinum animum occultantes: doctrinas ſuas reprobas, & erroneas, quibus fidelium mentes quantum in eis eſt, corrumpere ſatagunt, in ipſis partibus periculo ſe nimirum ſpargere nō omittunt, necnon os ſuum ponentes in cœlum, lingua eorum tranſeunte ſuper terra S. R. E. ſanis auſibus non verentur, ex quibus Deus offenditur, periculoſa ſuſcitantur ſcandala, paratur ſimplicibus laqueus, ipſiq; talium præſumptores de hæreſi vehementer arguunt ſe ſuſpectos, immo vere ex his fore hæretici comprobantur. Nos itaque cautis obuiare periculis, paternæ diligentiæ ſtudiis cupientes, Vniuerſis, & ſingulis religioſis cuiuſcunque religionis, ordinis, ſtatus, vel conditionis exiſtant: de fratrum noſtrorum conſilio, diſtrictiùs auctoritate pręſentium inhibemus, ne ipſorum aliquis abſque ſuperioris ſui ordinis licentia, ſibi per ipſius literas patentes conceſſa, de cętero ad partes ſe transferant antedictas, ſuperioribus ſuis nihilominus iniungentes, ne quibuſuis ſui ordinis fratribus (niſi duntaxat viris literatis, prouidis, & expertis) huiuſmodi licentiam impartiri præſumant. Nos enim quoſcunque ſcientes, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, præſumentes contrarium quouis modo, excommunicationis ſubiacere volumus ſententię, & decernimus ipſo facto, à qua nullus ab alio, quam à Ro. Pont. poſſit, niſi duntaxat in mortis articulo abſolutionis beneficium obtinere. Cętetum vniuerſis eccleſiarum pręlatis in virtute Sanctę obedientię, diſtrictè pręcipiendo, pręſentium tenore mandamus: quatenus nullos religioſos, ad partes ſe transferentes prædictas, niſi per patentes ſui ordinis literas, de licentia ſpeciali ſe illud transferendi, ſibi conceſſa, prælatis eiſdem fecerint plenam fidem in ſuis ciuitatibus, & diœceſibus, ac terris, & locis aliis ad prędicationis officium, vel diuinorū celebratione admittant, ſed ipſos potius velut apoſtatas capiant ſeu capi faciāt, eos carcerario cuſtodi, donec de dicta licentia modo prędicto ſibi conſtiterit, detinendo. Et nihilominus ſi quos religioſos approbare, quæ ſedes reprobauit apoſtolica, vel quę alias ſciunt fidei obuia in ſuis prędicationibus, ſeu ſecretis collationibus dogmatizare pręſumpſerint, vt tales quibuſcunque ceſſantibus priuilegiis, poſſint auctoritate apoſtolica licite capere, & carcerari cuſtodię ſicut ſuos poſſunt ſubditos mancipare, licentiam impendere. Et inſuper tenore pręſentium mandamus eiſdem, vt de pręmiſſis ſummariè & de plano, ac ſine ſtrepitu, & iudicij figura, per ſe, vel per alium, ſeu alios, ſe ſolerter & fideliter ſtudeant informare, quouſque de prędictis, ſeu eorum aliquos, repererint reos eſſe, iuxtà ſtatuta canonum, & aliorum exemplum caſtigare pœnis debitis non poſtponant. Non obſtan. exception. & aliis quibuſcunque priuilegiis, indulgentiis, gratiis, & literis apoſtolicis eiſdem religionibus, vel ordinibus communiter, vel diuiſim, ſub quacunque forma vel expreſſione verborum ab eadem ſede conceſſis, vel in poſterum concedendis, etiam ſi de illa, plena & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum pręſentibus ſit habenda: quę quantum ad prędicta, vel aliquod eorundem, eiſdem in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum inhibitionis, mandatorum, voluntatum, conſtitutionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis, &c. Datum Auinioni vij. Idus Maij, Pontificatus noſtri anno Nono.

Lepidè explicat veteratoriā artem omnium hæreticorū qui ſunt Lupi rapaces ſub veſtimētis ouium, & Sathanæ in angelos lucis trāsformati, Pharmacopolas etiā referre ſcribit Vincentius Lirinēſis, qui noxia gramina ſalubribus titulis coronant.

Religioſi ad infidelium partes non accedāt ſine licentia ſuperiorum.

Reperti Religioſi ſine ſuperiorum licentia peregrè proficiſcentes pro vagis & erronibus habeantur tum capiātur ac detineantur tanquam Apoſtatæ.

IIII.

Fœdera cum hæreticis inita damnantur.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Lamberto de ordine fratrum Prædicatorum, Inquiſitori hæreticę prauitatis, in inferiori parte Lombardię,

Salutem & apoſtolicam benedictionem.

CVM nonnulli de prouincia noſtra Romandiolę, tam clerici quàm laici, Deum & Romanam matrem Eccleſiam offendere ſéque in pręcipitium damnationis, & mortis immergere non verentes, adeo fauere & fauiſſe dicantur damnatis, hæreticis, confœderationes, ligas, & ſocietates ineundo cum ipſis, eóſque receptando, & ſibi pręſtando multipliciter auxilia, conſilia, & fauores, quòd de labe hęreſis ſe reddiderunt & reddunt vehementer ſuſpectos: Nos tam ipſorum quàm multorum periculis, & pręmiſſis imminentibus obuiare ſalubriter cupientes: diſcretioni tuę per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus contra fautores huiuſmodi, & alios quoſlibet, de crimine prauitatis hæreticę culpabiles, vel ſuſpectos, ſic ſolerter ſecundum formam canonum, ac priuilegiorum conceſſorum inquiſitionis officio, procedere non poſtponas, quòd inde debeat tua diligentia meritò commendari. Datum Auinioni xij. Calen. Septemb. Pontificatus noſtri anno decimo.

Vide infrà conſtit. Pauli 4. cū ex Apoſtolatus.

V.

Edoardus Rex Angliæ monetur vt corrigat grauamina populo Hybernico illata.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Chariſſimo in Chriſto filio Eduardo Regi Angliæ Illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

PATERNVM amorē ad tuæ celſitudinis incrementa, fili chariſſime, gerimus, dum te ad ea, quæ iuſto placeant iudici, tui regni, terrarum, & ſubditorum tuorum, ſint opportuna quieti, & famæ tuæ pariter & honori proſpiciant, ſollicitis hortationibus inuitamus. Propter quod in iis perſuaſiones noſtras deuota debes mente ſuſcipere, & ad executionem illarum te paratum & flexibilem exhibere. Ecce, fili, quaſdam recepimus literas directas pridem per Hybernicos Magnates, & populum, dilectis filiis noſtris Anſelmo tituli ſanctorum Marcellini & Petri preſbytero, & Lucæ S. Mariæ in via lata diacono, Cardinalibus, Apoſtolicæ ſedis nunciis, & per eos nobis ſuis incluſas literis deſtinatas: in quarū ſerie vidimus inter cætera cōtineri, quod cum fœlicis recordationis Hadrianus Papa prædeceſſor noſter, ſub certis modo, & forma diſtinctis apertiùs Apoſtolicis literis inde factis, claræ memoriæ Henrico Regi Angliæ, progenitori tuo, dominum Hybernię conceſsiſſet: ipſe Rex, ac ſucceſſores ipſius Reges Angliæ, vſq; ad hæc tenpora modum & formā huiuſmodi non ſeruantes, quinimo eos tranſgredientes indebitè afflictionibus, & grauaminibus inauditis importabilium ſeruitutum ipſos diutius oppreſſerunt. Nec fuit hactenus, qui reuocaret illata grauamina, aut errata corrigeret: non fuit quem pia compaſsio ſuper eorum contritione moueret, quamuis ſuper his ad te recurſus habitus fuit, & clamor validus oppreſſorum aures tuas quādoque pulſarit. Vnde talia ferre nequeuntes vlterius, coacti ſunt ſe à domino tuo ſubducere, & alium in ſuum regimen aduocare. Hæc, dilectiſsime fili, ſi veritate nitantur, tanto nimirum infeſtiora noſtris accedunt affectibus, quanto deſideramus intenſius, vt tibi proſpera cuncta cedant. Circa illa verſari ſedulo debes, eáque promptis affectibus exequi, quæ tuo ſint placita creatori: & ab omnibus abſtinere ſollicitè, per quę contra te debeat prouocari Deus ipſe, ac Dominus vltionum: qui gemitus afflictorum iniuſtè, minimè deſpicit: & qui propter iniuſtitias peculiarem ſuum deieciſſe deſcribitur populum, & tranſlationem feciſſe regnorum. Quantò etiam deſiderabilius, iis pręſertim impacatis temporibus, cupimus te illis libenter intendere, per quæ tuorum corda fidelium ad tuam beneuolentiam & obedientiam debeant allici, & illa prorſus vitare, quibus valeant tuę cultu deuotionis auelli. Quia itaque, fili, tua non modicum intereſt, huius nouæ mutationis vitare diſpendium, quamplurimum expedit, vt hęc non negligantur turbationis initia: ne illis periculosè creſcentibus ſero medicinæ remedia pręparentur. Excellentiam regiam ſollicitamus attentè, præſentibus ſanè nihilominus conſilio ſuadentes, quatenus hęc prudenti meditatione conſiderans & cum tuo diſcreto conſilio conferens ſuper illis, circa præmiſſorum grauaminum correctionem, ac reformationem debitam, & feſtinam, viis & modis decernentibus, ſic ſufficienter prouideri mandes, & facias, ſic diſcriminoſis principiis in hac parte obſtare procures, quod & illi, per quem regnas, placere va-

Hibernia inſula vulgò Hirlādia Henrico Regi Angliæ Pōtificio dono ceſsit in cuius Incolas tyrannidē potius quam regnum exercere videbatur Eduardus ſecundus quem Papa commonet ſeueriores animi impetus cohibere. Enaſcentibus huiuſmodi diſsidiis per Angliā Rex Scotiæ arma cogit regni amplitudinem in vicini detrimentum extendere cupiens. Eduardus in Scotiam numeroſiſsimas militū cohortes ducit. Monaſteriū Melroſſenſe expilauit ac violata ſacra Euchariſtia incenſiſque tēplis diſcedit. Scotus rex crudelitates & ſacrilegij pœnas ab eo exacturus in Angliā venit om-

néſque agros ad Eboracũ vſque diripit & Anglum conſerta ad Bilandrum manu vincit.

leas,& te in iis efficaciter implente quod debes, cuiuſuis aduerſum te iuſtę quærelę materia conquieſcat per quod iidem Hybernici ſaniori ducti conſilio, tibi, vt domino, pareant: aut ſi,(quod abſit) in cœpta rebellione manere voluerint, cauſam ſuam in apertam iniuſtitiam, te apud Deum & homines excuſato, conuertant. Vt autem de prędictis grauaminibus & quærelis, quibus prędicti innituntur Hybernici, tuis ſenſibus innoteſcant ad plenum, pręſcriptas literas miſſas Cardinalibus antedictis cum forma literarum, quas prędictus Hadrianus prædeceſſor noſter eidem Henrico Regi Anglię de terra Hyberniæ conceſſit, tuę magnitudini mittimus præſentibus incluſas. Datum,&c.

Hic Pontifex controuerſiam in publico Patrum conſiſtorio agitauit an ſanctorum animæ ab omni peccati macula vel in hac vel in altera vita ritè purgatæ viſione diuina perfruerentur ante extremum Iudicij diem, in quo dubio ad quoſdam antiquos patres qui hoc negare videntur deflexit non ſine hæreſis ſuſpicione à qua tamen ſalubri monitorum conſilio ſeſe ſubduxit. Ludouicum Bauarum cũ vxore cuiuſdam potẽtis viri adulterum, ante ſuſcepti Cæſarei Diadematis inſignia turbantem ſeueriore imperio Italiam cum nec monendo nec comminando quicquam proficeret à communione fidelium deiecit. Quod ille impatientiùs ferens à priuatis quibuſdam Romæ coronari & confirmari in contemptum Pontificiæ ſententiæ voluit, & rerum omnium preuertere ordinem cæco quodam furore contendens Pontificem coram ſe iudicio ſiſtere mandauit, Aquilam Cæſaris, Petri Clauibus præualere exiſtimatus & ideo publica ſententia à ſede Pontificia depoſuit Papam in cuius locum Petrum Corbarium Franciſcanum prius legitima copula cum Ioannis Matthæi pudiciſſima filia ſociatum è ſuo cœnobio diſtraxit & pſeudopontificem creauit, qui tamen illegitimo Pontificatui in conſiſtorio Auenionis coram vero Pontifice renunciauit & in carcere vitam cum morte permutauit. Eccleſiæ & boni chriſtiani ſtudioſus Pontifex Ioãnes nouam militũ religionem in Luſitania inſtituit, quorum caput eſt oppidum Diocæſeos Syluenſis. Eccleſiam Tectoſagum metropolim in Archiepiſcopatum euexit, & Cæſarauguſtanam. Poſtquam ſediſſet Auenioni in palatio Apoſtolocio 18. annos mortuus eſt pridie nonas Decembris. 1334.

BENEDICTVS XII.

Jacobus Furnus Toloſas ordinis Ciſtercienſis exilis & infimæ ſtirpis monachus, præter ſpem Cardinalium ſed Dei occulto conſilio Pontificum culmen adeptus eſt. 13. Cal. Ian. & Coronatus Auenione in æde Prædicatorum. Septennio nauem Petri rexit & ſeptem tantum Cardinales vnde quaque accitos, nõ familiares aut affines creauit, quod æquiſſimus eſſet dignitatum diſpenſator. Non nouit amicos nec parentes, viros tamen de literis bene meritos fouebat, Pontificem Romanum Iuri conſanguinitatis non obſtringi dicebat, & ſæpius importunas preces ad honores promoueri cupientium hoc Dauidico modulo fregit *Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero*. Bernardinorum collegium & templum fundauit Pariſiis. Ordines Benedictorum & Ciſtercienſiũ reformauit.

I.

Opinio Ioannis XXII. dilucide explicatur determinans animas ſanctorum nihil habentes expurgabile ſtatim vt diſcedunt ante diem Iudicij faciem Dei cernere.

† *Ex Alphonſo de Caſtr lib. 3. aduerſus hæreſes.*

BENEDICTVS ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Benedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui ſacroſanctam Romanam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam quàm vt vineam plantauit dextera ſua, quámque vt præcipuam in Eccleſiarum omnium caput erexit vt victricem, dicente Domino ad Petrum: Tu es Petrus & ſuper hanc

hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: ſua miſeratione non deſerit, ſed per beatos Apoſtolos ſuos, præcipuè Petrum & Paulum ſingulares eiuſdem Eccleſiæ defenſores, pia benignitate & continua pietate cuſtodit, quatenus eiſdem rectoribus gubernata, in ſe ſtabilis maneat fundata ſuper firmam Petram, omnéſque Chriſtianæ fidei cultores illi obediant, illi pareant, illi intendant, ſub illius magiſterio degant, ſub eius diſciplina & correctione conſiſtant: non illi dogmatizetur improuidum, inſeratur incautum, in fide temerarium ingeratur: ſicque declinent homines à malo & facient bonum, ambulent per vias rectas, & ad meliora per ſancta deſideria proficiſcantur, ſperent iuſtorum propinquas æternæ vitæ retributiones, timeant malorum inferni calamitates non remotas: nam ſcriptum eſt: Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt reddere vnicuique iuxtà opera ſua. Quòd ſi ſecus à quoquam fuerit attentatum id, protinus ſua authoritate, pœnis etiam adiectis prout expedire viderit, prorſus euellat. Pro qua vt in ſeipſa ſubſiſtens alios informaret, paſſionis ſuæ tempore ſaluator noſter Ieſus Chriſtus Patrem exoraſſe perhibetur, dicens: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Sanè dudum tempore fœlicis recordationis Ioannis [a] vigeſimi ſecũdi prædeceſſoris noſtri, inter nonnullos etiam theologicæ facultatis magiſtros, ſuper viſione animarum iuſtorum hominum poſt mortem ſuam, in quibus nihil erat purgabile cùm de hoc ſeculo deceſſerunt, vel ſi fuerat, iam purgatum fuerat ex toto, an diuinam eſſentiam videant ante corporum ſuorum reſumptionem & iudicium generale & ſuper nonnullis aliis orta materia quæſtionis, ipſorum aliqui negatiuam, aliqui affirmatiuam, alij verò ſecundum ſuas imaginationes, de viſione diuinæ eſſentiæ ab animabus huiuſmodi, diuerſa & diuerſimodè oſtendere nitebantur: prout ex dictis & ſcriptis ipſorum noſcitur apparere: ſuper reiectis ſuis verò concertationibus, quas hic cauſa breuitatis omittimus quia ita ex noſtris determinationibus inter ſe etiam decidebant. Cúmque idem prædeceſſor noſter ad quem prædictorum determinatio pertinebat, ad deciſionem concertationum huiuſmodi ſe pararet, in ſuo conſiſtorio publico tam fratribus ſuis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de quorũ numero tunc eramus, quàm prǽlatis & magiſtris in theologia, qui multi aderant præſentes, iniungendo diſtrictius, & mandando, vt ſuper materia de viſione prædicta, quando requirerentur ab eo, deliberatè vnuſquiſque diceret quod ſentiret. [b] Tamen morte præuentus, ſicut domino placuit, perficere illud nequiuit. Defuncto itaque prædeceſſore præfato, nos diuina dignatione ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, diligentiùs attendentes quanta ex præmiſſis eorum concertationibus non ſolutis, animarum imminent pericula, quanta exinde poſſunt ſcandala ſuboriri: vt ipſorum varietas pereat, & veritatis ſoliditas innoteſcat, habita prius ſuper prædictis ſolicita examinatione, & diligenti deliberatione cum fratribus noſtris dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de ipſorum fratrum conſilio, hac in perpetuum valitura conſtitutione, authoritate apoſtolica definimus, quòd ſecundum communem Dei ordinationem, animæ ſanctorum omnium, qui de hoc mundo ante domini noſtri Ieſu Chriſti paſſionem deceſſerunt, necnon ſanctorum apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, virginum, & aliorum fidelium defunctorum, poſt ſacramentum baptiſmi ab eis ſuſceptum, in quibus nihil purgabile fuit quando deceſſerunt, nec erit quando decedent etiam in futurum, vel ſi tunc erit aliquid purgabile in eiſdem, tamen poſt mortem ſuam purgabunt, atque animæ puerorum eodem Chriſti baptiſmate renatorum, & baptizandorum, cùm fuerint baptizati, ante vſum liberi arbitrij decedentiũ, mox poſt mortem ſuam, & purgationem præfatam in illis, qui purgatione huiuſmodi indigebãt, etiam ante reſumptionem ſuorum corporum, & iudicium generale, poſt aſcenſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti in cœlum, fuerunt, ſunt, & erunt in cœlo, cœlorũ regno, & Paradiſo cœleſti, cum Chriſto ſanctorum angelorum conſortio aggregatæ, ac poſt Chriſti Ieſu paſſionem & mortem viderunt, & vident, & videbunt diuinam eſſentiam immediatè, ſe benè, & clarè, & apertè illis oſtendentem: quódque ſic vidẽtes eadem diuina eſſentia perfruuntur: necnon quòd tali viſione & fruitione eorum animę, qui iam deceſſerunt, ſunt verè beatæ, & habent vitam æternam

&

a *Hic error nunquam ſuperauit fidem Catholicam huius Pontificis eius etiam Ochami aduerſario teſte in dial. tract. 1. par. 2. c. 9. & 10. qui fatetur hæc propria fuiſſe Ioannis verba.* Licèt nos poſtquam fuimus in iſto ſtatu ſtuduimus ſanctorum originalia ſingulariter relegere, nunquam tamẽ meæ intẽtionis fuit dicere aliquid cõtra fidẽ, & ſi aliquando diximus, id totũ ex tunc reuocamus.

b *Hoc Benedicti teſtimonio incõcuſſo apparet Pontificem non hoc aſſeruiſſe κατηγορικῶς quaſi nequaquã vltra de hac re eſſet ambigendum, ſed id tantum ἀμφισβητικῶς deliberandum propoſuiſſe.*

& requiem, & omnium illorum, qui poſtea decedent, cùm eandem diuinam videbunt eſſentiam, ipſaque perfruentur ante iudicium generale, ad quòd viſio huiuſmodi eiúſque fructus actum fidei & ſpei in eis euacuant, prout fides & ſpes propriè Theologicę ſunt virtutes: quódque poſtquam inchoata fuerit vel erit tali, intuitiua & facialis viſio, & fruitio in eiſdem, eiuſdem viſio & fruitio ſine aliqua intermiſſione ſeu euacuatione prædictæ viſionis & fruitionis continuata exiſtet, & continuabitur vſque ad finale iudicium, ex tunc vſque in ſempiternum. Definimus inſuper, quòd ſecundùm Dei ordinationem communem, animæ decedentium in actuali peccato mortali, mox poſt mortem ſuam ad inferna deſcendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur: & quòd nihilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Chriſti cum ſuis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem vt recipiat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Decernentes prædictas noſtras definitiones ſeu determinationes, & ipſarum ſingulas ab omnibus fidelibus eſſe tenendas. Quicunque autem deinceps prędictarum noſtrarum definitionum ſeu determinationum, ac ſingularum ipſarum contrarium ſcienter & pertinaciter tenere, conferre, prædicare, docere, aut defendere, verbo, vel ſcripto præſumpſerit, contra eum ſicut contra hæreticum modo debito procedatur. Nulli ergo hominum liceat hāc paginam noſtrę conſtitutionis, &c. Dat. Auinione quarto Calend. Februarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Hæc conſtitutio apud paucos authores inuenitur cuius tamen meminit Lazardus Cœleſtinus. Ioan. Gerſon. in ſermone de feſto Paſchali. Sixtus Senēſis Biblioth. lib. 6. annot. 345. Sanderus lib. 7. de viſib. monachiæ.

Qui prudentiùs iſta perpenderit falſum commentum obtruſum ab hæreticis in huius Pontificis vituperium ilico comperiet, & è veſtigio huius conſtitutionis dubitationum fractis ſcopulis animaduertet nihil omninò à Ioanne definitum eſſe atque ideo non fuiſſe ſchiſmaticū dū ſe ſubiiciebat meliori ſentētię deinde perſpiciet aut omnes omnino aut penè omnes Cardinales pontifici Ioanni ſe oppoſituros fuiſſe ſi ſemel ad rē peruentum fuiſſet. Cum enim ſtatim poſt mortem Ioannis omnes in contrariam ſententiam ſub Benedicto iuerint, non eſt credibile quin à Ioanne adhuc viuente etiam diſſenſerint præſertim cùm ipſe Benedictus teſtetur, aliquos Theologos negatiuam, alios verò affirmatiuam partem veram oſtendere conatos eſſe, ac Ioannem ipſum mandaſſe vt deliberatè vnuſquiſque diceret quod ſentiret. Idcirco Dominicanæ acies in medium proſilierunt ad retundendam tanti erroris inſaniam. Sed huic pertinaciùs nō adhæſit Pontifex nec voluit illo comitati ante diuinum tribunal, ita vt prudenter Conſilio Pariſienſiū Theologorū retractauerit opinionē. Concilium Florentinū an. 1438. ſub Eugenio 4. celebratū exactam huius dubij ſententiam protulit his verbis definimus illorum animas qui poſt Baptiſmum ſuſceptum nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiam quę poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus vel eiſdem exutæ corporibus prout recipi, & intueri clarè ipſum Dominum trinum & vnum ſicut eſt promeritorum tamen diuerſitate aliam alio perfectas illorum autem animas qui actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt mox in Infernum deſcendere pœnis tamen diſparibus puniendas.

II.

Reformatio abuſuum qui ſæpe in foro verſantur Aduocatorum & cauſarum Patronorum auaritia.

BENEDICTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuā rei memoriam. DECENS & neceſſarium exiſtimamus, vt patroni cauſarum, qui in Romana curia officium Aduocationis aſſumunt, deinceps diſcreto & optimo ordine dirigantur Sit autem cauſæ patronus in proponendo efficax, atque pertinentia duntaxat ad negotium de quo agitur recitans, ſuperflua & impertinentia non admittens, nec vltra quam cauſæ expoſcit vtilitas, in licentiam conuiciandi, & maledicendi temeritatem prorumpat: proponentem autem cauſidicum ſecundum ordinem prælibatum, quandiu ſibi audientia conceditur, alij patienter audiant, & expectent, nec verba ipſius vllatenus interrumpant. Caueant tamen Aduocati prædicti, ne de cauſis pauperum prædictorum (quas per illos qui eas proponere volunt gratis proponi volumus) quicquam omnino recipiant, etiam de ipſorum pauperum prompta inſtātia liberalitatis oblatum. [a] Qui ab eis aliquid receperint, nequaquam dominium eius acquirant, ſed ad reſtitutionem duplici eius quod receperint, ſic eos teneri volumus & aſtringi, vt nihil per dictos pauperes remitti poſſit eiſdem, ad quam quidem reſtitutionem per Vicecancellarium, qui erit pro tempore, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Ne vero (quod abſit) cupiditatis ardor in-

a Debent aduocati patrociniū pauperibus gratis præſtare aut à munere aduocationis à Iudicibus poſſunt arceri per aliquot temporis ſpaciū. l. prouidendum. ff. cap. de poſtul. Bald. & Rom. in ſing. 259. Abb. in c. 1. text in l. 1. §. cura carnis. ff. de officio præfecti vrb. l. moris. §. ſunt autē. ff. de pœnis. Nā in conſcientiæ Iudicio aduocatus reus eſt mortalis peccati ſi nolit pauperibus patrocinari Tho. Caiet. 2. 2. q. 71. art. 1. Syl. verb. aduocatus. q. 28. Dominic. de Soto lib. 5. de iuſt. & iur. q. 8. art. 1.

cite

citet Aduocatum pro immoderato lucro captando ad ſuſcipiendum cauſarum multitudinem ad quarum patrocinium non ſufficit, abſque ipſarum detrimento cauſarum, & clientulorum ſuorum irreparabili præiudicio, & iactura: Omnibus Aduocatis eiuſdem Rom. curiæ præſentibus, & futuris diſtrictiùs inhibemus, ne quiſquam eorum tot cauſas ſuſcipiat, quod eis opportunitatem neceſſarij ſtudij, & ſolertiam debitam in proſequendis, ſeu dirigendis eiſdem nequeant exhibere, cum melius ſit bene pauca attendere, quam multa ſuſcipere periculosè. Quod ſi fortè contra inhibitionem huiuſmodi tot cauſas receperint, vt eiſdem ſingulis non poſſint debitum ſtudium & neceſſitatem ſolitam adhibere, & ob hoc dictas cauſas vel earum aliquam perire, vel minus diſpendiosè differre contingat, ad reſtaurationē expenſarum, damnorum, & intereſſe partis, ſi talis ſit cauſa quæ extimationem recipiat, vel de cuius intereſſe poſſit ſatisfieri, integraliter teneantur, alioquin vltra expenſas eaſdem pro eiuſdem Vicecancellarij in cauſis conſiſtorialibus, in cauſis vero aliis quas apud Sedem Apoſt. agitari contigerit, pro Auditorum ipſarum cauſarum, ſiue Auditores ipſi ſint S.R.E. Cardinales, ſiue alij qui apud Sedem prædictam huiuſmodi cauſas audierint, arbitrio puniantur. Rurſus quilibet Aduocatus antequam cauſam proponendam & dirigendam ſuſcipiat, factum clientuli cuius erit negotium, cum principali ſi poterit, vel cum Procuratore ſeu promotore cauſæ ipſius, & quæ munimenta, qualéſque probationes ſuper dicto negotio clientulus habeat & habere poterit, examinet diligenter. Et ſi ex informatione huiuſmodi reperiat iuſtam, rationabilem, & probabilem eius cauſam (quam informationem in ſcriptis redactam ſibi faciat exhiberi) cauſam aſſumere poterit ſuo patrocinio adiuuandam. Si vero iniuſtam, & improbam ex dicta informatione repererit, eam non aſſumat, ſed à patrocinio ſuo repellat, partique repulſæ conſulat quod dictam cauſam dimittat, nec in proſecutione ipſius ſe, & alteram partem vexet laboribus, & expenſis. Poſtremò eiſdem Aduocatis, & Procuratoribus cauſarum iniungimus vt præmiſſa inuiolabiliter ſtudeant obſeruare Caueant autem quod vltra conuentum ſalarium nihil omninò lite pendente recipiant quantumcunque gratis oblatum, nec cum clientibus vel aliis pro eis ineant, nec aliquam faciant pactionem, alioquin ad reſtitutionem dupli illius quod receperint vltra dictam conuentionem teneantur, nulla remiſſione partis in hoc profutura, & contractus huiuſmodi viribus non ſubſiſtant, & alias per eundem Vicecancellarium in cauſis conſiſtorialibus, in aliis verò cauſis per Auditores earum, prout viſum fuerit puniātur. Præmiſſis quoque adiiciendo prouidemus, vt ſi dicti Aduocati vel Procuratores minus fideliter vel negligenter cauſas aſſumptas duxiſſe vel decidiſſe, vel ſcienter malam cauſam vel improbam aſſumpſiſſe inuenti fuerint, per præfatos Vicecancellarium in cauſis Conſiſtorij, & per Auditores in cauſis quas audient, ad emendationem damnorum, & expenſarum quæ & quas ob hoc partes incurrent, omni appellatione ceſſante, cenſura ſimili aſtringantur. Et ſi eiſdem Vicecancellario vel Auditoribus forſitan videatur ex qualitate vel frequentia dictorum exceſſuum vel defectuum dictos Aduocatos vel Procuratores fore grauius puniendos, poſſint ad tempus vel in perpetuum eis interdicere officia prælibata. Denique quia periculoſum poſſet eſſe partibus, ſi patroni cauſarum quos aut meritum peritiores fecerit, aut vetuſtas, pro vna parte conſiſtant, ſicque partem aliam neceſſe ſit à rudibus atque tironibus ſuſtineri. Statuimus, vt ſi patres hoc ſtatuerent, cauſidicorum diſtributio prout melius fieri poterit fiat, & ſingulorum exequetur partibus auxilium, ac huiuſmodi æqua diuiſio in cauſis quæ tractantur in conſiſtorio, per Vicecancellarium, in aliis vero per Auditores ipſarum cauſarum fiat, ac duobus aduocatis duntaxat pars quælibet ſit contenta, nec plures valeat obtinere. Nulli ergo &c. Dat. Auinioni vj. Cal. Nouemb. Pontifi. noſtri anno ſexto.

Aduocatus vel Doctor alteram partem defendens ſi ex mutatione opinionis vel facti videt eam iniuſtam, deſerere omnino cogitur, nam alias iniuſtā cauſam defendens peccaret mortaliter & teneretur parti contrariæ ad reſtitutionem vt vtrumque firmant Sum. Ang. in tit. de Aduoc. §. 33, Sum. Tabien. in eod. tit. de aduoc. §. 13. num. 15. Armil. eod. tit. § 11.

Cauſidici debēt abſque perſonarū illicio veritatis tueri partes.

Hic Pontifex ex tibiæ dolore quam imperiti medici ne flueret, impedire conati erant obiit Auenione 1342. cui magnificū funus in Eccleſia cathedrali omnibus collachrimātib. curatū eſt Multam vim auri non parentibus aut cognatis ſed Eccleſiæ reliquit Philippum Galliæ, & Eduardum Angliæ reges per legatos ſæpius ad pacem adhortatus eſt at fruſtra quia pertinaci internecione delectabantur.

CLEMENS SEXTVS

Petrus Moſtrius Rogerij filius de Malmonte Lemouicenſis diœceſis, ſuſceptis Doctoratus infulis in Theologia, apud celeberrimam Pariſiorum Academiam variis dignitatibus exornatus eſt, toto ordini S. Benedicti ſuſpiciendus. poſtea Rhotomagenſis Senonenſis & Arelatenſis Archiepiſcopatum obtinuit. & à Benedicto XII. Cardinalis creatur: poſtremò Auinione pontifex à Cardinalibus renunciatus eſt. Iubileum ad 50. annos retulit, quod breuior eſſet hominum vita. Pontificiæ ſedi vrbem Auenionem acquiſiuit. S. Iuonem vtriuſque Iuris ſplendorem cathalogo ſanctorum adſcripſit.

I.

Contra occupatores terrarum & locorum S. Rom. Eccleſiæ.

Occupantes dominia patrimonij Eccleſiæ per Vrbanum quartum cuius conſtitutionem hic referre non potuimus, & ordinatione Ioan. 22. ſup. fol. 51. conſt. 1. Inter cætera. anathemate quatiũtur. Item qui regalia cuſtodiã ſeu guardiam aduocationis titulum in Eccleſiis, monaſteriis aut aliis quibuſlibet piis locis vacantibus de nouo vſurpare conantes bona Eccleſiarum monaſteriorum aut locorum ipſorũ vacantiũ occupant, ac clerici Eccleſiarum monachi monaſteriũ & cæteræ corũ locorũ perſonæ, quæ id fieri procurãt. De elect. & elect. pot. c. 13. in 6.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Ad perpetuã rei memoriã.

ETSI ſolertem adhibere vigilantiam ne quarumlibet Eccleſiarum iura depereant, ex debito noſtri officij teneamur: in manutenendis tamen, defendendis, recuperandíſque occupatis iuribus Eccleſię Romanæ, ſponſæ noſtræ, quę diſponente domino caput omnium, & magiſtra cæteris altiori dignitate præcellens maiorib. eſt iuuanda præſidiis, & amplioribus honoribus attollẽda, eſſe debemus ſolliciti & attenti Ad obuiandũ igitur peruerſis illorum conatibus qui ſibi commoda, non ſe commodis patrimonij Beati Petri in Tuſcia, quod iuris & proprietatis eiuſdem Eccleſiæ fore, ac eidem immediatè ſubeſſe dignoſcitur applicantes temerè Ciuitates, Caſtra, & Villas eiuſdem Patrimonij ad eandem Eccleſiam pertinentia, & eorúmque dominium, ſuperioritatem aduocationem, Capitaneatum & iuriſdictionem in ipſius Eccleſiæ graue præiudicium contra conſtitutiones, & ordinationes olim per fel. rec. Vrbanum iiij. & Ioannem xxij. ac diuerſos alios Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros editas non verentur diuerſis exquiſitis coloribus occupare, & ſibi in eiſdem dominium ſuperioritatem, & præeminentiam vendicare, hac perpetua conſtitutione ſancimus, vt nulla Ciuitas, vel communitas nulláque ſingularis perſona cuiuſcunque conditionis, vel ſtatus exiſtat deinceps in aliquibus Ciuitatibus Caſtris, ſeu villis ipſius patrimonij ad prædictam Rom. Eccleſiam ſpectantibus, dominium, ſuperioritatẽ, capitaneatum, aduocationem, iuriſdictionis ſeu aliquam præſidentiam ſeu præeminentiam prętextu cuiuſcunque venditionis, ſubmiſſionis, recommendationis, conceſſionis, recognitionis, obligationis, contractus vel pacti, aut cuiuſuis alterius commercij abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſpeciali recipere audeat, vel ſibi dominium, præſidẽtiam, Capitaneatum ſeu iuriſdictionem in prædictis ciuitatibus, Caſtris, ſeu Villis ex quauis occaſione, cauſa quomodolibet vendicare: quódq; Ciuitates, & ſingulares perſonæ ſumiſſiones, ſuppoſitiones, & ſubiectiones, quaſcunque iam in eas factas, & receptas ſeu de facto, cum de iure non teneant quomodolibet attentatas. dimittere teneantur, nec Ciuitates, Caſtra ſeu loca alia quæ ſe eis vt præmittitur, ſubmiſerunt vel quomodolibet ſubiecerunt, virtute ſubmiſſionis, & ſuppoſitionis alicuius, vel cuiuſuis contractus titulo valeant retinere, nulláq; Vniuerſitas, ſeu communitas Ciuitatis, Caſtri, ſeu Villæ Eccleſiæ Romanæ ſubiecta in Terris Patrimonij conſtituta alicui Vniuerſitati, ſeu communitati, vel priuatæ perſonę cuiuſcunque conditionis, aut ſtatus exiſtat, ſe ſubiicere, ſubmittere, ſeu ſupponere valeat, conſtituendo recognoſcendo, ſeu profitendo ſe ſubeſſe alicui vniuerſitati, vel priuatæ perſonę, ſeu ad eoſdem ſuper eos, & in ipſis ac dictis Ciuitatibus, Caſtris, & Villis aliquam iuriſdictionem Dominium Capitaneorum ſeu quamuis aliam præeminentiam pertinere. Et ſi quæ Ciuitates, Caſtra, vel loca iam de facto ad ſummiſſionem & ſuppoſitionem aliquibus Ciuitatibus, vel priuatis

perſonis

perſonis de ſe factam venditionis, donationis, vel cuiuſuis alterius contractus colore, vel titulo proceſſerunt, illa quamuis de iure valeant quatenus de facto proceſſerunt, realiter, & effectualiter ſtudeant reuocare, nec illis vnquam vtantur, nec virtute ſummiſſionum huiuſmodi vel aliàs illis quibus quouis titulo vel colore ſe ſummiſerint vllatenus obediant pareant vel intendant: contrarium non facientes directè vel indirectè per ſe vel alios, tam illi, & eorum ſinguli, qui in Ciuitatibus, Caſtris, aut Villis eiuſdem patrimonij, vel eorum aliquo huiuſmodi dominium, ſuperioritatem, capitaneatum, aduocationem, iuriſdictionem quamcunq; pręeminentiam, ſeu pręſidentiam ſine licentia ſedis Apoſtolicę ſpeciali recipient in futurum, & qui iam ex quocunque contractu vel obligatione receperunt, ſeu quauis vſurpatione quomodolibet occupauerunt, niſi ſic recepta, & occupata infra duorum menſium ſpatium poſtquam præſens conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit, vel per eos ſteterit quo minus valeat peruenire, dominium ſeu præſidentiam, ſuperioritatem, Capitaneatum, aduocationem, iuriſdictionem quamcunque ſeu præeminentiam huiuſmodi realiter dimiſerint cum effectu, illa nullo vnquam tempore abſque ipſius ſedis licentia reſumpturi, quam illi, qui ſe ſummiſerint, ſuppoſuerint ſeu ſubiecerint, vt præfertur ſimili modo cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant ſingulæ perſonę ſententiam excommunicationis incurrant, ac Terrę ipſorum vbicunque fuerint, Eccleſiaſtico interdicto ſubiaceant ipſo facto, Ciuitates autem, Caſtra, & Villæ, quæ in antea ſe ſummittent, ſupponent, ſeu ſubiecerint, & quę ſummiſſionem, ſuppoſitionem ſeu ſubiectionem huiuſmodi recipient ſeu quomodolibet occupabunt, Ciuitates quoque, Caſtra, etiam loca quæcunque, quæ ſe iam quouis colore, vel titulo vt pręmittitur ſummiſerunt, & ſubiecerunt, ac Ciuitates, quę ſummiſſiones, & ſubiectiones huiuſmodi receperunt niſi infra prędictum duorum menſium ſpatium ab omni effectu, dictæ ſummiſſionis, & ſubiectionis realiter deſtiterint ipſis vlterius non vſuri, ſeu contra conſtitutionem, & inhibitionem noſtram venire directè vel indirectè per ſe, vel alium ſeu alios attentabunt eccleſiaſtico ſubiacere decernimus interdicto, & nihilominus omnibus indulgentiis, priuilegiis ac gratiis, necnon feudis, bonis, & honoribus, & iuribus quibuſcunque quæ ab eadem Romana & aliis eccleſiis obtinent, priuamus & priuatos, volumus eſſe ipſo facto. Non obſtantibus ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod excommunicari, ipſorúmque Terrę, & loca Eccleſiaſtico interdicto ſupponi non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de huiuſmodi ac eorum perſonis, locis, ordinibus & nominibus propriis mentionẽ. Nos inſuper omnes ſummiſſiones ſubiectiones, ſuppoſitiones ſuper prędictis factas, & obligationes, pacta, ſeu conuentiones, ſub titulo venditionis, vel cuiuſuis alterius contractus quomodolibet initas & habitas, & quaſcunque pœnas adiectas, & iuramenta præſtita ſuper illis, ſub quibuſcunque modis, & forma vel expreſſione verborum, præſertim cum in pręiudicium eiuſdem Eccleſię redundent, ac iuramentum, vinculum iniquitatis eſſe don debeat,* decernimus fore nulla, vacua, irrita, & inania, & nullius exiſtere firmitatis, & quatenus ad illa de facto proceſſum extitit tollimus, & reuocamus omnino, & iuribus vacuamus. Cęterum cum pręfatus Ioannes Papa xxij. prędeceſſor noſter dudum vniuerſis, & ſingulis tam clericis quam laicis cuiuſcunque ſtatus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis exiſterent etiam ſi Pontificali, vel Imperiali, ſeu Regali, vel quauis alia dignitate fulgerent, ac omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & nobilibus, ac Poteſtatibus, Capitaneis, & aliis officialibus quibuſcunque Comitibus, & Populis Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum: & aliorum quorumcunque locorum vbicunque conſiſtentium, & omnibus aliis quibuſcunque auctoritate Apoſtolica inhibendum per ſuas literas vim conſtitutionis habentes duxerit, & mandandum ne per te vel alios directè vel indirectè Patrimonij Romandiolę Marchię Anconitan. Ducatus Spoletan. Cãpanię, Maritimæq; ac Maſſę Trebarię Prouincias, Venaiſini. & Vrbanitus, olim comitatus, ac Vrbinat. & Rauenatẽ, ciuitates & alias terras ciuitates caſtra villas & loca quęcunq; ad eundẽ Rom. Eccl. pertinen. vel ipſorũ aut alicuius eorũ partẽ occupare, inuadere, aut turbare, ſeu fidelibus eorundem

Sub pœna excommunicationis & interdicti occupatores bonorum Eccleſiæ coguntur infra duos menſes recedere à poſſeſſione.

** Hæc ſententia è Iure Cæſareo deſumpta eſt. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. illud. in addit. gloſſ. non valet iuramentum aperiens viam iniquitati ad delinquendum. alleg. in not. vt c. ad noſtram de Iureiur. Addit quod Iuramentum nõ debet eſſe vinculum iniquitatis, in c. inter cætera 22 q. 4 in c quanto. extra. de Iureiur. in c. 1. extra de conſuet. in 6. Iaſon in l. qui Iurato. in 11. col. qui ſatisd. cogantur.*

 iniurias,

iniurias, damna ſeu violentias irrogare, aut occupationibus inuadentibus, turbantibus, vel iniurias, damna ſeu violentias irrogantibus publicè, vel occultè aſſiſtere, aut auxilium, conſilium, vel fauorem, directè vel indirectè, publicè vel occultè, per ſe vel per alium ſeu alios præſtare pręſumerent quomodo, in omnes, & ſingulos, contra inhibitionem, & mandatum huiuſmodi venire aut attentare per ſe, vel per alios pręſumentes, tam clericos quam laicos, etiam ſi vt prædicitur Pontificali aut Imperiali ſeu Regali; vel alia quauis dignitate fulgerent, de fratrum ſuorum conſilio, excommunicationis, quàm eo ipſo incurrerent ſententiam promulgauit ipſorúmque Terras necnon quaſlibet vniuerſitates communitates, & populos ipſorum Ciuitates, Terra, Caſtra, Villas, & loca in pręmiſſis vel aliquo pręmiſſorum culpabiles, Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, & eos, ac ipſorum quemlibet omnibus priuilegiis, indulgentiis, gratiis, & immunitatibus realibus & perſonalibus, ab eadem Eccleſia & Imperio Romano conceſſis eiſdem, omnium etiam feudorum, bonorum, honorum, officiorum iurium & iuriſdictionum quæ ab Eccleſia & Imperio pręmiſſis obtinerent, de ipſorum fratrum conſilio auctoritate priuauerit ſupradicta, ipſos ad illa & ſimilia & quęlibet alia, eorúmque filios & Nepotes ad quælibet beneficia Eccleſiaſtica, dignitates, perſonatus & officia cum cura vel ſine cura quouis nomine cenſerentur, auctoritate qualibet obtinenda vſque ad tertiam generationem excluſiuè reddendo inhabiles & indignos. Nos per pręmiſſa vel quæcunque alia inhibitioni mandato pœnis & ſententiis per ipſum prædeceſſorem factis & promulgatis, vt ſuperius eſt expreſſum, aliíſque contentis in literis ſupradictis non intendimus in aliquo derogare inhibitionem mandatum pœnas & ſententias, & alia ſupradicta per præſentem conſtitutionem noſtram roboramus, & in ſui vigoris efficacia volumus & decernimus permanere. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę priuationis admonitionis reuocationis, roborationis voluntatum & conſtitutionum infringere vel ei auſu cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Auinioni xij. Calen. Auguſti. Pontificatus noſtri anno quinto.

Vltra excõmunicationis & interdicti vinculum quo irretiuntur qui occupant & inuadunt terras Eccleſiæ Romanæ, priuilegia etiam omnia amittunt & eorum ſucceſſores vſque ad tertiam generationem inhabiles fiunt ad obtinenda officia.

Pontificum omnium qui Auenioni ſederunt nulla celebrior neque frequentior eſt memoria quam Clementis V I. *ob multa præclarè conceſſa munera cum* Eccleſiaſticis *tum vrbi ipſi, in cuius præſtantioribus ædificiis atque pegmatibus ſex roſæ huius* Pontificis *inſignia adhuc cernuntur vt in ponte vrbis cuius quatuor arcus ſuis ipſe impenſis fieri curauit. Non ſum eius ſortis Chronologus vt quidquam memoriæ dignum hæc commentaria elabi permittam.* Videte *grati animi* Symbolum, *acceptique beneficij memorem hominem. Clemens ſextus cũ donatus fuiſſet laurea doctorali* Parriſiis *omnium applauſu, & de reditu in patriam ſollicitus itineri ſe accinxiſſet, in ipſis Aruernorum finibus à latronibus miſere deluditur, nudatur, & veſtibus & commeatu expoliatur, ſola vita incolume relicta. Huius infortunij inuſitatum dolorem conſtantiſſime pertulit, ſed itineris moleſtia pertæſus ad quoddam monaſterium quod in agro* Claromontenſi *ſitum eſt ſe contulit, ſtipem, & viaticum poſtulaturus.* Illic *lautum & liberalem* Abbatem Hoſpitem *inuenit qui eius caſus ſortem miſertus benignè eum recepit, iure illo* Philoxeniæ *ſancto, & multis modis venerando.* Breui *illa contracta mora cum diſcederet hoc verbo voluit ſymbolum hoſpitij perſoluere quando (inquit) acceptum ego beneficium referre potero, huic* Aldebrandus *(tale enim nomen erat* Abbati*) ioco veluti cum eris* Romanus Pontifex, *(inquit) tunc parari referes.* Ludicrum *pactum illud non caruit effectu.* Pontificatum *adeptus* Clemens *Aldebrandum* Auenionem *venire iubet, eumque* Tholozano Archiepiſcopatu *exornauit.* Vtinam *hunc* Pontificem *imitarentur ij omnes qui ab infimo paupertatis & miſeriarum puluere ad honorum faſtigia euecti ſuipſius immemores & beneficiorum acceptorum remunerationem obliti ingratitudinis odioſum ſcelus conſequuntur* Nec *immeritò vt ait* Senec. lib. 3 de Beneficentia *apud* Athenienſes *&* Macedones *lege cauebatur vt haud ſecùs aduerſus male meritos ingrati actio detur, ius iudiciumque dicatur ac ſi ære alieno aut graui crimine noxij forent, hæc enim obligatio ad* ἀντίδωρα *dicta eſt, beneficium enim cui collatum eſt ad promerendum naturæ lex obligat & deuincit.* Vlp. *in l. ſed ſi lege. § conſuluit. ff. de pet. hæred.* Perſæ *quoque illum qui accepto*

beneficio gratum cum poſſet non referret graui pœna proſequuntur in cuiuſque lege agere licet tanquam magno eſſet ſcelere pollutus.

Anno Dominicæ *natiuitatis 1352. die 7. idus* Decemb. *in* Solennit. S. Confeſſoris *Chriſti* Nicolai Epiſcopi Auenione *in palatio* Apoſtolico *pontificum mortuus eſt* Clemens *ſextus* Pontificatus *ſui anno* XI. *Cadauer eius ad ad* Eccleſiam *Monaſterij Caſæ* Dei Claromontenſis Diocæſis *vbi quondam* Monachus *&* Abbas *fuerat relatum ibidem honorificè conditum eſt.*

Huius Pontificis *mortem dirum* Cometem *& fulmen quo ictum eſt cacumen Vaticani minari coniecit populus* Romanus.

INNOCENTIVS SEXTVS

Epiſcopus Claromontenſis, patria Lemouicenſis. I.V. Doctor exercitatiſſimus Cardinalium collegio adſcribitur à Clemente quarto poſt cuius obitum Auenioni in palatio Apoſtolico Pontifex Max. proclamatus eſt. xv. Cal. Ian. voluitque ex Stephano apellari Innocentius quod innocentiſſimus eſſet moribus vel quia nemini nociturus omnium ſpe certiſſima videretur. Magnatum & procerum petulantem ſuperbiam non ferebat. Reſidentiam Paſtorum in ouili ſummè procurauit. Probatiſſimis & accurato examine idoneis præbendas Eccleſiaſticas concedi voluit.

I.

In Occupatores terrarum S. Ro. *Eccleſiæ.*

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

SEDENTIS in throno paſtoralis eminentiæ ſtudium ad hoc laborat aſſiduè, ad id enititur inceſſanter, vt proſpiciens remedia opportuna ſubiectis, nunc illis vtilia ſtatuat, nunc perículoſa, & nociua ſuccidat, & nonnunquam miſericordis patris implens affectum, ac frequenter exercens officium iudicis cum iuſtitia ſæuientis exerit, quia ex ore procedit ipſius vis gladium acutum, quo ſicut viros timoratos medicinaliter parturit, ſic vtique pertinaces, & impios ſpiritualiter ferit, temporaliterque percellit. Dudum ſiquidem fę re. Ioanes Papa 22. prædeceſſor noſter omnibus Principibus. Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Poteſtatibus, Capitaneis, & officialibus quibuſcũque, ac alijs vniuerſis, & ſingulis Clericis, & Laicis cuiuſcunque ſtatus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis exiſterent, etiam ſi Regia, vel Imperiali, aut Pontificali, ſeu quauis alia dignitate fulgerent, Communitatibus quoque, ac Populis Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & aliorum locorum quorumcunque vbicumque conſiſtentium de Fratrum ſuorum conſilio auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibuit, ne per ſe, vel alium, ſeu alios directè, publicè, vel occultè Romandiolæ, Marchiæ Anconianæ, Ducatus Spoletan. Patrimonij beati Petri in Tuſcia, ac Maſſæ Trebariæ prouincias, necnon Venayſini, Bretenorij, & olim Vrbini Comitatus, ac Vrbinaten. Rauennaten. Beneuentan. & alias Ciuitates, Terras, Caſtra, Villas, & alia loca quæcunque ad Romanam Eccleſiam pertinentia, vel ipſorum, aut alicuius eorum partem occupare, inuadere, vel turbare, ſeu fidelibus ipſius Eccleſiæ incolis, & habitatoribus eorundem iniurias, damna, ſeu violentias irrogare, aut occupantibus, inuadentibus & turbantibus ea, vel iniurias, damna, ſeu violentias irrogantibus ea, illis aſſiſtere, aut conſilium auxilium vel fauorem præſtare pręſument, ac in omnes & ſingulos contra inhibitionem huiuſmodi venire, aut attentare quomodolibet præſumentes tam clericos quam laicos, etiam ſi vt pręmittitur Regali vel Imperiali, aut Pontificali, ſeu quauis alia dignitate fulgerent, ſententiam promul-

Ioannes 22. vt ſup. fol. 50. relatum eſt. conſt. inter cætera eandem ſtatuit ſententiam aduerſus occupatores bonorũ S. Rom. Eccleſiæ.

gauit excommunicationis,& nonnullas alias ſpirituales,& temporales ſententias, atque pœnas. Et ſubſequenter pię memorię Clem. Papa VI. dicti prędeceſſoris Ioannis ſucceſſor, prędeceſſor noſter, proceſſus eiuſdem prædeceſſoris Ioannis inhibitionem,& promulgationem huiuſmodi continentes de fratrum ſuorum conſilio, de quorum numero tunc eramus innouauit & confirmauit, ac voluit vim perpetuæ conſtitutionis habere. Poſtmodum vero cum damnationis filius, ac perditionis,& abhominationis alumnus Franciſcus de Ordelaffis Miles Foroiouien. Ceſenat.& Foropopulen, ciuitatum primo,& ſubſequenter Bretenori, Melduæ, Caſtricari,& nonnulla alia Caſtra in & de dicta prouincia Romandiolæ ad nos, & dictam Eccleſiam Roman. immediate ſpectantibus exiſtentia, quæ ad nos,& Eccleſiam ipſam nullo medio pertinet, execrabilis ambitionis ardore tyrannicè occupaſſet, illaque detinuiſſet,& detineret, prout detinet in animæ ſuæ præiudicium & grauamen, diuinæ Maieſtatis offenſam, eiuſdem Eccleſiæ damnum, fidelium,& deuotorum ipſius diſpendum,& iacturam, pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum damnabiliter occupata, & ob hoc huiuſmodi excomunicationis, & alias ſententias & pœnas ſpirituales, & temporales in prædictis eiuſdem prædeceſſoris Ioanis, vt præfertur, contentis proceſsibus manifeſtè, & notoriè incurriſſet, eaſq; ſuſtinuiſſet per plures annos, & ſuſtineret, prout ſuſtinet vilipendens claues Eccleſiæ animo indurato. Idem prædeceſſor Clemens præfatum Franciſcum de Ordelaffis poſt ſalutaria monita,& paternæ ac dulcis exhortationis affatus, quibus erga eum hærentem luto damnationis æternæ immo in illud præcipitanter immerſum per Legatos,& Nuncios ſuos,& Apoſtolicas litteras ſtudio pij patris frequenter inſtiterat, vt obtenebratos caligine peccatorum oculos ablueret pænitentiæ lachrymis,& illos ad Deum Creatorem ſuum attolleret lotos, vt ſalutis lumen recipere mereretur. Et quod ipſe Franciſcus de Ordelaffis obturatis auribus obſtinati cordis contumaciter obaudiens ea omnino contempſit, tam ex præmiſsis, quam alijs cauſis habens merito de fide ſuſpectum, ipſum primo,& ſecundo peremptoriè citauit, vt infra certos competentes terminos, quos ei peremptorie ſtatuti, ſucceſſiuè coram eo prædeceſſore Clemente reſponſurus de ipſa fide perſonaliter compareret. Cúmque Franciſcus idem aliquo dictorum terminorum,& poſt ipſos de benignitate ſedis Apoſtolicæ diutius expectatus comparere minime curauiſſet, immo quaſi pepigiſſet cum iniquitate fœdus, mala malis accumulare, ac peioribus adiicere peiora, quæ ſilentio ex cauſa relinquimus, non timeret idem prædeceſſor Clemens VI. Idus Iulij Pont. ſui anno vndecimo memoratum Franciſcum reputans prout erat in cauſa ipſius fidei contumacem, in eum tanquam contumacem in dicta cauſa excommunicationis ſententiam promulgauit. Et licet Eccleſia ipſa, quæ per fundatoris,& rectoris ſui Chriſti Ieſu veſtigia gradiens, non vult mortem peccatoris, ſed vitam eius, quærens conuerſionem ipſius ex affectu maternæ pietatis expectat, antefatum Franciſcum hucuſque expectauerit anxia, ſperans quod ipſe accedens ad cor carneum,& ſpiritum compunctionis aſſumens pedes ſuos ab inuio reuocaret ad viam,& errata corrigens ea fruge vitæ redimeret melioris. Ipſe tamen Eccleſiæ memoratæ clementia, & benignitate abutens, in ſuperbia, & contemptu,& cum Sathana, in cuius ſortem prauis operationibus ſuis ceſſit perire malens, quam per contritæ mentis humiliationem,& pœnitentiæ lauachrum accedere ad ſalutem, huiuſmodi excommunicationis ſententiam in eum per eundem prædeceſſorem Clementem in cauſa eiuſdem fidei, vt prædicitur latam per annum, & amplius ſuſtinuit,& ſuſtinet animo pertinaci,& propter quod eſt meritò velut hæreticus condemnandus. Nequeuntes igitur,& nollentes ipſius Franciſci de Ordelaffis virulentam nequitiam, quæ ſerpit & mordet vt coluber, pungit vt ſcorpio, rodit vt cancer, demolitur vt tinea, & inficit vt venenum, vlterius ſub nociuę ac periculoſę conniuentiæ pallio præterire, immo ſic ipſius notam fieri, & omninò conteri prauitatem, vt nulli ſub pelle ouina de cætero lateat lupus rapax, ſed ipſius Eccleſiæ, iuſtæ ſententiæ cenſura colliſus, velut opprobrium hominum, & plebis abiecto ab omnibus confutetur, ipſum per hoc publicæ citationis edictum, cuiuſmodi citationis modum ex certis rationabilibus cauſis duximus eligendum, peremptoriè præſente hac fidelium multitudine copioſa citamus, vt vigeſima die

Menſis

In quendam flagitioſum hac conſtitutio vibratur quod tyrannica audacia in quædam bona Eccleſiaſtici dominij irruiſſet, immemor quod bona Eccleſiæ ſunt patrimonium Chriſti. cap. cum ex eo de electionib. in 6. & ſcribunt Felin. & Dec. in cap. conſtitutus de reſcript. Ideò citatus fuerat vt compareret coram Clement. 6. de fide reſponſurus & quia non comparuit fuit excommunicatus.

Pernicioſi & exitiabilis hominis in Eccleſiam Chriſti rebellis conditio.

Menſis Iunij proximè futuri, quam ei pro peremptorio termino aſſignamus, hora conſiſtoriali compareat perſonaliter coram nobis auditurus ſententiam per nos in cauſa huiuſmodi fidei proferendam. Vt autem huiuſmodi noſtra citatio ad dicti Franciſci de Ordelaffis, & ad aliorum quorum intereſt notitiam deducatur, cartas ſiue membranas citationem continentes eandem in audientia publica literarum noſtrarum legi,& maioris Eccleſiæ Auinionen. affigi * oſtiis ſeu ſuperluminaribus faciemus, quæ citationem eandem ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, vt iidem Franciſcus de Ordelaffis, & alij quorum, vt præmititur, intereſt, quod ad eos non peruenerit, vel quod ignorauerint eandem, nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cùm non ſit veriſimile, apud eos remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Denique volumus,& Apoſtolica auctoritate decernimus, quod citatio ipſa perinde Franciſcum de Ordelaffis arctet eundem, ac ſi ei perſonaliter, & præſentialiter inſinuata,& intimata fuiſſet. Non obſtantibus conſtitutionibus contrariis quibuſcunque. Cæterùm licet venientes ad dictam Curiam, morantes in ea, & recedentes ab ipſa, debeant plena ſecuritate gaudere, ac in ſpoliantes, capientes,& intendentes venientes ad dictam Curiam, morantes ibidem: vel abinde recedentes huiuſmodi excommunicationis, & anathematis ſententiæ ſint per proceſſus Apoſtolicæ promulgatæ, necnon dictus Franciſcus De Ordelaffis Roman. Curiam communem omnibus patriam locum ſibi minus tutum, aut propter inimicitias, vel ex aliis cauſis imminere ſibi periculum in itinere veniendi ad dictam Curiam ad excuſationis ſuæ velamen ſeu pallium forſan alleger, vniuerſos & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos & Epiſcopos, ac alios Eccleſiarum & Monaſteriorum, Prælatos & clericos, ac perſonas Eccleſiaſticas, necnon Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Poteſtates, Capitaneos & officiales, eorúmque locotenentes, necnon communia Ciuitatum & Vniuerſitates oppidorum & aliorum quorúmque locorum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium requirimus, & hortamur, vt eidem Franciſco de Ordelaffis & familiæ ſuæ veniendo ad dictam curiam, morando in ea,& recedendo ab illa, in perſonis, bonis & rebus eorum, nullam inferant iniuriam, moleſtiam, vel offenſam. Nulli ergo, &c. noſtræ citationis. Aſſignationis, voluntatis & conſtitutionis infringere &c. Dat.& actum Auinion, in Palatio Apoſtolico. 11. Id. Martij, Pont. noſtri anno ſecundo.

**Hic eſt citationis valida optimus modus vt placet Iac. Puteo. Deciſ. 213. lib. 3. cuius hæc verba ſunt Corā Domino Mohedano 5. Decemb. fuit dictū quòd citatio eſſet bona facta diligentia de reperiēdo citandū in curia & nō fuit repertus, affixa copia citationis in valuis parochialis de qua agebatur licèt non probaretur quod ibi eſſet affixa citatio originalis dū tamen citatio eſſet legitimè executa in duobus locis vt erat in caſu illo in Eccl. Cathedrali & quadā collegiata qui ſufficit quod citatio in duobus locis exequatur.*

Nunquam antea talis viſa ſolis Ecclipſis, Pontificis huius mortis ſignum aliquod dediſſe putabatur, qui cum inter tot rerum turbines inter tot Principum inextricabiles tumultus varia cura diſtraheretur quaſi tabeſcens præ mentis anguſtia Cal. Septembris Auenione in palatio Apoſtolico mortuus eſt eius cadauer in Monaſterium Carthuſienſium delatum eſt.

VRBANVS QVINTVS

GVILLELMVS Griſant Cœnobiarcha monaſterij Sancti Michaelis apud Maſſilienſes legatione ſua in Italia præclarè functus ſummus Pontifex coronatur Auenioni 8. Idus Nouembris Anno. Dom. 1362. Ex hac electione vt inquit Petrarcha dolor & timor malos, gaudium & ſpes bonos admiratio ac ſtupor omnes inuaſit, omnes tamen vna voce variis licet affectibus in laudem Dei qui facit mirabilia magna ſolus ſtupentia ora ſoluerunt. Vir fuit ſummæ magnæque eruditionis qui in beatiſſima Petri Cathedra annos octo, menſes duos,& dies viginti duos ſumma admiratione ſedit conſtitutiones quas edidit me non ſolum ſed omnes ferme quos hac de re percunctatus ſum, latent in quarum locum ſumma quædam capita geſtorum eius ex antiquo cuiuſdam Bibliothecæ ſitu vindicata poſt Maſſonium referre non grauabor.

Vrbanus quintus antequam ad Papatum aſſumeretur, nominabatur Guilielmus Grimoardus filius Grimoardi militis & domini de Griſaeo Mimatenſis diœceſis, & dominæ Anphelisiæ de Monteferrando eiuſdem diœceſis, coniugibus ex vtraque domo de antiquis nobilibus.

Artes liberales didicit præſertim in ſtudio Montiſpeſſulani.

Audiuit

Audiuit iura ciuilia in ſtudio Tholoſano per quadriennium.

Vitam monaſticam elegit, habitúmque ſancti Benedicti recepit, & factus eſt monachus expreſsè profeſſus in prioratu conuentuali de Chiraco Mimatenſis diœceſis, & ibi ad ſacros ordines ritè & canonicè promotus fuit vſque ad ſacerdotem inc luſiuè.

Receptus fuit in Vicarium & officiariũ Claromontenſem & poſtea Vticenſem.

Demum ad abbatiam Antiſſiodorenſem, & poſtea ad Abbatiam Maſſilienſem fuit promotus per ſummum Pontificem ſine ſui petitione.

Per dominum Innocentium Papam ſextum pro arduiſſimis Romanæ Eccleſiæ negotiis ipſe diuerſis vicibus ad partes Italiæ & Neapolitani regni fuit cõmiſſus.

Defuncto Innocentio Papa ſexto cœtus dominorum Cardinalium ſanctę Romanę Eccleſię apud Auenionem exiſtens, prædictum dominum Guilielmum Grimoardi ætatis quinquaginta trium annorum vel circa, tunc Abbatem Maſſilienſem, diuina gratia fauente, per viam ſancti ſpiritus nominarunt & elegerunt in Chriſti vicarium ſummum, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ pontificem atque paſtorẽ.

Monaſterium ſancti Victoris Maſſilienſis fecit incaſtellari & in fortalitium redigi, prout nunc eſt.

Apud Montempeſſulanum de nouo fundauit, conſtruxit & dotauit vnam magnam eccleſiam in honorem beatæ Mariæ virginis, & beati Benedicti, & Germani confeſſoris.

De Auenionenſi vrbe acceſſit perſonaliter ad Montẽpeſſulanũ, cum ferè omnibus dominis ſanctę Romanę eccleſię tunc Cardinalibus, vbi maius altare dictæ eccleſiæ ſolenniter conſecrauit.

Plurimas alias eccleſiãs & monaſteria fundauit, conſtuxit & dotauit.

Apud Montempeſſulanum erexit & fundauit collegium duodecim Medicorum ſtudentium ibidem perpetuo, & illud collegium dotauit ſufficienter.

Se ipſum cum tota curia de Auenione tranſtulit apud Viterbium, & demum tractu temporis Romã, & fuit in partibus illis commmoratus per tres annos cum dimidio: vſquequo ſcilicet audita diſſenſione illuſtrium regum Franciæ & Anglię diſpoſuit Auenionem redire, prout reuerſus fuit.

Romæ exiſtens ad obedientiam catholicam recepit Imperatorem Conſtantinopolitanum, qui ad eius pedes veniens, ante gradus eccleſię ſancti Petri per ipſum dominum Vrbanum ad manum in eccleſia intromiſſus, confeſſus proceſſionem ſancti ſpiritus ſimul à patre & filio, vnitatem & ſuperioritatem omnium Catholicorum.

Magnis ſumptibus reparari fecit palatium S. Petri iamdiu ante dirutum, & quintam partem maioris eccleſiæ ſancti Petri, & maiorem partem eccleſiæ Lateranenſis, & eccleſiam ſancti Pauli extra muros.

Capita apoſtolorum Petri & Pauli reperta in capella quæ dicitur ſancta ſanctorum in vaſculis argenteis ſatis paruis & minus nobilibus quàm decet: ſtatim ſuis ſumptibus duas ſtatuas argenteas, vnam ſcilicet in forma mediæ perſonæ beati Petri, ſcilicet ab vmbilico ponderantem ſuprà mille ſeptuaginta marcas argenti: & modo conſimili aliam ad formam ſancti Pauli eodem pondere ordinauit & fecit, & illa in Lateranenſi eccleſia collocari fecit.

Apud Auenionem indixit paſſagium generale ad recuperationem terræ ſanctę, per prædicationem quam eleganter fecit in præſentia regis Franciæ, & Cypri & dominorum Cardinalium. Quiquidem duo reges tunc ibidem cruce ſignati ab eo & dominum Cardinalem Albanenſem ſibi legatum apoſtolicum & cruce ſignatum ad dictum paſſagium receperunt humiliter & deuotè.

Circa octauum annum ſuæ aſſumptionis in pontificatum, incidit in quandam infirmitatem Auenione, in qua ordinauit quòd quando ab hac luce migraſſet, corpus eius ſepeliretur more pauperum apud beatam Mariam de Donis Auenione, & dum corpus ſuum ibidem eſſet incineratum, oſſa portarentur Maſſiliam in eccleſia ſancti Victoris, & ibi ſepelirentur ante maius altare, vbi adhuc iacent.

A qua infirmitate obiit in dicta ciuitate Auenionenſi anno ætatis ſuæ ſexageſimo primo, & die decima nona menſis Decembris circa horam nonam pontifica-

tus

tus ſui anno nono in camera domus habitationis domini Cardinalis Albanenſis, ianuis patentibus & apertis omninò, vt quilibet veniens ad videndum eius finem fœlicem & catholicum intrare poſſet, ſignum ſanctæ crucis tenens in manibus, & veſtitus ſemper exiſtens, nec de illa infirmitate iacuerat quomodolibet denudatus.

Poſt eius mortem & ſepulchrum in eccleſia beatæ Mariæ de Donis Auenionenſis, in qua ferè per decem & ſeptem menſes requieuit, Dominus Gregorius Papa vndecimus eius ſucceſſor, præcepit ſolenne ſepulchrum more Papali in monaſterio ſancti Victoris Maſſilienſis iuxtà voluntatem ſuam ſibi fieri, ad quod ſepulchrum fuit tranſlatus, & ibidem de pręſenti requieſcit.

Ex Calendario S. Victoris incliti monaſterij.

Guilielmus Grimoardi Abbas monaſterij ſancti Victoris Maſſilienſis, aſſumptus fuit ad Papatum anno domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſecundo, quinto Cal. Nouemb & vocatus Vrbanus quintus.

Obiit Auenione anno eiuſdem domini milleſimo, trecenteſimo ſeptuageſimo, decimo quarto Cal. Ianuar.

Tranſlatum fuit Corpus eius de Auenione ad ſacrum cœnobium ſancti Victoris Maſſilienſis & poſitum in capella ſancti Petri prope maius altare anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Non. Iunij.

Sedit in Papatu annis octo, menſibus duobus.

GREGORIVS VNDECIMVS

Petrus Belfortius Gallus Lemouicenſis Clementis ſexti ex ſorore nepos à quo Cardinalis creatus fuerat Maſſiliæ nono Cal. Ian. in vigilia natiuitatis Domini Pontifex maximus coronatur. 1371. Diuæ Catharinæ Senenſis exhortationibus & crebriore literarum nuncio Cathedram Petri poſt ſeptuageſimum annum ex quo fuerat in Gallias à Clemente 5. in vrbem Auenionem delata Romam tranſtulit, ſummo & exoptatiſſimo Eccleſię deſiderio. Omnia enim confuſè & Tyrannnicè ob Pontificum abſentiam verſabantur in ditionibus patrimonij S. Petri. Omnia indigebant præſentia Papę. Effrænes erant populi, Magnates ſuperciliosè nimis imperabant, Eccleſiaſticæ claſſis diſciplinæ elangueſcebat, ſacræ ædes, mænia arces ruinam minabantur Romæ. Incredibili omnium lætitia & applauſu excipitur. Vt mederetur rebus iniuria temporum & plebis libidine turbatis per ſuos fæciales Florentinis pacẽ ſuadet quos monitis aſperiores excommunicat. Archidiaconus fuit Rhotomagenſis Eccleſiæ quam inſigni priuilegio dotauit.

I.

Eccleſia Lateranenſis Romæ præſtantior omnibus orbis & vrbis Eccleſiis.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SVPER vniuerſas Orbis Eccleſias Rom. Pont. à Domino conſtitutus circa ea de quibus dubitari dicitur, vt euitari poſſint quæcunque diſpendia declarationis vbi expedit ſuæ prouiſionem adiicit, pro vt fore conſpicit opportunum. Sanè dudum dum minori fungebamur officio percepimus quod de Eccleſia Lateranen. quam claræ m m. Conſtantinus fideliſſimus Imperator in Lateranen. Palatio ſuo miraculoſe mundatus à lepra, et ſacri baptiſmatis fonte renatus conſtruxit ſub vocabulo Saluatoris, ſtatuens quod ex tunc li- *Conſtitutio hæc in fauorem & priuilegiũ Eccleſiæ Lateranenſis conſtituta eſt quam Conſtãtinus inſignibus auxit hono-*

ii bere

ribus & ſtruxit, erátque olim antiquus pōtificū ſedes. Stephani ſexti temporibus ingenti terræ motu hæc baſilica concuſſa tota ab altari ad portā cecidit Anno Chriſti 771. Adrianus 1. Rom. Pontif. inſtituit vt in atrio Lateranenſi quotidie centum pauperes alerentur.

bera eſſet vnicuique poteſtas per Vrbem et Orbem Eccleſias conſtruendi, quod antea Imperialis prohibitio inhibuerat, à quibuſdam curioſis dubitabatur, ac etiam in pręſenti in dubium reuocatur, ſi ipſa in Vrbe et Orbe Terrarum, præeminentiam ac honoris pręrogatiuam à Romana Eccleſia et à cunctis Chriſticolis obtinere debeat potiorem. Nos igitur volentes huic dubio finem imponere, et ſuper hoc amputare materiam hæſitandi, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium declaramus, decernimus, ac etiam definimus, Sacroſanctam Lateranen Eccleſiam præcipuam ſedem noſtram inter omnes alias Vrbis et Orbis Eccleſias ac Baſilicas, etiam ſuper Eccleſiam ſeu Baſilicam Principis Apoſtolorum de Vrbe ſupremum locum tenere, eámque de iure maiorum omnibus aliis Eccleſiis ac Baſilicis ſupradictis, ac ſuper omnes et ſingulas pręfatas Eccleſias ſeu Baſilicas, prioritatis, dignitatis et præeminentię honore lætari. Et ſi quid contra huiuſmodi noſtram declarationem determinationem ac definitionem à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum fuerit, id irritum decernimus et inane. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę declarationis conſtitutionis et definitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinioni x Calend. Februarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

II.

Clerici ſeculares & regulares ſuperiorum mandatis parere debent.

Omnibus clericis religioſa debet eſſe obedientiæ ſanctio vt ſuis ſuperioribus nequaquam refragentur mandatis, aut inultè quidquam abſque eorum licentia aggrediātur. Perfecta autem obediētia legem neſcit, terminis nō arctatur, nec contenta anguſtiis profeſſionis largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis. Bernard. de præcept. & diſpenſ.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuā rei memoriā. PER Romani Pontificis prouidentiam circumſpectam, ſic Sedis Apoſtolicæ priuilegia & indulta moderari dignoſcuntur, quod in eis materia malignandi nulli detur, ac perſonæ quæ ſub religione vacare debent ſtudio piæ vitę, à bono obedientiæ & perſeuerantia diuini ſeruitij nullatenus retrahantur Sane nuper ad noſtrum relatione fide digna peruenit auditum, quod nonnulli Religioſi etiam mendicantes qui in Capellanos ſedis Apoſtolicæ ſe recipi procurarunt, propterea bonum obedientiæ & correctionem recuſantes, per mundum per plurimum ſine ſuorum ſuperiorum licentia ſæpius euagando diſcurrunt, & quandoque ad Romanam Curiam accedant, aſſerentes ſine ſuorum ſuperiorum licentia ſe hoc facere poſſe.

Nos igitur in præmiſsis pro vt ex debito tenemur Paſtoralis officij, ſalubriter prouidere cupientes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus volumus & etiam ordinamus, quod omnes & ſinguli Religioſi quorumcunq; ordinum etiam Mendicantium dictæ ſedis Capellani qui ſunt et in antea erunt, perinde eorum ſuperioribus et correctoribus ipſorum, in omnibus et per omnia ſint ſubiecti, ac ſi prædictæ ſedis Capellani non eſſent. Non obſtan. exceptionibus ſeu exemptionibus et aliis quibuſcunque priuilegiis, indulgentiis, gratiis literis Apoſtolicis Capellanis dictę ſedis et alias communiter vel diuiſim ſub quacunque forma et expreſſione verborum à dicta ſede conceſſis et in poſterum concedendis, etiam ſi de illis plena et expreſſa mentio de verbo ad verbum in præſentibus ſit habenda, quæ quo ad hoc alicui in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo, &c. noſtræ conſtitutionis voluntatis et ordinationis infringere, &c. Datum Auinioni v. Id. Nouembris Pontificatus noſtri anno tertio.

III.

Pro beneficiorum prouiſione nihil vel extorqueri vel promitti vel exigi debet.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuā rei memoriam. SOLLICITE debet vitari, quod noxiū eſſe dignoſcitur, et ex cupiditatis auiditate, etiam in honoris Apoſtolicæ ſedis depreſſionem, ortum habere videtur, Sanè nuper ad noſtrum peruenit auditum, quod nonnulli inhoneſta lucra quęrentes, dum per ſedem prædictam de perſonis aliquorum apud Sedem cōſtitutis eandem, Patriarchalibus, Metropolitanis, et aliis cathedralibus eccleſiis, ſiue monaſteriis vacantibus prouidetur, vel perſonę ipſæ ad huiuſmodi, per dictam ſedem

de

de aliis eccleſiis transferuntur, aut alias ipſorum gubernationi committuntur, huiuſmodi prouiſiones, trāſlationes, commendas, ſiue commiſſiones, prędictis perſonis ſic apud ſedem prędictam conſtitutis, vt aliquod munus ab ipſis recipiant, denuntiare feſtinant. Nos igitur in præmiſſis (prout ex debito tenemur paſtoralis officij) prouidere volentes, vniuerſis et ſingulis perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus, et regularibus, cuiuſcunque ſtatus, gradus ſexus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam ſi pontificali, vel alia quauis Eccleſiaſtica præfulgeant dignitate, auctoritate apoſtolica tenore præſentium diſtrictius inhibemus, ne de cętero illis, qui ipſis huiuſmodi prouiſiones, tranſlationes, commendas, ſiue cōmiſſiones earundem, ſiue de Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ſiue de alicuius vel aliquorum ex venerabilibus fratribus noſtris Sanctę Rom. Eccleſ. Cardinalibus, aut alterius cuiuſcunque mandato, ſeu alias qualitercunque apud dictam ſedem nunciabunt, ſeu nunciari facient, ſiue dici, vel ſuper hoc noua portari, aliquod directè vel indirectè per ſe vel per alium donent, ſeu promittant, neque per alium datum ſeu promiſſum perſoluant. Nos enim quoſcunque pręſumentes contrarium quoquomodo excommunicationis ſententię ſubiacere volumus, et decernimus ipſo facto, à qua nullus ab alio quàm à Rom. Pontifice poſſit, niſi duntaxat in mortis articulo, abſolutionis beneficium obtinere. Non obſtantibus exemptionibus, et aliis quibuſcunque priuilegiis, indulgentiis, gratiis, et literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis communiter, vel diuiſim ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum à Sede Apoſtolica conceſſis, et in poſterum concedendis, etiam ſi de illis expreſſa mentio de verbo ad verbum in præſentibus ſit habenda: quæ quoad hoc alicui in nullo volumus ſuffragari. Vt autem noſtra inhibitio, voluntas, et decretum huiuſmodi ad communem notitiam omnium deducantur, cartas ſiue membranas, inhibitionem, voluntatem, et decretum huiuſmodi continentes, in audientia publica legi, et Eccleſiæ Auinion. appendi, vel affigi oſtiis, ſeu ſuperliminaribus faciemus: quæ præmiſſa, ſuo quaſi ſonoro præconio, et patulo indicio publicabunt, ita quod nullus in hoc poſſit ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo, &c. noſtræ inhibitionis, voluntatis, et decreti infringere &c. Datum Auinioni, vj. Cal. Nouembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

Iis qui beneficiorum prouiſiones poſtulātibus renunciant nihil detur vel promittatur ne latentis Simoniæ peſtis hic ſubſiſtat cum expreſſè cautum ſit vt beneficia conferantur ſine pacto, cōditione & modo qui æquipollet conditioni c. fin. de pactis. c. quam pro. 1. q. 2. l. 1 C. de donat. quæ ſub modo & c. verū de condition. Et prohibito vno videtur prohibitū omne per quod peruenitur ad illud.

Dum hic Pontifex prudentiſſimus nihil omittit eorum quæ ad ſalutem Reipublicæ Chriſtianæ vtilia videbantur Iſchuriæ grauiſſimo dolore correptus moritur totius Italiæ luctu quæ eum parentem optimum appellabat Quantus autem qualiſque fuerit nemo verius id nouit ex Hiſtoricis quam Theodoricus Niemus qui cum illo in Italiam remeauit? Ego, (inquit) iam luſtris ſeptem & parumper vltrà ſequēdo Romanam Curiam recolo vidiſſe me, & peroptimè cognouiſſe interim quinque ſummos pontifices, videlicet Gregorium vndecimum qui fuit dum eligebatur in Papam forſitan circa triginta quinque annos, & ſic attigit mediam ætatem, fuit vir paruæ ſtaturæ, licentiatus in legibus, acutus, ſtudioſus in libris, & libenter cum intelligentibus diſputabat, & diligebat eoſdem, liberalis, honorabilis, & verecundus, omni enim petenti ſe tribuit, nec ſciuit aliquid iuſtè petenti denegare: eleemoſynarius magnificus in publico & priuato, & valde compatiens omnibus afflictis, habens prudentiſſimos referendarios ac etiam ſecretarios mundos & honeſtos: qui licet haberet patrem, necnon duos fratres ac etiam quoſdam nepotes adhuc viuos dum ab Auenionenſibus recederet cauſa veniendi ad Italiam, tamen illi eum retrahere non potuerunt quòd vlterius in Auenione maneret, ſed transfretando per mare, eandem intrando Italiam multa ſuſtinuit pericula maritima me vidente. Et cùm hoc tempore Florentinenſes, Peruſinos, necnon illos de Marchia Anchonitanenſes, Bononienſes, necnon etiam præfectum Vrbis. & quondam dominum Galeazium & Barnabouem, de Vicecomitibus & multos alios potentes hoſtes inuenit in Italia prædicta, tamen ipſæ hoſtilitates eum: ne iret Romam, retrahere non potuerunt: nec certe fratres aut nepotes ſuos poſtquam ad eandem Italiam deuenerat, Marchiones fecerat ſiue Duces, & octauo anno ſui Pontificatus Romæ deceſſit. Hactenus Theodoricus.

VRBANVS SEXTVS

Bartholomæus Butillus Archiepiſcopatus Barenſis, Cardinalatus collegio non adnumeratus, poſt longa Gallorum & Italorum Cardinalium qui pauci erant in Conclaui diſſidia, ipſius populi precibus & minis qui militum præſidio Vaticanum ſtiparat Romanum vel Italum Pontificem exoptans, repulſis Gallis qui tunc temporis Romæ male audiebant ob ſedis quondam tranſlationem Papa coronatur Romæ 8. Idus Nouembris M.CCCLXII. Quidam ex Cardinalibus obedientia & grato obſequio Ponficem nouum ſuſpiciunt. Cæteri, Galli nimirum, violentam electionem deteſtantur, & in eius locum Gebennenſem Cardinalem Antipapam conſtituunt & Romam diuidere tentant. Schiſma profecto grauiſſimum, quod durauit annis circiter 50. vſque ad Sextamdecimam generalem Sinodum Conſtantię habitam. Alter in alterum cenſuris ſæuiebat, quod hic ligabat, ille ſoluebat. Verus tamen Pontifex Vrbanus infœlicis ſui Pontificatus tempora præclaris conſtitutionibus exornauit. A quinquageſimo anno ad triceſimum Iubilæum reduxit.

I.

Declaratio priuilegiorum in gratiam Eccleſiaſticorum literatorũ & ſtudentium conceſſorũ.

Pontifices Romani in fauorẽ literarum plura conceſſerũt priuilegia ſtudentibus vt præ cæteris ad beneficia ſuſcipienda nominẽtur, quibus tamẽ nõ gaudẽt pſeudoſcholares illi quibus literæ in patinis quam in paginis plus ſapiunt & quãuis numerũ præſtent ſtudentium in Academiis neceſſe eſt vt datũ nomen ſequatur ſtudẽdi frequentia quemadmadũ de notariis & apparitoribus in ſimili dicitur. l. Scrinarios. C. de teſtam. milit. & ibi Bart item de clericis vacantibus à diuinis of-

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

DVDVM, videlicet in noſtri Apoſtolatus primordiis, attentè conſiderantes, quod per literarum ſtudia, iuſtitia colitur, & proſperitas humanę conditionis augetur, ac intendentes propterea perſonas eccleſiaſticas huiuſmodi ſtudijs literarum inſiſtentes fauoribus proſequi gratioſis, huiuſmodi perſonis in diuerſis ſupplicationum rotulis pro parte diuerſarum vniuerſitatum ſtudiorum generalium in diuerſis locis conſiſtentium, nobis præſentatis, ſuper reſeruationibus, collationibus, & prouiſionibus canonicatuum, præbendarum, ac prioratuum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, pręſtimoniorum, ac pręſt. monialium portionum, aliorúmque beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium, et regularium, cum cura vel ſine cura, tunc vacantium, et inantea vacaturorum, diuerſas gratias duximus concedendas Cùm autem (ſicut poſtmodum fide dignorum relatione percepimus) multæ ex perſonis eiſdem contentis in rotulis ſupradictis, tempore quo iidem rotuli fiebant, ſeu ordinabantur, in locis in quibus erant ſtudia huiuſmodi, non inſiſterent ſtudio literarum, quinimo nonnullæ ex eis, verè ſtudentes nunquam fuerant & aliquæ à longis retroactis temporibus in ſtudiis antedictis non reſederant, ſed exinde receſſerant, nec in proximo intendebant ad illa redire: Nos attendentes quod non eſt decens, nec congruum, vt per ſubreptionis viam aliqui eccleſiaſtica beneficia conſequantur, præſentis conſtitutionis edicto, authoritate apoſtolica declaramus, noſtræ intentionis fuiſſe, & etiam exiſtere, gratias huiuſmodi in eiſdem rotulis contentas, ad aliquas ex perſonis eiſdem, in rotulis ipſis nominatas, quæ tempore huiuſmodi ordinationis rotulorum ipſorum, in eiſdem ſtudiis veri ſtudentes non erant, (niſi alias ante huiuſmodi ordinationes dictorum rotulorum ſaltem infrà quatuor menſes verè ſtuduiſſent ibidem, ac ad modicum tempus ab ipſis ſtudiis ſe abſentaſſent, cum intentione ad illa in proximo redeundi, & ad illa poſtmodum realiter redierint,) aliquatenus non extendi, ipſaſque gratias, & quæcunque inde ſequuta, quoad huiuſmodi perſonas, quæ (vt præfertur) veri ſtudentes, non erant, nullius exiſtere roboris vel momenti. Decernentes ex nunc irritum & inane quicquid contra declarationem

noſtram huiuſmodi, à quoquam quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel contigerit in poſterum attentari. Nulli ergo &c. noſtræ declarationis & conſtitutionis infringere &c. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, tertio Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

ſcilis in c. vt. de reſcript lib. 6.

II.

Laici bannientes, ſeu relegantes, aut præſcribentes perſonas Eccleſiaſticas, excommunicationis ſententiam incurrunt, &c.

Laici Iudices ex priuilegio clericali non debẽt nec poſſũt inſcio ordinario bãnire clericos priuilegium enim fori clericorũ inuiolabile eſſe videtur, & à iure diuino introductum nec à quoquam tolli poteſt cle. ne Romani de elect. gloſſ. & doct. in c. quæ in Eccleſiarum de conſt. Barba. conſ. 45. mandato. col. 1. vol. 2. gl. & diſt. in c. à nobis & in aliquibus. Deciſ. ſic conſuluit Socin. conſ. 297. viſo priuilegio. col. 2. in 2. vol.

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. QVIA, ſicut diſplicenter accepimus, nonnulli diuerſarum partium principes, Marchiones, Duces, Comites, Barones, & alij nobiles, necnon poteſtates, Capitanei, Baiuliui, Scabini, Aduocati, Rectores, Iudices & Conſules, aliíque officiales & conſiliarij ciuitatum, oppidorum, terrarum, caſtrorum & aliorum locorum, alijque laici, & laicales perſonæ, dominium, ſeu iuriſdictionem in temporalibus obtinentes, necnon ipſarum ciuitatum communia, & oppidorum, caſtrorum, terrarum, & aliorum locorum vniuerſitates, non attendentes quod laicis in clericos, & perſonas eccleſiaſticas, & illorum bona, nulla ſit attributa poteſtas, nihilominus miniſtros Eccleſiæ, etiam interdum in dignitatibus conſtitutos temeritate propria bãnire, ſeu relegare, aut pręſcribere non verẽtur: Nos aduerſus temeritatem huiuſmodi remedium apponere cupientes, omnes & ſingulos talia præſumentes, & ea fieri mandates, ſeu eorum nomine, vel mandato facta rata habentes, vel in eis faciendis dantes auxilium, concilium, vel fauorem, ſi ſingulares perſonæ fuerint, cuiuſcunque præminentiæ dignitatis, ſtatus vel conditionis exiſtant, earum videlicet ſingulas; ſi vero comunitates vel vniuerſitates extiterint, omnes & ſingulos earum communnitatum, & vniuerſitatum poteſtates, capitaneos, baiuliuos, ſcabinos, aduocatos, rectores, iudices, conſules, & officiales, quocunque nomine cenſeantur, ac conſiliarios, & priuatas perſonas, quæ huiuſmodi ſacrilegij principaliores patratores exiſterent, excomunicationis ſententias incurrere, necnon quãlibet earundem communitatum, ſeu vniuerſitatum, ac illa ipſorum Principum, marchionum, ducum, comitum, baronum, nobilium, & aliorum quorumcunque laicorum, & laicalium perſonarum talia præſumentium, in quibus talia fierent, ciuitates, terras, oppida, caſtra, & alia loca, eccleſiaſtico interdicto ſubiacere volumus ipſo facto, nullúſque ab eiuſdem ſententiis per alium quàm per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo, poſſit abſoluere, nec interdictum huiuſmodi per alium etiam relaxari. Non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à ſede apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſsint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, & eorum propriis nominibus mentionem, & quibuſlibet conſtitutionibus, priuilegiis, et literis apoſtolicis contrarijs, de quibus etiam plena, et expreſſa in noſtris fieri oporteat mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ voluntatis, et conceſsionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, quarto idus Decemb. anno ſexto.

Vrbano Romanorum pontifici Italia, Germania, & Hungaria adhæſerunt, Clementi verò Francia & Hiſpania. Duo Concilia Gallicanæ Eccleſiæ ob electionẽ talis Antipapæ habita ſunt Lutetiæ. Primum 3. Idus Semptembris. Alterum. 16. Calend. Decembris.

Schiſmatum fulgura & tempeſtates cum dirè in Eccleſiam Romanam perdurаſſent iiſque inconcuſſo animo præualuiſſet Pontifex ſenio & vitæ moleſtia fractus, Pontificatus ſui infœliciter acti anno vndecimo, menſe octauo Romæ moritur. Ordinationibus quatuor. factis, Cardinales creauit LIIII. ex his quinque ſuſtulit, VIII. purpuræ honore priuauit Sepelitur in Baſilica Sancti Petri idib. Octobris anno M.CCC.XXCIX.

BONIFACIVS NONVS

Petrus Tomacellus in ipſo ætatis flore circa trigeſimum ætatis annum ſumma morum & prudentię canicie admirandus Pontificatus culmen adipiſci meruit. Neapolis mediocri genere ortum Roma patrem admirata eſt eique dedit ſacri Pontificatus inſignia die 3. Idus Nouembris 1389. Eccleſiæ Romanæ patrimonium Tyrannorum vi dilapidatum recuperauit. Palatium Vaticanum quod nunc inſigni mole & architectura conſpicitur Pontificum ſedem inſtruxit.

I.

Inſtitutio feſti viſitationis B. Virginis Mariæ.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SVPERNI benignitas Conditoris, humanam creaturam ad ſimilitudinem ſuam creatam miſericordi pietate reſpiciens, etiam collapſam fore primi parentis lapſu conſiderans, illam miro decreuit conſilio releuandam, vt ſcilicet verbum ſupernum quod erat in principio eam à mortis nexibus liberaret. Igitur pij patris, qua nos dilexit charitas temporis veniente plenitudine verbum ipſum æternum ſub forma ſerui, carnem noſtræ mortalitatis aſſumere vt eandem mortem noſtram moriendo deſtrueret ac damnationis ſententiam ſimul et maculam quam per reatum primis hominis generis humani poſteritas incurriſſe noſcebatur, clemens verbi æterni bonitas aboleret. Qua propter de clara ſtirpe regia Dauidica prælegit virginem in cuius vtero myſtico ſpiramine verbum ipſum carnem ſuſciperet, vt egrederetur iuxtà verbum propheticum virga de radice Ieſſe, et flos de radice eius aſcenderet, et requieſceret ſpiritus Domini ſuper eum, perfectam reginam inclytam eligens, quæ tanto regi digna fuit ſui corporis thalamum præparare, de quo tanquam ſponſus præ filijs hominum procederet ſpecioſus, locum in Nazaret, quæ flos ſiue ſanctitas dicitur, ad ſuam conceptionem elegit: in quo per Angelicæ ſalutationis eloquia ipſius incarnati verbi myſteria, miráque fuerunt ſolennia celebrata. Ibi enim ſumpſimus noſtræ redemptionis exordia, ibíque primum dies ſanctificationis illuxit, qui nobis de ſalute ſpem intulit, et de æternitate lætitiam. In hoc etenim tantæ fœcunditatis loco Virgo regia venuſtiſsima à domino conſeruata, flos ſanctitatis, vas cœleſtis gratiæ mundiſsimum, omnium virtutum floribus redimita, cuius pulchritudinem Sol, et Luna mirantur, redemptorem gentium Virgo concepit daturam lucem gentibus ſub mortis caligine cõſtitutis. Sane ipſa regina cœlorum in cuius ſe clauſit viſcera Dei filius factus homo, ex tãti honoris faſtigio ſibi per Angelum nunciato nequaquam elationis aſſumpſit ſpiritum, ſed tanquam Ancilla humilis quamuis mater effecta Domini, humilitatis ſuę quam reſpexit Dominus, exequens officium, exurgens abijt in montana ad Eliſabet cognatam ſuam, quę vocabatur ſterilis iam ſemeſtri pręgnantem, cum feſtinatione: et quemadmodum ab angelo humillime ſalutationis ſuſceperat oraculum, ſic etiã ipſam Elizabet humiliter ſalutari: Eliſabet verò vt ſalutationem audiuit virginis glorioſę, repleta Spiritu ſancto, et incarnati verbi myſterium in vtero ſentiens virginali, voce magna exclamauit et dixit, Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis, exultauit prę gaudio infans in vtero meo: et beata quę credidiſti, quoniam perficientur in te, quę dicta ſunt tibi à Domino. Ad quem virgo veneranda in humilitatis ſpiritu reſpondens illud mirabile canticum decantauit, Magnificat anima mea Dominum, et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuę: ecce enim ex hoc beatam me

Nazaret, oppidum in tribu Zabulon patria Virginis Mariæ matris Christi nominis origo à quacunque deriuatione veniat aptiſſimè dignitati quam præſefert reſpondet נצר *netzer enim ſignificat ſurculum virgultam ſeu plantulã,* נזר *nezer verò coronam ſeu florem.*

me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt et ſanctum nomẽ eius. O magnum myſterium, ô admirabile commercium, ô ineffabile ſacramentum, vt matres de pignoribus quę geſtabant in vteris, in ſpiritu perſentirent, et etiam prophetarent, et vt ſacri Euangelij pandit hiſtoria, cœli Regina grauida partu conſecranda diuino pro humilitatis amplioris ſignaculo præcurſoris ſui quem geſtabat filij genitrici grauidæ humanitatis impendit obſequium: quo impenſo compleóque huiuſmodi viſitationis quaſi trium menſium tempore, in domum ſuam eſt reuerſa. Hæc eſt enim illa de qua ſacra canunt eulogia, ſole amicta; lunam habens ſub pedibus, ſtellis coronari meruit duodenis, Hæc eſt enim illa, quæ in ſuis caſtis viſceribus cœli terræq; geſtauit opificem, & ſola cunctas hæreſes interemit, & pro chriſtiano populo vt aduocata ſtrenua & exoratrix peruigil ad regem quem genuit intercedit. Igitur fel. re. Vrbanus Papa ſextus prædeceſſor noſter dignum reputans & debitum vt feſtum Viſitationis ipſius beatæ Marię Virginis quando, vt pręfertur, viſitauit Eliſabet, in Dei eccleſia celebraretur, pro teſtimonio ſancti ſuffultum euangelij humanis nequit rationibus detractari; ac attendens quod laudes tantæ Virginis, humana lingua non ſufficit exprimere, nec etiam ſancti & iuſti eam, in cuius ille quem cœli capere non poterant, ſe contulit aula virginali, dignis laudum præconijs ad plenum efferre poterunt: & conſiderans quod ex quo Dominum in ſanctis ſuis laudare iubemur, quanto magis in veneratione beatæ Mariæ virginis matris ipſius exultantibus animis collaudare, & eius laudum augendo titulos gratias referre, quem genuit filio debeamus, quæ etiam exaltata ſuper ſydera; ſtellato conſedit ſui ſolio genitoris: ne etiam diuinæ viſus fuiſſet reſiſtere voluntati, quæ tam ſibi, quàm alijs viris deuotis ad huiuſmodi ſanctam feſtiuitatem celebrandam, vt piè idem prædeceſſor credidit, dignata fuit mentem inſpirare, deliberatione etiam ſuper hoc matura præhabita de fratrum, ſuorum ſanctę Rom. Eccl. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, conſilio ad exaltationem fidei catholicæ digne & rationabiliter videlicet ſexto idus Aprilis Pontificatus ſui anno vndecimo ſtatuit, vt feſtum præfatum videlicet viſitationis beatæ Mariæ Virginis, quando vt præfertur, viſitauit Eliſabet ſexto non. Iulij annis ſingulis in Dei Eccleſia cum laudum cantico, lætitiæ iubilo, cordíſque tripudio, ſub duplici officio per orbem vniuerſum ſolenniter celebraretur. Suaſit etiam & conſuluit idem prædeceſſor, vt ipſius feſti vigilia vt vigilia Natiuitatis & Aſſumptionis prædictę Virginis feſtiuitatum etiam in obſeruatione ieiunij deuotè obſeruaretur. Et mandauit quod ſimile, non tamen duplex officium abſque alicuius ſancti commemoratione, exceptis primis veſperis ante octauam apoſtolorum Petri & Pauli, & officio totius diei octauæ, cum commemoratione tamen eiuſdem noui feſti, per ſeptem ſequentes dies in Dei Eccleſia cum celebritate debita decantaretur. Ac etiam volens idem prædeceſſor Chriſti fideles ad colendum tantæ feſtum Virginis & etiam celebrandum donis ſpiritualibus animare, ipſóſque myſticis de theſauris militantis eccleſiæ, benedictionum muneribus cupiens præuenire: omnibus verè pœnitentibus & confeſsis qui Matutinali officio feſti eiuſdem in eccleſia, qua idem officium celebraretur, intereſſent, centum: qui vero Miſſæ totidem: qui autem primi feſti Veſperis, ſimiliter centum: qui autem ſecundis, totidem illis vero: qui, Primę, Tertię, Sextę, Nonę, ac Cõpletorij officiis, pro qualibet horarum ipſarum quadraginta dies, illis autẽ, qui per octauas feſti prædicti Matutinalibus, Veſperorum, Miſſæ, ac prędictarum horarũ officiis intereſſent, centum dies ſingulis octauarum ipſarum diebus de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius authoritate confiſus de iniunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxauit. Ne autem pro eo quod ipſius prędeceſſoris ſuperueniente obitu literę apoſtolicę ſuper præmiſſis confectæ minime extiterunt, huiuſmodi conſtitutio dicti prędeceſſoris fruſtretur effectu: Volentes, & authoritate apoſtolica decernentes, quod huiuſmodi cõſtitutio à dicta die, videlicet ſexto idus Aprilis perinde ſortiatur effectum, ac ſi ſuper ea prædeceſſoris literæ ſub ipſius diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur: quódque præſentes literæ ad probandum plenè conſtitutionem huiuſmodi vbique ſufficiãt, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur; vniuerſos Patriarchas, Archiepiſcopos Epiſcopos,

Huius ſacræ viſitationis ſolennitatem primus omnium celebrari iuſſit Vrbanus ſextus vt vno eodémque religionis officio tametſi ratione diuerſa viſitantis & viſitatæ ac vtriuſque pignoribus digni deferrentur honores die ſecunda menſis Iulij & conſuluit fieri vigiliam. Verum ob graue Schiſmatis vulnus quod Chriſti membra varius ſub pontificibus & longo quidem tempore afflixit non ab omnibus vniuerſim ſuſcepta eſt feſtiuitas.

ſcopos, & alios eccleſiarũ prælatos monemus & hortamur in domino, per apoſtolica eis ſcripta in virtute ſanctæ obedientæ diſtricte præcipiendo mandantes, & in remiſsione peccaminum iniungentes, quatenus tam glorioſum feſtum & celebre annis ſingulis ſexto nonas Iulij, vt pręfertur, deuotè ac ſolemniter celebrent, ac ieiunium vigilię huiusmodi ſuadeant in augmentum meriti obſeruari, & faciant per vniuerſas eccleſias ſuarum Ciuitatum & diœceſum celebrari, ac officium peragi ſupradictum: vt pia eiuſdem virginis Marię interceſsione ipſi Chriſti fideles & hic anxiis protegi, & in futuro ſempiterna gaudia conſequi mereant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtrę voluntatis, conſtitutionis, monitionis hortationis & mandati infringere &c. Si quis autem hoc &c. Datum Romę apud ſanctum Petrum V. idus Nouembris Pontificatus noſtri anno primo.

Clemente Antipapa mortuo, reſipiſcentes quidam Cardinales indigne ferebant tanti ſchiſmatis in Eccleſia ſcandalum, quibus tamen inuitis eligitur Petrus de Luna qui Benedictus 13. dictus eſt & conſedit Auenione plus minus 14. annos, & quamuis Concilio Gallicano omnium prælatorum ordinibus congregatis Lutetiæ tanquam Pſeudopontifex declaratus eſſet, & publico decreto depoſitus, noluit tamen cedere, ſed pertinacius manere voluit vſque ad Concilium conſtantienſe in quo priuatus eſt, & in Hiſpaniam recedit, prius in Concilio Piſano depoſitus fuerat, ſed gloriabatur mori cum Pontificia inſula tam indigno ſchiſmate conſequuta. Et malam ſuam mentem poſteritati teſtatus ſucceſſorem ſibi eligi procurauit qui à Martino quinto ablegatus eſt Omneſque ab ipſo creati Cardinales liberè à purpura receſſerunt vt inferius dicetur. Tandem Benedictus XIII. Antipapa panischolæ quod oppidum eſt Arragoniæ munitiſsimum diem clauſit extremum octuagenario maior.

BONIFACIVS *verò Pontifex Piiſsimus, repente morbo ex febre & calculo correptus Cal. Octobris moritur anno M.CCCCIIII. Romæ in Palatio Apoſtolico, & Baſilica principis Apoſtolorum ſepelitur. Huius Pontificis temporibus literas Græcas quæ ab Europa exularant è Conſtantinopoli lætis auſpiciis reduxit Chryſoloras.*

INNOCENTIVS SEPTIMVS

Coſmatus de Melioratis Valnenſis Diœceſis Rauennatis & Bononienſis Eccleſiæ præſul Cardinalis tit. 5. Crucis in Ieruſalem Pontifex maximus coronatur Romæ 3. nonas Nouembris Anno. M.CCCCIIII. qui triplici elogio apud Hiſtoriographos mitis ſcilicet pacifici & probi commendatur vt teſtes ſunt Theodoricus Leonardus Aretinus & Fulgoſius. Eccleſiaſticæ libertatis & ditionis aſſertor vnicus. Ladislaum Regem Neapolitanum vrbis Romanę Imperio infeſtis ſignis inhiantem populo ad armam citato, vrbe ſubmouit.

I.

Omnes Occupatores Ciuitatum & locorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ monentur vt à poſſeſſione recedant reddántque rationem fructuum indebitè perceptorum.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam

INIVNCTVM nos excitat Apoſtolicæ ſeruitutis officium, vt ſicut cæteris eſt imo ſecundum Apoſtolum, ſapientibus & inſipientibus ſumus iuſti debitores, ita Rom. Eccl. ſponſæ noſtræ debemus iure, & neceſsitate non deeſſe. Sentientes itaque nonnullos Dominos, Vniuerſitates & ſingulares perſonas abſque titulo detinuiſſe per nonnulla tempora, & etiam detinere quam plures Ciuitates, Terras, Caſtra, & loca, ac fruct. redit. & prouent. ex

ipſis percipere, & percepiſſe indebite ad nos, & ipſam Eccleſiam pleno iure ſpectan. & pertinen. in animarum ſuarum periculum, & graue diſpendium iurium præfatæ Eccleſiæ. Nos volentes indemnitati eiuſdem Eccleſiæ, prout expedit, ſalubriter prouidere, authoritate Apoſtolica præſentium tenore citamus, requirimus, & monemus omnes & ſingulos occupatores, & etiam detentores Ciuit. Caſtr & locorum prædictorum, vel alicuius eorum, etiam ſi ea vel aliquid eorum [illegible] pro aliquo tempore iam elapſo in Vicarium, Gubernatorem, adminiſtratorem nobile feudum ſeu emphit. finit. ſeu alio quouis modo, à prædicta Eccleſia tenuiſſent quatenus infrà 60. dies proximè ſequen. quorum 20. pro primo, alios 20. pro ſecundo, reliquos 20. pro tertio vltimo & peremptorio termino harum ſerie aſſignamus: poſſeſſionem vacuam liberam, & expeditam Ciuit. Terrarum, Caſtrorum, & locorum huiuſmodi, quæ vt præfertur abſque titulo tenuerunt, ſeu cum titulo, qui lapſu temporis aut aliqua alia iuſta ratione ceſſauerit, detinent, illorum, & cuiuſlibet eorundem poſſeſſionem vacuam, liberam, & expeditam nobis & prædictæ Eccleſię ſeu Dilectis filiis Rectoribus prouinciarum pro nobis, & eadem Eccleſia, in quibus vel earum aliqua Ciuit. Terræ, Caſtra, & loca huiuſmodi ſeu eorum aliquod ſituata exiſterent, actu & realiter reſtituant, & conſignent, & nihilominus intra prædictum terminum cum dilectis filiis agentibus Ap. Cam. ponat rationem, & calculum de, & ſuper omnibus, & ſingulis fruct. reditibus, & prouent. & habitis, qui percipi potuiſſent ex Ciuit. & Terris huiuſmodi, & emolument. quæcunque percept. hactenus pro tempore quo abſque titulo, vt præfertur, detinuerunt ipſas Ciuitates, Terras loca, & bona, quæ percipiuntur vſque in diem reſtitution. huiuſmodi, ſeu cum titulo, & reſtituiſſe prout aſcendent à gentibus ſupradictis pro nobis, & eadem Eccleſia recipien. ſine diminutione quacumque ſub pœnis excommunicationis ac interdicti in Ciuitates, Terras, & loca huiuſmodi, necnon priuat omnium, & ſingulorum honorum, dignitatum, bonorum, & iurium etiam feudalium, quæ à prædicta vel aliis quibuſcunque Eccleſiis Rom. Imperio Princ Vniuerſis. ſeu ſingularibus quibuſcunque perſonis cuiuſcunque ſtatus gradus habit. ſeu condit. ſpiritualis vel temporalis fuiſſet, & inhabilitat. ad ea, & alia impoſterum quomodolibet obtinen. quas quidem ſententias quomodolibet contrafacien. incurrere volumus eo ipſo, ac in d. cauſa illorum Ciuitates, Terras, & loca Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, ad publicationem aliarum ſententiarum, & pœnarum per fœ. re. Io. 22. & alios prædeceſſores noſtros contra occupatores, & detentores huiuſmodi impoſitorum nihilominus proceſſuri. Volentes nihilominus, & decernentes authoritate prędicta, quod huiuſmodi cit. monitio, & requiſitio perinde valeat, & plenum robur obtinere firmiter, ipſóſque detentores, & quemlibet eorum per inde arctet, quacunque conſt. Ap. contraria non obſtante, ac ſi eis intimatę, & inſinuatę, & eorum cuilibet perſonaliter, & pręſentialiter extitiſſent, non obſt. ſi alicui communiter vel diuiſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de indulto huiuſmodi mentionem, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo &c. noſtrę citat. requiſit monit. aſſignat ſuppoſitit. & volunt infringere &c. ſi quis &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum tertio idus Septembris, Pont. noſtri anno ſecundo.

In eos qui bona Eccleſiæ cenſus Iuriſdictiones Iura etiam feudalia & Emphiteutica, fructus emolumenta dolo malo vel fraude occupant & in vſus ſuos conuertunt iampridẽ varij canones conſtituti ſunt in diuerſis conciliis Aurelianen. 10. Tribur. c. 7. Conc. Pariſ. 1. c. 1. Concil. Turo. 2. c. 15. Magunt. c. 6. & 11. Vormatien. c. 75. Aquiſgran. c. 88. Lateran. ſub Leone 10. ſeſ. 9. & 10. c. prædia cum ſeq. 11. q. 2. Conc. Trid ſeſſ. 22. cap. 11. tales occupatores Anathemati tandiu ſubiiciũtur quãdiu talia nephariè obtinuerint nec à quopiam abſolui poſſunt præterquam à Romano Pontifice.

Habuit Innocentius nepotem audacem iuuenem quidem & petulantem, qui cum videret patruo quoſdam Catilinarios Ciues Romanos cum paucis Senatoriis quos additamenta factionis habebant inſidiari, in eos inſcio Pontifice vindicta flagrauit, & ex his vndecim comprehenſos occiſóſque in Tyberim dedit precipites. Eo facto percuſſus adeo fuit S P Q R. vt poſtea nullam omiſerit inſectandi Pontificem occaſionem, qui ſeditionem populi veritus profugere cogitur, hinc Viterbium conceſſit. Vnde paulopoſt ab his malis emerſus, & fortuna in melius commutata, vrbis ſedem iterum exornat, in qua moritur 8. Idus nouemb. anno M.CCCCVI. in Baſilica S. Petri ſepultus eſt. Biennio eóque parum fœlice Pontificatũ adminiſtrauit.

GREGORIVS

VENETIÆ ciuitas celeberrima toto orbi pariter atq; Adriatico mari inſignis

ex ſuis patritiis ad Pontificiam dignitatem euectum fuiſſe primum Angelum Corarium Doctorem Theologum Patriarcham Conſtantinopolitanum intuita eſt. Electionis autem ratio maturo omnium Cardinalium Conſilio ad extinguendas iniqui ſchiſmatis faces quæ Benedicti fouebantur pertinacia hac veluti conditione exhibita eſt vt tanquam interrex Pontifex Romanus eſſet quouſque per pontificatus abdicationem & ceſſionem infrà quindecim menſium ſpacio diſcuſſo ſchiſmate Eccleſiam Romanam vniret, ſi idem Benedictus XIII. Antipapa faceret. Dictum ſummo iuramento in conſpectu patrum firmauit, & è conclaui exgreſſus, vt ſcribit Aretinus promiſſionem & votum quæ priuatus fecerat, in poteſtate conſtitutus renouauit, atque ita loquebatur de Vnione vt ſi cætera deeſſent pedibus & baculo ſeſe iturum ad eam conficiendam aſſeueraret. O regnandi veſana libido! Qui prius tam ſeriò tam religiosè ſolenniter pro pace Eccleſiæ pontificatui cedere dixerat, huius illicio, authoritate, & excellentia allectus Iuſiurandum obliuiſcitur, & qui abolere ſchiſma profitebatur illud grauiùs auxit. Cum enim pro tractandis tanti negotij controuerſiis de eligendo loco quo ſine diſcrimine vterque conuenire poſſit mentio haberetur neque ea de re ſatis conueniret & procraſtinatores in re tam ſeria viderentur, pro fœdifragis & colluſoribus à Cardinalibus declarati ſunt, in eos ſententia lata eſt tanquam in pacis & concordiæ Eccleſiæ hoſtes, & Pontificiis Inſulis exuti. Flocci fecerunt Concilij Piſani & Cardinalium ſanctionem. Gregorius tamen in Concilio Conſtantienſi reſipiſcuit & ſponte per procuratorem abſens Arimini à Pontificatu ſe abdicauit. Obiit Cardinalis Epiſcopus & Decanus collegij Cardinalium perpetuúſque Marchiæ Anconitanæ de latere legatus & Recaneti tumulto clauditur. 1417.

ALEXANDER QVINTVS

PETRVS Philaretus Cretenſis ex Franciſcano ordine integerrimæ vitæ & eruditionis, vt exactè eius virtutis ſtudium nomini reſponderet in Pontificiam dignitatem depoſitis ſchiſmaticis Pontificibus Gregorio XII. & Benedicto XIII. aſſumptus eſt, eique Alexandri V. nomen inditum. Ineunte Ætatis ſuæ vere è Creta à Minorita quodam Theologo veluti ſuffuratus, mox Italiam ductus & liberalibus diſciplinis apprimè, eruditus ſub regula D. Frrnciſci celebriores Angliç & Italiç Academias frequentauit. Demū Pariſiis Theologus clariſſimus renunciatus. Ab eo tempore quo patrios lares reliquit nunquam vllum ex parentibus, cognatis aut affinibus ſe vidiſſe affirmabat. Septuagenario maior coronatur in Eccleſia Piſana die nonarum Iulij. Ægre ferebat quod vrbem ſuam ab hoſtibus Vngaris ſtipatam & incredibili Tyrannide occupatam inuiſere non poterat, & in eo deſiderio moritur vndecimo menſe Pontificatus ſui Bononiæ V. Nonas Maij cuius cadauer in Eccleſia fratrum Minorum ibidem ſepultum eſt. Fuit in pauperes propenſa liberalitate deditus, adeo vt Fulgoſius teſtetur illum ioco aliquando dixiſſe ſe diuitem Epiſcopum fuiſſe, pauperem Cardinalem, mendicum Papam. O fœlicem Pontificem! ô prudentem bonorum Eccleſiæ diſpenſatorem. Ipſe ſapienter didicerat bona Eccleſiæ, bona eſſe pauperum, hic imitabatur Apoſtolos, qui ſimul & animarum & corporum paſtores pauperúmque patres eſſe voluerunt. Singuliſque paſtoribus præclaræ huius curæ monumenta reliquerunt vt eorum canone intelligitur 12. q. 2. cap. Quiſquis. ita ſtatuente. *Omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam habeat Epiſcopus & ea velut Deo contemplante diſpenſet nec ei liceat ex iis aliquid omninò conſtringere aut parentibus propriis quæ Dei ſunt condonare quod ſi pauperes ſint tanquam pauperibus ſubminiſtret, ne eorum occaſione Eccleſiæ deprædentur.* Noluerunt reliqui patres huic exhortationi deeſſe quam tantopere demandarunt omnibus Christi vicariis & pontificibus & Auguſtinus hac liberalitate non contentus non modo ſibi ſubtrahebat quod pauperibus erogaret ſed etiam quando nihil erat quod ſupererat quod largiri poſſet, maluit altaribus ornatum quàm pauperibus alimenta deeſſe vt & præclarè Mediolanenſis Archiepiſcopus teſtatur his verbis, quç profectò non indigna ſunt relatu. *Hoc maximum innocentium miſericordiæ, vt compatiamur alienis calamitatibus, neceſſitates aliorum quantum poſſumus iuuemus, & plus*

plus interdum quàm poſſumus. Melius eſt enim pro miſericordia cauſſas præſtare, vel inuidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam. Vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus vaſa myſtica, vt captiuos redimeremus: quod Arrianis diſplicere poterat, nec tam factum diſplicere, quàm vt eſſet, quod in nobis reprehenderent. Quis autem eſt tam durus, immitis, ferreus, cui diſpliceat quòd homo redimitur à morte, fœmina ab impuritatibus barbarorum, quæ grauiores morte ſunt: adoleſcentulæ, vel pueri, vel infantes ab idolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabatur? Quam cauſſam nos etſi non ſine ratione aliqua geſſimus, tamen ita in populo proſequuti ſumus, vt confiteremur, multóque fuiſſe commodius aſtrueremus, vt animas Domino quàm aurum ſeruaremus. Qui enim ſine auro miſit Apoſtolos, & Eccleſias ſine auro congregauit. Aurum Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid opus cuſtodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo Domini Aſſyrij ſuſtulerint? Nónne melius conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quàm ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis? Nónne dicturus eſt Dominus: Cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurum, vt miniſtraſſes alimoniam? Cur tot captiui deducti in commercium ſunt, nec redempti? Cur tot ab hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat, vt vaſa viuentium ſeruares, quàm metallorum? His non poſſet reſponſum referri. Quid enim diceres? Timui, ne templo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet: Aurum ſacramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentorum redēptio captiuorum. Et verè illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur, quod ſanguis eius operatus eſt. Tunc vas dominici ſanguinis agnoſco, cùm in vtroque videro redemptionem, vt calix ab hoſte redimat, quos ſanguis à peccato redemit. Quàm pulchrum, vt cùm agmina captiuorum ab Eccleſia redimuntur, dicatur: Hos Chriſtus redemit: Ecce aurum quod probari poteſt, ecce aurum vtile, ecce aurum Chriſti quod à morte liberat, ecce aurum quo redimitur pudicitia, ſeruatur caſtitas. Hos ergo malui vobis liberos tradere, quàm aurum reſeruare. Hic numerus captiuorum, hic ordo præſtantior eſt, quàm ſpecies poculorum. Huic muneri proficere debuit aurum redēptoris, vt redimeret periclitantes. Agnoſco infuſum auro ſanguinem Chriſti non ſolum irrutilaſſe, verumetiam diuinæ operationis impreſſiſſe virtutem redemptionis munere. Tale aurum ſanctus martyr Laurentius Domino reſeruauit, à quo cum quærerentur theſauri Eccleſiæ, promiſit demonſtraturum ſe. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus vbi eſſent theſauri quos promiſerat, oſtendit pauperes, dicens: Hi ſunt theſauri Eccleſiæ: & verè theſauri, in quibus Chriſtus eſt, in quibus Chriſti fides eſt. Denique Apoſtolus ait: Habemus theſaurum in vaſis fictilibus. Quos meliores theſauros habet Chriſtus, quàm eos, in quibus ſe eſſe dixit? Sic enim ſcriptum eſt: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me. Et infrà. Quod enim vni horum feciſtis, mihi feciſtis. Quos meliores Ieſus habet theſauros, quàm eos in quibus amat videri? Hos theſauros demonſtrauit Laurentius, & vicit, quod eos nec perſecutor potuit auferre. Itaque Ioachim, qui aurum in obſidione ſeruabat, nec diſpenſabat alimoniæ comparandæ: & aurum vidit diripi, & ſe in captiuitatem perduci. Laurentius, qui aurum Eccleſiæ maluit erogare pauperibus, quàm perſecutori reſeruare, pro ſingulari interpretationis viuacitate ſacram martyrij accepit coronam? Nunquid dictum eſt ſancto Laurentio: Non debuiſti erogare theſauros Eccleſiæ, vaſa ſacramentorum vendere? Opus eſt, vt quis fida ſincera, & perſpicaci prouidentia munus hoc impleat. Sane ſi in ſua aliquis deriuat emolumenta, crimen eſt: ſin vero pauperibus erogat, captiuum redimit miſericordia eſt. Nemo enim poteſt dicere, cur pauper viuit? Nemo poteſt queri, quia captiui redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia templum Dei ædificatum eſt. Nemo poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorum eſt. In his tribus generibus vaſa Eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet.

Horreſco referre quam indignè noſtra ætas diſceſſerit ab hac antiqua pietate, ab his patrum monitis pauci ſequuntur Alexādri V veſtigia qui omni faſtu depoſito mendicus potius quam Pontifex viſus eſt in profuſa Eleemoſynarū largitione: adeo vt pauperes illud Bernardi obiiciant. Clamāt nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt, Dicite Pontifices in ſacro quid faciat aurum? nunquid à ſacro expellit frigus, aut famem. Noſtrum eſt quidquid expenditis à nobis extrahitur crudeliter quod conſumitis inaniter.

IOANNES XXIII.

BALTAZAR Coſſa Cardinalis & Legatus Bononiæ Pontifex eligitur in Cathedrali Eccleſia 8. Cal.Iun.An.M.CCCCX. Vir fuit qui in gladios ſæpius claues Petri commutare volebat. Schiſmatis inſania repullulaſcebat eius aduentu in Pontificiam ſedē. Tres enim Cathedram Romanam ambiebant & exaſperatum irridebant malum. Hic autem qui timebat ne cum prioribus ſchiſmaticis à ſede eiiceretur dignitatis confirmatiónem in Concilio generali Conſtantienſi, ſuaſu Sigiſmundi Imperatoris procurauit. Populoſiſſima fuit Conſtantia Concilij temporibus nam toto triennio multi è diuerſis orbis partibus eò confluebant. Adeo vt etiã Hiſtorici mirentur quod à die Paſchæ ad Pentechoſtem vſque numerata fuerint 60500. exterorũ hominũ,qui ad audiendum ſynodi decreta cõfluxerant. Quatuor Patriarchæ, Cardinales triginta, Archiepiſcopi 47. Epiſcopi 160.(alij 270.) Abbates & Doctores 564.aderant. Initio præſidebat Ioannes,ſed cum videret eius nomen periclitari apud patrum ſententias clam aufugit & fugæ redemptorem habuit Fridericum Auſtriæ Ducem,qui eum Schaphuſię recepit. Deinde citatus cum ſurdum fingeret & in vtrámque aurem dormire putaret à Cæſarianis capitur, deponitur à Pontificio ſolio,& in carcerem ſub cuſtodia Palatini Comitis in arce tutiſſima donec aliquid decerneretur coniectus eſt. Trium Pontificum diſſolutum eſt ſchiſma Ioannis 23. Bononiæ, Gregorij 12. Arimini,& Benedicti. 13.in Hiſpania quibus depoſitis P. P. Martinus quintus omnium votis fauentibus electus eſt. In eodem Concilio hæreſes Huſſitarum damnatę ſunt. Hæreſiarchis huius erroris ignis fuit extremum ſupplicium. Hæc omnia cum annorum numero hoc diſticho chronico alibi deduximus.

CARBASA TRES AGITANT PETRI, CONSTANTIA SCHISMA
ATTERIT HVSSITAS PESTIFERÓSQVE NECAT.

MARTINVS QVINTVS

Otho Columna Agapeti Romani ciuis filius, in Concilio Conſtantienſi exauthoratis tribus de Pontificiis clauibus diſſidentibus, omnium Cardinalium, Patriarcharum & Archiepiſcoporum ore ſummus Pontifex proclamatur & ante Cathedralis Eccleſiæ fores coronatur innumero hominum applauſu XI. Calend. Decembris M.CCCCXVII. Huius pedes Imperator Sigiſmundus oſculatus eſt. Romanam vrbem fœdè belli & populorum licentia conſpurcatam illuſtrauit. Pacem Eccleſiæ reddidit. Picenos rebelles domuit. Balthaſſarem Coſſam vinculis & carcere ſolutum in gratiam recepit. Decreuit vt ſingulis decenniis celebraretur Concilium vniuerſale.

I.

Errores trium perfidiſſimorum hæreſiarcharum Ioannis Vuicleff Angli, Ioannis Huſz Bohemi & Hieronimi Pragenſis in Concilio Conſtantienſi damnantur.

MARTINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiſcopis, & epiſcopis, ac inquiſitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet conſtitutis, ad quos literæ præſentes peruenerint, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

INTER cunctas paſtoralis curæ ſollicitudines, quibus premimur inceſſanter, illa potiſſimũ fortius nos angit, vt hæreticis de finibus Chriſticolarum expulſis, ſuíſque falſis doctrinis & erroribus peruerſis penitus, quantum nobis ex alto conceditur, extirpatis, orthodoxa & catholica fides integra & illibata permaneat, ac populus Chriſtianus in eiuſdem fidei ſinceritate, quolibet obſcurationis ſemoto

ſemoto velamine, immobilis & inuiolatus perſiſtat. Sanè dudum pluſquam omnibus retroactis temporibus in nonnullis regionibus & dominiis, prę̨ſertim in regno Bohemiæ & marchionatu Morauię, ac locis & diſtrictibus illis vicinis, aduerſus fidei catholicæ dogmata & ſanctæ matris Eccleſiæ traditiones, non ſolum contra vnum, quinimmo contra plura fidei catholicæ dogmata inſurrexerunt quidam hæreſiarchæ, circũcelliones, ſchiſmatici & ſeditioſi, Luciferiana ſuperbia & rabie lupina euecti, dæmoniorum fraudibus illuſi, de vanitate in idipſum (licet forent de diuerſis mundi partibus oriundi) conuenientes, & caudas colligatas habentes damnatæ videlicet memoriæ Ioannes Vuicleff de Anglia, *Ioãnes Huſz de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui vtinam alios ſecum ad infidelitatis interitum non traxiſſent. Nam vbi huiuſmodi peſtilentes perſonæ peruerſa dogmata pertinaciter ſeminabant, in ſuæ doctrinæ peſtiferæ primordio prę̨lati, & alij iudiciariæ poteſtatis regimina exercentes, tanquam canes muti non valentes latrare, nec viciſcentes cum Apoſtolo in promptu omnem inobedientiam, hæreſiarchas ipſos peſtiferos & doloſos, eorum lupinam rabiem truculentam ſtatim (vt adſtricti fuerant) canonicè coercere, eóſque de domo Domini corporaliter eiicere non curarunt, ſed ſacrilegam, falſam & pernicioſam ipſorum doctrinam, per longas moras negligenter conualere permiſerunt: populorum multitudo illorum opinionibus falſis decepta, pro veris accepit, quæ diu mendaciter & pernicioſè ac damnabiliter ſeminauerunt, eíſque credendo, à recta fide cecidit turba multa, & errore deuio inuoluitur, proh dolor, paganorum, adeo quod per diuerſa illarum, eiſdemque conuicinarum partium climata, oues Chriſti catholicas hęreſiarchę ipſi ſucceſſiuè infecerunt & in ſtercore mendaciorum fecerunt putreſcere. Quapropter generalis Conſtantienſis ſynodus tantam fidelium & fidei orthodoxæ plagam & ruinam videns, exclamare compulſa eſt cum Auguſtino: Quid faciet eccleſiæ medicina, ſalutem omnium materna charitate conquirens, tanquam inter phreneticos & letargicos: nunquid contemnere, nunquid deſiſtere vel debet vel poteſt? certe non ſecundum eundem, imo vtriſque ſit neceſſe eſt moleſta, quæ neutris eſt inimica. Nam & moleſtus eſt medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cædendo, ſed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittant, inquit Auguſtinus, iſta manſuetudo potius falſa crudelitas eſt. Proinde ſynodus præfata ad omnipotentis Dei gloriam, ipſiuſque catholicæ fidei ac Chriſtianę religionis conſeruationem, augmentum & animarum ſalutem & præſeruationem, eoſdem Ioannem Vvicleff. & Ioannem Huſz & Hieronymum, qui inter cętera de ſacro Euchariſtiæ ſacramento, & aliis ſacramentis eccleſię & articulis fidei, aliter quàm ſancta Romana Eccleſia credit, & tenet, & prędicat, & docet, quamplurima temerè & damnabiliter credere ac tenere, prędicare, atque docere pertinaciter attentabant, velut hæreticos & pertinaces ac obſtinatos tam à communione fideliũ ſeparatos, de domo Dei corporaliter eiecit, & ſpiritualiter electos declarauit, & alia nonnulla circa præmiſſa vtilia & ſalubria ſtatuit & decreuit, per quæ alij, qui cauſantibus hæreſiarchis eorúmque falſis doctrinis huiuſmodi ſpiritualiter de domo Dei exierunt, per vias canonicas reducerentur ad ſemitas veritatis. Et quia (ſicut dolenter accepimus) non ſolum in regno Bohemiæ & marchionatus dominiis & locis ſupradictis, verum etiam in quibuſdam partibus & prouinciis contiguis ſeu vicinis eiſdem, etiam nonnulli ex ſectatoribus & ſequacibus hęreſum ac errorum hęreſiarcharum prędictorum, timore diuino & pudore humano prorſus abiectis, nec de ipſorum & præſertim Ioannis Huſz & Hieronymi interitu miſerabili ſumentes conuerſionis & pœnitentiæ fructum, ſed tanquam in profundũ preſſi peccatorum, Dominum Deum blaſphemare non ceſſant, ducentes in irritum nomen eius, quorum mentes pater mendacij ſic damnabiliter excęcauit, vt prędictos libros, codices & opuſcula, hæreſes & errores continentes ſeu continentia, dudum etiam per ſynodum præfatam damnatos & damnata, ac ignibus concremanda deputata & concremata, legunt, ſtudent, ac ex eis in ſui & multorum ſimplicium periculum, nedum contra ſtatuta, decreta & ordinata in ſynodo ſupradicta, ſed etiam contra canonicas ſanctiones dogmatizare præſumunt, animarum periculum, ac puritatis fidei denigrationem, & ſcandalum plurimorum.

*Vuicleffus Anglus fuit natione, profeſſione ſacerdos & artium magiſter ingenio quidem valde acri & eloquentia non mediocri Eccleſiam Catholicã inſectatus eſt tempore Caroli 4. Germani Cæſaris & Clemẽtis ſexti Romanorum Antiſtitis circiter annũ Domini 1352. Ioannes Huſz. genere Bohemus, cum Impiã Valdenſiũ & Vuicleſiſtarũ ſectã amplexatus fuiſſet primum apud ſuos doctrinæ virus euomuit donec in Cõſtantienſi Concilio viuus exuſtus eſt.

Hieronymus Pragenſis Ioãni Huſz ætate inferior ſed impoſturis & doctrinæ facundia ſuperior.

rum. Nos igitur attendentes, quòd error cui non reſiſtitur, approbari videtur, ac malis & pernicioſis erroribus huiuſmodi reſiſtere, ac eos de medio Chriſti fideliũ & præſertim de ſupradictis Bohemiæ & Morauię dominiis & diſtrictibus ac confinibus & viciniis eorum, ne amplius & latiùs ſe extendant, funditus euellere cupientes: diſcretioni veſtrę, ſacro approbante Concilio Conſtantienſi, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos archiepiſcopi ac electi, & quilibet veſtrum ſeu, per ſe vel alios, quos graues & idoneas perſonas ſpiritualem iuriſdictionẽ habẽtes eſſe volumus, omnes & ſingulos cuiuſcunq; dignitatis, officij, pręeminentiæ, ſtatus vel conditionis exiſtant & quibuſcunq; nominibus cenſeantur, qui de præexcelſo, ſalutifero & ſupermirabili ſacramento corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmate ſeu peccatorum confeſſione, pœnitentiæ pro peccatis iniunctione, vel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis ſeu fidei articulis, aliter ſentire aut docere, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia & vniuerſalis docet, prædicat & obſeruat, aut articulos ſeu libros & doctrinas præfatorum hæreſiarcharum Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz & Hieronymi, per eandem Conſtantienſem ſynodum cum ſuis auctoribus (vt prædicitur) damnatos & dannatos, tenere, credere & dogmatizare, ac vitæ finem ipſorum hæreſiarcharum publicè vel occultè pertinaciter quomodolibet laudare vel approbare præſumpſerint eorumq; receptores, defenſores & fautores quoſlibet etiam contemplatione prædictorum errorum, necnon credentes & adhærentes eiſdem, tanquam hæreticos ſeculari Curiæ relinquatis. Receptatores quoq;, fautores & defenſores huiuſmodi peſtiferarum perſonarum, quæ erroribus ipſis crediderint, nec fauore aut contemplatione errorum ipſorum, ſed forte carnalis amoris cauſa, vel ocaſione alia huiuſmodi perſonas peſtiferas receptauerint, præter pœnas ab vtroque iure talibus inflictas, per iudices cõpetentes tanta ſeueritate pœnarum in tam enormi ſcelere vltionem accipiant, quòd cedat cæteris craſſantibus in templum, vt quos Dei timor à malo non reuocat, ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ. Cum reliquis verò, huiuſmodi ſecta damnabili quomodolibet infectis, qui poſt competentem monitionem ac frequentem exhortationem, quã piè erga eos, ſpe correctionis & emendationis ac ad melioris vitæ frugem conuerſionis, vſum eſt, à prædictis erroribus & ſecta noluerint reſipiſcere, & ad gremiũ vnitatem que ſanctæ matris Eccleſiæ, ac fidem catholicam, quæ ſola ſaluare poteſt, ſine qua nulli veræ ſalutis ſubſidium contingat, plenè recognoſcere & confiteri, iuſtitię ſeueritas (pro vt facti popoſcerit qualitas) dulcore miſericordiæ temperetur. Et nihilominus omnes Chriſtianæ & catholicæ fidei profeſſores, Imperator, reges, duces, principes, marchiones, comites, barones, milites, poteſtates, rectores, conſules, proconſules, ſcabinos, communitates, & vniuerſitates regnorum, prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, caſtrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum huiuſmodi, necnon ceteros iuriſdictionem temporalem exercentes, iuxta iuris formam & exigentiam auctoritate Apoſtolica exhortando moneatis & requiratis, vt de regnis, prouinciis, ciuitatibus, opidis, caſtris, villis, terris, & omnibus aliis locis ac dominiis ſupradictis, omnes & ſingulos hæreticos huiuſmodi ſecundum tenorem Lateranenſis concilij, quod incipit, *Sicut ait*, ad inſtar etiam irretitorum crimine vſurarum, quos publicè vel manifeſtè per facti euidentiam cognouerint eſſe tales, tanquam oues morbidas gregem Domini inficientes expellant, donec & quoque à nobis ſeu vobis, vel aliis iudicibus eccleſiaſticis vel inquiſitionibus, fidem & comunionem Romanæ eccleſiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis: nec eoſdem in ſuis diſtrictibus prædicare, domicilia tenere, larem fouere, contractus inire, negotiationes & mercantias quaslibet exercere, aut humanitatis ſolatia cum Chriſtifidelibus habere permittant. Et ſi tales hæretici publici ac manifeſti, licet nondum per Eccleſiam declarati, in hoc tam graui crimine deceſſerint, eccleſiaſtica careant ſepultura, nec oblationes fiant aut recipiant pro eiſdem: bona tamen ipſorum à tempore commiſſi ſecundùm canonicas ſanctiones confiſcata, non occupentur per illos ad quos alias pertineret, donec per huiuſmodi iudices eccleſiaſticos ſuper hoc poteſtatem habentes, ſententia declaratoria ſuper ipſo hæreſis crimine fuerit promulgata. Qui autem de hæreſi per iudicem competentem ec-

eccleſiaſticum

Hunc locum F. Alphonſus de Caſtro ſic aperit. In hac Bulla Martini vt ex illius contextu apertè conſtat ſolam fidem ſaluare idem eſt quod Paulus alibi dixit. Sine fide eſt impoſſibile placere Deo. *Per illam igitur excluſiuã tantũmodo excluduntur aliæ ſectæ, & non opera niſi tãtum illa quæ fuerunt facta ante fidem quoniam hæc nullo modo iuſtificantẽ neque illis aliquo modo tribuitur iuſtitia quamuis aliquod eorum, videlicet pœnitentia, ſit neceſſarium ad ſalutem.*

eccleſiaſticum inuenti fuerint ſola ſupicione notati ſeu ſuſpecti, niſi iuxta conſiderationem & exigentiam ſuſpicionis qualitatémque perſonæ, ad arbitrium iudicis huiuſmodi propriam innocentiam congrua deuotione monſtrauerint, in purgatione eius canonicè indicta deficientes, & ſe canonicè purgare non valentes, aut pro huiuſmodi purgatione facienda, obſtinatione damnabili iurare renuentes, tamquam hæretici condemnentur. Qui verò dictam innocentiam monſtrare ex quando negligentia ſeu deſidia, & purgationem huiuſmodi facere omiſerint, anathematis gladio feriant, & vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ita quòd ſi per annum in excõmunicatione huiuſmodi perſtiterint, ex tunc velut hęretici condemnentur. Si quis vero ſuper aliquo ſæpedictæ peſtiferę doctrinę hęreſiarcharũ prædictorũ, vel aliquibus articulis duntaxat ſcandaloſis, temerariis, ſeditioſis, vel piarum aurium offenſiuis, culpabilis repertus fuerit, canonicè puniatur. Si vero propter ſolam infamiam aut ſuſpicionem dictorũ articulorum, vel alicuius ipſorum, quis repertus fuerit ſupectus, & in purgatione canonica propter hoc ſibi indicta deficeret, pro cõuicto habeatur, & tamquam canonicè conuictus puniatur. Et inſuper fœlicis recordationis Bonifacij Papę octaui prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Vt inquiſitionis negotium, renouantes & etiam exequentes, vniuerſas poteſtates dominos temporales & iudices antedictos, quibuſcumq; dignitatibus vel officiis ſeu nominibus cenſeantur, exhortando requirimus, & mandamus eiſdem, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ac filij Eccleſiæ nuncupari, & in Chriſti nomine gloriari, ita pro defenſione fidei vobis archiepiſcopis, epiſcopis & electis, ac inquiſitionibus hæreticæ prauitatis, & aliis iudicibus ſeu perſonis eccleſiaſticis per vos ad hoc (vt præmititur) deputandis, fidem & comunionem ſanctæ matris Eccleſiæ tenentibus pareant & intendãt, prębeantque auxilium & fauorem in hæreticorum, necnon credentium, fautorum receptatorum, & defenſorum ipſorum inueſtigatione, captione, cuſtodia diligenti, cum ab eiſdem fuerint requiſiti, vt præfatas perſonas peſtiferas alios ſecum perdere molientes, in poteſtatem ſeu carcerem per vos archiepiſcopos, epiſcopos, electos, & inquiſitores prędictos aut deputandos à vobis vel ad locum de quo vos vel ipſi mandabitis, infrà eorundem dominorum poteſtatem, rectorum ſeu iudicum diſtrictum ducant, vel duci faciant ſine mora, vbi per viros catholicos à vobis archiepiſcopis vel epiſcopis, electis ſeu inquiſitoribus, ſeu deputandis perſonis huiuſmodi, vel veſtrum aliquo deputato, ſub diligenti cuſtodia, ne fugiant, ponendo eos, etiam compedibus & manicis fereis teneant, donec eorum negotium per Eccleſiæ iudicium terminentur & quod de hæreſi à iudice Eccleſiaſtico competenti qui fidẽ & cõmunicationem dictę ſanctæ Romanę Eccleſiæ tenear, condemnetur, pręfati domini tẽporales ſeu rectores, iudices vel eorum officiales ſeu nuncij, ſibi relictos recipiant indilatè, animaduerſione debita puniendos. Verum ne præiudicium & ſcandalum pręfatę fidei orthodoxę religionis Chriſtianę, pręrextu ignorantię quẽquam in hoc circumueniri, aut verſutos homines ſub friuolę excuſationis velamine in hac materia palliare contingat, & vt de conuincendis ſeu cognoſcendis hęreticis, receptatoribus, defenſoribus, fautoribus, credentibus & adhęrentibus, necnõ de hęreſi ſuſpectis & aliis huiuſmodi peruerſa doctrina quomodolibet maculatis, plenior habeatur in futurum inſtructio, tam ad regnum Bohemię * & conuicinas illi, quam alias quaſlibet partes, in quibus hęc ſuperſtitioſa doctrina quomodolibet pullulauerit, articulos infrà ſcriptos ſectam dictorum hęreſiarcharum concernentes, pro directione dictę fidei decernimus tranſmittendos & etiam deſtinandos: ſuper quibus vobis & aliis omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, & electis, ac commiſſariis inquiſitoribus in virtute ſanctę obedientię pręcipimus & mandamus, vt quilibet eorũm infrà limites & loca ſuę iuriſdictionis, necnon regno & marchianatu & locis eis vicinis pręդictis, etiam ſi loca ipſa extra iuriſdictionem eandem vltra duas dietas conſiſtant, circa extirpationem & correctionem errorũ ac hęreſum huiuſmodi ſectę peſtiferę, in fauorem ipſius fidei ortodoxę diligenter inuigilent, & omnes infamatos ſeu ſuſpectos de tam peſtifera labe ſub confeſſati criminis, excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti aut alia formidabili pœna canonica vel legali, prout, quando, & quemadmodum eis videatur expedire, & fa-

cti

** Extirpandæ hæreſis Bohæmicæ ingens fuit huic Pontifici ſtudium cum enim videret ſectarios indies creſcere & vulnus ſerpere, per legatos Cardinales Germaniã in Bohemos concitat, adeò vt Principes 40. circa milia equitum cum magno peditatu in expeditionis præſidium dederint. Dux Belli Marchio Brandeburgẽſis declaratus Cardinalis Vintonẽſis Anglos è latere ſummi Põtificis legatus erat. Durauit Bellũ vſque ad Baſiliẽſe in quo cum Bohemis neſcio quod fœdus ſiue induciarum pactum initum eſt.*

cti requireret qualitas, ad ſingulos huiuſmodi articulos per iuramentū corporale præſtitū, tactis ſacroſanctis Euangeliis ſeu ſanctorum reliquiis, imagine Crucifixi ſecundùm quorundam locorum obſeruantiam, iuxtà infrà ſcripta interrogatoria, ad quemlibet articulum conuenientia, reſpondere compellant. Nos enim contra omnes & ſingulos archiepiſcopos, epiſcopos, & inquiſitores, qui ſuper extirpando hæreticæ prauitatis fermento, & expurgando ſuum territorium, diſtrictum ſeu locum de talibus malis & ſceleratis hominibus, negligentes fuerint ſeu remiſſe egerint, vſque ad priuationem ſeu depoſitionem pontificalis dignitatis procedere intendimus, & procedemus, ac procedi faciemus, aliósque loco illorum ſubſtituemus, qui prauitatem hæreticam poſſunt & valeant confundere, & ad alias pœnas contra tales à iure inflictas, & alias grauiores (ſi expediat) infligendas, procedemus, procedíque faciemus, iuxtà iuris & facti exigentiam, ac huiuſmodi culpæ & criminis fœditatem. Tenores vero quorundam articulorum ſeu capitulorum, de quibus ſupra fit mentio, ſequuntur per ordinem in hæc verba.

Tenor Articulorum Ioannis Vuicleff.

Aduerſus Vvicleffi hæreſes complures ante Cōcilij Conſtātienſis ſeßiones viri doctißimi ſcripſerunt.
Ioannes Kynigan.
Strodus.
Richardus Lauinham.
Guilielmus Bertho.
Ioannes Gaſcoyr.
Simō Sothray.
Thomas Aſcheborn.
Thomas Vvinterton.
Richardus Maydeſton.
Gualterus Diſſæ.
Robertus Hambleton.
Ioannes Tyſſington.
Ioan. Maronis.
Ioan. Marck.
Guilielmus Vodfordus.
Et hi omnes Angli cum eſſent eadē fere ætate cum Anglo Vicleffo vixerunt. 1378.

1 SVBSTANTIA panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia vini materialis, remanent in ſacramento altaris.

2 Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in eodem ſacramento.

3 Chriſtus non eſt in eodem ſacramento identicè & realiter in propria præſentia corporali.

4 Si Epiſcopus vel ſacerdos exiſtat in peccato mortali, non ordinat, non conſecrat, non conficit, non baptizat.

5 Non eſt fundatum in Euangelio, quòd Chriſtus Miſſam ordinauerit.

6 Deus debet obedire diabolo.

7 Si homo fuerit debitè contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua & inutilis.

8 Si Papa ſit præſcitus & malus, & per conſequens membrum diaboli non habet poteſtatem ſuper fideles ſibi ab aliquo datam, niſi forte à Cæſare.

9 Poſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiendus in Papam, ſed viuendum eſt more Græcorum ſub legibus propriis.

10 Contra ſcripturam ſacram eſt, quòd viri eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones.

11 Nullus prælatus debet aliquem excōmunicare, niſi prius ſciat eum excommunicatum à Deo: & qui ſic excommunicat, fit ex hoc hæreticus vel excommunicatus.

12 Prælatus excommunicans clericum qui appellauit ad regem vel ad concilium regni, eo ipſo traditor eſt regis & regni.

13 Illi qui dimittunt prædicare ſiue audire verbum Dei, propter excommunicationem hominum, ſunt excommunicati, & in Dei iudicio traditores Chriſti habebuntur.

14 Licet alicui diacono vel preſbytero prædicare verbum Dei, abſque authoritate ſedis Apoſtolicæ ſiue epiſcopi catholici.

15 Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

16 Domini temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab Eccleſia, poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus, ideſt habitu non ſolum actu, delinquentibus.

17 Populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18 Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & poſſunt parochiani, propter peccata ſuorum prælatorum, ad libitum ſuum eas auferre.

19 Speciales orationes applicatæ vni perſonæ per prælatos vel religioſos, non plus proſunt eidem quam generales, cæteris paribus.

20 Conferens eleemoſynam fratribus, eſt excommunicatus eo facto.

21 Si aliquis ingreditur religionem priuatam qualemcunque, tam poſſeſſionatorum quàm mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obſeruationem mandatorum Dei.

22 Sancti inſtituentes religiones priuatas, ſic inſtituendo peccauerunt.

23 Religioſi viuentes in religionibus priuatis non ſunt de religione Chriſtiana.

24 Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.

Prima pars eſt ſcandaloſa & præſumptuosè aſſerta, pro quanto ſic generaliter & indiſtinctè loquitur, & ſecunda erronea, pro quanto aſſerit mendicitatem fratribus non licere.

25 Omnes ſunt Simoniaci, qui ſe obligant orare pro aliis, in temporalibus ſubuenientibus.

26 Oratio præſciti, nulli valet.

27 Omnia de neceſſitate abſoluta eueniunt.

28 Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum conſecratio, reſeruantur Papæ & epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29 Vniuerſitates, ſtudia, collegia, graduationes & magiſteria in eiſdem, ſunt vana gentilitate introducta, & proſunt eccleſiæ ſicut diabolus.

30 Excommunicatio Papæ vel cuiuſcunque prælati non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti.

31 Peccant fundantes clauſtra, & ingredientes, ſunt viri diabolici.

32 Ditare clerum, eſt contra regulam Chriſti.

33 Syluester Papa & Conſtantinus Imperator errauerunt Eccleſiam dotando.

34 Omnes de ordine mendicantium, ſunt hæretici: & dantes eis eleemoſynam ſunt excommunicati.

35 Ingredientes religionem aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad obſeruanda diuina præcepta, & per conſequens ad perueniendum ad regnum cœlorum, niſi apoſtatauerint ab eiſdem.

36 Papa cum omnibus clericis ſuis poſſeſſionem habētibus, ſunt hæretici, eo quòd poſſeſſiones habent: & conſentientes eis, omnes videlicet domini ſeculares & ceteri laici.

37 Eccleſia Romana eſt ſynagoga Satanæ, nec PP. eſt proximus & immediatus Vicarius Chriſti & Apoſtolorum.

38 Decretales epiſtolæ ſunt apochryphæ, & ſeducunt à fide Chriſti, & clerici ſunt ſtulti, qui ſtudent eas.

39 Imperator & domini ſeculares, ſunt ſeducti à diabolo, vt Eccleſiam dotarent bonis temporalibus.

40 Electio Papæ à Cardinalibus, à diabolo eſt introducta.

41 Non eſt de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias.

Error eſt, ſi Romanam Eccleſiam intelligat vniuerſalem Eccleſiam, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret primatum ſummi Pontificis ſuper alias eccleſias particulares.

42 Fatuum eſt credere indulgentiis Papæ & epiſcoporum.

43 Iuramenta illicita ſunt, quæ fiunt ad corroborandum humanos contractus & commercia ciuilia.

44 Auguſtinus, Benedictus, & Bernardus damnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc, quòd habuerunt poſſeſſiones, & inſtituerunt, & intrauerunt religiones: & ſic à Papa vſque ad vltimum religioſum, omnes ſunt hæretici.

45 Omnes religiones indifferenter introductæ ſunt à diabolo.

Tenor Articulorum Ioannis Huſz.

Ioannes Hus præter magiſtri Vicleffi articulos etiam alios triginta de ſuis adiecit eiuſdem

1 VNICA eſt ſancta vniuerſalis Eccleſia, quæ eſt prædeſtinatorum vniuerſitas, *& infrà ſequitur:* Vniuerſalis ſancta Eccleſia tantum eſt vna, ſicut tantum vnus eſt numerus omnium prædeſtinatorum.

2 Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecit quoſdam actus actibus Eccleſiæ malignantium conſimiles.

3 Præſciti non ſunt partes eccleſiæ, cum nulla pars eius finaliter excidet ab ea, eo quòd prædeſtinationis charitas, quæ ipſam ligat, non excidet.

4 Duæ naturę diuinitas & humanitas ſunt vnus Chriſtus.
5 Preſcitus etſi aliquando eſt in gratia ſecundùm pręſentem iuſtitiam, tamen nunquam eſt pars ſanctę Eccleſię:& prędeſtinatus ſemper manet membrum Eccleſię,licèt aliquando excidat à gratia aduentitia,ſed non à gratia pręde-ſtinationis.
6 Sumendo Eccleſiam pro conuocatione pręddeſtinatorum: ſiue non fuerint in gratia,ſiue non ſecundùm præſentem iuſtitiam, iſto modo Eccleſia eſt articulus fidei.
7 Petrus non eſt,nec fuit caput Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ.
8 Sacerdotes quomodolibet criminoſè viuentes,ſacerdotij polluunt poteſtatem: & ſic,vt filij infideles,ſentiunt infideliter de ſeptem ſacramentis Eccleſię, de clauibus,officiis,cenſuris,moribus,cęremoniis & ſacris rebus Eccleſię, veneratione reliquiarum,indulgentiis & ordinibus.
9 Papalis dignitas à Cęſare inoleuit:& Papę pręfectio & inſtitutio,à Cęſaris potentia emanauit.
10 Nullus ſine reuelatione aſſereret rationabiliter de ſe vel alio,quòd eſſet caput Eccleſię particularis, nec Romanus Pontifex eſt caput Romanę Eccleſię particularis.
11 Non oportet credere, quòd iſte quicunque eſt Romanus Pontifex, ſit caput cuiuſcunque particularis Eccleſię ſanctę,niſi Deus eum pręddeſtinauerit.
12 Nemo gerit vicem Chriſti vel Petri niſi ſequatur eum in moribus, cum nulla alia ſequelà ſit pertinentior, nec aliter recipiat à Deo procuratoriam poteſtatem: quia ad illud officium vicariatus requiritur & morum conformitas, & inſtituentis authoritas.
13 Papa non eſt verus & manifeſtus ſucceſſor Apoſtolorum Principis Petri, ſi viuit moribus contrariis Petro: & ſi quęrit auaritiam, tunc eſt vicarius Iudę Scarioth.Et pari euidentia Cardinales non ſunt veri & manifeſti ſucceſſores collegij aliorum Apoſtolorum Chriſti,niſi vixerint more Apoſtolorum, ſeruantes mandata & conſilia Domini noſtri Ieſu Chriſti.
14 Doctores ponentes quòd aliquis per cenſuram Eccleſiaſticam emendandus,ſi corrigi noluerit,ſeculari iuditio eſt tradendus, pro certo ſequuntur in hoc pontifices,ſcribas & phariſęos, qui Chriſtum non volentem eis obedire in omnibus,dicentes,Nobis non licet interficere quenquam, ipſum ſeculari iudicio tradiderunt,& quòd tales ſunt homicidę grauiores quàm Pilatus.
15 Obedientia eccleſiaſtica, eſt obedientia ſecundum adinuentionem ſacerdotum Eccleſię,prӕter expreſſam authoritatem ſcripturæ.
16 Diuiſio immediata humanorum operum eſt quòd ſunt vel virtuoſa vel vitioſa:quia ſi homo eſt vitioſus,& agit quidquam, tunc agit vitioſè:& ſi eſt virtuoſus,& agit quidquam,tunc agit virtuoſè:quia ſicut vitium quod crimen dicitur ſeu mortale peccatum,inficit vniuerſaliter actus hominis vitioſi,ſic virtus viuificat omnes actus hominis virtuoſi.
17 Sacerdotes Chriſti viuentes ſecundum legem eius,& habentes ſcripturę notitiam,& affectum ad ędificandum populum,debent prędicare, non obſtante prętenſa excommunicatione,*& infra*. Quòd ſi papa vel aliquis prӕlatus mandat ſacerdoti ſic diſpoſito,non prędicare,non debet ſubditus obedire.
18 Quilibet prędicantis officium de mandato accipit qui ad ſacerdotium accedit & illud mandatum debet exequi,prętenſa excommunicatione non obſtante.
19 Per cenſuras eccleſiaſticas excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti, ad ſui exaltationem clerus populum laicalem ſibi ſuppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit,& viam pręparat Antichriſto. Signum autem euidens eſt,quòd ab Antichriſto tales procedunt cenſurę,quas vocãt in ſuis proceſſibus fulminationes,quibus clerus principaliſſimè procedit cõtra illos qui denudant nequitiam Antichriſti,qui clerum pro ſe maximè vſurpabit.
20 Si Papa eſt malus,& pręſertim ſi eſt pręſcitus,tunc vt Iudas Apoſtolus eſt diabolus,fur,& filius perditionis,et non eſt caput ſanctę militantis Eccleſię,cum nec ſit membrum eius.

ferè ſententiæ, niſi quod quædam attigit quæ in articulis Vicleffi non exprimebantur. Hæreſes edocuit nugaciſſimas & infandas quibus conatus eſt humanum ac diuinum ius confundere. Sed ſtomachi virulentiam ſignificatione cum Pragenſe monſtrauit in contumeliam ſummi Pontificis, quem è ſolio Petri & à clauiũ poteſtate detrudere putabat, varia de primatu apoſtolico obiiciẽs, quæ tamẽ ſcripturæ & Doctorum veterum teſtimoniis probatur & tuetur, vt conſtat ex authoribus omnium regionum qui pro Pontificis authoritate ſcripſerunt purè & catholicè.

Hoſius Cardinalis in explicatione ſymboli cap. 26. tum in lib. 2. contra Brentium, tum in libro de authoritate ſummi Pontificis.
Remundus Ruffus in lib. aduerſus Carolum Molinæum pro ſummo Pontifice.
Robertus Arbe uicenſis 1. tomo. de vtriuſq; gladij poteſtate.
Io. Ecki. in libris tribus de primatu S. Petri

21 Gratia prӕdeſtinationis eſt vinculum,quo corpus Eccleſiæ, & quodlibet eius membrum iungitur Chriſto capiti indiſſolubiliter.
22 Papa vel prælatus malus & præſcitus,eſt æquiuocè paſtor,& verè fur,& latro.
23 Papa non debet dici ſanctiſſimus,etiam ſecundùm officium, quia aliàs rex deberet etiam dici ſanctiſſimus ſecundum officium, & tortores & præcones dicerentur ſancti, immò etiam diabolus deberet dici ſanctus, cum ſit officiarius Dei.
24 Si Papa viuat Chriſto cõtrarius,etiam ſi aſcenderet per rectã & legitimam electionem ſecundùm conſtitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde aſcenderet,quàm per Chriſtum,dato etiam quòd intraret per electionem à Deo principaliter factam:nam Iudas Scarioth, ritè & legitimè eſt electus à Deo Chriſto Ieſu ad epiſcopatum,& tamen aſcendit aliunde in ouile ouium.
25 Condemnatio quadraginta quinque articulorum Ioannis Vvicleff per doctores facta,eſt irrationabilis & iniqua & malefacta,& ficta eſt cauſa per eos allegata,videlicet ex eo,quòd nullus eorum ſit catholicus, ſed quilibet eorum aut eſt hæreticus aut erroneus aut ſcandaloſus.
26 Non eo ipſo quo electores vel maior pars eorum conſenſerit viua voce ſecundùm ritus hominum in perſonam aliquam, eo ipſo illa perſona eſt legitimè electa,vel eo ipſo eſt verus & manifeſtus ſucceſſor vel vicarius Petri Apoſtoli vel alterius Apoſtoli in officio Eccleſiaſtico:vnde ſiue electores bene, ſiue male elegerint,operibus electi debemus credere. Nam eo ipſo quo quis copioſiùs operatur meritoriè ad profectum Eccleſiæ,habet à Deo ad hoc copioſiùs poteſtatem.
27 Non eſt ſcintilla apparentiæ,quòd oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam,quod ſemper cum ipſa Eccleſia militante conuerſetur, & conſeruetur.
28 Chriſtus ſine talibus monſtruoſis capitibus per ſuos veraces diſcipulos, ſparſos per orbem terrarum,melius ſuam eccleſiam regularet.
29 Apoſtoli & fideles ſacerdotes Domini ſtrenuè in neceſſariis ad ſalutem regularunt Eccleſiam, antequam Papæ officium foret introductum:ſic facerent, deficiente per ſummè poſſibile Papa vſque ad diem iudicij.
30 Nullus eſt dominus ciuilis,nullus eſt prælatus,nullus eſt epiſcopus dum eſt in peccato mortali.

Tenor Interrogatoriorum iuxtà quæ Hæretici aut de hæreſi ſuſpecti interrogari debent.

1 Super præmiſſis autem articulis,quilibet de eis ſuſpectus, ſeu in eorum aſſertione deprӕhenſus,iuxtà modum interrogetur infraſcriptum: In primis, vtrum cognouerit Ioannem Vvicleff de Anglia,Ioannem Huſz de Bohemia, Hieronymum de Praga,ſeu aliquem eorum,& vnde habuerit eorum notitiã, & vtrum cum eis vel eorum aliquo,dum viuerent,conuerſationem vel amicitiam habuerit.
2 Item,vtrum ſciens ipſos ſeu aliquem ipſorum excommunicatos, ſcienter participauerit cum illis, reputans & dicens talem participationem non eſſe peccatum.
3 Item,vtrum poſt mortem eorum pro eiſdem ſeu aliquo eorum orauerit,& publicè & occultè opera pietatis exercuerit,aſſerens eos fore beatos & ſaluos.
4 Item,vtrum eos vel aliquem eorum ſanctos reputauerit & dixerit,& eis venerationes velut ſanctis exhibuerit.
5 Item,vtrum credat,teneat & aſſerat,quòd quodlibet Concilium generale & etiam Conſtantienſe,vniuerſalem Eccleſiam repræſentet.
6 Item,vtrum credat,quòd illud quod ſacrum Concilium Conſtantienſe, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans,approbauit & approbat in fauorem fidei & ad ſalutem animarum,quòd hoc eſt ab vniuerſis Chriſti fidelibus approbandum et tenendum:Et quod condemnat eſſe fidei vel bonis moribus contrarium,

Ioannes Faber in refutatione libri Lutheri de pontificis poteſtate.
Io. Cochleus in quarta Philippica.
Robertus Bolerminus in cõtrouerſiis. Controuerſ. 3. de ſũmo Pontifice.
Gaſpar Scatzgerius in controuerſiis.
Ioan. Driedon. lib. 4. c. 3. p. 2. de ſcripturis & dogmat. Eccleſ.
Alber. Pighius lib. 3. 4. de 5. Eccleſiaſt. hierarc.
Ioan. à Louanio de perpetua Cathedræ Petri protectione & firmitate.
Iacob. Latomus lib. de primatu Petri.
Guil. Lindanus lib. 4. Panopliæ.
Ioan. Bunderius in compendio cõcertationum lib. 31.
Thomas Vvaldenſis lib. 2. doctrinalis fidei art. 1. & 3.
Roffenſis. in refut. art. 25.
Reginald. Pobuſ. lib. de ſummo Pontifice.
Alanus Copus dialog. 1.
Nicol. Sanderus in lib. de viſibili monarchia.
Ioannes de Turre cremata libr. 2. de Eccleſia.
Alphonſus de Caſtro libr. 12. contra hæreſes.
Melchior Canus lib. 6. de locis.
Petrus de Soto defenſione ſuæ confeſſionis à cap. 74. vſque ad finem.
Galenus in Cathecheſib.

Fran. Horantius de locis Catholicis. F. Turrianus in li. cõtra Anthoniũ Sadeelem. Caietanus de inſtitutione & authoritate Romani Põtificis. Gaſpar Contarenus de poteſtate Romani Pontificis. Thomas Campegius in libr. eiuſdem tituli. Io. Anton. Delphinus libr. 1. & 2. de Eccleſia. Gennadius ſcholarium in detenſione c. 5. Mutius Iuſtino politanus cõtra Viretum de Pontificatu.

rium, hoc ab eiſdem eſſe tenendũ pro condemnato, credẽdum & aſſerendum.

7 Item, vtrum credat quòd condemnationes Ioannes Vvicleff, Ioannis Huſz, & Hieronymi de Praga, factæ de perſonis eorum, libris & documentis per ſacrum generale Conſtantienſe Concilium, fuerint ritè & iuſtè factæ, & à quolibet catholico pro talibus tenendæ & firmiter aſſerendæ.

8 Item, vtrum credat, teneat, aſſerat Ioannem Vvicleff de Anglia, Ioãnem Huſz de Bohemia, & Hieronymum de Praga, fuiſſe hæreticos & pro hæreticis nominandos ac deputandos, & libros & doctrinas eorum fuiſſe & eſſe peruerſos, propter quos & quas & eorum pertinacias, per ſacrum Concilium Conſtantienſe pro hæreticis ſunt condemnati.

9 Item, vtrum habeat in ſua poteſtate aliquos tractatus, opuſcula, epiſtolas, vel quæcunque alia ſcripta in quocunque idiomate per Ioannem Vvicleff, Ioannem Huſz, & Hieronymum hæreticos, ſeu eorum pſeudodiſcipulos & ſequaces editos vel tranſlatos, edita, vel tranſlata, quod illos vel illa ordinario loci vel eius commiſſario ſeu inquiſitori ſub iuramento præſentet.

Quòd ſi apud ſe ſcripta huiuſmodi ſe habere non cognouerit, ſed alibi, quòd illa circa ſuum ordinarium vel alios ſupradictos infrà certum terminum ſibi præfigendum deponere.

10 Item, vtrum ſciat aliquem vel aliquos habentes præfatorum tractatus, opuſcula, epiſtolas, vel quæcunque alia ſcripta in quocunque idiomate compoſita, ſiue tranſlata, quòd illum vel illos detegat vel manifeſtet, pro purificatione fidei ſiue executione iuſtitiæ.

11 Item ſpecialiter literatus interrogetur, vtrum credat ſententiam ſacri Conſtantien. Concilij ſuper quadraginta quinque Ioannis Vvicleff, & Ioannis Huſz triginta articulis ſuperius deſcriptis latam fore veram & Catholicam, ſcilicet, quòd ſupradicti quadraginta quinque articuli Ioannis Vvicleff, & Ioannis Huſz triginta, non ſunt catholici, ſed quidam ex eis ſunt notoriè hæretici, quidam erronei, alij temerarij, & ſeditioſi, alij piarum aurium offenſiui.

12 Item, vtrum credat & aſſerat, quòd in nullo caſu ſit licitum iurare

13 Item, vtrum credat, quòd ad mandatum iudicis iuramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad cauſam opportunam, etiam pro purificatione infamiæ faciendum, ſit licitum.

14 Item, vtrum credat, quòd periurium ſcienter commiſſum, ex quacunque cauſa vel occaſione, pro conſeruatione vitæ corporalis propriæ vel alterius, etiam in fauorem fidei, ſit mortale peccatum.

15 Item, vtrum credat, quòd deliberato animo contemnens ritum Eccleſię, cęremonias exorciſmi, & Catechiſmi aquæ baptiſmatis conſecratæ, peccet mortaliter.

16 Item, vtrum credat, quod poſt conſecrationem ſacerdotis in ſacramento altaris ſub velamento panis & vini non ſit panis materialis, & vinum materiale, ſed idem per omnia Chriſtus, qui fuit in cruce paſſus, & ſedet ad dexteram Patris.

17 Item, vtrum credat & aſſerat, quòd facta conſecratione per ſacerdotem, ſub ſola ſpecie panis tantum, & præter ſpeciem vini, ſit vera caro Chriſti & ſanguis & anima & deitas & totus Chriſtus, ac idem corpus abſolutè & ſub vna qualibet illarum ſpecierum ſingulariter.

18 Item, vtrum credat, quòd conſuetudo communicandi perſonas laicales ſub ſpecie panis tantum, ab Eccleſia vniuerſali obſeruata, et per ſacrum Concilium Conſtantiæ approbata, ſit ſeruanda ſic, quòd non liceat eam reprobare, aut ſine Eccleſiæ authoritate pro libito immutare. Et quòd dicentes pertinaciter oppoſitum præmiſſorum, tanquam hæretici vel ſapientes hæreſim, ſint arcendi et puniendi.

19 Item, vtrum credat, quòd Chriſtianus contemnens ſuſceptionem ſacramentorum Confirmationis vel extremę Vnctionis, aut ſolemnizationis Matrimonij peccet mortaliter.

20 Item, vtrum credat, quòd Chriſtianus vltra contritionem cordis, habita copia ſacerdotis

ſacerdotis idonei, ſoli ſacerdoti de neceſſitate ſalutis confiteri teneatur, et non laico ſeu laicis quantuncunque bonis et deuotis.

21 Item, vtrum credat, quòd ſacerdos in caſibus ſibi permiſſis, poſſit peccatorem confeſſum et contritum à peccatis abſoluere, et ſibi pœnitentiam iniungere.

22 Item, vtrum credat, quòd malus ſacerdos cum debita materia et forma et cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, verè conficiat, verè abſoluat, vel baptizet, et vere conferat alia ſacramenta.

23 Item, vtrum credat, quòd beatus Petrus fuerit vicarius Chriſti, habens poteſtatem ligandi et ſoluendi ſuper terram.

24 Item, vtrum credat, quòd Papa canonicè electus, qui pro tempore fuerit eius nomine proprio expreſſo, ſit ſucceſſor beati Petri habens ſupremam authoritatem in Eccleſia Dei.

25 Item, vtrum credat authoritatem iuriſdictionis Papæ, archiepiſcopi, et epiſcopi in ſoluendo et ligando, eſſe maiorem authoritate ſimplicis ſacerdotis, etiam ſi curam animarum habeat.

26 Item, vtrum credat, quòd Papa omnibus Chriſtianis verè contritis et confeſſis, ex cauſa pia et iuſta poſſit concedere indulgentias in remiſſionem peccatorum, maximè pia loca viſitantibus, et ipſis manus ſuas porrigentibus adiutrices. Et vtrum credat, quòd ex tali conceſſione viſitantes eccleſias ipſas et manus adiutrices eis porrigentes, huiuſmodi indulgẽtias conſequi poſſint.

27 Item, vtrum credat, quòd ſinguli epiſcopi ſuis ſubditis ſecundùm limitationem ſacrorum canonum, huiuſmodi indulgentias concedere poſſint.

28 Item, vtrum credat et aſſerat, licitum eſſe ſanctorum reliquias & imagines à Chriſti fidelibus venerari.

29 Item, vtrum credat, quòd Papa vel alius prælatus propriis nominibus Papæ pro tempore expreſſis, vel ipſorum Vicarij, poſſint ſuum ſubditum eccleſiaſticum ſiue ſecularem propter inobedientiam ſiue contumaciam excommunicare, ita quòd talis pro excommunicato ſit habendus.

30 Item, vtrum credat, quòd inobedientia ſiue contumacia excommunicatorum creſcente prælati vel eorum vicarij in ſpiritualibus, habeant poteſtatem aggrauandi & reaggrauandi, interdictum ponendi, & brachium ſeculare inuocandi, & quòd illis cenſuris per inferiores ſit inobediendum.

31 Item, vtrum credat, quòd Papa vel alij prælati & eorum vicarij in ſpiritualibus habeant poteſtatem ſacerdotes & laicos inobedientes & contumaces excommunicandi, ab officio, ingreſſu eccleſiæ & adminiſtratione eccleſiaſticorum ſacramentorum ſuſpendendi.

32 Item, vtrum credat, quòd liceat perſonis eccleſiaſticis abſque peccato, huius mundi habere poſſeſſiones & bona temporalia.

33 Item, vtrum credat, quòd laicis ipſa ab eis auferre poteſtate propria non liceat, immò quòd ſic auferentes, tollentes & inuadentes bona ipſa eccleſiaſtica, ſint tanquam ſacrilegi puniendi, etiam ſi malè viuerent perſonæ eccleſiaſticæ bona huiuſmodi poſſidentes.

34 Item, vtrum credat, quòd huiuſmodi abſolutio & inuaſio cuicunque ſacerdoti etiam male viuenti, temerè vel violenter facta vel illata, inducant ſacrilegiũ.

35 Item, vtrum credat, quòd liceat laicis vtriuſque ſexus, viris ſcilicet & mulieribus, liberè prædicare verbum Dei.

36 Item, vtrum credat, quòd ſingulis ſacerdotibus liberè liceat prædicare verbum Dei, vbicunque, & quandocunque placuerit, etiam ſi non ſint miſſi.

37 Item, vtrum credat, quòd omnia peccata mortalia, & ſpecialiter manifeſta, ſint publicè corrigenda & extirpanda.

Volumus inſuper ac ſtatuimus & decernimus, quòd ſi quis per ſecretam informationem per vos recipiendam, vel aliàs repertus fuerit infamatus ſeu ſuſpectus de quacunque ſpecie hæreſis peſtiferæ ſectæ vel doctrinæ peſtilentium Ioanis Vvicleff, Ioanis Huſz, & Hieronymi de Praga, hæreſiarcharum, prædictorum aut de fouendo, receptando, defendendo præfatos damnatos homines, dum viuerent in humanis, vel ipſorum perfidos ſequaces & pſeudodiſcipulos, aut ipſorum errori

 bus-

bus credendo, pro ipſis defunctis vel aliquo ipſorum poſt obitum orando, vel inter catholicos nominando & defendendo, vel ipſos vt ſanctos colendo, prædicando vel adorando, vel aliàs circa eos ſuſpectè agendo, citetur per vos ſeu alterum veſtrum, perſonaliter coram vobis ſeu altero veſtrum compariturus, ſemotis procuratore & aduocata, reſponſurus medio iuramento per ipſum ſic (vt prædictum eſt) corporaliter, præſtito de plena & mera veritate dicenda ſuper prædictis articulis ſeu eorum ſingulis vel aliis opportunis, ſecundùm exigentiam cauſæ & occurrentium circùnſtantiarum ad arbitrium veſtrum, & prout vobis ſeu alteri veſtrum videbitur expedire, vel aliàs contra eoſdem ipſorum ſingulos, (prout præſentibus exprimitur) vel aliàs canonicè procedatis.

** Singulis dieb. Dominicis inter ſacra Miſſarum ſolennia ſolent parrochi ex Cõciliorum decretis & authoritate ſuperiorũ denunciare omnes hæreticos ac eorum complices excommunicatos cap. ſicut & c. excommunicamus in c. 2. de hæret. c. 2. in fin. de ſum. trinit. cũ ſim. vultque Tridentina Synodus. Seſſ. 25. ca. 2. vt publicè deteſtentur & anathematientur hæreſes & eorũ fautores.*

Necnon præſentes literas excluſis articulis & interrogatoriis ſuperiùs poſitis atq; omiſsis, in ciuitatibus, diœceſibus, territoriis & locis aliis, vbi tutè fieri poterit, auctoritate noſtra ſolemniter publicetis & publicari faciatis omnes & ſingulos hæreticos huiuſmodi, necnon ſectatores ipſarum hæreſum & errorum vtriuſque ſexus, tenentes & etiam defendentes eoſdem, aut hæreticis ipſis quomodolibet publicè vel occultè in diuinis vel aliàs participantes, etiam ſi patriarchali, archiepiſcopali, ducali aut alia quauis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate; necnon aduocatos & procuratores quoslibet, qui hæreticos huiuſmodi aut eorum credentes, ſequaces, fautores, defenſores & receptatores ſuper crimine hæreſis aut credulitatis, ſequelæ, fautoriæ, defenſionis & receptationis huiuſmodi defenderint, excõmunicatos ſingulis diebus Dominicis * & feſtiuis in præſentia populi nuncietis, & per alios nunciari faciatis. Et nihilominus contra eoſdem omnes & ſingulos vtriuſque ſexus, huiuſmodi errores tenentes, approbantes, defendentes, dogmatizantes, ac fautores, & receptatores & defenſores eorundem, exemptos & non exemptos, & quẽlibet ipſorum, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, præeminentię, gradus, ordinis vel conditionis (vt præfertur) exiſtant, auctoritate noſtra diligenter inquirere ſtudeatis, & eos quos per inquiſitionem huiuſmodi diffamatos, vel per confeſsionem eorum ſeu per facti euidentiam, vel alias huiuſmodi hæreſis & erroris labe reſperſos reperietis, auctoritate prædicta etiam per excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, necnon priuationis dignitatum, perſonatuum & officiorum, aliorúmque beneficiorum Eccleſiaſticorum ac feudorum, quæ à quibuſcunque eccleſiis, monaſteriis ac aliis locis Eccleſiaſticis obtinet, ac etiam bonorum & dignitatum ſecularium ac graduum ſcientiarum quarumcunque facultatum, & per alias pœnas, ſententias & cenſuras Eccleſiaſticas ac vias & modos, quos ad hoc expedire ſeu opportunos eſſe videritis, etiam per captiones & incarcerationes perſonarum, & alias pœnas corporales, quibus hæretici puniuntur ſeu puniri iubentur, aut ſolent iuxta canonicas ſanctiones. Similiter & clericos ipſos & Eccleſiaſticas perſonas, vſque ad degradationem incluſiuè, ſi eorum culpa ac pertinacia vel rebellio id exigat aut requirat, corrigatis & puniatis, ac diligenter corrigi & puniri faciatis; necnon contra eoſdem, ipſorum, laicorumque bona ſecundùm canonicas ſanctiones & legales, contra hæreticos & eorum ſequaces editas, quibus eoſdem ſectatores ſiue ſequaces ſubiacere decernimus, animosè conſurgatis iuxta modum & formam ſupradictos. Et qui de præmiſſis hæreſibus, vel articulis vel aliquo præmiſſorum infamati fuerint, ad arbitrium veſtrum ſe purgare teneantur, alij verò qui per teſtes ſeu propriam confeſſionem, vel alias legitimas, probationes conuicti fuerint de prædictis hæreſibus, vel articulis, vel aliquo præmiſſorum, eoſdem articulos & errores ſolenniter & publicè reuocare, abiurare, pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem (ſi delictum exegerit) ſubire cogantur: necnon quòd errores & hæreſes huiuſmodi, cuiuſcunque generis vel ſpeciei cenſeantur de cætero verbo, nutu vel facto non fouebunt, ſeu alios ad credendum illis verbo vel facto, publicè vel occultè, directè, vel indirectè, aut alio quouis modo inducent, ſufficientem, & idoneam cautionem præſtare teneantur. Quòd ſi forſan eoſdem articulos ſolenniter, & publicè reuocare, & abiurare, & pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem perpetuam, vel temporalem iuxtà veſtræ diſcretionis arbitrium ſine dilatione ſubire, ac ſufficientem cautionem quòd errores & hæreſes ipſas de cætero nõ tenebunt, nec fouebunt, nec alios

De pœnis hæreticorũ & quomodo infligi debeant ſuperius diximus, amplioráque dicere decreuimus in Conſt. Pij V.

adi

ad credendum, vel verbo vel facto, publicè vel occultè, directè vel indirectè, vel quouis quæſito colore inducent, præſtare, ſeu aliquod præmiſſorum facere voluerint, extunc contra ipſos iuxtà qualitatem errorum ac delictorum ſuorum, etiam (ſi expediat) tanquam contra hæreticos aut hæretica labe reſperſos, auctoritate noſtra iuxtà canonicas & legales ſanctiones ſummariè & ſimpliciter ac de plano ſine ſtrepitu et figura iudicij, et etiam ex officio, appellatione ſeu appellationibus quibuſcunque ceſſantibus, procedatis, ac ipſos iuxta eaſdem canonicas traditiones puniatis, etiam ſi opus fuerit curiæ ſeculari relinquendo: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio eiuſdem brachij ſecularis; Non obſtantibus, tam felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, qua cauetur, ne quis extra ciuitatem et diœceſim ſuam, niſi in certis exceptis caſibus, et in illis vltra vnam dietam, à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à ſede Apoſtolica deputati, extra ciuitatem et diœceſim in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſiue alij vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine diœceſum eorundem trahere præſumant, et de duabus dietis in concilio generali, quàm aliis quibuſcunque cõſtitutionibus Romanorum Pontificum, tam à iudicibus delegatis, quàm perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, quæ poſſint in hac parte veſtræ iuriſdictioni aut poteſtati eiúſque libero exercitio quomodolibet obuiare, ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu vltrà vel extrà loca ad iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmòdi et eorum perſonis, locis et ordinibus et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam, veſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua, cuiuſque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris literis habenda ſit mentio ſpecialis. Datum Conſtantiæ Octauo Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno primo.

Clauſulæ derogatoriæ.

Quis non videt meritiſsimis grauiſsimiſque de cauſis Ioannem Huſz *&* Hieronymũ Pragenſem *in* Concilio Conſtãtienſi *rogis damnatos fuiſſe? Soli tamen hæretici quibus nullũ conuictum ſcelus videtur exclamant indignè* Prophetos *optimos exuſtos fuiſſe.* Bohemi *enim duriùs ſententiæ latæ exequutionem ſuſceperunt, vt narrat* Munſterus *libro tertio* Coſmographiæ *his verbis.* Bohemi *vbi audiunt magiſtrorũ ſuorum interitũ, furere incipiunt, concurrunt, ſæuiunt, & obuia ſternunt omnia obſident* Ciuitates, *monaſteria & omnia religionum loca à fundamentis euertunt, infeſti ante omnia fratribus* Prædicatoribus, *&* Minoribus *quorum opera periiſſe magiſtrum ſuum* Conſtantiæ *queruntur.* Magnam *Chriſtiani ſanguinis vim profuderunt, monachos interfecerunt, moniales ſtuprauerunt & alia horrenda mala perpetrauerunt nedum in* Bohemia *ſed & extra.* Hactenus Munſterus. *Teſtabor autem & hos motus turbulentiores iniuria ſuſcitatos fuiſſe & indignè* Bohemos *conqueri de* Ioannis Huſz *interitu, quem omnes* Canones *hæreticũ,* Cæſares *perduellem &* Principes *pertinacem ſeductorẽ cognouerant in illo* Concilio *Quod ſi recedere voluiſſet à ſua pertinaci prauitate facile veniam adeptus fuiſſet.* Non *adſeram teſtes huius negotij peregrinos ſed* Germanos *& domeſticos qui factum veriſsimè vt euenit ſcriptis retulerunt.* Vrgebat *dies* Concilij *datus audiendis* Ioannis Huſz *controuerſiis, expectabant ſacri proceres cum* Sigiſmundo. *ouem perditam in ouile* Chriſtianum *reducere.* Cæſar *per ſuos nobiles & conſiliarios adhortatus fuerat* Hæreticum *ſub fide publica* Conſtantiam *venire ad purgandam peſſimam de hæreſi labem quam multorum exitio incurrerat.* Hoc *præſidio itineri ſe accinxit.* Hinc *calumniantur hæretici* Concilium *fidem publicam violaſſe.* At *de rei geſtæ veritate ſecuri ſciunt nullum ſaluum conductum datum fuiſſe à* Concilio *quod ſi à* Cæſare *datus ſit, quis ignorat ciuilem poteſtatem nullo modo poſſe* Eccleſiaſticam *impedire à ſuo legitimo exercitio?* Imperator *quidem non* Synodus *ſuam fidem interpoſuit.* At *qui neque adhuc* Euangelici *probarunt nequevnquam ni fallor probaturi ſunt* Oecumenicam Synodum *ex huiuſmodi* Imperatoris *fide vllo modo crimini obnoxiam eſſe, cum vt dici ſolet, noſtrum non alienum factum præſtare rogamur.* Atque *pulchrè miratur* Alanus Copus Dial. 6. c. 31. *iſtos hæc tam odioſè exacerbare de*

re de

re de quibus ne ipſum quidem Huſſum queſtum eſſe meminit. Neque certè ille vllam inſtam ea de re querelam inſtituere poterat. Trahunt enim huiuſmodi diplomata & commeatus ſuas ſecum cohærentes, & implicitas conditiones. Neque autem tacenda eſt ambitio illa qua ſtimulatus fuit vt alacriùs properaret Cõſtantiam, opinabatur ſiquidem animi ſui exotica quadam ſubtilitate & colluſoriis ſchiſmatibus ſacras Epiſcoporum & Doctorum acies in Concilio ſuperaturum, gloriabatur ideo inter familiares quod omnes & ſingulos videre & audire vellet quicunque ipſi vllum pertinacem errorem aut hæreſim imputarent vt illi conuicti, pœnæ talionis obſtringerentur. Cum autem ingreſſus fuiſſet Conſtantiam, habuit quoſdã peritiſſimos Theologos & Canoniſtas qui eum comitarentur, interrogarent, & examinarent cauſam, & in illa vſque ad definitiuam ſententiam procederent. Deinde cum coram ſanctiſſima Synodo ſiſteret & videret inſignem Cardinalium ordinem ſummos Eccleſiaſticæ Ierarchiæ primores tot Doctorum ora, tot grauiſſimorum hominum vultus οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς qui prius nemini ſecundus erat obſtupuit & de victoria deſperare cœpit: vidit enim aliud eſſe in conſpectu Sacroſanctæ Synodi prodire aliud cum rabulis Bohemis inter pocula de ſacris diſceptare myſteriis. Vidit multos contra ſe paratos teſtari & ſaniè conſiderauit ſe Patribus de tot in Bohemia excitatis aduerſus clerum & omnem religionem, malis, ſatisfacere non poſſe, niſi per publicam reuocationem, & pœnitentiam. A qua cum alieniſſimus eſſet, de fuga circumſpiciens in curru ſeſe abſcondit, atque ita eductus, pulchrè ſibi videbatur euaſiſſe. Sed ab inſequentibus eſt interceptus, qui eum in palatium Ioannis XXIII. vinctum abduxerunt. Quo intellecto Rex Romanorum libenter eum propter ſaluum conductum liberaſſet niſi, inquit Vlricus, à doctis viris accepiſſet reſponſum, nullo iure deberi ſaluum conductum hæretico, in ſua hæreſi perſiſtenti. Poſt octo verò dies ductus eſt ad monaſterium Prædicatorum, vbi docti viri plerumque eum viſitarunt, vt ab hæreſi conuerteretur. Neque enim perfunctoriè à Patribus Concilij cum ipſo actum eſt, ſed omnem nauarunt operam, vt pœnitentem reducerent. Qua de cauſſa egerunt cum eo non ſolùm Commiſſarij quatuor, ſed etiam plerique Cardinales, & Epiſcopi. Atque poſt fugam ſuam reductus, adeò clementer eſt in carcere cuſtoditus, vt in eo etiam libros ſua manu ſcripſerit.

Affirmat porrò Vlricus Reichental, ciuis Conſtantienſis, teſtis ocularis, Ioannem Huſs, & Hieronymum Pragenſem promiſiſſe Doctoribus, qui eos in carcere viſitabant velle ſe & hæreſes reuocare, & contrarium prædicare. Ob id pulſatas eſſe ter campanas in ſignum lætitiæ, loco cantici, Te Deum laudamus. Deinde, cum celebraretur ſeſſio, concluſum fuiſſe, vt ambo retinerentur in Sueuia, nec vnquam reuerterentur in Bohemiam: ſed vtrique honeſté prouideretur in aliquo monaſterio, vbi ſingulis daretur ſumptus pro ſex perſonis: ita tamen vt vtérque in lingua Bohemica ſcriberet ſe erraſſe, & à recta fide declinaſſe. Illi verò, tum ſubdolum animum aperientes, dixerunt ſe ſcripturam in Bohemiam nolle mittere, ne è cœlo eos traherent, quos diuina ſua doctrina Deo lucrati eſſent. Non multò autem poſt quatuor Epiſcopi, & nobiles aliquot Bohemi, Huſſum incarceratum ſolicitarunt, vt errores abiuraret. Cum autem per ambages tergiuerſaretur indictus eſt iudicio dies, ſextus videlicet menſis Iulij. Eductus ergo præſcripto die ad plenam Concilij ſeſſionem, in qua Rex ipſe Romanorum, & Principes atque Proceres eius, ei in inſignius regalibus ſeruientes, intererant, iterum monitus eſt vt articulos Vviclephi, ſæpiſſimè damnatos, reuocaret, & abiuraret. Ipſe verò poſt excuſatorias tergiuerſationes, tandem reſpondit, ſe id non poſſe, renitente conſcientia. Quo audito, vnus Epiſcoporum in pulpitum aſcendens, præclaro ſermone ad Patres Concilij tractauit, Nihil eſſe in orbe terrarum peſtilentius hæreſi. Lectus eſt deinde proceſſus aduerſus Huſſum, longa ſerie rebellionem, contumaciam, clauium contemptum, & in hæreſi pertinaciam, complectens. Quo perlecto, pronunciata eſt definitiua ſententia generalis Concilij qua propter pertinaciam in hæreſi, degradatio eius ſex Epiſcopis eſt commiſſa.

Deinde ſubiungitur hunc in modum. Hæc ſancta Synodus, Ioannem Huſſ, attento quod Eccleſia Dei non habeat vltrà, quod agere valeat, iudicio ſæculari relinquere, & ipſum curiæ ſæculari relinquendum fore decernit. *Ex qua appendice notum eſt, non ſatis circumſpectè à quibuſdam ſcribi, Ioannem Huſs, ex ſentẽtia Conſtantienſis Synodi, crematum eſſe: cum id relictum ſit iudicio ſæculari. Peracta itaque degradatione, vt Cochlæus ſcribit, receptus eſt Sigiſmundi iuſſu à Ludouico Electore, Bauariæ Duce. Qui eum tradidit lictoribus, capite tonſum, & alto pileo papyraceo, in quo cacodæmones depicti erant, coronatum: cui præclarum lemma inſcriptum erat* HIC EST HÆRESIARCHA. *Dum ergo duceretur ad locum pœnæ, in via libros ſuos comburi vidit. Cùm autem ad palum in medio rogi nondum incenſi, alligatus ſtaret, adequitarunt Bauariæ Dux, & dominus à Pappenheim, admonentes eum, vt errores reuocando, vitæ ſuæ parceret. Ille autem reſpondit, ſe nihil niſi veritatem Euangelij docuiſſe, pro qua mori vellet. Quo dicto exuſtus eſt, & cineres, cum titionibus, in Rhenum ſunt proiecti.*

Hæc Ioannis Huſs Pſeudodoctoris hiſtoria. Cætera omnia quę in Concilio Conſtantienſi edita ſunt ex Tom 3. Concil. colligi poſſunt.

II.

Religioſi mendicantes à monaſteriis ad alium ordinem (Carthuſienſ. duntaxaꝗ excepto) abſque ſedis Apoſtolicæ licentia tranſire non poſſunt.

MARTINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

VIAM ambitioſæ cupiditatis, religioſis potiſſimè mendicantibus præcludere cupientes, ad alios ordines, præſertim monaſticos, fucatis tamen coloribus, aſſerentibus ob frugem melioris vitæ, ac arctioris obſeruantiæ, tam ſancti Benedicti, quam Ciſtercien. Camaldulen. Vallis vmbroſæ, Canonicorum regularium ordinis ſancti Auguſtini, vel aliorum monaſticorum ordinum conuolare nitentibus, licentiam à ſede apoſtolica, ſeu legatis, aut nunciis eiuſdem ſedis, de transferendo ſe à mendicantium ordinibus ad monaſticos ordines, ea ratione præſertim (vt veriſimiliter prout facti euidentia docet eſt præſumendum) quod liberius degant, dignitatéſque, & beneficia eccleſiaſtica conſequi valeant, & ex certis aliis cauſis honeſtati non conſonis, obtinentibus; ac volentes conſeruationi ordinum mendicantiũ etiam prouidere, auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia tenore præſentium declaramus, ac decernimus, & ſtatuimus quod de cætero nullus religioſus de ordinibus mendicantium quorumcumque, & cuiuſcumque ſtatus, conditionis, vel religionis exiſtat, quomodocunque & qualitercunque poſsit vel debeat, virtute cuiuſcunque licentiæ, & indulti apoſtolici, ſeu pænitentiariæ noſtræ curã gerentis, vel alia quauis auctorititate, hactenus, etiam per bullas apoſtolicas facultatum quarumuis, tam Legatorum & Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, necnon Pænitẽtiariæ huiuſmodi pro tempore curam gerẽtis, quam aliorum quorumcunque, ſub quauis poteſtare, aut authoritate, maxime de transferendis fratribus, aut aliquibus, præſertim ordinibus huiuſmodi mendicantium ad monaſticos, ſub quacunque verborum conceptione appareant, admitti vel recipi per aliquos etiam ſuperiores ordinis, ſeu monaſterij, aut loci monaſtici, ſeu alias in monachum, vel in fratrem alicuius ex ordinibus monaſticis ſupradictis, vel aliis expreſsis, & non expreſsis ordinibus (Cartuſien. duntaxat excepto) ſub pœna excommunicationis; quam tam recipientes quam recepti ipſo facto incurrant, & quã ex nunc prout extunc, contra quemlibet tranſgreſſorem quomodolibet in præmiſsis, ſcientia, & auctoritate præfatis proferimus in his ſcriptis & à nemine, niſi duntaxat à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, excommunicati huiuſmodi poſsint abſolutionis beneficium quomodolibet obtinere; & nihilominus ſecus, vel aliter facta non teneant, & nullius exiſtant efficaciæ, roboris, vel momenti. Decernentes etiam, & volentes, quod ſi quis hactenus virtute cuiuſuis licentiæ, ſeu indulti huiuſmodi, fuiſſet receptus ad aliquem monaſticum ordinem, & habitum conſuetum geſtari per monachos talis ordinis ſuſcepiſſet, ſiue profeſsionem emiſerit, ſiue non, ſub dicta pœna teneatur in monaſterio, in quo receptus fuerit, etiam ſi beneficia eccleſiaſtica, ſeu rectoritas eccleſiarum quarumuis obtineat, ſtare in eius totali vocatione in huiuſmodi ordine monaſtico, & altiſsimo deſeruire. Si quis autem prætextu huiuſmodi licentiæ cum habitu, vel ſine, quomodolibet vagando incederet, monitione præuia teneatur, & debeat infrà terminum quindecim dierum à die monitionis huiusmodi computandorum, ad eius religionem, & ordinem, vnde cum licentia, vel ſine exiuerit, redire. Quód ſi efficere neglexerit, poſt ipſum terminum, tanquã notorius apoſtata, & excommunicatus, in omnibus, & per omnia debeat per quemlibet reputari, & tractari, etiam per inuocationem auxilij brachij ſecularis, quotiens fuerit opportunum. In futurum autem nullus ex profeſſoribus alicuius ex ordinibus

Syllueſter verbo, votũ. 4. §. 7. affirmat non quod commutatio voti in melius abſque prælati auctoritate fieri poſsit quiquidẽ ideo refellitur apud Sotũ de iuſt. & iure lib 7. q. 4. art. 3. in quẽ hanc deciſionẽ inſtruit ſimplex votum in illud mutatur quod manifeſtũ eſt eſſe melius, aut in illud de quo id quoquo pacto ambigitur. Si enim liquet cõmutatio in melius poteſt auctoritate priuata fieri. Verũ & ſolenne religionis in arctiore aliã vt Carthuſienſium religionem commutare permittitur cap. licet de regularib. Aliàs authoritas Pontifici neceſſaria eſt.

dinibus mendicantium huiuſmodi, ad aliquem monaſticum ordinem (Cartuſien. duntaxat excepto) poſſit, aut debeat per quemcunque recipi, vel admitti, virtute alicuius licentiæ, vel indulti, abſque ſedis eiuſdem licentia ſpeciali, ſub dictis pœnis, & nihilominus ſecus facta non teneātur ipſo iure: huiuſmodi licentiis, & indultis, necnon conſtitutionibus apoſtolicis, & mendicantiū ordinum prædictorum, etiam ſi de his ſpecialis, & expreſſa mentio, & de verbo ad verbum in literis noſtris mentio habenda foret, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo, &c. noſtræ declarationis, decreti, ſtatuti, prolationis infringere &c. Si quis &c. Datum Gebennis. iiij. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo.

Accidit vt lecta huius diplomatis prohibitione inciderimus in Diui Thomæ 2.2.q. vlt.art.8. lectionem cuius fructum hic congerendum illico operæprecium fore diximus, quibus varias authorum ſententias adiecimus. Conſulit Monacho nequaquam à ſua quam elegerit ſemel profeſſione diſcedere, ne inde cæteri ſcandalizentur & ne ſuam probet inconſtantiam ac leuitatem. Quæ ſint autem cauſæ quæ laxioris religionis ingreſſum indulgeant iuſta examinandum eſt trutina Doctores, in his ſummum Pontificem diſpenſare ſcribunt. Innocent. & Abbas in cap. non eſt nobis dubium, de reg. idem Innoc. in cap. dilectus. num. 3. de temp. ordinand. Cardin. in cap. licet. col. 3. de reg. Archid. in cap. monachum num. 3. 20. q. 1. Francus in cap. cum ſingula. §. vlt. col. penu. de præb. in 6. Si autem aliquando Polipi illi probentur qui vt citius perueniant ad peregrinationis metam, quot vident ſectātur calles cum non coaleſcat planta quæ ſæpius transfertur eos tamen liberiùs amplector qui egrediuntur monaſteria & religionem quam profeſſi ſunt vt duriorem & arctiorem vitam eligunt, quale eſt inſtitutum Carthuſianorum aut Capuſſinorum D. Franciſci quo nihil beatiùs nihil ſanctiùs, nihil homine libero optabilius vt exeat ex his Scyllis & Charybdis & laberinthis mundi ad illud ſaluberrimum Aſylum. Non probantur autem huiuſmodi commutationes quæ fiunt inconſultis maioribus, id enim religioſus ſponte facere non poteſt, ſed requirendus eſt conſenſus Abbatis: verum licentia petita, & non obtenta, monachus iſte tranſire poteſt. c. licet. de regula. gl. in c. cum ſingula. §. vlt. in verbo, canonicæ. de præben. in 6. vbi Gem. & cæteri. Butrius in c. vlt. col. 1. de renunt. Idem placuit Diuo Thomæ 2.2.q. vlt. art. 8. Calder. in conſil. 25. Archiep. Floren. in ſumma parte tertia, tit. 16. c. 4. Syluestro in ſumma. in verbo, religioſus li. 4. col. 1. & apertiùs Rebuffus in praxi beneficiorum tit. de tranſlatione monachorum. num. 5. qui ex ſententia Roma. ſing. 458. domini mei presbyteri. ſcribit, quòd non ſufficeret licentia Prioris. Et idem Rebuffus ibidem nu. 14. tradit poſt Soc. ſen. in conſ. 222. lib. 2. & poſt Inn. & alios in c. vlt. de renunt. quod monachus iſte, qui vult tranſire ad aliam religienem, debet eam prius inuenire, antequam licentiam petat.

III.

De pœnis trahentium perſonas Eccleſiaſticas *ad forum* Laicale *pro cauſis ad forum* Eccle*ſiaſticum ſpectantibus.*

MARTINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD reprimendas inſolentias tranſgreſſorum, eorúmque præſumptionem refrenandam, ſi neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ lenteſcat, eorum voluntas procliuior fit ad pecandum, & exemplum impunitatis periculoſius in alios deriuatur. Propter quod ad præſidentis officium pertineret, ſic debitam executionem adhibere iuſtitiæ, quod commiſſa iam puniat & committendorum in poſterum audaciam interdicat. Sane, ſicut diſplicenter accepimus, nonnulli diuerſorum regnorum & terrarum iudices, aliique officiales laici, & laicales perſonæ, iuriſdictionem in temporalibus exercentes, exercerique facientes non attendentes, quod laicis in clericos & eccleſiaſticas preſonas, & illorum bona, nulla ſit attributa poteſtas, prætextu huiuſmodi (quod aſſerant in ſuis dominiis ad ſe pertinere coercere via facti, quæ verè & fictè attentata aſſeruntur, etiam in quocunque loco ſacro, vel religioſo quantuncunque Deo dicato, ex quacunque cauſa, etiam ſi ratione delationis corporis Chriſti, collationis ſacramentorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum venditionis factarum, aut aliarum rerum & bonorum ad eccleſiaſticas perſonas pertinentium quomodocunque, etiam ſi ſola negatione, vel affirmatione facti interueniat, & ad eos recurratur, cognitionem ad ſe ſpectare pro eo quod factum & nouitas quæ prætenduntur, etiam ſine alia violentia, quamuis in loco ſpirituali, et in loco ſpirituali, et in loco ſacro ſiue religioſo, eo quod immediatè, vt prætenduntur, ſpiritualia non exiſtant) propterea miniſtros eccleſiæ, et perſonas eccleſiaſticas, quantumcunque

cunque eis cauſa, vel occaſio vnde dependeat, et deriuatur, pia, ſacra, vel eccleſiaſtica ſit, aut ſpiritualis ad forum ſuum, et ipſarum cognitionem trahunt, et reſpondere cogunt: Necnon procuratores fiſcales in curiis temporalibus multotiens agere procurant ad quod (quod deterius eſt) nonnulli prælati, et perſonæ eccleſiaſticæ in ſuperbiam, et elationem dati, ad ſuperandum, et ſibi ſubiiciendum per tales inuentiones, et cautelas, alias perſonas eccleſiaſticas, et religioſa, habent plerunque recurſum; et propterea in eiſdem regnis, et terris, ciuitatibus, caſtris, et locis, authoritas, et iuriſdictio eccleſiaſtica penitus abſorbentur; Et nihilominus ipſi laici iudices, alios laicos reſpondent in foro eccleſiaſtico ſuper rebus quantuncunque eccleſiaſticis, vel ſpiritualibus, et concernentibus immediatè eccleſiaſticas perſonas, ne reſpondeant, et iudicibus eccleſiaſticis ne cognoſcant, inhibitiones fieri ſub grauibus pœnis temporalibus faciunt, et procurant; et ſi ſecus fecerunt emendam pecuniariam exceſsiuam exigere, ac vaſtatores in domibus, et piis aliis locis eccleſiaſticis, et religioſis inducere, ac loca ipſa, perſonaſque eccleſiaſticas, iocalibus, et paramētis eccleſiaſticis, et bonis mobilibus, ac aliis ſpoliare, illaque vendere, et alienare, fructus quoque et prouentus ad temporalitatem ad manus ſuas ponere, necnon diuerſas iniurias, et moleſtias reales, et perſonales eiſdem perſonis eccleſiaſticis inferre non verentur, in Dei offenſam animarum ſuarum periculum, eccleſiaſticę libertatis vilipendium, et plurimorum grauamen, præiudicium, et iacturam. Nos igitur aduerſus talia præſumentium temeritatem, remedia apponere et ſuper his ſalubriter prouidere cupientes ac Concilij Mileuitan. ac fe. re. Innocentij Papæ III. prædeceſſoris noſtri conſtitutionibus ſuper hoc æditis, auctoritate apoſtolica, ex certa ſcientia, hac noſtra irrefragabili conſtitutione perpetuò duratura, tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, ac etiam ordinamus, quod omnes et ſingulæ perſonæ eccleſiaſticæ ſeculares, et regulares ordinum quorumlibet, quacunque exceptione ſuffultæ, etiamſi Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, vel alia quauis pręfulgeant dignitate, quæ aliam perſonam eccleſiaſticam, collegium, vel conuentum, in actione reali, mixta, vel perſonali, ciuili, vel criminali, etiam occaſione cuiuſque ſubmiſſionis, etiam iuramento vallatæ, vel alias ad forum, ſiue iudicium laicale, directè, vel indirectè (de qua in foro eccleſiaſtico ordinari conſueuerit, poſſit, vel debeat, de iure, vel conſuetudine, aut alias cognoſcit) trahere præſumpſeris, cauſam ipſam, et omne ius ei, ſiue eis, in poſſeſſorio, vel petitorio in re, vel ad rem, cauſa, vel occaſione huiuſmodi quomodolibet competens, eo ipſo perdant penitus, amittant, et ſingulares perſonæ, excommunicationis; capitula vero, et conuentus, ſuſpenſionis, et interdicti ſententias incurrant ipſo facto; et ſi perſonæ ipſę et eis in pręmiſsis adhęrentes, et ſeruientes in aliquo rebelles fuerint, et incontinenti nō obedierint, omnes illas per priuationem ſuorum beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque, quę obtinebant, et in quibus et ad quę ius quomodolibet competit, et inhabilitationem ad alia in poſterum obtinenda, coerceri et compelli volumus antedictas. Et nihilominus omnes et ſingulos iudices, et executores, communitates dominia laicos, et laicales perſonas, poſtquam exceptum fuerit de non iuriſdictione eorum, aut euidenter appareat huiuſmodi cognitionem ad eos de iure non ſpectare, talia pręſumentes, et ea fieri mandantes, ſeu eorum nomine, & mandato facta, rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, concilium, vel fauorem, cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis gradus, ordinis, vel conditionis exiſtāt, ſeculares perſonas eorum videlicet ſingulos officiales quocunque nomine cenſeantur, & conciliarios & priuatas perſonas, quæ præmiſſorum principales perpetratores exiſterent excommunicationis ſententiam incurrere volumus ipſo facto, nulluſque ab eiſdem ſententiis, per alium quam per Romanum Pontificem præterquam in mortis articulo conſtitutus) abſolui valeat, ſiue poſsit, & præmiſſa omnia, non tantum ad futura ſed etiam ad præſentia, & pendentia extendimus auctoritate memorata; quodque etiam procurator fiſcalis cauſarum Cu. Camerę Apſtolicæ contra culpabiles in præmiſsis deſuper ſummaria informatione præhabita, per ſe vel alium ſeu alios, agere & procedere poſsit & valeat, nihilominus concedentes. Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim à ſede Apoſtolica ſit ilud tum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nō poſſint,

Priuilegio fori clericus non debet trahi ad Iudicium laicorum & citatus coram laico non comparere tenetur. Bald. in l. generaliter col. 1. C. de Epiſcopis & cler. Bart. in l. 2. ff. de appel. recip. & conſ. 225. Clerici ſiquidem à poteſtate & iuriſdictione principis ſæcularis & omnium & quoruncunque laicorum ante omnem humanam legem Iure diuino fuerunt ac ſunt exempti ſecundùm gloſſ. in c. ſi Imperator 96. diſt. & in c. quanquam de cenſib. in 6. Card. in repet. c. perpendimus. in 7. oppoſ. de ſen. excom. Abb. Fely. & Dec. col. 2. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. Rom. ſing. 419. Rota. Ro. deciſ. 840 in antiq. in tit. de cenſ. Abb. in c. at ſi clerici. nu. 23 de Iudic.

poſsint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum, de eorum propriis nominibus ac indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſlibet conſtitutionibus, priuilegiis, indultis & literis apoſtolicis, de quibus etiam plena, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, in noſtris literis habenda eſt mentio ſpecialis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. noſtrorum ſtatuti, decreti, ordinationis, & voluntatis, infringere &c. Datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos Cal. Februarij Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Clauſis Concilij Conſtantienſis Seſſionibus hic Pontifex Italiam viſitat. Conſultò ne diutius Petrus de Luna ſchiſmaticus Pontifex abuteretur Pontificia authoritate, eum per ſuos legatos de obſequendo Pontificiis canonibus admonet, ſed aerem verberans & pectus æneum & obſtinatum in contemptum eccleſiæ frangere fruſtrà conabatur. Germanis triſte ſui deſiderium reliquit, qui ſupplices rogitabant vt dignaretur per aliquot tempus eorum incolere prouinciam. Galli vero non minore affectu expectabant illum per Gallias tranſiturum. Vtriſque reſpondit, Nauitam debere in puppi nauis reſidere non in priora. Per Allobrogos & Ciſalpinos ſuum duxit iter nec ſine magno verum diſcrimine & cunctando ob factioſas multorum ſeditiones Vrbem ingreditur.

Anno Domini. M.CCCCXXXI. *Die* X. *Cal. Martij Romæ in palatio Apoſtolico* S. *Petri applexia correptus. Pontificatus ſui anno decimo quarto diem clauſit extremum, cuius cadauer in Baſilica Lateranenſi ante capita Apoſtolorum Petri & Pauli, ſepulchro æneo conditum eſt ſicut ipſe iuſſerat.*

EVGENIVS QVARTVS

Gabriel Condelmerius Venetus Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus in Concilio Conſtantienſi confirmatus Pontifex Max. renunciatur. Nihil fauſti aut fœlicis hominum iudicio illi attulit ſuſcepta hæc ſacra dignitas, ipſius enim ſedis auſpiciis ſtatim turbatus eſt à Colūnenſibus Ciuilis ſeditionis fautoribus. Deinde graui ſchiſmate vexatus in Concilio Baſilienſi à Pontificatu priuatur ſubrogato Amedæo duce Sabaudiæ Eremita. A ſede tamen verus Pontifex non excidit. In AEthiopiam legatos Theodorum, Petrum Didymum & Georgium mittit ad Zerah Iacob Abyſſinorum Imperatorem, ſignificans Ioannem Palæologum Imp. & Græcos conueniſſe in Eccleſię (quemadmodum acta Florentinæ Synodi teſtantur) vnitatē & ad eādem illum inuitans quod reuerenter præſtitit. Nicolaum Tolentinum miraculis clarum ordinis Sancti Auguſtini in ſanctos retulit.

I.

De Creatione. S. R. E. *Cardinalium.*

Exactus Concil. Florent. & Chronic. D. Anthon.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula diuina diſponente clementia conſtituti de vniuerſis orbis eccleſiis earúmque ſtatu pacifico & tranquillo cogitare nos conuenit: ſed eo propenſius ad Romanam eccleſiam, quæ aliarum eccleſiarum mater & magiſtra aciem conſiderationis extendimus, quo ſublatis dubiis & cōfictis ſeu callidis opinionibus ex quibus poſsūt diſpendia & ſcandalā prouenire penitus confutatis ipſa Romana eccleſia pacis & quietis auctore domino dirigente optata quietudine perfruatur. Sanę quamquam ex libris Romani ordinis alias cerimoniarum nuncupato & aliis eccleſiæ Romanæ

næ libris ſeu antiquis codicibus comprehendi poſſit & ex illis reſultet quid nominis tituli vel honoris per ſe certam pronuntiationem de alicuius perſona in eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalem per Romanum Pontificem pro tempore in ſecreto conſiſtorio factam eidem perſonæ in Cardinalem ſic pronunciatæ per promotionem huiuſmodi acquiratur. Quia tamen temporibus modernis quibus aliquotiens non nulli in ſecreto conſiſtorio in Cardinales aſſumpti fuerunt ſecretè & eis ex bonis reſpectibus inſignia Cardinalatus ſaltem omnia, minimè aſſignata fuerunt, non nullarum aliter ſapere quàm oportet ſapere ſatagentium aſtutas conſiderationes & inductiones ſubtiles iuxtà præmiſſa & eorum effectum non nulla dubia prodierunt. Nos ad ſubmouendum cauſam & occaſionem quoruncunque dubiorum quæ quomodolibet ſuper iis inſurrexere hactenus & poſſunt inſurgere forſan in futurum, de venerabilium fratrum noſtrorum Iordani Sabinen. Hugonis Peneſtrin. Epiſcoporum, & dilectorum filiorum Ioannis tituli Sancti Laurentij in Lucina, Ludouici tituli ſanctæ Ceciliæ, Antonij tituli ſancti Marcelli, Ioannis tituli ſancti Sixti, Franciſci tituli ſancti Clementis, Angelotti tituli ſancti Marci presbyterorum, ac Lucidi ſanctę Mariæ in Coſmedin., & Arduini Sanctorum Coſmæ & Damiani Diaconorum eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalium vnanimi conſilio & conſenſu præſenti irrefragabili conſtitutione decernimus & declaramus per huiuſmodi pronunciationem ſic in ſecreto conſiſtorio de quibuſuis perſonis hactenus factam ſeu in poſterum faciendam alicui ſic in Cardinalem in prę teritum pronuntiato ſeu in poſterum pronuntiando licet per eum ad Cardinalatus initium diſpoſi us videatur nullum ius ſeu titulum re aut nomine acquiſitum fuiſſe aut acquiri potuiſſe hactenus ſeu poſſe, neque aliquem per quempiam per ſcripturam, vel nominationem pro Cardinali reputari vel haberi debuiſſe ſeu potuiſſe hactenus vel debere ſeu poſſe quomodolibet in futurum donec & quouſque de ſimilibus conſilio & conſenſu ſic pronuntiato in Romana Curia præſentis Cardinalatus inſignia, videlicet per capelli rubei traditionem, ac tituli aſſignationem, annulique, iuxta morem conſuetum, in digito immiſſionem, abſenti vero ab eadē Curia per huiuſmodi capelli miſſionem realiter ſint impenſa, aut ſaltem in generali conſiſtorio. Quódque in Cardinalem ſic pronuntiatus, etiam poſtquam inſignia huiuſmodi omnia receperit: & etiam amiſſus fuerit & receptus, vt præfertur, in electione Romani Pontifiis pro tempore vocem actiuam aut aliquo alio actu habuiſſe vel habere potuiſſe aut debuiſſe, ſiue poſſe vel debere minime cenſeatur, donec, & quoſcunque per Romanum pontificem pro tempore exiſten. de ſimilibus conſilio & conſenſu ſibi in practicādis conſulendis & deliberandis negotiis Conſiſtorij antedicti, poſtquam in Conſiſtoriis aliquibus mores in talibus obſeruari conſuetos expertus interrogatus conſiliatiuè aut conſultiuè reſponſum dandi expreſſa licentia tribuatur, ſeu ad hunc effectum (vt verbis vtamur communibus) ei fuerit os apertum. Decernentes irritum & inane quicquid in contrarium per quoſcunque etiam prædeceſſores noſtros aut alios quauis auctoritate ſcribendo, nominando, ſeu etiam reputando ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari. Si quis autem in Cardinalem ſic pronunciatus, contra præmiſſa Cardinalem pertinaciter ſe auſus fuerint nominare, eo ipſo ex tunc omni iure quod ſibi quomodolibet acquiſitum prætendere poſſet, priuatus ſit, & perpetuam inhabilitatem incurrat ad huiuſmodi Cardinalatus honorem. Cæteri vero in hoc et adhærentes, vel dantes conſilium ſeu fauorem, ipſo facto ſententiam excomunicationis incurant, à qua (præterquam in mortis articulo conſtituti) nequeant ab alio quam à Romano Pontifice abſolutionis beneficium obtinere. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus, priuilegiis, indultis, conceſſionibus, & exemptionibus Apoſtolis ſpecialibus vel generalibus, ſub quacunque verborum forma, etiam pœnas & cenſuras in ſe continentibus, in contrarium editis cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo noſtræ conſtitutionis & declarationis &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ 1431. 7. Cal. Nouembris Pontificatus noſtri anno Primo.

Agitur an hoc diplomate de Cardinaliū creatione, & ſtatuitur ne quis efficiatur Cardinalis per pronuntiationem de eo factam in ſecreto conſiſtorio donec inſignia Cardinalatus hic deſcripta ſuſceperit. Quomodo autem Cardinales omni expreſſione maiores & Eccleſiæ vtiles nō ignari aut pueri creari debeant vide Io. *Dayma. & Rebuffum. de conſtitutionib. Hinc* Honorius 4. *qui ſolum Cardinalem* Ioannē Buc*camatium Epiſcopum Tuſculanū ſuo pontificatu creauit, viros dicebat & eoſdem doctos ac bonos non etiam rudes & rerum humanarum ignaros in tantum collegiū cooptandos eſſe.* Lege Barbatium *in tract. de Cardinalium præſtantia.*

Nos hinc adornabamus calamum in ſequentis Diplomatis ſcholia, ſed viri quidam præclari monuerunt ne inſalutatum relinqueremus Illuſtriſſimum Cardinalium chorum in cuius gratiam ſuperior Eugenij conſtitutio delata eſt. Placuit conſilium. Proderit ergo aliquid ex authoribus ab omni fuco alienis aliquid adferre de eorum inſtitutione ac origine. Cardinalatus antiquitatem inuitis Hæreticis ſcimus, ante Gregorij tempora emanaſſe, nam in Concilio Romano ſub Sylueſtro can. 6. legimus ſeptem fuiſſe diaconos Cardinales in Romana Eccleſia, præceſsit autem Syluester Gregorium annis fere trecentis, neque tamen hunc primum cœpit hoc nomen, non enim Concilium illud inſtituit Cardinales, ſed ſolum iuſsit vt præter Cardinales Diaconos Rom. Eccle. eſſent etiam duo Diaconi ad examen Paræciarum, vt intelligitur ibid. cap. vlt. Diaconi inquit non ſint plures per parochiarum examen, niſi duo & Diaconi Cardinales vrbis ſeptem D Hieronymi aſſenſum hac in re non poſtulo quo faciliùs inſtitutum antiquum Cardinalatus oſtendam cum hoc nondum ab Eccleſiaſticis vel hiſtoricis ſatis ſit exploratum. Dicam tantum, toto cœlo aberrare eos qui Cardinalatus nomen nouum eſſe à quibuſdam faſtu & opulentia turgidis, inuentum nam ita nouum eſt & recens vt M.C. ætatem ab Auguſtino & à Sylueſtro ferme. M.CC. ſuperet cuius nominis vterque meminit, hic in dicta Romana Synod. ille, in libro primo de bap. iſmo contra Donatiſtas capite ſexto vbi ait. Quapropter inter nos & ipſos quodammodo Cardinales Donatiſtas quorum Epiſcopus apud Carthaginem Primianus eſt, tam de hac re nulla eſt cõtrouerſia. Et poſt pauca quanto ergo magis eadem pars Donati in multa minutiſsima fruſtra conciſa eſt: quæ omnes minutæ particulæ, hanc vnam multò grandiorem in qua Primianus, eſt de recepto Maximianiſtarum baptiſmo reprehendunt, & ſingulæ conantur aſſerere apud ſe tantummodo verum baptiſmum remanſiſſe nec omnino eſſe alibi: neque in toto orbe terrarum, quo eccleſia catholica expanditur, nec in ipſa grandiore parte Donati; nec in cæteris præter ſe vnam ex minutiſsimis partibus: quæ omnes particulæ ſi aduertere voluerint, vocem non hominis, ſed ipſius manifeſtiſsimæ veritatis & animoſum ſpiritum ſuæ peruerſitatis domare: non vtique ad patrem Donati maiorem, de qua præciſa præciſæ ſunt, ſed ad ipſius viriditatem radicis catholicæ de ariditate propria reuertentur. Auguſtinus igitur cardinales Donatiſtarum vocat grandioris partis presbyteros, quæ pars carthagine erat, eiúſque Epiſcopus ille Primianus. Carthaginenſem enim ſæpenumero intelleximus Afrorum primatum, Primatem eſſe, vt vulgò dici ſolet. Nominis autem Etymon varios diſcutiet ſcopulos in quos curioſi impingere poſſunt dum omnia metiuntur ſua trutina. cardinalis idem fere ſignificare videtur quod principalis ſiue à quo alij pendent, vt à cardine oſtia dependere ſolent. Hinc & virtutes cardinales apud Theologos, venti cardinales & puncta cœli cardinalia apud Mathematicos. Et vt habetur in c ſacroſancta ad fi. 21. diſt. Archidiac. in cap. vbi periculum. §. hoc ſacro de Elect. lib. 6. ſicut cardine regitur hoſtium ita Eccleſia bono eorum conſilio, vel eò quod Romæ reſident ſummo Pontifici aſsidentes quaſi Eccleſiæ cardines Cardinales nuncupantur. In qua ſubinde meritò ſplendorem vbique diffuſum conſequuntur tum quia eius ſunt à conſiliis, in eius conſiſtorio conſident, tum præſertim quia electio ſummi Pontificis ad eos iure ſpectat vt patet per decretum Nicolai Papæ 2. in ſexta Synodo can. In nom. Dom. 23. diſt. Optimè ergò Leo IX. Pont. Max. in Epiſtola ad Michalem cap. 32. dicit, clericos Romanæ Eccleſiæ Cardinales vocari, quòd ſummo Pontifici proximè adhereant, qui eſt veluti totius Eccleſiæ cardo. Hic quidã cerebroſi ſubſiſtũt clamitántq; in faſtum & arrogantiam multa ſuperaddita eſſe huic primæuæ & natiuæ apellationi, quod quidam hodie dicantur cardinales legati à latere. Sed hac in parte video mihi rem eſſe probatu facilem, occurrit enim Concilium Sardicenſe paulò pòſt Nicænum & ita ait can. 7. de appellationibus Epiſcoporum quod ſi is qui rogat cauſam ſuam iterum audiri deprecatione ſua monuerit Epiſcopum Romanum vt è latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi quid velit & quid exiſtimet; & Græce κὰι ἀπὸ τȣ̃ ἰδίȣ πλευρȣ̃ πρεσβυτέρȣς ἀποστείλοι, vt à ſuo latere presbyteros mittat. Non enim ſunt inſtituti vt deſides torpeant ſed vt domi foríſque præclaris legationibus ſuſceptam prouinciam exequantur. ſunt enim vocati in partem ſolicitudinis cap. ad honorem. extra de vſu pallij 2. q. 1. cap. de cætero, & quorum conſilio ſummus Pontifex tot præclara immortali laude digna decernit & agenda diſponit. Eorum autem officium tribus conſiſtere videtur, quorum primum eſt commune cum Epiſcopis, presbyteris, & Diaconis & cæteris, omnes enim Cardinales aut Epiſcopale aut presbyterale aut diaconale officium habent. Alterum officium eſt ſummum Pontificem eligendi. Poſtremum eidem Pontifici perpetuò aſsiſtere eúmque in regenda vniuerſa Eccleſia con-

filio

ſilio & induſtria adiuuare. Nam antea Cardinales neque ſoli neque primarij conſiliarij Pontificis erant, ſiquidem primis ſexcentis vel octingentis annis, ſummi Pontifices ad grauiora negotia Eccleſiæ diiudicanda, cogebant concilia nationalia Epiſcoporum Italiæ, quibus conciliis intererant quidam Cardinales presbyteri ſed tamen primus locus Epiſcoporum erat. Id cognoſci poteſt ex tomis Conciliorum vbi plurima inueniuntur Concilia Romana ſiue Lateranenſia celebrata ab anno domini trecenteſimo ad octingenteſimum. Rerum autem & negociorum profuſiore congerie indies augente concilia non poterant maturè adeo cogi vt prouideretur conſulto Eccleſiæ, quamobrem acciti ſunt Cardinales ad conſiſtorium quod non ſine fuge fit, nam ſummus Pontifex abſque graui temporis impendio in promptu haber Romæ ſuos Conſiliarios Cardinales qui etiam ſingulis diebus de multiiugis variiſque rebus deliberent. Hæc de Cardinalibus mihi dixiſſe ſufficiat ne videar potius Hiſtoricum quam Scholiaſtem agere. Qui de his autem ampliora cupit legat ex Theologis Aluarum Pelagiũ lib. 2. de planctu Eccleſiæ art. 16. Auguſt. triumphum in Sum. de poteſt. Eccleſ q. 102. Thomam Vvaldenſem lib. 2 doctrinalis fidei art. 3. ca. 54. Ioan. de Turrecremata lib. 1. ſumma de Eccleſia cap 81. 82. 83. & 84. S. Anthoninum in Sum. Theologica. 3. part. tit. 6 Ioan. Anthonium Delph lib. 2. de Eccleſia Dominicum à Soto in 4. Sentent. 24. q. 2. art. 4. Robertũ Bolerminũ libr. 1. cap. 15. controuerſ. de clericis. Ex vtr. Iur. Doct. Andræam Barbat in tractatu de præſtantia Cardinal ad Beſſarionem. Mart. Laudenſem in tract. de Cardinal. Dominicum Iacobatium lib. 1 de conciliis. art 12. Ioan Hieronym. Abb. in lib. de Cardinalib. Remundũ Rufũ in lib. defenſionũ pro Pontifice & Cardinal. Rebuffum in praxi beneficiorum. Ex Hiſtoricis. Onuphrium Patauinum in libello de Epiſcopatibus, titulis & Diaconiis cardinalium. Volaterr. lib. 21. Vvolffgangum Lazium lib. 2. cap. comment. reipub. Rom.

II.

Latinæ Eccleſiæ conciliatur Græca in vnione quarundam controuerſiarum & dubitationum fidei diſcuſſarum apud patres Concilij Florentini.

EVGENIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Conſentiente ad infraſcripta chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ioanne Paleologo *Romanorum Imperatore Illuſtri, & Locum tenentibus venerabilium fratrum noſtrorum Patriarcharum, & cæteris Orientalem Eccleſiam repræſentantibus.

LÆTANTVR cœli & exultet terra. Sublatus eſt enim de medio paries, qui occidentalem orientalemque diuidebat eccleſiam, & pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Chriſto qui fecit vtrãque vnum, vinculo fortiſſimo charitatis & pacis vtrunque iungente parietem, & perpetuæ vnitatis fœdere copulante ac continente: poſtque longam mœroris nebulam, & diſſidij diuturni atram nigramque caliginem, ſerenum omnibus vnionis optatæ iubar illuxit. Gaudeat mater Eccleſia, quæ filios ſuos hactenus inuicem diſſidentes, iam videt in vnitatem pacemque rediiſſe: & quæ antea in eorum ſeparatione amariſſimè flebat, ex ipſorum modo mira concordia, cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles vbique per orbem, & qui Chriſtiano cenſentur nomine, matri Catholicæ Eccleſiæ collætentur. Ecce enim occidentales orientaleſque patres, poſt longiſſimum diſſenſionis atque diſcordiæ tempus, ſe maris ac terræ periculis exponentes, omnibuſque ſuperatis laboribus, ad hoc ſacrum œcumenicum Cõcilium, deſiderio ſanctiſſimæ vnionis, & antiquæ charitatis redintegrandæ gratia, læti alacreſque conuenerunt, & intentione ſua nequaquam fruſtrati ſunt. Poſt lõgam enim laborioſamq; indaginem, tandem Spiritus ſancti clemẽtia ipſam optatiſſimam & ſanctiſſimam vnionem conſecuti ſunt. Quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficiis gratias referre ſufficiet? Quis tantæ diuinæ miſerationis diuitias non obſtupeſcat? cuius vel ferreum pectus tantæ ſupernæ pietatis magnitudo non molliat? Sunt iſta prorſus diuina opera, non humanæ fragilitatis inuenta: atque ideò eximia cum veneratione ſuſcipienda, & diuinis laudibus proſequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Chriſte, fons miſericordiarũ: qui tantum boni ſponſæ tuæ catholicæ Eccleſiæ contuliſti, atque in generatione noſtra tuæ pietatis miracula demonſtraſti, vt enarrent omnes mirabilia tua. Magnum

*Ioannes 8. Emanuelis Iunioris filius Palæologus 96. Orientis Imperator dictus eſt. Huius nullæ commemerantur res geſtæ nec conari quicquam potuit circumſeptus vndique ac concluſus ab hoſtibus & omni exutus potentia. Non diu ſuperuixit domum reuerſus à Concilio Florentino.

*Græci negabāt Spiritum ſanctū à Patre, & filio procedere, adeo quidem vt hæc fuerit vna ex præcipuis cauſſis propter quas à Ro & Catholica Eccleſia deſciuerint circa annum Domini 965. tandem in Concilio Florentino abſurdum errorem abiurāt in quem vt antiquos Doctores Eccleſiæ prætermittam (Baſilicum in fi. lib. 2. contra Eunomiū & Epiphanium in Ancorato). Beda de elementis Philoſophiæ lib. 1. Spiritus ſanctus (inquit) à Patre & filio procedit. Leo nonus in Epiſtola ad Petrum Antiochenum Epiſcopum, fidē quam ad ſedem apoſtolicam miſerat approbans ſuámque ſimul ita explicans profitetur Spiritum ſanctum à patre & filio ita procedere vt Antiochen. Epiſcopus idipſum confeſſus antè videatur. Denique Anſelmus doctiſſimū libellū de proceſſione ſpiritus ſancti aduerſus hunc Græcorum errorem conſcripſit.

gnum ſiquidem diuinumq; munus nobis Deus largitus eſt: oculiſque vidimus quod ante nos multi, cum valdè cupierint, aſpicere nequiuerunt. Conuenientes enim Latini & Græci* in hac ſacroſancta œcumenica ſynodo, magno ſtudio inuicem vſi ſunt, vt inter alia etiam articulus ille de diuina Spiritus ſancti proceſſione, ſumma cum diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur. Prolatis vero teſtimoniis ex diuinis ſcripturis, plurimiſque authoritatibus ſanctorum Doctorum orientalium & occidentalium: aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibuſdam vero ex patre per filium procedere dicentibus Spiritum ſanctum, & eandem intelligentiam aſpicientibus omnibus ſub diuerſis vocabulis, Greci quidem aſſeruerunt quod id quod dicunt Spiritum ſanctum ex patre procedere, non hac mente proferunt, vt excludant filium: ſed quia eis videbatur (vt aiunt) Latinos eſſe aſſerere Spiritum ſanctum ex patre & filio procedere tanquam ex duobus principiis & duabus ſpirationibus, ideo abſtinuerunt à dicendo quod Spiritusſanctus à patre procedat & filio. Latini vero affirmauerunt non ſe hac mente dicere Spiritum ſanctum ex patre filioque procedere, vt excludant patrem quin ſit fons atque principium totius Deitatis (filij ſcilicet, ac Spiritus ſancti) aut quod id quod Spiritus ſanctus procedit ex filio, filius à patre non habeat, ſiue quod duo ponant principia, ſeu duas ſpirationes: ſed vt vnum tantum aſſerant eſſe principium vnicamque ſpirationem Spiritus ſancti, prout hactenus aſſeruerūt. Et cum ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis ſenſus, tandem in infraſcriptum ſanctam & Deo amabilem eodem ſenſu eademque mente vnionem vnanimiter concordarunt & conſenſerunt. In nomine eius Sanctæ Trinitatis, Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti, hoc ſacro vniuerſali approbante Florentino concilio diffinimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicque omnes profiteantur, quod Spiritus ſanctus ex Patre, & Flio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex Patre ſimul & filio. & ex vtroque æternaliter, tanquam ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit. Declarantes quod id quod ſancti doc. & patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc ſignificetur Filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidem, cauſam, ſecundum Latinos vero, principum ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti ſicut & Patrem, Et quoniam omnia quæ Patris ſunt, Pater ipſe vnigenito filio ſuo gignendo dedit preter eſſe Patrem, hoc ipſum quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius à Patre æternaliter habet, à quo etiam æternaliter genitus eſt. Diffinimus inſuper explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratia & imminente tunc neceſsitate, licitè ac rationabiliter Symbolo fuiſſe appoſitam. Item in azimo ſiue fermento pane triticeo, corpus Chriſti veraciter confici, ſacerdoteſque in altero ipſorum, Domini corpus conficere debere, vnumquemque ſcilicet iuxta ſuæ eccleſiæ ſiue occidentalis ſiue orientalis conſuetudinem. Item ſi verè pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint, & omiſſis, eorum animas pœnis purgatoriis poſt mortem purgari, & vt à pœnis huiuſmodi releuentur, & prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia (miſſarum ſcilicet ſacrificia, & orationes, & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueuerunt ſecundum eccleſię inſtituta. Illorumque animas qui poſt baptiſma ſuſceptum nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatę, in cœlū mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum trinum & vnum ſicut eſt, pro meritorum tamen diuerſitate aliam alia perfectius Illorum autem animas qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt mox in infernum deſcendere pœnis tamen diſparibus puniendas. Item diffinimus Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere priuatum, & ipſum pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem, ac doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro, paſcendi, regendi ac gubernandi vniuerſalem eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris canonibus continetur. Reuocantes inſuper

ordinem

ordinem traditum in canonibus cæterorum venerabilium Patriarcharum, vt patriarcha Conſtantinopolitanus, Secundus ſit poſt Sanctiſſimum Romanum Pontificem, tertius verò Alexandinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hieroſolymitanus ſaluis videlicet omnibus priuilegiis, & iuribus eorum. Datum Florentiæ in ſeſſione publica Synodali, ſolemniter in eccleſia maiori celebrata, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimono, pridie nonas Iulij, Pontificatus noſtri anno nono.

Prælati qui in concilio Conſtantienſi morabantur ſummo rerum & Eccleſiarum in-
commodo ex Pontificis ſententia, claudendam Synodum ſtatuerunt aut in aliud aptius &
tranquillius tempus referendam, ne quidquam minus maturè deliberaretur aut breui die-
rum impendio res eorum fidei & conſultationi creditæ obruerentur. Verum (vt refert Onu-
phrius) quia ſchiſma ex parua re antea ortum fuerat, diutiúſque cum magna totiùs Reip.
Chriſt. calamitate durauerat, de celebrandis Conciliis talem ſententiam promulgauit, vt à
fine Concilij Conſtantienſis non niſi ad quinquennium vſque Concilium denuo celebraretur
vtque à quinquennio illo ad ſeptennium ſequens iterum Concilium congregaretur, à ſepten-
nio verò ad decennium proximum tertium Concilium generale poſt Conſtantienſe indice-
retur deinceps ſingulis decenniis Romanus Pontifex Concilium generale conuocare loco ido-
neo teneretur, vtque hæc res legis haberet locum, in quo de rebus omnibus ad fidem & rem-
pub. Chriſtianam pertinentibus negotia tranſigerentur. Cum autem de loci ad Concilium con
gruentis mentio haberetur omnibus Papia Longobardorum in mentem venit, vbi poſt quin-
quennium Eccleſiæ ordines conuenerunt, ſed graſſantis peſtis ſeuitia inde aufugere coacti,
ſunt & incohati Concilij Seſſiones tranſtulerunt, quas interrupit Alphonſi Arragonū regis fa-
ctio qui cum quibuſdam Anticardinalibus ſchiſmate Eccleſiaſtico gaudebat & Petri de Luna
Clementem Hiſpanum ſucceſſorem elegerat, ſed poſt reconciliationem Alphonſi cum Mar-
tino Rom. Pontifice coactus eſt ſe abdicare Pontificatu An. poſtquam ſediſſet fere quinto, &
ſic ambitionis illius ſchiſmaticæ Petri Cathedrā conſcendendi ardor qui æquo iuſtius flagrarat
in Eccleſia extinctus eſt, manſitque ſolus Pontifex Martinus 5. quo mortuo iampridē ab eo-
dem indictum per Eugenium 4. Concilium continuatur Baſileæ, preſide Iuliano ſedis lega-
to Apoſtolicæ & poſt eius reuocationem Ludouico Cardinale Arelatenſi. Illic primum cepta
eſt ratio reducendi Græcos in vnionem Eccleſiæ Latinæ quod vt commodius fieret. Pontifice
operæpretium eſſe videbatur illos facilius coaleſcere ſi Concilio intereſſent, cum autem tra-
ctaretur de loco in quo conuenirent, & maior pars Concilij de ciuitate Auenionenſi (vt te-
ſtatur Cataldinus de Boncompagnis qui præſens adfuerat) concordaret Græci verò ciuitatem
illam velut non maritimam recuſarent licuit Papæ ex ea cauſa illud Concilium Ex Baſilien-
ſi diſſoluere & ad Ferrarienſem ciuitatem edicere transferendum vt ipſe perſonaliter ſimul
cum Græcis conueniret ac præſideret Synodi Baſilienſis præſides volebant expectare conuen
tus cataſtrophen, & precibus prouocabant Græcos vt Baſileam proficiſcerentur nec pateren-
tur itineris longitudine vinci. Cum autem Pontifex & Græci venire renuerent Eugenium
Pontificatu indignum declarant & in eius locum elegerunt Amedeum Sabaudiæ Ducem qui
Fœlix 5. dictus eſt. Huius Concilij nihil eſt ratum & probatum niſi quædam diſpoſitiones
circa beneficia Eccleſiaſtica, quæ à Concilio factæ fuerant, quas pacis & vnitatis gratia Ni-
colaus 5. approbauit. Concilium verò ipſum reprobatur in Concil. Lateran. vltimo. Seſs. 11. & id
nō infirmis rationibus quas Io. de Turrecremata in Sum. de eccleſia li. 2. c. 93. retulit primùm
quia eos qui miſſi erant à Papa Eugenio 4. vt Concilio præſiderent, noluit in authoritate ſua
recipere, iuxtà morem Conciliorum vniuerſalium, deinde quia eius Concilij decreta ne Syno
di quidem vnanimi conſenſu fuerunt concluſa, hinc quia in fraudem legatorum, quos à Ca-
ſtellæ & Angliæ regibus miſſos in itinere eſſe ac Synodo iam appropinquare cognouerant,
id definire feſtinabant, cui dictos legatos nolle aſſentire ſciebant. Quod factum (inquit) eſt in
Seſs. 18. Præterea eiuſdem Concilij decreta negat ab Eugenio 4. approbata vnquam eſſe, licet
progreſſum Concilij aliquando approbaſſet. Cœperant iam ex hoc ſchiſmate veteres ſimulta-
tes altiùs caput extollere, & lugubre erat videre Chriſtianam rempublicam trifariam diui-
ſam quidam Eugenij veri Pontifici partes tuebantur, plures Amedeo Lauſannæ Pontificiū
ſolium componenti, adherebant reliqui neutrales vocabantur aut potius tepidi quidam diſsi-
mulatores qui neutrius obſecundarent authoritati. Nihil tamen antiquæ ſuæ conſtantiæ in
ferendis huiuſmodi iniuriis Eugenius derelinquit, inceptum Concilium Ferrariæ ob peſtis

n depopulationem

depopulationem Florentiam tranſtulit in quo præfuit, præſentibus Ioſepho *Conſtantinopolitano patriarcha, &* Ioanne Paleologo Conſtant. Imperat. *multiſque* Græcorum *&* Latinorum Cardinalibus *&* Epiſcopis, *& ita præualuerunt* Orthodoxæ *fidei authoritates* Græcorum *hæreſim vt ipſi ea omnia quæ in ſuperiore* Eugenij *diplomate continentur firmiter crediderint. Rē gracè narrat* Gennadius Scholarius *patriarcha* Conſtātinopolitanus *qui in eadē* Synodo *adfuit. Agnouerunt quoque non vi quapiam coacti neque numero ſuffragiorum à* Latinis *ſuperati* Romanæ *ſedis primatum, vt ex ipſius* Ioſephi *patriarchæ* Conſtantinopolitani *confeſſione collegimus quam in ipſa vitæ periodo ſcriptam reliquit vt habetur in Seſſione vltima* Concil. Florentin. Quoniam (inquit) ad extremum vitæ meæ perueni, idcirco pro meo munere dilectis filiis, benignitate Dei meam ſententiam his literis palam facio. Nam quæ D. N. Ieſu Chriſti Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ſentiat ac celebret omnia me quoque ſentire credereque profiteor, ac ipſis plurimum acquieſeo Beatiſſimum autem Patrum Patrem, ac ſummum Pontificem Romæque veteris Papam Domini noſtri Ieſu Chriſti Vicarium eſſe concedere, atque animarum purgatorium eſſe non inficior. Datum Florent. die 8. menſ. Iunij. A. M. 1439.

Vtriuſque Eccleſiæ Orientis *nimirū &* Occidentis *Patres cum totius ſanctæ Generalis Synodi conſenſu huius vnionis articulos manu propria ſubſcripſerunt, vt autem poſteris præſtitæ fidei nunquam violanda ratio commendetur nos nomina* Græcorum *hic referemus.*

Ego Ioannes Palæologus, fidelis in Chriſto rex Imperator Romeorum, ſubſcripſi.

Ego Antonius humilis metropolita Heracleus, & conſiliarius Edeſſenorum totius Thraciæ & Macedoniæ pōtifex;* & Philothei ſanctiſſimi patriarchæ, & ſedis Apoſtolicæ Alexandrinæ locum tenens ſubſcripſi.

**Preſidens Ypertimarum, & primus totius Macedoniæ.*

Ego Gregori. Protoſingelus* confeſſor ſpiritualis, ac Sedis Apoſtolicæ Alexandriç & eius domini Patriarchç locum tenens, ſubſcripſi.

**Protoſyncellus.*

Ego Iſidorus metropolita Syriç* & totius Rhoſi, ac domini Dorothei Patriarchç Antiocheni, & eius ſedis Apoſtolicæ locum tenens, ſubſcripſi.

**Gebien. ac totius Ruſsiæ.*

Ego Doſitheus humilis metropolita Mopſueſtiæ, & Ioachini* ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitani, ac eius Apoſtolicæ ſedis locum tenens, ſubſcripſi.

**Ioachimi.*

Ego Metrophanes humilis metropolita Cyzici, ac locum tenens Ancyrenſis, ſubſcripſi.

Ego Dorotheus humilis metropolita Trapezunden. ac locum tenens Cçſareenſis antiſtitis, ſubſcripſi.

Ego Beſſarion diuina miſeratione Archiepiſcopus Nicçnus, ac locum tenens Sardenſis prçſulis, ſubſcripſi.

Ego Macarius humilis metropolita Nicomediç, ſubſcripſi.

Ego Ignatius humilis metropolita Toronç, ac locum tenens Nicomedien. antiſtitis, me ſubſcripſi.

**Nemeen.*

Ego Dorotheus humilis Metropolita Mitylenen. ac locum tenens Sidenſis pontificis, me ſubſcripſi.

Ego Damianus humilis metropolita Moldoblachienſis, ac locum tenens Sebaſtienſis prçſulis, ſubſcripſi.

Ego Ioſeph humilis metropolita Amaſienſis, ſubſcripſi.

Ego Nathanael* humilis metropolita Coloſſenſis ac inſularum Cycladum, ſuaſcripſi.

**Bathanoel.*

Ego Caliſtus humilis metropolita Driſtenſis,* ſubſcripſi.

**Rhodi.*

Ego Gennadius humilis metropolita Gannenſis, ſubſcripſi.

Ego Mathæus humilis metropolita Melitenenſis, ſubſcripſi.

Ego Doſitheus humilis metropolita Dramenſis, ſubſcripſi.

Ego Sophronius humilis metropolita Anchialenſis, ſubſcripſi.

Ego Beſſarion Archiepiſcopus Nicenus, mandato ac nomine Emmanuelis diaconi ac magni ſachelarij,* Chryſocuchi vulgò nuncupati, qui eadem nobiſcum ſenſit, ſubſcripſi.

**Sacellarij.*

Ego

Ego Theodorus Zanthopulus, diaconus & magnus * ſacriſta, ſubſcripſi.

** Scenophylax*

Ego Micahel Balſamorum Archidiaconus, & magnus bibliothecarius, ſubſcripſi.

Ego Silueſter Syropulus, diaconus* Eccleſiarches, ac iuris ſeruator, ſubſcripſi.

**magnus eccleſiarchus & Diceophylax*

Ego Gregorius protecdicus diaconus Cappadocus, ſuſcripſi.

Ego Conſtantinus Archipreſbyter, ac locum tenens Moldoblachienſis præſulis ſubſcrip.

*Ego Eccleſiarches venerandæ māſionis, & ſanctæ Baſilicæ Magnæ lauræ montis Sancti, ac ipſius manſionis locum tenens, ſubſcripſi.

**Moyſes*

Ego Athanaſius olim abbas* Circunſpectæ, ſubſcripſi.

Ego Gerontius abbas ſanctæ manſionis Omnipotentis, ſubſcripſi.

**monaſterij Circunſpecti.*

Ego Germanus olim abbas ſancti Blaſij, ſubſcripſi.

Ego Pachumius confeſſor ac abbas ſancti Pauli, ſubſcripſi.

Nunquam profecto incaſſum cecinit carmen illud Euripides *in* Iphigenia πιςὴν ἑλλὰς οἶδεν οὐδὲν Græcia nequaquam nouit fidem. *Semper hoc nomine peſsimè audiit hæc natio apud exteros, ſed multò magis illi vitio vertetur, quod contra ſolennia iuramenta à fide & vnione tam ſtolidè defecerint & denuo negarint quæ* Concilio Florentino *authentica fide faſsi fuerant & quæ* Imperator *&* patriarcha *coram approbarant & amplexi erant ſui* Græci *domum reuerſi impudentiſsimè repudiarint: ea dementia vt quotquot conſenſiſſent iis negarint officiū* Chriſtianæ *ſepulturæ. Cuius ſchiſmatis pœna fuit* Bizantini Imperij *excidium. Iactura irreparabilis. Huius mali euentum biennio ante præuiſum habuerant ex* Nicolai. V. *Pontificis ſententia & epiſtola qui de eorum perfidia ſic conquerebatur.*

Omnes gentes decretum quod ſancitum eſt receperunt, Græci verò neque receperunt, neque ſpes eſt eos vnquam eſſe recepturos, quæ ſuper concordia & vnione decreta ſunt, procraſtinationes enim procraſtinationibus ab eis ſemper prætexuntur, excuſationes & reſponſiones in ſingulis. Neque verò Grçci arbitrentur Romanum pontificem ita eſſe mente deſtitutum, omnémque Occidentalem eccleſiam, vt non intelligat quæ in ſingulis dilationibus reſpondendo nugantur. Optimè cuncta nouimus: ſed toleramus in Ieſum reſpicientes ſempiternum ſacerdotem, & dominum: qui ſterilem illam ficum vſque ad annum tertium iuſſit aſſeruari, agricola iam ad exſcindendam arborem ſe accingente, quia nullum fructum ferebat. O *magnam calamitatem, anno* M. CCCCLI. *hanc conſcripſit epiſtolam, &* M. CCCCLIII. *capta eſt* Conſtantinopolis *iam redeamus ad noſtrum* Pontificem.

Anno Chriſti 1443. *Eugenius* Florentinis *fruſtra eum retinere nolentibus* Romā *veniens die* 28. *Sept. effuſa obuiam vrbanæ turbæ magnitudine, nullo non genere honoris adhibito ad portam* Flaminiam *noctu diuertit. Sequenti verò die ad* S. Petrum *iturus, paratis de more ſupplicationibus, pontificio habitu vrbem incedens, tumultuari populum audit ob duplicatum tributum vectigálque nouum impoſitū à certis quibuſdam ſanguiſugis populi, quod illico minorauit, & ſtatim ſucclamatum eſt ab omnibus* VIVAT EVGENIVS, *cum antea clamaſſent, Moriantur noua vectigalia eorúmq; inuentores, vt ſcribit* Nauclerus. *Eugenius tandem vir ingenio & rebus præclarè geſtis fœlix, anguſtiis morborum ſenij comitum fractus moritur &* 7. Cal. Mart 1447. *ſepulchro marmoreo conditur apud ſacram* Petri *Baſilicam ex cuius* Epitaphio *hos verſus decerpſimus.*

Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,
Alter ab occaſu Cæſar vterque pedes
Alter vt accipiat fidei documenta Latinæ
Alter vt aurato cingat honore caput.
Quo duce & Armenij Græcorum exempla ſequuti
Romanam agnorunt Æthiopéſque fidem.
Inde Syri ac Arabes, mundique à finibus Indi
Magna, ſed hæc animo cuncta minora ſuo.
Nam valida rurſum Teucros iam claſſe petebat
Cum petit aſt illum ſuſtulit atra dies.

 NICOLAVS

NICOLAVS QVINTVS

Thomas humili genere natus, Sarzanus à natali ſolo appellatus ſummam ingenij ſui admirationem oſtendit in acerrimis illis diſputationibus cũ Græcis Florentiæ & Ferrariæ habitis vno eodemque anno Epiſcopatum Bononienſem, Cardinalis dignitatem & Pontificatum adeptus, cum maxima cleri & populi lætitia Romæ coronatur pridie nonas Martias M.CCCC.XLVII. Nicolaus quintus apellatus. Italiam armorum petacem authoritate ſua compeſcuit. Chriſti fideles ad Iubileum celebrandum conuocauit. Conſtantinopolis obſidium & ruinam prædixit ob fidei & vnionis violatę Iuſiurãdum: ſic Orientis imperij caput in Barbarorum ſeruitutem abductum eſt, vt vaticinatus fuerat biennio toto MCCCCLIII. Pontifex fuit liberaliſſimus erga literatos, quos & officiis & beneficiis mirificè iuuit. Græcas & Latinas literas ſuo ſplendori reſtituit. AEgre ferebat aliquem doctum eſſe quem non noſſet. Vaticanam Bibliothecam comparatis vndique veterum preclaris monumentis erexit.

I.

Concilium Baſilienſe infirmatur, & à Pontificatu abdicatur Amedæus.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Hoc diploma ex 4. Tom. Concil. deſumptum eſt.

VT pacis, qua nihil deſiderabilius, in vniuerſali Eccleſia ampliſſimè diffundatur & perduret ſerenitas, & omnium corda quæ exagitauit & defatigauit diuiſio, vnitas integra ad cuiuſlibet ſtatus & honoris proſperitatem conſolidet, libenter ſecundum noſtræ & Apoſtolicæ authoritatis plenitudinem magnitudinémque voluntatis, omnia amplectimur, per quæ non ſolùm ſuper præſentibus & futuris, ſed & ſuper præteritis, vt illibata permaneant, debitæ prouiſionis adhibetur remedium. Cùm itaque poſt crebras variáſque conturbationes, quibus multis ab annis ſancta Dei ſubiacuit Eccleſia, cauſantibus diuiſionibus, quæ inter fœlicis recordationis Eugenium Papam Quartum prædeceſſorem noſtrum, & tunc Baſileenſe Concilium viguerunt, hoc in noſtro tempore, & ex Altiſſimi Dei prouidentia ineffabili interpoſitas, tractatúque oratorum chariſſimorum in Chriſto filiorum, Francorum, Angliæ & Renati Siciliæ Regum, necnon Delphini Viennenſis primogeniti Francorum Regis illuſtris, pacem Eccleſiæ redditam videbamus, dum percipimus venerabilem & chariſſimum fratrem noſtrum Amedeum primum Cardinalem epiſcopum Sabinenſem, in nonnullis prouinciis Apoſtolicę ſedis legatum, vicariúmque perpetuum, Felicem Papam Quintum tunc in ſua obedientia nominatum, iuri quód in papatu aſſerebat ſe habere, ad huiuſmodi pacem Eccleſiæ obtinendam, ceſſiſſe: eos verò qui Baſileæ, poſtmodum Lauſanæ ſub nomine generalis Concilij hactenus congregati permanſerunt, ordinaſſe & publicaſſe nobis tanquam vnico ac indubitato ſummo Pontifici obediendum eſſe à cunctis fidelibus, & præfatam Lauſanenſem diſſoluiſſe congregationem: Deſiderantes igitur toto affectu ea perficere, quibus Chriſti fideles ſuppreſſis & extinctis diſſenſionum & differentiarum ſeminariis, communi fruantur concordia, cuiuſlibet eorum ſtatus, honoris, reputationis & quietis ſtabilitate firmata, quaſcunque promotiones, electiones, confirmationes, poſtulationes, admiſſiones, tranſlationes, commendas, adminiſtrationes & prouiſiones ad quaſcunque patriarchales, metropolitanas & cathedrales eccleſias, necnon abbatiales dignitates ac monaſteriorum regimina quorumcunque

Concilium Baſilienſe Lauſanam perductũ.

exemptorum & non exemptorum: necnon quaſcunque collationes, prouiſiones & diſpoſitiones quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, regularium & ſecularium, de iure patronatus etiam laicorum, cum cura, vel ſine cura, etiam ſi eccleſiæ parrochiales fuerint, aut canonicatus & præbendę, dignitates maiores poſt pontificales in cathedralibus, vel principales in collegiatis exiſtant, perſonatúſque perpetuę adminiſtrationes vel officia, etiam curata vel electiua, in quibuſcunque Eccleſiis, prioratus, conuentuales, aut cuiuſcunque conditionis, qualitatis vel naturæ fuerint etiam alterius generis, quàm expreſſa, paris vel maioris, etiam ſi ex quauis cauſa tunc diſpoſitioni Apoſtolicę ſpecialiter vel generaliter reſeruata, fuerint litigioſa, aut aliàs affecta, vel ad ſedem Apoſtolicam quomodolibet deuoluta, in vim quorum ſeu pretextu collationum, prouiſionum, reſeruationum, aut aliarum diſpoſitionum huiuſmodi, ſeu alicuius pręmiſſorum, aliàs quàm ex titulo priuationis factarum, pręmiſſarum occaſionum, diuiſionum ipſarum eccleſiarum, beneficiorum, dignitatum officiorum, perſonatuum, adminiſtrationum, canonicatuum & prębendarum habita ſeu adepta ſit poſſeſſio, & poſſidentur de præſenti: admiſſiones etiam reſignationum quorumcunque beneficiorum, dignitatum, Eccleſiarum, ſimpliciter vel ex cauſa permutationis factarum authorizationum & inſtitutionum, penſionum item quarumcunque ſuper quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum fructibus, reſeruationibus & aſſignationibus, cum proceſſibus & fulminationibus inde ſecutis, necnon vniones, annexiones, incorporationes quarumcunque dignitatum & beneficiorũ Eccleſiaſticorum, ſecularium & regularium, quibuſcunque Patriarchalibus, Archiepiſcopalibus, abbatialibus, vel capitularibus menſis, aut monaſteriis, conuentibus, dignitatibus, canonicatibus & præbendis vel beneficiis, ſeu ad inuicem ſub quibuſuis verborum formis, dimembrationes etiam eccleſiaſticarum & beneficiorum quorumcunque, eccleſiarum quoque, monaſteriorum ſtudiorúmque generalium fundationes, erectiones, ſuppreſſiones & ſubiectiones, & quorumcunque beneficiorum creationes, exemptiones, item reuocationes pallij dationes, conſecrationes, benedictiones, perſonarum de ordine ad ordinem tranſlationes, infeudationes, inſtitutiones, contractuum confirmationes, facultatis teſtandi conceſſiones, abſolutiones, liberationes, quitantias ſuper quibuſcunque debitis ratione decimarum, ſemidecimarum, indulgentiarum, annatarum, communium & minutorum ſeruitiorum, vel aliàs quomodolibet diſpenſationes tam ſuper ætatis quàm natalium & aliarum inhabilitatum defectibus, ſuper incompatibilibus in quocunque numero, etiam ſi ad curas parochiales, matrimoniis, iuramento, ordinibus & voto etiam tranſmarino & rebus aliis quibuſcunque, necnon abſolutiones à quibuſcunque excommunicationum, anathematizationum, & aliis cẽſuris eccleſiaſticis, interdictorum tam generalium, quam ſpiritualium relaxationes, ac illarum fulminationes & appoſitiones iuramentorum, etiam fidelitatum relaxationes, rehabilitationes ab omni macula irregularitatis, aut alia inhabilitate vndecunque proceſſerit, reſtitutiones etiam ad famam & honores gratiarum, indultorum, indulgentiarum, & priuilegiorum, & quaſcunque aliàs conceſſiones, ac omnia & ſingula, tam iuſtitiam quàm gratiam concernentia, ſiue in foro conſcientię, aut contentioſo, in perſonis aut locis, quę tempore conceſſionum & aliorum præmiſſorum obedierunt pręfato venerabili ac chariſſimo fratri noſtro Amedeo Cardinali Epiſcopo legato & vicario ſupradicto, tunc Felici Papę Quinto nominato, ac congregatis antedictis ſeu eorum alteri, tam per ipſum tunc Baſilenſe Concilium & Amedeum in ſua obedientia Felicem* Quintum nuncupatum, quàm illos qui in Baſilienſi & Lauſanenſi ciuitatibus ſub nomine generalis Concilij cõgregati remanſerunt, aut alium ſeu alios, ſua aut alterius eorum authoritate etiam de latere legatos, delegatos, ſiue alios quoſcunque ab eis vel eorum altero poſteritatem habentes coniunctim vel diuiſim, qualitercunque facta, geſta, conceſſa, data, indulta, diſpoſita & ordinata, etiam ſi maiora & grauiora, aut alterius cuiuſcunque naturę à pręmiſſis exiſtant, & ſpecialem requirant expreſſionem, quę volumus & decernimus pro expreſſis ſpecificè haberi, cum omnibus & ſingulis indè ſecutis. Ac etiam omnia & ſingula per ordinarios in dictis locis facta, pro bono pacis & vnionis Eccleſiæ, motu proprio ex certa ſcientia &

** Fœlix P.P.V. in ſua obediẽtia nũcupatus precibus Imperatoris Frederici 3. permotus à Nicolao Papa V. ad id ſolicitatus, Papatũ ſpõte depoſuit & ab omnibus iuribus, rationibúſque quas in eo habebat P.P. Nicolao V. S.R.E. Cardinalis Epiſcopus Sabinus ac collegij, Cardinaliũ decanus perpetuúſque totius Germaniæ Apoſtolicæ ſedis de latere legatus ac Vicarius generalis creatus eſt. In quo ſtatu per aliquot tempus viuens, vitam finiuit in Ciuitate Lauſanenſi omnes quoque Cardinales, vel ab eo creati, vel qui ei adhæſerũt, & propterea priuati ab Eugenio fuerũt, qui hoc anno viuebant in cæterorum Cardinalium S. R. E. numerum ſunt recepti.*

de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, de Concilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum ſanctę Romę Eccleſię Cardinalium, pręſentium ſerie approbamus ratificamus, & etiam confirmamus, ratáque & firma haberi volumus. Necnon potiori pro cautela de perſonis Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Abbatum, quibuſcunque Eccleſiis & monaſteriis, quarum & quorum aſſecuti ſunt poſſeſſiones, & poſſident de pręſenti, necnon de dignitatibus, prioratibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, & prębendis, commendis & beneficiis quibuſcunq; etiam ſedi Apoſtolicę ſpecialiter vel generaliter * reſeruatis, deuolutis, vel quomodolibet affectis, eorum poſſeſſoribus quibuſlibet de nouo prouidemus ac ipſorum omnium fructus, redditus & prouentus, necnon emolumenta, ſingula in quibuſcunque & vbicunque, etiam extra diœceſim, in quibus Eccleſia, monaſterium, prioratus, dignitas, ſeu beneficium huiuſmodi fuerit, conſiſtentia ad eorum poſſeſſores ſpectare & pertinere. Et quòd ipſi in ſuarum Eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, dignitatum & beneficiorum (prout eorum ſingulos concernit) poſſeſſionibus, pro huiuſmodi bono pacis & vnionis, pacifici remaneant & quieti decernimus & declaramus, gratis & abſque ſolutione communium vel minutorum ſeruitiorum, annatarum, aut vacantię tam noſtrę camerę, quàm venerabilium fratrum noſtrorum ſanctę Romę Eccleſię Cardinalium collegio facienda nomina & cognomina, valoréſque ipſorum beneficiorum & dignitatum, ac non obſtantibus ipſorum poſſeſſorum pro expreſſis habentes conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis non obſtantibus quibuſcunque. Inſuper quaſcunque obligationes ſeu debita de & ſuper annatis ſeu communibus & minutis ſeruitiis iuxtà curię noſtrę conſuetudinem, cæteríſque iuribus nobis & ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalium collegio cęteríſq; officialibus debitis, ſi quę deberi dicerentur, occaſione quarumcunque metropolitanarum & cathedralium eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, prioratuum, etiam conuentualium beneficiorum & officiorum huiuſmodi, vſque ad præſentem diem poſſeſſoribus antedictis ex ſimili ſcientia remittimus & relaxamus, pariter & donamus: eóſque qui huiuſmodi debitis obligati eſſent, ab omni eorum ſolutione abſoluimus & liberamus, & ſuper illis dari quitantias petentibus aut volentibus demandamus in forma plena, debita & opportuna, fructus etiam illos, quos durante huiuſmodi diuiſione, ex dictis Eccleſiis, dignitatibus, beneficiis & officiis perceperunt, etiam ſi nobis & camerę Apoſtolicę debiti eſſent, penitus ipſis & cuilibet ipſorum remittimus de dictę ſedis munificentia liberali, camerario, theſaurario, clericis camerę, collectoribus & ſubcollectoribus noſtris quibuſcunque inhibentes ſub excommunicationis ſententia & aliis cenſuris eccleſiaſticis atque pœnis, quas remiſſioni & inhibitionis noſtris huiuſmodi contrauenientes incurrere volumus ipſo facto, ne fructus prædictos occaſione pręmiſſa, dicta diuiſione durante perceptos & per nos remiſſos, vt præfertur, à quoquã quomodolibet exigere ſeu extorquere præſumant. Dictorum rurſus poſſeſſorum ſingulis aduerſariis ſuper pręfatis eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, dignitatibus, officiis & beneficiis perpetuum ſilentium imponentes, quaſcunque promotiones, impetrationes, conceſſiones, prouiſiones, & literas de ſuper pro ipſis aduerſariis & aliis quibuſcunque in præiudicium ipſorum poſſeſſorum vel derogationem huiuſmodi per nos confirmatorum, quomodolibet etiam ſi motu proprio, ex certa ſcientia aut plenitudine poteſtatis, & de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu, tam per dictum noſtrum prędeceſſorem, quàm nos ſiue alium quemcunque, illius aut noſtra authoritate, ſiue alia quacunque factas, datas, conceſſas & habitas, etiam in vim earum ipſis aut alicui eorum in re vel ad rem ius quęſitum foret, necnon diffinitiuas & alias etiam, quę in rem tranſierunt iudicatam, ſuper eccleſiis & aliis pręmiſſis in Romana curia vel alias vbicunque contra dictos poſſeſſores promulgatas ſententias et quęcunque inde ſecuta, prędictis motu & ſcientia ac plenitudine pro bono pacis & vnionis prædictarum caſſamus, irritamus & annullamus, ac caſſa, irrita, infecta, nulláque & inania ac viribus vacua declaramus & denunciamus. Illa verò ex ſententiis, quę pro prædictis poſſeſſionibus ſuper præmiſſis, ac etiam quaſcunque alias ſententias & ſubrogationes, quę pro quibuſuis perſonis, partibus ſe defendentibus,

** Reſeruationes Pontifici dicuntur generales quando plures inducuntur ſub vna ratione vt quãdo Papa reſeruat beneficia vacãtia per adeptionem ſecundi beneficij: vel alio modo vt in extrauag. execrabilis Ioã. 22. de præbẽd. Quædam verò ſunt ſpeciales quoad certum corpus beneficij non tamen pro certa perſona vt quãdo reſeruat Eccleſiam Cathedralẽ ſuæ diſpoſitioni vt in c ſi tẽpore de Elect. in 6. Domi. conſ. 30. Bonifacius & Aeneas de Fa'con. in tract. reſeruat. q. 2. Rebuffus de reſeruat. tã gener &c.*

nillarm

illarum omnium nominibus & cognominibus pro expreſſis habentes, & quę in rem tranſiuerunt iudicatam, in Baſileenſi ſeu Lauſanenſi ciuitatibus, ſeu in curia præfati venerabilis ac clariſſimi fratris noſtri Amedei primi Cardinalis, (vt præmittitur) legati vicariique perpetui, Fœlicis Quinti in ſua obedientia nominati, vſque in hodiernum diem prolatę ac ſubrogationes pro altero ex collitigantibus mutuò ſe defendentibus factæ ſunt, validas & ratas decernentes, necnon quaſcunque lites & cauſas deſuper in noſtra curia vel alibi contra ipſos poſſeſſores ſuper prædictis Eccleſiis, dignitatibus, beneficiis quomodolibet procedentibus, quorum omnium, etiam ſi vna vel duę ſeu plures diffinitiuę vel alię ſententię prolatę ſint, ſtatus præſentibus pro expreſſis habentes, ad nos aduocamus, & totaliter extinguimus. Et pro maiori omnium & ſingulorum ſecuritate & roboris validitate, quibuſcunque perſonis tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis vel præeminentię exiſtant, etiam ſi cardinalatus, patriarchatus, archiepiſcopali, epiſcopali aut alia quacunque præfulgeant dignitate, necnon quarumcunq; tam cathedralium quàm collegiatarum & aliarum Eccleſiarum & monaſteriorum capitulis, collegiis & conuentibus, ac ſingularibus perſonis earundem, illíque vel illis, ad quem ſeu ad quos dictarum Eccleſiarum, beneficiorum Eccleſiaſticorum & officiorum electio, collatio, prouiſio, præſentatio ſeu quæuis alia diſpoſitio communiter vel diuiſim pertinet, ac huiuſmodi poſſeſſorum aduerſariis, quibus per nos ac noſtrum prædeceſſorem ſeu alium quemcunque factę ſunt conceſſiones & prouiſiones de huiuſmodi Eccleſiis, beneficiis & officiis poſſeſſis, omnibus & ſingulis aliis, quorum intereſt vel intererit quomodolibet in futurum, mandamus expreſſè inhibentes, videlicet patriarchis, archiepiſcopis & epiſcopis ſub ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſię, minoribus verò perſonis ſingularibus ſub excommunicationis, necnon dictorum poſſeſſorum aduerſariis ſub ſimili excommunicationis ac priuationis omnium & ſingulorum beneficiorum ſuorum quę obtinent, & inhabilitationis ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda, perpetuæque infamiæ, collegiis verò, capitulis & conuentibus ſub ſuſpenſionis, à diuinis pœnis, ſententiis & cenſuris, quas contrafacientes & rebelles (prout quemlibet ipſorum concernit) exnunc prout exnunc, & extunc prout exnunc, incurrere volumus ipſo facto, ne ipſi ſeu eorum alter publicè vel occultè, directè vel indirectè quouis quæſito colore vel ingenio, contra declarationes, conceſſiones, approbationes, ratificationes, confirmationes & alia prędicta vel eorum aliquod in præiudicium, damnum & grauamen dictorum poſſeſſorum & derogationem præmiſſorum per nos confirmatorum, aut alicuius eorum, facere, dicere, & attentare, ſeu ipſi prænominati, ad quos ſpectat huiuſmodi electio, collatio, prouiſio, præſentatio ſeu quæuis alia diſpoſitio, quempiam alium ad Eccleſias, dignitates, beneficia & officia ſeu alia promiſſa, hactenus ſic poſſeſſa recipere & admittere, neque poſſeſſores huiuſmodi ſuper præmiſſis in aliquo vexare, perturbare, moleſtare, ſeu inquietare quomodolibet præſumant, ſed ea omnia & ſingula inuiolabiliter & ſine contradictione quacunque quantum in eis eſt, manu teneant & obſeruent, dictóſque poſſeſſores in poſſeſſione ſua huiuſmodi teneant & defendant. Si quę etiam (quod abſit) per quempiam quacunque etiam authoritate noſtra, contra præmiſſa ſeu eorum aliqua, aut in præiudicium dictorum poſſeſſorum ſeu alicuius eorum, nouitates factę fuerint ſeu fierent, illas ac quæcunque inde ſecuta exnunc prout extunc habemus & haberi volumus pro infectis. Et nihilominùs contrauenientes & rebelles huiuſmodi, ſiue Patriarchę, archiepiſcopi, aut epiſcopi fuerint ab ingreſſu Eccleſiæ: minores verò perſonas ſingulares, excommunicatos: necnon dictos aduerſarios & eis auxilium dantes, vltra communicationis pœnam beneficiis & officiis ſuis priuatos, inhabiles & infames: capitula verò, collegia & conuentus, à diuinis ſuſpenſos per quemlibet ordinarium loci, aut alterum in dignitate conſtitutum, ſiue canonicum alicuius Eccleſię cathedralis, per quemcunq; ex huiuſmodi poſſeſſoribus eligendum & requirendum, ſeu executionem dandum ſuper huiuſmodi noſtra voluntate in Romana curia ſiue extra, declarari & denunciari volumus & mandamus. Super quibus omnibus & ſingulis, ipſis & eorum cuilibet authoritate Apoſtolica damus atque concedimus facultatem reiectis

Mandat omnibus ratihabitionem collationum ac prouiſionum beneficiorum.

Pœnæ in omnes & ſingulos contemptores huius reſcripti.

in

in præmiſſis omnibus & ſingulis cautelis & appellationibus quibuſcunque, in prę-
iudicium præmiſſorum interpoſitis ſeu interponendis, quas tanquam friuolas &
inanes cum inde ſecutis & ſecuturis,extunc prout exnunc,& exnunc prout extunc
caſſamus,irritamus,annullamus,& pro infectis haberi volumus:vicecancellario &
quibuſuis aliis officialibus noſtris expreſſè inhibentes, ne ad cuiuſuis inſtantiam
ſuper cauſis prætentarum appellationum huiuſmodi,aut aliàs via ſimplicis quere-
læ ſeu reſtitutionis in integrum aliquam commiſſionem ſignare, ſiue reſcriptum
etiam extra Romanam curiam concedere, nec auditores cauſarum palatij noſtri,
ſiue ordinarij loci aut quicunque alij commiſſiones ſiue reſcripta huiuſmodi re-
cipere, ſeu cauſas deſuper motas & mouendas audire præſument, ſeu attentent.
Adiucientes,quòd ſi vllo vnquam tempore appareret,de aliqua conceſſione ſeu de-
claratione per nos aut noſtros ſeu dicti prædeceſſoris literæ, quaſcunque clauſu-
las, etiam derogatorias, generales vel ſpeciales ſub quacunque verborum forma
in ſe continentes, licet in illis dicatur,non obſtantibus clauſulis dicentibus quod
illis non derogetur,niſi de eis ſpecialis mentio fiat,aut quòd de verbo ad verbum
& cum toto tenore illarum inſeri debeat,facta ſeu fienda,per quàm dictos poſſeſſo-
res ſeu eorum beneficiorum aliquem in huiuſmodi ſuorum beneficiorum poſſeſ-
ſione ſeu aliâs turbari,vexari,moleſtari, ſeu inquietari, aut contra huiuſmodi no-
ſtras conceſſiones,prouiſiones & alia per nos approbata fieri, atque contrauenir
poſſit,etiam ſi motu proprio, ex certà ſcientia,ſiue de plenitudine poteſtatis & de
ipſorum venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium conſilio & aſſenſu ema-
narent, ſeu emanaſſent tales declarationes aut conceſſiones pro bono pacis & v-
nionis Eccleſiæ,nullatenus effectum ſortiri, ſed pro infectis exnunc prout extunc
haberi volumus. Verùm ſi in obedientia prædictorum tunc nuncupati Felicis, &
illorum qui Baſileæ & Lauſanæ ſub nomine generalis Concilij tunc permanſe-
runt,duo vel plures ſuper vno vel pluribus beneficiis litigarent, poſſeſſio non poſ-
ſidenti non afferat præiudicium, ſed cuilibet ius ſuum ſemper ſaluum conſeruen-
tur,ac etiam vnicuique maneat ius, quod ante huiuſmodi diuiſionem ſibi quæſi-
tum erat. Et ſi fuerint aliquæ Eccleſię ſeu beneficia, quarum ſeu quorum caput in
vna obedientia,& membra in altera exiſtant,membra ruducantur ad caput. Saluo
tamen,quòd membrum obtinens in illius remaneat poſſeſſione, ſi ius eidem com-
petebat ante huiuſmodi diuiſionem. Cæterum,quia difficile foret præſentes literas
ad ſingula,in quibus eis forſan fides facienda fuerit, loca deferre,dicta authoritate
Apoſtolica decernimus,quòd illarum tranſſumpto manu publica & ſigillo alicuius
epiſcopi aut illius vicarij,ſeu curiæ aut ſuperioris Eccleſiaſtici ſignato & munito
perinde ac ſi originales literæ huiuſmodi exhiberentur,fides plenaria adhibeatur,
& ſtetur. Mandantes nihilominùs literas in ſimili forma pro quibuſcunque parti-
cularibus perſonis eas petentibus & habere volentibus, illorum nominibus & co-
gnominibus ſpecie expreſſis, cum deſignatione eccleſiæ, dignitatis, beneficij ſiue
beneficiorum,aliarúmque conceſſionum ſuperius deſignatarum,in cancellaria no-
ſtra & alibi gratis & ſine ſolutione alicuius taxæ,ſaluo moderato ſalario ſcripto-
rum,expediri,& irritum decernimus & inane,ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis
authoritate,ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginam noſtræ approbationis,ratificationis,confirmationis,
prouiſionis,decreti,voluntatis,impoſitionis,caſſationis, remiſſionis, relaxationis,
donationis,abſolutionis,liberationis,inhibitionis,impoſitionis,irritationis,annul-
lationis,declarationis,denunciationis,aduocationis,extinctionis,voluntatis,man-
dationis,conceſſionis,adiectionis,& conſtitutionis infringere,vel ei auſu temera-
rio contraire. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit,indignationem omnipo-
tentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.
Datum Spoleti anno incarnationis dominicæ,1449. decimoquarto Calendas Iulij,
Pontificatus noſtri anno tertio.

Beneficiorum omnium nominationes & collationes factæ in Concilio Baſilienſi irritæ manent nec iure præſcriptionis aût vſucapionis quiſquam ita prouiſus opitulari poteſt.

Præter ea quæ hic ex geſtis Concilij Baſilienſis enumerantur, potiora illa ſunt quæ ad
pragmaticam ſanctionē ſpectant apud Guaguin. lib. 10. Damnatæ ſunt quoque annatæ be-
neficiorum & deambulationes in templis dum ſacra celebrantur Seſſ. 21. Cautum eſt ne
numerus Cardinalium 24. excedat. Seſſ. 23. feſta conceptionis & viſitationis D. Mariæ con-
firmata fuere. Seſſ. 36. & 44.

Concordata

II.

Concordata & ordinata inter Federicum Imperatorem Principéſque nationis Germanicæ ac ſedem Apoſtolicam.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
Ad ſacram Petri ſedem, diuina diſpoſitione ſublimati, ſingulis quæ pro
vniuerſalis eccleſiæ vnione,ac pace,& tranquillitate profutura conſpicimus, Apo-
ſtolicæ prouidentiæ ſollicitudinem libenter intendimus, & ad fœlicem eorum
proſecutionem & conſummationem, opem & operam impendimus efficaces.
Nuper ſiquidem chariſsimus in Chriſto filius noſter, Federicus Romanorum
Rex illuſtris, & nonnulli alij dilecti filij, eccleſiaſtici, & ſeculares principes
inclitæ nationis Germanicæ ex vna, ac dilectus filius noſter, Ioannes ſancti
Angeli Diaconus Cardinal. in partibus illis Apoſtolicæ ſedis de latere Lega-
tus,per nos ad dictas partes miſſus, ſufficienti deſuper à nobis, & ſede Apoſto-
lica authoritate ſuffultus, ex alia partibus, Romanæ Eccleſiæ & dictæ nationis
nominibus, pro ipſius Eccleſiæ vnione pace, & tranquillitate, inter eccleſiam,&
nationem prædictam,perpetuò ſolidandis & conſeruandis diuerſa rationabilia &
vtilia ordinationes & ſtatuta,à partibus ipſis hinc inde approbata, laudata con-
cluſa,acceptata & concordata,fecerunt ac ediderunt, nobiſque humiliter ſuppli-
cari fecerunt,vt illis pro firmiori eorum ſubſiſtentia,robur Apoſtolicæ firmitatis
adiicere,nec non auctoritatem potiorem, & decretum interponere dignaremur.
Nos itaque qui ſtatuta,ordinationes,& concordata prædicta, per nonnullos ex ve-
nerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, magnorum
maturitatis,auctoritatis,& literaturæ viros diligenter examinari & diſcuti feci-
mus,eaque rationabilia & ſalubria tam eccleſiæ quam nationi præfatæ fore com-
perimus,de dictorum,& aliorum venerabilium patrum noſtrorum prædictæ ec-
cleſiæ Cardinalium,conſilio & aſſenſu, Apoſtolica auctoritate, & ex certa ſcientia
approbamus,ratificamus,laudamus,& acceptamus,& præſentis ſcripti patrocinio
communimus iuxtà modum & formam ſubſequentes. Placet nobis ſuper proui-
ſione eccleſiarum beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque, iuris ſcipti re-
ſeruatione,& execrabilis, Ac ad regimen,conſtitutionum, modificatis vt ſequitur.
ad regimen eccleſiæ generalis,quanquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati,
gerimus in noſtris deſideriis,vt debemus,quod per noſtræ diligentiæ ſtudium, ad
quarumlibet eccleſiarum & monaſteriorum regimina, & alia beneficia eccleſiaſti-
ca,iuxta diuinum beneplacitum & noſtræ intentionis affectum, viri aſſumantur
idonei, qui præſint & proſint committendis eis eccleſiis, monaſteriis & beneficiis
prælibatis. Præmiſſorum itaque conſideratione inducti,& ſuadentibus nobis aliis
rationabilibus cauſis nõnullorum prędeceſſoruum noſtrorum Rom. Pont. veſtigiis
inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales Eccleſias, &
etiam monaſteria,prioratus, dignitates,perſonatus & officia, necnon canonicatus,
præbendas,& eccleſias,cæteráque beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura,
ſecularia,& regularia,quęcunque,& qualiacunque fuerint,etiam ſi ad illa perſonę
conſueuerint, ſeu debuerint per electionem, ſeu quemuis alium modum aſſumi,
nunc apud ſedem apoſtolicam quocunque modo vacantia,& in poſterum vacatu-
ra:necnon per depoſitionem, vel priuationem, ſeu tranſlationem per nos,ſed au-
ctoritate noſtra factas,& inantea faciendas vbilibet: necnon ad quæ aliqui in con
cordia vel diſcordia electi ſiue poſtulati fuerint, quorum electio caſſata,ſeu poſtu-
latio repulſa,vel per eos facta renunciatio,& admiſſa auctoritate noſtra extiterit,
ſeu quorum electorum,vel poſtulatorum,& inantea eligendorum ſeu poſtulando-
rum electionem caſſari, ſeu poſtulationem repelli aut renunciationem admitti per
nos,aut auctoritate noſtra continget apud ſedem prædictam, vel alibi vbicunque,
& etiam per obitum Cardinalium eiuſdem Eccleſię Romanæ, aut officialium di-
ctę ſedis quamdiu ipſa officia actualiter tenebunt (videlicet Vicecancellarij, Ca-
merarij,ſeptem Notariorum Auditoris, literarum contradictarum & Apoſtolici
palatij cauſarum Auditorum, Correctorum, centum & vnius Scriptorum litera-
rum Apoſtolicarum,& vigintiquatuor Pœnitentiarię prefatæ ſedis,& vigintiquin-

Hic Fridericus ſecundus fuit poſt Sigiſmundum Imperatorem qui Romã veniẽs à Nicolao 5. Summo Pontifice vna cũ coniuge coronatus eſt die decimo octauo Martij 1452. In coronatione Cæſarea (inquit Aeneas Syluius) apud arcẽ Sancti Petri Imperatorio nomine inter Papam & Imperatorem multa ſecreta tractata ſunt.

que

que Abbreuiatorum, necnon verorum Commenſalium noſtrorum, & aliorum vigintiquatuor Capellanorum ſedis eiuſdem in epitaphio deſcriptorum) & etiam quoruncunque Legatorum, ſeu collectorum, ac in terris Romanę Eccleſię Rectorum, ac Theſaurariorum deputatorum, ſeu miſſorum hactenus, vel deputandorum, aut mittendorum in poſterum, nunc vacantia, & inantea vacatura, vbicunque dictos legatos, vel Collectores ſeu Rectores, & Theſaurarios antequam ad Romanam curiam redierint ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis, necnon quorumlibet pro quibuſcunque negotiis ad Romanam curiam venientium, ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta curia vltra duas dietas legales non aſtantibus iam forſam obierint, vel eos inantea ab hac luce tranſire contigerit. & etiamſimili modo quorumcunque curialium peregrinationis, infirmitatis, ſeu recreationis, vel alia quacunque cauſa ad quæuis loca ſecedentium, ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in locis vltra duas dietas ab eadem curia, vt pręmittitur non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem) iam forſan deceſſerint, vel in poſterum vacatura rurſus monaſteria, prioratus, dignitates, perſonatus, decanatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, prębendas, et Eccleſias, cęteraque beneficia eccleſiaſtica ſecularia & regularia, cum cura, vel ſine cura, quæcunque, & qualiacunque fuerint, etiam ſi ad illa perſonæ conſueuerint ſeu debuerint per electionem, ſeu quemuis alium modū aſſumi, quæ promoti per nos ſeu auctoritate noſtra ad Patriarchalium, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium eccleſiarum necnon monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc quocunque modo vacantia, aut in poſterum vacatura, necnon etiam per aſſecutionem pacificam quorūque prioratuum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum, præbendarum eccleſiarum, aut beneficiorum aliorum per nos, ſeu auctoritate noſtrarum literarum immediatè collatorum, ſeu conferendorum in poſterum præterquam ſi virtute gratiæ expectatiuæ aſſecutio fiet nunc vacantia & inantea vacatura, plena ſuper præmiſsis omnibus, & ſingulis cum fratribus noſtris collatione præhabita, & matura deliberatione ſecuta ordinationi, diſpoſitioni, ac prouiſioni noſtræ, de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate apoſtolica reſeruamus.* Decernentes ex nunc irritū & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis & quolibet eorum, per quoſcunque, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari. Item placet nobis, quod in Metropolitanis & chatedralibus etiam immeditatè non ſubiectis eccleſiis, & monaſteriis immeditate ſubiectis ſedi apoſtolicæ, fiant electiones canonicæ quæ ad dictam ſedem deferantur, quas etiam ad tempus conſti. fe. rec. Nicolai Papæ III quæ incipit, Cupientes expectantibus: & elapſo dicto tempore ſi non præſentatæ, vel ſi præſentatæ, minus canonicæ fuerint, prouidebimus: & ſi canonicæ, fuerint, eas confirmabimus, niſi ex rationabili, & euidenti cauſa ac de dictorum fratrum conſilio, de digniori & vtiliori perſona duxerimus prouidendum: prouiſo quod confirmati predicti & per eos prouiſi, Metropolitanis ſuis, & aliis præſtent debita iuramenta, & alia, ad quæ de iure tenentur, etiam in monaſteriis dictæ ſedi immediatè non ſubiectis, & aliis regularibus beneficiis; ſuper quibus pro confirmatione, vel prouiſione ad dictam ſedem non conſueuit haberi recurſus, electi, ſeu illi quibus prouidendum eſt, pro confirmatione & prouiſione huiuſmodi ad curiam Romanam venire non tenebuntur: ipſaque regularia beneficia ſub expectatiuis gratiis non cadant. Vbi autem pro monaſteriis ad dictā curiam venire ſeu mittere conſueuerint, non aliter confirmabimus vel prouidebimus, quam ſuperiùs de cathedralibus eccleſiis eſt expreſſum. Et de monaſteriis monialium non diſponemus, niſi ſint exempta, & tunc per commiſſionem ad partes. De cæteris vero dignitatibus & beneficiis quibuſcunque, ſecularibus, & regularibus vacaturis, vltra reſeruationes prædictas (maioribus dignitatibus poſt Pontificales, in cathedralibus, & principalibus in collegiatis eccleſiis exceptis; de quibus iure ordinario prouideatur per illos inferiores, ad quos alias pertinet). Placet etiā nobis, quod per quamcunque aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma per nos vel auctoritate noſtra factam vel faciendam, non impediamus nos, quominus de illis cum vacabunt de Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris menſibus, bene diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouiſio, præſentatio,

** Hæc materiam de beneficiis reſeruatis Summo Pontifici iampridem tractarunt præclari Iuris conſulti Ægidius Bellamera in conſ. 34. ſuppoſito ſtatuto col. 5. verſ. ad tert. iſtud. Chaſſan. in ſuis deciſ. rub. de conſt. q. 2. & ſeq. Aeneas Falco in 2. q. tract. de reſer. Decius in conſil. 168. reuerende Pater. Ioan. de Anan. in c. audiuimus de colluſio. deteg. Boerius in deciſ. Burdegal. 2 in fi. Thomas Cāpegius in tract. de Rom. Pont. poteſtate.*

electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinebat: reſeruatione, aliáue quauis diſpoſitione auctoritate noſtra factis vel faciendis, non obſtantibus quibuſcūque. Quotiens vero aliquo vacante beneficio in Ianuarij, Martij, Maij, Iunij, Septēbris, & Nouembris menſibus ſpecialiter diſpoſitioni dictæ ſedis reſeruatis non apparuerint infrà tres menſes à die notę vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo apoſtolica auctoritate prouiſum fuerit, ex nunc & non antea ordinarius vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo liberè diſponere poterit: & ad finem vt hæc ordinatio collationum beneficiorum non reſeruatorum per alternos menſes poſſit per dictam nationem publicari, & omnes qui ea gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi, tunc quo ad dictam ſedem, à Kalendis Iunij proximè futuris ipſa currere incipiet, & durabit deinceps, niſi in futuro Concilio de conſenſu dictæ nationis aliter fuerit ordinatum. Placet ſimiliter nobis quod circa prouiſionem dictæ ſedis ordinandam, modus annatarum hoc modo currat. De eccleſiis cathedralibus omnibus & monaſteriis, virorum duntaxat, vacātibus, & vacaturis, ſoluantur de fructibus primi anni à die vacationis, ſummæ pecuniarum in libris Cam. apoſt. taxatæ, quę communia ſeruitia nuncupantur, & ſi quę exceſſiuè taxatę ſint, quod prouideatur ſpecialiter in grauatis regionibus ſecundum qualitatem rerum, temporum, & regionum ne nimiū pręgrauentur, ad quod petentibus dabimus commiſſionem in partibus, qui diligenter inquirant & retraxent. Taxę autem pręd ctę pro media parte infra annum à die habitę poſſeſſionis pacificę totius vel maioris partis, ſoluantur, & pro alia media parte infra annum ſequentem, & ſi infra annum bis vel plures vacauerint, ſemel tantum ſoluatur: nec debitum huiuſmodi in ſucceſſorem in eccleſia vel monaſterio tranſeat. De cęteris verò dignitatibus, perſonatibus, officiis, & beneficiis ſecularibus ac regularibus quibuſcunque, quę auctoritate dictę ſedis conferentur, vel de quibus prouidebitur (pręterquam vigore gratiarum expectiuarum, aut cauſa permutationis) ſoluantur annatę ſeu medij fructus iuxtà taxam ſolitam à tempore poſſeſſionis intra annum & debitum huiuſmodi, ſimiliter in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat. Sed de beneficiis quę valorem vigintiquatuor florenorum auri de camera nō excedunt, nihil ſoluatur: duretq; hęc obſeruantia deinceps, niſi eam ſimiliter in futuro concilio de ipſius nationis conſenſu contingat immutari. In aliis autem quæ per ſe. re. Eugenium Papam IIII. etiam prædeceſſorem noſtrum pro dicta natione vſque ad tempus futuri generalis concilij permiſſa, conceſſa, indulta, et decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordiæ præſenti non obuient, iſta vice nihil volumus eſſe immutatum: & per hoc quod in concordatis huiuſmodi, ſiue quibuſuis aliis eorum occaſione conficiendis literis, propter compendioſiorem deſcriptionem, Alemania ſpecialiter appellatur, natio ipſa cenſeri non debet à Germanica natione diſtincta, ſeu quomodolibet ſeparata. Et præterea quia difficile foret præſentes literas ad ſingula in quibus de eis forſitā fides facienda fuerit, loca, deferri, eadem Apoſt. auctoritate decernimus quod ipſorum tranſumpto Metropolitanorum dictæ nationis ſigillo munito, tanquam præſentibus ſi exhiberentur literis plena fides adhibeatur, et perinde ſtetur ac ſi dictæ præſentes literę forent exhibitę, vel oſtenſę: et inſuper quoque irritum et inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, commutationis, reſeruationis, conſtitutionis et voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę, milleſimo quadringenteſimo ſeptimo, Kal. Aprilis, Pontifi. noſtri anno ſecundo.

Collatio Beneficiorum vacantium menſibus ordinariorū hic enumeratis.

Sedes Apoſtolica habet ſex mēſes ſibi reſeruatos in collatione beneficiorum.

Taxa annatarum in beneficiis Germaniæ. De annatis fuſiùs dicemus in conſtit. Paul. 2.

Huius conſtitutionis ampliſſimam declarationem fecit Gregorius XIII vid. inf. conſt. quæ in Eccleſiā.

III.

Pœnæ auxilium & ſubſidium præſtantium Inſidelibus Saracenis ac eorum fautoribus.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. OLIM tam in generali quam in Lugdunenſi poſtmodum ſubſtituto con-

Lugdunenſe Concilium primum intelligit anno 1245. contra Imperatorẽ Fridericũ & pro terra Sancta tẽpore Innocentij quarti, & Friderici 2. Mattheus Palm. Plat. Onuphrius extant huius Concilij aliqua decreta in ſexto decretalium. In quo Cõcilio multis pœnis iure innodantur qui præſidia inſidelibus mittunt.

ciliis,per ſedem Apoſtolicam celebratis,*in illos falſos & impios Chriſtianos,qui contra Deum & Chriſtianum populum,Saracenis ferrum,arma,quibus Chriſtianos in pugnet,& lignamina galearum,& aliorum vaſorum nauigabilium,deferunt ad eos;& qui eis galeas vendunt,ac naues;quique in pyraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exercent,vel in machinis & quibuſlibet aliis, eis impendunt auxilium,vel conſilium,vel fauorem,in Chriſtianorũ diſpendium, & ſpecialiter Terræ ſanctæ; fuit excommunicationis ſententia promulgata; ipſoſque rerũ ſuarum priuatione mulctari & ſeruos capientium fore cenſuerunt concilia ſupradicta;expreſſè quoque in ipſis præcipitur,vt talibus gremium non aperiatur eccleſiæ,niſi totum quod de commercio tã damnato perceperint,& tantundẽ de ſuo,in ſubſidiũ terræ præſtiterint,vt æquo iudicio in quo deliquerit,puniatur. Nos itaq; gerentes corde negotia dictæ terræ, duximus hactenus ſtatuendum, vt nullus equos,ferrum,lignamina,victualia, & alia quoque mercimonia, in Alexandriam, vel alia loca Saracenorum terræ Aegypti deferre,vel extrahi permittere,aut conſilium,vel fauorem præſtare quoquomodo præſumat; ac illos, qui contra huiuſmodi conſtitutionem noſtram auſu temerario venire tentauerint,eo ipſo excommunicationis ſententia decernimus ſubiacere,à qua non poſſit abſolui,niſi tantum de bonis propriis,in dictę terræ Sanctæ ſubſidium conuertendum ex ſoluerit,quãtum adpartes prædictas extulerit, vel miſerit,& deferre,vel de ipſorum partibus extrahi permiſerit,ad eoſdem deferendum. Et nihilominus ſi perſonas eorum capi contigerit,in ſeruitutem, & capientium illorum eſſe volumus, inquorum ceciderint captionem. Volentes autem in hac parte ſolertiùs prouidere, quanto amplius exigere hoc noſcitur vrgens neceſſitas dictę Terræ Apoſtolica auctoritate ſtatuimus,vt nullus omninò aliqua victualia,vſque ad decennium, à data pręſentium computandum;alia vero pręd icta,ad aliquod,ſeu aliqua de eiſdem,aut aliud, quolibet(victualibus ſicut pręmittitur vſque ad pręd ictum tempus duntaxat exceptis)quacunqur occaſione,vel cauſa,ſeu quouis ingenio,vel quęſito colore,vllo vnquam tempore in Alexandriam, vel partes Aegypti, ſeu terras Soldano ſubiectas,mittere vel deferre pręſumat,vel quantum in eo fuerit,mitti vel deferri permittat;auctoritate decernimus eadem,vt hi, qui contra huiuſmodi ſtatutum noſtrum quolibet modo venire pręſumpſerint,pręter pœnas pręd ictas,quas ipſo facto incurrere volumus perpetuò ſint infames, & inteſtabiles habeantur, ita quod nec teſtari,nec legata eis,ſeu relicta percipere valeant. Et inſuper ad ſucceſsiones tam ex teſtamento,quam ab inteſtato ſint prorſus,& reddantur inhabiles, nec ad publica quęlibet admittantur officia ſintque illis legitimi perpetuò interdicti, & poſtquam de huiuſmodi temeritate conſtiterit, diebus feſtiuis & dominicis publicè nuntientur,et ad fiſcum bona omnia deuoluantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti,et conſtitutionis infringere, aut ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum apud Vrbem veterem, x. Kal. Septembris,Pontificatus noſtri anno quarto.

Alexandria AEgipti ciuitas ab Alexandro poſtquam viciſſet AEgiptum condita propè oſtium Nili. quod Canopicon vocatur. Huius Põtificis temporibus parebat Soldano AEgiptio, nunc Turcæ Imperio ſubmiſſa eſt.

IIII.

Pœnæ Officialium Sedis Apoſtolicæ & clericorum concubinariorum.

NICOLAVS Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Si diligenter attendimus vitia ſingula,quæ in conſpectu populi, decus vileſcere faciunt Clericale,quam odibilis ſit inceſtus in clero,crimen inceſtus huiuſmodi, quod plerique propter illius impunitatem, ſibi blandiuntur minimè verecundum,imò quaſi non fore peccatum non immerito cohibere compellimur, & præſertim eo propenſiùs in curia noſtra,quo illud ibidem videtur ſcandaloſiùs, & ab aliis periculoſiùs trahitur in exemplum. Hinc eſt, quod nos pręſentis conſtitutionis edicto,Vniuerſis & ſingulis Sedis Apoſtolicæ Officialibus, necnon quæuis Romanæ curiæ officia exercentibus,etiam ratione officiorum huiuſmodi ipſius ſedis officiales non cenſeantur, & aliis quibuſcunque clericis eandem curiam ſequentibus, diſtrictiùs inhibemus ne quiſquam ex eis concubinam publicè in domo ſua,aut alibi,vt illius turpi commercio liberiùs vtatur,tenet, ſeu quicunque

cunque mulierem ad aliorum turpem vſum huiuſmodi, aut quamcunque mulierem in præſentiarum tenuerit,niſi poſt præſentium publicationem in valuis Baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe,& in cancellaria noſtra faciendam (quam etiam vim habere volumus monitionis peremptoriæ)infra nouem dies,ab huiuſmodi exceſſu realiter & cum effectu deſtiterit,ac concubinam ſeu mulierem ipſam penitus & omninò dimiſerit quodque quiſquis inantea concubinam vel mulierem talem tenere præſumpſerit, omnibus beneficiis ſuis eccleſiaſticis, necnon quæ in dicta curia obtinent vel exercent officiis ſint ipſo facto priuati, illaque extunc poſsint per quoſcunque alios liberè impetrari, ijdemque priuati,necnon quicunque alij concubinas & mulieres huiuſmodi,contra præſentem prohibitionem,tenere præſumentes,inhabiles cenſeantur ad beneficia obtinenda,& in dicta Curia officia huiuſmodi exercenda, nec illorum capaces efficiantur, niſi inhabilitatem ſuam antea,per dictæ ſedis literas,obtinuerint aboleri, & interim per eos in prædictis geſta habeantur pro infectis. Nulli ergo omninò hominum, liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis,ſtatuti,conſtitutionis, & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contrahire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo,decimo Calend. Octobris,Pontificatus noſtri anno ſexto.

Clerici concubinarij & huius conſtitutionis æquitati contrauenientes priuãtur officiis & inhabiles ad officia & beneficia declarantur.

De pœnis clericorum concubinariorum vide Abb. in c. cùm non liceat, de præſumpt. & in c. ex parte in 3. not. de teſtib. Io. de Ana. in c. ſignificauit de adult. Anthon. Corſetum in ſuo ſingul. 126. in verbo fornicatio. Decium in c. at ſi clerici in princip. de Iudiciis. Ioan. delu. in tract. Beneficiorum, parte 3. q. 3. Marquard. de Suſanis in tract. de cœlibatu. part. 3. c. 2. Bermondum in tract. de public. concubin. Bernard. Diaz in pract. canonic. crim. c. 73. nu. 4. Ex multis autem nemo luculentiùs, exactiùs & elegantiùs de hac re ſcripſit quam Doctiſſimus Petrus de Bolo Theol. Pariſ. in Oeconomiæ Canonicæ prima claſſ. cap. 3. His etiam addere poteris Concil. Rhemenſ. ſub Eugenio. 2. c. 2. in tertio tomo Concil. pag. 358. Concil. Oxonienſe cap. Etſi fuit in 3. tom. Concil. pag. 764. Concil. Baſil. Seſſ. 20. in 4. tom. Concil. pag. 59. cætera ex Concilio Tridentino eluceſcunt.

Pontifex ſupradictus literarum & virorum doctiſsimorum fautor liberaliſsimus ipſe Doctus, & exercitatiſsimus in optimarum diſciplinarum facultatibus, peractis octo annis in gubernaculo nauis Petri ſiue renaſcenti quotidie animi cruciatu, quod Turcis Conſtantinopolis ſubdita eſſet, ſiue febri & artheticis doloribus naturæ ſatisfecit Anno Chriſti 1455. Cal. Aprilis & in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultus eſt.

CALIXTVS TERTIVS

Alphonſus Borgia è Caſtro Sauinæ Valentinæ diœceſis Hiſpanus, Epiſcopus Valentinus Iuris Vtriuſque Doctor. S. R. E. presbyter Cardinalis in legatione ſua pro Alphonſo Rege Arragonum creatus, Nicolao V. ſucceſſit. XII. Cal. Maij. M.CCCC.LV. Moribus & ætate grauis qui ſeptuageſimum annum tranſcenderat. Suſceptæ dignitatis Vaticinium longe antea habuerat à S. Vincentio ſuæ nationis homine & prædicatore celeberrimo. Officij curam grauem publico voto auſpicatus eſt. In Turcas ad eorum retundendam audaciam Hungariæ capta Conſtantinopoli inſidiantem, bellum ſacrum quod Cruciatam vocant indixit.

I.

Aduerſus hoſtes infeſtiſsimos noſtræ fidei verbum crucis prædicandum ſtatuit.

CALIXTVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis vniuerſis fratribus ordinis Prædicatorum inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, in Prouincia Lombardiæ conſtitutis, præſentibus & futuris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

INIVNCTVM nobis deſuper apoſtolicæ ſeruitutis officium, dignè tunc peragere non ambigimus, ſi Romanorum geſta Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, quæ pro expugnatione letiferæ peſtis hæreticæ prauitatis, prouide emanaſſe comperimus recenſentes, innouantéſque illa, pro ipſius hæreſis extirpatione, & fidei apoſtolicæ augmento etiam noſtro iuuamine roboramus. Dudum ſiquidem à fel. re. Innocentio Papa IIII. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis.

Innoc. 4. conſtitutionem quam Pontifex hic inſerit non habes ſed eiuſdẽ ferme argumenti & ſimilem ſup. fol. 5. adiecimus. Huius Cruciatæ meminit Nauclerus qui ſcribit hunc Pontificem conſtituiſſe plures prædicatores diuerſarum regionum qui diſcurrerent ad prædicãdam crucem contra hæreſes & qui hortarentur plebem ad contribuendum ad tã ſanctũ ac neceſſarium opus pro conducendis armigeris concedẽs indulgentiam plenariam peccatorum cõtritis & confeſſis ſemel in vita & ſemel in mortis articulo. Ac legatos in Galliam & Vngariam ad congregãdos exercitus direxit.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum, inquiſitoribus hæreticæ prauitatis præſentibus & futuris, in prouincia Lombardiæ, Salutem & apoſtolicam benedictionem. Malitia huius temporis in diuerſis mundi partibus, & maximè in Prouincia Lombardiæ peruerſorum morum peperit corruptelam: ex quibus letifera peſtis hæreticæ prauitatis abundantiùs ſolito noſcitur pullulaſſe. Ad expurgationẽ peſtis eiuſdem iuxtà officij noſtri debitum ex animo intendentes, volumus adverſus huiuſmodi operarios iniquitatis, qui maſſã catholicæ puritatis fermento propriȩ contagionis inficiunt, fideles vt conſurgant, ſtentq; nobiſcum pro euangelicis quas profeſſi ſunt legibus defendendis, ſalubribus adhortationibus incitari. Quocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta, diſtrictè præcipiendo mandamus: in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis vbi contra hæreticos, vobis inquiſitionis officium eſt commiſſum, curetis ſinguli opportuna inſtantia, contra hæreticos eoſdem, eorúmque fautores proponere populis publicè verbum crucis: & eos qui tacti zelo fidei ad extirpandam prauitatem eandem votum aſſumpſerint, crucis charactere conſignare. Vt autem vobis de prȩdicatione homini, & fidelibus, qui eiuſdẽ crucis ad hoc votum aſſumpſerint, copioſæ mercedis præmium afferatur; vobis & eiſdem fidelibus, illam indulgentiam illudque priuilegium elargimur, quæ tranſeuntibus in terrȩ ſanctȩ ſubſidium in generali concilio conceduntur. Cum autem huiuſmodi verbum Crucis per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad audiendum verbum ipſum deuotè affuerint, quadraginta, vel viginti dies, de iniunctis pœnitentiis, libera ſit vobis & ſingulis veſtrum de noſtra conceſſione facultas. Et ſi forte (quod non credimus) aliqua ciuitas, vel communitas, vel perſona, cuiuſcunque conditionis, vel gradus, huic tam ſalubri negotio ſe opponere, ſeu illud præſumpſerit aliquatenus impedire: vt per vos, vel per alios auctoritate noſtra ad hoc deputatos, vel in poſterum deputandos, liberè procedi non valeat in eodem: immo ſi quicunque requiſiti, illud fouere neglexerint, & iuxtà officium, & poſſe ſuum ſtudioſè iuuare, contra eos tanquam contra defenſores & fautores hæreticorum, ſublato appellationis obſtaculo, vos vel veſtrum ſinguli auctoritate noſtra intrepidè procedatis. Contra quos, prout audacia exegerit, Reges & Principes Chriſtianos, necnon Cruceſignatos pro terrȩ ſanctȩ ſuccurſũ curabimus inuocare: eam non minus expediat immo magis, fidem in locis prope poſitis, quàm procul diſtantibus defenſare. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtrorum mandati & elargitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Anagnię Idib. Iulij. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Cùm autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, de viribus literarum earundem ab aliquibus hæſitetur: Nos ad extirpationem homini virus inſanabilis, totis viribus intendẽtes, literas preinſertas auctoritate apoſtolica tenore præſentium innouamus, approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis, approbationis, confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,

pſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ. 1458. Id. 7. Iulij Pontificatus noſtri anno quarto.

Hic Pontifex feſtum Transfigurationis Ieſu Chriſti inſtituit ad 8. Idus Auguſti ob victoriam de Turca Mahomete ſuſceptam in ipſius Albæ obſidione cuius triumphi hiſtoriam ſic deduximus ex variis Hiſtoricis.

Anno Domini 1456. Mahumetes Imperator Turcarum Victoria Conſtantinopolitana inſolentiùs elatus 150. militibus ſtipatus & ingenti exercitu Vngariam caſtramentatus eſt & Taurinum quod Belgradum ſiue Albam vocant belli fulmine obſidet, qua deuicta facilè per Illiricos ſinus & Liburnorum fines Italiã deprædandam permearet. Præpoſterus conatus Tyranni Alba retinuit pugnatũ eſt cũ ſummo vtriuſque partis diſcrimine. Nutabat victoria. Nunc Turcæ vincunt, nunc victi iacent. Omnia confuſa erant, nihil præter vincentiũ eiulatus, nihil præter merentiũ ſuſpiria audiebantur. Nec eſt ſilentio prætereunda Ioannis Capiſtrani Frãciſcani Monachi inſignis gloria qua profecto coronã obſidionalẽ iure conſequutus eſt. Is cũ videret hoſtis impetum omnium terrere animos, & belli fulmina in vrbem emittere tanta vi & pertinacia vt turribus deiectis mœnia ruinoſa, nuda ac concuſſa relinquerentur, conſcendit ſummum turris cacumen, nec dehortari, exclamare, ac obteſtari deſinit quouſque ſucceſſos & alacres, videret Chriſtianos ad pugnam. Nunc digniſſimis conuitiis excandeſcebat in Turcas, nunc Anathematis tela vibrabat, nunc gloriæ ſtimulo & victoriæ expectatione ſuos vrgebat, Crucis vexillum oſtendens, opem & auxilium præſentiſſimum promittens. Strenuus Alcides medios volat ecce per hoſtes, clamoribus ac ſignis Cruce ſignatos terga vertere ſuadet vbi eminens periculum præuidet. Non deeſt tandem ſuo muneri paſtor maximus Calixtus qui è ſpecula Romana hos conflictus intuebatur. Mandauit itaque vt aſſiduis precibus Deus flecteretur, in meridie campanis ſignum dari fidelibus omnibus, vt orationibus eos iuuarent qui infideles dimicabant. Hinc remanſit apud nos mos ille pius & catholicus pulſandi campanas in meridie ad efflagitandas manus auxiliatrices Dei aduerſus, hoſtis coniuratiſſimi conatus. Quid multa cœpti audacioris Mahometi pœnituit dũ ſuos milites palantes & in fugam conuerſos, vidit qualiter autem cum paucis euaſus ſit pro comperto (inquit Nauclerus) dicere præſumit nemo, quidam tamen ferunt, quod feruente pugna dum ſuos hortatur, ſagitta in pectore vulneratus fuerit, ceciderítque ac à ſuis raptus & nocte profunda fuga facta aſportatus, & dum extra conſpectum in locum tutũ veniſſet, rediiſſe Imperatorẽ Turcam ad ſe & interrogaſſe cur ad hunc locũ venerit; Deuicti ſumus, (inquiunt ſui) omnéſque duces exercitus paucis fuga elapſis, interfecti. Quæſiuit an & machinæ ac tormenta amiſſa eſſent: omnia (inquiunt:) ad quæ is, afferte mihi venenum vt moriar potius quam cum dedecore reuertar in regnum. Tali igitur exitu Imp. Turca tumida mente ſolus cuncto terrarum orbi dominari cupiens cum Chriſtianis præliatus iuſtitia diuina ruſticana manu deuictus & ſuperatus eſt, qui multarum tubarum ſonitu lætus venerat, triſtis humiliatúſque noctis ſilentio turpiter fugit. Cæſi ſunt ſupra 40. millia hoſtium. Cætera quæ in hac Victoria memorabili geſta ſunt breui hoc compendio ſcribi non poſſunt quæ latiùs in Bulla inſtitutionis transfigurationis Domini noſtri Ieſu Chriſti extare ſcribit Nauclerus, ſed eam addere potis non fuit. Hic fuit belli ſacri triumphus, in cuius memoriam feſtum Transfigurationis 8. Id. Auguſti inſtituit. Mortuo Alphonſo rege ſine legitimo hærede, Calixtus per bullas patentes regnum Apuliæ vacans vt feudum Eccleſiæ ad ſe ſolum pertinere mandans aſſeuerebat, Ferdinandum repugnantem anathematis reum declarans & omni fidelitatis Iuramẽto ſoluit eos qui ſuis ſceptris antea deuincerẽtur. Veruntamen dũ hæc agũtur & Ferdinandus ſe tueri conatur, & Pontifex regni poſſeſſionem procurat, Calixtus dies quadraginta morbo correptus & extremo confectus ſenio, è vita migrauit, ipſúmque nepotes in baſilica Sancti Petri ſepelierunt in loco quem vocant Beatæ Mariæ Febris olim Apollinis templum octauo Id. Auguſti, M.CCCCLVIII. Calixtũ centies & quinquagies mille aureorũ aliȷ 15000. tantum gerendi, belli Turcici gratia ſucceſſori legaſſe perhibent. In numerum Diuorum retulit S. Vincentium. Ord. fra. Prædicat. Et Edmundum Anglum vitæ ſanctitate & miraculis venerandos. Hoc precipuo encomio poſteris diſſimilibus commendatur quod nunquam in minoribus dignitatibus pluralitatem beneficiorum ambierit μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα cunctis ſe exhibes. 1. Tim. 3.

PIVS

PIVS SECVNDVS

Æneas Syluius Picolomineus Syluij & Victoriæ filius, Doctiſſimus Baſileæ apud omnes ſumma animi prudentia habitus, à Nicolao V. Epiſcopatum Tergeſtinum, à Calixto 3. Cardinalatum tit. S. Crucis ſuſcepit, poſt cuius obitum cum maximo Cardinalium omnium conſenſu in credibilique totius Reipub. vel vniuerſi potius orbis terrarum lætitia atque gaudio Pontifex Eccleſiæ renunciatus eſt. Die III. Non. Septemb. M. CCCCLVIII. Bellum quod in Turcas cogerat exequi fatis inuidentibus non potuit, Arragonenſem reclamante Andegauio duce in regno Siciliæ confirmauit, & regia corona donauit ac eidem annui cenſus partem relaxauit. Pręclara volumina conſcripſit carmine & oratione ſoluta. Orationes ſplendidiſſimo apparatu triginta habuit ad pacem regum & concordiam Principum. Eloquētiſſimus orator, Verus hiſtoriographus exercitatiſſimus in Coſmographiæ & ſitus orbis deſcriptione. Diuum Bernardinum & Catharinam Senenſem Virginem ſanctiſſimam canonizauit.

I.

Retractatio eorum quæ in Concilio Baſilienſi ſcripſerat in minoribus exiſtens.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Rectori, & vniuerſitati Scholæ Colonienſis, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

IN minoribus agentes, nondum ſacris ordinibus initiati, cum Baſileę inter eos verſaremur, qui ſe generale Concilium facere, & vniuerſalem Eccleſiam repræſentare aiebant, dialogorum quendam libellum ad vos ſcripſimus, in quo de auctoritate Concilij generalis, ac de geſtis Baſilienſium, & Eugenij Papę contradictione, ea probauimus, vel damnauimus, quæ probanda vel damnanda cenſuimus: quantum capiebamus, tantùm defendimus, aut oppugnauimus: nihil mentiti ſumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus, exiſtimauimus bene agere, & recta incedere via: nec mentis noſtrę aliud erat obiectum, quàm publica vtilitas & amor veri. Sed quis non errat mortalis? Sapientem inquiunt philoſophi nunquam errare, verum eſt. At quis ſapiens, niſi bonus? quis bonus niſi ſolus Deus? Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, inquit propheta regius. Declinauimus & nos ab vtero matris, errauimus in inuio, & non in via: ambulauimus in tenebris, & procul à vera luce receſſimus: nec nobis tantum errauimus, alios quoque in pręcipitium traximus: & cęcis ducatum prębentes cęci, cum illis in foueam recidimus, forſitan & aliquos ex vobis ſcripta noſtra decepere, & in deuia deduxerunt, quorum ſanguinem ſi de manibus noſtriu requiſierit Dominus, non habemus quod reſpondere poſſimus, niſi nos, vt homines, peccauiſſe: qui arbitrantes rectum iter oſtendere, obliquum monſtrauimus. In miſericordia tantum Dei ſpes noſtra ſita eſt, quę ſuper omnia opera eius elucet. Sed haud quaquam ſatis fuerit diuinam miſericordiam implorare, & dicere, Parce Domine, parce peccatis noſtris, niſi pro viribus vulnera, quę inflximus, veritate curare annitamur: & ſicut eſt in fabulis, Sagitta, quę vulnerauit, afferat opem: ſiue vt canit Eccleſia, Medelam inde ferat, hoſtis vnde lęſerat. Mortem quidam prius ſibi cõſciuerint, quàm videri velint aliquando male ſenſiſſe: & nonnulli ne vel ad horam videantur erraſſe, ſemper errant; & dum vel minimam tolerare honoris iacturam nequeunt, totum abiiciunt, & perpetua notantur infamia, & in peſſimas prolabuntur hęreſes: qui ne appareant inconſtantes, pertinaces efficiuntur, ſuperbiſſimi hoc agunt, qui videri

Libros in Dialogo ædidit Pius 2. de poteſtate Concilij Baſilienſis in quibus minus prudenter dicta hac retractione reuocat, & ſe erraſſe fatetur admodum iuuenẽ cum aduerſus Eugeniũ quartum pro Baſilienſi Synodo ſtaret.

videri dij, non homines volunt, quales Conſtantię combuſti ſunt noſtra ætate in
magno conuentu, Hieronymus & Ioannes hæreſiarchę. Nos homines ſumus, et
vt homines errauimus: neque imus inficias, multa, quę diximus, ſcripſimus, egi-
mus, damnari poſſe: verum non vt Arrius, Eutyches, Macedonius, aut Neſtorius, et
alia blaſphemorum turba, ex animo damnatam viam elegimus, seducti peccaui-
mus, vt Paulus, et ignoranter perſecuti fuimus Eccleſiam Dei, et Romanam pri-
mámque ſedem. Propter quod proſtrati ante oculos diuinę pietatis, ſupplices ora-
mus: Delicta iuuentutis meę, et ignorantias ne memineris, &c. Pudet erroris, pœni-
tet male feciſſe & male dictorum ſcriptorúmque vehementer pœnitet: plus ſcri-
pto, quàm facto nocuimus. Sed quid agamus? ſcriptum & ſemel emiſſum volat ir-
reuocabile verbum. Non ſunt in poteſtate noſtra ſcripta, quæ multas inciderunt in
manus, & vulgo leguntur, vtinam latuiſſent, quæ ſunt edita, nam ſi futuro in ſæ-
culo manſerint, & aut in malignas mentes inciderint, aut incautas, fortaſſe ſcan-
dalum parient. Qui hæc ſcripſit, inquient, in beati tandem Petri cathedra ſedit, &
Chriſti Saluatoris vicariatum geſſit: ita ſcripſit Æneas, qui poſtea ſummum Pon-
tificatum adeptus, Pius II. appellatus eſt, nec inuenitur mutaſſe propoſitum. Qui
eum elegerunt, & in ſummo Apoſtolatus vertice collocarunt, ab iis ſcripta eius ap-
probata videntur. *Verēdum eſt, ne talia noſtris aliquando ſucceſſoribus obiician
tur, & quæ fuerunt Æneæ, dicantur Pij, atque ab ea ſede auctoritatem vendicent,
aduerſus quàm ignoranter latrauerunt. Cogimur igitur, dilecti filij, beatum Au-
guſtinum imitari, qui, cum aliqua in ſuis voluminibus erronea inſeruiſſet, retra-
ctationes edidit. Humilis & probatiſſimi vir ingenij, qui ſuas ineptias verecundè
confiteri ac corrigere, quàm impudenter defendere maluit. Idem & nos facіemus:
confitebimur ingenuè ignorantias noſtras ne per ea quæ ſcripſimus iuuenes, error
irrepat, qui poſſit in futurum Apoſtolicam ſanctam ſedem oppugnare: nam ſi
quem decuit inquam Romani primique throni eminentiam, & gloriam defende-
re ac extollere, nos illi ſumus, quos ſine vllis meritis pius & miſericors Deus, ſola
diſpenſatione ſua, ad beati Petri ſolium, & dilectiſſimi filij ſui Domini noſtri Ieſu
Chriſti vicariatum euocauit. Quibus ex rebus dilectiones veſtras hortamur, & in
Domino commonemus, ne prioribus illis ſcriptis inhæreatis, aut fidem vllam præ-
ſtetis, quæ ſupremam Apoſtolicæ ſedis auctoritatem quouis pacto elidunt, aut ali-
quid aſtruunt, quod ſacroſanċta Romana non amplectitur eccleſia. Suadete omni-
bus, vt id ſolium præ cæteris venerentur, in quo ſaluator Dominus ſuos vicarios
collocauit: & quòd beati Apoſtoli Petrus & Paulus, ſuo ſanguine dicauerunt. nec
puteris diuinam prouidentiam, quæ cuncta gubernat, & nihil negligit eorum, quæ
creauit, inordinatam reliquiſſe militantem eccleſiam, quæ cum ſit ſponſa Chriſti,
profecto à Deo eſt, & ordinem habet, dicente Apoſtolo, quæ ſunt, à Deo ordinata
eſſe. Requirit autem ordo, vt inferiora à ſuperioribus gubernentur, & ad vnum tan
dem perueniatur, tanquam principem & moderatorem cunctorum, quæ infra ſe
ſunt: Sicut grues vnam ſequuntur, & in apibus vnus eſt rex: ita & in eccleſia mili-
tanti, quæ inſtar triumphantis habet, vnus eſt omnium moderator & arbiter, Ieſu
Chriſti vicarius: à quo, tanquam capite, omnis in ſubiecta membra poteſtas & au-
thoritas deriuatur, quæ à Chriſto Domino Deo noſtro ſine medio in ipſũ influit,
nec profecto in alium, tanquam exercitus ducem, ſupremam authoritatem Chri-
ſtus principaliter deriuaſſet, quàm in ſuum vicarium, qui primus fuit Petrus, cui
commiſſam nouimus Dominici gregis curam: nec duos pluréſve Petros euangeli-
ſtæ commemorant, nec duos, aut plures inſtituit Dominus, qui ſuum locum tan-
quam capita tenerent æqualia, ſed vnum conſtituit, vt verticem, ac ducem, & pa-
ſtorem vniuerſi gregis, Simonem Petrum, dicens, Tu es Petrus, & ſuper hanc pe-
tram ædificabo eccleſiam meam: & tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunq;
ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo: & quodcunque ſolueris ſuper ter-
ram, erit ſolutum & in cælo. Et, Paſce oues meas. Quæ nulli alteri ſeorſum dicta
leguntur, niſi Petro, vt in Petro vnitas, & ſumma contineretur authoritas: nec alius
à petra dictus eſt Petrus, niſi Simon: vt intelligeremus vnicum eſſe veræ & ſolidæ
petræ, id eſt, Chriſti, (vt Paulus exponit) locum tenentem Simonem Petrum, qui
ſolus pro Domino in periculo conſtituto exemit gladium. Petrus igitur, & ſucceſ-

Pius II. In Cõcilio Baſilienſi fertur ignoranter Epiſtolis & orationibus perſæpe impugnaſſe authoritatem Pontificiam.

**Hæc etiam refert in Dialogo contra Bohemos Epiſt 130. In his (inquit) quæ ſunt fidei nunquam reperta eſt Apoſtolica ſedes erraſſe, aut adulterinis acquieuiſſe dogmatibus & poſt, Auſim dicere Romanus præſul indubitatus nemo vnquam inuentus eſt falſæ doctrinæ publicus aſſertor.*

Pulchra commendatio primatus Eccleſiæ Romanæ.

ſores eius Romani Pōtifices primatum in eccleſia tenuerunt,& nos hodie,quamuis indigni,ſola Domini voluntate digni,tenemus:& quicunque Romanæ ſecundùm canonicas ſanctiones præficitur eccleſiæ, quam primum electus eſt in ſacro collegio,ſupremam à Deo poteſtatem ſine medio conſequitur,& per ordinem in omnem diffundit eccleſiam,cuius peccata diuino iudicio punienda relinquuntur. Si quid aduerſus hanc doctrinam inueneritis aut in dialogis, aut in epiſtolis noſtris,quæ plures à nobis ſunt editæ,aut in aliis opuſculis noſtris:(multa enim ſcripſimus adhuc iuuenes)reſpuite,atque contemnite,ſequimini quæ nunc dicimus, & ſeni magis quàm iuueni credite:nec priuatum hominē pluris facite, quàm Pontificem. Æneam reiicite,Pium recipite.Illud gentile nomen parentes indidere naſcenti: hoc Chriſtianum in Apoſtolatu ſuſcepimus. Dicent fortaſſe aliqui, cum Pontificatu hanc nobis opinionem aduenisse, & cum dignitate mutatam eſſe ſententiam. Haud ita eſt,ſed longe aliter actum.Audite filij cōuerſationem noſtram: breuis narratio erit,quæ vobis,quantum ad rem attinet, veritatem aperiet, & obiectioni faciet ſatis.*Anno ſalutis primo & trigeſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum cum Dominico Capranica, quem Martinus V.in ſecreto conſiſtorio Cardinalem creauerat,Eugenius IIII. ſpreuerat,Baſileam petiuimus, ibiq; concilium inchoatum inuenimus, verum ab Eugenio reuocatum, quamuis congregati noluerant obedire,aſſerentes iam inceptum Concilium ſine conſenſu patrum, qui conueniſſent, haud quaquam potuiſſe diſſolui.Iulianus aderat S.Angeli Cardinalis, natione Romanus, moribus & doctrina conſpicuus. Is cùm cæteris præſtaret, audita Eugenij reuocatione, præſidentiam dimiſit, tanquam ſummo Pont. vellet obedire:ſed cum augeſceret in dies,Eugenio vel inuito,concilium, & multi ex diuerſis regionibus Epiſcopi, & Regum legati aduentarent, Cardinales quoque ex Rom.Cur.profugi in dies nonnulli concurrerent, præſidentiam reſumpſit,& auctoritatem Concilij mirum in modum extollens, eminentiam primæ ſedis ſupprimere cœpit. Venientes Eugenij legatos, & poteſtatem Romanorum præſulum magnificantes, apparenter confutauit:& cum eſſet facundiſſimus, facilè perſuaſit auditoribus quę cupiebat. Cardinales ex vrbe profecti,Eugenio infenſi, vitam eius moréſque carpebant:accedebant in horas cateruatim noui curiales,qui(vt eſt omnis multitudo maledica,& inimica principi) Eugenij nomen modis omnibus lacerabant. Nos,qui ex patria iuuenes,non ex vrbe illuc migraueramus, & noua tū primum auis ex Senenſi gymnaſio euolaueramus, rudes & inexperti, vera eſſe arbitrabamur quæcunque dicebantur:nec putabamus mentiri alios,qui neſciremus ipſi mentiri,atque vt eſt innatum homini,tetra & horrenda crimina odio habebamus.nec Eugenium diligere poteramus,quem tot tantíque teſtes indignum Pontificio dicerent. Aderant legati Pariſienſis ſcholæ,cuius eſt fama percelebris:affuerunt & aliquando veſtri & aliorum ſtudiorum Germanicę nationis oratores, & vno cunctiore Concilij generalis authoritatem ad cœlum efferebant.De poteſtate Rom.Pontificis pauci erant qui loqui præſumerent:omnes, qui publicè loquebantur,prurientes auribus, multitudini applaudebant. Acceſſit & ipſius Eugenij conſenſus,qui diſſolutionem concilij à ſe factam,reuocauit,& progreſſum eius approbauit cum reconciliata ſynodus Eugenio videretur,& pax eccleſiæ data.Præterita enim omnia per ſuas literas concilij patres Eugenio ſeſe remiſſuros, & pedes eius tamquam beati Petri exoſculaturos promiſerāt,ſi reuocata diſſolutione, Concilio curſum permitteret, atque illi choæreret. Nouæ interceſſere diſcordiæ, tum aliis de rebus, tum potiſſimè ſuper tranſlatione concilij Græcorum cauſa in alium locum. Eugenius in Italia,non ſine ratione,concilium petebat:popularitas ſynodalis tranſire montes horrebat,& in Auinione aut in Sabaudia locum deſiderabat.Adiuerunt per id temporis duo viri ex Italia Baſilienſe concilium, Nicolaus Panormitanus Archiepiſcopus,& Ludouicus Pontanus,Apoſtolicę ſedis notarius, Alfonſi magni regis oratores,qui velut duo orbis ſidera,ceu Pontificij iuris,& totius ciuilis ſapientiæ,duo præcipua lumina & clariſſima cenſebantur. Hi dictis ſcriptiſq; Concilij geſta probabant,Eugenij facta damnabant:nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refellere. Quid ageremus?audire potuimus, non diſcere? Rude nimis ingenium eſt,quod per ſingulos dies audita & inculcata non capit. Quales magiſtri

* AEneas legatus ad Pontificem Eugenium hiſtoriam deuiæ ſuæ opinionis narrat eúmque his verbis adoritur. Prius (inquit) Sanctiſſime præſul, quam Cæſaris mandata referam, de me ipſo pauca dicā. Scio multa de me tuis auribus inculcata eſſe, neque bona neque digna relatu, ſed neq; mentiti ſunt qui me tibi detulerunt. Plurima ego dum Baſileæ fui dixi ſcripſi & feci nihil inficior at non tibi nocere, ſed Dei Eccleſiæ prodeeſſe mens mea fuit. Erraui, quis neget? ſed neque cum paucis neque cum paruis hominibus: Iulianum ſancti Angeli Cardinalem, Nicolaum archiepiſcopum Panhormitanū, Ludouicum Pōtanum tuæ ſedis notarium ſum ſequutus qui Iuris oculi & veritatis magiſtri credebantur. Verum ibi errorem deprehendi Baſiliēſium fateor, non ſtatim ad te conuolaui, quod pleríque fecerunt, ſed veritus ne ab errore in errorem prolaberer, vt ſæpe in Scillam incidunt cupientes vitare Charybdim, ad eos me contuli qui neutrales habebantur. Nunc apud te ſum & quia ignorans peccaui mihi vt ignoſcas,oro, deinde cauſam Cæſaris explicabo. Cui Eugenius. Scimus te inquit cum multis deliquiſſe, ſed erratum fatenti non poſſumus non ignoſcere. Eccleſia namq; pia mater neganti debitum nunquam remittit fatenti nunquam retinet, nos iniuriarum poſt hac præteritarum obliti, te bene ambulantem bene amabimus.

magiſtri ſunt,tales diſcipuli euadere ſolent. Paucos inuenias Ariſtoteles, qui Platonica norint deſtruere dogmata. Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum,inquit Dominus:nec nos magiſtrum potuimus ſuperare. Iulianus nobis, & Nicolaus, & Ludouicus,& alij complures fuere magiſtri:ſchola, Baſileenſis conuentus,in quo rarò aliquis Eugenij cauſam defendit. Aduerſus Concilij dignitatem mutire aliquid, crimen hæreſis fuit. Vna omnium vox Concilium Eugenio præferebat. De ſedis Apoſtolicę præcellentia aut ſilentium, aut contemptus: Concilium cuncta ſonabant. Didicimus ergo quę audiuimus,& poſt aliquot annos, exiſtimantes nos aliquid eſſe, diximus (vt eſt apud Satyricum.) Semper ego auditor tantum? nunquámne reponam? Puduit ſemper diſcipulum agere, ſubtraximus ferulæ manum, cœpimus loqui & magiſtri perſonam induimus. Scripſimus epiſtolas & opuſcula, hoc omnibus paſſim datur:docti & indocti ſcribunt,& quę ſcripſit ipſe,nemo contemnit,niſi editionis feruorem tempus extinxerit,nobis placebant ſcripta noſtra, more poëtarum,qui poemata ſua tanquam filios amant. Nec Baſileę quemquam inueniebamus,qui ea damnaret,probant enim ſimilia ſimiles: applaudebamus nobis ipſis,& in editionibus noſtris gloriabamur,& quanquam poſtea Eugenius concilium in Italiam tranſtulerit, & cum Græcis Ferrarię, ac demum Florentiæ conuenerit, quamquam Iulianus ſancti Angeli, & Ioannes ſancti Petri Cardinales, quibus plurimum credebamus, ad Eugenium defeciſſent, quamquam pauciſſimi in fide Baſileenſi remanſiſſent,noluimus tamen credere,exiſtimantes cunctos,qui abibant metu recedere, ne bona temporalia perderent,et cum nihil haberemus, quod nobis auferri poſſet, perſeuerandum putauimus, ne partem,quæ verior nobis apparebat,relinquentes detrimentum animę faceremus. Manſimus igitur Baſileę,quo ad Eugenio (vt credidimus) iuſto iudicio depoſito,Amadeus Sabaudienſis ſuffectus eſt, & Felix V.appellatus: quem non vt idolum (quod erat) ſed tanquam verum Chriſti vicarium venerati fuimus, nihil ad hæc ſiniſtri putantes interceſſiſſe. At cum Fridericus Romanorum rex,Aquiſgrani coronatus,domum repetens,Baſilea tranſitum feciſſet:rogatúſq; Fœlicem illic pręſentem accedere,nullo pacto perſuaderi potuiſſet, vt honorem ei, tanquam Rom. Pontifici, exhiberet, aut publicè cum eo verba miſceret,tum primum cōſiderauimus poſſibile eſſe,quòd partem erroneam ſequeremur, quando Rex, Imperator Romanorum futurus, in tanto negotio dubius eſſet,& ad Eugenium inclinaret magis.Multum & ſæpe inter nos ipſos cogitauimus,quis eſſet modus inueniendi verum, nunquam enim volentes errauimus. Rogati in familiam Friderici tranſire,non renuimus.Erat tunc ille cum tota ferè Germania neutralis. Concilium Baſileę dicebāt eſſe Germani,& idolum * eius reſpuebant,nec Eugenio, nec Baſilienſibus plene obediebant.Placuit ad neutrales tranſire,vt verum apud eos liberius audiremus,& ſi recedendum eſſet ab vno extremorum,per aliquod medium trāſiremus ad alterum,& eorum iudicium ſpectaremus,qui non eſſent affecti cauſæ.Manſimus in aula Friderici pluribus annis,illic varias audiuimus opiniones *Neutralitatem idcirco Teutones induerant, vt concordia faciliùs inueniretur,non ex conſilio Solonis qui tumultuante ciuitate extorrē fecit eum,qui ſine parte remanſit.Multa inter neutrales didicimus:Cardinales, qui Baſileam venerant,ob priuatas inimicitias bono & ſancto viro notam inurere voluiſſe:qui tamen cuncti poſtea ad eum redierunt,& veniam errati petierunt. Fortè per id tempus Iulianus ſancti Angeli Cardinalis cuius ſupra meminimus,ex Vngaria, quæ ſibi decreta contra Turcas fuerat prouincia, Flauinianum venit, (quę hodie Vienna dicitur) præcipuum Auſtriæ columen:ſæpe cum eo ſermonem pro veteri conſuetudine miſcuimus, ſæpè de rebus Baſileenſibus diſputauimus,tuebamur antiquam ſententiam: ille nouam defendebat: extollebamus generalis Concilij auctoritatem,ille apoſtolicę ſedis poteſtatem magnopere collaudabat:dicebamus concilium Baſilienſe iure perſeueraſſe, quamuis Eugenius præſidentes reuocaſſet,& hoc eius factum accuſabamus:ille diſſolutum ſeu tranſlatum ritè concilium affirmabat,& Baſilienſium opera multis modis deteſtabatur, Baſileæque non ſynodum eccleſiæ,ſed Satanę,& miniſtrorum eius ſynagogam remanſiſſe dicebat. Diutina fuit inter nos concertatio,verum modeſta & charitate plena: ad extremum cum ſuis ſcriptis,dictiſque Cardinalem vinceremus, premeremúſq;

*Ex Anton. par. 3. tit. 22. c. 10 §. 4. qui Baſileæ erant congregati, depoſito Eugenio Ducē Sabaudiæ Amedeū in idolum ſibi erigentes, Fœlicē V. nuncupauerunt.

*AEneas Syluius primùm apud Fœlicem V. ſecretarij locū tenens ad Federicum Cæſarem tranſit, cuius à Conſiliis fuit & variis legationibus præclarè functus eſt.

vehementer, ſubridens ille, Tu, inquit, Ænea tabellis obſignatis agis mecum: & quoniam aliquando ſenſimus vt dicis, idcirco & hodie idem putas debere ſentire & addictos priori ſententiæ cenſes, verum propterea nos ſumus liberi, quia mutare ſententiam vſque ad mortem poſſumus, cur enim non liceat omni tempore, relicto falſo, verum amplecti? Fateor me dixiſſe & ſcripſiſſe, quę refers, verùm à verò remotum erraſſe: at tu, qui, vt ais, me doctore Baſilienſibus credere adductus es, errantem olim ſectatus es, cur modo non ſequeris recta monentem? Præſumpſi de meipſo, dum eſſem Baſileæ nimis, quamuis deceptus decepi, & credens prodeſſe, nocui, in medio Eccleſiæ docens quę non didici, cæcus erraui, & in tenebris ambulaui, reliqui tandem eccleſiam malignantium, & cum impiis ſedere recuſaui, reuelauit Dominus oculos meos, & conſideraui mirabilia de lege ſua: cognoui priorem errorem, & quantum à vero procul abiiſſent Baſilienſes, planè intellexi: adij Romanam curiam, & Eugenio, cui fueram rebellis, ſubmiſi ceruicem: à quo miſericordiam conſecutus, ad vnionem Græcorum nauaui operam, & illis Romanæ Eccleſiæ reconciliatis, aduerſus impios Turcas legationem accepi, caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me, ſed humiliatum exaltauit: quia cognito errore nō perſeueraui in eo, ſed mox in viā redij, & ex magiſtro factus diſcipulus, ex magno paruus, expurgato veteri fermento, nouum hominem indui, & veræ matris lacte nutritus, ad fontem veri perueni, quem ſancti doctores oſtendunt Græci & Latini, quorum vna vox eſt ſaluari non poſſe, qui ſanctæ Romanę Eccleſię non tenet vnitatem, omnéſque illas virtutes mancas eſſe ei, qui ſummo Pontifici obedire recuſat: quamuis in ſacco & cinere iacens, dies & noctes ieiunet, & oret, & in cæteris videatur legem implere: quia melior eſt obedientia, quàm victimę: & omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta eſt, & Romanum præſulem in Eccleſię vertice conſtitutum eſſe conſtat, à quo nullam ex ouibus Chriſti exemptam nouimus. Ego ad ouile redij, qui diu errraueram extra caulas, & paſtoris Eugenij vocem audiui: tu ſi ſapias, idem facies: hæſerunt pectori noſtro viri, quę ſæpe ad nos repetiit non ſine charitate ardenti, & amore ſingulari. Interea ex diuerſis regionibus homines doctiſſimi Cæſarem adierunt, quibuſcum placidos de eiſdem rebus miſcuimus ſermones, ſemper ad verum intenti, cuius eſt natura hominis auida. Multum profuit nobis Ioannes Carauaialis apoſtolici palatij auditor, natione Hiſpanus, qui Iuliano defuncto, in titulo Cardinalatus ac legatione ſucceſſit: quocum ſæpe de Concilio Baſilienſium amicè diſputauimus. Nemo doctus ad Imperatorem venit, quem de his rebus in colloquium non adduceremus. Cumque Cęſar ad vnionem Eccleſiæ procurandam in Nurimberga ſuæ nationis conuentum inſtituiſſet, decreuiſſetque ſummum Pontificem adhortari, vt Conſtantiæ nouum Concilium indiceret, legatumque mitteret, ac Baſilienſes pariter induceret, vt eò ſe transferrent, vt pax Eccleſiæ redderetur: primi Baſilienſes recuſauere. Quod audiens Thomas Aſſelbachius ex Germanis inſignis Theologus, Nunc, inquit, ſcio Baſilienſes ſpiritum ſanctum non habere ductorem, quando tam æquam Imperatoris legem effugiunt: idem multi alij dixere viri doctiſſimi, & opinione ſanctitatis illuſtres. Quibus conſideratis, caligo tandem ab oculis noſtris cecidit, quæ velut aranearum tela, verum cernere impediebat. Recognouimus errorem noſtrum, venimus Romam, Baſilien. dogma reiecimus, Eugenio Pontifici maximo caput ſubmiſimus, & reconciliati Eccleſiæ Romanæ, doctrinam eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus, Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuę, id eſt cathedrę Petri communione conſocior. Super illam fundatam Eccleſiam ſcio, quicunque extra hanc domum, agnum Dominicum comederit, profanus eſt, ſi quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Eramúſque adhuc penè laici quando ad Eugenij obedientiam rediuimus. Ex Baſilea clericali tantum charactere inſigniti receſſimus, nec vnquam ſacros imbuimus ordines, niſi poſt veritatem cognitam, Baſilien cœcitate relicta. In Auſtria minores ordines, ac ſubdiaconatum, & diaconatum recepimus, in Vrbe ad presbyteratum peruenimus. Hæc eſt conuerſatio noſtra, per hos gradus è tenebris ad lucem migrauimus, ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas Saracenus * theologicæ ſapientiæ celebratus, ac acutiſſimus interpres, qui poſtea in ſummo collocatus Apoſtolatu,

Adepta venia ab Eugenio Æneas Syluius dū adit Cardinalem Aquilegienſem, Thomā Sarzanum tunc Epiſcopum Benonienſem forte fortuna obuium habuit, quem cū pro veteri beneuolentia ſalutandum adiret, inuitum ac ſe fugientē & horrentem offendit, vt qui AEneam Baſilienſibus rebus adhuc fauētem coniectabatur quas ille ſingulari odio inſectabatur, ſed paucis poſtea diebus rerum probè examine cognito perpetuum amicitiæ fœdus inierūt, adeo vt Thomas Pontifex, poſtea dictus Nicolaus V. hunc in Cardinalium Collegio adſcripſerit.

Nicolai quinti nomen accepit. His auctoribus vnam Eccleſiam catholicam & apoſtolicam eſſe didicimus matrem omnium fidelium, extra quam non inuenitur ſalus, ſponſam Chriſti immaculatam, in qua omnes, qui militant, finem ſibi proponunt vitam æternam. Idcirco enim in Eccleſia militanti laborant homines, & cum dæmonibus tanquam hoſtibus pugnant, vt pacem tandem aſſequantur, & cum Ieſu magiſtro, ac legifero ſuo in cœleſti Hieruſalem triumphare, ac regnare poſsint. Hic finis Chriſtiani proponitur, huc omnes Eccleſiæ militantis conatus, omnes leges, omnes regulæ tendunt, & quoniam eccleſia quidam exercitus eſt Deo militans, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata dicitur, vni proculdubio Imperatori ſubiecta, ad cuius nutum cuncta referuntur. Cumque pius ac max. & opt. Deus in ſuo ſanguine fundauerit Eccleſiam, eámque voluerit ad finem vſque ſæculi perdurare: quis non dixerit in ea id regimen inſtitutum eſſe, quod optimum cenſeretur? At verò inter genera gubernationum communis Philoſophorum ſententia eſt, præſtare monarchiam: * & Romani, quorum toto micuit orbe dignitas, quamuis eiectis regibus duos annuos conſules elegerunt, & modo tribunos addidere, modo alios magiſtratus inuenere: in aduerſis tamen caſibus, belliſque grauioribus ad vnum aliquem recurrerunt, virtute & authoritate præſtantem, quem Dictatorem appellauerunt, cuius dicto non liceret aduerſari, & quanquam dictaturam ab initio temporaneam inſtituerunt, in Iulio tamen & ſucceſſoribus eius perpetua effecta eſt. Nec vnquam Romana res admirabilior, aut celſior fuit, quàm ſub Auguſto Cæſare, quando iam clauſis Iani portis totus fere orbis, ſub vnius hominis gubernatione quieuit. Quo tempore natus mundi Saluator monarchicum regimen cæteris prętuliſſe videtur gubernationibus. Idem probat totius fere orbis conſuetudo, cuius maximam partem gubernant reges, ſiue Chriſtianos intueamur ſiue Barbaros & quamuis ciuitates aliquot reperiantur, quæcum maximè ſeruiant, liberas ſeſe vocitant, ſine rege viuentes, non poſſunt tamen effugere, quin vnū pręferant aliis, eique tanquam capiti pro tempore obediant. Quid plura cœleſtis aula nos admonet, quid illa pulchrius? quid ordinatuis? quid maius, aut durabilius? quid melius, aut beatius? quamuis in ea & Angelorum diuerſi ſint ordines, & ſanctorum ſpirituum innumerabiles chori, vnus eſt tamen omnium rex æternus Deus, qui condidit vniuerſa, & nihil negligit eorum, quæ condidit, cuius filius vnigenitus Chriſtus Ieſus cum pro noſtra ſalute veniſſet in hunc mundum, ſeruili accepta forma, Eccleſiam, de qua loquimur, in cruce patiens, ſuo ſanguine acquiſiuit, & in ea vſque in diem Aſcenſionis corporaliter præſedit, & tanquam dux verus & imperator, cuncta in finem ſuum direxit. At cum aſcendiſſet in cœlum, eum indubitanter ſui gregis paſtorem, reliquit, cui dixerat, Paſce oues meas, & Tibi dabo claues regni cœlorum. Neque enim dixit, & non fecit, qui ſolus eſt verax. Grex Chriſti, Eccleſia eſt. Paſtor primus ipſe Chriſtus fuit, & paſtor bonus, qui poſuit animā ſuam pro ouibus ſuis. Secundus paſtor Petrus extitit, ab ipſo Domino inſtitutus, atque omni poteſtate donatus quæ ad bene regendum commiſſas oues neceſſaria ducitur, alioqui Chriſtus, qui ſapientia patris eſt, & omninò ſapienter egit, Eccleſię ſuæ haud ſufficienter prouidiſſet, quod eſt nefarium aſſerere, & quamuis plures per orbem Eccleſiæ inſtitutæ fuerint, & plures epiſcopi, id eſt, plures greges, & ouilia plura, & paſtores plures: omnes tamen ſub vno paſtore, & in vno grege, atque ouili continebantur, ſicut & hodie continentur: quia vnus eſt Chriſti thalamus, vna ſponſa, vnum ouile, & vnus paſtor, & omnium epiſcoporum vnus epiſcopus Romanus pręſul, beati Petri ſucceſſor, & Ieſu Chriſti vicarius. Petrus enim in Antiochia primum ſedit, deinde Romam venit, vnde cum perſecutionem fugiens vellet abire, à Domino prohibitus eſt, & hic glorioſo martyrio vitam finiuit, ſucceſſore Clemente ſubſtituto, atque ita in hunc vſque diem ſeruatum eſt, vt qui Romæ ſederit antiſtes ritè inſtitutus per legitimum electionis tramitem, tanquam Aaron vocatus à Domino, hunc omnes Chriſtianæ plebes, omnes populi, omnes clerici, omnes epiſcopi tanquam Ieſu Chriſti vicarium, & beati Petri ſucceſſorem, vniuerſalis Eccleſiæ caput ac rectorem & ducem venerati ſint. Inter quos plurimi pro Chriſti nomine aſperrimos perpeſſi cruciatus, & morte multati, coronam martyrij ſuſceperunt: plurimi confeſſores egregij vita, moribus, & doctrina fulgentes,

** Optimum ac digniſſimum gubernationis genus Monarchia eſt, quod ampliſſimis teſtimoniis apud Sanderū de viſib. Monarchia lib. 3. c. 3. poſt multos inſignes authores probatur.*

Philo in libro de confuſione linguarum.

Iuſtin. in oratione ad gentes

Athanaſius in oratione aduerſus idola.

Cyprianus in tractatu de Idolorum vanitate

Hieronymus in Epiſtola ad Ruſticum Monachum.

Ex Philoſophis Ethnicis idem cenſet Plato in politico vltra medium.

Ariſtoteles li. 8. Politicorum.

Seneca lib. 2. de beneficiis.

Plutar. in opuſculo de Monarchia & in Solone.

Iſocrates in Nicocle.

Herodotus li. 3. qui Thalia inſcribitur.

Homer. in 2. lib. Iliados.

quamuis ſine ſanguinis effuſione, non tamen ſine periculis, et labore, ac voluntate parata pro conſeruanda ſacri euangelij authoritate moriendi, ad cœleſtem gloriã peruenere; vt Gregorij, Damaſi, Leonis, Innocentij Bonifacij, Benedicti, et alia nomina, inter quę tertius claruit Eugenius, ex monaſterio Sancti Anaſtaſij ad ſummum ſacerdotium euocatus, ad quem Diuus Bernardus monachorum pater, non minus doctrinæ fulgore, quàm vitæ ſanctimonia illuſtris, inter multa, huiuſmodi verba conſcripſit: Indagemus, inquit, adhuc diligentiùs quid ſis, quam geras videlicet perſonam pro tempore in Eccleſia Dei. Tu es ſacerdos magnus, ſummus Pontifex, tu princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tu es, cui claues traditę ſunt Sunt & alij quidem cœli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto gloriosiùs, quanto & differentiùs vtrunque prę illis nomen hæreditaſti. Habent illi aſſignatos ſibi greges ſingulis ſingulos, tibi vniuerſi crediti vni ſumus. Nec modo ouium, ſed & paſtorum, tu vnus omnium paſtor Hęc Bernardus ad Eugenium III. ſcribit, cui ſupremam & omnimodam in eccleſia poteſtatem concedit. Quod ille de tertio teſtatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus aliis Romanis Pontificibus profitemur, quia dignitatis eſt auctoritas. Liquet igitur vnum in Eccleſia caput eſſe, & vnum principem: quia pax populis ex vno rectore dependet, & pluralitas principum diſcordiam parit. Chriſtus Eccleſię ſuę in vltimo teſtamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendauit Dedit ergo & regimen pacis amicum, id eſt, monarchicum, ſub beato Petro, & ſucceſſoribus eius adminiſtrari, cuncta præcipiens clauibus illis commiſſis, & cura gregis demandata. Hæc nos de Romani Pontificis auctoritate & poteſtate ſenſimus, cui & congregare generalia concilia, & diſſoluere datum eſt: qui etſi filius eſt propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur: & ſicuti filiationis cauſa venerari debet Eccleſiam, tanquam matrem, ita & prælationis cauſa præfertur ei, vt paſtor gregi princeps populo, rector familiæ. Cum his & generalis concilij auctoritatem, & poteſtatem complectimur, quemadmodum & æuo noſtro Conſtantiæ, dum ibi fuit ſynodus vniuerſalis, declaratum definitúmque eſt. Veneramur enim Conſtantien. Concilium, & cuncta, quę proceſſerunt, à Romanis Pontificibus noſtris prædeceſſoribus approbata, inter quę nullum inuenimus vnquam fuiſſe ratum, quod ſtante Romano indubitato præſule, abſque ipſius auctoritate conuenerit: quia non eſt corpus eccleſię ſine capite, & omnis ex capite defluit in membra poteſtas. Hæc noſtra ſententia eſt, filij: hæc credimus, & profitemur: hæc iam ſenes, & in Apoſtolatus apice conſtituti, pro veritate aſſerimus, ſi quę vel vobis, vel aliis conſcripſimus aliquando, quę huic doctrinę repugnent, illa, tanquam erronea, & iuuenilis animi parum penſata iudicia, reuocamus, atque omninò reſpuimus. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſexto Calend. Maij, anno Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio.

Diui Bernardi de primatu Papæ ſententia.

Concilium Conſtantienſe quantum ad primas ſeßiones vbi definit Concilium eſſe ſuprà Papã reprobatum eſt in Concilio Florentino & Lateranenſi vltimo, quantum ad vltimas ſeßiones & ea omnia quæ probauit Martinus V. ab omnibus catholicis recipitur.

Doctioribus lampadem trado pro diſcutienda huius quæſtionis controuerſia qua multi in dubium reuocant An Papa ſit ſuprà Concilium. *Et quanuis Pij ſecũdi conſtitutio tutißimum nobis offerat primatus & poteſtatis* Pontificis *argumentum, pertinaciores tamen* ὀδὰξ *contrarium aſſerentes primæ claßis authores conſulant huius dubij ſummos* Oedipodas *qui poteſtati* Papæ *iuris diuini & humani authoritatibus patrocinantur, in quorum numero ſequentes referuntur, qui vno veluti gutture, & ſpiritus inſtinctu dicunt nullum eſſe Concilium perfectè* Oecumenicum *& omni ex parte plenum à quo* Diui Petri *aut eius ſucceſſoris authoritas omninò abſit nec enim perfecta illa ouium* Chriſti *congregatio videri poteſt quam primus ouium* Chriſti *paſtor aut non efficit aut non approbat. Ouium enim eſt ſequi paſtorem ſuum ad paſcua* Ioan. 10. *& illum quidem qui primus eſt omnium maximè omnium ſequi. Nec immeritò ea præſtantißima primatus & dominij nomina quæ in ſcriptura tribuuntur* Chriſto, *vnde conſtat eum eſſe ſupra* Eccleſiam, *eadem omnia tribuuntur* Pontifici *ac primum* Chriſtus *eſt pater familias in domo ſua quæ eſt* Eccleſia, *Pontifex in eadem eſt primarius & ſummus* Oeconomus *& fidelis diſpenſator quem conſtituit dominus ſuper familiã ſuam, quod nemo niſi ſchiſmaticus negare audeat. Subſcripſimus* Pontificum, *Conciliorum patrum & authorum clariſsimorum locos qui hanc veram & orthodoxam tuentur ſententiam aduerſus ſinuoſos quorumlibet hæreticorum anfractus.*

AVTHORES QVI PRO PONTIFICIS SVPRA CONCILIVM POTESTATE SCRIPSERVNT.

Leo Epiſt. 84. ad Anaſtaſium in fine.

Gelaſius in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ.

Nicolaus 1. in Epiſtola ad Michaëlem.

Gregorius lib. 9. Epiſtol. 39. ad Theoctiſtam Patritiam.

Paſchalis Papa vt habetur cap. ſignificaſti. extr. de elect.

Innocentius III. Serm. de conſecratione Pontificis.

Bonifacius VIII. in extrauag. viam ſanctam. tit. de maioritate & obedientia.

S. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus. d. 4. can. ſi Papa.

Concil. Sinueſſanum ſub Marcellino circa finem.

Concil. Rom. ſub Syluestro, vltimo cap.

Concil. Chalced. act. 3. & Epiſt. ad Leonem.

Octaua Synodus general. act. 7.

Concilium Romanum V. ſub Symmacho in approbatione libri Ennodij Diaconi.

Concil. Lateran. ſub Alex. 3. c. licet. extr. de elect.

Concil. Conſtantienſe & bulla edita conſenſu Concilij per Martinum. 5.

Lateranenſe vltimum ſub Leone X. Seſſ. 11.

Hilarius libro de Synodis

Photius lib. de ſeptem Synodis

Iſidorus lib. 6. Etymologiarum cap. 1.

Beda libr. de ſex ætatibus in Conſtantino quarto.

Freculphus in fine Chronici.

Proſper in chronico anni CCCCXX.

Albertus D. Thomas D. Bonauentura, Richardus, Paludanus & alij in 4. diſt. 19. vbi de clauibus agitur.

S. Antonin. 3. p. tit. 22. cap. 10. §. 4. ſummę hiſtorialis & 2. p. t. 3. cap. 1. Summæ Thæologiæ.

Ioannes de Turrecremata lib. 2. cap. 93. & 104. ſummæ de Eccleſia.

Cardinalis Caietanus in tractatu de comparatione Papæ & Conciliorum & in apologia pro tractatu prædicto.

PAPA EST CAPVT VNIVERSÆ ECCLESIÆ ETIAM SIMVL CONGREGATÆ.

Dominicus Iacobatius libr. 10. de Conciliis art. 7. in quo fuſiſſimè queſtionem diſputat & ſoluit ſexaginta tria argumenta aduerſariorum.

Albertus Pighius lib. 6. de Hierarchia Eccleſiæ.

Aluarus Pelagius de planctu Eccleſiæ lib. 1. art. 6.

Thomas Campegius in tractatu de poteſtate Romani Pontificis c. 22. & ſequentibus.

Franciſcus Ferrarienſis in lib. 4. contra gentes c. 76.

Auguſtinus de Ancona in tractatu de poteſtate Eccleſiæ.

Franciſcus Turrianus in tribus li. quos de hac queſtione ſcripſit.

Petrus de Monte in lib. de poteſtate Papæ & Concilij.

Franciſcus Horantius in locis Catholicis circa finem libr. 5. vbi retractationum Pij 2. meminit.

Alphonſus à Caſtro aduerſus hæreſes lib. 1. c. 8.

F. à Victoria in relectione de poteſtate Papæ & Concilij.

Dominicus à Soto in 4. ſent. diſ. 20. q. 1. art. 4.

Ioannes Antonius Delphinus lib. 2. de Eccleſia c. vltimo.

Nicolaus Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchia vbi agit de Concilio Conſtantienſi pag. 540.

Antonius de Roſellis in tractatu de Conciliis num. 40.

Henricus Boicius in rub. decretal. de conſtitut.

Cataldinus de Boncompagnis de trãſlatione Cõcilij Baſilienſis.

Panormitanus & Canoniſtæ ferè omnes in c. ſignificaſti de elect. ext. & can. ſi Papa diſt. 40.

Robertus Bolerminus in quarta controuerſia generali de Conciliis & Eccleſia militante.

Ioannes Slotanus Geffenſis lib. diſput. aduerſus hæreticos de Oecumenicorum Conciliorum authoritate.

F. Panigarola in lectionibus Catholicis doctrinę Chriſtianæ quas ab Italico idiomate in Latinum ſermonẽ noſtra opera conuerſas in lucem emittere numine propitio ſperamus.

Hos authores reuoluiſſe in hac controuerſia Lectorem *non pœnitebit.*

II.

Prohibitio apellandi à ſententiis ſummi Pontificis ad futurum Concilium.

Hæc conſtitut. confirmatur per Innocent. 8.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. EXECRABILIS, & priſtinis temporibus inauditus, tempeſtate noſtra, inoleuit abuſus, vt à Romano Pontifice, IESV CHRISTI Vicario (cui dictum eſt in perſona beati Petri, Paſce oues meas; &, Quodcunque ligaueris ſuper terrā erit ligatum & in cœlis) nonnulli ſpiritu rebellionis imbuti, non ſanioris cupiditate iudicij, ſed commiſſi euaſione peccati, ad futurum Concilium prouocare præſumant: quod quantum ſacris canonibus aduerſetur, quantumque Reip. Chriſtianę noxium ſit, quiſquis non ignarus iurium, intelligere poteſt. Namque (vt alia pretereamus, quæ huic corruptelæ manifeſtiſſimè refragantur) quis non illud ridiculum iudicauerit, quod ad id appellatur quod nuſquam eſt, neque ſcitur quando futurum ſit? Pauperes à potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita ſcelera, nutritur aduerſus primam Sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis eccleſiaſtica diſciplina, & hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc peſtiferum virus à Chriſti eccleſia procul pellere, & ouium nobis commiſſarum ſaluti conſulere, omnémque materiam ſcandali, ab ouili noſtri Saluatoris arcere, de venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, cunctorúmque Prælatorum ac diuini & humani iuris interpretum, curiam ſequentium, conſilio, & aſſenſu, ac certa noſtra ſcientia, huiuſmodi Prouocationes damnamus, & tanquam erroneas ac deteſtabiles reprobamus; caſſantes, & penitus annullantes, ſi quę hactenus taliter interpoſitæ reperiantur, eaſque, tamquam inanes, ac peſtiferas, nullius momenti eſſe decernimus, ac declaramus: præcipientes deinceps vt nemo audeat quouis quæſito colore, ab ordinationibus, ſententiis, ſiue mandatis quibuſcunque noſtris, ac ſucceſſorum noſtrorum, talem appellationem interponere, aut interpoſitæ per alium, adherere, ſeu eis quomodolibet vti. Si quis autem contrafecerit, à die publicationis præſentium, in Cancellaria apoſtolica, poſt duos menſes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis fuerit, etiam ſi Imperiali, Regali, vel Pontificali præfulgeat dignitate, ipſo facto ſententiā execrationis incurrat, à qua niſi per Romanum Pontificem, & in mortis articulo abſolui non poſſit Vniuerſitas vero ſiue collegium, eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto: & nihilominus tam collegia, & vniuerſitates, quàm prædictæ & alia quęcunq; perſonæ, eas pœnas ac cenſuras incurrant, quas rei Maieſtatis, & hæreticæ prauitatis fautores, incurrere dignoſcuntur. Tabelliones inſuper, ac teſtes qui huiuſmodi actibus interfuerint, & generaliter qui ſcienter Concilium, auxilium dederint, vel fauorem talibus appellantibus, pari pœna plectantur. Nulli ergo omninò hominū liceat hanc paginam noſtrorum voluntatis, damnationis, reprobationis, caſſationis, annullationis, decreti, declarationis, & mandati, infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Mantuæ, anno incarnationis Dominicæ, milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo nono, quintodecimo Calend. Februarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Nullo pacto licet propter multa & periculoſa inconuenientia à ſentētia quam ſūmmus Pōtifex in cauſā fidei bene prius examinata tulit apellare, alioqui nihil certi (inquit Alphonſus à Caſtro) in multis rebus ad fidem pertinētibus habere poſſemus, quia multa ſunt ad fidem pertinentia quæ per ſolam Papæ definitionem firmiter tenemus, in quibus nullam prorſus ſuæ definitionis cauſam Pontifex dedit.

Huius Conſtitutionis æquitas multorum tenebrionum & tumultuantium impetum & audaciam compeſcuit, qui in cauſis fidei à Papa ad Concilium apellare contendunt. Ridicula quidem apellatio quia hac via eſſemus ſemper dubij & langueremus ſine vlla ſpe medecinæ cum tanto rerum impendio, tantis diſcriminibus, renidentibus tot principum ſimultatibus Concilia vix congregentur. Hinc emanarent petulantiores homines qui altiùs criſtas tollerent hereſéſque diuerſas ſomniarent vt dānati à Papa ad Concilium apellarent. Sic vnius nebulonis aut apoſtatæ dementia patres vndique conuocandi eſſent, quod nec æquum nec tolerabile eſt. Lege tum pontificia tum ciuili decretum eſſe ſcimus apellationem non deuolui niſi ad ſuperiorē l. præcipimus C. de apellat. & apellationem illam ratam haberi qua à minore ad maiorem apellatur, apellari autem à Concilio ad Papam non contra perſpicuum eſt: ex Gelaſio in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ Ad ſedem *inquit* Apoſtolorum de qualibet mundi parte apellandum eſt, ab illa autem nemo eſt apellare permiſſus. *Et ne quis periculoſus interpres putaret hunc Pontificem loqui de apellationibus ab aliquo Epiſcopo non à Concilio rem dilucidiùs aperit, dicitque ſæpe Romanos Pontifices ſoluiſſe eos, quos iniquè Concilia ligauerant, cuius rei extant exempla clariſſima.*

Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus, & Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus à Concilio depoſiti ad Iulium Papam appellauerunt & ab eo in ſuos ſedes reſtituti ſunt vt auctor eſt Sozomenus lib. 3. hiſt. cap. 7.

Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus apellauit à Concilio Ephesino II. generali ad Leonem Papam vt teſtatur Leo Epiſt. 25. ad Theodoſium Auguſtum.

Theodoretus Epiſcopus Cyri apellauit à Concilio eodem Epheſino II. ad eundem Leonem vt patet ex Liberato in Breuiario c. 12. & ex Epiſt. Theodor. quæ extat ad finem operum Leonis.

Ioannes Chriſoſtomus à Concilio depoſitus appellauit ad Innocentium Papam vt teſtatur Gelaſius vbi ſupra & idem colligitur ex Epiſtolis Chriſtiani ad Innocentium. In bulla Cœnæ domini excommunicantur & anathematizantur omnes qui à Pontifice ad futurum Concilium apellant necnon eos quorum auxilio vel fauore appellatum fuerit.

III.

Canonizatio S. Catharinæ de Senis ord. D. Dominici.

PIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis Chriſti fidelibus, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Homo Deo ſimilis, quod ad imaginem & ſimilitudinē Dei conditus eſt.

MISERICORDIAS Domini, quas in dies largiùs experimur, non ſatis explicare poteſt lingua mortalis. Vincunt humana eloquia, diuina beneficia. Nec homini datum eſt creatorem ſuum abundè collaudare, nec ſi omnes artus conuerterentur in linguas: quomodo ex nihilo creati, de non eſſe, producti ſumus in eſſe: nec vel lapides, vel plantæ, vel animalia bruta, ſed rationis participes, diuinorūmque capaces effecti ſumus: ac non ſolum Angelis, ſed ipſi quodammodo inuiſibili & excelſo Deo ſimiles, gloria & honore coronati, ſuper omnia opera eius, imperio potiti. Verum ſi noſipſos rebus cæteris comparamus, nulla creatura magis ingrata reperta eſt, quam homo. Si Luciferi & ſociorum eius ſuperbiam prætermus, ſolus inter creata, rebellis Deo ingratiſſimus homo eſt. Reliqua omnia diuinā pietatem in ſuo eſſe collaudant, nec eius vnquam pręceptis aduerſantur, naturę legibus parent & ea peragunt ad quæ producta ſunt. Terra aratrum patitur, & ſuſcipiens ſemina, tanquam ſub vſuris, multiplicata reddit; & imperio Dei obediens, culta atque inculta, humano generi conſulit. Saxa in ædificiorum vſum recepta, præſto adſunt, nec ſciſſa vel excocta reſiſtunt. Fructificant arbores in agro viuentes, & poſtea quàm aruerunt, aut ignem nutriunt, aut ędes tectáque ſuſtinent. Quanta herbarum ſiue in foliis, ſiue in radicibus, ſiue in floribus, ſiue in ſeminibus, ſiue in ſuccis ineſt vtilitas? Quanta in fluminibus commoditas? Quanta in lacubus ac maribus, quæ dum nauigia ſubeunt, inter remotiſſimas gentes commercia præſtant? Quid animalia cætera, ſiue aquatica, ſiue terreſtria? In omnibus laudatur Deus, dum naturæ iuſſa capeſſunt. Elementa & ſidera, faciunt imperata. Sol peragit curſum ſuum, nec præſcriptas Zodiaci metas excedit. Nec alieno lucens lumine, ſuo muneri luna deeſt. Nec errantes errant ſtellæ, certum ſemper & ſtatutum iter agentes. Omnia in cœlo & in terra laudant Deum, & in officio manentia, benedicunt ei, nec legi reſiſtunt impoſitæ. Grauia deorſum cadunt, leuia ſurſum feruntur. Cuncta gratitudinem oſtendunt, Deo parent atque naturæ: ſolus homo ingratus, inobediens ac rebellis inter creata repertus eſt, peruerſi angeli ruinam imitatus. Ille in cœlo ſuperbiens, creatoríque ſimilis eſſe cupiens, in abyſſum præcipitatus, meditati ſceleris pœnas dedit. Homo de limo factus, & in terra poſitus, ſuæ imbecillitatis immemor, & ipſe quoque alta cupere cœpit, qui de ligno veſcens prohibito, per boni & mali cognitionem, æqualitatem cum Diis optauit: propter quod de paradiſo deliciarum eiectus, in multas ærumnas datus eſt, & porta regni cœlorum clauſa, mors introiuit in orbem terrarum, quæ nulli hominum parcit. Quantum filij Adæ ante diluuiū aberrauerint, & quàm procul à diuina voluntate receſſerint,

Cuncta ordinē inditū obſeruant & ſequūtur nec præceptū tranſgrediuntur & quandam gratitudinem Deo oſtendunt. Suffragatur Plato 10. de legibus cōpertū (inquit) hactenus à ratione ordinem procedere vbiq; & ordinem quidē nuſquam aut nunquam interceptum à ratione.

Solus homo ab ordine ſuo diſceſſit & æqualē ſuo creatori per inobedientiā facere ſe voluit.

Hominibus peccato & morte tam male affectis παλιγγενεσίαν καὶ ἀνακαίνωσιν id est regenerationem & renouationē vt ab his quandoque liberaremur necessariā fuiſſe ſcribit Apoſtolus. Ideo Sancta Trinitas quodammodo deliberauit quo pacto coll.ipſus homo piſtrino ſplēdori reſtitueretur. Hinc Deus Dei filius naturam ſubire humanā eamque ſaluare dignatus eſt.

ſecuta vltio patefecit,quæ omnem carnem aquarum inundatione deleuerat,ea ex-
cepta quę cum pio Noe in arca ſaluata eſt.Cæterum neque in filiis eius nequitia ac
perfidia defuit. Malignati & ipſi ſunt. & in omne prolapſi nefas. Turris Babel in
contumeliam Domini cœpta eſt,& ibi labium vniuerſæ terrę diuiſum. Ab his bel-
la introducta ſunt,rapinæ, tumultus,incendia cædes,adulteria, ſtupra, periuria, &
idolorum cultus,& quicquid malorum libido aut ſuperbia gignit. Pauciſſimi vſq;
ad Abraham reperti ſunt diuinę legis amatores:ille vero vnicum certúmque pie-
tatis exemplum,adeò voluntati Dei ſeſe ſummiſit, vt proprium filium immolare
non dubitaret. Propter quod in ſemine eius benedictæ ſunt omnes gentes.Ex cu-
ius liberis non ſolùm prophetæ orti ſunt,diuinæ legis prædicatores, ſed ipſe quo-
que ſaluator Chriſtus, ſecundum carnem naſci dignatus eſt:qui pro ſalute humani
generis cum in forma Dei,eſſet æqualis patri,exinaniuit ſemetipſum, formam ſer-
ui accipiens, & homo factus,tædia carnis ſubiit,tormenta & cruciatus pertulit.Et
extremam mortem,nō ſecundùm naturam,ſed violentam,ſed ignominioſam, ſed
acerbiſſimam,& vix homini tolerabilem,in ligno crucis ſuſtinuit In quo moriens
mortem noſtram deſtruxit , & vitam reparauit. Deſpoliauit inferos, abduxit
ſanctos patres,& victor mortis,ac diaboli triumphator, cœlum iam longo tempo-
re clauſum,aperiens,aſcendit,ad Patrem,nobiſque viam oſtendit, per quam ſequi
eum poſſemus,euangelica lege tradita,& baptiſmo cæteriſque ſacramentis aper-
tis per quæ lapſi repararemur & ſaluaremur. Nec tamen tot tantiſque allecta be-
neficiis, noſtra proteruitas ac malignitas conquieuit, nec gratum exhibuit ani-
mum, nec vitia deſeruit homo. Sed quo maiori præuenti ſumus munere gratia-
rum,eo magis ingrati reperimur,& ad illicita procliuiores.Nam quomodo ſubli-
men diligimus aut honoramus Deum?Quomodo eius mandata ſeruamus? Quis
ſacroſancto Euangelio paret?Quæ reuerentia legum? Quis canonum metus?Quæ
ſubiectio erga ſuperiores?Quę charitas erga inferiores?Quis æquitatis,quis iuſti-
tiæ cultus,quæ religio,qui mores hominum ſunt?qui dicunt in cordibus ſuis, Non
eſt Deus.Alij impia efferunt dogmata,& blaſphemias in Deum cudunt Alij volu-
ptatum ſerui,nil aliud cogitant,niſi quomodo libidines ſuas expleant. Alij opibus
inhiant alienis.Alij humanum ſanguinem ſitiunt Rara innocentia eſt, eáque parū
tuta.Neque propinquitatis iura proſunt,neque ſcriptæ, ſanctæque moribus leges.
Viribus & fraudibus cuncta obediunt,ita vt neque abs re princeps huius appelletur
diabolus,quando pars orbis maior,eius arbitrio ducitur. Nam quantum eſt,quod
pſeudoprophetæ Mahumetis infamia poſſidet? Orientis præcipuam portionem,
& Aphricæ maxima regna,& in Hiſpania Granatenſes: & in Græcia multæ pro-
uinciæ ſub Mahumetæ, Chriſtum blaſphemant. Nec parua eſt Iudæorum natio,
per orbem terrarum latè diſperſa, ſancti Euangelij & Chriſtianæ legis inimica.
Nec deſunt in Septentrione,atque in Oriente cultores idolorum in angulum Eu-
ropæ: Chriſtianitas redacta eſt. Nam quamuis per Aſiam, ac Libyam Chriſtiani
non pauci diſperſi eſſe ferantur, non tamen illorum ſincera eſt fides, qui procul
ab Apoſtolica ſede inter infideles habitantes, & cum hæreticis communicantes,
improba quædam ſapiunt & multis erroribus ſcatent. Nec Chriſtiani qui ſunt in
Europa,tam re quam nomine Chriſtiani exiſtunt. Adumbrata quidem & ficta eſt
multorum religio,ſicut opera ipſa manifeſtant.Nā quotus eſt qui digna Chriſtia-
no faciat opera? A fructibus eorum cognoſcetis eos,inquit in Euangelio Dominus.
Si viuimus,vt Chriſtus iubet,Chriſtiani ſumus. Iohannes Apoſtolus eius filios eſſe
homines aſſerit,cuius opera faciunt. Si Dei mandata ſeruamus, Dei proculdubio
filij ſumus.Sin diaboli,ad eum pertinemus,dicente Domino:Vos ex patre diabolo
eſtis.Dura ſententia,& tamen vera.Illius quiſque filius eſt,& ad eum pertinet,cu-
ius mandata ſectatur Quantum autem ingrati Chriſtiani à diuinis præceptio-
nibus procul abierint, & quantum diabolicis ſuggeſtionibus adhæſerint, per ſeſe
quis intelligit. Interroget quiſque conſcientiam ſuam, et retroactam ante oculos
mentis vitam collocet:et quantum ab officio veri Chriſtiani receſſerit, palam co-
gnoſcet.Quæ cum ita ſint,maxima eſt ſummi Dei benignitas, et incredibilis mi-
ſericordia,quæ nos tolerat,et viuere ſinit,expectans vt aliquando conuerſi redea-
mus in viam.Sed inuenti ſunt in omni ætate nonnulli Deo placentes, viri ſancti
qui

Vitiorū & morum corruptiſſimorum enarratio quibus hodie nominis Chriſtiani celſitudo vituperatur.

Adde hæreſes, ſeditiones; tumultus, factiones & ſimultates quæ hac ætate regnant.

qui viuentes in carne,deſideria carnis vicerunt,et cœleſtem in terra vitam egerūt.
Quorum meritis et interceſſione ſuſtentata eſt mundi machina, et comminatus
ignis retentus,et ira Dei vltioque ſuſpenſa. Nec dubitamus, quin hodie quoque
aliqui ſint accepti Deo,quorum preces cœleſtem nobis regem placatū benignūm-
que reddant.Inter alios autem qui Deo placuerunt,et diuinam nobis clementiam
placauerunt,vrbis Senæ inter Etruſcos nobilis,ætate noſtra Bernardinum aluit,qui
nobili loco natus,in adoleſcentiæ flore mundo renunciauit:et ingreſſus beati Fran
ciſci religionem,cum fratres ſui ordinis procul abiiſſe ab inſtitutis,et regula patris
reperiſſet,eos acriter correxit.Et cum eos omnes in viam reducere non poſſet, ſe-
queſtratis pluribus,quibus regulam reſeruare placuit, cum his cœnobia frequen-
tauit, quæ multa de nouo correxit et ſanctiſſimis inſtitutis reformauit. Circuiuit
Italiam prædicando,vitia fulminauit,virtutes erexit.Mira eius abſtinentia fuit,mi
ra integrita,ſmoderata grauitas,eloquij multa ſuauitas, multa doctrina. Et quo-
niam verus erat paupertatis cultor,hoſtis pecuniæ,et omnium deliciarum inimi
cus,ſemper in eius vultu ingens alacritas emicuit,& in mente ſumma quies, vt qui
ſola innocentia gaudebat,nullius ſibi conſcius criminis: ſcandalis quam pluribus
in Italia obuiauit,& multa miracula perpetrauit, propter quæ adhuc viuens ſan-
ctus habebatur,& miro plebium colebatur honore,nuſquam ſine populi frequen-
tia, & ſingulari reuerentia receptus. Qui cum apud Aquilam Marſorum vrbem,
huius vitæ curſum peregiſſet,à Nicolao quinto prædeceſſore noſtro, ipſo Iubilei,
anno,cum Chriſtianus orbis ad purgandas vitiorum ſordes, frequens vrbem inui-
ſeret,inter ſanctos Chriſti confeſſores relatus eſt. Fuerat & in ætate ſuperiori, pa-
rentum noſtrorum memoria,in eadem vrbe, & in ſexu fœmineo virgo Catherina,
non minoris meriti, nec minus accepta Deo. Cuius preces in conſpectu præcelſæ
diuinitatis, humano generi admodum ſalutares, & olim fuiſſe & nunc eſſe, & in
poſterum fore, non dubitamus. Nam ſicut peccata malorum hominum, ac bla-
ſphemia iram Dei ſuper nos prouocant,ita & ſanctorum opera rogamináq; auer-
tunt. Verùm Catharina quamuis angelicam vitam in terris egerit, & ante annos
octuaginta decedens,ad cœlum migrauerit,multiſque ſignis,& glorioſis miraculis
claruerit, non tamen adhuc inter ſanctas Chriſti virgines à militante Eccleſia re-
cepta erat. Neque enim Romani Pontifices,qui ante nos fuerunt, id decreuerant.
Voluerat Vrbanus ſextus hunc ei honorem impartiri,& poſt eum Innocentius ſe-
ptimus,ac deinde Gregorius vndecimus,qui huius virginis,& ſanctæ conuerſatio-
nis eius,præcipuam habuere notitiam.Sed vexati perturbatione ſchiſmatis quod
eorum tempore viguit,& multis bellorum turbinibus ac moleſtiis agitari, diuino
(vt diximus) conſilio id omiſerunt,ne ſæuiente diuiſionis procella,quod ſanctum
vna obedientia decreuiſſet, prophanum altera cenſuiſſet. Dilata eſt res vſque ad
tempora noſtra, nobíſque huius ſacerrimæ virginis canonizatio reſeruata, tan-
quam conterraneę noſtrę atque conciuis:vt Senenſis virginis ſanctitas,decreto Se-
nenſis hominis in Romana ſede ſedentis, prodiret in lucem. In qua re non imus
inficias, affectum nos aliquem ſanctum & pium traxiſſe. Quis eſt enim qui ſuæ
vrbis præconia, ſuę patrię laudes,ſui generis virtutes,non libenter vulgari procu-
ret,cum id poſſit ritè & honeſtè facere?Excellentia facta,& illuſtres virtute homi-
nes,& in omni genere, & omni parte orbis, nemo eſt qui non cupidum præconi-
zandi affectum habere videatur:libentius tamen & maiori cum iocunditate,ſua in
patria & in ſua gente. Etſi nos quidem beatę Catherinæ ſublimes dotes, nobile
ingenium,diuinam mentem,ſacratiſſimam voluntatem in omni ratione quàm læ-
tiſſimi vidiſſemus,lætiores tamen in vrbe Senenſi,quę nos genuit. Siquidem me-
ritorum eius longè magis peculiariter eſſe confidimus participes, quàm ſi virgo
hæc aut in Africa,aut in Scythia,aut in India nata fuiſſet. Neque enim fieri poteſt
quin ſanctorum propinquitas aliquid habeat prærogatiuæ. Nihil tamen ob hanc
cauſam plus minúſve dicere licet,quam verum eſt.Nec propter cognationem,aut
patriæ charitatem,inter ſanctos quiſquam ſine meritis, ſine ſolito examine, ſine
conſuetis ſolennitatibus referendus eſt. Quapropter etſi iucundè audiuimus bea-
tam Catharinam Senenſem eſſe,cuius canonizatio petebatur, non tamen in eius
canonizatione quidquam omiſimus ex his,quæ tanta in ſolennitate requiruntur.

Sena Vrbis Hetruriæ nobilis quam Bernardus Gallorū Dux ædificauit. Plin.c.5. lib. 3.

Bernardini Senenſis vita apud Surium fideliter per eiuſdem tēporis & ordinis anonimū ſcripta eſt. Bulla canonizationis per Nicolaum 5. eſt in horis Minorum antiquatis.

Floruit Catharina Senenſis in ordine D. Dominici ſumma ſanctitate illuſtris Anno 1365. Volat. Eam voluerunt Vrb.6. & Innoc.7. Cathalogo ſanctorum adſcribere ſed ſchiſmatum & tumultuum turbationibus non potuerunt.

Fridericus 3. Romanorũ Imperator, Paſchalis Dux Venetiarum, & Senenſis Ciuitas poſtularunt Pontifici vt Catharinam Senenſem in ſanctorũ Cathalogum referret, quorũ precibus non annuit, quin prius diligens vitæ ſanctitatis, & obitus Virginis facta fuiſſet inquiſitio.

Aderant multæ preces non modo Senenſis populi, verumetiam aliorum. Nam & chariſſimus in Chriſto filius, Fridericus Romanorum Imperator Auguſtus, ſimulque dilectus filius nobilis vir Paſchalis Venetiarum dux, nobis ſupplicauit, ne hanc Virginem ſuo in terris honore priuatam vlterius eſſe ſineremus, in quam multorum populorum deuotio eſſet incenſa, & multa de ipſa miracula vulgarentur. Mantuam verò petentes, cum inter eundum apud Senenſes aliquandiu ſuper ſediſſemus & ibi in conſiſtorio publico ingentia eius merita & miraculoſa ſigna nobis eſſent expoſita, vehementéſque preces porrectę, & ſanctorum Chriſti honores illi decerneremus: haud quaquam ſtatim annuimus, ſed pro veteri conſuetudine, tribus noſtris ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, vni Epiſcopo, alteri presbytero, reliquo diacono, viuę vocis oraculo commiſimus, vt debitis habitis proceſſibus de vita & moribus ipſius Catherinę, déque miraculis eius, ſiue in vita, ſiue poſt mortem patratis, & de reliquis ad canonizationem neceſſariis diligenter inquirerent, nobíſque in ſecreto conſiſtorio, vt moris eſt, fidem relationem facerent. Commiſſarij per annum & vltra, donec ex Mantua Romam rediiſſemus, rem diſcutientes, inuentis proceſſibus antiquis, apud Venetos & alibi habitis, examinatíſque de nouo teſtibus, & ſumma cum diligentia cunctis ponderatis, cum ſeorſum inter Cardinales tantum, omnium quæ inuenerant, veracem nobis relationem feciſſent, ac demum per aduocatum ea quæ nobis expoſuerant, in publico conſiſtorio denuò recitari curaſſent, poſtremò conuocatis in aula noſtra Romæ vniuerſis, qui ſecum erant, in curia eccleſiarum præſulibus, aſſiſtentibus nobis Cardinalibus, iterum Commiſſarij præfati per organum venerabilis fratris noſtri Gulielmi Epiſcopi Portuenſis, natione Gallici, qui primus eorum erat, rurſus cuncta quę inuenerãt, & ritè probata videbantur, coram explicauerunt. Ex quorum relatione, quę ampliſſima & ornatiſſima fuit, hæc ſummatim accepimus, quę vera, comperta, cognita & explorata ſunt.

Virginitatis votum.

Virgo Catherina ex Ciuitate Senenſi oriunda, mediocribus orta parentibus, prius Deo ſeſe dedicauit, quàm Deum poſſet per ætatem cognoſcere. Sex annos nata, vt domino ſeruiret, eremum concupiuit: & vrbe egreſſa, in cauerna, loco ſolitario, delituit, quamuis iubente ſpiritu, paululum demorata domum redierit. Angelicam ſalutationem edocta, quoties paternæ domus ſcalam aſcendit, toties per ſingulos gradus, flexo geniculo, beatiſſimam virginem matrem Domini ſalutauit. Et anno currente ætatis ſuę ſeptimo, virginitatem ſuam conſecreuit Chriſto: quem ſua in maieſtate ſedentem mirabili viſione cõtemplata eſt, & arcana cœleſtis aulæ vidit, quę non poteſt effari lingua mortalis.

Vigiliæ, orationes, orbis contemptus.

Mundanas delicias à ſe omnes abdicauit. Orationi totam ſe dedit: corpuſculum ſuum vigiliis ieiuniis ac verberibus afflixit. Coæquales puellas, vt idem facerent, & docuit, & ſuaſit. Pubes effecta, ſciſſis crinibus, mortale coniugium recuſauit. Conuicia & maledicta hominum ſpreuit Beati Dominici habitum, quem fœminæ geſtant, de pœnitentia nuncupatę, extorſit, protinúſque impetrauit. Ancillare officium in paterna domo exercuit, nihil magis cupiens, quàm villis apud homines & abiecta videri.

Ordinis D. Dominici inſtitutum ſequitur.

Pauperibus Chriſti (nam id pater ei indulſerat) larga manu ſubuenit: ægrotantibus ſumma diligentia miniſtrauit. Diabolicas tentationes & aſſiduas malignantium ſpirituum pugnas, patientię clypeo & fidei galea ſuperauit. Incarceratos & oppreſſos, quibus valuit modis, conſolata eſt. Nullum ab ea verbum non religioſum, non ſanctum excidit. Omnis ſermo eius, de moribus fuit, de religione, de pietate; de contemptu mundi, de amore Dei & proximi, de cœleſti patria.

Pauperibus eleemoſynas largitur ære patrio.

Nemo ad eam acceſſit, qui non doctior meliórque abierit. Doctrina eius infuſa, non acquiſita, fuit. Prius magiſtra viſa eſt, quàm diſcipula: quippe quę ſacrarum literarum profeſſoribus, ipſiſque magnarum eccleſiarum Epiſcopis, difficillimas de diuinitate queſtiones proponentibus, prudentiſſimè reſpondit, & adeo ſatisfecit, vt tanquam agnos manſuefactos remiſerit, quos tanquam lupos ac leones feroces acceperat: quorum nonnulli, diuinam in virgine ſapientiam admirati, diſtributis mox inter Chriſti pauperes, quas poſſidebant ſubſtantiis, accepta domini cruce, vitam deinde euangelicam egerunt. Summa huius virginis abſtinentia fuit, & admirabilis vitę auſteritas. Nam cum vini & carnium vſum prorſus abieciſſet, nec pulmentariis vllis vteretur, ad extremum eo deducta eſt, vt nec legumina ederet, nec pane veſceretur, niſi cœleſti,

quem verus Chriſtianus in ſacramento ſumit altaris. Inuenta eſt aliquando à die Cinerum vſque ad Aſcenſionem Domini ieiunium perduxiſſe, ſola Euchariſtiæ communione contenta. Per annos circiter octo, minimo herbarum ſucco, eóque parum retento, & communione ſacra, ſuſtentata eſt. Ad cibum quaſi ad ſupplicium petebat.* Ad communionem altaris, quę illi ferè quotidiana fuit, quaſi ad cœleſtes nuptias inuitata eſſet, ſumma cum alacritate proficiſcebatur. Cilicio ſub veſte vtebatur, quo carnem macerabat. Nullæ illi plumę, nulla puluinaria erant. Lectum ſibi ex tabulis confecerat: atque in eo iacens, breuiſſimum ſomnum accipiebat. Raro enim vltra duas horas interdiu noctúque dormiebat. Reliquum omne tempus, vigilando, orando, prædicando opera miſericordię agendo, contriuit. Spiſſis chordulis carnem ſuam macerauit: dolore capitis pene aſſiduo torquebatur. Æſtuebat febribus: nec aliorum diuerſorum morborum cruciatu carebat. Luctabatur quàm frequentiſſimè cum dæmonibus: multiſque illorum moleſtiis vexabatur. Sed aiebat cum Apoſtolo: cum infirmo, tunc fortior ſum. Nec enim in tantis laboribus deficiebat, nec charitàtis opera negligebat. Aſſiſtebat miſeris indigna ferentibus. Arguebat peccatores, & blandiſſimis verbi ad pœnitentiam reuocabat. Præcepta ſalutis omnibus læta dabat. Quid ſectandum, quid fugiendum eſſet, alacri vultu oſtendebat. Diſſidẽtes ſummo ſtudio componebat. Multa extinxit odia, & mortales ſedauit inimicitias. Pro pace Florentinorum, qui cum Eccleſia diſſidebant, & interdicto ſuppoſiti Eccleſiaſtico, erant, Apenninum & Alpes tranſire, atq; vſque in Auinionem ad Gregorium vndecimum Pontificem maximum anteceſſorem noſtrum proficiſci non dubitauit. Cui votum ſuum, de petenda vrbe Roma, in occulto factum, & ſibi ſoli ac Deo notum, ſeſe diuinitus cognouiſſe monſtrauit. Fuit enim in ea ſpiritus prophetię, & multa prædixit antequam fierent, & occultiſſima reuelauit. Rapiebatur ſæpe à ſpiritu, & in aëre ſuſpenſa, diuinis contemplationibus paſcebatur, adeo extra ſe acta, vt expuncta percuſſáque, nihil omnino ſentiret: idque frequenter ei contingebat, cum diuiniſſima reficeretur Euchariſtia. Magnum & ſanctum erat in plebibus Catherinę nomen: & vndique ad eam ægroti, & malignis vexati ſpiritibus, deducebantur: & multi curabantur. Langoribus & febribus in Chriſti nomine imperabat & dæmones cogebat ab obſeſſis abire corporibus, Propter quas res, duobus Romanis Pontificibus Gregorio vndecimo (cuius pauloante meminimus) & Vrbano ſexto acceptiſſima fuit, adeò vt legationibus eorum fungeretur, multíſque & magnis ſpiritualibus gratiis ab eis donaretur. Eadem cum vitę agonem iam peregiſſet, anno ætatis ſuę tertio circiter ac trigeſimo, in vrbe Roma diem ſuum clauſit.

** Non vſu neque natura vt inquit Ludouicus Granatenſis ſed diuino miraculo eò vſque peruenit Diua Catharina vt licèt corpuſculum eius multis morbis eſſet obnoxiũ & labores ſuſciperet intolerabiles non tamen in ea conſumeretur humor ille quem radicalẽ vocant, nec ſtomachus concoquendi fungeretur aut fungi poſſet officio, nec vices corporeæ ob cibi & potus defectum ſtangerentur, ita vt tota ipſius vita miraculum eſſet quod etiam Medici fatebantur.*

De cuius animę in cœlum aſſumptione, & glorioſa receptione, ſtupendę ac mirabiles reuelationes factę reperiuntur apud eas perſonas, quæ virginem dilexerunt, maximè verò apud eius confeſſorem Raimundum Capuenſem ſacrę Theologię magiſtrum qui poſtea generalis totius ordinis Prædicatorum pater, magiſter, & rector effectus eſt. Is namque cum Ianuę ageret, ea nocte qua virgo migrauit, hora matutina dormitorium apud imaginem matris Domini, eam contẽplatus eſt miro ſplendore fulgentem, & verba ad ſe conſolatoria dicentem. Corpus eius aliquandiu ſeruatum, denique in Eccleſia Fratrum Prædicatorum, quæ de Minerua dicitur, Romę conditum eſt, non ſine magna populi deuotione ac reuerentia: Cuius tactu plerique ægroti ſalutem conſecuti ſunt à Deo: & nonnullis ſaluti fuit ea tetigiſſe, quæ ſacrata virginis membra tetigere. Poſtea quoque virgo ipſa in cœlo recepta, vota ſupplicantium benignè audiuit, & vt à ſponſo & Domino Chriſto ſuo Saluatore exaudirentur, curauit. Multi enim ex diuerſis ægritudinibus curati ſunt, qui audita beatę Catherinę glorioſiſſima fama, eius patrocinium ſupplices petiuere. Propterea Venetiis, vbi nunquam virgo ipſa fuerat, & multis in locis nomen eius cum veneratione receptum eſt, & vota ei plurima fiunt.

Vide ea quæ ſuperiùs diximus ſub Gregorio vndecimo de eius ex Galliis in Vrbem reditu ſuadente Beata Catharina.

Hæc & alia quàm plurima cum venerabilis frater noſter Epiſcopus Portuenſis in conuentu Cardinalium & præſulum expoſuiſſet, & liquido probata eſſe affirmaſſet, rogati ſingulatim tum omnes Cardinales, tum Præſules qui plurimi affuerunt, ſententiam dicere, totis ſuffragiis beata virgo digna cœlo & aſtris, declamanda viſa eſt. Nec quiſquam fuit, qui non magnopere canonizationem eius faciendam probauerit. Quibus ad longum auditis, iuſſimus in baſilica beati

Pius 2. Patrum & Inquiſitorũ decreto canonizandam virginẽ intelligens ſugeſtũ apparari iuſſit in quo re diuina peracta orationẽ habuit de laudibus virginis qua finita Catharinã ipſam in Cathalogo ſanctorũ virginũ adſcripſit.

Petri Apoſtolorum principis ſuggeſtum magnum & ornatum apparari, ſuper quo hodie adſtante populo & clero, ſermone de vita & miraculis huius virginis per nos habito, Miſſarum ſollemnibus celebratis, & conſuetis cæremoniis ritè peractis, ad canonizationem huius virginis, ſub his verbis duximus procedendum Ad honorem omnipotentis & æterni Dei, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ad exaltationem fidei catholicæ, & Chriſtianæ religionis augmentum, Authoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ac noſtra, Catharinam Senenſem illuſtris & indebilis memoriæ virginem, cuius corpus in Eccleſia Prædicatorum quæ Minerua dicitur, Romæ iacet, & in cœleſti Hieruſalem, inter beatarum virginum choros, quando id eius virtus, diuina ſuffragante gratia, meruit, iam pridem fuiſſe receptam, & æternæ glorię corona donatam, de fratrum noſtrorum conſilio declaramus: eámve tanquam ſanctam publicè priuatímque colendam eſſe decernimus & diffinimus, atque in ſanctarum cathalogo virginum, quas Romana veneratur Eccleſia, redigi, & adſcribi mandamus. Statuentes feſtum eius ſingulis annis prima menſis Maij dominica die, ab vniuerſali Eccleſia celebrandum eſſe, & omnes illi honores præſtandos, qui cæteris ſanctis virginibus conuenire noſcuntur. Et inſuper ſepulchrum eius in ipſo feſto viſitantibus, ſeptem annos & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentiis, in forma Eccleſiæ conſueta miſericorditer in perpetuum relaxamus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum declarationis, conſtitutionis, mandati, ſtatuti, & relaxationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, tertio Calend. Iulij, Pontificatus noſtri anno tertio.

Vitam, res geſtas & miracula huius virginis multi authores perpetuis digniſſimiſque
retulerunt monumentis, ſed omnes ferè ſcripta ſua ex R.P.F. Raymundi hiſtoria hauſerunt
qui cum piæ Virginis confeſſarius eſſet fide dignior nullis tamen repugnantibus cenſetur.
Cum Bulla Pij II. excuſa eſt Colon. in fol. an. 1463. Scripſit etiam nonnulla de huius Vir-
ginis præconiis Stephanus Senenſis Prior Carthuſiæ Ticinenſis, qui antequam ſolitarium
illud viuendi genus, profiteretur Virginis piis colloquiis adfuit D. Anthoninus ſub fine 3.
par. fuſiùs omnia perſtrinxit. Horum autem compendium redegit Surius. pag. 915. Ludoui-
cus Granatenſis quatuor Concionibus Hiſtoriam diſertè illuſtrat. De qua etiam ex-
tat Ioannes Pinus in libro de claris mulieribus. Qui etiam aſſerit vitam huius Virginis
vernaculè ſcripſiſſe Nicolaum Burgium Senenſem poſtquam ſuperimpoſito ſibi Ciliciolo,
quo illa viuens vti ſolebat, & diligenti cultu adhuc aſſeruatur, iam ſemimortuus, velut re-
pentè collectis viribus aſſurrexit.

IIII.

Contra facientes ſe promoueri ad ſacros ordines ſine diſpenſatione canonica aut legitima licentia extra tempora à iure ſtatuta ſiue ante legitimam ætatem vel abſque dimiſſoriis literis.

Huius Conſtit. meminit Villad. de Irregul. col. 9. quam Felicianus Scalenſis Epiſcopus declarat in repet. c. accepta. oppoſ. 8. num. 34. de reſt. ſpol. eámq; Martinus Nauarrus in ſuo Enchiridio confeſſariorũ c. 25. nu. 155. tãtum ſcriptam & nondum impreſſam vidiſſe aſſerit. Ea autẽ omnia quæ ad huius exactam intelligentiam ſpectant latè tradũtur apud Petrum de Bello primæ claſſis Oeconomiæ canonicæ cap. 2. §. 1. & ſeq.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

CVM ex ſacrorum ordinum collatione, caracter inuiſibilis animæ imprimatur, ſacra myſteria diſpenſentur, & ipſarum cura tribuatur animarum: in eorum ſuſceptione, exceſſus graues, tanto magis plectendi ſunt, quantò ex illis maiora in mentibus fidelium ſcandala generantur. Cum itaque (ſicut dignorum relatione, non niſi moleſtè accepimus) nonnulli clerici, extra tempora à iure ſtatuta: quidam ante ætatem legitimam: aliqui verò ſine dimiſſoriis literis, contra ſanctiones canonicas, ſe faciunt ad ſacros ordines promoueri: nos eorundem temeritatem, tali caſtigatione reprimentes, vt aliis in poſterum committendi ſimilia, aditus præcludatur: authoritate Apoſtolica, hac conſtitutione perpetuò valitura, ſtatuimus & ordinamus, quòd omnes & ſinguli, qui abſque diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimam, vel abſque dimiſſoriis literis, etiam citramontanis (præterquam ſi in hoc vltimo caſu, per cameram Apoſtolicam, iuxta illius ſtylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoueri,) à ſuorum ordinum executione, ipſo iure ſuſpenſi

ſint; & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante, in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrant. Præterea, vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas, beneficiis eccleſiaſticis poſſint iure priuari. Volumus autem quod præſés noſtra conſtitutio, in Romana curia exiſtentes, poſt quindecim dies; abſentes vero Italicos, poſt duos menſes; alios vero vltramontanos, poſt ſex menſes, ab ipſius in audientia Contradictarum & Cancellaria Apoſtolica, publicatione & affixione, ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum, anno ab incarnatione Dominica milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, quintodecimo Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno quarto.

V.

Impoſitio decimæ ſuper emolumentis officiorum Romanæ Curiæ pro Bello contrà Turcas.

In Mantuano conuentu Principũ legatis frequentiſſimo actum eſt Pij 2. præſidis ſuaſu vt Bellum cõmuni omnium præſidio Turcis indiceretur. In cuius fœliciorem exequutionẽ decimis ſuper officiorum Curiæ Romanæ collectis iuuari cupit. In ipſo itinere apud Anconam moritur.

PIVS Epiſcopus, &c.

QVONIAM, vt proximè publicatum eſt, decreuimus adiuuante domino claſſem parare contra Turcas, & perſonaliter ire in expeditionem proxima eſtate: ad quod opus ſanctum & neceſſarium magna pecuniarum ſumma indigemus, nec tantis ſumptibus Eccleſiæ facultates ſufficere poſſunt: ea propter ad huiuſmodi onera ſupportanda reſeruamus integram decimam omnium emolumentorum & prouentuum omnium & ſingulorum officiorum & officialium Romanæ Curiæ cuiuſcunque gradus, conditionis, & dignitatis exiſtant. Mandamus itaque omnibus & ſingulis officialibus prædictis quatenus venerabili fratri L. Epiſcopo Ferrarienſi, quem huius rei depoſitarium conſtituimus, integram & veram decimam emolumentorum quocunque modo ratione dictorum officiorum prouenientium, infrà menſem à die Dat. pręſentium ſequentem perſoluiſſe debeant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ: & nihilominus ſi in ſolutione huiuſmodi ceſſauerint, aut renitentes fuerint, exercitio & emolumentis dictorum officiorum per annum integrum tenore præſentium priuamus, & priuatos eſſe declaramus: quæ emolumenta huic operi eo ipſo applicamus. Non obſtantibus priuilegiis indultis & literis apoſtolicis eiſdem conceſſis, & aliis in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die vltima Octobris 1463. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Placet D.N.PP. vt publicetur in audientia, & deſcribatur in Cancellaria. Ag. Camerin.

Lectum & publicatum fuit ſupradictum mandatum Romæ in Cancellaria Apoſtolica, die quinta menſis Nouembris. Et in audientia contradictarum die eadem, & eiuſedem menſis Nouembris, anno incarnationis domini 1463. Pontificatus præfati Domini noſtri Pij Papæ II. anno ſexto.

Hic Pontifex ſedit annos ſex. Breuis Pontificatus ampliſſima fuit gloria. Vitæ exitum inſigni laude coronauit. Bellum nauale aduerſus Turcas indictum proſequebatur, claſſémque petebat & anchoras Anchonæ ſoluere volebat, ſed diutina & lenta febri corripitur cum illic properare finem videret Cardinales ad ſe vocat, eos paterna pietate ad pacem & concordiam hortatur ne poſt occaſum vitæ ſuæ variis diſtraherentur affectibus in ſucceſſoris electione, tantóque orationis ornatu verba fundit vt omnes morituri hominis pietatem, & Zelũ tũ eloquentia mirarentur, ſicuti ex Iacobi Cardinalis Papienſis Epiſtola ad Franciſcum Picolominæum Cardinalem Senenſem intelleximus. Aderant Cardinales præcipui Pontificem ſummum in illa ſumma deliberatione Belli Turcici deficiẽtem conſpicientes, quibus hoc longũ vale dicit Fratres mei dilectiſſimi, videtis quo adductus ſum, hora mea iam venit: Deus hinc nos euocat, morimur in fide catholica, in qua & viximus nihil ſentientes à Romana ſede diuerſum. Egimus vſque in hanc diem quod potuimus pro ouibus creditis: non pepercimus laboribus vllis aut periculis. Bis caput noſtrum obtulimus ad communem ſalutem. Perficere quod cœpimus poteſtas non eſt

eſt vltra:reliqua veſtra ſunt. Curate vos hoc opus Dei, & labi non ſinite per negligentiam fidei cauſam. Ad hoc enim vocati in eccleſiam eſtis, vt illi ſuis temporibus opem feratis. Mementote officij veſtri, & redemptoris noſtri, qui contēplator eſt omnium, & retribuit cuique ſecundum opera ſua. Creuit ab initio & progreſſa eſt dignitas veſtra fidei miniſterio: per fidele miniſterium vtique eſt retinenda, quærentes quæ veſtra ſunt non quę Ieſu Chriſti, retinere illam diu nequaquam poteſtis. Habete quoque ex nunc temporalium, & videte ne quid detrimenti patrimonium commune accipiat, ſtudium hoc omne eſſe veſtrum oportet, dum licuit, noſtrum fuit Pręterea, fratres conuerſati vobiſcum ſumus & ante Cardinalatu & poſt in pręſulatu, ad quem nos elegiſtis. Conuerſatio noſtra ſine peccato eſſe non potuit: ex carne enim ſumus: offenſus eſt à nobis Deus: offenſa charitas veſtra pro his quę in Deum peccauimus, ipſe qui omnipotens eſt miſereatur noſtri: pro his vero quę in vos, rogamus, dilectiſſimi, vt placatis mentibus veniam morienti tribuatis: eos qui ex carne noſtra ſunt, et qui famulati ſunt nobis, ſi dignos ſe pręſtiterint, commendatos habete. Valete fratres: Pax Dei, et cœleſtis gratia vobiſcum ſit. *Vbi hæc dixiſſet interruptis tum doloris tum pietatis affectu vocibus, omnes qui adſtabant nutu ſolo & lachrimis reſpondebant, madida fletibus tepidis ora omnium videbantur. Iam ſumpſerat viaticum ſubito diſceſſurus, iam ſarcinam collexerat pius Pontifex. Senex deficiens ſponte ſacramenta omnia petiit. Orationes canonicas quas nec rerum tumultu, nec negotiorum faſtidio vnquam neglexerat, in hac vltima vitæ periodo non intermiſit, ſibiipſi congratulabatur quod vitam miſeriarum plenam, in fœliciorem ſtatum breui commutaturus eſſet, ab orationibus piis ad pias exhortationes pacis & concordiæ tranſibat, Symbolum Athanaſij conſtanter pronunciauit, mortem non exhorruit, non reluctantem mortem non perturbatum aut inconſtantem ſe præbuit dum extremum ſpiritum efflaret, extinctus magis quam mortuus.* XIX. *Calend. Sept.* MCCCCLXIIII. *Vt corpus ſuum Romam deferretur mandauit. In Baſilica ſancti Petri conditur iuxtà altare quod erexerat, vbi caput Sancti Andreæ Apoſtoli è Peliponneſo aduectum à Thoma Palæologo collocari magnifico ſumptu cúmque maxima veneratione & ſupplicationibus populi ac cleri iuſſerat Hunc verè Pium Pontificem obſequentiſſimis fauoribus venerabatur Ludouicus* XI. *Gallorum Rex cuius extant literæ humilitatis & amoris plenæ, quibus perpetuam in ſedem Romanam obedientiam, & pragmaticæ ſanctionis abolitionem pollicetur his verbis* BEATISSIMO PATRI NOSTRO PIO PAPÆ SECVNDO OBEDIENTIAM FILIALEM. *Te Vicarium Dei viuentes, ea veneratione proſequimur, vt ſacræ præſertim in Eccleſiaſticis rebus tua monita, veluti vocem paſtoris audire, illiſque parere prompta mente velimus. Te Principem totius Eccleſiæ, Antiſtitem ſacrorum, te Dominici gregis Paſtorem profitemur, & ſcimus, téque iubentem ſequimur, tibi & beatiſſimi Petri Cathedræ conſentimus, & iungimur. Itaque ſicut mandaſti, Pragmaticam Sanctionem (tuæ Sedi infenſam, vtpotè quæ ſchiſmatis tempore atque per ſeditionem mota ſit) à regno noſtro, noſtróque Viennenſi Delphinatu & omni ditione noſtra per præſentes pellimus, deiicimus, penitúſque abrogamus.* Datæ Turonis ſub magno Sigillo noſtro, die 27. menſis Nouemb. Anno D. 1461. & regni noſtri primo.

Incredibile dictu eſt quantopere his literis gauiſus ſit Pontifex qui ſuauiores atque iucundiores ſibi redditas fuiſſe nunquam antea dicebat, quibus quod ſummè optabat nunciabatur pragmaticam ſanctionem nimium damnatam ac ſublatam penitus fuiſſe, quas cum in Patrum conſpectu recitaſſet lachrimas præ gaudio continere non potuit cum ſe tandem ſedente, perniciosum virus ab Eccleſia remotum cerneret, & ſuo tempori datum Gallicæ nationis obedientiam ex integro ad Romanam Eccleſiam redire auxit autem gaudij copiam Antonius Noxetanus qui regio nomine nouas attulit literas prioribus non abſimiles quibus idem confirmabatur petebatúrque magnificé Attrebatenſem creari Cardinalem, Pontifex creatum reſcripſit & cum eo Lebretum vt integrum eſſet regi gaudium qui pro ſua religione duos Cardinales meruiſſet obtinere. Remiſit & Antonium qui enſem ſacra natiuitatis Dominicæ nocte ſacratum dono regi adferret vagina incluſum ornata gemmis & auro atque his verſibus eiuſdem Poeſi Doctiſſima ex tempore contextis inſcriptum.

Exerat in Turcas tua me Ludouice furentes
Dextera; Græcorum ſanguinis vltor ero;

Corruet

Corruet Imperium Mahumetis, & inclita rurſus
Gallorum virtus, te petet aſtra duce.

Miro deſiderio ardebat Pontifex expugnandi Turcarum Imperium. Reliqua quæ ad eius hiſtoriam pertinent ex ipſius commentariis, Platina, Onuphrio, Nauclero, & Papirio Maſſono edocentur.

PAVLVS SECVNDVS

Petrus ab antiqua Bemborum ſiue vt alij volunt Barborum Venetorum familia prognatus ab Eugenio IIII. auunculo Romam accitus & præclarè edoctus Cardinalium galerum ſuſcepit. Hic mortuo Pio II. Pontifice Max. Sextodecimo vacatæ ſedis die Pontifex nemine diſcrepante coronatur Romæ in gradibus ante fores Baſilicæ principis Apoſtolorum die V. Idus Septem. MCCCCLXIIII. Paſtor natura iuſtus & Clemens. In Turcas Illiricum mare penè dominates Principes Chriſtianos mutuis diſſidiis intricatos excitauit. Pacis & Iuſtitiæ inculpatus obſeruator. Georgium Pogebraciũ Bohemiæ regẽ publico conſiſtorio hæreſis reũ regno priuauit.

I.

Beneficia ſedi apoſtolicæ reſeruata ac reſeruanda quouis modo vacantia & vacatura ſemper remanent affecta.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

AD Romani Pontificis prouidentiam & circunſpectionem prouidã ſpectare dignoſcitur dubia iuris, ex quibus lites graues oriuntur indies, ſuę declarationis oraculis terminare: prout negotiorum qualitate & temporum conditione inſpectis conſpicit in domino ſalubriter expedire. Cum itaque nonnulli Romman. Pontifices prædeceſſores noſtri per diuerſas eorum conſtitutiones quas ſuo tempore duntaxat durare voluerunt, quæcunque beneficia eccleſiaſtica quæ ſui & ſanctæ Rom. Eccleſ. viuentium & tunc exiſtentium Cardinalium familiares continui commenſales obtinebant & in poſterum obtinerent eorum familiaritate durante, etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel alias receſſiſſent, necnon illa quę etiam fructuum & prouen. Camerę Apoſt. debitorum Collectores: & qui ipſorum prædeceſſorum temporibus ſua officia exercerent vniti ſubcollectores durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibus vacauerint, cum irritantis appoſitione decreti: & deinde prędeceſſoribus ipſis ſublatis de medio ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriuſque iuris interpretes, etiam officiales Romanę curię ſæpenumero hæſitatum extiterit, an beneficia huiuſmodi propter reſeruationem & decretum prædicta reſeruata vel affecta remanſerint, ita quòd nullus præter Romani Pontif. de illis diſponere potuerit ſiue poſſit: reſeruatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Ac propter ambiguitatem huiuſmodi varias quoque iuriſperitorum opiniones & diſceptationes ipſas, aduertemus plerunque pro reſeruatione & effectione præmiſſis, interdum verò è contra pronunciatum, & diffinitum fore Nos qui vigilis more paſtoris ſemper his maturo prouidendum eſſe conſilio non indignè cenſuimus: & propterea in ſingulis cauſis ſuper quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus vſque ad noſtrum beneplacitum ſuperſedere mandauimus: cupientes quemadmodum noſtro incumbit officio dubiis huiuſmodi finem imponere ſubditorum diſpendiis, & ne lites fiant penitus, immortales de opportuno remedio prouidere.

Philip. Probus in c. præſenti de offic. leg. libr. 6. Alex. 6. in tit de derogat. Iuriſpat. in ſuis. reg. De hac materia conſtitutionem edidit Pius. 4.

uidere. Fœlicis recordationis Vrbani Quinti. Gregorij IX & Bonifacij VIII. Rom
Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, qui ad ſubmouendas altercationum
fomenta & ambiguitates huiuſmodi, lucidandas declarationes ſimiles per ſuas li-
teras ediderunt veſtigiis inhærendo, ac prouidè conſiderantes effectum per reſer-
uationem manúſque appoſitionem eorundem prædeceſſorum in dictis beneficiis
ineſſe productum, per obitum nequaquam cenſeri debere reuocatam Roman.
quoque Pontificis manus appoſitionem prædictam, tantę efficacię tantæque virtu-
tis exiſtere, vt ſi & literę apoſtolicę ſuper prouiſionibus beneficiorum aut de pro-
uidendo mandatis in quibus decretum, & reſeruatio huiuſmodi opponuntur, ex
aliqua cauſa ſuum debitum non ſortiantur effectum, facultatem tamen prouiden-
di de beneficiis taliter reſeruatis quibuſcunque aliis fuiſſe adeptam, huius perpe-
tuę & irrefragabilis conſtitutionis edicto, de venerabilium fratrum noſtrorum
ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalium conſilio, omnia & ſingula beneficia eccle-
ſiaſtica ſecularia & cuiuſuis ordinis regularia: etiam ſi præpoſitatus canonicatus:
præpoſiturę & præben. dignitates, perſonatus adminiſtrationes vel officia fuerint
& ad illa conſueuerint qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat anima-
rum, vt præmittitur reſeruata, & per Roman. Pontifices ſucceſſores noſtros cano-
nice intrantes in poſterum reſeruanda, actu quouis modo vacantia, & inantea va-
catura, per huiuſmodi reſeruationem & decretum, remanſiſſe & remanere ſemper
affecta, nullúmque de illis cum primum hac re contigerit præter eundem Rom.
Pontificem ea vice quouiſmodo diſponere potuiſſe ſiue poſſe harum ſerie decerni-
mus pariter & declaramus, quòd tam in pendentibus etiam per appellationem
quàm in futurum ſuper eiſdem beneficiis vt præmittitur reſeruatis committendis
cauſis per dilectos filios magiſtros Capellanos noſtros, & cauſarum Palatij Apo-
ſtolici Auditores, atque alios quoſcunque delegatos & iudices vbilibet inuiolabili-
ter obſeruari, & ſecundùm præmiſſa, nec aliter ſententiari & diffiniri volumus, at-
que mandamus, eiš & eorum cuilibet, quauis alia ſuper præmiſſis interpretandi fa-
cultate ſublata, Decernẽtes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quocunq;
quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam noſtrę conſtitutionis, declarationis, voluntatis
mandati & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc
attentare præſumpſerit indignationẽ omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli
Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum,
anno incarnationis dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo,
Calend. Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Horum Pontificum qui reſeruationes beneſiciorum ſedi apoſtolicæ ſanxerunt conſtitutiones nullibi recuperare potuimus.

Beneficia reſeruata quomodocunque vacẽt affecta remanent.

II.

Monaſteria & beneficia piis locis vnita & de cætero non vacantia annatam ſingulis quindecim annis ſoluere tenentur.

De Annatis & earum obligatione in beneficiorum prouiſionibus conſtitutiones ediderunt Innoc. 8. Leo. X. Iul. 2 Iul. 3. & Paulus 4. huic non diſsimiles.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
DECET Romanum Pontificem ſic ſuis fore gratus liberalem, quod in
Eccleſiarum, Monaſteriorum, aut clericalis ordinis perſonarum ſecularium ſiue
regularium fauorem conceſſa, in Cameræ Apoſtolicæ, vel aliis præiudicium non
redundent. Sanè dudum ad humiles vniuerſorum poſcentium ſupplicationes, & ex
certis rationabilibus cauſis tunc expreſſis inducti, tam nos quam S.R.E. Martinus
V. Eugenius 4. Nicolaus etiam V. Calixtus 3. & Pius 2. Põtifices prædeceſſores no-
ſtri quam plura diuerſorum ordinum Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Præpo
ſitatus Conuentuales, nec non dignitates maiores in Cathedralibus, Metropolita-
nis, & principales in collegiatis Eccleſiis, adminiſtrationes quoque, officia, & bene-
ficia eccleſiaſtica etiam diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter reſeruata, inuicem vel
aliis cathedralibus etiã Metropolitanis, vel collegiatis eccleſiis, earumque capitu-
laribus menſis, ac menſariis, dignitatibus, collegiis, vniuerſitatibus, & beneficiis, &
præſertim congregationis Canonicorum regularium S. Auguſtini Lateranen. &
de Scopeto, ſeu S. Saluatoris nũcupatorum, Monachorum S. Iuſtinæ Paduan. Mon-
tis Oliueti, S. Benedicti, Ciſtercien. Vallis vmbroſæ, & Cartuſien. ordinibus, Presby-
terorumque S. Georgij in Alga Venetiarum, atque aliis monaſteriis, domibus,
hoſpitalibus,

hoſpitalibus, & fabricis, & piis lociis vtriuſque ſexus perſonarum, ſub diuerſis mo-
dis & formis apoſtolica auctoritate vniuimus, incorporauimus, & annexuimus, ap-
plicauimus, atque ſubmiſimus. Propereaque Eccleſiæ, Monaſteria, Prioratus, Præ-
poſituræ, dignitates adminiſtrationes, officia, & beneficia vnita huiuſmodi am-
plius nequaquam vacare ſperantur: cumque propterea Cameræ Apoſtolicæ, nec-
non venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium collegium, & ſedis a-
poſtolicæ officiales detrimentum non modicum patiantur: Nos, quorum intereſt
eorundem Camerę, Collegij, & Officialium indemnitati proſpicere; volentes,
quemadmodum pars eſt, vniones, incorporationes, annexion. application. & ſub-
miſſiones prȩfatȩ, ſi alias ritè, & rationabiliter proceſſerunt, ita in ſua firmitate per
maneant, quòd ipſorum quibus vna cum ſuis oneribus vnita fuere, commodis de-
ſeruiant, & aliorum iura propterea non lædantur, auctoritate apoſtolica tenore
præſentium ſtatuimus, & ordinamus, decernimus; Quod omnia, & ſingula Mona-
ſteria, videlicet illa quorum fructus, redditus, & prouentus ad ſumman centum flo
ren. auri de Camera ſecundum communem æſtimationem aſcendunt annuatim,
ſi in libris eiuſdem Cameræ taxati reperiuntur, communia, & minuta ſeruitia, at-
que alia iura debita, & conſueta tam ipſis Cameræ, & Collegio quam Officialibus
præfatis: reliqua vero Monaſteria, Prioratus, Præpoſituræ, Præpoſitatus, dignitates,
perſonatus, adminiſtrationes, officia, & beneficia, vt prȩfertur vnita pro quibus Ca
merę apoſtolicę annata, ſeu alia iura ſolui conſueuerant, vel debebant tẽporibus
retroactis, & de ſoluendo ſingulis certis temporibus futuris obligatio in eadem
Camera per inaduertentiam facta non fuit, annatam, ſiue medios fructus vnius an
ni perpetuò ſequuturos, eidem Camerario ſoluere teneantur & debeant. Et quod
de omnibus Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus,
adminiſtrationibus, officiis & beneficiis, vt prȩfertur vnitis, à quorum vnionum
temporibus poſtquam illę ſortitę effectum, anni quindecim effluxerunt, infra an-
num proximè futurum communia minuta, & alia iura, ſeu annatas, & medios fru-
ctus huiuſmodi ſoluere aſtringantur etiam ſingulis annis quindecim in futurum,
prout multi alij ſimiles vniones, & gratias obtinen. faciunt, & facere conſueuerunt,
& ad hoc ij quorum intereſt infra vnius anni ſpacium in eadem Camera efficaci-
ter obligare debeant cum effectu. Alioqui ſi à ſolutione aut obligatione prȩmiſſis
ceſſare prȩſumpſerint, vnion. annexion. & incorporationes prȩfatȩ habeantur pe-
nitus pro infectis, & ſic vnita Monaſteria, Prioratus, Prȩpoſiturȩ, Prȩpoſitatus, di-
gnitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, & cuiuſuis qualitatis, aut generis be-
neficia huiuſmodi tanquam verè vacantia poſſint libere à ſede prȩfata impetrari,
& canonicè obtineri, ac ſi vniones ipſȩ, & ſuper eis confectȩ literȩ, proceſſus quo-
que habiti per eoſdem, & quȩcunque inde ſecuta nullatenus emanaſſent. Non ob-
ſtantibus vnion. & aliis prȩmiſſis, cȩteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo
omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ cõſtitution ordinatio. & volunta-
tis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prȩſum-
pſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum
eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarna-
tion. Dominicæ, Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, Octauo Id. Ia-
nuarij, Pontificatus noſtri anno quinto.

Quædam beneficia apoſtolica authoritate monaſteriis hoſpitalibus & aliis piis locis vnita ſunt, quæ tamen ab hoc diplomate ſoluendarum annatarum non ſoluuntur.

Defectu ſolutionis vniones nullæ ſunt huiuſmodi & ſubiiciuntur beneficiorum poſſeſſores pœnis ab Innocentio 8. conſt. 1. Apoſtolicæ decretis ipſáque Beneficia vacant.

De Annatis aliquid in huius conſtitutionis ſcholiis addere decreueram, ſed amplior &
proprior reſeruatur locus, in his quæ ſub Leone X. Pontifice tractentur, qui Annatarum
rationem clariùs tradidit, compendij tamen vice vt pollicitis ſtemus harum originem
retulimus Bonifacio 9 qui primus omnium annatam ſoluendam ſtatuit ab his qui benefi-
cia à ſede apoſtolica impetrant, vt videlicet is cui de beneficio excedente valorem an-
nuam 24. ducatorum auri prouideretur dimidiam annui valoris beneficij Impetrati ſoluat
fiſco Apoſtolico, & ita fuit obſeruatum vſque ad tempora Leonis X. cuius tempore, vt au-
dio, ſtatutum fuit quod annata ſolueretur de penſione, quando penſio aſcendebat ad du-
catos XII. auri de camera. Veruntamen quicquid ſit, hoc totum pendet à conſtitutio-
nibus & ordinationibus apoſtolicis, quæ ſi ſummis Pontificibus quandocunque ſecundùm
temporum varietatem alterantur, non debet reprehenſibile iudicari. c. non deber. de con-
ſang. & affi. ideò ſtilus curiæ obſeruabitur. Sciendum tamen eſt quòd annata, quando be-
neficium eſt taxatum, non plus ſoluitur pro ea, quàm ſit in taxa, vt dixit Caſſad. in Deciſ.

ſuis ſuper reg.Cancel.Deciſ.XIX.& introducta fuit annata ad ſubuentionem Papæ & Cardinalium indigentium,ſicuti & charitatiuum ſubſidium,vt tradit Fernandus Cordubenſis, in tract.ſuo,de annat.quem refert Gomes.in præfatione reg.Cancell. de valore exprimen. num.6.quinimò dixit Ioannes Eckius in ſuo libello,qui intitulatur Enchiridion Locorum communium contra Luteranos.in tit.de annatis,quòd Annata , deſcendit de iure diuino, quia loco decimæ decimarum ſoluitur,illum videre poteris qui annatas deffendit ab impugnatione Luteranorum.Vnum etiam ſciendum eſt,quod ſi clericus obligatus ad ſolutionem annatæ,illam non ſoluerit collectori in partibus deputato, ſiue in camera apoſtolica in termino ſtatuto , incidit in pœnam priuationis illius beneficij,pro quo annatam ſe ſoluturum in camera apoſtolica obligauit.Is vero qui non pro ſe,ſed pro alio annatam ſoluere ſe obligauit,principaliter non ſoluens ſtatuto tempore,non ſolùm excommunicationis ſententiam,ſed etiam priuationis omnium beneficiorum,quæ obtinet,pœnam incurrit. Ita ſtatuit Pius ſecundus , ac demum Innocentius octauus , vt patet per dicti Innocentij bullam,ſub Anno Domini 1484.tertio decimo Calend.Martij, & hoc confirmauit Iulius ſecundus per eius bullam in tali materia editam,ſub Anno Domini 1505.Calend.Auguſti, Pontificatus ſui Anno ſecundo.

III.

Legati Apoſtolici munera non recipiant ſiue in vaſis aureis ſiue in equis conſtent abſque ſpeciali licentia Pontificis.

Eſa.33.& 11. q.3.c.Qui recte. Qui excutit manus ſuas ab omni munere iſte in excelſis habitat. Quicunque volunt exequi aliquid in Iuſtiæ veriq; tuitionem munera curare nequaquā debent quibus offunduntur tenebræ, & tanquam forti ariete percellitur æquitas.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

MVNERA excæcare oculos ſapientum,& peruertere corda iuſtorum,ſacra ſcriptura teſtatur.Vnde ille laudatur,ille prædicatur beatus,qui poſt aurum aut argentum abiit nno & qui excutit manus ſuas ab omni munere: de quo propheta teſtatur,quoniam ipſe in excelſis habitabit,& monumenta ſaxorum, ſublimitas eius.Quod cum omnes facere conueniat,tum maximè ſeruare oportet apoſtolicos Legatos & Gubernatores prouinciarum,ciuitatum,atque terrarum Romanæ Eccleſiæ ſubditarum,quos decet cæteris ſecularibus magiſtratibus,iuſtitiæ & integritatis exempla præbere,vt auaritiam odiant , & munera ſuper innocentes non cupiant.Sane ad noſtrum,non ſine moleſtia animi,peruenit auditum,quod ſuperioribus temporibus diuerſi rectores , & gubernatores terrarum , & prouinciarum S.R.E ſubditarum & nonnulli Legati,etiam de latere,ad gubernationem ipſarum terrarum & prouinciarum emiſſi,ſolitum quendam ſequentes abuſum , munera à prouincialibus,& incolis locorum,publicè & priuatim ſuſceperunt:etiam in vaſis aureis vel argenteis,vel equis,aut victualibus,excedentes omnem modum,permiſſionémque canonicam:quæ quidem non ſolum ipſis ciuitatibus & prouinciis grauia & oneroſa fuere ſed etiam exemplo turpia & pernitioſa opere comprobantur. Si quidem ipſis muneribus vel donis allect ,priuatæ gratiæ & factionibus , potius quam iuſtitiæ ſtuduerunt,multique criminoſi grauia delicta & flagitia pecunia redemerunt , atque (vt breuiter circumſcribamus) impletum eſt in pleriſque propheticum illud , quod in eorum manibus iniquitas fuit , & dextera eorum repleta eſt muneribus.Si quidem beatus Iſidorus ait , Cito iugulabitur auro iuſtitia , nullámque reus pertimeſcet culpam,quam redimere nummis exiſtimat. Volentes igitur talibus abuſibus prouidere,& per officiales & miniſtros apoſtolicæ Sedis,omnem integritatem mūditiámque ſeruari,hoc perpetuo prohibemus edicto,ne quiſquam deinceps rectorum,aut gubernatorum,& quorumcunque officialium Romanæ eccleſiæ,vel etiam Legatorum de latere,ad regimen & gubernationem prouinciarum,ciuitatum,ac terrarum Romanæ eccleſiæ deputatorum vel deputandorū, à prouinciis,ciuitatibus,& terris,quibus præſunt,vel officia exercent,nec à ſingularibus ſuæ legationi,regimini,vel gubernationi ſuppoſitis, aliquod genus muneris, nec aurum,nec argentum, aut veſtem , aut equum , vel aliquod cuiuſlibet ſpeciei munus accipiat,præter eſculenta & poculenta,quæ breui tepore conſumi poſſunt, quod tempus,ad biduum moderamur:alioquin tam dātes quam accipientes, etiam ſi Pontificali præfulgeant dignitate(dummodo non ſint ſacroſanctæ Romanę Eccleſię Cardinales,qui in ſacro collegio,coram nobis,ſponte ſua obtulerunt,& promiſerunt,non recepturos ſe huiuſmodi munera)ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant,à qua abſolui non poſſint,niſi à Romano Pontifice , præterquam in morti ſarticulo conſtituti.Et inſuper,omne id quod acceperint , & aliud tantundem reddere teneantur.Mandantes vt omnes,& ſinguli legati,rectores, gubernatores,

Iſidorus de ſummo bono.l. 3. c. **88.**

Exccommunicantur dantes & recipientes.

Reſtitutioni obnoxia ſunt accepta omnia.

bernatores,& alij officiales prædicti,priuſquam ad ſua admittantur officia:videlicet Cardinales Legati,in dicto collegio coram nobis promittere : inferiores vero in camera apoſtolica , de obſeruanda huiuſmodi conſtitutione noſtra(quam perpetuò valere,& vim decretalis habere decernimus)iuramentum præſtare teneantur,quod etiam in forma iuramentorum pręſtari ſolitum,adiungi & adſcribi mandamus.Inſuper,ne ſub occaſione munerum officia inferiora in ipſis prouinciis,ciuitatibus,& terris,venalia reddantur,aut criminoſi debitas pœnas effugiant , vel mulctæ pro debitis impoſitæ,& fiſco applicandæ, in priuatas vtilitates redigantur: pari prohibemus edicto,ne Legati & gubernatores prædicti,præturas ciuitatum,& alia inferiora officia,per Romanos Pontifices conferri,confirmari , vel alias concedi ſolita:conferre,confirmare,aut de illis quomodolibet,ſine ſpeciali cōmiſſione noſtra,vel ſucceſſorum noſtrorum ordinare pręſumant. Pro his vero quę ad ipſorum Legatorum,vel gubernatorum diſpoſitionem,vel confirmationem pertinent pro collatione officiorum,vel confirmatione nil accipiant,pręter moderatam mercedem ſecretarij ſiue ſcriptorum , & ſigilliferi:quam quidem in maioribus officiis, & ciuitatibus inſignioribus,ad duos florenos de camera:in minoribus officiis , vel ciuitatibus minus inſignibus,ad vnum florenum:in minimis vero,ſeu caſtellis,dimidium florenum ſimilem tantum,pro ſalario ſecretarij,ſcriptoris,et ſigilli taxamus:et limitamus.Inſuper prohibemus ne aliquos reos capitalium,aut exules,bannitos,et diffidatos , ſub pœna capitis , abſoluere , reſtituere,aut pœna liberare audeant,ſine Romani Pontificis licentia ſpeciali.Præterea mulctas et condemnationes pecuniarias , camerę Apoſtolicę,de iure vel conſuetudine applicari ſolitas remittere non poſſint aut donare,nec de illis gratiam aut remiſſionem facere,niſi vſque ad ſummam ſex florenorum auri de camera , in mulcta ſeu condemnatione quātumuis graui. Reuocātes omnes cōceſſiones aut facultates,in genere vel ſpecie cuiuis Legato rectori,vel gubernatori conceſſas,in quantum præmiſſis aduerſentur:illáſque pro infectis habentes:decernentes quicquid contra præmiſſa et quodlibet præmiſſorum,attentatum fuerit,nullius eſſe roboris vel momenti : et abſolutiones,remiſſiones,donationes,et gratias quorumlibet Legatorum,rectorum , gubernatorū,quacunque authoritate fungentium,in futurum contra pręmiſſa forſitan faciendas,nulli penitus ſuffragari. Mandantes hanc conſtitutionem noſtram in omnibus ciuitatibus Romanæ Eccleſiæ inſignioribus,nunc , & ſingulis quibuſcunque temporibus,in aduentu noui Legati ſeu Gubernatoris,ſolemniter publicari,et ab omnibus inuiolabiliter obſeruari , ac de verbo ad verbum in libro ibidem aliquo autentico regiſtrari et conſeruari Nulli ergo &c. Si quis &c.Datum Romę apud Sanctum Marcum,anno incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto , quintodecimo Calendas Aprilis , Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Occurrit licentiori legatorum poteſtati qui munerum illicio victi audent apud prouincias exteras ſumma vti authoritate in remouendis , ſubmouendis , & confirmandis dignitatibus & officiis apoſtolicæ ſedi reſeruatis.

Legati non poſſunt reos cuiuſcunque criminis capitalis,ſub pœna capitis abſoluere reſtituere aut liberare abſque licentia ſuperioris.Vt cōſtitutione Pij.2. cautum eſt.

IIII.

De Inſtitutione anni Iubilei ſiue anni ſancti,ac illius reductione ad annum 25.

PAVLVS Epiſcopus &c. Ad perpetuam rei memoriam.

INEFFABILIS Prouidentia ſummi patris(qui pro redemptione humani generis,eiuſque reconciliāda natura,Adæ præuaricatione perpetuæ mortis damnatione mulctata,vnigenitum ſuum veſtem noſtræ mortalitatis aſſumere, & poſt euangelicæ doctrinæ ſacra rudimenta , ac vitæ ipſius actus, & conuerſationis exempla crucem voluit & mortem ſubire) laudabili imitatione nos inſtruit , vt qui inſufficientibus meritis vices ipſius redemptoris tenemus in terris , ſummis enitamur ſtudiis gregem dominicum vigilantiæ noſtræ ſua præordinatione commiſſū: quem callidi hoſtis verſutia iuſtitię limitibus ſępę diuertit, auctori noſtro qui nō mortem,ſed pœnitentiam deſiderat peccatorum, reddere acceptabilē & bonorum operum ſectatorem,vt in extremi tremendique iudicij ratione reddenda,rigorem iuſtitiæ & vltionis meritę euitare poſſimus. Decet igitur noſtrę mentis intuitum ad ea vigili attentione conuertere,per quę ſupremi fauoris ſuffragante pręſidio,ita vniuerſorum Chriſti fidelium animarum ſaluti proſpiciamus vtiliter, & gratiarū ſpiritualium donis ſalubriter conſulamus, quòd aduerſus ipſius hoſtis aſtutias

Iubilæi Annum quem Bonifacius 8. centeſimo anno quolibet &

Clemens ſextus quinquageſimo inſtituerat celebrandum Vrbanus. deinde ſextus ad annum tertium & trigeſimum reduxerat hic demũ Põtifex vt teſtatur extrauag. Sixti 4. Quemadmodum in 6. advigeſimum quintum eſſe voluit. Eáque temporum ratione hactenus celebratum eſſe conſtat.

congruo valeat antidoto ſubueniri, ipſique fideles æternę beatitudinis præmia lar
giente altiſſimo conſequantur. Dudum ſiquidem cum fida relatio antiquorum ha
beret, quòd accedentibus ad honorandam principis apoſtolorum de vrbe baſili-
cam, magnę conceſſę forent remiſſiones & indulgentię peccatorum, fœlicis recor-
dationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter ſummo ſtudio ſalutem appetẽs
fidelium ſingulorum, & attenta conſideratione recenſens, quòd per beatiſſimos
chriſtianę fidei principes Petrum & Paulum ſacroſancta Romana & vniuerſalis
eccleſia religionis ſumpſiſſet exordium, ac Euangelium Chriſti Romę reſplenduiſ-
ſet: vt iidem apoſtolorum principes, gregis dominici paſtores, & eiuſdem eccleſię
columnę firmiſſimę, in ſpeciali veneratione, & honorificentia haberentur, ipſeque
prædeceſſor fidelibus ipſis incomparabilem ſalutis theſaurum aperiret, de fratrum
ſuorum conſilio voluit atque decreuit, quòd omnes qui anno à natiuitate Domi-
ni milleſimo trecenteſimo, & quolibet anno centeſimo ex tunc in antea ſequutu-
ro ad ipſorum apoſtolorum baſilicas de vrbe accederent reuerenter, ipſáque ſi
Romani ad minus triginta, ſi vero peregrini aut forenſes quindecim diebus conti-
nuis vel interpollatis, ſaltem ſemel in die (verè tamen pœnitentes, & confeſſi)
perſonaliter viſitarent, ſuorum omnium peccatorum remiſſionem, & veniam ple-
niſſimam obtinerent. Poſtmodum verò ſanctę recordationis Clemens Papa VI. no
ſter etiam prædeceſſor ex præmiſſis & nonnullis aliis animum ſuum mouentibus
cauſis indulgentiam antedictam ad annum quinquageſimum prouida conſidera-
tione reducens, apoſtolica auctoritate ſtatuit, vt omnes Chriſtifideles qui prædi-
ctas baſilicas & Lateranen. eccleſiam de quinquaginta in quinquaginta annos cer-
to modo tunc expreſſo deuotè viſitarent, eandem peccatorum ſuorum veniam con
ſequerentur. Et ſucceſſiuè pię memorię Gregorius Papa XI. ſimiliter prædeceſſor
noſter cupiens vt Eccleſia beatę Marię maioris de vrbe cum eiuſdem baſilicis &
Lateranen. Eccleſia indulgentię Priuilegio decoraretur prædicto, ex certa ſcientia
voluit ſtatuit & auctoritate prædicta ordinauit, quòd quicunque Chriſtifideles hu-
iuſmodi indulgentiam per ipſius Clementis literas declaratam aſſequi affectarent,
eandem Eccleſiam beatę Marię maioris ſicuti Baſilicas & Lateranen. Eccleſiam
ſupradictas viſitare deberent, & etiam tenerentur. Et deinde Vrbanus VI. in ſua obe-
dientia nuncupatus prouidè conſiderans quòd ætas hominum ampliùs ſolito in
dies laberetur pauciores, ac deſiderans quamplurimos eiuſdem indulgentiæ fieri
participes, cum ad annum quinquageſimum propter breuitatem vitę plurimi ho-
minum minimè perueniant, vt populorum augeretur deuotio, fides ſplenderet, &
charitas amplius incaleſceret, ex eiſdem & aliis non minoribus cauſis de fratrum
ſuorum conſilio annum quinquageſimum ſupradictum ad trigeſimumtertium re-
ducens, ſtatuit de fratrum ſuorum eorundem conſilio, et apoſtolicę plenitudine
poteſtatis, quò vniuerſi fideles verè pœnitentes et confeſſi, qui in anno à Natiuitate
eiuſdem Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo, et deinceps perpetuis tem-
poribus de triginta tribus annis in triginta tres annos baſilicas ac Lateran. et ſan-
ctę Marię maioris prædictę vrbis Eccleſias cauſa deuotionis modo præmiſſo viſi-
tarent, eandem conſequerẽtur remiſſionem, & veniam peccatorum. Poſtremò ve-
ro poſtquam fœlicis recordationis Martinus V. Romanus Põtifex prædeceſſor no
ſter reductionem per eundem Vrbanum factam huiuſmodi ratam habens & gra-
tam, ipſam in ſua firmitate perſiſtere, & anno trigeſimotertio ſupradicto obſeruari
debere cenſuerat, & ad effectum deduci anno ingruente prędicto permiſerat, prout
obſeruata extitit, Piæ recordationis Nicolaus Papa V. ſimiliter prædeceſſor noſter
eorundem prædeceſſorum inhærendo veſtigiis prædictas Clementis eiuſdem con-
ceſſionis literas ratas habens & gratas, eas de fratrum noſtrorum tunc ſuorum
conſilio, & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine innouauit & approbauit, ſuique ſcri-
pti patrocinio communiuit, indixitque ſtatuit decreuit & ordinauit, vt omnes
Chriſti fideles verè pœnitentes & confeſſi, qui iuxtà formam in literis Clementis
prædeceſſoris huiuſmodi comprehenſam in anno à Natiuitate Domini noſtri Ie-
ſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo quingenteſimo tunc futuro baſilicas, &
eccleſias antedictas viſitarent vt præfertur, omnium peccatorum ſuorum pleniſſi-
mam indulgentiam conſequerentur, prout in dictis literis pleniùs continetur. Nos
igitur

Nicolaus V. Iubileum celebrauit, multa populorum in Vrbe Romana frequentia anno 1449 totúmque ferè annum illum in celebritatibus conſumpſit, ſtationes ipſemet quotidie viſitans, cum Cardinalium cœtu.

igitur qui miſeratione altiſſimi labentibus annis regimini catholicæ, & vniuerſa-
lis eccleſiæ fuimus diuina clementia diſponente præfecti, prouida conſideratione
non immeritò attendentes humanæ conditionis ſtatum fragilem ad peccandum
procliuem, & ad declinationem vſque adeò celeri curſu, vt præmittitur, properare
breuiſſimum quoque vitæ ſpatium, & peccatis noſtris exigentibus, crebras peſti-
lentias, varios morbos lætiferos, grauiſſimas quoque Turcarum, & infidelium ad-
uerſus fideles perſecutiones aſſiduas, atque vniuerſam chriſtianitatem retroactis
temporibus quaſſatam adhuc variis non quidem minoribus iniuriis laceſſiri: & ca-
lamitoſis caſibus & diſpendiis ſubiacere, aliáſque plurimas erumnas in Chriſti po-
pulos adeò inualeſcere, & eis atque aliis ſiniſtris caſibus plerúmque cauſantibus
admodum pauci remiſſionum & indulgentiarum huiuſmodi participes fieri me-
reantur, necnon attentè conſiderantes nouum vel à moribus alienum non eſſe pro
varietate temporum, anteceſſorum eorundem ſtatuta reduci ad ſpatium temporis
breuioris, maximè pro ſalute animarum fidelium quam tota mente appetimus, &
iuxtà datam nobis à Domino gratiam aſſiduè procuramus, ex præmiſſis & qui-
buſdam aliis non minoribus cauſis ad id animum noſtrum inducentibus, annum
trigeſimumtertium huiuſmodi de venerabilium fratrum eorundem conſilio, & ip
ſius poteſtatis plenitudine ad annum vigeſimumquintum reducentes, authoritate,
ſcientia, & poteſtate pręmiſſis, ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis
futuris temporibus annus Iubileus (plenariæ videlicet remiſſionis & gratiæ & re-
conciliationis humani generis noſtro piiſſimo redemptori) cum omnibus, & ſingu
lis indulgentiis & peccatorum remiſſionibus ſupradictis de vigintiquinque annis
cum gratiarum actione & mentis iucunditate debeat ab omnibus Chriſti fideli-
bus frequẽtari ac etiam celebrari. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, &
ipſorum apoſtolorum authoritate confiſi, eiſdem vtriuſque ſexus fidelibus qui in
anno domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimoquinto, incipiendo à pri-
mis veſperis vigiliæ natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadrin-
genteſimo ſeptuageſimo quarto, & vt ſequitur finiendo, ac deinceps de viginti-
quinque annos baſilicas & eccleſias antedictas aliàs iuxta ordinationem eorun-
dem prædeceſſorum deuotè viſitauerint vt præfertur, pleniſſimam peccatorum
ſuorum omnium veniam elargimur. Attendant igitur vniuerſi fideles, qui ad ra-
tionem perſpicuæ veritatis attingere quærunt, ac in ſtatera cordis iuſto libramine
ponderent ſuorum ſarcinam peccatorum, & quàm grauiter ſe reos conſtituerint
erga ipſum redemptorem piiſſimum, diuinam contra ſe clementiam prouocando.
Debitorum ſuorum etiam relegant memoriale, atque animo repetant huius de-
fluentis ſæculi curſum ad exitum continuò properare, & inexorabilem legem mor
tis abſque vllius exceptionis beneficio omnibus eſſe indictam, quæ ſine perſona-
rum dignitatúmque delectu cunctos reddit æquales, nihilque eſſe in quo vanam
huius mundi gloriam inanibus extollamus titulis, dum naſcentes dies mortis in-
dicitur, ac per tacitos fallentéſque decurſus huius vitæ mortalitas ad extremum
diem fugaci temporis mobiliter raptatur. Prouidè deinde conſiderent tremendi
iudicij diem, in qua omnium quæ in corpore geſſimus, ſiue bonum fuerit, ſiue ma-
lum, reddituri erimus rationem, & abſque prouocationis effectu quiſque propriam
mercedem accipiet, aut æternæ beatitudinis præmia, aut mortis perpetuæ, & dam-
nationis æternæ ſupplicia, quibus ſecunda mors finem imponere, aut ea mitigare
nequibit: & tandem cum ita ſit, nihilque habeat humana mortalitas quod bono-
rum omnium largitori dignè retribuere poſſit (cum nullum in ſe bonum inueniat,
quod non ſit ei liberaliter à Deo collocatum) vt mortis huius, & damnationis de-
trimenta euitent his atque aliis, meritoriis operibus peccata ſua omni ex parte ſtu-
deant expiare, vt ſaltem per hæc media, atque remiſſionum, & indulgentiarum
largitionem huiuſmodi quibus Chriſticolas omnes veluti data manu ad ſalutem
perpetuam inuitamus, ac ſanctorum meritis, & interceſſionibus adiuti, ad æternam
mereamur beatitudinem peruenire. Suſcipiant etiam cuncti fidei catholicæ profeſ-
ſores patris monita, & inſtituta ſalutis, atque pręcipua cum exultatione ad præpa-
randum iter ſibi ad gloriam ſempiternam has remiſſionum ac indulgentiarum
gratias ſaluberrimas, quas nos illarũ diſpenſatores indigni, tanquam Ieſu Chriſti
Vicarius,

Annum Iubileum quod reduxerat Vrbanus VI. ad trigeſimum tertiũ reducit Paulus ad vigeſimum quintum qui computatur à natalis Domini feriis.

Pulchra & ſalutaria theoremata his qui indulgentias Iubilei conſequi volunt.

Vicarius, de ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ theſauris exhibemus, vt ipſorum animas ab hoſtis teterrimi poteſtate ereptas, immortali Deo creatori noſtro (ſicuti ſupremis deſideramus affectibus) exhibere, & nos cum eis ſuperna beatitudine perfrui valeamus. Amen. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno à Natiuitate eiuſdem Domini Milleſimo Quadringenteſimo ſeptuageſimo, tertiodecimo Cal. Maij Pont. noſtri anno ſexto.

Nouis hic calculis opus habemus. Diſſidet enim hæc conſtitutio cum multis hiſtoricis, qui vno veluti concentu reductionis anni Iubilei ad 25. annum authorem faciunt Sixtum 4. cum id tamen verè debeatur Paulo 2. *Falluntur ergo poſt Onuphrium Platinæ continuatorem quotquot ſunt qui hanc reductionem Sixto referunt authoritate fult extrauag.* Quemadmodum *quæ habetur ſub titulo de* pœnit. & remiſſ. *quæ quidem veriùs rem accidiſſe teſtatur, & noſtros Hiſtoriographos male reuolviſſe conſtitutionis mentem maléque dixiſſe, cum ad benedicendum potiſſimum conferat penitus cognitum habere id de quo dicendum eſt Sixtus ergo fatetur Paulum ad breuius tempus annum Iubilei reduxiſſe his verbis.* Olim ſiquidem fœlicis recordationis Paulus Papa 2. prædeceſſor noſter rationabilibus cauſis tunc expreſſis inductus de venerabilium fratrum noſtrorum tunc ſuorum (de quorum numero tunc eramus) conſilio, annum Iubileum ad breuius tempus prouida moderatione reducens illud ad annum 25. Apoſtolica auctoritate reſtrinxit ac voluit ſtatuit & decreuit ex cauſis prędictis quod ſingulis 25. annis Iubileus annus prędictus celebrari deberet quodque anno Domini M.CCCC LXXIIII. proximè futuro, videlicet à vigilia Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti idem annus Iubileus inciperet vt ſequitur finiretur. *Quæ in re facili coniectura elici poteſt Paulum quidem hoc compendium temporis in celebrando Iubilæo ſtatuiſſe, Sixtum vero vbi peruentum eſt ad 25. annorum reuolutionem celebraſſe.*

V.

Caſus quidam reſeruati à quibus nullus poteſt abſoluere ſine ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ

Hæc conſtitu- habetur in Extrauag. commu. tit. de Pœnitent. & remiſſionib. c. etſi dominici.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c.

ETSI Dominici gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benignè concedere ſtudeamus, per quæ (peccatorum mole depoſita) ſalus ipſa ſuccedat, & ab hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucrifaciamus. Altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate commiſit, id tamen propenſiori ſtudio præcauendum eſſe cenſemus, nec cuiuſuis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtentu Chriſti fideles procliuiores ad illicita in poſterum committenda reddantur, aut veniæ facilitas eis peccandi tribuat incentiuum. Hac itaque conſideratione habita, olim emanauit à nobis conſtitutio tenoris ſubſequentis, videlicet: Sanctiſſimus in Chriſto pater, & dominus noſter, dominus Paulus diuina prouidentia Papa ſecundus, qui pridem ſuper plenariis remiſſionibus, quæ ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo conceduntur formam & normam inſtituit, ne paſſim ſine exceptione quoruncunque criminum procliuiores redderentur homines ad peccandum: per regulam in cancellaria Apoſtolica publicatam ſtatuit, & ordinauit, quòd in quibuſcunque conceſſionibus & facultatibus abſoluendi, caſus infrà ſcripti tanquam ſpeciales ſedi Apoſtolicæ reſeruati ſemper intelligerentur excepti: Videlicet offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, Violationis interdicti ab eadem ſede impoſiti, Criminum hæreſis, conſpirationis in perſonam aut ſtatutum Romani Pontificis, ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ, ſeu rebellionis eiuſdem Pontificis vel ſedis Apoſtolicæ, Presbytericidij, Offenſæ perſonalis in epiſcopum ſeu alium pręlatum, Inuaſionis, Deprædationis, Occupationis, aut deuaſtationis terrarum Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectarum, ac etiam inuaſionis Romipetarum ſeu quoruncunque aliorum ad Romanam curiam venientium, Prohibitionis deuolutionis cauſarum ad dictam curiam, Delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, Impoſitionis nouorum onerum realium vel perſonalium eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis, Simoniæ ſuper ordinibus vel beneficiis aſſequendis in eadem curia vel extrà contractæ: Et generaliter in caſibus contentis in bulla, quæ conſueuit in die cœnæ Domini per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices

Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi. c. vt clericorum ext. de vita & honeſt.

Hi caſus Papales omnes traduntur in Bulla cœnæ Domini & extrauag. Sixti 4. c. 5. de pœn & remiſſ. Et Concilio preſertim Tridentino ſeſſ. 24. c. 7. de caſuū reſeruatione.

Pontifices publicari: Conſiderans quòd plerunque contingit ſuam ſanctitatem homini facultates & confeſſionalia tam pręſentibus quàm abſentibus, etiam oraculo viuæ vocis concedere (ne prętextu conceſſionis homini vel pœnitentes, vel confeſſores in ſupraſcriptis caſibus fallantur & fallant) ſtatuit & decreuit ſuæ intentionis fuiſſe & eſſe per quaſcunque conceſſiones & facultates per ſuam ſanctitatem tam ſcripto, quam verbo factas, & in poſterum faciendas, nemini licere irretitos dictis caſibus abſoluere ſine ſpeciali ſuę ſanctitatis licentia: quinimmò conceſſiones & indulta prędicta quomodo ad caſus exceptos homini nulli penitus ſuffragari. Vt autem ipſa conſtitutio (quę dudum, ſcilicet quinto Calend. April. anni ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti M.CCCCLXVI. Pontificatus noſtri anno ſecundo publicata fuit) eiſdem Chriſti fidelibus pleniùs innoteſcat, nullusque illius ignorantiam prętendere valeat in futurum, pręſentibus inſeri fecimus, vt ad maiorem omnium perueniat notionem. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę M.CCCCLXVIII. V. non. Mart. Pontificatus noſtri anno quinto.

Neſcio qua petulantiore licentia vtantur quidam ſcripturientes adeò maledici, vt pulchrū decus retuliſſe putent cum ſuos in inſontes rabidos componunt Iambos, & quos venerari debent audaciùs traducunt. Hoc malo genio eſt Platina, qui nec calamum nec attramentum tēperatum habet, ſed dentata charta Hiſtoriam Pontificiam inſtruit. Et cum in omnibus ſit contumelioſus nullam vehementiorem bilis & maledicentiæ ſignificationem dedit quam in hūc Pontificem quem linguæ conuiciis inceſſere & ἐπιλγωτεισθαι *non ceſſat atriſque coloribus illum modo moroſum, difficilem, luxui deditum modo aſtutum verſipellem, bibaciſſimum & ſtudiorum contemptorem depingit. Sed quis ſtupidus adeò ſibi perſuadebit tantam vitiorum Iliadem fuiſſe apud hominem & Venetum & ſenem. Nos ſcimus autem quo Oeſtro percitus Platina hæc ſcripſerit commenta, volebat vindicem animum oſtendere in eo quod à Paulo 2. leſæ maieſtatis reus tanquam libellos famoſos aduerſus Pontifices ſcribens in carcerem coniectus fuerat vt teſtatur Volaterranus[1], meritò pœna capitis plectendus niſi precibus Cardinalium & clementia quam etiam calumniator laudat victus fuiſſet Pontifex. Hæc fuit occaſio furendi ſcriptis Polilogo Platinæ, quem ſequutus eſt Nauclerus ſed modeſtius de eo enim ſic loquitur. Paulus II. vbi magiſtratum iniit, ſtatim, ſiue quòd ita pollicitus erat, ſiue quòd Pij decreta & acta oderat, omnes Abbreuiatores quos Pius in ordinem redegerat, tanquam inutiles & indoctos exhauctorauit, eos bonis & dignitate indicta cauſa, ſpoliauit quos etiam propter doctrinam magnis præmiis aduocare debuerat. Erat quidem illud collegium refertum bonis ac doctis viris diuini ac humani iuris, inerant Poetæ & oratores quos Paulus tanquam Inquilinos & aduenas è poſſeſſione deiecit. Hactenus Nauclerus. Paria nugatur Ioannes Carion.*

Onuphrius tamen longè aliud ſenſit de huius Pontificis vita, quem Iuſtitiæ pietatis diuinarúmque ceremoniarum cultorem religioſiſſimum, Eccleſiaſticæ libertatis maieſtatiſque defenſorem conſtantiſſimum prædicat.

Anthonius Bonſinius Rerum Vngar. decad. 4. lib. 2. pag. 548. num. 40. veriùs laudem Pauli 2. ſpeculatus eſt hoc præconio, Paulus Pontifex Romanæ Eccleſiæ paſtor fideliúmque Pater, ne minore animi magnitudine, quàm pietate præſtaret, ad pacandam prius Italiam, deinde ad corrigendos hæreticos cohercendóſque Turcos animum aduertit, vtinam conſilium numina fortunaſſent. Quarto Pontificatus anno, cum per hyemem magna induſtria, & labore res Italas componere conaretur, & non ſatis adhuc inter partes conueniret, rerum ille dominus ac pacis auctor inter celeberrima ſacra publicè pacem quibuſdam conditionibus indixit, & in æde Marci, inter ſacra ſolennia cum ſummo Cardinalium omnium conſenſu edictum edidit, quo omnibus Italiæ pacis & concordiæ interturbatoribus Chriſtiana conſuetudine ac ſacris omnibus interdictum eſt. Hæc moliebatur vt expeditiùs cætera conſilia quæ ad ſalutem humanam intenderat, proſequeretur. Mathiam ei tempore ad facinora quæque clariſſima accommodatiſſimum, non tam malum quam à Deo ſibi datum reputabat, cuius ductu & auſpiciis prophanum æquè ac hæreticum protereret, Georgium Boemiæ regem execrabilis hæreſeos planè conuictū publico grauique edicto regno ac dignitate priuauerat. An. 1478. Hæc Bonſinius. Ita vt nunquā fucos in ſcriptis, aut aſſentationes referre mens fuit, ſic inuitus audio inſontes lacerari & miſeris modis blateronum vnguibus excarnificari. Non ſunt

Pontificum adulator, ſed perperam nolo de eorum vitiis humana fragilitate contractis iudicare. Quod ſi aliqua in re culpandus eſt Paulus II. nulla turpior culpa in eum cudi poteſt ea ipſa quam Genebrardus de eo ſcribit, & vereor ne nimium Platinæ authoritati tribuerit qui illam hiulcè pari fermè verborum ſtructura primus omnium euulgauit, vel citiùs Authorem ſummæ Conciliorum inſequutus eſt, qui de hoc Pontifice mordaciùs ſcripſit his verbis, Paulus 2. Papa. 219. ſub eodem Cæſare id eſt Friderico 3. Sacerdotio illaudabiliter procurato 6. anno 10. ſuæ aſſumptionis ſolus in cubilo nemine vidente ſecunda hora noctis Apoplexia moritur. Suo tempore omnia officia Romæ venalia erant & ferè ſemper beneficia & Epiſcopatus his committebat qui officium aliquod venale haberent vnde elici munus poſſet. Primum huius calumniæ verbum falſum eſt, in hoc enim authores omnes conueniunt vt dicant illum Pontificem renunciatum fuiſſe omnium Cardinalium votis & vno excepto (qui ei ſemper aduerſatus fuerat) Ludouico Cardinale Aquilegienſe nemine diſcrepante. Quantum ad illã beneficiorum nundinationem attinet tantum abeſt illum beneficiis conferendis liberaliùs indulſiſſe, quem conſtitutiones probant ab omni munerum corruptela alienum extitiſſe. Prohibuit in primis grauiores illas exactiones quæ Camerariis exigebantur. Pepulit ab officiis multos legatos qui apud exteros Principes munera priuatim vel publicè venabantur. Grauiſſimis pœnis multauit fraudulenter procurantes alienationes bonorum Eccleſiaſticorũ. Cardinales pauperes maximè & Epiſcopos & Principes ac nobiles domo extorres, virgines, viduas ægrotos frequenter iuuabat, ædificauit ſplendidè, & templa deſtructa reſtaurauit. Quod autem omnes illum literarum & literatorum oſorem faciant, planè falſum eſt, nec latet viros cordatos quibus fauoribus qua munificentia eos proſequutus ſit. inter multos teſtis eſt Cardinalis Beſſario Nicenus vir Latina & Græca facundia eminentiſſimus & ideo Paulo ſecundo chariſſimus quem perpetuo, ſenem doctiſſimum Neſtora veluti lateri adeſſe volebat. Demum eximium beneuolentiæ ſuæ innatæ in viros Doctos ſpecimen edidit, cum Franciſcum Ruueram Franciſcanum Monachum pauperem ſed omnibus modis Doctiſſimum in Cardinalium collegium aduocauit, nulla alia ratione fretus quam eximiis virtutis & eruditionis meritis. Pari literarum gratia ſuccenſus Stephanum de Varada Decretorum Doctorem clariſſimum Gallum ad Cardinalatus faſtigium euexit. Hæc fuerunt argumenta potiora quibus Platina in Pontificem ſtrinxit calamum. Obiit apoplexia, fatemur equidem, ſed quid culpæ homini ſeni, vertigine laboranti, neruorum origine atque principio læſo? Mille modis miſeros homines ſors vna fatigat. Huius Pontificis cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum marmoreo ſepulchro quod Marcus Barbus Cardinalis S Marci extruxit, conditum eſt, Pontificatus anno ſeptimo die. V. Cal. Aug. Anno. MCCCCLXXI.

SIXTVS QVARTVS

Franciſcus Roboreus vel de Ruuere Ligur ex villa Albizzola diœceſis Sauonenſis Piſcatoris filius ſummo hominum Piſcatori Petro in apoſtolica ſede ſucceſſit die XV. Cal. Sept. Anno reparatæ ſalutis M.CCCCLXXI. Puerulus deuotus fuit regulæ ſancti Franciſci, in qua fœliciſſimi ingenij ſpecimen edidit. Deinde Patauij lauream magiſterij in S. Theologia ſuſcepit. Italorum Academias doctrina illuſtrauit. Miniſter Generalis ſui ordinis, in collegium Cardinalium adſcriptus eſt. Sedit in Apoſtolica ſede Annos XIII. & dies V. Omnes Principes Chriſtianos ſuis votis obſequentiſſimos habuit. Vrbis nouus conditor apellatus propter reparata ædificia temporum iniuria diruta. Pontem ſupra Tiberim maximis impenſis fecit & à ſe Xiſti pontem nominauit, cum antea ab Antonio Pio conditore vt fertur nomẽ ſortiretur. Multa ſcripſit quæ doctrinam ſcholaſticam D. Thomæ Aquinatis & Scotiſtarum ſtudioſiùs aperiunt. D. Bonauenturam ordinis ſui olim Cardinalem virum doctiſſimum, (cuius corpus Lugduni magna veneratione reſeruatur) retulit.

inter diuos retulit. Feſtum Conceptionis D. Virginis confirmauit cum approbatione officij eius diei vt habetur in cap. 1. de Relig. in Sexto. Bibliothecam Vaticanam aduectis & comparatis ex omni Europa libris auxit & reſtituit.

I.

Cauetur hac conſtitutione ne porphyretici marmoreíve lapides, & alia ornamenta è templis ad prophanos vſus tollantur.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

CVM prouida ſanctorum Petrum decreta eos ſacrilegos eſſe diffiniant, qui Eccleſias, & loca ſacra altiſſimo dedicata deuaſtar, ipſorúmque diripiunt ornamenta, ſicut & illos qui de ſacro ſacrum auferre impia temeritate præſumunt, parique vtrumque flagitium ac duplici pœna coerceant, decet merito nos, cui Eccleſiarum omnium cura diſpoſitione ſuperna commiſſa eſt, pro deteſtatione tanti criminis, próque ſtatu proſpero, venuſtate, & decore ipſarum eccleſiarum in ſua decentia debitè conſeruandis, omni vigilantia, & attentione curare, ne peruerſorum creſcente malitia eædem eccleſiæ & ſacra Dei templa, præcipuè almæ Vrbis, noſtro conſpectui anteposita, ſuis nudentur ornatibus, & huius ſceleris nequiſſimi patratores debitam recipiant vltionem. Sane fide dignorum relatibus nõ ſine admiratione, ad noſtrum peruenit auditum, quòd nonnulli iniquitatis filij ſe inaniter Chriſtianos eſſe profitentes, & à quorum oculis Dei timor, & reuerentia Chriſtianæ religionis abſceſſit, de patriarchalibus, & aliis ſacratiſſimis eccleſiis, & baſilicis dictę Vrbis porphyreticos, marmoreos & alios diuerſorum generum & locorum lapides ad ipſarum vſum, decorem, & ornatum deputatos auſu ſacrilego abſtulerunt hactenus, & in dies auferre, eóſque ad diuerſa loca per ſe vel alios aſportare præſumunt, in grauem diuinæ Maieſtatis offenſam, eccleſiarum earundem deformitatem, detrimentúmque animarum ſuarum, periculum & ſcandalum plurimorum. Nos igitur ſacrilegorum impios & temerarios auſus huiuſmodi, quantum nobis ex alto conceditur, reprimere cupientes, quamuis præmiſſorum occaſione nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum ſanctiones, & prohibitiones variæ emanauerint temporibus retroactis, quas (in eo duntaxat quod de eccleſiarum & ſacrorum locorum ornamentis, atque lapidibus antedictis minimè auferendis prohibent vel diſponunt ſeu illos qui huiuſmodi flagitioſiſſimos ac pene in Chriſtiano orbe inauditos exceſſus perperrare, & in his ſacrilegas manus iniicere præſumpſerunt, excommunicationis ſententia innodatos fore declarant) in ſuo robore volumus permanere, omnes & ſingulos cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui ex prędictis lapidibus, ſiue aliis ornamentis earundem Eccleſiarum, ſiue Baſilicarum dictę Vrbis habuerint, aut in ſurripiendo, ſeruando & retinendo auxilium præſtiterint vel fauorem, niſi à die habitę præſentium literarum notitię, ea reſtituant cum effectu: ſcientes vero reuelent, & ad notitiam noſtram ſaltem per minores pœnitentiarios noſtros deduci faciant, maioris excommunicationis ſententia, à qua (niſi in mortis articulo, & debita ſatisfactione præuia) à nullo præterquam à Romano Pontifice abſolui poſſint, irretitos eſſe: Eccleſias vero & loca alia quorum vſibus, & ornatui illa deputata fuerint, aut forſan (quod abſit) deputari contigerit in futurum, tandiu Eccleſiaſtico interdicto ſubiacere, quandiu ad loca vnde prius ablata fuere, abſque diminutione aliqua fuerint reportata, harum ſerie declaramus. Et inſuper quiſquis ſuę ſalutis immemor ſacrilegij crimen huiuſmodi committere præſumpſerint in futurum, vltra cenſuras prædictas, Eccleſiæ ſiue Baſilicę à qua lapides, & ornamenta huiuſmodi abſtulerint, mediam libram auri pro recompenſa ſibi irrogatę iniurię abſque diminutione aliqua ſoluere teneatur. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicę milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, ſeptimo Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno tertio.

Vetat hoc edicto Pontifex ne quis auſu ſacrilego porphyreticos lapides néve marmoreos ad prophanos vſus è templis ſurripiat. Hoc facin' iure Pontificio perpenſo ſacrilegium eſt c quiſquis. §. 1. 17. q. 4. iure autem Ciuili non ſacrilegium ſed furtum hoc eſſe creditur l. Diui ff. ad l. Iuliã. pecul. pœna ergo furti eo Iure indicitur. Propriè perpetratur cum res ſacra è loco ſacro publico ſuffuratur. Bart in l. ſacrilegũ pœnã. ff. ad l. Iuliã. pec. cuius pœna de Iure Ciuili capitalis eſt ita Bar. d. l. ſacrilegũ pœnã in princip. ff.

II.

Contra aſſerentes non eſſe hæreticum à Dæmonibus expectare reſponſa.

SIXTVS Epiſc. &c. Dilecti fili Vicari Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Bononien. in ſpiritualibus generalis.

NVNTIATVM eſt nobis, nonnullos ordinis Sanctę Marię de monte Carmeli fratres, tantę fuiſſe temeritatis, vt veriti non ſint diſputando & prędicando in ciuitate Bononienſi eiuſque comitatu aſſerere, non eſſe hęreticum & a puritate fidei alienum, dęmonum expectare reſponſa: ob quod aduerſus ipſius fidei puritatem ſcandala multa exorta videntur. Nos id indignè moleſtéque feren. & de pręmiſſis certam notitiam non habentes, diſcretioni tuę per pręſentes committimus & mandamus, vt omni opportuna adhibita diligentia, & induſtria veram notitiam habere cures: an ſit, qui fuerint huiuſmodi aſſertores, & quę ſcandala propterea ſint exorta. Quidquid autem in pręmiſſis inueneris in ſcriptis authenticè redactum, ad dilectum filium Franciſcum de Toleto notarium, & Datarium noſtrum domeſticum, ſub tuo ſigillo tranſmittas: vt ab eo de omni re certiores facti, quid agi conueniat, auctore Domino, ſtatuere valeamus. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die decimo octauo Iunij. 1474. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Hæreticum eſt à Dæmonibus expectare reſponſa.

Quod nepharium eſt apud pleroſq; virtutis & ſanctitatis pallio tegitur: ita vt quidam dementem illam opinionem tueri auſi ſint, Licere Dæmonum reſponſa conſulere quod merum eſt ſortilegium, qui enim talia ambiunt pugnant cum analogia noſtræ fidei præſertim cùm nec diabolus ipſe ea de quibus percunctatur non comperta habeat niſi quatenus coniecturis variiſque rerum cauſis præſagis euētus, & vt norit non gaudet vero ſempérq; ſuſpicionum & odiorum ſemina miſcet. Veruntamen ſecundùm Auguſt. in lib. de natura dæmonum aſſignantur VII. cauſæ, vnde etiam probabiliter coniecturant futura contingentia, non tamē illi ſcire certitudinaliter valent. Prima eſt quia vigent ſubtilitate naturali, quò ad operationem intellectus ipſorum: Vnde & ſine diſcurſu, qui neceſſarius eſt in nobis, rationis intelligunt. Secunda quia propter experientiam temporum, & reuelationem ſupernorum ſpirituum plura ſciunt quàm nos. Vnde ex Iſid. allegatur ſæpiùs à Doctoribus triplici accumine ſcire vigent Dæmones, Subtilitate naturæ, Experientiis temporum, & Reuelatione ſupernorum ſpirituum. Tertia eſt propter celeritatem motus, vnde quæ in Oriente fieri habent, præcedere poſſunt mira celeritate ad Occidentem. Quarta, quia ſicut ſua potentia, cum Deus permittit, poſſunt inducere morbos, aerem inficere, & famem inducere, ita poſſunt & illa prædicere. Quinta quia per ſigna poſſunt ſubtiliùs prædicere mortem quam Medicus videndo vrinam & pulſum. Nam ſicut ille per ſigna videt aliqua in infirmo, quæ ſimplex non conſiderat, ita & Dæmon ea quæ nullus homo videt naturaliter. Sexta, quia ex ſignis, quæ præcedunt ab animo hominis, coniecturant ea quæ ſunt, vel erunt in anima, aſtutiùs prudenti viro. Sciunt enim qui inſtinctus ſunt veriſimiliter ſecuturi, conſequenter cuiuſmodi opera. Septima, quia acta Prophetarum, & ſcripta noſcunt melius quàm homines, & ex illis multa futurà dependent, ideò ex illis multa futura prædicere poſſunt. Hæc etiam tanguntur. 26. q. 4. ſciendum. Catholica autem & Chriſtiana eſt doctrina non licere abſque grauiſſimo cultus & fidei chriſtianæ neglectu à dæmonibus expectare reſponſa quantumuis ſciolis ne vt inquit Apoſtolus efficiamur ſocij dæmoniorum. Haud enim decet imo lethale crimen videtur dæmonum poteſtate vti, quantumuis eſſet compertum eorum beneficio nobis non poſſe conſulere. Quare multo minus licet vllo modo pro reſponſis habendis cum eis paciſci, non ſolum quod hoſtes noſtri ſint qui nullam nobis fidem niſi in noſtram perniciem ſeruant: verum quod in Baptiſmo per exorciſmos & catheches chriſtianas eorum pompis, & auxiliis renunciamus, profitentes ſuper nos erga eos, veluti erga inimicos noſtros geſturos atque adeò nullum ab illis patrocinium aut auxilium ſuſcepturos. Eſt enim hoſtis Dei & patriæ cœleſtis & noſter qui ab obſtinata voluntate inimicitiarum nunquam recedit. Quare Deut. 18. & 1. Reg. 28. & Leuit. 19. & ſæpe in ſacris literis Pythones & Magi qui eorum conſilio vtuntur aut ope aut opera abominabiles habentur. Vide Caietanum in q. 90. 2. 2. S. Thomæ. Cætera quæ ad ſortilegia ſpectant dicemus ſub Leone X.

III. Indul-

III.

Indulgentiæ Roſarij Beatæ Virginis Mariæ conceſſæ precibus Ducis Britanniæ.

SIXTVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EA quæ ex fidelium deuotione ad Dei omnipotentis, & glorioſæ Virginis Mariæ laudem & gloriam piè ordinata ſunt, vt firma permaneant noſtræ approbationis robore ſolidamus, ac fideles ipſos ad deuotionis opera exercenda indulgentiis & remiſſionibus libenter inuitamus, vt exinde reddantur diuinę gratiæ aptiores, maximè cum Catholicorum Principum id expoſcit deuotio & hoc conſpicimus in domino ſalubriter expedire, Sane pro parte dilecti filij nobilis viri Franciſci Ducis, & Dilectę in Chriſto filię nobilis mulieris Marg..ritæ, eius Conthoralis Duciſſę Britanię, nobis fuit nuper propoſitum quod in Ducatu Britannię & pluribus aliis locis creſcente fidelium deuotione ab aliquo tempore citra innouatus eſt certus modus ſiue ritus orandi pius & deuotus, qui etiam antiquis temporibus, à Chriſti fidelibus in diuerſis mundi partibus obſeruabatur: videlicet quod quilibet volens eo modo orare, dicit qualibet die ad honorem Dei, & Beatiſſimæ Virginis Marię, & contra imminentia mundi pericula, totiens Angelicam Salutationem Aue Maria, quot ſunt Pſalmi in Pſalterio Dauidico, videlicet Centies quinquagies, ſingulis decem ſalutationibus huiuſmodi orationem Dominicam ſemel proponendo. Et iſte ritus ſiue modus orandi Pſalterium Virginis Mariæ vulgariter nuncupatur. Vnde Dux & Duciſſa præfati propter ſingularem & ſinceram quam ad ipſam Beatam Virginem Mariam gerunt deuotionem, cupiunt ritum ſiue modum orandi prędictum, ad obſtruendum ora aliquorum detrahentium, per Sedem Apoſtolicam approbari. Quare pro parte Ducis & Duciſſę & aliorum fidelium plurimorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ritum ſiue modum orandi huiuſmodi approbare, aliáſque ſuper præmiſſis opportunè prouidere benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur tam Ducis & Duciſſę, quàm aliorum fidelium piam deuotionem in Chriſto habentium commendantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præfatum Pſalterium, ſiue modum orandi prædictum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, illúmque tollerandum fore, ac cunctis fidelibus eo modo orare debere, & licere decernimus & declaramus. Et vt omnes & ſinguli Chriſtifideles, ad deuotionis opera & prædicto modo orandum eo feruentius inducantur, quo exinde animarum ſuarum facilius ſalutem conſequi ſperauerint, Vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus præfato modo orare volentibus, vbilibet exiſtentibus, præſentibus & futuris, pro qualibet vice qua ſicut præmittitur orauerint, pro qualibet quinquagena præfati Pſalterij quinque annos, & totidem quadragenas indulgentię miſericorditer in domino relaxamus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca in quibus illis opus eſſet &c. Volumus &c. quod tranſumpto earum manu duorum Notariorum alicuius eccleſię Curię ſubſcripto, & ſigillo alicuius prælati ſeu in dignitate eccleſiaſtica &c. fides detur in omnibus & per omnia, &c. Nulli ergo, &c. Si quis, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimomo nono, quarto Id. Maij, Pōtificatus noſtri anno quarto.

Pontifex collabentem Roſarij deuotionem pia liberalitate theſauri Eccleſiæ denuo erexit. Nō immerito autem Pontifices multi Roſarium hoc indulgentiis donarunt. Nam ſi librorum multorum lectio, ſi Imaginarū ſanctarum aſpectus ſi templorū viſitatio, ſi reliquarū veneratio & aliæ multæ dari occaſiones abſque Roſariis poſſunt quibus humana mēs ad piè meditādum induci ſoleat nulla tamē ſic vbique ſempérque in promptu eſſe poteſt atque Roſarium.

Pontificatus optimi huius Pontificis variis cladibus, in orbem graſſantibus inſignis fuit. Tulit illud ſæculum multas calamitates Principum tumultus & prælia. Vidit terræmotus, fulgura, ſolis Lunæque defectus, Tyberis exundationes, crebriores Cometæ minacis crines. Conſtitutiones edidit varias in tuitionem & protectionem Romanæ ſedis, ita intrepidè vt exteris Principibus veneranda & formidabilis foret. Dominicanas & Franciſcanas acies ſententiam conceptionis Virginis Mariæ variè diſtrahentes hoc decreto ſedauit, vt aduerſantium opinionum quælibet ſine hæreſis aut peccati ſuſpicione crederetur. Eximia tandem in Eccleſiæ commodum cura functus idib. Auguſt. Xiſtus anno. M CCCCLXXIIII. febribus fractus cum fœdus initum inter Reipublicam Venetorum & reliquos Potentatus audiſſet, animi vt credibile eſt gaudio vitam extinxit.

INNOCENTIVS OCTAVVS

Ioannes Baptiſta Cibo Genuenſis Ligur,educatus initiò inter Alphōſi Regis Siciliæ miniſtros deinde Romam veniens ob præſtantiſſimam ingenij indolem ſacerdotio ſeſe dedit Sixto IIII. chariſſimus qui eum in domeſticum & Datariuã, deinde ad Epiſcopatum Sauonenſem & Melphitenſem non paruæ laudis & dignitatis officia aſciuit, & in ſecundis Comitiis,in Illuſtrimum Cardinalium ordinem cooptauit. Poſt Sixtum communi omnium congratulatione Romani Pontificatus inſignia ſuſcepit idib. Septembris M.CCCCLXXXIIII. Innocentius dici voluit Innocentij IIII. prædeceſſoris memor cuius nomen ſanctè pieque colebat. Paſtor pacis ſtudioſiſſimus cultor,in ſedandis orbis diſſidiis prudentiſſimus, natura facilis, ingenio tranquillo & exuberantis annonæ vigilantiſſimus inſtructor. Pontificale palatium miro ſumptuoſiſſimóque opere exornauit & amplificauit. Zizimum Sultanum Mahometis filium prælio à fratre Baiazethe apud Pruſiam Bithiniæ victum in Vaticano honeſta cuſtodia detinuit.

I.

Pœna non ſoluentium Annatas debitis temporibus reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

APOSTOLICÆ Cameræ,ex qua non modo S.R. E. ſed etiam magnum totius Chriſtianæ Reip.ſubſidium prouenit,iura illæſa ſeruare (vt tenemur) modis omnibus cupientes,his , quæ propterea à prædeceſſoribus noſtris emanarunt,libenter adiicimus muniminis noſtri firmitatem,ac alias deſuper prouidemus,prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudũ ſiquidem per fœlicis recordationis Pium Papam huius nominis ſecundum prædeceſſorem noſtrum,accepto quod numerus debitorum dictæ Cameræ nimis auctus erat,& quod obligati pro annatis beneficiorum eccleſiaſticorum, quę auctoritate Apoſtolica aſſecuti fuerant excommunicationis ſententiam in eos latam(quam non ſoluendo in præfixo eis termino,ipſo facto incurrebant)minimè curare videbantur,& per hoc animabus ſic illaqueatis periculum imminebat, & continua dictæ Cameræ damna ſubſequebantur,Idem prædeceſſor cupiens tam ſaluti animarum,quam ipſius Cameræ indemnitatibus ſalubriter prouidere,prouidè ordinauit,quod omnes, qui de cætero pro annatis quorumcunque beneficiorum in dicta Camera ſe obligarent,ſi infrà eis præfixos terminos, dictæ Cameræ, aut collectoribus fructuum & prouentuum eius,in partibus exiſtentibus,ſatisfacere deficerent,ipſo facto,lapſo termino, non ſolum in ſententiam excommunicationis inciderent ſed etiam beneficiis ſuis pro quibus ſe in dicta Camera obligaſſent,omninò priuati forent:illi vero,qui non pro ſe,ſed pro aliis,vt principales, ſe pro annatis huiuſmodi obligarent,ſi in terminis non ſatisfacerent, vltrà ſententiam excommunicationis huiuſmodi , eſſent ipſo facto omnibus beneficiis eccleſiaſticis, quæ obtinerent,priuati: poſſentque talia beneficia per quoſcunque liberè impetrari, prout in eiuſdem prædeceſſoris literis deſuper confectis pleniùs continetur. Cum autem(ſicut accepimus)ex ordinatione prædicta, ab aliquibus temporibus citrà,ideo optati fructus non prouenerint,quia nonnulli, qui beneficia eccleſiaſtica per huiuſmodi priuationem vacantia, pro tempore poſtmodum impetrarunt, ſuper illis agendo,& qui excipiendo priuationem huiuſmodi in iudicium deduxerunt,coram palatij cauſarum Apoſtolici Auditoribus, & aliis iudicibus Romanæ curię,

Repetenda ſunt ea quæ ſuperius diximus in conſtitut. Pauli. 2. conſtit.2. incip. decet. fol. 130. qua ampliata & declarata eſt per Iul.3. Paulum.4. & Gregorium XIII.

curiæ,auditi non fuerunt ab eiſdem Auditoribus & iudicibus,aſſerentibus ordinationem eandem prædeceſſoris præfati non fuiſſe receptam, & moribus vtentium comprobatam, creuitque & creſcit indies numerus debitorum eorundem in animarum non ſoluentium quæ debent,periculum & præfatæ Cameræ ac Chriſtianę Reip.prętatę,non leue præiudicium. Nos igitur volentes ſuper præmiſſis opportunè prouidere,eiuſdem prædeceſſoris ordinationem,& literas prædictas, ac omnia & ſingula in eis contenta,authoritate Apoſtolica, pręſentium tenore approbamus,& robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus,iuxtà illarum continentiam,& tenorem:ac volumus,& eadem authoritate ſtatuimus, quod hactenus obligati Cameræ eidem ex cauſis prædictis,qui non ſoluerunt ſtatutis eis terminis ac propterea excommunicationis ſententiam,& iuxtà eiuſdem prædeceſſoris literarum continentiam,priuationis pœnam prædictam incurrerunt(ſi curiales, infrà vnum:citramontani,infrà tres:& vltramontani,infrà nouem menſes,à die publicationis præſentium in Cancellaria Apoſt.computandos) dictæ Cameræ de his quæ debebant, ſatisfecerint,ex tunc,eo ipſo,ab excommunicationis ſententia abſoluti, & ad beneficia,quibus propterea iuxtà ordinationem prædictam priuati exiſtunt, plenariè reſtituti cenſeantur:& ſi non ſoluerint in terminis prædictis, priuationis pœnam pręductam de nouo incurrant eo ipſo. Quódque illi,qui in poſterum ſe obligabunt,excommunicationis & priuationis pœnas pręductas,iuxtà eiuſdem prędeceſſoris ordinationem,omninò incurrant: & impetrantes beneficia per huiuſmodi priuationem vacantia:& ſimiliter contra illos ſic priuatos,de priuatione huiuſmodi ęxcipientes:poſſint,& debeant per quoſcunque Auditores & Iudices audiri,nec eo prætextu,quod conſtitutio pręducta non fuerit recepta, & moribus vtentium comprobata,repelli:teneantúrque Auditores & Iudices quicunque,in cauſis cognoſcendis in Romana curia & extrà, ſecundùm eandem ordinationem iudicare:ſublata eis,& cuilibet eorum quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & authoritate:nec proſint obligatis pręductis quietationes, quas à collectoribus,vel ſubcollectoribus pręductis haberent, quę publico non probarentur inſtrumento. Decernen.pręſentes literas ex die publicationis earum in Cancellaria Apoſtolica, quoſcunque ligare:ac irritum, & inane, quicquid ſecùs ſuper his à quoquam,quauis authoritate,ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quę idem prędeceſſor in ſuis literis voluit non obſtare,cęteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. Si quis &c, Datum Romę,apud Sanctum Petrum,anno incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto, XIII. Calendas Martij,Pontificatus noſtri anno primo.

Pius 2.impoſuit pœnas hic expreſſas non ſoluentibus annatas, publica conſtitutione.

Pœnæ præſtantiores poſt excōmunicationem non ſoluentibus annatis ſunt priuationes & vacati ones Beneſiciorum.

II.

Mandat Inquiſitoribus officium exequi aduerſus vtriuſque ſexus perſonas ſortilegiis & in cantationibus dæmonum deditas.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruuorum Dei,ad futuram rei memoriam.

SVMMIS deſiderãtes affectibus,prout paſtoralis ſollicitudinis cura requirit vt fides catholica noſtris potiſſimè temporibus,vbique augeatur & floreat,ac omnis Hæretica prauitas de finibus fidelium procul pellatur,ea libenter declaramus, ac etiam de nouo concedimus,per quę huiuſmodi pium deſiderium noſtrum natiuum ſortiatur effectum, cunctiſque propterea per noſtrum operationis miniſterium: quaſi per prouidi operatoris ſarculum,erroribus extirpatis,eiuſdem fidei zelus,& obſeruantia in ipſorum corda fidelium fortius imprimatur.

Sanè nuper ad noſtrum non ſine ingenti moleſtia, peruenit auditum, quòd in nonnullis partibus Alemaniæ ſuperioris,nec non in Maguntinen. Colon. Treuen.Saltzburg.& Bræmen.prouinciis,ciuitatibus,terris,locis, & Diœceſibus complures vtriuſque ſexus perſonæ propriæ ſalutis immemores, & à fide catholica deuiantes, cum dæmonibus incubis & ſuccubis abuti, ac ſuis incantationibus,carnibus,& coniurationibus,aliiſq, nephandis ſuperſtitionib. & ſortilegiis, exceſſibus, criminibus & delictis, mulierum partus,animalium fœtus,terræ fruges, vinearum vuas,&

Ex Malleo maleficorum.

Germania Sortilegiis, incantationibus & ſuperſtitionibus atrociſſimè olim vexata eſt. Summum eſt hoc an-

em maleficarum genus cuius horrenda facinora in hac conſtitutione declarantur. Sunt enim quædam contra humanæ naturæ inclinationem imò omnium ferarum propriæ ſpeciei infantes vorant & comedere ſolent. Sunt quæ ad innumera alia nocumenta tendunt. Hæ enim grandines & auras læſiuas cum faminibus exagitant, ſterilitatem in hominibus & iumentis procurant.

vuas,& arborum fructus,necnon homines,mulieres pecora, pecudes & alia diuerſorum generum animalia,vineas quoque, pomeria,prata,paſcua,blada,frumenta, & alia terræ legumina, perire,ſuffocari & extingui facere, & procurare,ipſóſque homines,mulieres,iumenta,pecora,pecudes,& animalia diris tam intreſecis quam extrinſecis doloribus & tormentis afficere & excruciare, ac eoſdem homines ne gignere,& mulieres ne concipere,viróſque ne vxoribus,& mulieres ne viris actus coniugales reddere valeant impedire. Eidem præterea ipſam,quàm in ſacri ſuſception eBaptiſmi ſuſceperunt, ore ſacrilego abnegare. Aliáque quamplurima nefanda,exceſſus & crimina, inſtigante humano generi inimico,committere & perpetrare non verentur,in animarum ſuarum periculum,diuinę maieſtatis offenſam, ac perniciosum,exemplum,ac ſcandalum plurimorum.

Quódque licet dilecti filij Henrici inquiſitoris,in prædictis partibus Alemaniæ ſuperioris,in quibus etiam prouinciæ, ciuitates,terræ, diœceſes,& alia loca huiuſmodi comprehenſa fore cenſetur. Nec non Iacobus Sprenger per certas partes lineæ Rheni, ordinis Prædicatorum & Theologiæ profeſſores Hæreticæ prauitatis inquiſitores per literas Apoſtolicas deputati fuerunt,prout adhuc exiſtunt,Tamen nonnulli clerici & laici illarum partium,quærentes plura ſapere quàm oporteat, pro eo,quòd in literis deputationis huiuſmodi prouinciæ ciuitates,diœceſes,terrę & alia loca prædicta,illarúmque perſonę ac exceſſus huiuſmodi nominatim & ſpecificè expreſſa non fuerunt,illa ſub eiſdem partibus minimè contineri,& propterea præfatis Inquiſitoribus in prouinciis,ciuitatibus, Diœceſibus,terris & locis prædictis,huiuſmodi inquiſitionis officium exequi non licere, & ad perſonarum earundem ſuper exceſſibus & criminibus antedictis, punitionem, incarcerationem & correctionem admitti non debere, pertinaciter aſſerere non erubeſcunt. Propter quod in prouinciis,ciuitatibus,diœceſibus, terris & locis prædictis,exceſſus, & crimina huiuſmodi non ſine animarum earundem euidenti iactura,& æternę ſalutis diſpendio remanent impunita.

Nos igitur impedimenta quælibet, per quæ ipſorum inquiſitorum officij executio,quomodolibet retardari poſſet,de medio ſubmouere,& ne labes hæreticę prauitatis,aliorúmque exceſſuum, huiuſmodi in perniciem aliorum innocentum ſua venena diffundat, oportunis remediis,prout noſtro incumbit officio, prouidere volentes,fidei zelo ad hoc maximè nos impellente. Ne præterea contingat,prouincias,ciuitates,diœceſes,terra & loca prædicta, ſub eiſdem partibus Alemanię ſuperioris, debito inquiſitionis ſub officio carere, eiſdem inquiſitoribus in illis officium inquiſitionis huiuſmodi exequi licere, & ad perſonarum earundem ſuper exceſſibus & criminibus prædictis correctionem,incarcerationem,& punitionem admitti debere, perinde in omnibus, & per omnia, ac ſi in litteris prædictis prouinciæ, ciuitates, diœceſes, terræ & loca, ac perſonæ & exceſſus huiuſmodi nominatim & ſpecificè expreſſa forent, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus.

Ea eſt etiam decreti canonici mens 26. q. 5. vt moneantur rudes plebeculæ Impoſturas dæmonum euitare. Hinc ſacerdotes per Eccleſias ſibi commiſſas populo Dei omni inſtantia prædicare debent, vt nouerint hæc omninò falſa eſſe & non à diuino ſed à maligno ſpiritu talia phantaſmata mentibus fideliũ irrogari.

Préque potiori cautela literas & deputationem prædictas ad prouincias, ciuitates, diœceſes, terras & loca, nec non perſonas, & crimina huiuſmodi extendentes,præfatis Inquiſitoribus, quòd ipſi, & alter eorum, accerſito ſecum dilecto filio, Ioanne Gremper Clerico Conſtantien. diœceſ. Magiſtro in artibus, eorum moderno, ſeu quouis alio Notario publico, per ipſos, & quemlibet eorum pro tempore deputando in prouinciis, ciuitatibus, diœceſibus, terris, & locis prædictis contra quaſcunque perſonas, cuiuſcunque conditionis,& præeminentię fuerint, huiuſmodi inquiſitionis officium exequi ipſáſque perſonas, quas in præmiſſis culpabiles repererint iuxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire, & mulctare. Nec non in ſingulis prouinciarum huiuſmodi parrochialibus Eccleſiis,verbum Dei fidei populo quoties expedierit, ac eis viſum fuerit proponere,& prædicare.omniáque alia & ſingula in præmiſſis,& circa ea neceſſaria & oportuna facere,& ſimiliter exequi liberè & licitè valeant,plenam ac liberam eadem auctoritate de nouo concedimus facultatem.

Et nihilominus venerabili fratri noſtro Epiſcopo Argentinenſi, per Apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus ipſe per ſe,vel per alium,ſeu alios permiſſa vbi quan-

do,&

do,& quoties expedire cognouerit, fueritque pro parte Inquiſitorum huiuſmodi ſeu alterius eorum legitimè requiſitus,ſolenniter publicans,non permittat eos per quoſcunque ſuper hoc contra prædictarum & præſentium literarum tenorem, quauis authoritate moleſtari:ſeu alias quomodolibet impediri:moleſtatores & impedientes, & contradictores quoſlibet,& rebelles, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus,præeminentiæ,nobilitatis & excellentię aut conditionis fuerint & quocunque exemptionis priuilegio ſint muniti. Per excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, ac alias etiam formidabiliores, de quibus ſibi videbitur ſententias, cenſuras & pœnas, omni appellatione poſtpoſita,compeſcendo,& etiam legitimis ſuper his per eum ſeruandis proceſſibus, ſententias ipſas quoties opus fuerit aggrauare & reaggrauare auctoritate noſtra procuret, inuocato ad hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali,cuiuſcunque tenoris exiſtat,per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non incertam, effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat, quomodolibet vel differri, & qua cuiúſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nulli ergo,&c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum:anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto Non. Decembris. Pontificatus noſtri anno primo.

Germania fœdiſsimam ſtrigarum nubem habuit quæ plurima mala fundebat in homines & animalia,inuocatis apertè nominibus dæmonum. Impoſtores autem & magicis artibus delectatos multa prodigioſa & portentoſa effeciſſe ex Iuſtino, Ireneo, Tertulliano, Epiphanio Theodoſ. & Auguſt. certiſsimum eſt. Magis porro monſtroſa ipſóque ſtridore pronunciationis etiam horrenda veneficia & carmina ope cacodæmonum inueniſſe, & ſuſpicaſſe, quibus ad præſtigias ſuas mirabilem energiam neceſſe aſſerebant ex ſacris prophaniſque ſcriptoribus cunctis eſt in confeſſo. Apuleius etiam magico ſuſurramine vt refert Feuardentius apud Irenæum amnes reuerti, mare colligari, ventos expirari, ſolem inhiberi, lunam deſpumari, ſtellas euelli, diem tolli, noctémque teneri poſſe putat. Docuerunt etiam Ethnici poetæ hos mirabiles ſed phantaſticos & fidei Chriſtianæ repugnantes effectus.

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam
Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Et Tibullus de quadam incantatrice

Hęc,cantu finditque ſolum manéſque ſepulchris
Elicit & tepido deuorat oſſa rogo

Ouidius alterius incantatricis præconium retulit his verſibus

Vipereas rumpo verbis & carmina fauces
Viuáque ſaxa ſua conuulſaque robore terra
Et ſyluas moueo, iubeóque tremiſcere montes
Et mugire ſolum Manéſque exire ſepulchris.

Habent autem Germani vberiorem conquerendi anſam in hæc Dæmoniaca præſtigia quorum quædam horrenda facinora relata fuerunt Innocentio Pontifici vt ex Hiſtoriis & examinibus Ioannis Sprenger Inquiſitoris hæreticæ prauitatis & Ioannis Nider Theologiæ profeſſoris formicario colligitur. In has autem peſsimas fidei peſtes iuſtiſsimis ſanctionibus animaduerſum eſt, & quanuis in hac Innocentij 8. conſtitutione maleficæ ſolo Inquiſitorum Iudicio ſubiici videantur, illa tamen non excluditur quin & Diocæſani etiam vſque ad ſententiam diffinitiuam etiam procedere poſsint, vt dilucidè habetur 26. q. 5. Epiſcopi eorúmque miniſtri omnibus modis elaborare ſtudeant, vt pernicioſam & à Diabolo inuentam ſortilegam & magicam artem ex parochiis ſuis penitus eradicent & ſi aliquem virum aut mulierem huiuſcemodi ſceleris ſectatorem inuenerint turpiter dehoneſtatum de parochiis ſuis eiiciant.

t III. In

III.

In eos qui in literis apoſtolicis qualitatem & conditionem mentiuntur quo faciliùs conſequantur literarum expeditionem.

Vt gratis habeant literarum expeditionem quidam aſſerũt ſe eſſe tales quales nõ ſunt quod non ſine iactura conſcientiæ fieri poteſt quamobrẽ vt docet Rebuff. *in praxi benefici. non ſufficit exprimere vt ſit quiſpiam familiaris alicuius* Cardinalis *& titulus exprimatur & conſenſus illius quãdo affirmatiuè fuerit dictũ eſſe familiarẽ. Omnia enim ſunt exprimenda cũ omnibus ſuis qualitatibus,& circunſtantiis per gloſ. ſing. in verb. omnia & ſingula. in c. vt circa. de electio. in 6. Barb. in c. ſi quis presbyterorũ. col. 2. de rebus* Eccleſ. *nõ alienand.*

INNOCENTIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM Sicut non ſine diſplicentia accepimus nonnulli conſcientiæ ſuæ prodigi & auaritię inſanabili morbo laborantes, vt literas apoſtolicas gratis expediant, & Officiales debita eorum portione defraudent, in eiſdem literis ſe nonnunquam venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, aut dilectorum filiorum Abbreuiatorum de maiori prouidentia, ſeu litterarum prædictarum ſcriptorum, necnon aliarum perſonarum quarumcunque ex quarum qualitatibus & priuilegiis ſiue antiqua conſuetudine literas ipſas gratis expedire ſolent, nepotes & quandoque germanos interdum vero familiares continuos commenſales fuiſſe & eſſe affirmare, & vt tales in dictis litteris ſe inſcribi facere ac feciſſe non vereantur, cum reuera tales non fuerint: in animarum ſuarum periculum, ac officiorum Romanę Curię non modicum præiudicium & grauamen: Nos fraudibus & deceptionibus huiuſmodi prout noſtro incumbit officio de remedio opportuno prouidere volentes motu proprio et ex certa ſcientia omnes et ſingulos cuiuſcunque ſtatus gradus & conditionis fuerint & quocunque nomine nuncupentur qui ſe Cardinalium aut aſſiſtentium ſeu ſcriptorum eorundem aut aliarum perſonarum quaruncunque ex quarum qualitatibus et priuilegiis ſine antiqua conſuetudine litteras ipſas gratis expediri ſolent, nepotes ſeu germanos aut familiares continuos commenſales in eiſdem litteris nominauerint, cum reuera tales non fuerint: excommunicationis ſententia à qua niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, mortis articulo excepto, ac ſatiſfactione præuia abſolui non poſſint, auctoritate apoſtolica per præſentes innodamus. Et nihilominus conceſſiones et gratias in eiſdem litteris contentas quaſcunque, ipſáſque litteras hactenus expeditas expediendas viribus omnino carere eiſq; & eorum ſingulis in aliquo ſuffragari non potuiſſe nec in futurum poſſe, Motu auctoritate et ſcientia ſimilibus decernimus et declaramus, ac volumus quòd mandatum et decretum et declaratio noſtra huiuſmodi in Cancellaria apoſtolica publicetur, et in illius libro deſcribatur, ac perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac quibuſuis priuilegiis et indultis eiſdem perſonis conceſſis, quę eis aut eorum alicui quo ad præmiſſa volumus nullatenus ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcunque. *Placet publicetur & deſcribatur.*

Lectum & publicatum fuit ſupraſcriptum mandatum Romę in Cancellaria apoſtolica die Sabbati. XVIII. menſis Auguſti Anno Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Innocentij Papę VIII. Anno eius tertio.

IIII.

Facultas, Licentia & modus reſignandorum Beneficiorum.

Gregorius XIII. *conſtit. Humano. de publicatione reſignationum tulit.*

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SICVT Bonus paſtor ſuper familiam domus ſuæ ſolerter inuigilans, ſic prouidere, ſicque diligenter debet attendere, quod inordinata & indiſpoſita, ſi qua inuenerit in eadem, ſubmota difficultate reducat pariter & reformet, ſic & nonnunquam decet & expedit Romano Pontifici (in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit, & cuius, in factis per eum circa beneficia eccleſiaſtica gratiis adeo eſt ſeruandus intentionis affectus, vt in contrarium acta, nullius exiſtant firmitatis) ne beneficia huiuſmodi, abſque canonico titulo detinere contingat, circa gratias ipſas, pro ſuæ circunſpectionis induſtria, votiuę declarationis, modificationis, & reuocationis adhibere remedium, prout expedire cognoſcit, deſuper ſalubriter prouidere. Sanè (ſicut accepimus) nonnulli obtenta per eos à Sede Apoſtolica licentia reſignandi beneficia

Aperit conſtitutionis huius cauſas ex variis fraudibus quæ in reſignandis atque permutandis beneficiis contrahi ſolent.

beneficia eccleſiaſtica per eos pro tempore obtēta extra Romanam curiam, in ordinariorum locorum, au in dignitate eccleſiaſtica conſtitutarum perſonarum, ſeu cathedralium eccleſiarum canonicorum, per eos eligendorum, manibus, ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis: ac eiſdem Ordinariis, perſonis & canonicis, reſignationes ipſas ab eis, & perſonis compermutantibus, ſeu ſimpliciter reſignare volentibus extra dictam Curiam recipiendi & admittendi, ac reſignata beneficia per compermutantes ſeu ſimpliciter reſignantes, ipſis licentiam habentibus, & per eos ex dicta cauſa compermutantibus huiuſmodi, ſimpliciter verè, idoneis perſonis conferendi, conceſſa facultate abutentes, nonnunquam licentiæ, & facultatis huiuſmodi prætextu, & extra & prope Vrbem vel alium locum, in quo Romanam Curiam reſidere contingit, reſignationes beneficiorum Eccleſiaſticorum quę obtinent, ſimpliciter vel ex dicta cauſa, pro aliis beneficiis eccleſiaſticis, in manibus perſonarum in prælaturis & eccleſiaſticis dignitatibus conſtitutarum, aut canonicatus & præbendas in cathedralibus eccleſiis obtinentium, in dicta Curia reſidentium, ad id extra muros Vrbis & loci huiuſmodi, propterea ſtudioſè ductarum, faciunt, & ab illis de ſic reſignatis beneficiis ex dicta cauſa, eis & compermutãtibus, & ſimpliciter perſonis aliis reſpectiuè prouiſiones fieri procurant: Quandoque verò ex volentibus ſua beneficia eccleſiaſtica reſignare, ad finem vt de illis perſonæ eis gratę prouideatur, vel duobus inuicem permutare volentibus complaceant, & faciant quod illi, mediantibus huiuſmodi licentiis & facultatibus, quod quærunt, obtineant indirectè, tam prope locum dictę Curię, quàm extra in partibus, in quibus degunt, fingunt ſe aliqua, perſæpe tenuiſſima & etiam ficta beneficia eccleſiaſtica, & quæ nonnunquam tales perſonæ eis conferre procurant, ad effectum huiuſmodi ex cauſa permutationis cum eiſdem perſonis, pro illis beneficiis, quę perſonę illæ volunt ad illos peruenire, reſignare virtute licentiæ & facultatum earundem: & ſic de his, quę ipſi habentes licentiam huiuſmodi reſignant beneficiis, ex dictis cauſis perſonis illis, quorum opera nonnunquam, vt præfertur, ea habuerunt, & quibus complacere ſtudent, de aliis beneficiis, quæ ſic fraudulenter compermutantes ipſi reſignant, vt tandem ad alios perueniant, ipſis licentiam & facultatem huiuſmodi habentibus prouidetur factáque ſic hinc inde prouiſione prędicta collata eiſdem licentiam habentibus, beneficia in permutatione huiuſmodi interdum illico eorum poſſeſſione non habita, & nonnunquam putantes cautius agere infra paucos dies, habita vel non habita poſſeſſione huiuſmodi, in his in quibus ex dicta cauſa permutationem fecerunt, vel alterius perſonę manibus ſimpliciter reſignant, vt de illis prouideatur perſonis illis, quibus prouideri intendebant illi, qui ex dicta cauſa illa prius reſignauerunt, vt præfertur, vel illa ex cauſa permutationis cum illo cum quo compermutans primo permutare intendebat, reſignant pro beneficio, quod primo permutans affectabat habere, & completa permutatione ſecunda, per quam primi permutantis beneficium illum cum quo permutare valebat, perueniat, denuò poſſeſſione etiam non habita, collatum ipſi facultatem habenti in ſecunda permutatione beneficium ex cauſa permutationis cum primo permutante, pro illo, quod ipſemet facultatem habens, in prima permutatione reſignauerat beneficio primo permutanti collato reſignat, & ſic in huiuſmodi tertio loco, facta permutatione, quod primo dimiſerant, proprium beneficium recuperant, & illi primo compermutanti, cuius beneficium per eum dimiſſum, in prima permutatione peruenerat, ad ſecundò permutantem in ſecunda permutatione confertur, in huiuſmodi tertia permutatione dimiſſum per dictum ſecundo permutantem beneficium in ſecunda permutatione, & ſic de quorum nullus licentiam obtinet, permutandi propria beneficia per huiuſmodi tres permutationes, & earum circuitum ſucceſſiuè factum modo prædicto inuicem permutant, prætextu licentiæ & facultatis prædictæ: & (quod deterius eſt) pro earundem facultatum vſu modo prædicto illas habentes, præmia exigunt nonnunquam ab eiſdem, in quorum fauores illis vtantur, aliæque diuerſæ fraudes committuntur, in animarum ſuarum periculum, & Apoſtolicę auctoritatis contemptum, ac ſcandalum plurimorum. Quidam vero licentiis & facultatibus huiuſmodi, quo ad beneficia quæ obtinent diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruata non contenti, vt pleniùs aliis valeant inſeruire, literas

In præmiis exigendis, tum in aliis ſimoniacis licitationibus fraudulentæ reſignationes concipiuntur. Fraus autem & dolus ex coniecturis probantur. l. dolus. C. de dolo. l. quia autem §. non ſimpliciter. ibi. ſi modo nulla colluſionis ſuſpicio religionẽ prætoris inſtruxerit. ff. ſi quis omiſſa cauteſta.

Reſignationes fieri debent ſimpliciter, ſiue ex cauſa permutationis.

Reuocantur licentiæ & facultates reſignandi beneficia ſedi apoſtolicæ reſeruata.

Hæc latiùs traduntur in additionibus Petri Rebuffi in regulas Cancellariæ, ſed in numero menſium non coheret cum hac conſtitutione ait enim, prouiſionem per reſignationem factam non valere niſi infrà ſex menſes ſi in curia, vel infrà menſem ſi extrà Curiam non fuerit publicata. Hæc clauſula in gratiæ reſcripto poſita gratiam magis efficacem reddit teſte Decio conſ. 405. Et computatur iſtud tempus à die Datæ ſupplicationis & non à die præſtiti conſenſus, quamuis contrarium teneat Do. Gomes. q. 7. vide tex. in l. tali facta ſtipul tione. d iure dotium.

re, literas licentiæ & facultatis huiuſmodi; cum clauſula (etiam ſi compermutantium ſeu ſimpliciter in eorum fauorem reſignantium beneficia eccleſiaſtica, diſpoſitioni Apoſtolicę generaliter reſeruata exiſtant) à ſede præfata obtinere hactenus procurarunt, & procurant indies. Ac quamquam illi, in quorum manibus ſimpliciter reſignarunt beneficia huiuſmodi, dictarum facultatum prætextu, iuxtà literarum deſuper confectarum tenorem, teneantur & debeant de nominibus & cognominibus beneficiorum ſic reſignatorum, & perſonarum, quibus illa contulerint, ac diebus collationum eorundem, agentes Camerę Apoſtolicę, aut collectorem, vel ſubcollectorem fructuum, & prouentum eiuſdem Camerę debitorum, in partibus illis certificare, tamen id facere perſæpe omittunt, in eiuſdem Cameræ non modicum præiudicium & grauamen. Nos igitur huiuſmodi fraudibus, & abuſionibus obuiare volentes, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus & ordinamus, prætextu licentiarum & facultatum huiuſmodi, per nos hactenus, & Sedem prædictam conceſſarum, & quas concedi continget in poſterum, nil validè de cętero fieri poſſe in aliquo loco, ab eo, in quo nos & pro tempore exiſtentes Romani Pontifices curiam ſuam tenere contingerit, loco per duas dietas legales non diſtante, & eas reſignationes, licentiarum huiuſmodi vigore, extra dictam Curiam per duas dietas huiuſmodi fieri cenſeri, quæ duntaxat in locis ab eadem diſtantibus, ad minus per duas dietas huiuſmodi, fieri continget, & non illas, quæ in locis minus diſtantibus ſtarent in futurum: Quódque nullus huiuſmodi licentiis & facultatibus conceſſis & concedendis, à nobis & Sede prędicta quandocunque in poſterum, nullatenus vti valeat, niſi dum & quando beneficia eccleſiaſtica quæ obtinet ſimpliciter vel ex cauſa permutationis verè & non ad aliorum commodum fictè reſignare intendit: contrafacientes verò, tam infra duas dietas ab Vrbe, etiam verè, quàm extra illas fictè & in fraudem reſignantes, & perſonę reſignationes huiuſmodi recipientes & admittentes, ac notarij inde rogati, & teſtes interuenientes, eiuſdem fictionis & fraudis non ignari: ſi Epiſcopi, & ſuperiores, interdicti ingreſſus eccleſię: ſi vero alij ab eiſdem fuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant. Decernentes, per reſignationes ipſas, quas ſic contra ſtatutum & ordinationem huiuſmodi fieri contingeret, in reſignantium pœna beneficia reſignata vacare: collationes vero quæ fient de eiſdem prætextu facultatum prædictarum, nullius eſſe roboris, vel momenti & haberi debere prorſus pro infectis. Et præſumentes reſignationes huiuſmodi fictè & non verè fieri, ſi illi, qui huiuſmodi facultates habent, & perſonæ compermutantes cum eis, ſeu ſimpliciter in eorum fauorem reſignantes, reſignata per eos beneficia quatuor menſes ante reſignationes ipſas pacificè non poſſederint, vel ipſi reſignantes intra menſem poſt reſignationes ipſas morte præuenti fuerint, (ſi tamen tempore reſignationum, ſeu permutationum eorundem infirmi erant in ea infirmitate de qua deceſſerint) Reuocamus quoque omnes & ſingulas licentias, & facultates huiuſmodi, obtentas à nobis & ſede prædicta ad beneficia compermutantium, ſeu ſimpliciter in fauorem habentium facultates huiuſmodi reſignantium, diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruata, vel ex generali reſeruatione affecta, & quoad illa nolumus eas de cætero cuiquam ſuffragari. Et ſi forſan in futurum ſic concederentur, quo ad compermutantium, ſeu ſimpliciter in fauorem huiuſmodi facultates impetrantium reſignantium beneficia reſeruata vel affecta, nullius eſſe roboris vel momenti. Et ſi licentiarum huiuſmodi vigore, tam ex dicta cauſa, quam ſimpliciter reſignantes beneficia eccleſiaſtica quæcunque & qualiacunque, cum cura & ſine cura, quorum fructus reditus & prouentus vigintiquatuor florenorum auri de Camera, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum excederent, etiam ſi ex dicta cauſa reſignata forent, inæquales tamen illorum fructus reditus & prouentus huiuſmodi exiſterent, vel recipientes & admittentes reſignationes ipſas agentes Camerę Apoſtolicę præfatæ, aut collectorum, vel ſubcollectorum prædictos, de diebus collationum, quas fecerint, ac nominibus & cognominibus beneficiorum & perſonarum quibus illa contulerint, ſimpliciter vel inæqualitate fructuum, redituum & prouentuum ſubſiſtente, etiam ex dicta cauſa, quamuis inæqualitas prædicta ad dictam ſummam vigintiquatuor librarum non aſcenderet, non certificauerint, infra vnum, ſi

num, ſi citra: infra tres menſes à die collationum eorundem, ſi vltra menſes reſignationes ipſas fieri contigerit, beneficia ipſa ſic collata vacare cenſeantur eo ipſo, & vt vacantia poſſint liberè conferri. Et ne vtentes licentiis & facultatibus huiuſmodi, valeant præmiſſorum ignorantiam allegare, volumus huiuſmodi conſtitutionem noſtram in audientia literarnm contradictarum publicari, & in Cancellaria Apoſtolica deſcribi, & præſentes in Curia extunc, abſentes vero ab eadem, poſt duos menſes, à die publicationis huiuſmodi, ligari. Et in literis licentiarum huiuſmodi, clauſulam per quàm iniungitur collatoribus onus certificationis prædictæ, iniunctionem ipſam, iuxtà pręſentis cõſtitutionis ſeriem, de cætero per eos, qui earum expeditioni vacant, opportunè cum præfixione termini prædicti, & decretò vacationis prædictæ, ſi non certificent, ampliari. Non obſtantibus literis licentiarum huiuſmodi, ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Et ne de præmiſſis valeat ignorantia allegari, volumus quòd venerabilis frater noſter Rodericus Epiſcopus Portuenſis, Sanctę Romanę Eccleſię Vicecancellarius, præſentes literas in Quinterno Cacellarię deſcribi, & ſuper præmiſſis pro quolibet petente, literas duplicatas de Curia, per eandem Cancellariam expediri faciat, etiam ſub Data tunc currenti. Volentes quod quoad hoc, ſub ſingulis Datis, ſub quibus literas ipſas duplicatas contigerit expediri, præſentes literæ cenſeantur innouatę, & in illis contenta, totiens quotiens ſub alia Data duplicabuntur, ſub illa à nobis emanari. Nonnulli ergo, &c. Siquis, &c. Datum Romę apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo, Quinto Calendas, Octobris, Pontificatus noſtri anno octauo. *Placet, publicetur & deſcribatur.* I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta conſt. Romæ in Cancellaria apoſtolica die Iouis ſexta menſis Octo. anno incarnationis Domini, milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo, Pont. Sanctiſſimi in Chriſto patris & D.N.D. Innocentij diuina prouidentia Papa VIII. Anno octauo.

Mutuis præliis ſeſe lacerabant Italiæ *proceres, quos* Innocentius *à cruentis cædibus ceſſare ſæpiùs per ſuos nuncios adhortabatur, ſuáque prudentia & clementia tantum valuit apud exteros* Principes *vt incenſos* Bellorum *tumultus ſedaret.* Deinde Eccleſiaſticam *diſciplinam reparauit, à publicis muneribus multos flagitioſos pepulit,* Vrbem *à fœdo quorundam ſceleratorum contubernio purgauit, ita vt* Pontificatus *ſui temporibus vrbs quæ ſemper iniquam hominum conſuetudinem odit à graſſatoribus latrociniiſque tuta fuerit, cum eſſet in vindicandis criminibus inexorabilis.* Non *priſtinarum amicitiarum delectationis memor, inulta ſuorum reliquit ſcelera, filios parentum eorum qui eum* Iuuenem *euexerant, ad promerendam in ſtadio* Eccleſiæ *lauream, nullo perſonarum reſpectu vbi culpæ ratio poſtulabat ſupplicii publicis dedit.* Petrum *&* Hieronymum Bubali *filios ſeditionis fautores acerrimos apud populum magni nominis & ob potentiam diu impunitos vna die ſimul ſecuri percuti iuſſit, quanquam cum parente ipſorum longo antea tempore amicitiam contraxiſſet.* Iuſtitiam *& omnium rerum baſim & fulchrum præſtare ſæpius atteſtatus cum* Plutarcho *dicebat* Illud *viuendi genus quod maximis copiis, opibus, principatibus nititur, ſi cum* Iuſtitiæ *dignitate coniungitur diuinum ſit, ſin diſiungitur ab agreſti vita nihil diſtat.* Diximus *ſuperius* Zeximum Turcam *vinctum huius* Pontificis *cuſtodiæ traditum fuiſſe.* Incarcerationis *cauſa modo inquirenda eſt, eámque tribus bolis veluti deglutiamus.* Horrendo *illo monſtro* Mahumete *magno* Turcarũ Principe *mortuo eius filij* Baiazethes *&* Zeximus *in moderandis* Imperij *gubernaculis litem adoriuntur, & audaci militum manu mutuiſque cladibus ſe inuicem minantur.* A *magnatibus* Baiazethes *tanquam natu grandior,* Zeximus *verò vt ferinis & rigidiſſimis moribus à nonnullis* Imperator *optatur.* Variis *agitatur* Conſtantinopolis *diſſidiis.* Qui *fauebant* Baiazethis *partibus illum abſentem conſtituerunt* Imperatorem. Is Bizantium *veniens, inferias patris manibus ingenti apparatu perſoluit, deinde auitam coronam ſuſcepit.* Ziximus *indignè ferens quod præteritus eſſet in* Monarchia Orientali *cruentos tumultus excitauit quos probe ſuperauit* Baiazethes. Oſcitabũdus *remanẽs* Zeximus *fugã arripuit, patriúmque relinquit æquor.* Cum *autẽ exul, veluti.* Rhodum *fugiſſet ab inſulæ magiſtro aliquanndiu apud* Gallorũ *regẽ mox* Innocentio Octauo *donatus eſt qui eũ diu in cuſtodia tenuit, &* Alexander Papa, *poſt eum.* Periit *illius* Pontificatu, Carolo *8. cum*

Romam veniſſet, traditus, veneno vt creditur, ſublatus eſt. Lupoldum qui olim Dux Auſtriæ fuerat, ob crebra miracula de eo enarrata in ſanctorum confeſſorum numero aggregauit. Pontificatus coronidem valetudine infirma compleuit. Is etenim biennio fermè antequam diē obiret, in profundum ſoporem & inexpugnabilem penè dormiendi neceſſitatem incideds horis fermè 20. ſine arteriarum motu immobilis apparebat, adeò vt in ipſo morbi paroxiſmo Cardinales de eius interitu ſecuri iam pro eligendo ſucceſſore conuenerant quum ſubito reuocatis ſpiritibus viuus præter ſpem omnium apparuit. Sed poſt bienniū eiuſdem morbi grauitate obiit MCCCCXCIIVI. *Calend. Auguſti hora noctis quinta. Cadauer in Baſilica Sancti Petri ſepultum iuxtà aram quam ſtrui fecerat, vt ibi debito honore includeretur haſtæ ferrum quod latus Chriſti perfoderat, à Baiazethe Imperatore Turcarum dono acceptum, fratris captiui libertatem apud Pontificem procurante.*

ALEXANDER SEXTVS

Rodericus Boria è Lenzolia Valentinorum apud Hiſpanos familia, Calixti III. ex ſorore nepos S. R. E. Vicecancellarius. Ciuilis ac Pontificij Iuris Doctor, Bononiæ laureatus, vir prælato ingenio duorum & viginti Cardinalium ſuffragiis in Conclaue exiſtentium eligitur & coronatur pridie Idus Septemb. M.CCCCXCII. Artium liberalium Pontifex ſummus Admirator. Chriſtianos Principes ad pacis ſtudium adhortatus eſt, ne mutuis diſſidiis inuicem raperentur, conuocatis tamen in Turcam copiis Bellū atrox exequendum ſtatuit. Hiſpaniam illuſtrauit clariſſimis Cardinalibus. Columnios pariter & Vrſinos antiquitate domus inſignes Romæ variis cladibus afflixit. ANNVM MAGNI IVBILEI SEPTIMÒ CELEBRAVIT AD LIMINA APOSTOLORVM.

I.

Noui Orbis Inſulæ conceduntur Regi Catholico ita tamen vt ad eas præcones Chriſtianæ fidei mittere teneatur.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto filio Ferdinando Regi: & chariſſimæ in Chriſto filiæ Iſabet hæ Reginę, Caſtellę, Legionis, Aragonum, Sicilię, & Granatę, illuſtribus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ferdinandus Rex & Elizabetha regina gentem Saracenicam & pſeudochriſtianos quos & Marranos vocant ab Hiſpanico littore & Granatæ regno armis expulerunt.

INTER Cætera diuinę maieſtati beneplacita opera, & cordis noſtri deſiderabilia, illud profecto potiſſimum exiſtit, vt fides Catholica & Chriſtiana religio, noſtris præſertim temporibus exaltetur, ac vbilibet amplietur & dilatetur, animarúmque ſalus procuretur, ac Barbaricę nationes deprimantur & ad fidem ipſam reducantur. Vnde cum ad hanc ſacram Petri ſedem diuina fauente clementia (meritis licet imparibus) euecti fuerimus, cognoſcentes vos tanquam veros Catholicos Reges & Principes, quales ſemper fuiſſe nouimus, & à vobis prępclarè geſta toti pene iam orbi notiſſima demonſtrant, ne dum id exoptare, ſed omni conatu, ſtudio & diligentia, nullis laboribus, nullis impenſis, nullíſque parcendo periculis, etiam proprium ſanguinem effundendo efficere, ac omnem animum veſtrum, omnéſque conatus ad hoc iamdudum dedicaſſe, quemadmodum recuperatio regni Granatę à tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta Diuini nominis gloria, facta teſtatur, dignè ducimur non immeritò & debemus illas vobis etiam ſponte & fauorabiliter concedere per quę huiuſmodi ſanctum & laudabile ab immortali Deo cœptum propoſitum in dies feruentiori animo ad ipſius Dei honorem, & imperij Chriſtiani propagationem proſequi valeatis. Sanè accepimus quod vos dudum animum propoſueratis aliquas inſulas & terras

terras firmas remotas & incognitas, ac per alios hactenus non repertas quærere & inuenire, vt illarū incolas & habitatores ad colendum Redemptorem noſtrum, & fidem Catholicam profitendum reduceretis, hactenus in expugnatione & recuperatione ipſius regni Granatę plurimum occupati huiuſmodi Sanctum & laudabile propoſitum veſtrum ad optatum finem perducere nequiuiſtis, ſed tandem ſicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes deſiderium adimplere veſtrum, dilectum filium Chriſtoforum Columbum, virum vtique dignum & plurimum commendandum ac tanto negocio aptum, cum nauigiis & hominibus ad ſimilia inſtructis non ſine maximis laboribus & periculis ac expenſis deſtinatis, vt Terras firmas & inſulas remotas, & incognitas huiuſmodi per mare vbi hactenus nauigatum non fuerat, diligenter inquireret, qui tandem (Diuino auxilio facta extrema diligentia in mare Oceano nauigantes) certas inſulas remotiſſimas & etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertę non fuerant inuenerunt, in quibus quàm plurimę gentes pacificè viuentes, & vt aſſeritur nudi incedentes nec carnibus veſcentes inhabitant, & vt præfati Nuncij veſtri poſſunt opinari, gentes ipſę in inſulis & terris prædictis habitantes credunt vnum Deum Creatorem in Cœlis eſſe, ac ad fidem catholicam amplexandum, & bonis moribus imbuendum ſatis apti videntur, ſpéſque habetur quod ſi erudirentur, nomen Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti in terris & inſulis prædictis faterentur, ac præfatus Chriſtoforus in vna ex principalibus inſulis prædictis, iam vnam turrim ſatis munitam, in qua certos Chriſtianos, qui ſecum iuerant, in cuſtodiam, & vt alias inſulas ac terras firmas, remotas & incognitas inquirerent poſuit, conſtrui & ædificari fecit, in quibus quidem inſulis & terris iam repertis, aurum, auromata, & alię quamplurimę res prætioſę diuerſi generis & diuerſę qualitatis reperiuntur, vnde omnibus diligenter & præſertim fidei Catholicę exaltatione & dilatatione (prout decet Catholicos Reges & Principes) conſideratis, more progenitorum veſtrorum clarę memorię regum, terras firmas & inſulas prædictas, illarúmque incolas & habitatores vobis diuina fauente clementia ſubiicere, & ad fidem Catholicam reducere propoſuiſtis. Nos igitur huiuſmodi veſtrum ſanctum & laudabile propoſitum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes, vt illud ad debitum finem perducatur, & ipſum nomen Saluatoris noſtri in partibus illis inducatur, hortamur vos quàm plurimum in Domino & per ſacri Lauacri ſuſceptionem, qua mandatis Apoſtolicis obligati eſtis, & viſcera miſericordię Domini noſtri Ieſu Chriſti attentè requirimus, vt cum expeditionem huiuſmodi omninò proſequi & abſumere proba mente orthodoxę fidei zelo intendatis, populos in huiuſmodi inſulis & terris degentes ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendum inducere velitis & debeatis, nec pericula nec labores vllo vnquam tempore vos deterreant, firma ſpe fiduciáque conceptis quod Deus omnipotens conatus veſtros fœliciter proſequetur. Et vt tanti negotij prouinciam Apoſtolicę gratię largitate donati liberiùs & audacius aſſumatis, Motu proprio non ad veſtram vel alterius pro vobis ſuper hoc nobis oblatę petitionis inſtantiam, ſed ne noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine omnes inſulas & terras firmas inuentas & inueniendas, detectas & detegendas verſus occidentem & meridiem fabricando, & conſtruendo vnam lineam à Polo Artico ſcilicet Septentrione, ad Polum Antarticum, ſcilicet meridiem, ſuę terrę firmę, & inſulę inuentę & inueniendę ſint verſus Indiam aut verſus aliam quamcunque partem, quę linea diſtet à qualibet Inſularum que vulgariter nuncupatur *de los Axores y cabo verde*, centum leucis verſus occidentem & meridiem, ita quod omnes inſulę, & terrę firmę repertę & reperiendę, detectę & detegendę à pręfata linea verſus occidentem & meridiem per alium regem aut Principem Chriſtianum non fuerint actualiter poſſeſſæ vſque ad diem Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti proximi præteritum, à quo incipit annus præſens milleſimus quadringenteſimus nonageſimus tertius, quando fuerunt per nuntios & capitaneos veſtros inuentę aliquę prædictarum inſularum, auctoritate omnipotentis Dei vobis in beato Petro conceſſa, ac Vicariatus Ieſu Chriſti, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum Dominiis, Ciuitatibus, caſtris, locis & villis, iuribúſque & indictionibus ac pertinentiis vniuerſis

Chriſtophorus Columbus patria Genuenſis cœlo ſereno cum egregio commeatu per mare incognitum nouū orbem primus omnium ſalutauit.

Auri & omnis generis aromatum diuites Inſulæ.

Hac lege concedit Pontifex dominium noui orbis verſus meridiem & occidentē Hiſpaniæ regibus vt infideles & Barbari docerentur Chriſtianæ fidei inſtitutis. Primus Præco Euāgelij qui tranſfretauit ad peregrina illa climata fuit Buail Catalanus ordinis S. Benedicti. quem Alexander iure publici Diplomatis ſacerdotibus duodecim præfecit ſuúmque vicarium apud illas regiones nominauit vt refert Genebrardus poſt Fumum in hiſtoria Gallica Indiarum Occidentalium lib. I. cap. 2.

vniuerſis vobis,hæredibúſque & ſucceſſoribus veſtris(Caſtellę &Legionibus regibus) in perpetuum tenore præſentium donamus,concedimus & aſſignamus,vóſq; & hæredes ac ſucceſſores pręfatos illarum dominos cum plena,libera,& omnimoda poteſtate,auctoritate,& iuriſdictione, facimus,conſtituimus, & deputamus,decernentes nihilominus per huiuſmodi donationem, conceſſionem & aſſignationem noſtram nulli Chriſtiano Principi, qui actualiter præfatas inſulas & terras firmas poſſederit vſque ad dictum diem natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti ius quæſitum ſublatum intelligi poſſe aut afferri debere. Et inſuper mandamus vobis in virtute ſanctę obedientię (vt ſicut pollicemini & non dubitamus pro veſtra maxima deuotione & regia magnanimitate vos eſſe facturos) ad terras firmas & inſulas prædictas viros probos & Deum timentes, doctos, peritos, & expertos, ad inſtruendum incolas & habitatores præfatos in fide Catholica,& bonis moribus imbuendum deſtinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmiſſis adhibentes, ac quibuſcunque perſonis,cuiuſcunque dignitatis, etiam imperialis & regalis ſtatus,gradus,ordinis vel conditionis ſub excommunicationis latæ ſententię pœna quàm eo ipſo ſi contrafecerint incurrant diſtrictiùs inhibemus, ne ad inſulas & terras firmas inuentas & inueniendas detectas & detegendas verſus occidentem & meridiem,fabricando & conſtruendo lineam à Polo Artico ad Polum Antarticum ſiue terrę firmę, & inſulę inuentę & inueniendę ſint verſus Indiam aut verſus aliam quamcunque partem,quę linea diſtet à qualibet inſularum quæ vulgariter nuncupantur *de los Azores y Cabo verde*, centum leucis,verſus occidentem & meridiem vt præfertur pro mercibus habendis vel quauis alia de cauſa accedere præſumant abſque veſtra ac hæredum & ſucceſſorum veſtrorum prædictorum licentia ſpeciali. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. In illo à quo Imperia & dominationes ac bona cuncta procedunt confidentes quòd dirigentes Domino actus veſtros, ſi huiuſmodi ſanctum & laudabile propoſitum proſequamini, breui tempore cum fœlicitate & gloria totius populi Chriſtiani veſtri labores & conatus exitum fœliciſſimum conſequentur. Verum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca in quibus expediens fuerit deferri, volumus, ac motu & ſcientia ſimilibus decernimus, quod illarum tranſumptis manu publici Notarij rogati ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſeu Curię Eccleſiaſticæ munitis ea prorſus fides in iudicio & extra ac alias vbilibet adhibeatur; quæ præſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo,&c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum,anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio, quarto Nonas Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

Non vult tolli Pontifex ius acquiſitum ceteris Principibus apud has nouas inſulas.

Commeatus aut mercium ratio abſque bonum Pontificum cum venia in his noui orbis inſulis non exerceatur.

Huius Diplomatis Scholion ita vt varium eſt ſic ſcitu vtile & neceſſarium. Priora quæ in ipſo capite leguntur primum referunt decorem totius laudis Hiſpanæ ſub nominibus Ferdinãdi & Iſabellæ,quorum auſpicij fœliciter moderatum eſt regnum illud vndique florentiſſimum. Erat Ferdinandus eo nomine quintus Hiſpaniarum Rex, Ioannis Arragonum regis filius: mortuo Henrico quarto (qui ex coniugio nullam prolem ſuperſtitem habuerat quod eum Veneri inhabilem ac impotentem Medici iudicaſſent) citerioris Hiſpaniæ rex efficitur Hiſpani enim proceres Elizabetam ad auitas coronas prætulerunt, volueruntque illam Ferdinando copulari,vt fœlicis matrimonij concordia duo ditiſſima regna Arragoniæ & Caſtiliæ vnirentur cuius rei gratia miſſus fuerat à Sixto Pontifice Rodericus Boria legatus, qui hic eſt Alexander VI. anno 1471. & Henrici conſenſu procerúmque Hiſpaniæ plaudentibus votis Ferdinandus vna cum coniuge legitimus regni vtriuſque hæres eſt inſtitutus nulli abauorum in pietatis & fidei zelo ſecundus. Bethicam Prouinciam vlterioris Hiſpaniæ quã Granatam hodie appellant à Melite rege Mauro genere & religione Mahumetano cum magnis Saracenorum copiis ſeptingentos octoginta annos occupatam,Ferdinandus & Elizabethia receperunt. Et poſt longam obſidionem ciuitatis Granatæ quæ incepit à Menſe Maio anni nonageſimi primi,infideles deducti ad extremam victus & commeatus inopiam deſperantes de auxilio poſt infinitos conflictus 28. Nouemb. pacta deditionis concluſêre. Inſigni omnium applauſu de omni regno optimi Principes triumpharunt. Iudæos vel Chriſtum agnoſcere vel pulſos

pulſos ruderibus vertere ſolum coegerunt, ita vt paucis diebus expulſi ſint centum & viginti quatuor millia familiarum Iudaicarum edicto regis dato ne aurum vel gemmas è regno tollerent ſed commutationem bonorum ſuorum merces & alias res,vt potè pannum, vinum & huiuſmodi ſecundum debitam æſtimationem abducere poſſent vbi quilibet. Iudæus transfretando coactus eſt regi ſoluere duos ducatos, Promulgatúmque fuit, quod ſi quis Iudæus non abiiſſet in termino præfixo, is corpus & bona perderet,itaque duæ galeæ neglexerunt abire ad conſtitutum,diẽ ideo omnes & ſinguli venditi ſunt & in ſeruitutem redacti. In itinere verò,abeuntium triginta millia,peſtilentia abſumpſit. Extincto itaque turpi hac hominum fæce ſeptimo die Ianuarij anno ſalutis. M CCCCXCII. Rex & regina ac proceres cum exercitu decem millium equitum & quinquaginta millium peditum electorum,ciuitatem intrarunt & eius poſſeſſionem liberè acceptarunt ac Moſquitam maiorẽ, innumeris falſorum deorum monumentis plauſibilem barbaris,in Eccleſiam dedicari mandarunt, & Sanctam ſidem ciuitatem conſtruxerunt. Ab his infidelium legionibus quidam ſuperſtites non ſine infamia Marrani dicti ſunt,vocabulo corrupto à Mauris,quorum moribus & ſuperſtitionibus propenſiores erant Huius Victoriæ gloria,non plus debetur Ferdinando quam Iſabellæ, cuius adhortatu & impulſu, hæc prædicta trophæa retulerat de Mauris Hiſpania. Id vnum celebre eſt,quod in Principum exercitu memoratur nullam fuiſſe prædonum,meretricum, aut ganeonum congeriem, adeò ſanctè & modeſtè viuebatur, vt veriùs Religioſorum quam militum conuentum dixiſſes, nec mirum ſi tam piis caſtris optatus illuxerit triumphus.

Ab hac memoranda perpetuis temporis monumentis victoria Catholici cognomentũ ſortitus fuit,illóque præclaro titulo inſignitus eſt,per Alexand. VI. Pont. Max. cuius munere & liberalitate debita, noui Orbis perrimari plagas & inueſtigare peregrinas inſulas in fidei chriſtianæ augméntum auſpicatur Anno M.CCCCXCII. Nauium cura & commeatus liberaliſſimus apparatus Chriſtophoro Columbo Genuenſi miro deſiderio nouas regiones ex Mathematicorum & peritiſſimorum Nautarum conſilio inueſtigandi flagranti,datus eſt. s bonis auibus à Gadibus ſoluens Fortunatas ab aeris temperie ſiue Canarias à canum copia inſulas miræ & ſtupendæ fertilitatis regno Hiſpaniarum addidit, & quò Romanorum coloniæ nec armis nec viribus penetrare poterant illuc hodie Hiſpaniarum peruenerunt manus. Ad hæc, inſulas quatuor proximas videlicet Sancti Saluatoris,ſanctæ Mariæ conceptionis,Ferdinandæ & Hiſpaniolæ anno Chriſti M.CCCCXCIII. perluſtrauit,& populos Barbaros à veri Dei notitia alienos. Inde Columbus ſuæ profectionis optima retulit inſignia quem poſt immenſa rerum diſcrimina redeuntem, relictis tamen aliquot Hiſpanis qui populos recenter domitos gubernarent Rex & regina ſumma hilaritate recipiunt. Sed diu torpere ocio noluit,nouam nauigationem poſtulat quæ infœliciores ſucceſſus non habuit. Multas in Archipelago inſulas reperit quas nouo nomine exteris commendauit. Vbi autem ad Hiſpaniolam peruenit turbata omnia nouit & Barbaris manibus omnes quos illic reliquerat iugulatos reperit. Lenta Imperij magnitudine feros compeſcuit populi motus,Vrbes condire cœpit pro ruſticis & ſylueſtribus Tuguriis. Curioſulas quæſtiones quas hac in re quidam Hiſpanico nomini infenſi ſuggillant doctiſſimè ſoluit,F. à Victoria in Relectione prima & ſecunda de Indis.

II.

Inuentio Tituli Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti in Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem de Vrbe,& de Indulgentiis conceſſis viſitantibus dictam Eccleſiam.

ALEXANDER Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei, Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis,Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

ADMIRABILE ſacramentum viuificæ Crucis, cuius ſignum erit in cœlo, dum Dominus ad iudicandum venerit,intra noſtrę mentis arcana reuoluentes,& pia conſideratione penſantes,quod in ligno eiuſdem ſanctiſſimę Crucis,Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro humani generis ſalute mortem ſubire non abnuit, vt nos de morte ad vitam reuocaret: dignum immò potius debitum reputamus, Eccleſias & loca ſub ipſius ſanctiſſimæ Crucis nomine dedicata, & præſertim in Vrbe conſiſtentia,gratioſis indulgentiarum & remiſſionum muneribus decorare, vt per hoc & tanti ſacramenti iugis memoria in mentibus Chriſti fidelium permaneant,& ipſi Chriſtifideles,ipſius Domini gratia eos preueniente, fœlicitatis præmia conſequi mereantur æterna. Cum itaque nuper, videlicet anno à Natiuitate eiuſdem

Teſtantur omnes Hiſtoriographi temporibus Innocentij 8. inuentum fuiſſe titulum Crucis in Baſilica S. Crucis in medio pariete occluſum dum ædem ſacram ruina fermè collapſam

repararet Petrus Gundiſalunis de Mendoca, ibidē à placido Valentiniano Imperatore ante mile annos appoſitum cum triplicibus characterum notis Ieſus Nazarenus Re Cætera deſiciunt Volaterranus, Onuphrius, Genebrard.

eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, vltima Dominica menſis Ianuarij, dum bo. me. Petrus tt. S. Crucis in Hieruſalem Cardinalis, qui tunc in humanis agebat eandem Eccleſiam digno ornatu reparari faceret, in altiori pariete teſtudinis dictę Eccleſiæ repertus fuerit titulus Hebraicis, Græcis & Latinis literis conſcriptus, & quid ſupra caput ipſius D. N. Ieſu Chriſti, dum in ligno eiuſdem S. Crucis pendebat, appoſitus extitit, & ipſe Titulus nunc in eadem Eccleſia debita cum veneratione obſeruetur, & cuſtodiatur: Nos in Cruce huiuſmodi ſancta cum Apoſtolo gloriantes, & ſatagentes alios ad glorificationem ipſius inuitare, vt vitalis ligni prætio vitæ æternæ ſuffragia conſequantur: ac cupientes, vt Eccleſia prædicta (quæ nunc titulus dilecti filij noſtri Bernardini eiuſdem Eccleſiæ ſanctę Crucis in Hieruſalem presbyteri Cardinalis exiſtit) congruis frequentetur honoribus, & ipſi Chriſtifideles eò libentius deuotionis cauſa ad eandem Eccleſiam confluant, quo ex hoc ibidem, dono cœleſtis gratiæ vberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in vltima Dominica menſis Ianuarij cuiuſlibet anni, à primis veſperis vſque ad occaſum ſolis ipſius Dominicæ, deuotè viſitauerint, annuatim omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & elargimur, præſentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus dictam Eccleſiam, aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura, eadem die per nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius ſint roboris vel momenti. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, quarto Cal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quarto.

Gallus Italiam immani ſæuitia vexatus Pontificem vertere ſolum & Vrbem derelinquere coegit, metu enim in tanti principis aduentu omnia obruebantur. Paucis Cardinalibus & infirmo ſatellitio Peruſiam adiit, tandem cunctando contumaciſſimos Gallorum animos ita ſedauit vt diſcedentes nullis remorarentur contumeliis, aut priorum certaminum memoria. Æqua ſtatera dignitatum & officiorum diſpenſator extitit, Salaria doctoribus, ſtipendia militibus, mercedem operariis, nunquam eſt differre nedum auferre viſus. Plura meditabatur in Eccleſiæ commodum quæ perficere non potuit morte ſublatus in venenato conuiuio, M.D.III. Cal. Sept. XV. ineunte Pontificatus duodecimo anno.

PIVS TERTIVS

FRANCISCVS Cardinalis Senenſis, Pij ſecundi Pontificis Max. ex Sorore Laodomia nepos, præclaris apud Cæſarem. Legationibus functus ampliſſimum patrum ſuffragiis ſummus Pontifex renunciatus eſt, in æde Prædicatorum ad Mineruam, quam Cardinales pro conclaui elexerant metu & minis Cæſaris perterriti qui ſuis votis omnia fieri volebat. Hanc tamen electionem ęquo tulit animo congratulatus eſt quoque patribus quod quem ſummopere expetebat in Petri Cathedra conſtituiſſent. Sed vt incerti ſunt rerum caſus atque vt ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον. Nil aliud ac vmbra atque flatus eſt homo. qui Pontificatus inſignia tanto hominum applauſu ſuſceperat, qui Pij tertij illuſtre nomen ſortitus fuerat, qui Eccleſiam Romanam renormare, & in priſtinum morum ſplendorem reducere, Concilium celebrare ac Auunculi imitatione Turcarum compeſcere inſolentiam ſtatuerat ex vulnere crucis quo diu ſenex & annoſus afflictus fuerat XXVI. vel vt alij volunt XXX poſt creationem die, Mercurij Cal. Nouemb in Solennit. S. Euangeliſtæ Lucæ obiit. Eius cadauer elegantiſſimi ſumptus conſtructo ſepulchro iuxta auunculum conditum eſt. De huius Pontificis laudibus & rebus geſtis ante Pontificatum, exatnt Epiſtolæ Sabellici in Enneade.

IVLIVS

IVLIVS SECVNDVS

Iulianus Ruuereæ ſtirpis inſigniis præclarus, ſed præclarior virtutum meritis natus Sauonæ littoris Liguſtici oppido, ex Epiſcopo Carpenctoracenſi Sixti quarti patrui benigniſſimi auſpiciis Cardinalis Tit. S. Petri ad vincula, pariter maior pœnitentiarius, demum Auinionis Legatus & Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis creatus eſt. Clauſo deinde conclaui Pontifex omnium votis auguratur & coronatur die V. Cal. Decembris An. M. D. III. Pontifex nouarum rerum exorientium in Eccleſiæ detrimentum impatientiſſimus, temporum neceſſitate multis ſeuerus & bellicoſus viſus eſt. Iulij liberatæ à Gallis Italiæ titulum prætulit, Florentinam audaciam egregiè vltus eſt. In tutando Petri patrimonio ſeſe acerrimum exhibuit defenſorem, adeò vt temerè multis Belli potius quam pacis dictus ſit aſſertor. Bononiam expugnauit, Seruiam, Rauennam Forum Iulium, & reliquas Eccleſiæ terras à multis occupatas. Rempublicam Venetorum afflictis Italiæ rebus turbatam æquo animo ſuſcipit.

I.

De Simoniaca Pontificis electione & huiuſmodi ſimoniæ complicium pœnis.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Execranda Simoniæ labes.

CVM tam diuino quam humano iure, in ſpiritualibus præcipuè, deteſtabiliter ſit Simonię labes prohibita, & lōgè magis in electione Rom. Pont. Vicarij IESV CHRISTI D. N. abominabilis ſit & vniuerſali Eccleſiæ pernicioſa, Nos qui regimini eiuſdem vniuerſalis Eccleſiæ (meritis licet imparibus) annuente domino præſidemus cupientes quantum cum Deo poſſumus in præmiſſis pro tantæ rei neceſſitate ac periculi magnitudine vt teneamur in poſterum ſalubriter prouidere, de fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & vnanimi conſenſu hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, Apoſtolica authoritate & de poteſtatis noſtrę plenitudine, ſtatuimus, ordinamus, decernimus, & diffinimus, quod ſi (quod Deus pro ſua clementia, & ineffabili bonitate auertat) contigerit, poſtquam nos, vel ſucceſſores noſtros ſucceſſiuè, ipſe Deus ab huiuſmodi vniuerſalis Eccleſię regimine abſoluerit: humani generis inimico procurante, & ambitione vel cupiditate ad hoc inclinante, ſeu impellente, electionem Romani Pontificis, ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo ſeu aliquibus de cætu Cardinalium quomodolibet votū dantibus per ſimoniacam hęreſim (in dādo, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cuiuſcūque generis, caſtra, officia, vel beneficia, ſeu promiſſiones & obligationes) commiſſam, per ſe vel alium, ſeu alios quomodocunque, & qualitercunque (etiam in duarum partiū, vel omnium Cardinalium vnanimi concordia, quomodolibet, etiam per viam aſſumptionis vnanimiter, nemine diſcrepante, etiam ſine ſcrutino factę) celebrari, vel fieri: non ſolum huiuſmodi electio, vel aſſumptio, eo ipſo nulla exiſtat, & nullam eidem ſic electo, vel aſſumpto adminiſtrandi, in ſpiritualibus & temporalibus, facultatem tribuat, ſed etiam contra dictum ſic electum, vel aſſumptum, de ſimoniaca labe, à quocunque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi, & excipi poſſit, ſicut de vera, & indubitata hęreſi: ita quod à nullo pro Romano Pontifice habeatur, quinimo ipſe ſit à priori ſuo Cardinalatu, & alio quoque honore, Eccleſiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus monaſteriis, & dignitatibus, & aliis quibuſcunque beneficiis, & penſionibus, quę tunc obtinebat in titulum,

Electio ſummi Pontificis Simoniaco tramite procurata nulla eſt.

lum,vel in commendam,aut alias quomodocunque,eo ipſo , abſque a lia declaratione,priuatus exiſtat:& idem electus,non Apoſtolicus,ſed apoſtaticus, & tãquam ſimoniacus, & hęreſiarcha,& ad prędicta omnia & ſingula perpetuò inhabilis habeatur,& ſit. Nec huiuſmodi ſimoniaca electio per ſubſequentem ipſius inthronizationem , ſeu temporis curſum,aut etiam omnium Cardinalium adorationem , ſeu obedientiam , vllo vnquam tempore conualeſcat. Liceátque omnibus & ſingulis Cardinalibus,etiam illis,qui huic ſimoniacę electioni : ſeu aſſumptioni conſenſerint,etiam poſt intronizationem,& adorationem,ſeu obedientiam , ac etiam vniuerſo Clero,populo Romano,necnon ſubditis,& ſancti Angeli de Vrbe , ac quarumuis aliarum Romanę Eccleſię arcium pręfectis,Caſtellanis , Capitaneis & aliis officialibus)quocunque homagio,ſeu iuramento,vel cautione pręſtitis,non obſtantibus)à talis electi,etiam intronizati,obedientia,& deuotione,impunè,& quãdocunque diſcedere(ipſis,fidei Romanę Eccleſię,& obedientię futuri Romani Põtificis canonicè intrantis,nihilominus aſtrictis permanentibus)& eum,vt magnũ, ethnicum,publicanum , & hęreſiarcham euitare Ad cuius quoque confuſionem, poſſint Cardinales,qui pręfatę electioni ſe opponere voluerint, ſi pręſumpſerit ſe regimini vniuerſalis Eccleſiæ,prætextu talis electionis ingerere, auxilium brachij ſecularis contra eum implorare.Nec tales ab eius obedientia diſcedentes,tanquam tunicę Domini ſciſſores,aliquarum propter dictum diſceſſum pœnarum, ſeu cenſurarum vltioni ſubiaceant. Cardinales vero,qui eum ſic ſimoniacè elegerunt , à ſuis ordinibus,etiam Cardinalatu,titulis,& honore,ac quibuſcunque Patriarchalibus,Archiepiſcopalibus,Epiſcopalibus,& aliis prelaturis,ac dignitatibus,& beneficiis,quę in titulum,vel commendam tunc obtinebant,vel in quibus , ſeu ad quæ ius tunc habebunt,abſque alia declaratione,priuati exiſtant,niſi ab illo penitus,& cum effectu diſceſſerint , & reliquis Cardinalibus , qui huiuſmodi ſimoniæ non conſenſerint infrà terminum octo dierum,poſtquam fuerint ab eis requiſiti , perſonaliter,ſi fieri poterit,alias per edictum publicum,ſe abſque fictione , vel fraude vniuerint,& coniunxerint.Et tunc ſi præfatis aliis Cardinalibus ſe vniuerint , & coniunxerint:in priſtinum ſtatum , & ad priſtinos honores,& dignitates , etiam Cardinalatus,ac eccleſias,& beneficia,quibus præerant,& quæ obtinebant,reintegrati,rehabilitati,ac reſtituti,& repoſiti,& ab huiuſmodi ſimoniæ labe & cenſuris ac pœnis eccleſiaſticis quibuſcunque , abſoluti eo ipſo exiſtant. Mediatores verò, proxenetæ,trapezitæ tam clerici quam laici,cuiuſcunque dignitatis,qualitatis , & ordinis fuerint,etiam Patriarchali,Archiepiſcopali,ſiue Epiſcopali,vel alia ſeculari mundana,ſiue eccleſiaſtica dignitate præditi etiam quorumcunque Regum , & Principum Oratores,vel Nuncij huius ſimoniacæ electionis participes,ſint omnibus ſuis eccleſiis,beneficiis,prælaturis,& feudis,ac aliis quibuſcunque honoribus, & bonis,eo ipſo priuati,& ad ſimilia inhabiles,ac etiam actiuè & paſſiuè inteſtabiles,& eorum bona ipſo facto,ad inſtar reorum criminum læſæ maieſtatis , Fiſco Apoſtolicę Sedis applicentur,& deuoluantur,ſi prædicti delinquentes eccleſiaſtici fuerint,vel alias Romanæ Eccleſiæ ſubditi.Bona verò & feuda taliter delinquentium,non ſubditorum ſecularium,in partibus,Fiſco ſecularis principis , in cuius territorio bona ſita fuerint,ipſo facto ſimiliter applicentur.Ita tamen,quod ſi infrà tres menſes,à die quo notum fuerit illos ſimoniam commiſiſſe,vel participaſſe, Principes dicta bona fiſco ſuo actualiter hoc applicauerint , ex tunc illa Fiſco Eccleſiæ Romanæ applicata cenſeantur& ſint eo ipſo , abſque aliqua ſimili declaratione. Promiſſiones quoque , & obligationes , ſiue ſponſiones propterea quandocũque,etiam ante tempus dictæ electionis,etiam extrà perſonas Cardinalium,per quoſcunque alio quomodocunque factę , cum quauis inexcogitabili ſolemnitate, & forma,etiam iuratæ, conditionales , ſiue euentuales , & in forma excommiſſarum,ex quacunque cauſa,etiam depoſiti , mutui,cambij , confeſſionis de recepto, donationis,arrendamenti,vel venditionis,permutationis vel alterius cuiuſcunque contractus,etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, factæ , ſint nullæ & inualidę,& ad agendum inefficaces , nullúſque illarum vigore cogi vel conſtringi poſſit,in iudicio vel extrà.Liceátque omnibus,ab illis impunè,abſque aliquo metu,ſiue periurij nota,recedere. Et inſuper liceat Cardinalibus, qui electioni prędi-

Pontifex per Simoniam electus non debet ſe Eccleſiaſtico regimini immiſcere.

Cardinales Simoniacæ electionis participes ſuſpenduntur ab omnibus honoribus & beneficiis.

Cardinales qui electionis ſimoniacæ ſuffragiis non conſentiunt alium Pontificẽ eligendi ſanctiore via ius non amittunt.

Fiſcus animaduertat in bona horum ſimoniacorum.

ctę ſimoniacę interfuerint,& à prefato ſic electo diſceſſerint, adhibitis ſecum aliis Cardinalibus,etiam illis,qui huiuſmodi ſimoniacę electioni conſenſerunt,& poſtea eiſdem Cardinalibus in dicta ſimonia non complicibus ſe vniuerint : ſi ſe cum eiſdem vnire voluerint:alioquin ſine eis,ad alterius nihilominus Põtificis electionem , non expectata alia ſententia declaratoria ſimoniacę electionis huiuſmodi (eadem tamen pręſente noſtra conſtitutione ſemper in ſuo robore permanente) liberè,aliàs tamen canonicè , deuenire , & Concilium etiam generale inducere & conuocare in loco idoneo,prout eis videbitur expedire. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, & pręcipuè fel. record. Alexandri Papę III,quę incipit.Licet de vitanda. diſcordia & aliorum Romanorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum,etiam in conciliis generalibus editis,cęteriſque contrariis quibuſcunque. Inhibentes poſtremò omnibus & ſingulis S.R.E. Cardinalibus, qui pro tempore erunt,& eorum ſacro collegio,ne Apoſtolica Sede vacante, prędictis contrauenire,vel contra pręmiſſa , vel aliquod pręmiſſorum ſtatuere,diſponere,& ordinare,vel aliquo modo facere ſeu attentare pręſumant,quocunque exquiſito colore vel cauſa,ſub excommunicationis latę ſententię pœna , quam ipſo facto incurrant,& à qua non , niſi per Romanum Pontificem canonicè electum, abſolui poſſint,niſi in mortis articulo. Decernentes ex nunc irritum , & inane , ſi ſecùs ſuper his,vel aliquo pręmiſſorum,à quoquam,ſcienter vel ignoranter,etiam per nos,contigerit attentari. Vt autem pręſentis conſtitutionis,decreti,ſtatuti, ordinationis,ac inhibitionis noſtrę tenor,ad omnium notitiam deducatur,volumus pręſentes literas noſtras in valuis baſilicę Principis Apoſtolorum, necnon Cancellarię,ac acie campi Florę affigi , nec aliam earundem literarum publicationis ſolemnitatem requiri,aut expectari debere , ſed huiuſmodi affixionem pro ſolenni publicatione,& perpetuo robore ſufficere. Nulli ergo &c.Si quis &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum,anno incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo quinto,XVIII. Cal.Februarij,Pontific.noſtri anno ſecundo.

Clauſulæ derogatoriæ.

Sede vacante nihil , innouari debet.

II.

Annatarum ſoluendarum ſingulis quindecim annis pro beneficiis adeptis confirmatio.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad futuram rei memoriam.

Ex debito paſtoralis officij,nobis,meritis inſufficientibus,ex alto commiſſi,quo vniquique ſumus in iuſtitia debitores,ad ea libenter intendimus , per quæ, Cameræ Apoſtolicæ & venerabilium fratrum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Collegij,ac Sedis Apoſtolicæ officialium indemnitati prouideatur,& iura illorum illæſa ſeruentur:ac ea,quæ propterea à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris proceſſiſſe comperimus,ne deſuetudine , incuria,aut aliàs depereant ſed firma perpetuò & illibata perſiſtant,libenter Apoſtolico munimine roboramus, ac aliàs ſtatuimus,& ordinamus,prout in Domino proſpicimus ſalubriter expedire,Dudum ſiquidem à fel.re.Paulo Papa II.prædeceſſore noſtro,emanarunt literæ tenoris ſubſequentis.Paulus Epiſc.&c *Omittitur tenor quia habetur ſupra f.130.*

Cum autem ſicut accepimus ex huiuſmodi , & quæ poſtea tam per fœl mem. Sixt.4.Innocen.8.& Alexand.6.etiam Rom Pontifices prædeceſſores noſtros hactenus factæ fuerunt,perpetuis vnionibus & applicationibus ex multorum negligentia ſiue malitia,qui dictis literis parere in animarum ſuarum periculum hactenus contempſerunt,dicta Camera in ſuis iuribus non mediocrem patiatur iacturam.Nos volentes eorundem Cameræ Collegij & Officialium indemnitati conſulere,tam ſtatutam ordinationem,decretum &declarationem prędictã quàm omnia & ſingula alia in ipſis prædictis literis contenta eadem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & innouamus , ac inuiolabiliter obſeruari debere,ac omnes & ſingulos cuiuſcunque qualitatis gradus vel conditionis fuerint,qui tempore Datæ publicationis præinſertarum literarum,ſoluere tenebantur , & hactenus non ſoluerunt,& illis,qui poſtea ſe obligarunt , ſeu alias ratione monaſteriorum,& aliorum beneficiorum ſic vnitorum , ad valorem centum florenorum auri de Camera,communi æſtimatione aſcendentium,vel quorum fructus , reditus,& prouentus,in eiſdem libris ad ſimilem ſummam taxati reperiuntur , eidem

Sequentia prioribus eluceſcunt vide quæ dicta ſunt in conſtit. Pauli 2.decet. fol.130.

Cameræ ſoluere tenentur, ad integram ſolutionem eidem Cameræ de præmiſſis faciendam, infrà annum à die publicationis pręſentium computandum, iuxtà tenorem dictarum literarum, & ſub pœnis in illis contentis, vt par eſt, omninò teneri & alligari decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo quinto, V. Cal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

III.

De Apellationibus in cauſis criminalibus.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Nicolao Prouinciæ noſtræ Marchiæ Anconitanæ Theſaurario. Dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Apellationes ſolent quandam laxiorem ſceleribus petulantiā facere, cum ſententiæ prorogātur & indeciſæ permanent ideo non addimittātur in cauſis maleficiorum niſi facto depoſito. Hæc conſtitutio confirmatur infra per Paulum 3. conſt. cum ſicut. Piū 4. conſt. Etſi cuncta. & declaratur per Pium quintum.

ACCEPIMVS Fiſco Camerę Apoſtolicę, iſtius noſtrę prouincię, damnum non leue inferri, delictáque impunita remanere, ex prætextu apellationum, quæ in maleficiorum cauſis, tum ante condemnationem, tum poſt, interponuntur: propter quas, cum aut ad Vrbem, aut aliò cauſę ipſę transferuntur, indeciſę, & minus pro ipſo Fiſco defenſæ remanent. Quamobrem volentes damno & impunitati prædictis occurrere, tibi committimus & mandamus, vt nullam in aliqua cauſa alicuius maleficij, aut fractę pacis, induciarum, vel treguæ (etiam ſi de noua cauſa, aut de habendo recurſum diceret) appellationem admittas, aut admitti ſinas per aliquem iudicem vel officialem, niſi prius effectuale depoſitum penes te fecerint, de pœna in qua appellans condemnatus fuerit, aut veniret condemnandus, prout in conſtitutionibus prouincialibus, & aliis prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris literis (ad quas relationem haberi volumus) pleniùs continetur. Inhibentes etiam præſentibus Gubernatoribus, Vicelegatis, Locumtenentibus, & aliis quibuſcunque officialibus ipſius prouinciæ, quocunque nomine nuncupatis, vt appellationem aliquam in dictis cauſis admittere nullo modo audeant vel præſumant, niſi per te eis prius conſtiterit de effectuali depoſito vt præmittitur facto. Decernen. ex nunc irritum & inane, ſi ſecus à quocunque aliquid præſumptum fuerit attentari. Contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die decimoſexto Iunij, milleſimo quingenteſimo ſexto, Pontificatus noſtri anno tertio.

Apellationum tractandi materiam grauem & arduam amplior infra patebit caſus. Caſus autem, quibus appellatio iure prohibetur, poterit lector colligere ex Specul. tit. de appellatio. §. in quibus. Hippol. in l. vnica. C. de rap. virg. num. 138. Nicello in concordia glo. concordia 6. & Roberto Maranta in ordine iudiciorum. 6. part. cap. de appellatione. num. 269. regula ſiquidem iuris eſt, quòd appellatio admittatur ſemper niſi ſpecialiter ſit iure prohibita. gl. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendicatione. quæ ſingularis eſt ſecundùm Francum in Rubrica de appellatio. col. 5. commendant Deci. in cap. cum ſit Romana. de appellatio. col. 4. Bal. in cap. paſtoralis. de appellat. col. 3. idem Bal. in l. vnica. C. ſi de moment. poſſ. col. 2. Nam & in criminalibus appellatio admittenda eſt, ſecundùm Bart. in l. qui vlt. ſupplici. ff. de pœnis. notatur ex gl. in d. l. 1. ff. nil nouari appel. pendent. & in d. cap. non ſolum & ideo, vt ibidem apparet, non eſt ſententia mandanda executioni interim dum appellari poteſt, quod & Fel. communem omnium opinionem tradit in cap. quærenti. de offi. deleg. Abb. & alij in c. 2. de re iudic. etiam in crimine læſæ maieſtatis humanæ, cùm & in eo admittenda ſit appellatio. gl. & ibi Are. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæred. Dec. in d. cap. cùm ſit Romana. §. vlt. Ioan. Igneus in quæſtione, An Rex Franciæ recognoſcat ſuperiorem, 17. & 18. ſpeciali. dum allegat l. 2. C. quorum appellat. non recipiantur. Lud. Carrer. in practica criminali in prin. nu. 85. contra Roma. in dicta l. Pantonius. §. rei perduellionis. quod adeò verum eſt, vt & in crimine hæreſis admittendam eſſe appellationem ſcripſerit Bald. l. 3. C. de ſumma Trinita. cuius opinio falſa quidem eſt, vt probatur in cap. inquiſitionis. de hæret. in 6. & fatetur ipſemet Bald. hoc iure canonico verum eſſe: non tamen iure ciuili, qua in re fallitur. cùm in hoc hæreſis crimine minimè ſit facienda diſtinctio hac in quæſtione inter ius canonicum & ciuile, idque in tanti criminis deteſtationem inſtitutum eſt, Iacobus Septimancenſis doctiſſimè tractat in catholicis inſtitutionibus. c. 6. explicat & Repertorium Inquiſitorum, in verb. appellare. Cætera infrà diſcutientur.

IIII. Contra

IIII.

Contra pugnantes in Duello & duellum permittentes.

IVLIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

REGIS pacifici qui regnat in cœlis, licet inſufficientibus meritis vices gerentes in terris, cunctorum fidelium ſtatui prout ex ſuſceptæ ſeruitutis tenemur officio indefeſſa ſolertia intendentes, ac animarum periculis obuiare cupientes, ad eà per quę vbique, præſertim in terris Rom. Eccleſię ſponſę noſtrę ſubiectis inter fideles eoſdem, cædes, rixę, & contentiones ceſſent, ſcandalum tollantur fomenta, pax & concordia vigeant, proſperiſque eorum ſucceſſibus conſulatur, opportunę prouiſionis operam impendimus, prout in domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè non ſine maxima animi noſtri perturbatione accepimus, quod nonnulli fidelium prædictorum, inimico humani generis inſtigante, & aliquibus cauſis occurrentibus, & plerunque minimis & inhoneſtis ac leuibus verbis ad contumelias contentiones & diffidationes deuenientes, vt alter alterius ſanguine ſatietur, ad temporales Principes & dominos, maximè ciuitatum, terrarum, & locorum Sedi Apoſtolicæ ſubiectorum confugiunt, vt eis locum tutum, ſiue campum ad duellum, ſeu pugnandum aſſignent. Et quamuis Principes, & domini præfati duellum, ſiue pugnam eis diſſuadere & prohibere deberent, tamen plerunque locum, aut campum tutum huiuſmodi aſſignant, maliuolumque altercantium propoſitum ad executionem augent, magiſque vni quàm alteri fauent, ex quo hominum mortes repentinę, & niſi diuina gratia præueniantur, animarum perditiones mutilationes, & vulnera, inter aſtantéſque pugnantium amicos odia, & altercationes, & ex vno inconuenienti plura oriuntur in ipſorum fidelium animarum, & corporum periculum, generiſque humani præfati iacturam perniciosum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur qui fidelium prædictorum tranquillitatem & pacem ſinceris deſideriis exoptamus, ſaluberrimis Chriſtianę religionis documentis & exemplis Deum tentandum non eſſe præmoniti, ſaluatoriſque Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui Petro Apoſtolorum Principi vt gladium mitteret in vaginam mandauit, præceptis edocti, attendentes hominem homini, inter quem cognationem quandam natura conſtituit, inſidiari nefas, & gladiatoria munera & pugnationes huiuſmodi vulgares à religionis noſtrę pietate damnati, cruentáque ſpectacula à ſacris canonibus, & imperialibus legibus inhibita & improbata, ſicque pugnantes infamia notari, & diuerſis pœnis puniri, & cum omni tempore, potiſſimum tamen in ocio ciuili, & domeſtica quiete publica deteſtanda eſſe, Motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, hac in perpetuum valitura conſtitutione, duellorum, & gladiatorum huiuſmodi vſum damnamus & improbamus, & in terris Rom. Eccleſiæ, mediatè vel immediatè ſubiectis, per quoſcunque quauis auctoritate, & poteſtate, ac nobilitate fulgentibus, ſub excommunicationis latæ ſententię pœna è quacunque cauſa, etiam à legibus permiſſa, fieri omnino prohibemus. Dictóſque pugiles taliter pugnantes, vbique impunè capi poſſe, & puniri pro homicidio, vel vulnere, iuxta iuris communis diſpoſitionem nulla eis conſuetudine ſuffragante, ſtatuimus, corporáque in duello in terris Eccleſiæ mediate vel immediatè ſubiectis facto morientium in ſacro ſepeliri prohibētes, *ſub ſimili excommunicationis pœna, & interdicti eccleſiaſtici, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Domicellis, Baronibus, & aliis temporalibus Dominis, Vicariis, Communitatibus, & Vniuerſitatibus ciuitatum terrarum, & locorum præfatę Rom. Eccleſię mediatè vel immediatè ſubiectorum mandantes, ne de cætero perpetuis futuris temporibus, aliquibus cuiuſcunque dignitatis & nobilitatis fuerint, & ex quacunque cauſa, etiam à legibus non improbata, locum ſeu campum liberum ad duellum, ſeu alias ad pugnandum tutum aut quomodolibet aſſignent, concedant, ſeu tradant, aut aſſignari, concedi, ſeu tradi faciant vel permittant, ſub excommunicationis latę ſententię, & quatuor Millium ducatorum Camerę Apoſtolicę applicandorum pœna pro qualibet vice incurrenda. Et ſi huiuſmodi conſtitutionis violatores, vltra primam dictam vicem fuerint, vltra

Duellum dicitur pugna duorum ſingularis certaminis quam vocant Græci Μονομαχία. eámque prohibet Duelli nomine Alexan. III. Pōtif in c. 1. de clericis pugnantib. in duello lib. 5. Decretal. tit. 14. Et Nicol. in 2. part. Decret 1. q. 3. Ex eius Epiſtola ſcripta ad Carolum regem patruum Lotharij. Damnantur quoque Principes & alij quicunque domini temporales qui locum ad Monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint.

** Sepultura careant perduelles, nec talibus detur S. Euchariſtia cum peccent mortaliter de conſecrat. diſt. 2. §. ſed dicunt quidā defendens poteſt ſumere, imo & iſte peccat, quoniam omiſſa legitima ſe defendendi ratione ad prohibitam ſe confert Concil. Tridentin Seſſ. 25. c. 19.*

dictas

dictas pœnas feudo, ſeu vicariatu, quem à dicta Romana Eccleſia obtinuerint, priuatos fore Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium præcipimus, mandamus, atque decernimus: non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis, indultis, & conceſſionibus quauis auctoritate æditis, & quibuſuis conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod præſentes literę noſtrę poſtquam in valuis Baſilicę principis Apoſtolorum, & in campo Floræ in Vrbe affixę fuerint, omnes & ſingulos ciues Romanos, & alios in Vrbe commorantes affixis quindecim diebus: alios verò Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios temporales Dominos, Vicarios, Communitates & Vniuerſitates præfatas ciuitatum, terrarum & locorum ſedi præfatę mediatè vel immediatè ſubditorum, decurſo menſe arctent, contrafacientes pœnas præfatas incurrant, in omnibus & ſingulis contrafacientibus perſonaliter & particulariter intimatę fuiſſent. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octauo, ſexto Calendæ Mai; Pontificatus noſtri anno ſexto.

Hæc Conſtitutio confirmata eſt per Leonem X. Clement. 7. & Greg. XIII. quibus poſſunt in robur & firmamentum addi quæ in Concilio Tridentino ſtatuta ſunt Seſſ. 25. c. 19. Ibi Principes duellum permittentes excommunicantur & committentes illud & patrini, conſultores, tum ſpectatores habentur infames & præſcriptione bonorum multantur. 2. q. 3. c. Monomachiam (inquit) Nicolaus Papa in lege non aſſumimus quam præceptam fuiſſe non reperimus, quia quoſdam iniiſſe legerimus ſicut ſanctum Dauid & Golam ſara prodit hiſtoria, nuſquam tamen vt pro lege teneatur, alicubi diuina ſanxit authoritas cum hoc & huiuſmodi ſectantes, Deum ſolummodo tentare videantur. Romani olim ad excitandos iuuenum animos huiuſmodi cruenta ſpectacula non abhorrebant vti apparet in l. qua actione. §. ſi colluctatione. Ib. vide Bart. ff. ad l. Aquil. Frequentabatur adhuc Duellum tempore Friderici 1. hodie Duellum prohibetur cum omnibus id genus cruentis hominum ſpectaculis in l. 1. C. de gladiator. c. 1. de purga. Iul.

V.

Confirmatio conſtitutionis Pij ſecundi in appellantes à ſententiis ſummi Pontificis ad futurum Concilium.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. SVSCEPTI regiminis nos cura ſollicitat, vt eorum malitiis & audacię quorum ſceleris cæcitas, & damnandę ambitionis improbitas, animas occupantes (diſcordiarum fautore, ac ſchiſmatum inuentore & alumno, humani generis inimico procurante) eos in illam temeritatem impellunt, vt quæ ſibi à iure interdictæ, & à ſanctis Patribus etiam in congregatione fidelium pro huius Sanctę Sedis dignitate, & Eccleſię vnitate ſeruandis, ad ſchiſmatis occaſionem tollendam (quo in Dei Eccleſia pernicioſior morbus inueniri vix poteſt) Spiritu Sancto cooperante, non minus prouidè & ſalubriter, quàm neceſſariè, decreta & ſtatuta eſſe nouerint, damnata audacia, & exquiſitis artibus & fraudibus attentare temerè conentur, & eis contrauenire contendant, nunc nouorum æditione iurium, nunc antiquorum innouatione & declaratione, nunc vero extenſione, & nouarum pœnarum adiectione (prout ſalubriter expedire conſpicimus) ſolitis ſtudiis obuiare curemus. Sanè licet olim fel. rec. Pius Papa II. prædeceſſor noſter, de fratrum ſuorum Sanctæ Romanę Eccleſię, Cardinalium cunctorúmque prælatorum, ac diuini & humani iuris interpretum, Curiam Romanam ſequentium in dieta ſeu congregatione Mantuana exiſtentium approbatione, matura prius & graui præmiſſa diſcuſſione, & de eorundem congregatorum vnanimi conſilio & aſſenſu, ac ex certa ſcientia prouocationes ad futurum concilium efficaciſſimis, & palpabilibus rationibus, tanquam erroneas & deteſtabiles damnauerit, ac ſub excommunicationis latę ſententię, & interdicti pœnis præceperit, ne qua perſona cuiuſuis dignitatis, ſiue etiam vniuerſitas, aut collegium, quouis quæſito colore, ab ordinationibus, ſententiis, ſeu mandatis quibuſcunque ſuis, ac ſucceſſorum ſuorum appellationem huiuſmodi interponere auderet, & contrafacientes, vnà cum fautoribus ſuis, & conſilium auxiliúmve præſtantibus (ſiue hi tabelliones eſſent, ſiue teſtes, ſiue aduocati,

Pij ſecundi conſtitutionem habes ſup. fol. 120. quam in Mantuana ſynodo fecerat.

ſiue alij quicunque) non ſolum pœnis, & cenſuris prædictis, ſed etiam iis quę læſę maieſtatis, & hæreticę prauitatis reis imponuntur, obnoxios eſſe ſtatuerit: Leonardus tamen Lauredanus Dux, Rogati, ac generale Conſilium, & Commune Venetiarum, omnéſque & ſinguli patritij & ciues communis eiuſdem, vnà cum Prouiſoribus, Poteſtatibus, Commiſſariis & reliquis officialibus ſuis (quorum auctoritate, induſtria, conſilio, opera, aut fauore, Ciuitates, oppida, caſtra & arces, ad nos & Sanctam Romanam Eccleſiam legitimè pertinentes, occupatæ fuerant, aut detinebantur) de fratrum noſtrorum conſilio, à nobis requiſiti & moniti, vt intra certum terminum, ſub pœnis tunc expreſſis, nos & ſanctam Apoſtolicam Sedem plenè & omni ex parte, in conceſſa ſibi auctoritate & libertate, cum obedientia recognoſcerent & redintegrarent, ac Rauennam, Seruiam, Ariminum, Fauentiam, Sarſinam ciuitates, cum oppidis, caſtris, terris, & diſtrictu ipſarum, cúmque Ceſenaten. Forliuien. ac Immolen. territoriis, caſtris, oppidis, terris, & locis quæ occupabant, integrè & expeditè, nobis & dictę Romanę Eccleſię, cuius iuris eſſe noſcebantur, relaxarent, atque inde recederent, nec impedirent quominus illorum ciues & habitatores, ad piæ matris ſuę Romanæ Eccleſię obedientiam reuerterentur: omnes eorum fautores ab auxilij in talibus præſtatione deterrendo, ita quod requiſitioni, monitioni & mandato noſtro huiuſmodi non parentes, maioris excommunicationis ſententia, de ſimili conſilio, eo ipſo innodati cenſerentur, à qua, præterquam in mortis articulo conſtituti, per alium quàm per Romanum Pontificem, etiam prætextu cuiuſcunque facultatis, cuicunque pro tempore conceſſæ, abſolui non poſſent (quàm quidem excommunicationis ſententiam in huiuſmodi non paritionis euentum, iteratis etiam vicibus aggrauauimus) paternis monitis & ſalutaribus iuſſis obſequi, prout debebant, indebite recuſantes, ſeu qui iuri proprio diffidunt, & ſuperioris mandata contumaciter obaudiunt, vt quę minus iuſte vſurparunt, indebitè, etiam cum animarum ſuarum detrimento, retineant: ad prohibitum atque damnatum remedium confugientes, à requiſitione, monitione & mandato, ac ſententiis, cenſuris, & pœnis prædictis, nulla conſtitutionis Pij prædeceſſoris, hoc expreſſè vetantis, habita ratione, ad futurum Concilium, temerè (vt accepimus) prouocarunt: prout etiam perditionis filij, quondam Ioannes Bentiuolus,* & eius nati, cùm eo a tyrannica oppreſſione dilectæ ciuitatis noſtrę Bononię expellere decreuimus, damnabiliter feciſſe dicuntur: videlicet ad futurum Concilium prædictum appellaſſe & prouocaſſe. Nos igitur quàm deteſtanda ſit eorum peruerſitas attendentes, qui propriis innixi commodis, & nefariis cupiditatibus mancipati, ſalubria decreta Patrum, & ſuperiorum iuſſa ſpernentes, inconſutilem Chriſti tunicam ſcindere, aut etiam ſciſſionis cauſam præbere contendunt, & eccleſię vnitatem diuidere, prædictę ſanctę Sedis apoſtolicę principatum tollere, & contra tot ſanctorum Patrum, & ſacrorum Conciliorum decreta temerè et damnabiliter, magna audacia venire non erubeſcunt, & contrafacere non verentur: aſſerentes inter cætera, conſulentes, perſuadentes, determinantes, ſeu determinationi huiuſmodi intereſſentes, ſola conſilij præſtatione ſeu perſuaſione, deliberatione aut determinatione, quod aliquibus caſibus à Romano Pontifice, ſeu eius ſententia, vel decreto ad futurum Concilium generale appellari poſſit, dicta Pij prædeceſſoris conſtitutione non ligari, niſi in ipſa actuali appellatione, & illius interpoſitione, vel ſcripturę compoſitione, ſe immiſcuerint: ne de cætero tali aſſertione ſe excuſare, ac tale quid in poſterum præſumere impunè valeant, opportunam tam immani & periculoſo morbo medelam adhibere volentes: hac generali & in perpetuum valitura conſtitutione, ex certa noſtra ſcientia, & poteſtatis plenitudine, de Venerabilium fratrum noſtrorum, ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalium conſilio promulgata, ſanximus conſtitutionem Pij prædeceſſoris præfatam, tam citra quàm vltra montes, & in vltramontanis partibus, quo ad omnes, tam eccleſiaſticas quàm ſeculares perſonas, etiam Regali dignitate ac Cardinalatus honore fulgentes, capitula, vniuerſitates, communitates, & collegia, congregationes & ſynodos, ac parlamenta, valuiſſe valere, & perpetuò valitura declaramus, cum ſuppletione ſolennitatis cuiuſlibet, etiam publicationis omiſſæ (cuius in illa edenda vel publicanda defectus prætendi poſſet, quę iuxta illam fieri requirebatur)

Venetorum duces deficientes ab obedientia Eccleſiæ Romanæ per Tyrannidem occuparunt quædam loca patrimonij

Ioannem Bentiuolum ab inſolenti Principatus dominio & inueterata Tyrannide cœtuſq; audacia filioru ſ[?]æpotentem Bononia expulit Iulius Pontifex à cuius ſententia ad futurum Concilium apellarat, ſed ſexagenarius in ipſo exilio moritur.

Nemo quantumuis honoris aut dignitatis fulgore conſpicuus ab huius conſtitutionis ſoluitur.

quirebatur) eámque ex præterito nunc & in poſterum inuiolabiliter obſeruari
mandamus, ipſius violatores, cuiuſcunque dignitatis exiſtant, pœnis & cenſuris in
eadem expreſſis, quocunque tempore ſubiacere ſtatuentes, contraria conſuetudine
ſeu potius corruptela non obſtante: Decernentes & declarantes vltra pœnas impo-
ſitas (quas pro facto dictos violatores & contrauenientes incurrere volumus) ipſos
& eorum quemlibet, pro veris & indubitatis ſchiſmaticis, & inconſutilis tunicæ
Domini noſtri Ieſu Chriſti violatoribus & diſſipatoribus, ac de catholica fide ma-
le ſentientibus, habendos & reputandos, pœniſque canonicis & legalibus contra
tales impoſitis, ſubiacere, & cum Dathan & Abiron, partem & damnationem ha-
Num. 16. bere, ipſáſque etiam pœnas & earum quamlibet omnes illos incurrere volumus,
cuiuſcunque conditionis exiſtant, & gradus prærogatiua fulgeant, qui in Senatu,
conſiliis, parlamentis, congregationibus, etiam ſynodalibus & prouincialibus, vel
alias quomodolibet, tacitè vel expreſſè, voce vel ſcripto, per ſe vel alium (cuiuſ-
cunque timoris vel reuerentię velamine, vel prætenia excuſatione, & ſuperioris
mandato non obſtantibus) decreuerint, conſuluerint, ſeu deliberauerint, vel alio-
rum dicta approbauerint, conſilium aut vocem dederint, vt ad futurum vniuerſale

Prouocationes à Pontifice ad futurum Concilium nullæ ſunt.

Concilium à nobis vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, contra prædi-
ctam conſtitutionem appellare liceat, poſſit vel debeat: dictas pœnas ad ipſos eo-
rum quemlibet contrauenientem in præmiſſis, tenore præſentium extendentes. &
locum habere declarantes, omni ambiguitate ceſſante. Et nihilominus prouocan-
tes & appellationes, tam per Leonardum Ducem, Rogatos, Conſilium & commu-
ne Venetiarum, factas huiuſmodi, quàm per quoſcunque alios prædictos pro tem-
pore faciendas, & inde ſecuta quæcunque (vtpote contra Pij prædictam ac præſen-
tem conſtitutionem attentas) nullas, prout ſunt, & inualidas, nulliúſque roboris
vel momenti fuiſſe, & pro tempore fore, authoritate, ſcientia & poteſtate ſimili-
bus, ſtatuimus, decernimus, & declaramus: ac pro potiori cautela, caſſamus & an-
nullamus. Et vltra ſupradictas pœnas (quas contra conſtitutionis huiuſmodi vio-
latores in ſuo robore permanere decernimus) loca quæcunque, ad quæ violato-

Loca in quibus prouocantes reperiuntur ſupponuntur interdicto.

res ipſos declinare, & in quibus ſcienter ſtare permitti contigerit, eccleſiaſtico ſup
ponimus interdicto: decernentes illud, quandiu ipſi violatores inibi ſcienter ſte-
terint vt præfertur, & per triduum poſt eorum inde diſceſſum, firmiter obſeruari.
Ac pręſentes literas in quinterno Cancellariæ etiam deſcribi mandamus. Non ob-
ſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque
contrariis quibuſcunque. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Dactum Romę apud
ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo, nono
Cal. Iulij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

VI.

BVLLA INDICTIONIS SACRI GENERALIS CONCILII LATERANEN.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.
SACROSANCTÆ Romanæ Eccleſiæ martyrum ſanguine conſecratæ ma-
giſtræ fidei, veritatis alumnæ, omnium errorum expertis, vnicæ & immaculatæ,
diuina inſtitutione, ſanctorum authoritatibus Conciliorum, canonúmque omniũ
teſtimonio, eccleſiarum cunctarum primatum tenentis, fidelium matris, regimini
ſuperna diſpoſitione præſidentis, circa religionis Chriſtianæ puritatem, ipſiuſque
vnitatem pacem & tranquillitatem, quæ in coniunctione membrorum ad vnum
caput, Chriſtum videlicet, cuius vices in terris gerimus, principaliter tendit, diuiſio-
nem ouilis nobis ex alto commiſſi, in illóque ſchiſma, per quod Eccleſia ſcindi
& ſcandalizari, gréxque dominicus nobis creditus turbari quoquo modo poſſit,
quantùm cum Deo poſſumus prohibentes, ac damna & ſcandala, quæ exinde eue-
nire poſſent, eneruantes, ac palmites futuros infructuoſos ſuccidere & quoſcunque
aliter quàm per oſtium ad ouile ingredi cupientes, ac à via Domini, poſtquam il-
lam ſemel cognouerant, retrocedentes, ad ſemitam veritatis reducere, vulpeculaſ-
que ex vinea eiuſdem Domini per miniſterium ſummi apoſtolatus expellere deſi-
derantes, de oportunæ prouiſionis remedio prouidemus, aliáque ordinamus &
mandamus,

mandamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè non ſine
graui animi noſtri moleſtia percepimus, quòd quidam S.R.E. Card. qui nobiſcum,
dum verſus ciuitatem noſtram Bononien. pro recuperatione nonnullarum terra-
rum S.R.E etiam vnà cum noſtra curia perſonaliter accederemus pro recuperan-
dis terris huiuſmodi, venire ſimulauerant, ex noſtra licentia ab vrbe recedentes,
Florentiam diuerterunt, ibique ſe continuerunt, etiam poſtquàm nos eos per dile-
ctum filium noſtrum Franciſcum tituli ſancti Clementis preſbyterum Cardina-
lem, tunc in minoribus conſtitutum epiſcopum Concordien. Datarium noſtrum,
per literas noſtras ad nos tunc Bononiæ exiſtentes, vocari feceramus, licèt ſe ven-
turos obtuliſſent, nihilominus ſatore zizaniæ ſeminante, per quem morum ſub-
uerſio in clero & populo frequenter irrepit, tanquàm membra inſana ſine cauſa
legitima à ſuo capite recedentes, armis ſatellitibúſque ſtipati, imò in ſeipſis armis
aſſumptis, & pro ſacerdotalibus veſtibus thoracem induti, & gladiis armati, Papiã
ſe contulerunt. Quò cum perueniſſent, ſtimulo conſcientiæ (vt credimus) agitati,
per internuncios pérque Regiorum oratorum interceſſiones reditum ad nos po-
ſtularunt, & pro deſertionis venia ſupplicarunt, quam benignè obtulimus. Sed ipſi,
qui nobis ex officio tanquam conſultores aſſiſtere, neque ſine licentia à nobis &
noſtra curia veluti corporis membra abeſſe debuiſſent, auſi tamen ſunt os in cœ-
lum ac ſpiritum blaſphemiæ, & cum Lucifero ſedem ad Aquilonem ponere alti-
tudinem nubium tranſcendere, vt ſe ſimiles Altiſſimo conſtituant, Pontificalem
authoritatem noſtram ſibiipſis aſcribere ſatagentes, conuenientes vt locuſtæ, a-
cephali aggreſſi ſunt ſine Ro. Pont authoritate œcumenicum generale atque vni-
uerſale Concilium conuocare, locum Concilij & tempus indicere, & valuis eccle-
ſiarum ac aliis publicis locis per publica inſtrumenta etiam falſa, indictionem hu-
iuſmodi affigere & publicare, eiſdémque inſtrumentis falſis publicè atque impu-
denter vti, quoſdam S.R.E. Card. ſui propoſiti ſocios in eorum prætenſo edicto
falſo declarando, qui tamen & publicis & priuatis ſcripturis eorum proprium ma-
nibus ſcriptis, ſe illis in huiuſmodi propoſito neque verbo neq; ſcripto vnquam
iunxiſſe, ſeu quomodolibet conſenſiſſe proteſtati ſunt, nóſque ac venerabiles fra-
tres noſtros eiuſdem S.R.E. Card. ac alios tunc expreſſos, vocare & requirere, vt
per nos vel alios ad huiuſmodi eorum Concilium accedere vellemus, non formi-
darunt, aſſerentes decennium poſt vltimum vniuerſale Concilium, etiam contra
conſtitutionem Concilij Conſtantien. quę incipit, Frequens, iam dudum effluxiſſe,
& nos illud conuocare neglexiſſe, maximè cùm iurauiſſemus, & vouiſſemus illud
poſt biennium à creatione noſtra tenere, tempúſque pro homine interpellare, ne-
que credendum fore noſtra authoritate & voluntate Concilium futurum: & cùm
de grauibus criminibus notoriis durantibus, vniuerſalem eccleſiam ſcandalizan-
tibus in capite agendum foret, ad ſummum Pontificem Concilij congregationem
non attinere, ſed ſecundo loco ad Cardinales, qui Pontifici in negligentia non ad-
hæſerunt, conuocationem concilij ſpectare. Ac vt huiuſmodi eorum conuocatio
nem & conuenticulum honeſtare viderentur, eiſque authoritatem adiicere, hoc
idem ferè per omnia, per quoſdam aſſertos procuratores chariſſimorum in Chri-
ſto filiorum noſtrorum Maximiliani Romanorum Imperatoris electi, & Ludouici
Francorum regis Chriſtianiſſimi principum, ſub eiſdem datis, modo & forma, &
ſimilibus ſchedulis, præter tamen voluntatem & mentem dictorum principum (vt
rationabiliter credi debet) fieri & publicari procurauerunt, & ordinauerunt. Sed
hæc vt falſa, ficta, commentitiáque ſunt, & non ex zelo charitatis & religionis, ſed
odij fomite & inimicitiæ procedentia, ita omnibus Principibus, necnon Chriſti fi-
delibus cupimus nota fieri: Quis enim tanti erroris particeps eſt, qui nos de negli-
gentia erga conuocationem Concilij redarguere poſſit, cùm nihil nobis per vlti-
mos vndecim annos, quibus Cardinalatus officio functi ſumus, magis cordi fue-
rint, quàm celebrari videre generale Concilium, & Eccleſiæ Romanæ ſtatum in
melius reformari? Quid enim fœlicis recordationis Alexandro ſexto Romano-
rum Pontifici prædeceſſori noſtro, magis nos odioſos fecit, niſi ſtudium & cura ge
neralis Concilij celebrandi? Quid nos terra maríque iactauit, cùm nobis idem A-
lexander prædeceſſor eſſet infenſus? Quid toties alpes tranſcendere tranſalpinas,

Iulius vt Pius ac patrimonij Petri ſtudioſiſſimus Pontifex cum Bononiam pergeret, quo faciliùs imminenti bello opem ſubminiſtraret, ſibi omnibus modis infenſum vidit Galloriũ regem qui Maximiliani Cæſaris præſidio fultus ſimulque aliquot Cardinalium qui ad eũ confugerant cõſilio adductus generalem Chriſtianorum conuẽtum indicendum curauit.

Priorum Conciliorum decretis obſequutus Iulius II. iurato promiſerat ſe intrà biennium ab aſſumptione ſua in Pontificatum generale Concilium celebraturum, quod neceſſariis cauſis impeditus tam breui tempore præſtare non potuit.

Schiſmatis fautores & Conciliabuli protectores non ſolùm anathemate percuſſi ſunt verumetiam & illi omnes qui aſſenſum ne minimum quidem illis præbuerant. Promulgauit itaque edictum Iulius Pontifex in Ludouicum duodecimũ Galliæ regem quo eũ & quotquot illi omnibus & ſchiſmaticorum hæreticorũ pœnis ſubiiciebat facta cuique poteſtate fortunas, regna, reſque, illorum omnes occupandi. Guicciard. libr. 2 hiſtor.

tuit, imò debuit, non ſint uſi, cùm edictum ipſum ſeu conuocatio de falſitate ſe conuincant: nos conſiderantes, quanta cum difficultate & temporis diuturnitate prædeceſſores noſtri præfati in eorum Conciliis celebratis priſcas hæreſes & ſchiſmata, etiam aliquando Imperiali maieſtate adiuuante ſuſtulerunt, quódque illa in totum extinguere nequiuerunt, cùm eorum aliqua (quòd dolentes referimus) vſque ad hodiernum diem in ſua pertinacia perdurent, quámq; calamitoſa fuerint prælatis & omnibus Chriſti fidelibus ſchiſmatum tempora, ſupradicta omnia, tanquam pernitioſiſſima ſchiſmatum atque errorum ſeminaria, quæ aliquandiu conniuentibus oculis tolerauimus, expectantes eorum ad cor reuerſionem, ob Chriſti charitatem zelúmque domus ſuę diſſimulare vlterius non valemus, timentes nobis improperari illud Ieremiæ, Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael, verentes etiam ne figmenta erroréſque prædicti Chriſtifidelium minùs eruditorum mentes aliquo infidelitatis laqueo inuoluant, apud quos ſæpè (vt inquit Origenes in Cantica) Pulchriora videntur mendaciorum ſophiſmata, quàm documenta veritatis: & ne error, cui non reſiſtitur, approbari videatur, & veritas Deíque cauſa, & iura indefenſa opprimantur, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, de eorundem Cardinalium conſilio & vnanimi conſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictas indictionem, conuocationem & publicationem aſſertas, ſchiſmaticę conuenticulæ ſynagogę ſathanę & eccleſię malignantium, per Dathan & Abiron authores ſchiſmatum, eorúmque ſocios, & aliàs ſupradictas procuratorio nomine dictorum chariſſimorum filiorum noſtrorum Maximiliani Imperatoris Romanorum electi, & Ludouici Francorum Regis Chriſtianiſſimi, illuſtrium principum, factas, indictas & publicatas, omniáque & ſingula in eis & qualibet earum contenta, & inde ſecuta quæcunque quorum tenores, acſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur, pro ſufficienter expreſſis & inſertis haberi volumus, tanquam à non habentibus facultatem, & ex minùs legitimis cauſis, ac incongruis terminis & loco, nulla, irrita & inania, non legitime, ad ſcindendum & ſcandalizandum vniuerſalis eccleſiæ vnitatem facta, ne cancere ſus morbus inualeſcat, reprobamus, reuocamus, caſſamus, irritamus & annullamus, reuocatáque irrita, caſſa, reprobata, & annullata haberi volumus, ac (prout ſunt) nullius roboris vel momenti fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus. Diſtrictiùs ſub excommunicationis, anathematis & maledictionis æternę, ac dignitatum & beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque, ſecularium vel regularium, feudorum, indultorum, priuilegiorum, conceſſionum, facultatum & gratiarum priuationum ipſo facto, infamię, & aliis in vniuerſalem eccleſiam ſcandalizantes & ſchiſma in ea diſcordiámque ſuſcitantes, eíſque conſiliũ, auxilium vel fauorem præſtantes, tam à iure quàm aliàs promulgatis & indictis pœnis inhibemus. Necnon eiſdem Cardinalibus, qui à nobis receſſerunt (vt præfertur) ac omnibus & ſingulis cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, qualitatis, conditionis, præeminentię, authoritatis & nobilitatis exiſtentibus, & quacunque eccleſiaſtica etiam cardinalatus, Patriarchali, Prouinciali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali, ſeu ſeculari, regali, reginali, ac etiam Imperiali, ac aliis dignitatibus & præeminentiis fulgentibus & quos ab omni vinculo iuramenti, conuentionis, obligationis & promiſſionis per eos forſam facturum propterea abſoluimus & liberamus, ac abſolutos & liberatos fore nunciamus, ne indictionibus, publicationibus, & conuocationibus prædictis, omnibúſque aliis & ſingulis, vel eorum aliquo per te reprobos, aut alios præfatos, vel eorum aliquem (vt præfertur) factis, directè vel indirectè, tacitè vel expreſſè, ſeu quouis quæſito colore adhæreant, accedant, interſint, obediant, aſſiſtant, conſilium auxilium vel fauorem præſtent, aut quomodolibet intendant, vt peſſima facta ſuis erroribus cõfuſa tanquam nebula diſſoluantur, etiam inhibemus. Omniáq; & ſingula, ciuitates, terras & loca quæcunque ad quæ peruerſa Concilia, ſeu potiùs conciliabula, ſchiſmaticas conuenticulas, ſynagogas ac eccleſias malignantium huiuſmodi indicentes & eis adhærentes, obedientiam, conſilium, auxilium vel fauorem aliquem (vt præfertur) præſtantes, & eorum quemlibet declinare contigerit: & in quibus Concilia ſeu conciliabula, aut eccleſias malignantium huiuſmodi

celebrari,

Decimum nonum Concilium Oecumenicum Lateranenſe indictum eſt à Iulio Papa contra Concilium Piſanũ, contra Turcas Cyprum Siciliam, & AEgiptum cum tota Paleſtina inuadere tentantes & pro reformatione Eccleſiæ.

celebrari, vel coadunari, & congregari contigerit, eccleſiaſtico ſubiicimus interdicto Et nihilominus bonam intentionem noſtram exequi volentes, vt antiquæ hæreſes, quę in diuerſis Chriſtianorum partibus nondum extinctę ſunt, & peſſimum nouiter pullulans ſchiſma extinguantur, reformatioque morum tam eccleſiaſticorum quàm ſecularium perſonarum, quæ de iure vel conſuetudine reformationi vel determinationi Concilij ſubiiciuntur, bellorúmque imminentium ſeditioni conſulatur, vnicuique, quod ſuum eſt, reddatur, iuſtitia & pax ſe inuicem oſculentur, Chriſtique fideles in pace & vnitate, in Dei nomine, non ex paſſionum priuatarum fomite, quæ (vt ex geſtis diuerſorum Conciliorum apparet) peſſimos effectus parere conſueuit, congregati, ad faciendum expeditionem contra infideles iam regnum Siciliæ infeſtantes, meliora ac nobiliora loca Chriſtianorum occupantes, præſertim Hieruſalem matrem noſtram antiquam, & ex antiqua Chriſtianorum negligentia deperditam, faciliùs & promptiùs intendant, In nomine ſanctę & indiuiduę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, auctoritate omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, qua in terris fungimur, de ſimili eorundem fratrum conſilio & aſſenſu, œcumenicum, vniuerſale ac generale Concilium in alma vrbe noſtra, communi omnium patria, loco aptiſſimo & tutiſſimo, apud Lateranum, vbi plurima concilia per antiquos & patres noſtros habita fuerunt, & Altiſſimus Petri ſedem collocari voluit, literatorúmque & peritorum numerus copioſus habetur, poſt feſtum reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti proximè futurum inchoandum, anno Domini 1512. die Lunæ 19. menſis Aprilis, quę erit feria 2. poſt octauas eiuſdem reſurrectionis celebrandum, & vt ſequitur, authore Domino finiendum, nunciamus, conuocamus, ſtatuimus, indicimus & ordinamus, licèt nos non lateat, hanc nouem menſium præfixionem pro ſacro concilio generali celebrando, ex tot longinquis mundi partibus venturis fortaſſis non ſuffi ere, & de breuitate notari poſſe ad tantam rem peragendam pręſertim cum à ſanctis patribus Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris aſſignato tempori ad ſimilia generalia Concilia congreganda non reſpondeat, qui nunquam minùs quàm annum ad hoc inchoandum aſſignaſſe reperiuntur. Sed quia ad Chriſtianiſſimum regem prædictum, & quoſdam alios Principes de inchoando generali concilio in tempore præſentibus inſerto, literas dedimus: & inſuper ne volentibus & nos venerabiles fratres noſtros eiuſdem S.R.E. Cardinales calumniari, anſam daremus, ſi longius tempus ſtatuiſſemus, viſum eſt nobis hunc terminum aſſignare. Inſuper præfatis & aliis venerabilibus fratribus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, monaſteriorum abbatibus & prælatis, præſertim ſub vinculo iuramenti ad viſitandum certis temporibus limina Apoſtolorum Petri & Pauli, etiam tempore ſuæ promotionis aſtrictis & obligatis, non obſtantibus quibuſuis conceſſionibus, priuilegiis & indultis, eis, eorúmque eccleſiis, monaſteriis & beneficiis per dictos prædeceſſores noſtros, aut nos conceſſis, confirmatis & innouatis, quæ pro expreſſis habentes, ex certa ſcientia & plenitudine præmiſſis, caſſamus, irritamus & annullamus: Omnibúſque aliis eccleſiaſticis, vel ſecularibus, etiam regibus & principibus, cæteriſque perſonis, quæ de iure vel conſuetudine in congregationibus generalium Conciliorum ſolent interuenire, ceſſante legitimo impedimento, de quo legitimè docere teneantur, per ſe vel alios idoneos nuncios, procuratores, vel oratores, legitima mandata habentes, ſub excommunicationis, aliiſque de iure vel conſuetudine, aut aliàs non accedentibus ad generale Concilium indictum pœnis, mandamus, vt ad ipſum Concilium Lateranen. accedere, & vſque ad dicti Concilij concluſionem & diſſolutionem per nos vel auctoritate noſtra fiendã, in dicta vrbe morari debeant. Necnon chariſſimos in Chriſto noſtros & eiuſdem Romanæ eccleſiæ filios Maximilianum Romanorum Imperatorem electum prædictum, cæteróſque Chriſtianorum illuſtriſſimos Reges, Duces, Marchiones, Comites & alios nobiles in virtute ſanctę obedientię rogamus, hortamur, & monemus, vt opem & operam adhibeant efficaces, quòd omnes & ſingulę, tam eccleſiaſticę quàm ſeculares perſonę, in eorum regnis, ducatibus & dominiis conſiſten. quæ in generalibus Conciliis de iure vel conſuetudine intereſſe conſueuerunt, ad Concilium Lateranenſe huiuſmodi, ceſſante impedimento prædicto, accedant,

Principes Chriſtiani rogantur vt ſacrum cœtũ Oecumenici Concilij procurent, & impedimenta omnia excutiant quibus poſſet Concilium retardari.

poſtpoſitis

poſtpoſitis odiis, conciliatis in ſpiritu ſancto, non autem paſſionibus repleti, veràmque domum Dei facientes, & his quę ad Dei laudem, Eccleſię exaltationem, vnitatem & reformationem, ſchiſmatum verò & hæreſum totalem extirpationem fideliúmque prædictorum pacem & ſalutem concernunt, charitate muniti intendant. Et ne ad tantum laudabile & neceſſarium opus accedere debentes, aliquibus de cauſis ſeu figmentis ab acceſſu ad dictum Concilium Lateranenſe quomodolibet retrahantur, omnibus & ſingulis in congregationibus conciliorum generalium adeſſe ſolitis, & ad dictum Concilium Lateranenſe venientibus, eorúmque ſeruitoribus & familiaribus cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis conditionis vel nobilitatis exiſtentibus, eccleſiaſticis & ſecularibus, pro ſe & bonis eorum quibuſcunque, per ciuitates, terras, & loca terreſtria & maritima dictę Romanę eccleſię ſubiecta, ad Concilium Lateranenſe ad vrbem huiuſmodi veniendi, & in ea morandi & liberè conſiſtendi, & ab ea quoties videbitur recedendi, etiam poſt quatuor menſes poſt dicti Concilij Lateranenſis concluſionem & diſſolutionem, liberum, tutum, & ſecurum ſaluum conductum, ac plenam & omnimodam ſecuritatem de conſilio & poteſtate præmiſſis, damus & concedimus, aliósque ſaluos conductus & ſecuritates habere cupientibus dare pollicemur, eóſque benignè & charitatiuè tractabimus & ſuſcipiemus. Mandantes ſub indignationis noſtræ & aliis arbitrio noſtro infligendis pœnis, omnibus & ſingulis gentibus noſtris armigeris, equeſtribus & pedeſtribus, ac arcium noſtrarum Caſtellanis, ciuitatum, terrarumq; & locorum dictę Romanorum Eccleſię ſubiectorum Legatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Locatenentibus, Poteſtatibus, officialibus & vaſallis, vt non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, legibus Imperialibus, ſtatutis quoque & conſuetudinibus municipalibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, aut quauis alia firmitate roboratis, quę ſaluo conductui & ſecuritati præmiſſis in aliquo derogare, ſeu illos quomodolibet impedire poſſent, etiam ſi talia forent, de quibus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & indiuidua, non autem per generales clauſulas id importantes, mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, illarum omnium tenores præſentibus, acſi de verbo ad verbum inſererentur, pro expreſſis habentes, venientes ad Concilium Lateranenſe huiuſmodi, liberè, tutè & ſecurè tranſire, morari & recedere permittant, & permitti faciant, ne tantum, taléque laudabile & neceſſarium Concilium Lateranenſe diſtrahatur, & vt ad illud venientes, tutè & in pacis tranquillitate viuere, dicere & expedire valeant, quę omnipotentis Dei honorem concernunt, totiúſque eccleſiæ ſanctæ ſtatum. Decernentes nihilominus irritum & inane, quicquid contra indictionem Concilij Lateranēſis per nos indictam huiuſmodi, ſeu ad impedimentum, præiudicium aut dilationem eiuſdem per ſchiſmaticam conuenticulam & eccleſiam malignantium prædictas, ſeu quemuis alium, quauis authoritate, quouis ingenio aut quæſito colore, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Inſuper, vt præmiſſa omnia & ſingula ad omnium, ad quos ſpectat, notitiam & cognitionem deueniant, omniúmque, quæ in præſentibus literis continentur, certa & indubitata notitia habeatur, nullúſque præmiſſorum ignorantiam iuſtè prætendere poſſit, nec ſe legitimè excuſare, cùm etiam ad intimandum aliquibus perſonaliter in præſentibus literis comprehenſis, tutus non pateat acceſſus, literas prędictas: volumus & decernimus, pręſentes literas noſtras, per aliquos curiæ noſtrę curſores vel notarios publicos, in baſilica principis Apoſtolorum & eccleſia Lateranenſi, hora diuinorum, dum ibi multitudo populi ad diuina audiendum conuenire & congregari conſueuit, publicè ac alta & intelligibili voce legi & publicari, & dictarum eccleſiarum portis ſiue valuis, & in acie Campiflorę & Cancellarię Apoſtolicę affigi, & ibidem per aliquod temporis ſpatium dimitti debere, vt ad ſingulorum notitiam publicámque notionem deuenire poſſit. Tranſumptiſque illarum, manu publicorum notariorum factis vel ſubſcriptis, ſigillóque alicuius prælati munitis, fidem indubiam adhiberi. Omnéſque & ſingulos in illis comprehenſos, & ad quos pertinet, perinde arctari & conſtringi ac teneri & obligari ad obſeruantiam omnium & ſingulorum in eis contentorum, cuiuſcunque gradus & dignitatis exiſtant eccleſiaſticæ vel mundanę, poſt lapſum vnius integri menſis à data præſentium numerandi, in

Saluus conductus & tuta itinerum ſecuritas ad Concilium Oecumenicum accedendi fractu impedimentis conceditur.

Indictionis publicatio.

Hanc Concilij generalis indictionem propria manu ſubſcripſit ſummus Pontifex, cum tribus Epiſcopis duodecim preſbyteris, ſex Diaconis S.R.E. cardinalibus.

omnibus

omnibus & per omnia, & perinde acſi perſonaliter & in propria perſona intimatæ fuiſſent, & eis perſonaliter præſentatæ, præſentium tenore decernimus, ſtatuimus & declaramus. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vndecimo, quintodecimo Calend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno octauo.

Cardinales quidam factioſi omnem lapidem mouerant, vt è Sede Pontificia detruderent
Iulium ſecundū & quo citiùs voti compotes redderētur Synodū Piſis cogerunt, tanta audacia
dementes, vt præter alios Iulium citare non dubitarint. Monopolij præſes erat Bernardinus
Hiſpanus Sedis Apoſtolicæ in Germaniam legatus, in omnibus acerrimè Rege Gallorum fa-
uente qui Iulij nomen ferre non poterat, & ob id cum à Schiſmate nec minis nec precibus
deſiſteret excommunicatus eſt, & omnes conciliabulo præſentes graui anathemate percuſſit.
Et merito! Qua enim authoritate? qua poteſtate exiſtimabant conuentum illum comitari inui
to Pontifice? Annon Baſilienſium temeritate ſapere debuerant, qui tot annis tot ſumptibus in
celebrando Concilio nullius momenti profunderunt? Illis profectò difficile eſt in poteſtatibus
temperare, qui per ambitionem ſeſe probos ſimulant. Eò hiabant Cardinales vt Pontifice ab-
rogato alius eligeretur & quiſque eorum hac ratione multum ſibi in conſequendis Petri cla-
uibus deferebat. Ludouicus Gallorū Rex non ſolum in his ſeſſionibus adfuit, ſed ſumma maie-
ſtate præfuit, quodquidem eo magis deſtruit Concilij huiuſmodi fines, quo iuri repugnat Prin
cipum Imperio Concilia congregari. Quatuor cauſis præſtantioribus equidem quibus omnis
innititur effectus legitima Concilia eſſe æſtimamus. Ex fine primum (quæ cauſarum prima
eſt) qui concilio vnitas debet eſſe fidei, & Eccleſiæ pax, deinde efficiente ſit ne indictum ſi-
mul & confirmatum ab eo cuius intereſt, quod ſupremam habeat in eccleſia authoritatem,
quam non habet, vt aduerſariorum multi ſomniarunt, Rex vel Imperator, ſed ſolus ſummus
pontifex, qui & Romanus agnoſcitur, neque enim latiſſimè tum regnanti Tiberio Cæſari, ſed
Petro Apoſtolo olim & piſcatori ſuas paſcendas oues Chriſtus tradidit. Quod autem in
ſacris nullam habeant prophani Principes authoritatem multis vtriuſque teſtamenti patet
exēplis, Ozias rex cum eſſet eò quod ſummi Sacerdotis Azariæ vſurpare voluit officium lepra
diuinitus eſt percuſſus. Oza quoque cum officij cauſa nutantem tetigiſſet archam fœderis,
ſubito percuſſus à Domino interiit, non vt reſpondent aduerſarij, quia in plauſtrum impo-
ſuerat archam quam ſuis tuliſſe humeris debuerat, ſed, quod ipſa mox ſubdit ſcriptura, pro-
pter temeritatem, cui ſententiæ aſtipulatur & Ioſephus in nouo teſtamēto. Quid dixerit Con-
ſtantinus ille magnus in Niceno Concilio ex Ruffino conſtat & Nicephoro. Quid Theodoſius
& Martianus Imperatores ſenſerint author eſt Zozomenus. Quomodo Conſtantij Imperato-
ris arrogantiam libere cohibuerit Liberius ille Summus pontifex, quod omnium primus eam
ſibi poteſtatem vſurpaſſet, & concilium cogeret cui & ipſe preeſſet declarat Theodoretus,
qua etiam de re extat integra D. Hilarij ad Conſtantium epiſtola, & D. Ambroſij ad Iouinia
num, vnde factum eſt vt ante Conſtatium in tertia Conſtantinopolitana Synodo nullus vn-
quam Imperatorum tāquam quicquam vſurpans iuris Concilij ſubſcripſerit actis. Clariſſima
quoque eſt quæ ad hæc omnia accedit ratio, cum enim concilium tota ſit repreſentatiuè (ſic
vulgo loquuntur) eccleſia, neminem ea præditum authoritate vt poſſit concilium cogere præ-
ter eum cui Chriſtus eccleſiam commendauit, perſpicuum eſt, quam tamen non Tiberio potē-
tiſſimè tum regnanti Imperatori, ſed Petro commiſſam conſtat, nequaquam itaque Cæſarum
aut regum, ſed Petri potius ſucceſſorum eſt congregare Conciliū quid? quod potuit nullus eſſe
chriſtianus Imperator? quid? quod fieri, potuit & (quo multis annis fuiſſe, produnt hiſtoriæ)
vt non vnus (ſed duo, quorum alter in Oriente, in Occidente alter regnarit) fuerat Impera-
tor, quid obſecro horum alteri in ea maieſtate ceſſiſſet, an non ſic Chriſti (quæ vna tantum
eſt) diuiſa fuiſſet eccleſia? Denique in ipſo Niceno Concilio, cui ne ipſe quidē audet detrahere
Caluinus, inter alia vnanimi fuit pontificum decreto ſancitum, ne quis præter Romani Ponti
ficis (qui & ſummus merito habetur) authoritatem concilium cogeret, neque id propterea (vt
garrit Caluinus) quod ille vna ſit eccleſiæ pars quam neceſſario adeſſe oporteret, ſi enim
hac Sancta ſenſiſſet Synodus quomodo alij permiſiſſent Epiſcopi (quos ipſe ambitioſiſſimos
appellat, & quos vniuerſalis concilij vnam eſſe partem nemo negarit) eam ſibi eripi autho-
ritatē vt ſine Romani pontificis authoritate cogi non poſſet Concilium ſine ipſa verò liberē
poſſit? Quod autē Iulio Pontifici (quē in hac cauſa ab Aphricano Concilio conuictū mentitur
Caluinus) obiicit, quod ibidē Niceni concilij protulerit exemplar, in quo ſcriptum erat illud de-

Y *cretum,*

cretũ, quod tamen in Antiochenis & Alexandrinis deſiderabatur: more ſuo, piè videlicet facit, qui ſi magni illius Athanaſij aliorúmque catholicorum AEgipti epiſcoporum ad eũdem Iuliũ epiſtolam poſt Carthaginenſe illud Concilium ſcriptã aut legiſſet aut non diſsimulaſſet, digito ſane labellum compeſcuiſſet: in ea namque epiſtola ſancti illi viri cũcta per AEgiptum Niceni Concilij exemplaria ab Arrianis aut penitus igni conſumpta, aut certe mutilata, & ad eorum perfidiam deprauata narrant, quare & à Iulio fide dignum ex Romanis archiuis depromptum & tranſcriptũ obnixè & petunt, quid quod Nicephorus, alioquin in Romanos Pontifices nõ admodum propenſus (quippe qui Græcus) huiuſmodi in Niceno concilio ſancitum fuiſſe decretum liberè pronunciat.

Ratum eſt ergo omnium Doctorum placitis quod Concilium à nullo debeat indici quam à ſummo Pontifice & præter ſuperiora argumenta ex Concilio Chalcedonenſi colligimus, vbi Dioſcorus Alexandrinus iubetur non ſedere inter Epiſcopos eò quod Synodum facere auſus fuiſſet ſine authoritate Apoſtolicæ ſedis, Quod (inquit) nunquam licuit nunquam factum eſt. Simile quod habemus in Concilio VII. generali act. 6. vbi irritum indicatum eſt Concilium quoddam Conſtantinopolitanum quia ſine conſenſu Romani Pontificis coactum fuiſſet ab Imperatore.

Valentinus Imperator cum ab Epiſcopis rogaretur vt permitteret eis Concilium celebrare reſpondit (refert Sozomenus lib. 6 ca. 7.) Mihi qui ſum in ſorte plebis, fas non eſt talia curioſiùs perſcrutari ſacerdotes, quibus iſta curæ ſunt quocunque voluerint loco conueniant.

Demum aduerſus quoſcunque Conciliabuli Piſani tutores habemus hoc Concilium Lateranenſe ſub Iulio II. & Leone X. Seſſ. 11. Vbi aſſeritur Romani Pontificis eſſe generalia Concilia indicere.

Iulium Pontificem omnes admirabantur quod non ſolum prudenti rerum moderamine temporis exulceratiſsimi vulnera curaret verumetiam quod ſchiſmata tam ſolerter compeſceret. Sileant ergo Chronologi illi omnes qui ſibi vt graculi aſsidentes hunc Pontificem Martialem & Bellonæ veluti filium faciunt. Audiant illius Eulogium quod Chriſtophorus Iacobus in ampliſsimo patrum ſenatu verè & ſine fuco cecinit his verbis.

Quid pulchrius, quid glorioſius atque præſtantius, quam pro patria, pro iuſtitia, pro libertate certare, mortémque ipſam, ſi oporteret, oppetere? Quemadmodum tu, pater ſancte, in tam iuſtiſsimo aduerſus potentiſsimos hoſtes ſuſcepto bello ita geſsiſti, vt ardentiſsimos æſtus, acerbiſsima frigora, noctes inſomnes, aduerſas valetudines, omnia vitæ incommoda, & ferè mortem ipſam non tamen intrepidè tuleris, ſed quaſi ſponte tua obieris. Vnde prius, largiſsima opum effuſione ingenti comparato exercitu, & Bononiæ ſalus apparuit, & pulſis nouiſsimè ab Italiæ finibus hoſtibus, omnem gloriam, omnem immortalitatem, quam nullus vnquam Pontifex aſſequi potuit, tibi meritò vendicaſti, Regiúmque Parmam, Placentiam tuo ſacratiſsimo imperio ſubdidiſti. Ex quo omnis Italiæ locus, omnis populus, omnis ciuitas, omnis reſpublica, omnes denique priuatim & publicè gaudent iubilant, exultant. Téque omnis æui, omnium ſæculorum, omnium gentium Principem & caput appellant. Sed longè meliùs in poſterum apellabunt, habebúntque, ſi hac tua fœlicitate, ſine tandem armis impoſito, in pace ſint omnia conſtituta. Quæ verò ad regionum cuſtodiam & communem populi conuentum faciunt: iam temporis anguſtia præterimus. Quum igitur tantæ reipublicæ vnicus atque ſupremus Princeps fueris inſtitutus beatiſsime Pontifex, cui ſumma data poteſtas, ad diuinum iniunctum Imperium, tuum eſt, quemadmodum oppreſſam armis erexiſti, amplificaſti, ita moribus deprauatam eccleſiam reformare, corrigere, illuſtrare. In tanta namque peccandi licentia conſtituti ſumus, vt (paucis quibuſdam exceptis) nullus ſit, qui virtutibus non officit omnibus, qui leges neque minimas quidem obſeruet. Omnia improbitas & intemperantia complet & occupat, omnia à recto æquitatis & iuſtitiæ tramite deuiant, in obliquum tendũt, neque vllus eſt qui ad ſeipſum, ad cor ſuum, mentémque reſpiciat. Quiſque commoditatem ſuam priuatámque vtilitatem prætendit. Ipſa verò reſpublica, ipſa eccleſia derelinquitur, & derelicta conqueritur, & languet, & plorat. Eam namque, à nonnullis integritatem eius lacerare volentibus, angi vidimus, & mirum in modum cruciari. Quam etiam penitus laceraſſent, niſi tuis viribus obſtitiſſes, inuictiſsime Pontifex. Videmus multiformem centaurorum, Satyrorúmque choream, qui reipublicæ huius formam quotidiè immutant, alterant, atque perturbant, qui ſeditiones parant, fouent, enutriunt. Videmus ſimulacres vndique, ſophiſtarúmque ſophiſtas, quos dominus in Euangelio rapaces lupos apellat, qui ouium veſtimentis induti, quibuſdam pietatis & religionis præſtigiis mortales cunctos illudunt. In quibus

omnis impietas & libido viget, ambitio, liuor, rapacitas, tumor, ſæuitia dominatur. Videmus altera ex parte rabidiſsimos Leones & Chriſtiani nominis hoſtes, qui quotidiè Chriſtianas vires imminuunt, qui terra marique latiſsimum iactant Imperium. Quos niſi diuino & prepotenti quodam numine adiuti, (vt tu quoque inhias, magnanime Pont.) quandoque oppreſſuri eſſemus, die vna profectò videremus paſsim per campos Italiæ ſpatiari, ignique omnia ac ferro vaſtari Hinc meritò conqueri poteſt eccleſia, & tanquam omnium mater, obortis lachrymis èxclamare: Filios enutriui, ipſi autem ſpreuerunt me. Væ mihi miſeræ & infœlici, ex quo dignitatis culmine iniquorum manibus detracta ſum? quo pacto meus mutatus color, offuſcatus nitor, cœleſtis pulchritudo terrenis ſordibus inquinata? His lamentationibus & querimoniis ad tuos ſanctiſsimos deuoluta pedes, in hunc modum opem humiliter implorare videtur: Terras & maria circuiui, & nullum præter te, Iuli Pontifex beatiſsime, qui me magis diligeret, dignitatémque meam & ſalutem magis curaret, inueni. Tua ſub ditione defenſa ſum, protecta, mirum in modum aucta. Tuis viribus & authoritate inteſtini ceſſerunt hoſtes, ſeditioſa turba receſsit, à tyrannide liberata Italia. Ad te igitur ſupplex tanquam ad verum Principem, protectorem, Patrem, & ſponſum accedo, quem oro, obſecro & obteſtor, ſi, quæ corporis ſunt, & temporanea iura reſpiciunt, armis curaſti: nunc, quæ ad cuiuſque animum pertinent, non armis, ſed ſanctiſsimis legibus cura. Id nanque longè faciliùs agere poteris, quàm quæ hactenus egiſti.

Pluribus aliis commendatus fuit oratoribus non adulterina nec fucata laude ſed ea veri obſeruatione quæ in conſpectu tantæ Synodi ſolennis eſſe debuit. Quinq; Seſsiones celebrauit.

VII.

Homicidæ non audiantur niſi ſe in carceribus conſtituant. Pœna ſanguinis imponi poteſt excedentibus XX. annum & ab homicidio non excuſantur.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Venerabili fratri Antonio Flores Archiepiſcopo Auinion. Prouinciæ noſtræ Marchiæ Gubernatori. Venerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

FIDE digna relatione nuper percepimus, multa homicidia ab octo præcipuè annis citra, in iſta noſtra Prouincia Marchię Anconitanę perpetrata ex eo præſertim, quod ipſi tam atrocis criminis rei, per procuratores defendi ſolent, & plerumque ſubdolis cauillationibus abſolui, & quod etiam tam à nobis, quàm anteceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, per commentitias & minus veras narrationes, ac etiam ſub prætextu obtentę pacis, literas in forma Breuis per Cancellariam, & abſolutionem ſententiam, ac proceſſuum deſuper habitorum impetrauerunt. Quo exemplo plerique ad huiuſmodi homicidia perpetranda procliuiores redduntur, adeò vt non tantum in priuatos, & inimicos homines, ſed in fratres, & alios propinquos, prætores, & officiales populorum, & (quod non minus graue eſt) à ſacerdotibus manus impias non abſtinent. Nos igitur, qui eandem noſtram & Sanctę Romanę peculiarem prouinciam paterna charitate proſequimur, eiúſq; quietem, & incrementum deſiderantes: attendentes quod ex facilitate veniæ, frequentius huiuſmodi homicidia committuntur, ſalutaréque remedium his rebus adhibere volentes, Hac firma, ſtabili, incommutabili, perpetuóque durata cónſtitutione ſancimus, & decernimus, vt nullus in cauſa criminali, ex qua capitalis, vel ſanguinis, vel alia quæuis grauior arbitrio Iudicis pœna infligenda eſſet, maximè in cauſa homicidij, per procuratorem, excuſatorem, defenſorem, vel vt quemlibet de populo, quouis pacto admittatur: nec pater pro filio, nec Abbas pro Monacho, nec prælatus aut dominus pro ſubdito, vel contra, audiatur, niſi reus ſe ipſum prius in carcere conſtituerit. Et ſi fortè Iudex aliqua ratione inductus, ad excuſandum rei huiuſmodi abſentiam vel innocentiam, vel aliam ob cauſam, aliquem ex prædictis duxerit admittendum, poſſit in quocunque iudicij ſtatu, & inſtantia cauſę, etiam ad concluſionem deductę, huiuſmodi criminis reum, aut conuentum, coram ſe ad comparendum perſonaliter vocare, & tanquam veritatis conſcium in carceribus audire, quòd ſi forte venire diſtulerit, proceſſus, & ſententia pro ipſo reo lata & inde ſequuta quæcunque, etiam fiſco, vel parte non agente, nullius ſint roboris aut momenti, prorſúſque pro infectis habeantur: quinimmo reus pœnis iuris, &

In cauſis homicidij à patrocinio repelluntur pater pro filio, Abbas pro Monacho, prælatu aut dominus pro ſubdito vel contra, ſed accuſati iudicio perſonaliter ſiſtere debent.

conſtitutionum dictæ prouinciæ, quemadmodum ante proceſſum & ſententiam huiuſmodi erat, ſi obnoxius, quacunque ipſius prouinciæ conſuetudine, quę corruptela dici rectius poteſt, non obſtan. quod ipſum volumus extendi ad cauſas criminales prædictas, tam in curia Macerenten. quàm in aliis locorum prouincię tribunalibus, in quacunque inſtantia, etiam per appellationem pendentes. Dictæ præterea conſtitutioni, & ſanctioni adiicimus, quod ſi quis, à nobis, vel ſede Apoſtolica, vel à Legato de latere pro tempore dictæ prouincię, vel Camerario noſtro, homicidij veniam, & remiſſionem, ſententiarum & proceſſuum deſuper habitorum abolitionem, cancellationem, caſſationem, in integrum reſtitutionem, ſeu in primum ſtatum repoſitionem impetrauerit, etiamſi in literis ſuper huiuſmodi abſolutione confectis, certæ ſcientię, & proprij motus, aut quæuis alię inſolitę clauſulæ fuerint: teneantur & debeant literas ipſas Legato, ſeu Gubernatori, ſeu Locum tenenti, ſeu Rectori vel cuicunque ipſius prouinciæ præſidi exhibere: illiſque exhibitis, de earum veritate, vel ſubreptione docere: ipſéque in carceribus, vel in alio loco pro carceribus aſſignan. vel ſuperioris arbitrio datis fideiuſſoribus, vocatis vocandis audiri, de veritate precum docere legitimè, ac nata in Breuibus, & literis ad gratiam obtinendam, & principem leniendum, & faciliùs inducen. verificare & ſuper ſubreptione, vel obreptione impetratę gratiæ, in iudicio ſtare: quibus non obſeruatis, vel in probatione deficientibus, veniam remiſſionem ſententiarum, & proceſſuum deſuper habitatorum abolitionem, & cancellationem, & caſſationem, reſtitutionem in integrum, ſeu in priſtinum repoſitionem, pro nullis, nulliúſque ſtabilimenti habendas eſſe, reóſque ipſos, iuris, dictarúmque conſtitutionum pœnis aſtrictos remanere volumus, & mandamus: dictis obtentis gratiis, & breuibus non obſtan. Et non ſolum remiſſiones deinceps facien. ſed etiam literas Apoſtolicas, in forma breuis, aut alias iam obtentas, quæ nondum effectum cancellationis, & caſſationis ſortitę fuerint, ſub eadem forma & præſenti conſtitutione noſtra pariter comprehēdi. Statuimus inſuper quod nec ætas* minor annis xxv. homicidas ipſos excuſet, & homicida ſic delinquens, qui xx. annum ſuæ ætatis attigerit, habeatur & reputetur pro maiori in omnibus præmiſſis delictis. Nec propterea pœnis iuris & conſtitutionum, vel ſtatutorum eximantur vel liberentur, nec apud Iudicem minoris ætatis huiuſmodi conſideratio alicuius ſit momenti: decernentes irritum, & inane quicquid contra præmiſſa ſeu eorum aliquod attentabitur, vel quicquid, etiam à de latere Legato, ſeu quouis alio dictæ prouinciæ rectore, in derogationem, modificationem, vel quamlibet aliam diſpenſationem omnium & ſingulorum præmiſſorum, in poſterum contigerit attentari, ſine noſtra expreſſa licentia, quæ in ſcriptis oſtendi poſſit: Nec literas Apoſtolicas à nobis vel Sede Apoſtolica prædicta pro tempore conceden. contra præmiſſa aut eorum aliquod cuiquam ſuffragari volumus, niſi per trinas literas interpellate emanatas, huic noſtræ conſtitutioni in ſpecie, de verbo ad verbum, & ſpecialiter fuerit derogatum, illáſque contra mentem noſtram, & dictæ Sedis fore conceſſas, ex nunc prout ex tunc declaramus. Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegiis quoque, & ſtatutis, etiam comprehenſis in volumine Conſtitutionum bon. me. Egidij Cardinalis Sabinen. dictæ prouinciæ legati, De procuratoribus etiam in criminali cauſa admitten. vel non à dicta Sede confirmatis, de quorum tenore, ſpecifica, & indiuidua, ſpecialis, ac de verbo ad verbum mentio habenda eſſet, cæteriſque in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcunque Poſtremò, vt huiuſmodi noſtræ conſtitutionis, decreti, & voluntatis nulla deinceps allegari poſſit ignorantia, volumus has noſtras literas per totam ipſam prouinciam publicari, eáſque inter alias ipſius prouinciæ Conſtitutiones, locorúmque ſtatuta conſcribi, & in earum conſtitutionum volumine redigi, prout tibi vt ab ipſis publicari, conſcribi, redigiq́ue facias, committimus, & mandamus: aliis legibus apoſtolicis, & dictæ prouinciæ conſtitutionibus, & ſanctionibus contra homicidas, eorúmq; receptatores, & defenſores editis, quibus nihil intendimus derogare, in ſuo robore permanſuris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die vigeſima nona Decembris, milleſimo quingenteſimo decimo, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

** Vult Pontifex ætatē minorū annis 25. homicidas nō excuſare, & qui annū vigeſimum attigerint pro maioribus haberi. Sed ciuilium & Criminaliū deciſionum ſtudioſi certo ſciunt fere in omnibus pœnalibus Iudicis & ætati & imprudētiæ ſuccurri. l. fin. de reg. iur. Et Decius in hanc l affirmat quod ſi pupillus committat homicidium, non puniatur pœna mortis naturalis ſed mitiori Marſi. in l. 1. in prin. nu. 91. & in l. Infans num. 5. 11. 12. & 13. & Manticam. c. de cauſis. 10. de offic. de leg. & Myſingerius, cent. 2. obſeruat. 54. Boſſius tract. cauſarum criminal. tit de homicidio num. 79. An verò minor 25. an. pœna arbitraria & mitiori ſit puniendus Zurchardus in rub. C. qui admitti num. 25. poſt Alexan. & alios quos citat conſulendus erit.*

Ex variis conſtitutionibus quas Pontificatus ſui temporibus edidit Iulius vna celebris omiſſa eſt, quæ diſpenſationem Matrimonij Henrici octaui Anglorum regis continet cuius cauſas hic attigiſſe non erit incongruum. Catharina Caroli V. Cæſaris inuictiſſimi matertera Ferdinandi & Elizabetæ Monarcharū dote locupletiſſima, ſtemmate nobiliſſima, ætate florentiſſima decimo octauo Cal. Decembris deſpondetur Arthuro Henrici ſeptimi Anglorum regis filio, qui cum rei vxoriæ impotens eſſet, tabe pene conſumptus poſt quintum menſem à die nuptiarum extinctus eſt. Catharina quæ ſanctè iurabat ſe virginem remanſiſſe & cum probatiſſimæ matronæ ex medicorum conſilio teſtarentur eam nunquam carne coniunctam fuiſſe Arthuro, à parentibus Catholicis in patrium littus reuocatur, cum Rex Anglorum nouum fœdus matrimonij offert ne tam ſubito inter tantos hæroas contracta affinitas diſſolueretur. Hoc non Catholici Principes recuſarunt, itaque factum eſt vt Iulij ſecundi diſpenſatione (ne anxius conſcientiæ ſcrupulus relinqueretur) Catharina Henrico Arthuri fratri in vxorem data ſit. Fauebant huic nouo contractui iuris diuini authoritates, & publicæ neceſſitatis commoda, ſed nihil inconſultum in re tanti ponderis fieri viſum eſt, idcirco cum res per eximios Theologos & Iuriſperitos domi foriſque diu agitata eſſet eo venerunt communia vota, nihil abſque ſummi Pontificis relaxatione faciendum eſſe. Vtriuſquè regis legati rei ſeriem narrant Alexandro primùm, deinde Pio tertio, ſed cum vterque Pontifex coronidem addere non potuiſſet citius vita defunctus, Iulius tandem adhibitis in conſilium delectiſſimis viris nuptias futuras probauit, & pacis bonum ex hoc coniugio congratulatus eſt.

Datus eſt celebrandis nuptiis dies Ioanni Baptiſtæ ſacer, multis de cauſis ſolennis. Poſtridie apud celebre S. Benedicti cœnobium noui ſponſi regia diademate capitibus imponi mandarunt.

Refert Sanderus in primo libro Schiſmatis Anglicani præcipua capita diſpenſationis Papæ, additque literas quibus eiuſdem æquitas & ratio optimè fulta omnibus allubeſcit, quæ Henrici 7. rogatu his verbis conſcriptæ erant. De diſpenſatione matrimoniali nunquam negauimus nec ſuſpicionem præbuimus quò minus eam facere vellemus, vt aliqui minus verè dixerunt, ſed reſpondimus nos expectare in illa concedenda tempus magis accommodatum vt conſultiùs & maturiùs fieret cum huius ſanctæ ſedis & vtriuſque partis honore. *Hæc Iulius. Pontificij reſcripti idem Sanderus lib. de viſibili monarchia hæc paucula refert,* Romani Pontificis præcellens authoritas, conceſſa ſibi deſuper vtitur poteſtate, prout perſonarum negotiorum, & temporum qualitate penſata in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Hæc diplomata omnia, noſtra & amicorum opera ſub nomine Iulij coaceruata protulimus cuius laudibus referendis impotentiorem Muſam ſuſpicor, nec puto Pontificem ſatis laudari ob ditionem Eccleſiaſticam tantis laboribus tantis periculis conſeruatam. Et quamuis in eum multi cornicentur quod bello potius quam paci natus eſſet, prudentiùs F. Baptiſta Mantuanus Carmelita eius virtutes hoc doxologico carmine complexus eſt.

Maximè Quercentum Princeps, & ſumme Sacerdos,
Qui iura & leges Diuumq́; hominumq́; gubernas,
Enſe potens gemino, *cuius veſtigia adorant*
Cæſar, & aurato veſtiti murice Reges:
Non Italæ ſolùm gentes, ſed tota per orbem
Sparſa tibi æternas grates Eccleſia ſoluit.
Nam poſtquam in Petri Solium *te Roma leuauit,*
In decus antiquum maieſtatemq́ue vetuſtam
Publica res Chriſti tandem reuocata, tyrannis,
Reſpirare poteſt, & ducere gaudia, victis.

Iam ſeptuagenarius liberator à Gallis Italiæ Pontifex qui vitam duxerat inſomnem velut pro bono Chriſtiano ad beatam quietem aſpirans in tenacem febrem incidit qua Romæ in Vaticano exhalauit ſpiritum IX. Cal. Martij hora XI. Cui patres in Contilio Lateranenſi inferias ſummo merore dederunt.

LEO DECIMVS.

Ioannes è Medicea ſtirpe in Etruria potentiſſima, Laurentij patris liberalitate literis apprimè eruditus, in ipſo iuuentutis vere moribus ac doctrina ſenex & grauis Cardinalium collegio cooptatur ſub Innocentio VIII. Deinde in Concilio Lateranenſi annos ferme XXXVII natus, Anno Christi M.D.XIII. Sabb. XIII. Calend. Aprilis cum prius per Cardinalem Oſtienſem in Presbyterum & Epiſcopum conſecratus eſſet Summus Pontifex coronatur Romæ. Pro expeditione bellica in Turcas indulgentias Cruciadæ publicauit. Inchoatum Concilium ad periodum vſque perduxit. Cardinales qui à Iulio II. crimine leſæ maieſtatis exhauthorati fuerant in gratiam recepit. Franciſcum à Paula Calabrum ordinis Minorum inſtitutorem in numerum diuorum retulit.

I.

Hæreticum eſt aſſerere animam rationalem eſſe mortalem.

Hoc diploma excerptū eſt ex Concil. Lateranēſi quod apud F. Alphonſum de Caſtro au hæritatibus & rationibus eſt illuſtre.

LEO Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ſacro approbante Concilio.

APOSTOLICI regiminis ſolicitudo nos aſſiduè pulſat, vt medendis animarum langoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, iis potiſſimum qui inſtantius fideles nunc vigere cernuntur, ſalutifero olei & vini medicamine ad inſtar Samaritani in Euangelio ſolicitam operam impendamus, ne nobis illud Hieremię obiiciatur. Nunquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? Cum itaque diebus noſtris (quod dolenter ferimus) zizanię ſeminator antiquis humani generis hoſtis, nōnullos pernicioſiſſimos errores à fidelibus ſemper exploſos in agro Domini ſuperſeminare, & augere ſit auſus, de natura præſertim animę rationalis, quod videlicet mortalis ſit, aut vnica in cunctis hominibus, & nonnulli temere philoſophantes, ſecundùm ſaltem Philoſophiam, verum id eſſe aſſeuerent, contra huiuſmodi peſtem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc ſacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes aſſerentes, animam intellectiuam mortalem eſſe, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes cum illa non ſolum vere per ſe, & eſſentialiter humani corporis forma exiſtat, ſicut in canone fel. rec. Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri in generali Viennen. Concilio edito continetur, verum & immortalis, & pro corporum quibus infunditur multitudine ſingulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda ſit. Quod manifeſtè conſtat ex Euangelio, cum Dominus ait, Animam autem occidere non poſſunt & alibi: Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Et cum æterna præmia, & æterna ſupplicia pro merito vitę iudicandis repromittit, aliàs incarnatio, & alia Chriſti myſteria nobis minimè profuiſſent, nec reſurrectio expectanda foret, ac ſancti & iuſti miſerabiliores eſſent (iuxta Apoſtolum) cunctis hominibus. Cúmque verò minimè contradicat, omnem aſſertionem veritati illuminatę fidei contrariam, omninò falſam eſſe diffinimus, & vt aliter dogmatizare non liceat, diſtrictius inhibemus: omnéſque huiuſmodi erroris aſſertionibus inhærentes, veluti damnatiſſimas hæreſes ſeminantes, vitandos & puniendos fore decernimus. Inſuper omnibus & ſingulis Philoſophis in vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publicè legentibus, diſtrictè præcipiendo mandamus, vt cum Philoſophorum principia, aut concluſiones, in quibus à recta fide deuiare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, ſeu explanauerint, quale hoc eſt de animæ mortalitate, aut vnitate, & mundi æternitate, ac alia huiuſmodi,

Clemens V. in Cōcilio Viennēſi vt habetur in Clement. lib. tit. 1. de Sum. trini. & fide Cathol. reprobat & hæreticum iudicat doctrinam quæ habet quod ſubſtantia animæ rationalis ſeu intellectiua verè & per ſe humani corporis nō ſit forma. De hac re conſulendus eſt B. Thomas in fin. gloſſ. part. 1. q. 76. art. 1. & ibidem Gaietanus.

iuſmodi, teneantur eiſdem veritatem religionis Chriſtianę omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi philoſophorum argumenta, cum omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere atque reſoluere. Et cum non ſufficiat aliquando tribulorum radices præſcindere, niſi & ne iterum pullulent, funditus euellere, ac eorum ſemina, originaléſque cauſas, vnde facilè oriuntur, remouere: cum præcipuè humanę Philoſophiæ ſtudia diuturniora quàm Deus ſecundùm verbum Apoſtoli euacuauit, & ſtultam fecit, abſque diuinę ſapientię condimento, & quę ſine reuelatę veritatis lumine in errorem quandoque magis inducunt, quàm in veritatis elucidationem: ad tollendam omnem in præmiſſis errandi occaſionem, hac ſalutari conſtitutione ordinamus & ſtatuimus, ne quiſquam de cætero in ſacris ordinibus conſtitutus, ſecularis vel regularis, aut aliàs ad illos à iure arctatus in ſtudiis generalibus, vel alibi publicè audiendo, philoſophię aut poëſis ſtudiis vltra quinquennium poſt grammaticam & dialecticam, ſine aliquo ſtudio Theologię aut iuris Pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, ſi illis ſtudiis inſudare voluerit, liberum ſit ei, dum tamen ſimul aut ſeorſum, aut Theologię, aut ſacris canonibus operam nauauerit, vt in his ſanctis & vtilibus profeſſionibus ſacerdotes Domini inueniant, vnde infectas philoſophię & poëſis radices purgare & ſanare valeant. Et hos canones per ordinarios locorum vbi generalia ſtudia vigent, & rectores vniuerſitatis eorundem ſtudiorum ſingulis annis in principio ſtudij, in virtute ſanctę obedientię publicari mandamus. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę in publica ſeſſione, in Lateranen. ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, anno incarnationis Dominicę, milleſimo quingenteſimo tertiodecimo, quartodecimo Calend. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo.

Hæc conſtitutio decreta eſt in Concilio Lateranēſi Seſſ. 8 quæ omnibus patribus comprobata eſt excepto Nicolao Bergamēſi & Thomæ Caietano quibus hæc vltima pars Bullæ præcipiēs Philoſophis vt publicè perſuadendo doceāt veritatem fidei non arriſit.

Chriſtianæ fidei doctrina animæ immortalitatem etſi probabiles rationes non ſupereſſent credere tenemur, qui certo vitam æternam nobis poſt mortem manere in Symbolo profitemur: æternum autem eſſe non poteſt quod aliquando finietur. Hæreſis in Concilio damnata multos habuit fautores, veluti Arabes vt teſtatur Euſebius libr. 6. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 26. quma audaciùs defendebant Saducæi docentes nullam vitam à morte ſupereſſe ideóque nullam reſurrectionem mortuorum futuram, nec ſpiritum nec angelum eſſe credebant nec futurum Iudicium, ſed ſecundum carnem ſolum prædicabant eſſe viuendum, Epicureorum dementiam ſectantes. Illóque æternitatis pabulo animam defraudare volebant, quòd eius eſt bonum. Cum enim in omnibus bonis creatis ſit quædam propenſio ad id, quod illis conducit maximè, ſic aer limpidum ſudúmque & perſpicuitatem, aqua claritatem & puritatem appetit terra ſuo pondere fertur ad ima, denique nihil eſt in rerū natura cui non ſit quod expetat & quo adepto lætetur. Multò autē magis in anima illa ratione diuite & locupletata elucet cupido ad æternitatem illam anhelans cum ipſa nullo modo extingui poſſit, quod bonis & piis congratulandum malis vero expaueſcendum & terribile. Ibunt hi in ſupplicium æternum, Iuſti autem in vitam æternam, *ſecernitur nimirum vita hominum perpetuò beatorum à perpetuis miſerorum ſuppliciis vt probè doctrina ſapiētis tradit* ſpes illorum immortalitate plena eſt.

Vtriuſque teſtamenti paginæ certiſſima de immortalitate animæ complectuntur documenta Contemplare hominis creationem, exilium è Paradiſo delitiarum, vniuerſum illum Cathaclyſmum, Abrahæ ſeparationem à Babylonica iniquitate, & illico hac immortalitatis quendam typum illuſtrare comperies. Quorſum enim tam immenſa beneficia populo Iſraelitico, tantam legum & reipublicæ ſuæ apparatum, ritus, ceremonias, ſacrificia inſtituta fuiſſe niſi per hæc gentem illam ad fructum capeſcendum ſupra cœleſtis fœlicitatis erudiret, & inſtituendos perduceret? Quorſum tam vberes Meſſiæ venturi promiſſiones in veteri lege? Quorſum redemptionis tanto deſiderio præſtolatio? ſi anima interitui obnoxia eſſet? Meticuloſus nimium fuiſſet Pſaltes qui deſcenſum inferni tantopere timebat. Fruſtra ceciniſſet Iuſtos in perpetuum victuros, *cum perpetuum in hac vita non inueniatur. Omnes veteris teſtamenti patres Catholicam immortalitatis animæ ſententiam coluerunt. Tobias inter cæteros exprobat Epicureos illos, Nolite ita loqui (inquit) quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus quam Deus daturus eſt his qui nunquam fidem mutant ab eo. Elias hoſpitis ſuæ filium ad vitam reuocaturus ſic orationem ſuam ad Dominum inſtruxit*

ſtruxit

ſtruxit Domine Deus meus, reuertatur obſecro anima pueri huius in viſcera eius. Et exaudiuit vocem Eliæ, Et reuerſa eſt anima pueri intra eum & reuixit. *Vbi ſiſtebat? vbi morabatur anima illa ſeparata à corpore pueri? nónne alibi erat & ſubſiſtebat viua vt iterum in carcerem includeretur prioréſque functiones ſuas obiret. Quod autem per ſe ſubſiſtat facilè liquet conſiderata eius propria operatione quæ eſt intelligere. Id quod Ariſtoteles 3. de anima ſic peracutè probauit* Anima intelligit vniuerſa corpora vt iuſtiſſimum eſt, ergo nulli eſt corpori mixta. *Eodem etiam pacto vt refert Dom. de Soto probat viſum nullo eſſe colore affectum quia omnes percipit colores. Enimverò id quemadmodum lingua amaro humore imbuta non valet alios ſapores guſtare ita ſi oculus colore aliquo eſſes immiſſus per illum impediretur ne poſſet alios colores videre. Eadem ergo analogia, ſi intellectus cum aliquo eſſet corpore commixtus, per illud impediretur ne alia poſſet percipere corpora, cum ergo omnia intelligat nullum habet admixtum. Si ergo in ſe non eſt corporeus per ſe poteſt abſque corpore exiſtere.*

Vt autem inhereamus tenaciùs Orthodoxæ *ſententiæ* Theologorum *de animæ immortalitate quam reuocare in dubium* Barbarũ *&* Ethnicũ *eſt, rationibus dicta firmentur, quibus ſe omninò deuios exiſtimẽt qui tam ſtolidè ambigunt de hoc præcipuo noſtræ fidei* Theoremate. *Tales enim Epicureis ipſis peiores in Deum primum inſidias moliuntur, omnem eius prouidentiam amorem, & charitatem quam tam ſolenni fœdere nobiſcum contraxit euertere conantur. Quibus hæc promiſit cœleſtia Aſarota? has immortales dapes? hæc illuſtriſſima & rutila diuinis radiis ſtromata? Nónne homini? nónne iuſtorum animabus? Atqui quomodo eius erunt gloriæ & vitæ æternæ participes ſi ſimul cum corpore intereant? Si enim anima immortalis non eſt, certe Deus nullam noſtri curam gerit vel non maiorem quàm brutorum animantium. Sed qui eam immortalitatem ignorarunt fruſtra per omnia querendo peruagabuntur, cum præter Deum vnum nihilhominis animum expleat, Præterea cum videamus in hac lubrica & fragili vita ſceleſtiſſimos dulciore fortuna tolli, proſperitatis gratiore vento protegi & etiam ſanctiores excellere nulliſque pro fœdiſſima vitæ obſcuritate pœnis plecti, aut crimina ſuppliciis rependere, iuſtos verò publico hominum contemptui exponi, irrideri, vexari, malorum Iliade inuolui & cruciari, nos profecto Deũ Optimũ Maximum iniquitatis, & iniuſtitiæ accuſaremus, quod inulta & impunita relinqueret peccata, virtutis verò præmia negligeret, ſi poſt mortem æternitas non ſupereſſet in qua remetirentur bona, mala vero punirentur. Suffragio tamen ſacræ ſcripturæ protegimur dicentis* Sap. 11. Excæcauit illos malitia ſua & neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperauerunt Iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum ſuarum quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. *Ex quo loco apertè conuincitur animam eſſe inexterminabilem ideſt incorruptibilem & immortalem quoniam vt ex litera patet de homine diſſerit iuxtà animam & non iuxtà corpus iuxta quam in homine imago Dei eſt.*

Si ingrediamur Euangelij adyta prima fronte occurrent nobis vt affabrè dicta Euangeliographorum immo ipſius diuinæ veritatis & patris conſiliarij Chriſti de immortalitate animæ oracula, Matthæus *c. 8. Extremi Iudicij ſententiam & Angelorum officium in ſeparandis malis de medio iuſtorum vt mittantur in caminum ignis enarrat. Chriſtus non vult timeri eos qui occidunt corpus, cum animam occidere non poſſint* Matth. c. 10. *Illic videmus reſurrectionem plurimorum, quæ fieri non potuiſſet niſi anima illorum qui reuixerant ſuperfuiſſet.* Philoſophorum *placita prætereo &* Platonis μετεμψύχωσιν *qui prudenter animæ immortalitatem* Philoſophatus *fuerat, multum tamen falſus in illa fan[illegible]ica tranſmigratione quam ante ipſum aſſeruiſſe* Pythagoram *ſcribit Epiphanius contra hereſ.* 7. *Plutarchus hanc etiam* Empedocli *tribuit quin & Zoroaſtrum omnibus his antiquiorem in lib. cui tit. eſt,* μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου μάγων, *illam ipſam docuiſſe teſtis eſt* Rhodiginus *lib. 9. cap. 21.*

Habemus certiores poſt Euangelij & ſcripturæ ſacræ veritatem doctores Apoſtolos primum qui in confeſſione fidei hanc etiam animarum immortalitatem proteſtantur. Nos filij Dei ac filij pacis quique ſacram atque rectam doctrinam religionis Dei prædicamus vnum tantum Deum profitemur legis &c. Animam in nobis confitemur expertem corporis, & immortalitate præditam neque interitu deleri, vt corpora, ſed immortalem eſſe, vt pote rationis participem & ſui compotem. *Clemens. libr. 6. Conſtit. Apoſtol. 11.*

Nycana Synodus trecentis octodecim Epiſcopis congregatis celebrata anno Domini 328. *futuri ſæculi & reſurrectionis fidiſſima teſtimonia retulit voluitque etiam à mortuis ſuis ſeſſionibus & decretis calculum adiici quo omnia fide digniore commendarentur poſteris vt refert* Nicephorus *lib. 8 cap. 28 eum enim antequam dies concludendis & ſubſcribendis Synodi canonibus daretur* Chryſantas *&* Muſonius *Epiſcopi primæ notæ apud patres diem obiiſſent reliqui Epiſcopi ſubſcripti ad ſepulchrum eorum acceſſerunt cum tabulis reſolutionem Oecumenici Concilij & eos tanquam viuentes hac oratione alloquuti ſunt.* Bonum certamen, Diui patres, nobiſcum decertaſtis, curſum peregiſtis, fidem ſeruaſtis, ſi igitur obtinere cenſetis id quod à nobis actum eſt, quoniam nunc nullo interpoſito obſtaculo Trinitatis ſplendore illuſtrati, clarius id perſpicitis, opus eſt vos nobiſcum libellum ſubſcribere. *His dictis libellum obſignatum ad tumulum eorum depoſuere, noctémque totam inſomnem peregere & poſtridiè ad eum locum rediere & ſigna inuiolata inuenientes libello explicato ſubſcriptionis illorum reliquis inſertas cognouere recentes adhuc in hæc verba cõceptas* CHRYSANTAS ET MVSONIVS QVI CVM PATRIBVS OMNIBVS IN SANCTA PRIMA OECVMENICA SYNODO NICENA CONSENSIMVS, QVANVIS CORPORE TRANSLATI MANV TAMEN PROPRIA NOS LIBELLO SVBSCRIPSIMVS. *Quod clarius exemplum pro animæ immortalitate aſſerenda offerri poteſt? Authenticum Concilium, neque minoris eſt ponderis ipſa ſacra ſcriptura, Synodos enim generales vt poſt plures teſtatur* Gratian. *in can. canones.* Gregorius *in cap. ſicut Sancta Iuſti in §. 1. de Eccleſ. tit. colla. 9. tit. 6. in nouellis potiſſimum Nicænam primam Conſtantinopolitanam, Epheſinam, & Chalcedonenſem recipiunt vt canonica ſcripta & quatuor ſacra Euangelia. Hinc omnem dubitandi anſam de immortalitate animæ nobis præcludunt. Addamus iam authores tam Græcos quam Latinos qui ex profeſſo Catholicæ huic ſententiæ ſuffragia dederunt.*

AVTHORES CATHOLICI QVI ANIMAE IMMORTALITATEM DOCVERVNT.

D. Ignatius ad Trallianos Epiſtol. 5. & Epiſt. 6. ad Magneſianos, & Epiſt. 7. ad Tharſenſes.

Confeſſio Beati Policarpi in Epiſtol. ad Phil.

Martialis in Epiſtolis.

Clemens in libris Confeſſionum.

Dyoniſius Areopagita lib. de Eccleſ. Hierarchia. c. 2.

Ireneus lib. 2. contra hæreſes c. 64. circa medium.

Tertullianus lib. de reſurrectione.

Gregorius Niſſenus libr. 2. Philoſophiæ de anima. c. 9. & c. 7. vbi agit de prouidentia.

Clemens Alexandr. lib. 1. Pædag. c. 13. & lib. 2. c. 1.

Athanaſius Alexandrinus Patriarcha in oratione contra Idola.

Tatianus oratione contra Græcos.

Gregorius Taumaturgus libello de anima ad Tatianum.

AEneas Gazæus Philoſophus Platonicus, Chriſtianus factus libro qui inſcriptus eſt Theophraſtus ſeu de animarum immortalitate & corporum reſurrectione.

Claudius Mamercus libr. 3. de ſtatu animæ.

Cærillus Archiepiſcopus Hieroſolym. Cathec. 4. illuminatio.

Euſebius Pamphilus in Confut. lib. 3. contra hæreticos.

Arnobius libr. 2. contra gentes.

Chryſoſtomus in orat. de ſancto Babyla & homil. 1. in Symbolum Apoſtolorum.

Auguſtinus lib. de quantitate animæ & lib. de ſpiritu & anima.

Hieronymus ad Rumierum.

Ambroſius lib. de bono mortis cap. 10. & lib. 2. de Abrahamo Patriarcha.

Caſſianus in collationibus patrum collat. 1. c. 14.

Manuel Palæologus Imperator Orient. Orat. 6.

Thomas lib. 2. contra gentes. c. 78. & 1. parte Sum. q. 75. art. 5.

Richardus Landulphus & reliqui Doctores Scholaſtici in quartum ſententiarum vt pote Dominicus de Soto diſt. 43. q. 1. art. 1.

Nemeſius Epiſcopus & Philoſophus lib. de natura hominis.

His addi poterunt plures alij huius ſæculi clariſſimi Theoſophiæ *profeſſores qui animæ immortalitatem ab omnibus* Pſeudophiloſophorum *iniuriis egregie vindicarunt.*

II.

Cauſæ ſpectantes ad forum Eccleſiaſticum coram ordinariis primò diſcutiendæ. Pœna impedientium libertatem Eccleſiaſticam.

LEO Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ſacro approbante Concilio.

Clerici iure exemptionis & ſpe declinandi fori inſolentiſſime ſeſe ferunt punitionem ſuorum ſcelerum priuilegio quodam ſubterfugientes.

REGIMINI vniuerſalis Eccleſię (diſponente Domino) præſidentes, iuxtà paſtoralis officij debitum, libenter intendimus vtilitatibus ſubditorum, & ad conſeruandam libertatem Eccleſiaſticam, & remouenda ſcandala, ponendam concordiam, & nutriendam quietem inter Eccleſiarum prælatos, & eorum ſubditos, eo propenſiùs Apoſtolicę ſollicitudinis ſtudium adhibemus, quo diſſentionem talium fore diſpendioſam experimento comprobatur, necnon indulta pariter & priuilegia eiſdem ſubditis in ipſorum prælatorum diſpendium, tam per prædeceſſores noſtros, quàm ſedem Apoſtolicam conceſſa, ita libenter moderamur, ne exinde ſcandala procedant, néve ex his vlli detur materia malignandi, & perſonæ Eccleſiaſticę à bono obedientię, necnon diuini perſeuerantia ſeruitij nullatenus retrahatur. Sanè nuper ad noſtrum relatio fide digna peruenit auditum, quod Canonici Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum & alij Clerici ſeculares plura præſumunt, quę ipſis infamiam non paruam pariunt & aliis inferunt læſionem, prætextu exemptionis, & libertatis à dicta ſede obtentę, Ordinariorũ correctiones & ordinationes ſubterfugiunt, ac eorum forum, ſiue iudicium declinant, nonnulli etiam impunitatem ſuorum exceſſuum per priuilegium exemptionis obtinere ſperantes, exceſſus ipſos committere non verentur, quos niſi per exemptionem qua gaudent crederent ſe defendi, nullatenus fuiſſent commiſſuri. Hinc itaque accidit, vt propter eorum audaciam, qui prætextu priuilegij exemptionis, impunitatem exceſſuum obtinere confidentes, nonnulla multotiens committant enormia, per quæ plurimum diffamatur Eccleſia, & ſcandala grauia gerantur, potiſſimè autem cum talia per eos, ad quos horum ſpectat correctio, incorrecta remaneant, ſeu illi ad quos ſpectat illa punire, negligunt. Nos volentes ne eo prætextu delicta remaneant impunita, morbo huiuſmodi neceſſariam adhibere medelam, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, vt de cætero illi, quibus exemptorum correctio & punitio à dicta ſede demandata eſt, circa illam vigilanter intendant, & diligenter officij ſibi commiſſi debitum exequantur, & quamprimum eis exemptos ipſos deliquiſſe legitimè conſtiterit, ita eoſdem exemptos delinquentes puniant, quod iidem exempti metu pœnæ à ſuis arceantur inſolentiis, & alij eorum exemplo perterriti, proſilire ad ſimilia meritò perhorreſcant.

Officium eorum quibus animaduerſio & correctio exemptorũ demandata eſt.

Et ſi circa hoc negligentes fuerint, Diœceſani, & alij locorum Ordinarij, eoſdem, quibus exemptorum correctio huiuſmodi competit, perſonaliter, ſi illorum copia, & notitia haberi poterit: alioquin, vel ſi nullus in partibus exemptorum ipſorum certus inde fuerit, eos quorum ſua in præmiſſis intereſſe putauerint, per edictum publicum, Cathedralium, ſeu aliarum Eccleſiarum locorum, in quibus exemptorum iudices huiuſmodi reſidere, ſeu nullius eorundem exemptorum iudicibus exiſtentibus, ipſos exemptos deliquiſſe contigerit, valuis affigendum, moneant, vt ipſi, tales exemptos delinquentes, & criminoſos puniant, & caſtigent infrà competentem terminum, monentium ipſorum arbitrio moderandum. Et ſi ipſi moniti in hoc negligentes fuerint, & id adimplere neglexerint, ſeu recuſauerint, tunc vt in eo in quo deliquerint puniantur, cognitione huiuſmodi ea vice ſint priuati, & ſe non intromittant vllatenus de eiſdem: ſed Diœceſani, & alij locorum Ordinarij huiuſmodi, contra tales exemptos delinquentes, & criminoſos, auctoritate noſtra ad inquiſitionem, vel per accuſationem, ſine aliquibus tormentis, procedere, & teſtes per ſeipſos examinare poſſint, ac proceſſum ipſum (quem ratione ſolennitatis iuris, præterquam ratione citationis omiſſæ, dummodo delictum alias rite probatum fuerit, nullum allegari vel dici poſſe prohibemus, ſed per eos habitum, clauſum, & eorum ſigillo munitum, ad ſedis Apoſtolicę examen, ipſorum exemptorum delinquentium expenſis, etiam in ipſo proceſſu factis, ad quarum ſolutionem Ordinarij ipſi poſſint eoſdem inquiſitos & accuſatos compellere, per proprium,

Ordinariorum Iuriſdictio contra exemptos.

vel

vel alium nuntium quantocitius deſtinare procurent) apud eandem ſedem, per Romanum Pontificem vel alium, cui duxerit commitendum, diligenter examinandum, & ita culpabiles repertos quod ad condemnationem, vel propter ſufficientia indicia, propter quę ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat, ad ipſos Diœceſanos, ſeu Ordinarios per eos auctoritate noſtra in cauſa inquiſitionis, ſeu accuſationis, vlterius legitimè procedendum, & cauſam ipſam, prout iuſtum fuerit, terminandam, remittendum. Notarij autem dictæ ſedis, quorum officium in ipſis primitiuę Eccleſiæ initiis, à fel. rec. Clem. Papa I. ad ſanctorum geſta perquirenda* atque conſcribenda noſcitur inſtitutũ, ad Protonotariatus officium aſſumpti, habitum & rochettum deferentes, & alij noſtri & dictę ſedis officiales actu ſua officia exercentes, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, ab omni ordinariorum iuriſdictione ſint exempti. Alij vero Notarij habitum Protonotariatus non deferentes, niſi illum infra trimeſtre, poſt præſentium publicationem aſſumpſerint, & ipſi ac alij in poſterum aſſumendi, habitum, & rochetum huiuſmodi continuè non geſtantes, atque alij noſtri & dictæ ſedis Officiales officia ſua actu non exercentes, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, ratione cauſę ſummam xxv. ducatorum auri de Camera non excedentis duntaxat, eorundem Diœceſanorum & Ordinariorum iuriſdictioni ſubiaceant. In ciuilibus vero cauſis ſummam huiuſmodi excedentibus, plena gaudeant exemptione, & à dictorum Diœceſanorum, & Ordinariorum iuriſdictione penitus ſint exempti. Dignum quoque & etiam congruum, arbitrantes, quod ex ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalium familiaribus illi duntaxat priuilegio exemptionis gaudeant, qui actu domeſtici, & continui ſunt commenſales, vel ab eiſdem Cardinalibus ad ipſorum exequenda negotia miſſi vel qui recreationis cauſa ad tempus à Romana Curia abſentes fuerint, cæteris vero etiam familiaritatis literas habentibus, quominus cohertioni Diœceſanorum & ordinariorum eorundem ſubiaceant, familiaritatis huiuſmodi priuilegium nullatenus ſuffragetur, Et cum eiſdem Diœceſanis, vt monaſteria monialium ſedi Apoſtolicę immediatè ſubiecta, in eorum Diœceſibus conſiſtentia, ſemel in anno viſitare poſſint, per Conſtitutionem in Concilio Viennen. æditam, quæ incipit, Attendentes, plena fuerit data facultas, illam innouamus, ac exemptionibus, & priuilegiis quibuſcunque non obſtantibus, diſtrictè ſeruari præcipimus & mandamus. Per præmiſſa quoque eiſdem Diœceſanis & Ordinariis, caſibus quibus in exemptos à iure iuriſdictio conceſſa eſt, nullatenus præiudicium generetur. Exemptiones autem de cætero abſque rationabili cauſa, & quorum intereſt minimè citatis, pro tempore conceſſas, nullius roboris & momenti eſſe decernimus. Et cum eccleſiaſticus ordo confundatur, ſi ſua vniçuique iuriſdictio non ſeruetur, Ordinariorum iuriſdictioni (quantum cum Deo poſſumus) fauere, ac litibus finem celerius imponi, & litigantium immoderatis ſumptibus, & expenſis parci ſatagentes, Statuimus, & ordinamus, quod ſingulę cauſę, tam ſpirituales quàm ciuiles & mixtę, forum Eccleſiaſticum quomodolibet concernentes, & beneficiales (dummodo beneficia ipſa generaliter reſeruata non fuerint, & ipſorum ſingulorum beneficiorum fructus, redditus & prouen. xxiiij, ducatorum auri de Camera, ſecũdum communem æſtimationem valorem annuum non excedant) in prima inſtantia extra Romanam Curiam, & in partibus coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſci, & terminari, ita quod nulli ante diffinitiuam ſententiam liceat appellare, nec appellatio (ſi fuerit emiſſa) vllatenus admitti, niſi ab interlocutoria quę vim habeat diffinitiuę, vel è grauamine minimè concurrente negotium principale, quod per appellationem à diffinitiua ſententia reparari non poſſit. niſi aliter collitigantium aduerſarij ſui potentia merito perhorreſcens, ſeu alia probabili, & honeſta cauſa aliter quàm per proprium iuramentum ſaltem ſemiplenè probata, coram Ordinario non auderet litigare, Eo enim caſu, cauſę ipſæ, etiam appellationum, in dicta Curia, etiam in prima inſtantia, committi & cognoſci & terminari poſſint. Alioquin appellationes, & illarum, etiam aliarum cauſarum huiuſmodi commiſſiones in poſterum, & quicquid inde ſecutum fuerit, nullius ſint roboris vel momenti. Iudices autem, & Conſeruatores à ſede Apoſtolica deputati, ſi in altero iurium graduati non fuerint, Aſſeſſorem partibus non ſuſpectum, ab ipſis partibus,

**Prothonotariorum officium in principio Eccleſiæ primitiuæ à B. Clemente ad ſanctorum Martyrũ geſta perquirenda atque ſcribenda fuit inſtitutũ vt legitur in hiſtoria S. Clementis Papæ & Fabiani. Refert Platina Iulium primum voluiſſe vt omnia ad Eccleſiã pertinentia per notarios aut per primiceriũ notariorũ conſcriberentur. Solebant olim præcedere Epiſcopos vſque ad tempus Pij qui publico reſcripto cõtrariũ mandauit & ſic ſeruatur hodie vt dicit gloſ. reg. Cãcell apoſt. in reg. Papæ Iulij 3. in tertia parte & Lucas de pen. in rub. de magiſtris ſcriniorũ. Cod. lib. 12*

Cauſæ quæ ſpectant ad forum Eccleſiaſticũ cognoſcantur in prima inſtantia corã ordinariis niſi in caſibus hic expreſſis.

In Principes ſæculares libertatẽ & Iuriſdictionẽ eccleſiaſticã impediẽtes habes conſtitunem ſup. Mart. V. fol. 90.

bus, vel earum altera requiſiti, aſſumere, & ſecundum eius relationem iudicare teneantur. Et quia ſæpius & multiplici relatione percepimus, quamplurimas Eccleſias, & illis præſidentes Epiſcopos, tam citra quàm vltra montes, vexari in eorum iuriſdictionibus, iuribus & dominiis, ac turbari à domicellis, Principibus, & nobilibus eorundem, qui ſub colore iuriſpatronatus, quod in beneficiis eccleſiaſticis habere confingunt, nullo priuilegio Apoſtolico ſuffulti, ſine Ordinariorum collationibus, & literis, & abſque aliquo ſaltem colorato titulo, beneficia non ſolum Clericis ſed etiam laicis conferre, Sacerdotes & Clericos delinquentes ad eorum libitum punire, Decimas omnium rerum, & ad quarum ſolutionem de iure tenentur, ac Cathedralium, & alia quæ legis Diœceſanæ, & iuriſdictionis ſunt, & ad ipſos Epiſcopos duntaxat pertinent, temere auferre, fraudare, vſurpare, ſeu vt præmiſſa fiant mandare, ac ipſa & fructus quoſcunque ne à ciuitatibus, terris & locis eorum extrahantur prohibere, feuda, poſſeſſiones, & prædia occupare, & indebitè detinere, ſeu ad feuda & bona ipſarum eccleſiarum eis concedendum, ac eccleſiaſtica perſonis per eos nominatis conferendum, minis, & terroribus, ac aliis viis indirectis inducere, & compellere, & alia quamplurima damna, iacturas, & iniurias, eccleſiis & earum prælatis ac clericis præfatis inferri, non modo permittere, ſed etiam expreſſè mandare præſumant. Attendentes igitur quod laicis in clericos & perſonas eccleſiaſticas, ac bona eccleſiaſtica, non eſt attributa facultas, atque æquum & iuſtum eſſe, vt in eos iura inſurgant, qui illa offendere præſumunt; Necnon conſiderantes quantum ex his tam noſtro & Apoſtolicę ſedis honori quàm perſonarum eccleſiaſticarum quieto & proſpero ſtatui, non ſine dãnnanda pernicie derogetur: Ac cupientes, eos quos ad obſeruantiam iurium, virtutum præmia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione pœnarum, quàm adiiciendarum de nouo formidine, à temerariis auſibus refrenare, Omnes & ſingulas conſtitutiones, quę ſuper decimarum ſolutione, & contra violatores, & raptores Eccleſiarum & incendiarios, agrorum depopulatores, & tam S.R.E. Cardinalium, quàm venerabiles fratres noſtros Epiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas, ſeculares & regulares capientes, detinentes, & eorum iuriſdictionem & iura quomodolibet indebitè occupantes, aut eos in eorum iuriſdictionis exercitio perturbantes, ſeu moleſtantes, eos quoque ad conferendum beneficia eccleſiaſtica perſonis per eos nominatim, aut alias de illis pro eorum libito voluntatis diſponendum, & feuda ac bona eccleſiaſtica in emphitheoſim concedendum, aut alias vendendum, temerè compellentes, Necnon ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam facientes, & ad præmiſſa auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, hactenus emanarunt, innouamus. Et cum ea nedum iuri contraria, ſed etiam eccleſiaſticę libertati opprobrioſa ſint quamplurimum & aduerſa, vt de officio nobis credito dignam Deo poſſimus reddere rationem, affectibus & monitis paternis, Imperatorem, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quoſcunque alios alterius cuiuſcunque nobilitatis, præeminentię, potentię, ſeu poteſtatis, excellentię, vel dignitatis exiſtentes, attentè hortamur in Domino, eiſdem in virtute ſanctę obedientię mandantes, vt ipſi conſtitutiones prædictas obſeruent, & faciant etiam à ſuis ſubiectis inuiolabiliter obſeruari, quacunque conſuetudine contraria non obſtante, ſi diuinam offenſam, & ſedis apoſtolicę debitam vitare voluerint vltionem: Ac collationes de dictis beneficiis ſic factas nullas & irritas nihilominus eſſe decernimus, ac illis vtentes, reddantur inhabiles ad alia beneficia eccleſiaſtica obtinenda, donec cum eis ſuper hoc per ſedem prædictam fuerit diſpenſatum. Maturè quoque conſiderantes, quod poſt Chriſti ad cœlos aſcenſionem, Apoſtoli per ſingulas vrbes & diœceſes, Epiſcopos diſtribuerunt, ſicut Sancta Romana Eccleſia per orbem conſtituit eoſdem Epiſcopos, in partem ſollicitudinis vocando, onera gradatim diſtribuendo per Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, ac ſacris etiam canonibus fuerit diffinitum, per eos pro morum correctione, & controuerſiarum deciſione, & determinatione, ac mandatorum Domini obſeruatione, fieri debere Concilium prouinciale, ac Synodum Epiſcopalem, vt deprauata corrigerentur, & illa facere negligentes, canonicis pœnis ſubiacerent, Cum conueniat nos circa ea quę rempublicam Chriſtianam concernunt, eſſe intentos

In offendentes Cardinales S. R. E. habes conſtitutionem infr. Pij. V.

Renouantur hic ſingulæ omnes cõſtitutiones aduerſus eos qui iura eccleſiaſtica impediunt.

Decretũ habemus ex Concilio Chalcedonenſi c. 19. de congregando Concilio Prouinciali his verb. Statuit ſancta Synodus ſecũdum regulas patrũ bis in anno in vnum conuenire per ſingulas Prouincias Epiſcopos vbi ſingula quæ emerſerint corrigantur. diſt. 18. c. q. Lateranenſis Synodus ſub Leone decimo decernit cõcilia Prouincialia quolibet triennio celebrari.

desiderantes

deſiderantes canones ipſos firmiter obſeruari, eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis & Epiſcopis diſtrictè iniungimus, vt de officio eis commiſſo dignam Deo poſſint reddere rationem, canones, Concilia, & Synodos huiuſmodi fieri mandantes, quocunque priuilegio non obſtantibus inuiolabiliter obſeruent, prætérquam quo ad Concilium prouinciale, quod de cætero ſingulis trienniis fieri mandamus, ad illáque etiam exemptos accedere debere decernimus, priuilegio, ac conſuetudine quacunque contraria non obſtantibus. Circa hoc autem negligentes, pœnas in eiſdem Canonibus contentas ſe nouerint incurſuros. Et cum conſtitutione in Concilio Viennen. edita, quę incipit, In pleriſque. vt Pont dignitatis honor ſeruaretur, ſtatutum fuerit, ne Eccleſiis Cathedralibus (ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt) priuatis, ac clero, & populo Chriſtiano carentibus, de aliquibus perſonis prę ſertim religioſis prouideretur, Conſtitutionem ipſam innouamus, inuiolabiliter obſeruari debere volumus, atque mandamus, niſi aliqua iuſta cauſa in Conſiſtorio noſtro ſecreto approbanda, alias duxerimus faciendum. Nos enim quicquid contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum contigerit attentari, irritum decernimus, & inane, contraria quacunque conſtitutione, vel priuilegio non obſtantibus. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę in publica Seſſione, in Lateranen. ſacroſancta Baſilica ſolenniter celebrata, Anno incarnationis Dominicę, milleſimo quingenteſimo decimoquinto, quarto nonas Maij, Pontificatus noſtri anno tertio.

III.

Montes Pietatis probantur & confirmantur.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Sacro approbante Concilio.

INTER multiplices noſtrę ſollicitudinis curas, illam in primis ſuſcipere pro noſtro paſtorali officio debemus, vt quę ſalubria & laudabilia, ac Catholicę fidei conſona, & bonis moribus conformia noſtro tempore non ſolum enucleentur, verumetiam ad poſteros propagentur, & quę materiam ſcandali prębere poſſent, penitus ſuccidantur & radicitus extirpentur, nec pullulare vſquam ſinantur in agro Dominico, & vinea Domini Sabbaoth duntaxat conſeri permittendo, quibus fidelium mentes paſci ſpiritualiter poſſint, eradicatis zizaniis, & oleaſtri ſterilitate ſucciſa. Sanè cùm olim inter nonnullos dilectos filios Sacrę Theologię Magiſtros ac Iuris vtriuſque Doctores, controuerſiam quandam non ſine populorum ſcandalo & murmuratione exortam, & nuper his diebus innouatam eſſe comperierimus, circa pauperum releuationem in mutuis eis publica auctoritate faciendis, qui Montes pietatis vulgò appellantur, quique in multis Italię Ciuitatibus, ad ſubueniendum per huiuſmodi mutuum pauperum inopiæ, ne vſurarum voragine deglutiantur, à Ciuitatum magiſtratibus, & aliis Chriſtifidelibus ſunt inſtituti, atque à ſanctis viris diuini verbi præconibus, & laudati, & perſuaſi, ac à nonnullis, etiam Summis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris probati & confirmati ſunt, ne præfati Montes à Chriſtiano dogmate diſſonantes, vel non, vtraque parte diuerſimode ſentiente, atque prædicante: Nonnullis enim magiſtris, & Doctoribus dicentibus, eos Montes non eſſe licitos, in quibus aliquid vltra ſortem pro libra, decurſo certo tempore per miniſtros huius Montis, ab ipſis pauperibus quibus mutuum datur, exigitur, & propterea ab vſurarum crimine iniuſtitiáve, ſeu ab aliqua certi ſpecie mali, mundos non euadere: cum Dominus noſter, Luca Euangeliſta atteſtante, aperto nos præcepto obſtrinxerit, ne ex dato mutuo quicquam vltra ſortem ſperare debeamus. Ea enim propria eſt vſurarum interpretatio, quando videlicet ex vſu rei quę non germinat, nullo labore, nullo ſumptu, nullóve periculo, lucrum fœtúſque conquiri ſtudetur. Addebant etiam iidem Magiſtri & Doctores in iis Montibus, neque commutatiuæ, neque diſtributiuę iuſtitię fieri ſatis, cum tamen iuſtitię terminos contractus huiuſmodi excedere non debeant, ſi debeant approbari. Idque prætérea probare nitebantur, quia impenſę pro huiuſmodi Montium conſeruatione, à pluribus (vt aiunt) debitę, à ſolis pauperibus quibus mutuum datur, extorqueantur, pluráque interdum vltra neceſſarias & moderatas impenſas

Ex Concil. Lateran. Seſſ. 10.

Vt tollerentur pullulaſcentes in pietatis montibus abuſus propenſo nimis in fœneranda pecunia ſtudio iuſſerunt Trident. canones ne quicquam ampliùs ex mutuatis pecuniis, aut omni alia ratione lucri recipiatur, quia quod ne-

non

ceſſaris miniſtrorum alimenta & mercedem nec non ad alia ipſius mentis onera ſuſtinenda ſatis ſit cuius etiam rei præcipuam habeat à ſede Apoſtolica facultatem. Eos autem hic Pontifex diſcuſſis Doctiſſimorum virorum opinionibus declarat eſſe licitos ſi nihil vltra neceſſarias impenſas recipiatur, quique quandoquidem ex pietatis ſeminibus confecti, & cumulati verè ſalutares & vberes pietatis fructus ferunt, hócque commodi pariunt vt multa fœnoris & vſuræ ſemina ex dominico agro conuellantur.

non abſque ſpecie mali,ac incentiuo delinquendi,quibuſdam aliis perſonis (vt in-
ferre videntur) exhibeantur. Aliis verò pluribus magiſtris, & Doctoribus contra
aſſerentibus, & in multis Italiæ Gymnaſiis, verbo & ſcripto conclamantibus, pro
tanto bono,tanquam Reipublicę perneceſſario, modo ratione mutui nihil petatur
neque ſperetur,pro indemnitate tamen eorundem montium, impenſarum videli-
cet miniſtrorum eorundem ac rerum omnium ad illorum neceſſariam conſerua-
tionē pertinentium,abſque montium huiuſmodi lucro,idque moderatum & neceſ
ſarium ab iis ex huiuſmodi mutuo commodum ſuſcipiunt,licitè vltra ſortem exi-
gi,& capi poſſit,non nihil licere:cum regula iuris habeat, Quod qui commodum
ſentit, onus quoque ſentire debeat, præſertim ſi Apoſtolica accedat auctoritas:
Quamquidem ſententiam à fel.rec. Paulo II. Sixto IIII. Innocentio VIII. Ale-
xandro VI. & Iulio II. Roman. Pontificibus prædeceſſoribus noſtris probatam à
ſanctis quoque ac Deo deuotis & in magna, ob ſanctitatis opinionem, exiſtima-
tione habitis,Euangelicæ veritatis prædicatoribus prędicatam eſſe oſtendunt. Nos
ſuper hoc (prout nobis eſt ex alto conceſſum) oportunè prouidere volentes Al-
terius quidem partis iuſtitię zelum, ne vorago aperiretur vſurarum,Alterius pie-
tatis & veritatis amorem, vt pauperibus ſubueniretur, vtriuſque vero partis ſtu-
dium commendantes: cum hæc ad pacem, & tranquillitatem totius Reipublicę
Chriſtianę ſpectare videantur, ſacro approbante Concilio, declaramus & diffini-
mus,Montes pietatis antedictos per Reſpublicas inſtitutos, & auctoritate ſedis a-
poſtolicę hactenus probatos & confirmatos, in quibus pro eorum impenſis & in-
demnitate aliquid moderatum, ad ſolas miniſtrorum impenſas,& aliarum rerum
ad illorum conſeruationem (vt præfertur) pertinentium,pro eorum indemnita-
te duntaxat, vltra ſortem,abſque lucro eorundem montium,recipitur, neque ſpe-
ciem mali præferre,nec peccandi incentiuum præſtare,neque vllo pacto improba-
ri,quinimo meritorium eſſe,ac laudari & probari debere,tale mutuum minimè v-
ſurarium putari,licerέque illorum pietatem & miſericordiam populis prædicare,
etiam cum indulgentiis à ſancta ſede Apoſtolica eam ob cauſam conceſſis: Ac
deinceps alios etiam ſimiles Montes,cum Apoſtolicę ſedis approbatione erigi poſ
ſe.Multò tamen perfectius,multóque ſanctius fore, ſi omninò tales montes gra-
tuiti conſtituerentur,hoc eſt,ſi illos erigentes,aliquos cenſus aſſignarent, quibus ſi
non omni,ſaltem vel media ex parte,huiuſmodi montiū miniſtrorum ſoluerentur
impenſę, vt ad leuiorem æris ſoluendi portionem, medio hoc, pauperes grauari
contingat,ad quos cum huiuſmodi cenſus aſſignatione, pro impenſarum ſuppor-
tatione erigendos, Chriſtifideles maioribus indulgentiis inuitandos eſſe decerni-
mus. Omnes autem religioſos & eccleſiaſticas ac ſeculares perſonas, qui contra
præſentis declarationis & ſanctionis formam,de cætero prædicare,ſeu diſpenſare,
verbo vel ſcriptis auſi fuerint,excommunicationis latę ſententię pœnam, priuile-
gio quocunque non obſtante,incurrere volumus. Non obſtantibus præmiſſis, ac
conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,cæteriſque contrariis quibuſcunq;.
Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ in publica Seſſione, in La-
teranen. ſacroſancta Baſilica ſolenniter celebrata, anno incarnationis Domi-
nicæ, milleſimo quingenteſimo quinto decimo, quarto Nonas Maij, Pontifi-
catus noſtri anno tertio.

IIII.

Libri non euulgentur aut Typis cudantur abſque cenſura Epiſcoporum aut Inquiſitorum hæreticæ prauitatis.

Ex 5. Tomo Concil.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Sacro ap-
probante Concilio.

INTER ſollicitudines noſtris humeris incumbentes,perpeti cura reuoluimus,
vt errantes,in viam veritatis reducere,ipſóſque lucrifacere Deo(ſua nobis coope-
rante gratia) valeamus:hoc eſt quod profecto deſideranter exquirimus, ad id no-
ſtræ mentis ſedulo deſtinamus affectum, ac circa illud ſtudioſa diligentia vigila-
mus Sanè licet literarum peritia per librorum lectionem poſſit faciliter obtineri,
ac ars imprimendi libros,tèmporibus potiſſimum noſtris,diuino fauente numine,
inuenta

Summopere aucta eſt literarum Reſpublica Typographiæ inuentione quæ libros longo ſitu extinctos in publicum diem emiſit.

inuenta ſeu aucta & perpolita,plurima mortalibus attulerit commoda, cum parua
impenſa, copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum ſtudia
percommodè exerceri,& viri eruditi in omni linguarum genere,præſertim autem
catholici, quibus ſanctam Romanam eccleſiam abundare affectamus, facile eua-
dere poſſunt,qui etiam infideles ſciant, & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, fide-
liúmque collegio, per doctrinam Chriſtianę fidei ſalubriter aggregare: Quia ta-
men multorum querela noſtrum,& ſedis Apoſtolicę pulſauit auditum, quod non-
nulli huius artis imprimendi magiſtri,in diuerſis mundi partibus,libros,tam Græ-
cæ, Hebraicæ, Arabicæ & Caldeæ linguarum in Latinum tranſlatos, quàm alios,
latino, ac vulgari ſermone editos, errores etiam in fide, ac pernitioſa dogmata
etiam religioni Chriſtianę contraria,aut contra famam perſonarum,etiam digni-
tate fulgentium continentes, imprimere, ac publicè vendere præſumunt, ex quo-
rum lectura non ſolum legentes non ædificantur, ſed in maximos potius tam in
fide,quàm in vita,& moribus prolabuntur errores,vnde varia ſæpe ſcandala(prout
experientia rerum magiſtra docuit) exorta fuerunt, & maiora indies exoriri for-
midantur. Nos itaque ne id quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum,ac bono-
rum artium propagationem,ſalubriter eſt inuentum,in contrarium conuertatur,
ac Chriſtifidelium ſaluti detrimentum pariat, ſuper librorum impreſſione curam
noſtram habendam fore duximus,ne de cætero cum bonis ſeminibus ſpinę coale
ſcant, vel medicinis venena intermiſceantur: Volentes igitur de opportuno ſuper
his remedio prouidere,hoc ſacro approbante Concilio, vt negotium impreſſionis
librorum huiuſmodi,eo proſperetur fœlicius, quo deinceps indago ſolertior dili-
gētius & cautius adhibeatur: Statuimus & ordinamus,quòd de cætero perpetuis fu
turis temporibus,nullus librum aliquem, ſeu aliam quamcunque ſcripturam,tam
in vrbe noſtra,quàm aliis quibuſuis ciuitatibus & diœceſibus, imprimere,ſeu im-
primi facere præſumat, niſi prius in Vrbe per Vicarium noſtrum, & ſacri Palatij
Magiſtrum:in aliis verò ciuitatibus, & diœceſibus, per Epiſcopum vel alium ha-
bentem peritiam ſcientię,libri ſeu ſcripturæ huiuſmodi imprimendę ab eodem E
piſcopo ad id deputandum, ac inquiſitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis ſiue diœ-
ceſis, in quibus librorum impreſſio huiuſmodi fieret, diligenter examinentur, &
per eorum manus proprię ſubſcriptionem,ſub excommunicationis ſententia,gra-
tis & ſine dilatione imponendam,approbentur. Qui autem ſecus præſumpſerit,vl-
tra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, ac
centum ducatorum fabricæ baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, ſine ſpe re-
miſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia innodatus exiſtat, ac de-
mum ingraueſcente contumacia, taliter per Epiſcopum ſuum, vel Vicarium no-
ſtrum reſpectiuè,per omnia iuris remedia caſtigetur,quod alij eius exemplo ſimi-
lia minime attentare præſumant. Nulli ergo,&c. Si quis autem,&c Datum Ro-
mæ in publica Seſſione, in Lateranen. ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata,
Anno incarnationis Dominicæ,Milleſimo quingenteſimo quintodecimo, quarto
Maij,Pontificatus noſtri anno tertio.

Ars impreſſoria in fidei periculū maleuolorū & perfidorum hominum opera multa cuſit.

Cōcilio Tridētino cautum eſt ne quis imprimat aut imprimi faciat libros quoſcūque abſque licentia & examine.

*Gratum profecto & beneuolum ſummi Pontificis amplector animum,qui in hoc ampliſ-
ſimo Patrum Concilio præterire noluerit eius commendationem & inuentum cui non ſolùm
ipſe ſed Eccleſia multum debere minime inficiatur. Arriſit multum huius conſtitutionis ratio
vt liberè dixerim piaculum fore inſalutatum hoc inuentum præterire,cum indies magis ma-
giſque hominum ingenia ſola librorum commoditate vigeant & ad capeſſendas diſciplina-
rum liberalium artes,faciliùs omnes alliciantur ipſáque literarum ſtudia longè florentiſſi-
ma ſint prioris æui Academiis in quibus tanto ſtudio tanta canicie deſudatum eſt,in adipi-
ſcenda vnius ſcientiæ cognitione. Cum etiam vt ait Hieronymus ad Marcellam huiuſmodi
ſcriptorum libri,ingeniorum effigies & vera & æterna monumenta ſint. Vnde Ageſilaus te-
ſte Plutarcho multis gratis effingere & ære ſculpere eius effigiem ſtudentibus dixit ſe animi
nō corporis monumenta poſteris relinquere velle. Nulla autē meo Iudicio firmior aut tenacior
memoria dari poteſt quam Typographiæ auxilio cum ſpecioſas ingenij noſtri merces typis
deuouemus vt vtramque domū ſolis viſitent. O fœlix & nouum ſcribendi genus,quo tantum
vno die ab vno homine literarum imprimitur quantum vix toto anno à plurib. ſcribi poſſet.*

Magnis

Magnis impenſis magno rerum ſumptu vt doctiſſimè animaduertit Simon à Pratis in præfatio ne ſua ad lib. interpret. vlt. volumt. libri venabantur, hique pauci, obſcuri mendis ſcatentes, ſed noſtris temporibus adeò diſciplinarum omnium magna librorum copia emanauit vt nullum amplius ſuperfuturum ſit opus, quod ab homine quanuis egenio deſiderari poſſit. Non habuit antiquitas hoc præclarum munus, nec ſcribendi rationem eam habebant qua nos etiam gaudemus. His erat calamus penna. Interdum & ſtylo ferreo cum pugillares in itinere notabant, qui ex cereis tabellis ſeu ligneis erant vt legitur apud Cæcilium. Antiquos etiam ſcripſiſſe primum in cineribus, digito: arborum corticibus, ferro: foliis lauri, penicillo: & membranis calamo author eſt Strabo de ſitu orbis, cuius authoritate commendatur Epiſtola illa lepidiſſima quæ eſt apud Gueuarrum in aureis Epiſtolis de antiqua ſcribendi methodo. Brachmanes literas non cera nec libris, ſed in ſindonibus ſullatis coloribus effingere. Narrat Plinius lib. 7. c. 56. Babylonios coctilibus laterculis, Reipublicæ ſuæ inſtituta tradidiſſe. Phœnices & AEgyptios per animalium figuras ſenſus mentis effinxiſſe Diodorus Siculus lib. 4. c. 1. & Tacitus lib. 11. retulerunt. Poſtremò inuentis litteris vt minore temporis impendio velocius ſcriberent excogitarunt quaſdam notulas quibus quæuis citata exciperetur oratio, & celeritas manus linguam ſequeretur vnde Manilius poeta aſtronomicus ad Auguſtũ li. 4. c. 4.

Ille ſcriptor erit fœlix, cui litera verbum eſt
Quique notis linguam ſuperet curſúmque loquentis
Excipiet longas noua per compendia voces.

Euſebius Cronographus harum notarum inuentum tribuit Tyroni Tullio Ciceronis liberto. Sed ſi Senecæ credamus Cicero erit primus author quum Coſ. in Senatu Cathonis orationem quam contra coniuratos habebat velociter ſcribi iuſſit ita vt literæ dictiones referrent, & ad familiares ſcribens ſi quæ occultius perferenda erant per notas ſcripta. Harum abbreuiationum meminit Modeſtinus in l. inter eos. §. 1. ff. ex quibus cauſis matri. Sed iam diuina prouidentia tantis laboribus & ingeniorum immortalitati conſultum eſt, hoc excellentiſſimo Typographiæ inuento, quo non ſcribuntur lento ocio libri, ſed æneis characteribus attramento perfuſis pagina torcularibus comprimitur & cuditur. Inuentum illud noſtri ſæculi miraculum GERMANIA in ære tractando cunctas orbis nationes excellens ſibi vendicat. Nomen authoris varium eſt apud Hiſtoricos. Siletur apud Nauclerum. Ioannes Guttembergius alias Gutmanus dicitur Iacobo Vvymphelingio in Epitome Germanorum cap. 65. Fulgos. lib. 8. cap. 11. & Genebrardo. Polydorus vocat Petrum. Platina, Sabell. Ennead. lib. 6. Munſterus in Coſmographia Carion & inuentum huius artis ad Ioannem Fauſtum referunt. Quidam dicunt illum inchoaſſe initio Argentinæ, deinde Moguntiæ anno 1440. aliꝫ. 1452.

Volateranus aſſerit duos fratres (hunc vt opinor Ioannem Guttembergium & Petrum Schœfferum) Typographiam artem cœpiſſe Romæ anno M.CCCCLXV. Primique omnium Auguſtinus de Ciuitate Dei & Lactantius è prælo prodiere. Paulus Iouius antiquius hoc eſſe videtur fateri & à Cathaynis Indiſue populis edoctum, de his enim ſic ſcribit. Illud maximè mirandum videtur ibi, Cathainam Sinarum regionem & vrbem Cantar intelligit eſſe Typographos artifices qui libros hiſtoricos & ſacrorum ceremonias continentes, more noſtro imprimant quorum longiſſima folia introrſus quadrata ſerie complicentur. Cuius generis volumen à rege Luſitaniæ cum elephante dono miſſum, Leo Pontifex humaniter nobis oſtendit, vt hinc facilè credamus eius artis exempla, antequam Luſitani in Indiam penetrarint per Scytas & Moſcos ad incomparabile literarum præſidium ad nos perueniſſe. Hæc Iouius. Addit Genebrardus Temiſtitaneos quorum vrbem teſte Theueto Venetiis ſitu non diſſimilem patrum memoria Caſtiliꝫ in nouo orbe occuparunt.

Liceat ergo mihi plaudere Germania cum Philippo Beroaldo hoc carmine.

O Germania muneris repertrix
Quod nihil vtilius dedit vetuſtas.
Libros ſcribere quæ doces premendo.

Tot linguarum Catholicarum egregia iam proſtant Typographiæ meritis monumenta, tot eximia volumina ab interitu reuocata, vt planè diuinitus datum munus Reipub. credidenim. Multum tibi debemus potentiſſima Germania, multum tibi debent antiqui patres & totius Enciclopædiæ tutores, ſed maiora tibi deberentur niſi hoc præclarum immortalitatis inuentum omnium prima ad peſſimos & maleuolos vſus & aniles hæreticorum fabulas denouiſſes ad expiſcandas Principum mentes Hæretici Typographiam pro inſtrumento cœperunt.

Hinc exilierunt innumeri famoſi libelli, mordaces ſatyræ, & Lutheranæ ſcholæ fœdiſſima portenta.

Idcirco optimus Pontifex in hoc Oecumenico Concilio huic malo ſanctiſſimo decreto occurrit, & ne librorum ab hæreticis editorum lectio ſimpliciores homines corrumpat & doctos, eruditóſque in varios errores & à veritate fidei Catholicæ opiniones alienas inducat, prohibet typis mandare libros abſque prævio examine ſuperiorum.

V.

De Prædicatorum officio, eorúmque examine & approbatione ſuperiorum.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante Concilio.

SVPERNÆ maieſtatis præſidio, per cuius ineffabilem prouidentiam cœleſtia ſimul & terrena diriguntur, ſuper gregem Dominicum nobis commiſſum, ſpeculatoris officium (quantum imbecillitati noſtræ conceditur) exercentes, totáque mente nobiſcum ipſi reuoluentes inter alia complura & magna ad nos pertinere, vt munus prædicationis, quod in Eccleſia Dei præcipuum, ac perneceſſarium, magníque fructus atque vtilitatis, dummodo rectè & ex ſincera charitate erga Deum & proximum, præceptíſque & exemplis ſanctorum patrum, qui hæc profitentes cum fidei fundatione & propagatione plurimum eccleſiæ contulerunt, exerceatur: quippe quod redemptor noſter primus fecit, & docuit, & eius præcepto & imitatione duodenus ille Apoſtolorum numerus, quaſi totidem cœli, Dei veri gloriam enarrantes per orbem terrarum, vniuerſum genus humanum, quod ſub peccati iugo vetuſta ſeruitute continebatur, ſenſim ab eorum tenebris educentes, & ad perpetuæ ſalutis lucem excitantes, verbum ipſum in omnem terram, & in fines orbis terræ, tum ipſi prius, tum deinde ſui ſucceſſores longè latéque propagauerunt, altiſſiméque fundarunt, vt qui nunc tantum ſubeunt onus, meminiſſe debeant, creberriméque ſecum reuoluere, præter auctoris ipſius, ac fundatoris Ieſu Chriſti pientiſſimi redemptoris, Petri etiam & Pauli cæterorúmque Apoſtolorum & Domini diſcipulorum ſe vices, quo ad hoc officium ſubire, ac ſuſtinere, Sane fide dignorum relatione percepimus, quod nonnulli prædicatores noſtris temporibus (quod dolenter referimus) non attendentes, ſe eorum, quos diximus, & inſuper ſanctorum Eccleſiæ Doctorum, aliorùmque ſacram Theologiam profitentium, qui aſſiſtendo iugiter Chriſtianis, ac ſe falſis prophetis rectam fidem ſubuertere annitentibus opponentur, Eccleſiam militantem illæſam prius, per ſe talem eam eſſe manifeſtarunt, officium exercere, & non niſi vtilia concurrenti eorum ſermonibus populo ad vitiorum extirpationem, virtutum laudem, animarum denique ſalutem fidelium, meditanda & perficienda debere aſſumere: multa tamen & varia contra inſtitutiones & exempla, quæ diximus, quandoque etiam ſcandaloſa populis prædicare, quod mentem certè noſtram mirum in modum commouit, dum nobiſcum ipſi mente voluimus, quòd illi officiꝫ immemores ſui, in ſuis ſermonibus non ad vtilitatem audientium, ſed ad ſuam potius oſtentationem laborantes, vanis quorundam auribus blandiuntur, qui ad hoc iam deueniſſe apparent, vt verificetur dictum apoſtoli, ad Timothæum ita ſcribentis: Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacernabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur: quorum falſas & inanes mentes, prædicantes ipſi præfati, non modo in rectam verámque viam reducere minimè ſtudent, ſed illas maioribus etiam erroribus implicant, dum ſine vlla canonum atteſtatione, vel reuerentia, immo contra ipſas canonicas ſanctiones, ſacræ ſcripturæ ſenſum multifariam peruertentes, temeréque ac perperam plerunque interpretantes, contra veritatem prædicare, terroréſque ac minas, multáque mala propediem affutura, iámque ingruentia, nulla prorſus legitima ratione muniti, ſed ſuo duntaxat ſenſui obſequentes comminantur, repreſentant, adeſſéque aſſeuerant, plerunque etiam vana quædam & inania, & alia huiuſmodi populis ingerere, & (quod enormius eſt) ab æternitatis lumine, & ſancti ſpiritus admonitione, aut infuſione, illi ſe habere aſſerere audent.

Vtiliſſimum Eccleſiæ munus prædicatio verbi Dei quod Chriſtus & Apoſtoli tam ſerio ſubire voluerunt. Ego (ait Chriſtus Pſal. 2.) conſtitutus ſum Rex ab eo ſupra Syon montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius.

Pagens abuſus ex vitioſa Prædicatorum farragine exortus eſt quem hic deplorat optimus Pontifex, ſunt enim vt probè docet poſt Gregorium Alphonſus à Caſtro quidam qui in fidei Chriſtianæ diſpendium audēt de rebus ſacris cōciones habere quas ridiculè interpretātur & effronti temeritate multa mi-nantur, Prophetias etiam cum fidei periculo pro inſcitia traducunt.

dent. Cúmque ij ſub confictorum miraculorum mendaciis, varios errores fraudéſque diſſeminant, denique populos, quos in Euangelica doctrina ſeduló inſtruere, & in vera fide retinere & confirmare deberent, ſermones ſuos à ſenſu & præceptis vniuerſalis Eccleſiæ retrahentes à ſacriſque conſtitutionibus, quas maximè ſequi deberent, deuiantes, auditores ſuos amouent, ac longè faciunt à ſalute. Per hæc namque & alia huiuſmodi ſimpliciores homines, vt ad deceptionem procliuiores, à via ſalutis & obedientia Romanæ Eccleſiæ deuiantes, in errores varios perfacilè inducuntur. Propterea Gregorius huius muneris peritiſſimus, & feruore charitatis incenſus, prædicatores vehementer hortatur & monet vt dicturi ad populum, prudentes cautíque accedant, ne dicendi impetu rapti, ſperare virtuti compagem inſipienter diſcindant. Sæpè namque verborum effectus amittitur, cum loquacitate importuna, vel incauta, audientium corda leuigantur. Etſi in nullo alio rudem ij plebem maiori damno ſcandalóque afficiunt, quàm cum vel tacenda prædicant, vel & inutilia docendo, eam in errorem inducunt. Quę quoniam huic ſacræ religioni diuinitus inſtitutæ, vt noua & aliena, omnino contraria eſſe noſcuntur graui certè accuratóque ſunt examine digna, ne ſcandalum populo Chriſtiano, & ſuorum auctorum, ac aliorum animabus interitum pariant. Nos igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ (cui diſponente Domino præſidemus, quæ quidem vna eſt, & vnum Deum prædicat, colit, ac vnam fidem firmiter & ſincere confitetur, iuxta illud Prophetæ vaticinium, Qui habitare facit vnius moris in domo) vniformitatem, quantum cum Deo poſſumus, poſthabitam reducere, & retentam conſeruare, quique populo verbum Dei prædicant, tales eſſe cupientes, vt eorum prędicatione, Dei eccleſia nullum ſcandalum patiatur, & ſi qui corrigibiles ſunt, ab his, quę proximis noſtriſque temporibus præſumpſerunt, cum nonnullos eorum, præter illa quæ diximus, prędicationibus non viam amplius Domini in virtute docentes, non Euangelium (vt deberent) explanantes, ſed conficta miracula, & noua ac falſa vaticinia, aliáque leuia & ab anilibus fabulis parum diſtantia, magnúmque ſcandalum parientia, nulla deuotionis & auctoritatis, eiúſque improbantis, ac repellentis hæc, habita ratione, vaſtis clamoribus imprimere, ac ſuadere vbique conātes, & ne Pontificali quidem dignitate fulgentibus, & aliis Eccleſiæ prælatis parcentes quibus potius honorem, ac reuerentiam exhibere deberent, ſed in eorum perſonas, ac ſtatum audacter ac temerè inuehi conſueuiſſe, & alia huiuſmodi commiſiſſe conſtat, in futurum abſtineant, vt tam periculoſum contagioſúmque malum, ac mortifera peſtis radicitus euellatur, & areſactum ita penitus deleatur, vt nec memoria eius remaneat: ſacro approbante Concilio ſtatuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus ſecularis, quàm cuiuſcunque etiam mendicantium ordinis regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi, tam de iure quàm de conſuetudine, vel priuilegio aut aliàs pertinet, ad huiuſmodi officium exercendum admittatur, niſi prius per ſuperiorem ſuum reſpectiuè diligenter examinatus, (in qua re conſcientiam ipſius ſuperioris oneramus) ac morum honeſtate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitę exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur, & hic, quocunque poſtea prędicaturus acceſſerit, de huiuſmodi examine & idoneitate ſua per literas authenticas, ſeu alias ſui examinatoris approbatoriſque, epiſcopis & aliis locorum ordinariis fidem legitimè faciat. Mandantes omnibus qui hoc onus ſuſtinent, quique in futurum ſuſtinebunt, vt Euangelicam veritatem & ſanctam ſcripturam iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Eccleſia vel vſus diuturnus approbauit, legendóſque hactenus recepit, & in poſterum recipiet, prædicent & explanent: nec quicquam eius proprio ſenſui contrarium aut diſſonum adiiciant, ſed illis ſemper inſiſtant, quę ab ipſius ſacræ ſcripturę verbis, & præfatorum doctorum interpretationibus, ritè & ſanè intellectis non diſcordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichriſti aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel aſſerere nequaquam præſumant, cum veritas dicat, Non eſſe veſtrum noſſe tempora vel momenta, quę pater poſuit in ſua poteſtate: ipſóſque qui hactenus ſimilia aſſerere auſi ſunt, mentitos ac eorum cauſa reliquorum etiam rectè prædicantium auctoritati non modicum detractum fuiſſe conſtet, inhibentes omnibus & ſingulis clericis ſecularibus vel regularibus

Taxat quoſdam quæſtuarios prædicatores, rabulas inſulſiſſimos, qui vt pecuniolas extorqueant lamentantur, fabulas, commentas, falſi miracula enarrāt, quæque verſum ſe vertunt plangēt. Quod hominum genus exitioſiſſimum eſt.

præfatis,

præfatis, cæteriſque cuiuſcunque ſtatus, gradus, & ordinis exiſtant, qui hoc onus aſſument, ne de cætero in ſermonibus ſuis publicis, alia quæque futura ex literis ſacris conſtanter prędicere, nec illa à ſpiritu ſancto vel diuina reuelatione ſe habuiſſe affirmare, & alienas inanéſque diuinationes aſſeuerando, aut alio quocunque modo tractanda aſſumant, ſed ex diuinę vocis præcepto euangelium omni creaturæ cum vitiorum deteſtatione, & virtutum commendatione enucleent & declarent, & pacem ac dilectionem mutuam à redemptore noſtro tantopere commendatam, vbique fauentes, non ſcindant veſtem inconſutilem Chriſti, ſed ab epiſcoporum & prælatorum, ac aliorum ſuperiorum, eorúmque ſtatus ſcandaloſa detractione, quos coram vulgo & laicis non modo incautè, ſed etiam intemperanter reprehendunt & mordent, & ab eis male geſtorum expreſſis quandoque nominibus aperta & manifeſta redargutione abſtineant. Denique conſtitutionem fœlicis recordationis Clementis Papæ V. quę incipit, Religioſi. quàm tenore præſentium innouamus & approbamus, inuiolabiliter ab eis obſeruari debere decernimus, vt hac ratione ad vtilitatem populi prædicantes, & cum Domino lucrifacientes, talentum, quod ab illo acceperant, ſuperlucrari, & eiuſdem gratiam & gloriam conſequi mereantur. Cæterum ſi quibuſdam eorum, Dominus futura quædam in Dei Eccleſia inſpiratione quadam reuelauerit, vt per Amos Prophetam ipſe promittit, & Paulus Apoſtolus prædicatorum princeps, Spiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere, hos aliorum fabuloſorum & mendacium gregi connumerari, vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipſius gratia Spiritus, Ambroſio teſte, ſi incipientibus loqui feruor contradictione ſopitur: & tunc Spiritui ſancto iniuria certè fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti eſt, eo quòd non de facili credendum ſit omni ſpiritui, ſed ſint probandi ſpiritus teſte Apoſtolo, an ex Deo proueniant: volumus, vt lege ordinaria tales aſſertę inſpirationes, antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apoſtolicę ſedis examini reſeruatę intelligantur: Quò ſi ſine morę periculo id fieri non valeret, aut vrgens neceſſitas aliud ſuaderet: tunc eodem ordine ſeruato, ordinario loci notificentur, vt illi adhibitis ſecum tribus aut quatuor doctis & grauibus viris, & huiuſmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt, (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) licentiam concedere poſſint. Si qui autem contra pręmiſſorum aliquod committere, quidquam auſi fuerit, vltra pœnas contra tales à iure ſtatutas, excommunicationis etiam ſententiam, à qua nonniſi à Roman. Pontif. præterquam in mortis articulo conſtituti abſolui poſſint, eos incurrere volumus. Et eorum exemplo alij attentare ſimilia minimè audeant, eis prędicationis etiam officium interdictum eſſe perpetuo decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, ordinationibus, ac priuilegiis & indultis, & literis Apoſtolicis, ordinibus & perſonis prefatis, etiam in mari magno comprehenſis, ac etiam à nobis forſan approbatis, innouatis, vel etiam de nouo conceſſis, quæ quo ad hoc nolumus eis in aliquo ſuffragari. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c: Datæ Romæ in publica ſeſſione, in Lateranen. ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, Anno incarnationis Domini milleſimo quingenteſimo decimo quinto, decimoquarto Cal. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto.

O verè ſanctum (inquit Alphonſus à Caſtro) & generali Concilio dignum decretum quo nihil quo ad hoc Prædicationis munus ritè obeundum poterat cenſeri neceſſariū fuerit prætermiſſum. Præcepit enim vt prædicatores examinētur & quales ſint approbandi declarat, & teſtimonium approbationis dari ſtatuit, vt nullus ſe approbatum eſſe poſſit impune mentiri. Vnum tamen ſolum ab omnibus adhuc deſideratur: & eſt tam ſancti Decreti executio Nō enim ſcio illud vel ſemel fuiſſe executioni mandatum, nec audiui ab aliquo, qui hoc aliquando fieri vidiſſet. Hactenus Alphonſus. lib. 3. de Iuſt. hæreſ. punit. c. 3.

VI.

Abrogatio pragmaticæ ſanctionis, & de concordatis inter Sedem Apoſtolicā & regē Franciæ.

Chriſtianus Gallorū rex præclaro titulo de fide Catholica de republica Chriſtiana & de ſede Apoſtolica bene meritis inſignitur.

LEO Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Sacro approbante Concilio Diuina diſponente clementia, per quam Reges regnant, & Principes imperant.

IN eminenti Apoſtolatus ſpecula, & ſuper gentes & regna, meritis licet imparibus, conſtituti, animo reuoluentes, quod etſi ea quæ pro ſalubri, & quieto regimine regnorum, & ad pacem & iuſtitiam populorum, perpetua eorundem Regnorum ſtabilitate, Regibus præſertim de fide catholica, & de republica Chriſtiana, & Apoſtolica ſede benemeritis, laudabili, & prouida noſtra ordinatione cum Venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus conceſſa, ac ad effectum hu-

iuſmodi

Concordata iſta data ſunt iure priuilegij regi & regno per viam cõtractus.

iuſmodi geſta, ſtatuta, ordinata, decreta, fa ctáve ſunt, plenam roboris obtineat firmitatem, illis nihilominus interdum ſacro approbante Concilio noſtræ innouationis,& approbationis robur adijcimus, vt eo firmiùs illibata perdurent, quo ſæpius erunt noſtra auctoritate, ac etiam generalis Concilij præſidio communita, efficacémque operam circa eorundem conſeruationem libenter adhibemus, vt Reges & ipſorum Regnorum perſonę, conceſſionibus, priuilegia, ſtatutis, & ordinationibus huiuſmodi in domino plenè gaudentes, in pacis & tranquillitatis, ac amœnitatis dulcedine conquieſcant, & in eorum ſolita erga eandem ſedem deuotione feruentiùs perſeuerent. Nuper ſiquidem vt eccleſia ſponſa noſtra in ſancta vnione conſeruaretur, & per Chriſtifideles ſacris Canonibus à Romanis Pontificibus, & ſacris generalibus Concilijs duntaxat æditis vterentur, quaſdam Conſtitutiones, quas de cætero loco Pragmaticæ ſanctionis, & contentorum in ea, in regno Franciæ pro bono pacis, & concordię, ac illius communi, & publica vtilitate cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Franciſco Francorum Rege Chriſtianiſſimo, dum Bononię cum noſtra Curia eſſemus, tractatas, & cum eiſdem fratribus noſtris diligenter examinatas, & de eorum concilio cum præfato Rege concordatas, & per ipſius Regis legitimum procuratorem acceptatas, de eorundem fratrum conſilio, & vnanimi conſenſu ſtatuimus, & ordinamus, prout in noſtris literis deſuper confectis plenius continetur: quarum tenor ſequitur, & eſt talis. ¶LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Primitiua illa Eccleſia in angulari Petra à Saluatore noſtro Ieſu Chriſto fundata, Apoſtolorum præconiis elata, Martyrúmque ſanguine conſecrata, & aucta, vbi primum, iuuante domino, per orbem terrarum lacertos mouere cœpit, prouide attendens quantum oneris humeris impoſitum haberet, quot oues paſcere, quot cuſtodire, ad quot etiam remotiſſima loca oculos intendere oporteret, diuino quodam conſilio parochias inſtituit, diœceſes diſtinxit, Epiſcopos creauit, & Metropolitanas perfecit, vt tanquam membra capiti obſequentia, cuncta ſecundùm eius voluntatem ſalubriter in domino gubernarent, & tanquam riuuli à perenni fonte, Romana videlicet Eccleſia, deriuantes, ne angulum quidem dominici agri irrigatum dimitterent. Vnde ſicut alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri ſuo tempore omni ſtudio curarunt, vt dicta Eccleſia vniretur, & in ſancta vnione ſine ruga, & macula conſeruaretur, & omnes vepres ab eadem Eccleſia abolerentur, cui proprium eſt diuina opitulante gratia virtutes colere, & vitia radicitus extirpare: ita & nos tempore noſtro, & præſenti durante Concilio ea facere, & curare debemus, quę vnioni, & conſeruationi eiuſdem Eccleſiæ conducere videtur. Ea propter omnes ſpinas quę vnioni huiuſmodi obſiſtunt, & ſegetem domini pullulare non ſinunt, tollere prorſus & extirpare, ac virtutes in vinea domini inſerere ſatagimus. Sane inter arcana mentis noſtrę reuoluentes quot tractatus inter pię memorię Pium II. Sixtum IIII. Innocentium VIII. Alexandrum VI. & Iulium II. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & claræ memorię Reges Francię Chriſtianiſſimos ſuper abrogatione certæ conſtitutionis in dicto Regno Francię vigentis, quę Pragmatica vocatur, habiti fuerunt: & licet Pius II. præfatus Nunciis ad clarę memorię Ludouicum XI. Franciæ Regem Chriſtianiſſimum deſtinatis, tantis eiſdem perſuaſerit rationibus, vt Rex ipſe Pragmaticam ſanctionem huiuſmodi, tanquam in ſeditione & ſchiſmatis tempore natam, ſuis patentibus literis abrogauerit, tamen huiuſmodi abrogatio, nec etiam literę Apoſtolicę præfati Sixti ſuper concordata cum Oratoribus præfati Regis Ludouici ad præfatum Sixtum prædeceſſorem deſtinatis habita expeditę per Prælatos & perſonas eccleſiaſticas dicti Regni receptæ non fuerunt, nec ipſi Prælati, & perſonę Eccleſiaſticę illis parere, nec monitis Innocentij, & Iulij prædictorum aures præbere, ſed eidem Pragmaticę conſtitutioni inhærere voluerunt. Vnde præfatus Iulius prædeceſſor in præſenti Concilio Lateranenſi vniuerſalem Eccleſiam repræſentante per eum legitimè indicto abrogationis Pragmaticæ ſanctionis huiuſmodi negotium, & illius diſcutionem venerabilium fratrum ſuorum Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, & aliorum Prælatorum congregationibus, relationémque diſcuſſorum ſibi, & eiſdem Concilio faciendam commiſit, Gallicóſque Prælatos, Capitula eccleſiarum, & Monaſteriorũ Conuentus,

Publicam vtilitatem cõcordata reſpiciunt, & ideo omnibus numero approbata videntur eſſe quæ vtilitati rerum conſentanea ſunt. l. ſi remunerãdi. §. fin. ff. manda.

Pij 2. tẽporibus pragmatica ſanctio abrogata eſt vt diximus ſuperius fo. 128. quod liquet ex Epiſtola Ludouici X. deinde ſub Sixto quædã tractata ſunt concordata quæ nihil potuerunt apud plebem in regno Galliæ & ideo irrita, cum ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant quã quod iudicio populi ſunt receptæ. l. de quibus cauſis ff. de legib. ſenatus. conſ. Rebuff. in hunc locum.

tus

ac Parlamenta, & laicos illis fauentes, cuiuſcunque dignitatis, etiam ſi Regalis exiſterent, ſanctione prædicta vtentes, ſeu illam approbantes, omnéſque & ſingulos alios ſua communiter vel diuiſim intereſſe putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus non pateret acceſſus, in certis eccleſiis tunc expreſſis affigendum moneri, & citari infrà certum competentem terminum præfigendum ad comparendum coram eo in Concilio præfato, cauſáſque dicendum quare ſanctio præfata in concernentibus auctoritatem, dignitatem, & vnitatem Eccleſiæ Romanæ, & Apoſtolicæ ſedis, ſacrorúmque canonum, & Eccleſiaſticæ libertatis violationem, nulla & inualida declarari, decerni, & abrogari non deberet. Et cum ſuper iis in forma iuris in pręfato Concilio Lateranenſi procederetur, dictúſque Iulius prædeceſſor, ſicut domino placuit, rebus fuiſſet humanis exemptus, nóſque diuina fauente clementia, ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuiſſemus, & contra Prælatos, Capitula, Conuentus, & perſonas huiuſmodi ad nonnullos actus proceſſiſſemus, tandem conſiderantes pacem eſſe vinculum caritatis, & ſpecialem virtutem qua ſaluamur, dicente domino, Qui biberit aquam quam ego dabo ei bibere, non ſitiet in æternum: & quod in pace conſiſtat ſalus vniuerſorum, Caſſiodoro teſtante, omni quippe Regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas, in qua & populi proficiunt, & vtilitas gentium cuſtoditur, matura deliberatione cognouimus, non per Nuncios, aut Legatos noſtros, ſed in præſtatione obedientiæ filialis, quam chariſſimus in Chriſto filius noſter Franciſcus Francorum Rex Chriſtianiſſimus perſonaliter nobis præſtitit, hæc cum Maieſtate ſua coram diſcutere, eúmque paternis hortari monitis, vt ad laudem Dei, & ſui honorem prompto animo libens, ac volens dictæ Pragmaticæ ſanctioni abrenunciare, & ſecundùm Canones, & conſtitutiones S.R.E. quemadmodum cæteri Chriſtiani viuere, mandatis Apoſtolicis, & prouiſionibus, quæ à ſede Apoſtolica pro tempore emanarent, parere & obedire vellet. Et cum ex electionibus, quę in eccleſiis cathedralibus, & Metropolitanis, ac monaſteriis dicti Regni à multis annis citra fiebant, grauia animarum pericula prouenirent, cum pleræque per abuſum ſęcularis poteſtatis nonnullę vero pręcedentibus illicitis & ſimoniacis pactionibus, aliæ particulari amore, & ſanguinis affectione, & non ſine periurij reatu fierent, cum Electores ipſi, etiam ſi ante electionem per eos faciendam magis idoneum, & non eum quem promiſſione, aut datione alicuius rei temporalis, ſeu prece vel precibus per ſe, vel alium interpoſitis electionem procurare didiciſſent, eligere ſpontè iurarent, iuramentum huiuſmodi non ſeruarent, ſed contra proprium huiuſmodi iuramentum, in animæ ſuæ præiudicium, venirent, vt nobis notoriè conſtat ex crebris abſolutionibus & rehabilitationibus à nobis & prædeceſſoribus noſtris petitis & obtentis, idẽ Franciſcus Rex noſtris paternis monitis tanquam verus obedientiæ filius parere volens, tam pro bono obedientiæ in qua magnum meritum vere conſiſtit, quam pro communi, & publica Regni ſui vtilitate, in locum dictæ Pragmaticæ ſanctionis, ac ſingulorum capitulorum in ea contentorum conſtitutiones infraſcriptas inuicem tractatas, & cum fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus diligenter examinatas, & de eorum conſilio cum præfato Rege concordatas per dilectum filium Rogerium Barne Regni Aduocatum, Oratorem ſuum, ad hoc ab eodem Franciſco Rege ad nos deſtinatum habentem ad hoc ſpeciale & ſufficiens mandatum acceptauit: De eorundem fratrum conſilio, & vnanimi conſenſu, ex certa noſtra ſcientia & poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus quod de cętero perpetuis futuris temporibus loco dictę Pragmaticę conſtitutionis, ac omnium, & ſingulorum capitulorum in ea contentorum, in dicto Regno, Delphinatu, & comitatu Dien. ac Valentinen. infraſcriptę obſeruentur conſtitutiones, videlicet, Quod Cathedralibus, & Metropolitanis eccleſiis in Regno, Delphinatu, & Comitatu prædictis nunc & pro tempore etiam per ceſſionem in manibus noſtris, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium ſponte factam vacantibus illarum Capitula, et Canonici ad electionem ſeu poſtulationem inibi futuri Prælati procedere non poſſint, ſed illarum occurrente huiuſmodi vacatione, Rex Francię pro tempore exiſtens vnum grauem Magiſtrum, ſeu Licentiatum in Theologia, aut in vtroque, ſeu altero iurium Doctorem, aut Licentiatum in vniuerſitate

Reges & Principes obedire debent ſedi Apoſtolicæ ne peccatũ paganitatis incurrant. c. ſi qui presbyteri. diſt. 81.

Electionũ multiplices abuſus vel ſiunt laicorum conſenſu, vel Principum ſæcularium conſilio, vel Simoniaca via aut illicitis pactis.

Ad prælaturam vacantem vnus poterit regio placito nominari. text. in c. 1. 26. diſtinct. & ca. licet Vniuerſis. de teſtibus l. ſi ita relictum. in princip. ff. de legatis 2. quia Epiſcopatus, vnius & non duorum eſſe debet c. tum non ignores. de præbend.

famoſa,

famoſa.& cum rigore examinis,*& in vigeſimo ſeptimo ſuæ ætatis anno ad minus conſtitutum, & alias idoneum, infra ſex menſes à die vacationis eccleſiarum earundem computandos,nobis,& ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus,ſeu ſedi prædictę nominare,& de perſona per Regem huiuſmodi nominata, per nos & ſucceſſores noſtros,ſeu ſedem prædictam prouideri: & ſi contigeret præfatum Regem perſonam taliter non qualificatam ad dictas eccleſias ſic vacantes nominare,per nos,& ſucceſſores,ſeu ſedem huiuſmodi de perſona ſic nominata eiſdem eccleſiis minimè prouideri debeat, ſed teneatur idem Rex infra tres alios menſes è die recuſationis perſonæ nominatę non qualificatę, ſolicitatori nominationem non qualificatam proſequenti conſiſtorialiter factę intimandæ,computandos, alium ſupradicto modo qualificatum nominare, alioquin vt diſpendioſę eccleſiarum huiuſmodi vacationi celeriter conſulatur,eccleſię tunc ſic vacanti per nos & ſucceſſores noſtros,ſeu ſedem huiuſmodi de perſona,vt præfertur, qualificata,nec non eccleſiis per obitum apud ſedem prædictam vacantibus, ſemper nulla dicti Regis præcedente nominatione,liberè prouideri poſſit:decernentes electiones contra præmiſſa attentatas,ac prouiſiones per nos & ſucceſſores noſtros,ſeu ſedem huiuſmodi factas,nullas & inualidas exiſtere. Conſanguineis* tamē præfati Regis,ac perſonis ſublimibus ex cauſa rationabili & legitima,in nominatione & Apoſtolicis literis exprimenda, necnon religioſis Mendicantibus reformatis, eminentis ſcientiæ & excellentis doctrinæ,qui iuxta ſui ordinis regularia inſtituta ad gradus huiuſmodi aſſumi non poſſunt,ſub prohibitione præmiſſa minimè comprehenſis, ſed de eorum perſonis dictis eccleſiis pro tempore vacantibus, ad dicti Regis nominationem,per nos & ſucceſſores noſtros,ſeu ſedem huiuſmodi liberè prouideri poſſit. Monaſteriis verò,& prioratibus conuentualibus, & vere electiuis, videlicet in quorum electionibus forma capituli. Quapropter, ſeruari & confirmationes electionum huiuſmodi ſolenniter peti conſueuerunt,in Regno Delphinatu & Comitatu huiuſmodi nunc & pro tempore etiam per ſimilem ceſſionem vacantibus, illorum conuentus ad electionem,ſeu poſtulationem Abbatis, ſeu Prioris procedere non poſſint,ſed idem Rex illorum occurrente huiuſmodi vacatione religioſum eiuſdem ordinis in ætate viginti trium annorum ad minus conſtitutum infra ſimile tempus ſex meſium à die vacationis monaſteriorum, & prioratuum huiuſmodi computandorum,nobis & ſucceſſoribus noſtris aut ſedi huiuſmodi nominare,& de perſona per Regem huiuſmodi monaſterio vacanti nominata, per nos & ſucceſſores noſtros,ſeu ſedem huiuſmodi prouideri: Prioratus vero perſonæ ad illum per eundem Regem nominatę conferri debeat. Si vero idem Rex presbyterum ſæcularem,aut religioſum alterius ordinis,aut minorem viginti trium annorum, vel alias inhabilem nobis aut ſucceſſoribus noſtris infrà dictum ſemeſtre,ſeu ſedi huiuſmodi nominaret, talis nominatus recuſari, & nullatenus ſibi prouideri debeat,ſed Rex ipſe infra trimeſtre à die recuſationis ſupra dicto modo intimandę computandos,alium modo ſupradicto qualificatum monaſterio,ſeu prioratui tunc vacanti nominare,& de perſona ad monaſterium nominata illi prouideri: ad prioratum vero nominato prioratus ipſe per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedem prædictam conferri debeat, alioquin dictis nouem menſibus effluxis, nulla ſeu de perſona minus idonea,& modo præmiſſo non qualificata facta nominatione, ac etiam vacantibus apud ſedem prædictam,ſemper,etiam nulla dicti Regis expectata nominatione,per nos,& ſucceſſores noſtros, ſeu ſedem prædictam monaſteriis prouideri: prioratus vero perſonis,vt præfertur qualificatis, duntaxat conferri liberè poſſint. Electiones autem, & illarum confirmationes,necnon prouiſiones per nos,& ſucceſſores noſtros, & ſedem prædictam contra præmiſſa pro tempore factas,nullas irritas,& inanes eſſe decernimus. Per præmiſſa tamen non intendimus in aliquo præiudicari capitulis eccleſiarum, & conuentibus monaſteriorum, & prioratuum,huiuſmodi priuilegia à ſede Apoſtolica proprium eligendi prælatum obtinentibus,quominus ad electionem Epiſcoporum,ac Abbatum,& Priorum iuxta priuilegia eis conceſſa liberè procedere poſſint,iuxta formam in eorum priuilegiis contentam: & ſi in eorum priuilegiis forma aliqua expreſſa non fuerit, tunc formam Concilij generalis, quapropter,ſeruare teneantur: dummodo de priuilegiis

*Titulus hic inſignis eſt qui rude donatis & laurea magiſterij illuſtribus potiſſimum donari ſolet & literis apponi alioquin Laureatus non cenſetur eius qualitatis, multóſque vidi ſibi ipſi exoſos quod talem clauſulam conſequi non meruerint, acie & rigore examinis proſtrati.

*Exceptio perſonarum à qualificatione ſupradicta. Primo cōſanguinei & perſonæ ſublimes nominari poſſunt hac tamen cautela vt plus rationi quā voluntatis aut ſanguinis affectui indulgendum ſit. cle. vna circa princip. de exceſſib prælat. Poteſt tamē cauſa hac præcipua ratione comitari ex vtilitate & neceſſitate regni vt pote quia Epiſcopatus eſt ſitus iuxtà inimicos regis & opus eſt habere hominem potentem hinc nominabuntur conſanguinei Regis. c. offic. de elect. Pan. in c. conſtitutus. 2. de appellat.

legiis ſibi conceſſis huiuſmodi per literas Apoſtolicas,ſeu alias auctenticas ſcriptuas docuerint,omnia alia ſpecie probationis eis in hac adempta. Volumus quoque & ordinamus,quod in Regno, Delphinatu,& Comitatu prædictis de cetero non dentur aliquæ gratiæ expectatiuæ,ac ſpeciales vel generales reſeruationes ad vacatura beneficia,per nos & ſedem prædictam non fiant,& ſi de facto per importunitatem,aut alias à nobis, & ſucceſſoribus noſtris,& ſede prædicta emanauerint, illas irritas & inanes eſſe decernimus. In cathedralibus tamen,Metropolitanis, & collegiatis eccleſiis,in quarum ſtatutis caueretur expreſsè,quod nullus ibidem dignitatem,perſonatum,adminiſtrationem,vel officium obtinere poſſit, niſi in illis actu canonicus ex ſtat. canonicos(ad effectum duntaxat inibi obtinendi dignitatem,perſonatum,adminiſtrationem,vel officium huiuſmodi, & non conſequendum primam præbendam vacaturam creare poſſe intēdimus. ¶ Statuimus inſuper, quod ordinarius collator in vnaquaque cathedrali,ac etiam Metropolitana eccleſia canonicatum & præbendam theologalem inibi conſiſtentes conferre teneatur vni Magiſtro,ſeu Licentiato,aut Baccalario formato in Theologia, qui per decennium in vniuerſitate ſtudij generalis priuilegiata ſtuduerit,ac onus reſidentiæ, lecturæ,& prædicationis actu ſubire voluerit,quique bis, aut ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas,impedimento ceſſante legitimo, legere debeat,& quotiens ipſum in huiuſmodi lectura deficere contigerit,ad arbitrium capituli per ſubtractionem diſtributionum totius hebdomadæ puniri poſſit: & ſi reſidentiam deſeruerit,de illis alteri prouideri debeat: & vt liberiùs ſtudio vacare poſſit,etiam ſi abſens fuerit à diuinis,habeatur pro præſēte,ita vt nihil perdat. * ¶ Præfatiq; ordinarij collatores,ſeu patroni eccleſiaſtici quicunque fuerint,vltra dictam præbendam Theologicam,quam vt præfertur qualificato conferre teneantur, tertiam partem omnium dignitatum,perſonatuum,adminiſtrationum,& officiorum, cæterorúmque beneficiorum eccleſiaſticorum ad eorum collationem, prouiſionem, nominationem,præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem quomodolibet ſpectantem viris literatis, graduatis & per vniuerſitates nominatis hoc modo, videlicet primo menſe poſt præſentium acceptationem,& earundem publicationem; præfati ordinarij collatores dignitates perſonatus,adminiſtrationes,& officia ad eorum collationem prouiſionem,nominationem,præſentationem,ſeu quamuis aliam diſpoſitionem(vt præfertur)ſpectantia,graduatis huiuſmodi,qui literas ſuorum graduum cum tempore ſtudij debitè inſinuauerint,conferre teneantur. Beneficia vero quæ in duobus ſequentibus menſibus vacare contigerint, illa iuxtà iuris communis diſpoſitionem perſonis idoneis liberè conferre,ſeu perſonas idoneas ad illa præſentare,beneficia autem quæ in quarto menſe vacare contigerint, viris graduatis per vniuerſitatem nominatis qui gradus,& nominationis literas cum tempore ſtudij debitè inſinuauerint,conferre,ſeu præſentare teneantur. Beneficia vero quę quinto menſe,& ſexto vacare contigerint,ſimili modo perſonis idoneis liberè conferre, ſeu perſonas ad illa pręſentare poſſint. Beneficia autem quę ſeptimo menſe vacare contigerint,graduatis qui ſimili modo literas gradus cum tempore ſtudij debitè inſinuauerint conferre teneantur. Beneficia vero quæ octauo,& nono menſibus vacare contigerint, pari modo perſonis idoneis conferre, ſeu perſonas idoneas ad illa pręſentare teneantur. Beneficia autem quę menſe decimo vacare contigerint,graduatis nominatis qui gradus,& nominationis literas cum tempore ſtudij debitè inſinuauerint,per eoſdem ordinarios conferri, ſeu ipſi ad illa pręſentari debeant. Beneficia autem quę vndecimo & duodecimo menſibus vacare contigerint,per eoſdem ordinarios perſonis idoneis iuxtà iuris communis diſpoſitionē conferri,ſeu ipſi ad illa pręſentari debeant. ¶ Si quis vero cuiuſcunque ſtatus etiam ſi Cardinalatus,Patriarchalis,Archiepiſcopalis,aut Pontificalis, vel alterius cuiuſlibet dignitatis contra prędictum ordinem,& qualificationes ſuperius ordinatas de dignitatibus,perſonatibus,adminiſtrationibus,vel officiis,ſeu quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis huiuſmodi aliter quam modo pręmiſſo diſpoſuerit, diſpoſitiones ipſę ſint ipſo iure nullę, collationeſque,& prouiſiones,ac diſpoſitiones illorum ad immediatum ſuperiorem deuoluantur,qui eiſdem perſonis modo pręmiſſo qualificatis prouidere teneatur,& ſi contrauenerit, ad alium ſuperiorem deuoluatur

Reſeruatio electionum Eccleſiarum habentiū ſpeciale priuilegium eligendi. Itaque ſi capitulum habeat priuilegiū eligendi prælatum de gremio non poterit eligere illum qui eſt extra gremiū quia non fieret iuxtà priuilegiū conceſſum vt hic dicitur. Nempe dictio iuxtà ponitur relatiuè hic vt in l. 1. & ibi Bald. C. de Epiſcopis & Clericis & exponitur pro ſecundum. Cle. ne Romani. § ſane de elect. cle ſi iuxtà de præbendis & c. ſi is cui illo tit. in 6.

*Quærit Rebuffus quid agendum ſit ſi nulla præbenda Theologalis conſiſtat & mox ſibi reſpondet, quod debet vna deputari ſimul atque vacauerit arg. c. dilectus in 2. de præbendis. Angel. de Clauas. in ſua ſumm. Ang. in verb. magiſter. § 8. dicit quod iterum debet quilibet Canonicus præbēdatus dare tantū quantū valet vna alia præbenda ſi ſuperſit aliquid arg c. ſi. de his quæ ſunt à maior. part.

c. graue de præbend, c. ex parte & ibi Card. q. 2. de conſtit. ca. ad decorem de Inſtit. extrauag. ad regimen. de prebendis.

deuoluatur prouiſio & præſentatio huiuſmodi gradatim, donec ad ſedem apoſtolicam fiat deuolutio. Præterea volumus quod collatores ordinarij & patroni eccleſiaſtici præfati, qui dignitates, perſonatus adminiſtrationes, & officia, ac beneficia in menſibus graduatis, & nominatis, aſſignatis vacantia, illis graduatis ſimplicibus aut nominatis illa conferre, aut ad illas eos duntaxat præſentare teneantur, qui per tempus competens in vniuerſitate famoſa ſtuduerint, tempus autem competens decennium in magiſtris ſeu licentiatis, aut bacchalaureis in Theologia, Septenniũ vero in doctoribus, ſeu licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicinis. Quinquennium autem in magiſtris, ſeu licentiatis in artibus cum rigore examinis à logicalibus incluſiuè aut in altiori facultate, Sexenniũ autem in bacchalaureis, ſimplicibus in Theologia, Quinquenniũ verò in bacchalaureis iuris canonici, aut ciuilis, in quibus bacchalaureis iuris canonici aut ciuilis, ſi ex vtroque parente nobiles fuerint, triennium eſſe decernimus, præfatique graduati, & nominati Collatoribus ordinariis, ſiue patronis eccleſiaſticis, ſemel ante vacationem beneficij de literis gradus, ſeu nominationis, & de præfato tempore ſtudij per literas patentes vniuerſitatis in qua ſtuduerint, manu ſcribæ, & ſigillo vniuerſitatis ſignatas fidem facere teneantur. Cum verò probatio nobilitatis fieri deberet ad effectum vt nobiles ipſi gaudere poſſint beneficio minoris temporis ſtudij, tunc nobilitas ipſa per quatuor teſtes deponentes in iudicio coram Iudice ordinario loci in quo eſt natus ille de cuius nobilitate ex vtroque parente conſtare debet, etiam in partis abſentia probari poſſit, teneantúrque præfati graduati, tam ſimplices, quam nominati, patronis eccleſiaſticis, aut Collatoribus ordinariis. quibus gradus aut nominationis literas huiuſmodi inſinuare deberent literas ſuorum gradus & nominationis, certificationis temporis ſtudij, & atteſtationis nobilitatis duplicatas dare, ac ſingulis annis tempore Quadrageſimæ per ſe vel procuratorem ſuum Collatoribus, nominatoribus, ſeu patronis eccleſiaſticis aut eorum vicariis, eorum nomina, & cognomina inſinuare, & eo anno quo præfatam inſinuationem facere omiſerint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiuſmodi petere non poſſint, & ſi Collatoribus ordinariis, aut patronis eccleſiaſticis in menſibus deputatis, graduatis ſimplicibus, aut graduatis nominatis non eſſet graduatus, aut nominatus, qui diligentias præfatas, fecerint, collatio, ſeu præſentatio per Collatorem, ſeu patronum eccleſiaſticum etiam eiſdem menſibus facta alteri quam graduato vel nominato nõ propter hoc irrita cenſeatur, ſi tamen graduatus ſimplex aut beneficium poſt inſinuationem gradus aut nominationis in menſibus eis aſſignatis vacans petierit, & inter ſuam inſinuationem, & præfatam requiſitionem non ſuperuenerit Quadrageſima in qua nomen & cognomen inſinuare debuerit, ad beneficium ſic vacans eum capacem, ipſumque illud conſequi poſſe & debere decernimus. ¶Statuimus quoque & ordinamus, quod Collatores ordinarij & patroni eccleſiaſtici præfati inter graduatos qui literas gradus cum tempore ſtudij & atteſtatione nobilitatis debitè inſinuauerint, quo ad beneficia in menſibus eis deputatis vacantia gratificare poſſint illum ex eis quem voluerunt, quo vero ad beneficia in menſibus graduatis, nominatis, deputatis antiquiori nominato conferre, ſeu antiquiorem nominatum qui literas nominationis, temporis ſtudij, & atteſtationis nobilitatis debitè inſinuauerit, præſentare, ſeu nominare teneantur, concurrentibus autem nominatis eiuſdem anni. Doctores licentias, Licentiatos Bacchalariis (demptis Bacchalariis formatis in Theologia, quos fauore ſtudij Theologici Licentiatis in iure Canonico, Ciuili, aut Medicina præferendos eſſe decernimus) Bacchalarios iuris Canonici aut Ciuilis magiſtris in artibus præferri volumus. Concurrentibus autem pluribus, doctoribus in diuerſis facultatibus, doctorem Theologum doctori in iure, doctorem in iure canonico doctori in iure ciuili, doctorem in iure ciuili, doctori in medicina præferendos eſſe decernimus, & idem in licentiatis & Bacchalariis ſeruari debere volumus: & ſi in eiſdem facultate, & gradu concurrerent, ad datam nominationis, ſeu gradus recurrendum eſſe volumus, & ſi in omnibus his concurrerent, tunc collator ordinarius inter eoſdem concurrentes gratificare poſſit. Volumus autem quod nominati literas nominationis ab vniuerſitatibus in quibus ſtuduerint obtinentes in nominationum literis beneficia per eos poſſeſſa, & eorum

Graduatus is recipiẽdus eſt qui in vniuerſitate priuilegiata ſtuduerit, & in ea gradum exceperit, non ſub bullis.

Collationes factæ contra hunc ordinẽ tam pulchrè diſpoſitum nullæ ſunt & poſſunt deuolui ad proximum ſuperiorẽ. Quæ deuolutio eo inuenta eſt ne diu Eccleſiæ remaneant in ſuſpenſo. cap. 2. de conceſſ. præbend.

Data nominationum aſpiciẽda eſt quando nominati Doctores eiuſdem facultatis concurrunt.

eorum verum valorem exprimere teneantur, alioquin literæ nominationis huiuſmodi eo ipſo nullæ ſint & eſſe cenſeantur. Si quisverò ex dictis qualificatis, graduatis ſimplicibus aut nominatis tempore vacationis beneficij in menſibus eis deputatis vacantis duas obtineat præbendas, in Cathedralibus etiam Metropolitan. aut Collegiatis, ſeu dignitatem vel præbendam, vel aliud beneficium ſeu alia beneficia, quorum inſimul vel cuius fructus redditus & prouen. tempore reſidentiæ, & horis diuinis intereſſendo ad ſummam ducentorum florenorum auri de camera aſcenderent, beneficium in vim gradus ſeu nominationis huiuſmodi tunc petere ſeu conſequi non poſſit. Et inſuper quod tam graduati ſimplices nominati, beneficia in menſibus eis aſſignatis vacantia petere & conſequi poſſint ſecundum propriæ perſonæ condecentiam & conformitatem, videlicet ſæculares ſæcularia, & religioſi regularia beneficia eccleſiaſtica, ita quod ſæcularis nominatus beneficia regularia in menſibus deputatis vacantia prætextu cuiuſuis diſpenſationis apoſtolicæ, & è contra religioſus beneficia ſæcularia petere, aut conſequi minime poſſint. Quódque beneficia ſimpliciter vel ex cauſa permutationis in menſibus graduatis ſimplicibus, & nominatis aſſignatis vacantia eis non ſint affecta, nec debita, ſed ex cauſa permutationis cum permutantibus duntaxat, ſimpliciter verò vacantia beneficia huiuſmodi perſonis idoneis per ipſos ordinario libere conferri poſſint. ¶ Statuimus quoque quod Parochiales eccleſias in ciuitatibus, aut villis muratis exiſten. non niſi perſonis modo præmiſſo qualificatis, aut ſaltem qui per tres annos in Theologia vel altero iurium ſtuduerint, ſeu magiſtris in artibus qui in aliqua vniuerſitate priuilegiata ſtudentes magiſterij gradum adepti fuerint, conferantur. Monemus autem præfati regni vniuerſitates* ſub pœna priuationis omnium & ſingulorum priuilegiorum à nobis & ſede apoſtolica obtentorum, ne Collatoribus ſeu patronis eccleſiaſticis habeant aliquos nominare, niſi eos qui ſecundum præfata tempora ſtuduerint, & ſecundum dictarum vniuerſitatum ſtatuta ad gradus & non per ſaltum prouecti fuerint. Quod ſi ſecus fecerint, vltra nullitatis pœnam quam in præfatarum nominationum literis declaramus, vniuerſitates ipſas nominandi priuilegium ad tempus ſecundum culpæ qualitatem ſuſpendemus. Si quis autem graduatorum aut nominatorum in menſibus deputatis Collatoribus ordinariis aut perſonis eccleſiaſticis beneficium vacans in vim gradus aut nominationis petierit, & Collatorem ordinarium in vim præfati gradus aut nominationis in proceſſu poſuerit, & aliter moleſtauerit, illum vltra expenſarum damnorum & intereſſe condemnationem à fructibus ſui gradus & nominationis priuandum eſſe decernimus, eodémque vinculo collatores ordinarios & patronos eccleſiaſticos quibus graduati & nominati debitè vt ſupra qualificati ſuos gradus & nominationis literas inſinuauerint, aſtringimus vt beneficia ad eorum collationem vel præſentationem ſpectantia in menſibus graduatorum ſimplicium & nominatorum vacantia ſtantibus præfatis graduatis aut nominatis debitè qualificatis illa proſequentibus, aliis quam graduatis aut nominatis conferant, ſub pœna ſuſpenſionis poteſtatis conferẽdi beneficia in octo menſibus illo anno ad collationem eorum ac præſentationem liberam ſpectantibus. ¶Statuimus quoque & ordinamus, quod quilibet Rom. Pont ſemel duntaxat tempore ſui Pontificatus literas in forma mandati iuxtà formam inferius annotatam, & non vltra dare poſſit hoc modo videlicet, vnum Collatorem habentem collationem decem beneficiorum in vno habentem autem Collationem quinquaginta beneficiorum & vltra, in duobus beneficiis duntaxat grauare poſſit, ita tamen quod in eadem eccleſia Cathedrali, vel Collegiata Collatorem vnum pro tempore in duabus præben. non grauet. Et vt obuietur litibus quæ occaſione literarum mandatorum huiuſmodi oriri poſſent, mandata huiuſmodi ſub forma quæ eſt inferius annotata dari volumus, quam ad perpetuam rei memoriam in Cancellaria apoſtolica publicari, & in illius quinterno regiſtrari mandamus, Declarantes, proſequentes huiuſmodi mandata quo ad beneficia ſub illis comprehenſa ordinariis Collatoribus & graduatis, ſimplicibus & nominatis præferendos, Nóſque & ſucceſſores noſtros iure præuentionis, dignitates, perſonatus adminiſtrationes, & officia, cæteráque beneficia eccleſiaſtica, ſæcularia, & quorumuis ordinum regularia, quæcunque, & quomodocunque qualificata,

Præbendarum pluralitas hic excluditur. Sed ſi nominatus nõ habeat duas præbendas quæ non aſcendant ad ſummam hic taxatam, poterit adhuc nominationibus vti.

Collatio Eccleſiarum Parrochialium de locis hic enarratis fieri debet perſonis qualificatis omnibus qualitatibus ſuperiùs traditis.

** Hinc patet quod vniuerſitatibus tãtũ regni hæc priuilegia cõſtituta ſint, & ſic qui ſtudet vt (inquit Rebuffus) & ſumit gradum in alia vniuerſitate extra regnum non habetur pro graduato quo ad hæc priuilegia data graduatis regni ſecus quo ad priuilegia Iuris quæ tradit Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. C. de dignitat. ad Bart. 1 C. de dignitat. lib. 12.*

Poteſtas Papæ in dandis literis ſub forma mandati.

qualificata,tam in menſibus graduatis,ſimplicibus & nominatis , quam ordinariis Collatoribus præfatis aſſignatis vacantia,ac etiam ſub dictis mandatis comprehenſa liberè conferre. ¶Statuimus inſuper quod in prouiſionibus quas perſonis quibuſuis de beneficiis vacantibus , ſeu certo modo vacaturis per nos & ſucceſſores noſtros,ac ſedem prædictam , etiam motu proprio , etiam promotis ad eccleſias Cathedrales,& Metropolitan.ac Monaſteria vt obtenta per eos beneficia retinere poſſint fieri contigerit,illorũ reditus annuus per florenos aut ducat.auri de camera,aut Torronen.ſeu alterius monetæ valor ſecundùm communem extimationem exprimi debeat,alioquin gratiæ ipſæ ſint ipſo iure nullæ ¶Statuimus quoque & ordinamus,quod in Regno,Delphinatu,& Comitatu prædictis omnes & ſingulæ cauſæ exceptis maioribus in iure expreſſæ denominatis , apud illos Iudices in partibus,qui de iure aut conſuetudine præſcripta,vel priuilegio illarum cognitionem habent,terminari & fieri debeant. Et ne ſub vmbra appellationum quæ nimium & nonnunquam friuolæ interponi conſueuerunt, atque etiam in eadem inſtantia ad prorogationem litium ſæpe multipliciter iniuſtis vexationibus materia præbeatur,Volumus quod ſi quis offenſus coram ſuo Iudice iuſtitiæ complementum habere non poſſit, ad immediatum ſuperiorem , etiam ad nos & ſucceſſores noſtros,vel ſedem prędictam omiſſo medio,nec à grauamine in quacunque inſtantia ante diffinitiuam ſententiam quomodolibet appelletur,niſi forſitan tale grauamen extiterit,quod in diffinitiua reparari nequiret, & eo caſu non niſi ad immediatum ſuperiorem liceat appellari. Si qui verò immediate ſubiectus ſedi apoſtolicæ ad eandem ſedem duxerit appellandum,cauſa committatur in partibus per reſcriptum vſque ad ſinem litis , videlicet vſque ad tertiam ſententiam conformem incluſiuè,ſi ab illis appellari contigerit , niſi propter defectum denegatæ iuſtitiæ, aut iuſtum metum,& tunc committi debeat in partibus conuicinis , & cauſarum expreſſione quę etiam de illis etiam legitimè alias quam per iuramentum coram iudicibus à ſede apoſtolica deputandis conſtare debeat , Proceſſus autem contra pręmiſſa attentatos nullos,& irritos eſſe volumus,ac reſcripta contra pręmiſſa impetrantes,in expenſis,damnis & intereſſe condemnari debere decernimus , atque declaramus,Sanctę vero Romanę Eccleſię Cardinales*qui pro vniuerſali eccleſia continuè laborant , necnon dictę ſedis officiales officia ſua actu exercentes , ſub pręſenti decreto non intendimus comprehendi ¶Statuimus etiam & ordinamus, quod Iudices cauſas quę in partibus terminari debent,coram eis pro tempore pendentes ſub pœna excommunicationis,& priuationis beneficiorum per eos obtentorum eo ipſo incurrenda,infra biennium terminare debeant,pars vero diffugiens, & expeditionem ipſius cauſę malitiosè impediens grauiſſimè per eoſdem Iudices mulctetur,etiam vſque ad priuationem iuris in huiuſmodi proceſſu prętenſi , ſi eis viſum fuerit,ſuper quo eorum conſcientias oneramus,ab interlocutoriis autem ſecundo,à diffinitiuis verò tertio duntaxat prouocare licere decernimus. Volumuſque ſecundam ſententiam interlocutoriam conformem , & tertiam diffinitiuam etiam conformen omni mora ceſſante executioni debitę demandari debere , quacunque appellatione interpoſita non obſtante. ¶Statuimus quoque quod quicunque,dummodo non ſit violentus,ſed habens coloratum titulum pacificè & ſine lite prelaturam,dignitatem,perſonatum,adminiſtrationem, vel officium ſeu quodcunque beneficium eccleſiaſticum triennio proximo hactenus poſſidet , vel pro tempore poſſidebit in petitorio vel poſſeſſorio à quoquam etiam ratione iuris nouiter reperti moleſtari nequeat,pręterquam pretextu hoſtilitatis,aut alterius legitimi impedimenti,de quo proteſtari & illud iuxtà Concilium Viennen. intimari debeat:lis autem hoc caſu quo ad futuras controuerſias intelligatur,ſi ad executionem citationis , iuriſque ſui in iudicio exhibitionem , aut terminorum omnium obſeruationem proceſſum fuerit.Monemus etiam ordinarios vt diligenter inquirant,ne qui ſine titulo beneficium poſſideat,& ſi quem beneficium ſine titulo poſſidere repererint,declarent illi ius non competere cuiuſuis temporis detentione nõ obſtante:de ipſóque beneficio poſſit illi(dummodo non ſit intruſus,vel violentus, aut alias indignus)vel alteri idoneo prouideri. Et inſuper ſtatuimus,quòd quicunque clericus cuiuſcunque conditionis,ſtatus,religionis,dignitatis , etiam ſi Pontificalis,

Hic Põtifex vult exprimi rerum valorem etiam per promotos ad Eccleſias Cathedrales vel metropolitanas,nã per electionem, cõfirmationẽ & conſecrationem vel poſt lapſum tempus de conſecrandis, vacãt beneficia quæ quis habentur ante Epiſcopatum vel Archiepiſcopatum.c. cũ in cũctis.§. cum verò de elect.

**Excipit Cardinales videlicet vt cauſæ Cardinalium Romæ tractari poſſint & non debeant in partibus committi. Intellige, quando Romæ reſiderent,alioqui haberet locũ iſte textus & multò fortius cõtra eos ratione denegatæ Iuſtitiæ quia cum ſint potentes in ſuis Epiſcopatibus cauſa ſubditorum cõtra eos tractari non debet in Epiſcopatibus,ſed in locis circumuicinis & ſi impetretur reſcriptũ, ſolet ad ſenatum appellari tanquam ab abuſu & dabũtur Iudices in Epiſcopatu proximo & hoc iuſtum eſt*

ficalis,vel alterius præeminentię fuerit , qui poſt habitam præſentium notitiam, quam habere præſumatur poſt duos menſes poſt earundem præſentium publicationem in eccleſiis cathedralibus factam,quam ipſi diœceſani omninò facere teneantur,poſtquam præſentes ad eorum notitiam peruenerint , publicus concubinarius à perceptione fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpectus,quos ſuus ſuperior in fabricam,vel aliam euidentem eccleſiarum vtilitatem,ex quibus ij fructus percipiuntur,conuertat:necnon huiuſmodi publicum concubinarium,vt primum talem eſſe nouerit,mox ſuus ſuperior monere teneatur,vt infra breuiſſimum terminum concubinam dimittat,& ſi illam non dimiſerit,vel dimiſſam ſeu aliam publicè reſumpſerit,iubemus vt ipſum omnibus ſuis beneficiis omninò priuet.Et nihilominus ij publici concubinarij vſque quo cum eis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtámque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum,ad ſuſceptionem quorumcunque honorum,dignitatum beneficiorum,officiorúmve ſint inhabiles:qui ſi poſt diſpenſationem reſiduo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prędicta prorſus inhabiles exiſtant: quodque ſi hij ad quos talium correctio pertinet,eos,vt prędictum eſt,punire neglexerint,eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu,quam illos pro concubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant.In Conciliis etiam prouincialibus,& ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes , vel de hoc crimine diffamatos , etiam per ſuſpenſionem à collatione beneficiorum vel , alia condigna pœna ſeueriter procedatur:& ſi ij quorum deſtitutio ad nos,& ſedem prædictam ſpectat,per concilia prouincialia,aut ſuos ſuperiores propter concubinatum publicum reperiantur priuatione digni,ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ad nos deferantur , eadem diligentia,& inquiſitio in quibuſcunque generalibus capitulis, etiam prouincialibus quoad eos ſeruetur,pœnis aliis contra prędictos,& alios publicos concubinarios iure ſtatutis,in ſuo robore permanſuris.Publici autem intelligendi ſunt nõ ſolum ij quorum concubinatus per ſententiam,aut confeſſionem in iure factam, ſeu per rei euidentiam,quę nulla poſſit tergiuerſatione celari,notorium eſt,ſed etiam qui mulierem de incontinentia ſuſpectam,& diffamatã tenent &per ſuum ſuperiorem admoniti ipſam cum affectu nõ dimittunt.Quia verò in quibuſdam regionibus nonnulli iuriſdictionem eccleſiaſticam habentes pecuniarios quæſtus à concubinariis percipere non erubeſcunt,patientes eos in tali fœditate ſordeſcere,ſub pœna maledictionis æternæ præcipimus,ne deinceps ſub pacto,compoſitione,aut ſpe alterius quæſtus,talia quouiſmodo tolerent,aut diſſimulent,alioquin vltra pręmiſſam negligentiæ pœnam duplum eius quod propterea acceperint,reſtituere, & ad pios vſus omninò conuertere teneantur & compellantur. Ipſas autem concubinas, aut ſuſpectas Prelati omnibus modis curent à ſuis ſubditis per auxilium,& brachij ſæcularis inuocationem ſi opus fuerit penitus arcere,qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos apud patres ſuos cohabitare non permittant. Iubemus inſuper quod in prædictis ſynodis,& capitulis præmiſſa publicentur,& vt quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum concubinarum dimiſſionem moneant diligenter iniungimus. Præterea omnibus ſæcularibus viris,etiam ſi Regali præfulgeant dignitate , ne vllum qualecunque inferant impedimentum , quocunque quæſito colore Prælatis, qui ratione officij ſui aduerſus ſubditos ſuos pro huiuſmodi concubinatu , & aliis caſibus ſibi à iure permiſſis procedunt.Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum,ſit & ſub pœna peccati mortalis neceſſarium euitandum, monemus omnes laicos,tam vxoratos,quam ſolutos , vt ſimiliter à concubinatu abſtineant:nimis enim reprehenſibilis eſt qui vxorem habet , & ad aliam vxorem , ſeu mulierem accedit:qui vero ſolutus eſt,ſi continere nolit,iuxtà Apoſtoli conſilium vxorem ducat:pro huiuſmodi autem diuini obſeruantia præcepti, hi ad quos pertinet tam ſalutaribus monitis , quam aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent. ¶Statuimus inſuper quod ad euitandum ſcandala & multa pericula , ſubueniendúmque conſcientiis timoratis,quod nemo deinceps à communicatione alicuius in ſacramentorum adminiſtratione , & receptione , aut aliis quibuſcunque diuinis, vel etiam prætextu cuiuſcunque ſententiæ,aut cenſuræ eccleſiaſticæ,ſuſpenſionis

Concubinarij à perceptione fructuum ſuorum beneficiorũ ſunt ſuſpenſi trium menſium ſpacio & ſi interim cõcubinam nõ dimiſerint, vel aliũ aſſumpſerint ſunt ſuis omnibus priuandi beneficiis & inhabiles ad omnes honores, dignitates officia & beneficia Eccleſiaſtica,ſine diſpenſatione ſuperiorũ quæ non poterit illis impartiri ſi vomitu recidiuo ad concubinatum redierint.

A concubinatu pariter abſtinere debent laici, tales enim iure ipſo ſunt infames nam non licet habere duas vxores ſimul l. eum qui duas. C. ad l. Iul. de adult. ſolebántque olim fuſtibus cædi. Hodie pœna vltimi ſupplicij plectuntur , ratione raptus, & violati matrimonij,quia plus videtur peccare qui velamine matrimonij peccat & cle.facit. arg. l. 1. C. de malef.l.f.ff. de ritu nupt.

ſpenſionis,aut prohibitionis ab homine,vel à iure generaliter promulgatæ,teneantur abſtinere,vel aliquem vitare,vel interdictum eccleſiaſticum obſeruare,niſi ſententia prohibitio,ſuſpenſio,vel cenſura huiuſmodi fuerit vel contra perſonam,collegiatã,vniuerſitatem eccleſiaſticam,aut locum certum,aut certam à iudice publicata,& denunciata ſpecialiter,& expreſsè, aut ſi notoriè in excommunicationis ſententiam conſiſterit incidiſſe,quod nulla poſſit tergiuerſatione celari,aut aliquo iuris ſuffragio excuſari,cum à communione illius abſtinere volumus,iuxtà canonicas ſanctiones.Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos,ſuſpenſos, interdictos,ſeu prohibitos non intendimus in aliquo releuare,nec eis quomodolibet ſuffragari. Et quoniam ex indiſcreta interdictorum promulgatione multa conſueuerunt ſcandala euenire ſtatuimus quod nulla ciuitas oppidum,caſtrum,villa aut locus eccleſiaſtico ſupponi poſſit interdicto,niſi ex cauſa, ſiue culpa ipſorum locorum,aut domini,ſeu rectoris,vel officialium:propter culpam autem,ſeu cauſam alterius cuiuſcunque priuatæ perſonæ huiuſmodi loca interdici nequaquam poſſint,auctoritate quacunque ordinaria, vel delegata, niſi talis perſona prius fuerit excommunicata,ac denuciata,ſeu in Eccleſia publicata,aut domini, ſeu rectores, vel officiales ipſorum locorum auctoritate iudicis requiſiti,huiuſmodi perſonam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad ſatiſfaciendum compulerint,qua etiam poſt biduum eiecta recedente, vel ſatisfaciente, mox ad diuina reſumi poſſint,quod etiam in pendentibus locum habere decernimus.Necnon Conſtitutionem de eorundem fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio æditam,quam cum irritanti decreto ſtatuimus, & decreuimus,& ordinauimus,quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus de ceſſione regiminis,& adminiſtrationis eccleſiarum,& monaſteriorum,facta per eos,qui eccleſiis,& monaſteriis ipſis præerunt,ſeu illa in adminiſtrationem, ſeu commendam, aut vt aliis vnita, aut alias obtinebant, reſignatione aliorum quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum,ſeu ceſſioni iuris in eis, vel ad ea quomodolibet competentis,aut priuationis,vel depoſitionis,aut cenſurarum fulminatione, etiam literis Apoſtolicis à nobis, & ſede Apoſtolica, etiam Motu proprio pro tempore emanatis, quæ in manibus Romani Pontificis factæ dicerentur contentis,etiam ſi ſuper illis narratiuis fundaretur intentio,conſtare,& apparare deberet per publica inſtrumenta vel documenta auctentica. Alioquin tã in iudicio, quam extra illud, narratiuæ, & aſſertiones huiuſmodi in præiudicium tertij minimè ſtari,nec ex illis alicui præiudicium afferri debere, niſi de huiuſmodi narratiua,& aſſertione etiam in literis Apoſtolicis facta altero ex præmiſſis modis doceretur,innouamus,illámque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari mandamus. Et quia ad ſupradictam concordiam cum præfato Franciſco Rege ob illius ſinceram deuotionem erga nos,& ſedem prædictam oſtenſam, cum ad præſtandam nobis reuerentiam, & filialem obedientiam ad ciuitatem noſtram Bononiæ perſonaliter acceſſit,conſentimus,illámque inuiolabiliter obſeruari deſideramus,illam veri contractus,& obligationis inter nos,& ſedem Apoſtolicam prædictam ex vna, & præfatum Franciſcum Regem, & Regnum ſuum ex altera partibus,legitimè initi,vim,& robur obtinere,ac illi, & præſentibus in aliqua ſui parte per quaſcunque literas, & gratias per nos, & ſucceſſores noſtros deſuper concedendas derogari,*clauſulámque cum earundem derogatione præſentium latiſſimè extendenda,ac quod eædem præſentes literæ,& earum tenor pro expreſſis habeantur in quibuſuis ſupplicationibus pro tempore ſignatis appoſitam,nihil penitus operari,&illius vigore in literis Apoſtolicis ſuper ipſis ſupplicationibus conficiendis quicquam per quod præſentibus,aut alicui particulæ de contentis in eis derogaretur, ſeu derogari videretur,narrari non poſſit; & ſic per quoſcunque iudices,etiam Commiſſarios,etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores,& præfatæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quibuſuis cauſis ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari,diffiniri,& ſententiam debere,ſublata eis aliter ſententiandi,& diffiniendi omnimoda facultate & auctoritate, necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper iis vel eorum aliquo à quoquam quauis auctoritate etiam per nos & ſucceſſores noſtros præfatos ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,

Bonifacius Papa ſtatuit quod locus nullus pro pecuniario debito interdiceretur ſub Dat. 2. Cal. Iul. Pont. ſui anno 8. ideo Iudices reprehenduntur nimis prompti ad proferẽdas eaſdem ſententias. text.extr. proui de.de ſent.excõ: in com.

**Peſſundari & infirmari vult omnia & ſingula quæcunque contra hæc concordata attentata,vt hac decreti clauſula facilè liquet, quæ contraria omnia diſſoluit in conſtitutione appoſita.c. ad petitionem de accuſat. gl.in clem. 1. de Immunit. Eccle facit.l. 1. ibi. nullius momenti ff de ferijs.text. in §. vltim. in fin. 4. diſt.*

attentari,decernimus. Volumus autem quod ſi præfatus Rex præſentes literas, ac omnia & ſingula in eis contenta,quæ in prima futura Seſſione præſentis Concilij Lateranenſis approbare,& confirmare facere promiſimus, infra ſex menſes à die approbationis,& confirmationis computandos non approbauerit, & ratificauerit, & ea perpetuis futuris temporibus in Regno ſuo, & omnibus aliis locis, & dominiis dicti Regni per omnes Prælatos,& alias etiam eccleſiaſticas perſonas,ac Curias Parlamentorum legi,publicari,iurari,& regiſtrari, ad inſtar aliarum Conſtitutionum Regiarum,& de acceptatione,lectione,publicatione,iuramento,& regiſtratione prædictis intra prædictum tempus per omnium & ſingulorum ſupradictorum patentes literas,aut auctenticas ſcripturas nobis non tranſmiſerit, aut Nuncio noſtro apud ipſum Regem exiſtenti, per eum ad nos deſtinandas non conſignauerit,& deinde ſingulis annis etiam legi, prout aliæ ipſius Franciſci Regis conſtitutiones,& ordinationes,quæ in viri ſunt obſeruantia,obſeruari debent, inuiolabiliter obſeruari cum effectu non fecerit, præſentes literæ, & inde ſecuta quæcunque ſint caſſa,& nulla,nulliúſque roboris, vel momenti. Et cum omnium quę in Regno Delphinatu, & Comitatu prędictis agantur notitiam non habeamus,conſuetudines,ſtatuta,ſeu vſus libertati eccleſiaſticæ, & auctoritati ſedis Apoſtolicæ quomodolibet præiudicantia ſi qua in Regno, Delphinatu,& Comitatu prædictis alias quàm in præmiſſis exiſtant,non intendimus nobis,& eidem ſedi in aliquo præiudicare,ſeu illa tacitè vel expreſſè quomodolibet approbare. Et nihilominus præfato Franciſco, & pro tempore exiſtenti Francorum Regi in virtute obedientię mandamus quatenus per ſe, vel alium,ſeu alios in dignitate eccleſiaſtica conſtitutos præſentes literas,ac omnia,& ſingula in eis contenta,quando & quotiens opus fuerit, publicari, & in ea inuiolabiliter obſeruari faciant. Contradictores cuiuſcunque dignitatis & præeminentiæ fuerint per cenſuras eccleſiaſticas,& pecuniarias pœnas,aliáque iuris & facti quæuis opportuna remedia appellatione qualibet omnino poſtpoſita compeſcendo Non obſtantibus omnibus ſupradictis: aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Hic notat Rebuffus,ſapienter vt omnia,legem aut edictũ quodlibet debere legi recitari & publicari acceptari & regiſtrari in ſenatu, alioqui nõ ligare vt hic & l. cum hi in princ. ibi in ſenatu recitata.ff. de tranſanct. facit.l. lecta in auditorio ſi cert. pet.

In præiudicium libertatis. Et priuilegiũ eccleſiæ, & authoritatis apoſtolicæ ſtatuta qualibet lõgo vſu quantumuis firmata irrita ſunt & nullius valoris Auth. caſſa. C. de ſacris. Eccleſ.

Forma vero ſupradicti mandati Apoſtolici ſequitur,& eſt talis.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Epiſcopo.N dilectis filiis Capitulo ſingulíſque canonicis Eccleſiæ. N. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem Vitę ac morum honeſtas aliáque laudabilia probitatis & virtutum merita ſuper quibus dilectus filius.N.apud nos fide digno commendatur teſtimonio,nos inducunt,vt ſibi reddamur ad gratiam liberales, Hinc eſt quod cupientes vt eidem.N.iuxta illius quæ olim per fel.record.Gregorium Papam VIII. prædeceſſorem noſtrum ad tunc Epiſcopum Nouionen.directa extitit quæ incipit,Mandatum, & aliarum duarum illam immediatè ſequentium decretalium formas de Canonicatu & præbendę,aut dignitate,perſonatu, adminiſtratione, vel officio veſtrę vel alterius Eccleſiæ,aut alio beneficio,cum cura,vel ſine cura, etiam ſi Parochialis Eccleſia,vel eius perpetua vicaria, aut capella, ſiue perpetua capellania ad veſtram collationem,nominationem, ſeu præſentationem, & aliam quamcunque diſpoſitionem prouideri poſſit,Ac volentes præfato N.meritorum ſuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, ipſúmque. N. à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis,& interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione,vel cauſa latis,ſi quibus quomodolibet innódatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes,& abſolutum fore cenſentes,necnon omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura quę præfatus N.etiam ex quibuſuis Apoſtolicis diſpenſationibus obtinet,& expectat,ac in quibus,& ad quæ ius ſibi quomodolibet competit, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque ſint,eorumque fructuum. red. & prouen.veros annuos valores,ac huiuſmodi diſpenſationum tenores præſentibus pro expreſſis habentes,Motu proprio non ad ipſius N. vel alicuius alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de noſtra mera liberalitate diſcretioni

Mandatorum Apoſtolicorũ primum inſtitutorẽ faciunt Hiſtoriæ Alexandrum 3. &c. eamrẽ. de reſcrip quæ ſucceſſores deinde in vſu habuerunt vt tradit Ioan. And. not. in add ad Spec. in rub. de conceſſ præbend. in princip.

Hic diſtinguendus ſtilus Sũmi Pontificis quando enim ſcribit Epiſcopo & alteri nõ Epiſcopo ſolet dicere diſcretioni veſtræ, vt hic probatur & in c. accedẽs. de conuerſion. cõiug. & c accedẽt. de priuileg. ſiue id ſoli Epiſcopo vel Archie piſcopo ſeu Patriarchæ ſcribat tunc ſolet ſcribere. fraternitati tuæ. c ſanè de regula. & cap. ex parte ibidem.

tioni veſtrę per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi vobis pro alio non ſcripſerimus qui ſimile mandatum, aut ſimilem gratiam proſequatur, Canonicatum: & præben. aut dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium veſtræ vel alterius eccleſię, aut aliud beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura, etiam ſi parochialis Eccleſia, vel eius perpetua vicaria, aut capella, vel perpetua capellania fuerit, ad veſtram collationem, prouiſionem, prę́ſentationem, nominationem, ſeu quauis aliam diſpoſitionem pertinens, etiam ſi dignitati, perſonatui, adminiſtrationi, vel officio huiuſmodi cura immineat animarum, dummodo talis dignitas electiua non exiſtat, cum creatione in Canonicum veſtræ vel alterius Eccleſię, etiam ſi in ea ſtatuto, & priuilegio expreſſè caueatur, quod nulli de dignitate, perſonatui, adminiſtratione, vel officio prouideri non poſſit, niſi cum effectu illius Eccleſię Canonicus exiſtat, Canonicatum huiuſmodi Eccleſiæ cum plenitudine iuris Canonici, & non obſtan. de certo Canonicorum numero ad effectum huiuſmodi dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium duntaxat obtinen. & non alias auctoritate Apoſtolica, tenore prę́ſentium conferimus, & de illo etiam prouidemus, ſi quem, quam, vel quod poſt menſem, poſtquam præſentes literæ vobis præſentatę fuerint, extra Rom. Curiam vacare contigerit, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinen. ſuis eidem. N. conferatis, & de illo, aut illa prouideatis, ſeu ipſum ad illum, illam, vel illud præſentetis aut nominetis, ipſúmque. N. in Canonicum, & in fratrem veſtrę vel alterius Eccleſię ad effectum tantum obtinendi dignitatem, perſonatum, adminiſtrationémve officium huiuſmodi recipiatis, ſtallum ſibi in choro, & locum in capitulo cum plenitudine iuris canonici aſſignetis, inducentes eundem N. vel procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem Canonicatus & præben aut dignitatis, perſonatus, adminiſtrationis, vel officij huiuſmodi iuriúmque, & pertinen vniuerſorum prædictorum, defendentéſque inductum, ac facien. N. vel pro eo procuratorem prædictum ad præben aut dignitatem, perſonatuum, adminiſtrationem vel officium, ſeu beneficium huiuſmodi, quodcunque fuerit, vt moris eſt admitti, ſibique de illius, vel illorum fructibus, redditibus, prouen. iuribus, & obuentionibus vniuerſis integrè reſponderi. Non obſtantibus de certo canonicorũ numero. vt præfertur, & aliis Conſtitution. bus, & ordinationibus apoſtolicis, ac dictæ veſtrę vel alterius Eccleſiæ iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque, aut ſi vobis ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel prouiſionem alicuius minimè teneamini, quodque de Canonicatibus, & præben. ſeu dignitatibus, perſonatibus adminiſtrationibus, vel officiis veſtræ vel alterius Eccleſię, aut aliis beneficiis Eccleſiaſticis quibuſcunque ad veſtram collationem, prouiſionem, prę́ſentationem, nomin. : onem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, communiter vel diuiſim pertinen. nulli valeat prouideri per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgen. generali vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus huiuſmodi gratię impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Seu ſi dictus. N. præſens non fuerit ad præſtandum de obſeruan. ſtatutis, & conſuetudinibus veſtræ, vel alterius eccleſiæ ſolitum iuramentum, dummodo in abſentia tua per procuratorem idoneum, & cum ad eccleſiam ipſam acceſſeris, corporaliter illud præſtes Data &c.

Animaduertendum eſt Beneficia vacantia in curia à nemine conferri niſi ab eo qui ſpeciali poteſtate munitus fuerit. c. 2. de præbendis in 6.

Hæc clauſula pleno iure *ſummi eſt ponderis vt docet Guido Pap. in ſuis deciſ. q. 537. Alex. conſ. 208. in 2. vol. & conſil. 162. viſis in fi. in 6. vol. ac conſil 140. viſo. col. 2. in 7. volum. Corn. conſ 305. col. 3. vol. 1. & conſ. 329. col 2. Iaſon. conſ. 128. col. 4. in 4. vol.*

Dilectis filiis. N. & N. ac N. officialibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Hodie cupientes vt dilecto filio. N. Clerico. N. diœc. iuxtà illius quæ olim per fel. record. Gregorium Papam VIII. prædeceſſorem noſtrum ad tunc Epiſcopum Nouionen. directa extitit, quę incipit, Mandatum, & aliarum duarum illam immediatè ſequentium decretalium formas de Canonicatu, & præben. aut dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio Eccleſię. N. aut alio beneficio Eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura prouideri poſſet, motu proprio venerabili fratri noſtro Epiſcopo. N. & dilectis filiis Capitulo, ſinguliſque canonicis eccleſiæ. N. per alias noſtras literas mandauimus, quatenus ſi eis communiter vel diuiſim pro alio non ſcripſiſſemus

Nota quod in beneficialibus valet id quod fit ab vno alio impedit vel voluntatis non cõſtat alteri, ſecus in aliis tex. in c. ſciſcitatus de reſcrip. & ibi Fel. col. 6. verſ oportet notum quod eſt ſing. ſecundũ Rom. ſing. 13. Si cauſa quia iſtu beneficialibus ita ſolennis additio vel requiſitio non requiritur ſicut in prophanis.

ſemus, qui ſimile mandatum, aut ſimilem gratiam proſequeretur, eidem. N Canonicatum, & præben. aut dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium, aut beneficium eccleſiæ. N. aut aliud beneficium eccleſiaſticum ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationem nominationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem communiter vel diuiſim pertinen. ſi quem, quam, vel quod, poſt menſem poſt præſentationem earundem literarum vacare contingeret, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus, & pertinen. ſuis, prout ad eos communiter, vel diuiſim pertineret, conferrent, & aſſignarent, aut eum ad illa præſentarent, eligerent, nominarent, ſeu de illis prouiderent, prout in eiſdem literis pleniùs continetur. Quocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, ſi Epiſcopus capitulum, & canonici prædicti canonicatum, & præben. aut dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium, aut beneficium huiuſmodi eidem. N. conferre, & aſſignare, ac de illis etiam prouidere recuſauerint, ſeu diſtulerint, aut negligentes fuerint, Canonicatum, & præben. aut dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem vel officium huiuſmodi cum plenitudine iuris Canonici, ac omnibus iuribus, & pertinen. ſupradictis eidem N. conferre, & aſſignare, necnon eundem. N. ad illa vt moris eſt admittere, & in canonicum recipere, & in fratrem, ſtallo ſibi in choro, & loco in capitulo aſſignatis, omniáque & ſingula alia in dictis literis contenta alias iuxtà earundem continen. ac formam in omnibus & per omnia facere, & exequi curetis, contradictores prout iuſtitia ſuadebit ad hoc compeſcendo. Non obſtan. omnibus quæ in dictis literis volumus non obſtare. Datum &c. Pro regularibus autem ſimilis forma illis conueniens detur &c. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti: ordinationis, ſuſpenſionis, aſtrictionis, declarationis, præcepti, iniectionis, nominationis, innouationis, conſenſus, decreti, voluntatis, promiſſionis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, decimoquinto Cal. Septembris, Pontificatus noſtri anno quarto.

Clauſula hæc in omnibus & per omnia *non fruſtra adiecta eſt, generaliſſima enim verba complectitur teſte Ludouico Ro Conſi. 81. col. 2. quo ad id & valde latiſſima Ange. conſ. 6.*

Nos igitur vt literæ ipſæ quę ob id præcipuè æditę fuerunt vt in corpore myſtico, ſancta videlicet Eccleſia, perpetua charitas, & pax inuiolata perdurent, & ſi qua membra diſſentiant, ea commodè ſuo reinſerantur corpori, eoque magis obſeruentur, quo clariùs conſtiterit ipſas literas ea matura & ſalubri deliberatione à nobis dicto ſacro Lateranen. approbante Concilio approbatas, & innouatas, qua ſtatutę & ordinatę fuerunt, licet ad earundem literarum ſubſiſtentiam, & validitatem, alia approbatione non indigerent, ad abundantiorem tamen cautelam, vt eo tenaciùs obſeruentur, & difficilius tollantur, quo tantorum patrum fuerint maiorę approbatione munitę, litteras prædictas cum omnibus, & ſingulis ſtatutis, ordinationibus, decretis, diffinitionibus, pactis, conuentionibus, promiſſione, voluntate, ac pœnis, inhibitione, aliiſque omnibus, & ſingulis clauſulis in eis contentis, illa præſertim qua volumus quod ſi præfatus. F. Rex ſupradictas literas, ac omnia & ſingula in eis contenta iuxta ſex menſes à data præſentium computandos non approbaret, & ratificaret, & ea perpetuis futuris temporibus in regno ſuo, & aliis locis, & Dominiis dicti regni per omnes prælatos, & alias Eccleſiaſticas perſonas, ac Curias parlamentorum acceptari, legi, publicari, iurari & regiſtrari ad inſtar aliarum conſtitutionum regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento & regiſtratione prædictis intra prædictum tempus per omnium & ſingulorum ſupradictorum patentes literas, aut auctenticas ſcripturas nobis non tranſmitteret, aut nuntio noſtro apud ipſum Regem exiſtente per eum ad nos deſtinandum non conſignaret, & deinde ſingulis annis etiam legi prout aliæ ipſius. F. Regis Conſtitutiones, & ordinationes, quæ in viridi, ſunt obſeruantia, obſeruari debent, inuiolabiliter obſeruari cum effectu non fecerit, literæ ipſæ, & inde ſecuta quæcunque eſſent caſſa, & nulla, nulliuſque roboris, vel momenti ſacro Lateranen. Concilio approbante, Apoſtolica auctoritate, & poteſtatis plenitudine approbamus & innouamus, eáſque inuiolabiliter, & irrefragabiliter obſeruari, & cuſtodiri mandamus, robúrque

Generaliter ad omnia beneſitia regularia debet dirigi hoc mandatum ad dignitates & officia.

robúrque perpetuę firmitatis in euentum dictarum approbationis & ratificationis, & non aliter, nec alio modo obtinere, omnéſque in dictis literis comprehenſos ad ipſarum literarum, ac omnium & ſingulorum in eis expreſſorum obſeruationem, ſub cenſuris & pœnis, ac aliis in eis contentis iuxta earundem literarum tenorem & formam teneri, & obligatos eſſe decernimus, & declaramus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac omnibus illis quę in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis, mandati, decreti, declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ in publica Seſſione, in Lateranen, ſacroſancta Baſilica ſolenniter celebrata, Anno incarnationis Dominicę Milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, quartodecimo Calend. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Viſa Ie. Saluius. Bembus. A de Caſtillo.

Sequitur abrogatio conſtitutionis in Regno Franciæ Pragmaticæ nuncupatæ.

** Obedientia ſola virtus eſt quæ menti cæteras virtutes inſerit inſertáſque cuſtodit Greg. in 1. Reg. 15.*

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ſacro approbante Concilio. Paſtor æternus gregem ſuum vſque ad conſummationem ſæculi nunquam deſertus, ita Apoſtolo teſte obedientiam dilexit, vt pro expiando primi parentis inobedientiæ peccato ſeipſum humiliauerit, factus obediens vſque ad mortem, migraturus vero ex mundo ad patrem in ſoliditate petræ, Petrum eiúſque ſucceſſores vicarios ſuos inſtituit, quibus ex libro Regum teſtimonio ita obedire neceſſe eſt, vt qui non obierit morte moriatur, & vt alibi legitur in Eccleſia eſſe non poteſt qui Romani Pont. Cathedram deſerit, quoniam Auguſtino, Gregorióque auctoribus, ſola obedientia eſt mater, cuſtóſq; omnium virtutum,* ſola fidei meritum poſſidens, ſine qua quiſque infidelis conuincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur. Itaque nos eodem Petro docente ſolliciti eſſe debemus, vt quæ à Rom. Pont. prædeceſſoribus noſtris, præſertim in ſacris Conciliis pro obedientiæ huiuſmodi auctoritatis, libertatiſque Eccleſiaſticæ, & ſedis Apoſtolicæ defenſione maturè, & ex legitimis cauſis inchoata ſunt, noſtris ſtudio, cura, & diligentia debitè abſoluantur, & ad optatum finem perducantur, ſimplicium quoque animæ quarum etiam rationem Deo reddituri ſumus, à dolis & laqueis tenebrarum principis liberentur. Sanè fel. re. Iulius Papa Secundus prædeceſſor noſter poſt indictum ex legitimis tunc expreſſis cauſis de venerabilium fratrum ſuorum Sanctæ Rom. Eccl. Card. de quorum numero tunc eramus, conſilio & aſſenſu ſacrum Lateran. Concilium prouidè conſiderans cum eodem ſacro Lateranen. Concilio Bituricen. Regni Franciæ corruptelam, quam illi pragmaticam ſanctionem vocant, cum maximo animarum periculo, & ſcandalo, ac dignitatis ſedis Apoſtolicæ detrimento, & vilipendio retroactis temporibus viguiſſe, & adhuc vigere, eiuſdem pragmaticæ ſanctionis negotium eodem approbante Concilio diſcutiendum certis tunc nominatim deputatis Cardinalibus & Prælatis certæ congregationis commiſit. Et quanquam ſanctio præfata ex multis nullitati notoriæ ſubiaceret, ſchiſmáque manifeſtum foueret, & contineret, & propterea citatione aliqua minimè præcedente per ſe irrita, nulla, & inualida declarari potuiſſet, ex abundanti tamen cautela idem Iulius prædeceſſor Gallicos prælatos, capitula Eccleſiarum & Monaſteriorum, parlamenta, & laicos illis fauentes, & dicta ſanctione vtentes omnéſque, & ſingulos alios in præmiſſis ſua communiter vel diuiſim intereſſe putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus tunc non pateret acceſſus, in Mediolan. Aſten. & Papien. Eccleſiarum valuis affigendum monuit, quare ſanctio præfata, illiúſque corruptela, & abuſio in concernentibus auctoritatem Romanæ Eccleſiæ, & ſacrorum canonum, ac Eccleſiaſticæ libertatis violationem nulla & inualida declarari non deberet. Cúmque dicto Iulio prædeceſſore in humanis agente diuerſis impedimentis cauſantibus citatio exequi, & reproduci, ac negotium abrogationis huiuſmodi plenè diſcuti, vt intentio ipſius Iulij prædeceſſoris fuerat, non potuiſſet, ſed eodem Iulio prædeceſſore rebus humanis exempto, citatio ipſa legitimè executa, & per procuratorem fiſcalem ſacri Concilij promotorem

Pragmatica ſanctio ædita in Concilio Baſilienſi, apud Bituriges à Carolo 7. Nonis Iul. an. 1438 in Cõcilio omniũ Epiſcoporum Franciæ probata. & in ſenatu Pariſienſi publicata 3. Idus Iul. Gaguinus lib. 10.

Iulius ad abrogandum pragmaticã ſanctionem ſæpius adhortatus eſt Epiſcopos Galliæ & in Concilio Lateranenſi primum voluit tale negotiũ abrogationis diſcuti.

rem reproducta, ipſorúmque citatorum non comparentium contumacia accuſata, & ad vlteriora procedi petitum fuiſſet, nos diuina fauente clementia ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumpti, omnibus ritè penſatis, petitioni prædictæ ex certis cauſis nullum tunc reſponſum dedimus, ac deinde cum per dictos monitos, & citatos diuerſa impedimenta allegarentur, quare in termino eis (vt præfertur) præfixo comparere non potuiſſent, vt omnis iuſtæ excuſationis, & querelæ occaſio eis auferretur, terminum citationis, & monitionis huiuſmodi præfixum eodem ſacro approbante Concilium ad alium tunc expreſſum terminum iam diu effluxum in diuerſis Seſſionibus pluries prorogamus. Cum autem moniti & citati prædicti ſublatis iam omnibus impedimentis, effluxíſque omnibus terminis coram nobis & dicto Concilio non comparuerint, nec comparere curauerint, ad allegandum cauſam quare ſanctio prædicta nulla declarari non debeat, ita vt excuſationi vltra locus non ſit, poſſíntque merito contumaces reputari, prout eos exigente iuſtitia reputamus: Nos mutate attendentes pragmaticam ſanctionem, vel potius vt dictũ eſt corruptelam ſchiſmatis tempore à non habentibus poteſtatem editam, reliquæ Chriſtianæ reipub. Eccleſiæque ſanctæ Dei nullatenus conformem, & à cla. me. Ludouico XI. Francorum Rege Chriſtianiſſimo reuocatam, caſſatam, atque abolitam, auctoritatem, libertatem, ac dignitatem dictæ ſedis violare, ac diminuere facultatem Rom. Pont. pro tempore exiſten. de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card. pro vniuerſali eccleſia aſſiduè laborantium, virorúmque doctorum perſonis quibus abundat Curia, & quorum Conſiliis ſedis Apoſtolicæ, & Rom. Pont. atque vniuerſalis eccleſiæ auctoritas & poteſtas conſeruatur, negotiáque diriguntur, & in proſpero ſtatu confouentur, Eccleſiis, & Monaſteriis, eiſdémque perſonis de reliquis beneficiis eccleſiaſticis iuxtà eorum ſtatus exigentiam prouidendi penitus auferre: Prælatis vero eccleſiaſticis illarum partium cauſam præbere, vt ipſi neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ obedientiæ ſanctum frangant, & violent, ac contra nos, & ſedem prædictam eorum matrem cornua erigant, & eis ad pręmiſſa audendum viã aperire, ipſámque notorię nullitati ſubiacere, nullóque niſi alicuius temporis, ſeu potius tolerantię cuiuſdam adminiculo fulciri, etſi Rom. Pont. prędeceſſores noſtri pręfati, prout ipſi ſuo tempore ſummopere optare demonſtrarunt, corruptelam, & abuſionem huiuſmodi, vel malignitate temporum, vel aliàs illi prouidere, & in totum occurrere non valentes, ſuis temporibus toleraſſe viſi fuerunt, conſiderantes tamen ab ipſius Bituricen. ſanctionis editione vix annos ſeptuaginta fluxiſſe, nullúmque infra hoc temporis ſpatium pręter hoc Lateranen. Concilium legitimè fuiſſe celebratũ, in quo cum (diſponente Domino) conſtituti ſimus, ab eiuſdem improbę Sanctionis extirpatione & totali annullatione, ſine noſtra & tantorum patrum in pręſenti Concilio congregatorum nota, ac noſtrę & dictorum illa vtentium animarum periculo abſtinere, ſeu deſiſtere non poſſe, Auguſtino teſte, iudicamus, atq; cenſemus.* Et ſicut pię mem. Leo Papa I. prędeceſſor noſter, cuius in hoc libenter quoad poſſumus veſtigia imitamur, ea quę in ſecunda Epheſina Synodo temerè contra iuſtitiam & catholicam fidem geſta fuerunt, poſtmodum in Calcedonen. Concilio mandauit, ac fecit pro dictę fidei firmitate reuocari, ita & nos à tam nefarię Sanctionis & contentorum in ea reuocatione, retrahi aut deſiſtere ſalua conſcientia, ac noſtro & ipſius Eccleſię honore non poſſe, aut debere cenſemus. Nec illud nos mouere debet, quod Sanctio ipſa & in ea contenta in Baſilien. Concilio edita & ipſo Concilio inſtante Bituricen. congregatione recepta & acceptata fuerunt, cum ea omnia poſt tranſlationem eiuſdem Baſilien. Concilij per rec. mem. Eugenium Papam IIII. etiam prędeceſſorem noſtrum factam, à Baſilien. Conciliabulo, ſeu potius conuenticula, quę pręſertim poſt huiuſmodi tranſlationem Cõcilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint, cum etiam ſolum Rom. Pont. pro tempore exiſten. tanquam auctoritatem ſuper omnia Concilia habentem, Cõciliorum indicendorum, transferendorum, ac diſſoluendorum, plenum ius & poteſtatem habere, ne dum ex ſacrę ſcripturę teſtimonio, dictis ſanctorum patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, ſacrorúmque canonum decretis, ſed propria etiam eorundem Conciliorum confeſſione manifeſtè conſtat: quorum aliqua

Contumaces declarati ſunt omnes qui citati ad cauſas reddẽdas cur Pragmatica ſanctio reprobanda non videretur, comparere noluerunt.

**Epheſinũ Concilium ſecũdum tẽpore Theodoſij Iunioris anno CCCCXLIX. in quo factione Dioſcori occiſus eſt S. Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & legati Romani Pontificis fugati, ac demum hæreſis Eutychiana cõfirmata. Reprobata eſt hæc ſynodus à Leone in Epiſtola ad Clerum & populum Conſtantinopolitanum. Item ad Theodoſium. Item ad Pulchrum quæ ſunt 22. 23. 24. & 25. Vide Breuiariũ Liberati c. 12. & Euagrium lib. 1. 9. & 10.*

referre placuit, reliqua verò vtpotè notoria ſilentio præterire. In Alexandrina enim Synodo Athanaſio * ibidem exiſtente Fœlici Rom. Pontif. ab eadem ſynodo ſcriptum fuiſſe legimus, Nicenam Synodum ſtatuiſſe non debere abſque Roman. Pontif. auctoritate Concilia celebrari. Neque nos latet etiam eundem Leonem Pontif Epheſinam ſecundam Synodum ad Calcedonen. tranſtuliſſe. Martinum etiam Papam Quintum præſidentibus ſuis in Concilio Senen. poteſtatem transferendi Concilium nulla conſenſus ipſius Concilij mentione habita dediſſe, Epheſinam quoque primam Synodum Cœleſtino ac Calcedonen. eidem Leoni VI. Agathoni VII. Hadriano Octauo. Nicolao Octauo etiam Conſtantinopolitan. Synodum Hadriano Roman. Pontifi. prædeceſſoribus noſtris maximam reuerentiam exhibuiſſe, eorundémque Pontif. inſtitutionibus & mandatis in ſacris Conciliis per eos editis & factis reuerenter & humiliter obtemperaſſe. * Vnde Damaſus Papa & cæteri Epiſcopi Romæ congregati ſcribentes de Concilio Ariminen. Epiſcopis in Illyrico conſtitutis præiudicium aliquod per numerum Epiſcoporum Arimini Congregatorum fieri potuiſſe teſtantur, quandoquidem conſtet Roman. Pontif. cuius ante omnia decebat ſpectari decretum, talibus non præbuiſſe conſenſum, eundémque Leonem Pontificem vniuerſis Siciliæ Epiſcopis ſcribentem idem uoluiſſe apparet. Conſueuerúntque antiquorum Conciliorum patres pro eorum quæ in ſuis Conciliis geſta fuerunt corroboratione, à Roman. Pont. ſubſcriptionem, approbationémque humiliter petere & obtinere, prout ex Nicena & Epheſina ac Calcedonen. huiuſmodi, & VI. Conſtantinopolitan. & VII. eadem Nicena, ac Romana ſub Symacho Synodis habitis earúmque geſtis, necnon in annali libro de Synodis manifeſtè colligitur quod etiam nouiſſimè Conſtanten. patres feciſſe conſtat. Quam laudabilem conſuetudinem ſi Bituricen. Baſilien. ſecuti fuiſſent, huiuſmodi moleſtia proculdubio careremus. Cupientes quoque huiuſmodi negotium ad debitum finem perduci, ac tam vigore citationum hactenus à nobis & præfato Iulio prædeceſſore ex abundanti emanatarum quam aliorum præmiſſorum, quæ ita notoria ſunt, vt nulla valeant excuſatione aut tergiuerſatione celari, etiam ex noſtro paſtorali officio procedentes, omnéſque & ſingulos tam iuris quam facti defectus ſi qui forſan in præmiſſis interuenerint, ſupplentes, ex certa noſtra ſcientia & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eodem ſacro approbante Concilio, tenore præſentium præfatam pragmaticam ſanctionem ſeu corruptelam, eiúſque approbationem quomodolibet emanatam, omniáque & ſingula decreta, capitula, ſtatuta, conſtitutiones ſiue ordinationes in eodem quomodolibet contentas, ſeu etiam inſertas, ac ab aliis prius editas, necnon conſuetudines, ſtylum, vſus ſiue potius abuſum ex ea in hanc vſque diem quomodolibet emanatos, ſeu obſeruatos, nullius roboris vel momenti fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus. Necnon ad abundantiorem cautelam eandem Bituricen. ſanctionem ſiue corruptelam, eiúſque approbationem tacitam vel expreſſam, vt præfertur, & in ea contenta omnia & ſingula etiam inſerta quæcunque reuocamus, caſſamus, abrogamus irritamus, annullamus, ac damnamus, & pro infectis, reuocatis, caſſatis, abrogatis, irritatis, annullatis, & damnatis haberi volumus, decernimus, & declaramus. Et cum de neceſſitate ſalutis exiſtat omnes Chriſti fideles Romano Pontifici ſubeſſe prout diuinæ ſcripturæ & ſanctorum patrum teſtimonio edocemur, ac conſtitutione fel. mem. Bonifacij Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Vnam ſanctam, declaratur, pro eorundem fidelium animarum ſalute, ac Rom. Pont. & huius ſanctæ ſedis ſuprema auctoritate & Eccleſiæ ſponſæ ſuæ vnitate & poteſtate cōſtitutionem ipſam ſacro præſenti Concilio approbante innouamus & approbamus, ſine tamen præiudicio declarationis ſanctæ mem. Clementis Papę V. quæ incipit, Meruit. Inhibentes in virtute ſanctę obedientię, ac ſub pœnis & cenſuris infra dicen. omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus tam laicis quam clericis ſęcularibus, & quorumuis ordinum etiam mendicantium regularibus & aliis quibuſcunque perſonis, cuiuſcunque ſtatus, gradus & conditionis exiſtant etiam Sanctę Romanę Eccleſię Card. Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & quibuſuis aliis eccleſiaſtica vel mundana, vel quauis alia dignitate fulgentibus, omnibuſque aliis & ſingulis Prelatis, Clericis, Capitulis & Conuentibus ſęcularibus, & ordinum

De hac re ſtudioſus lector cōſulet Ruffinū lib. 10. Hiſtoriæ, c. 14. & Sulpitiū lib. ſecūdo ſacræ hiſtoriæ, Gregorium Nazianzenum oratione in Athanaſium in 2. Apologia.

* *Hoc patet ex Theodoreto lib. 5. Hiſtoriæ. c. 10. vbi Damaſus reſpondens Epiſcopis Concilij ſecundi generalis ſic incipit.*

Quod (inquit) Apoſtolicæ ſedis debitam reuerentiam exhibetis vobis ipſis magno honori eſt filij honoratiſſimi.

Item ex Epiſtola Concilij Antiocheni ad Iuliū quæ ſic incipit.

Domino beatiſſimo & honorabili patri Iulio.

Et Stephanus Archiepiſcopus Carthaginenſis cum tribus Concilius ita ſcribit.

Domino beatiſſimo & ſancto patri patrū Damaſo.

Et Concilium Calcedonenſe in Epiſtola ad Leonem.

Rogamus (inquiunt) tuis decretis noſtrum honora iudiciū vt firmitas tua filiis quid deceat adimpleat.

Hic eſt honor ſūmo Pontifici à Concilio ſemper exhibitus.

dinum prædictorum regularibus etiam Monaſteriorum Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Principibus, Baronibus, parlamentis, officialibus etiam Regiis, Iudicibus, Aduocatis, Notariis, & tabellionibus eccleſiaſticis vel ſæcularibus, & quibuſuis aliis perſonis Eccleſiaſticis regularibus & ſæcularibus, vt præfertur, quacunque dignitate fulgentibus in præfato Regno Franciæ, Delphinatu, & vbicunque prædicta pragmatica directé vel indirecté, tacitè vel expreſsè vigeret quomodolibet exiſten. vel pro tempore futuris, ne de cætero præfata pragmatica ſanctione, ſeu potius corruptela, quomodolibet ex quauis cauſa, tacitè vel expreſsè, directè vel indirectè, aut quouis alio quæſito colore vel ingenio in quibuſcunque actibus iudicialibus vel extraiudicialibus vti, ſeu etiam eam allegare, vel ſecūdum eam iudicare, aut quoſuis actus iudiciales, vel extraiudiciales ſecundum dictæ pragmaticæ tenorem vel capitula in ea contenta per ſe vel alium ſeu alios nullatenus facere præſumant, aut per alios fieri permittant, ſeu mandent, nec præfatam pragmaticam ſanctionem aut in ea contenta capitula, ſeu decreta vlterius in domibus ſuis, aut aliis locis publicis vel priuatis teneant, quinimmò illam ex quibuſuis Archiuiis etiam Regiis, ſeu Capitularibus & locis prædictis infra ſex menſes à data præſentium computandos deleant, ſeu deleri faciant, ſub maioris excommunicationis latæ ſententię, necnon quo ad eccleſiaſticas & regulares perſonas prædictas omnium etiam Patriarchalium, Metropolitan. & aliarum Cathedralium Eccleſiarum, Monaſteriorum quoque & Prioratuum etiam conuentualium, & quarumcunque dignitatum aut beneficiorum Eccleſiaſticorum ſæcularium & quorumuis ordinum regularium, priuationis & inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, quo verò ad ſæculares præfatæ excommunicationis, necnon amiſſionis quorumcunque feudorum tam à Romana quam alia Eccleſia ex quauis cauſa obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa in poſterū obtinenda, inhabilitatíſque ad omnes & ſingulos actus legitimos quomodolibet faciendos, infaméſque ac criminis læſæ maieſtatis in iure expreſſis pœnis eo ipſo & abſque vlteriori declaratione per omnes & ſingulos ſupradictos ſi (quod abſit) contrafecerint, incurrendis, à quibus vigore cuiuſcunque facultatis, ac clauſularum etiam in confeſſionalibus quibuſuis perſonis ſub quibuſuis verborum formis conceſſis contentarum, niſi à Ro. Pont. Canonicè intrante vel alio ab eo ad id in ſpecie facultatem habente, pręterquam in mortis articulo conſtituti abſolui nequeant. Non obſtan. præmiſſis, necnon cōſtitutionibus & ordinationibus, decretis, ac ſtatutis apoſtolica, ſeu quacunq; alia etiam Conciliari auctoritate quomodolibet, etiam ex certa ſcientia, & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine editis & emanatis, & ſæpius innouatis, repetitis, confirmatis, & approbatis, quibus, illorum omnium & ſingulorum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur ad effectum præmiſſorum pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſcientia, poteſtate, & tenore præmiſſis, ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi communitatibus, vniuerſitatibus & perſonis ſingulis ſupranominatis, etiam Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Marchionibus, & Ducibus præfatis, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut propterea priuari, & inhabiles reddi non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſcunque aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectum earundem impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę in publica Seſſione, in Lateranen. ſacroſancta Baſilica ſolenniter celebrata, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, Quartodecimo Kalend. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Paria legūtur in Monitorio quod ad tollendam pragmaticam ſanctionē antea ſtatuerat Iulius II. in hoc Concilio Lateranenſi habito. 1512.

Clauſulæ derogatoriæ.

* *Dicturus de Pragmaticæ ſanctionis abrogatione quid ipſa dicatur inueſtigari primum opus eſt. Aſſentior Iuriſperitis qui volunt pragmaticas ſanctiones eſſe principum reſcripta,*

 non

non de priuatorum negotiis, ſed corporum, ordinum & collegiorum cauſis, de Concilij ſententia emiſſa quod pragmaticis & peritis viris in Concilium adhibitis interponuntur. Zeno. in l. vlt. C. de diuerſ. reſcript. & pragmat ſanct. Fuit autem hæc apud Gallos potiſſimum lex quædam de negotiis Eccleſiaſticis ſummum diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtitutionem promittens Epiſcoporum quorundam ſedi Romanæ infenſorum conſenſu & regis edicto firmata. Eius origo vt narrat Pius 2. in Concilio Baſilienſi in hunc modum prorupit.

Inter patres, qui Baſileæ conuenerunt, & Eugenium Pontificem maximum complures viguere diſcordiæ, quæ multorum malorum in Chriſtiana religione ſeminarium fuere, & cum ſupremam apud ſe auctoritatem eſſe pars vtraque contenderet, altera excommunicauit alteram: vixque tandem poſt multos annos, ſedente Nicolao quinto in vnionem reuentum eſt, & in vno ouili, & ſub vno paſtore grex Domini conquieuit: at durante diuiſione, & ſedente Concilio, cum auctoritas quæ quondam epiſcoporum conſueuit eſſe, non Abbatibus tantum, ſed præpoſitis, prioribus, canonicis, ſimplicibus presbyteris, & vilibus monachis communicaretur, multa illic decreta præter bonum & æquum edita ſunt ad eneruandam Romanæ, primæque ſedis eminentiam, ſicut in multitudine conſueuit, quæ ſemper inimica principi popularem aſſerit libertatem. Aderant ex Gallia, Germaniáque multi inferiores gradus homines Eccleſiaſtici, qui cum non potuiſſent culpa ſua in Romana curia creſcere, eo ſe contulerant, atque ingentibus odiis Apoſtolicam ſedem proſequebantur. Aderant & nonnulli epiſcopi propter ſcelera ſuis eiecti ſedibus: qui duces plebis in Concilio facti condendarum legum auctores fuere, ea ſuadentes quæ maximè grata multitudini viderentur, & Romani Pontificis poteſtatem, dignitatémque reſtringerent. Tunc de Conciliis per decennia celebrandis ſtatuta lex eſt, & vniuerſali ſynodo ſubiectum eſſe Romanum Præſulem declaratum. In his quæ vel fidem concernerent, vel ſublationem ſchiſmatis, aut vniuerſalis Eccleſiæ reformationem: de numero, & qualitate Cardinalium conſtitutio edita, ſublatæ annatæ, prohibitæ reſeruationes beneficiorum, his exceptis, quæ continentur in corpore iuris: electiones prælatorum, quæ magna ex parte obſoleuerant, inſtauratæ: confirmationes epiſcoporum, quæ toto ex orbe ad Romanum Præſulem deferebantur, conceſſæ metropolitanis, & ipſorum primatibus expectatiuæ gratiæ ſublatæ, appellationes omiſſo medio reiectæ, etiam ad primam ſedem interpoſitæ. Atque in his omnibus decretum irritans appoſitum, ſi quid aduerſus ea conari Pontificem maximum, aut attentare contingeret. Ediderunt & alia multa, quæ ſpeciem quamuis præſeferrent honeſtatis, plena tamen fuere veneno: ſi codicem illorum decretorum legeris, qui per magnus eſt, pauca inuenias, quæ non aut primæ ſedis odio, aut effrænatæ libertatis cupiditate conſtituta videantur. Ea cum accepiſſent Galliarum epiſcopi, Eccleſiam regni ſui apud Bituriges conuocauere: & inſpecto decretorum volumine, ea quæ ſunt viſa ſibi vtilia acceptauerunt, alia reiecerunt. Perpaucas conſtitutiones, vt promulgatæ fuerant, in Concilio admiſerunt, & alias quidem truncauerunt, alias extenderunt, tanquam legis condendæ auctoritas apud eos eſſet. Condiderunt ſuo ex arbitrio nouum decretorum codicem, in quo cuncta comprehenderunt, quæ vel Conſtantiæ, vel Baſileæ in Apoſtolicæ ſedis derogationem atque contemptum ſancita fuere. Nec veriti ſunt per ſe ipſos Romano Pontifici legem præſcribere, atque cancellos, vltra quos progredi nequeat ſtatuere. Erat iam ſextus ac decimus annus regni Caroli: Incarnationis verò Dominicæ octauus ac trigeſimus ſupra milleſimum & quadringenteſimum, cum prælati Galliarum nonis Iulij peractum pragmaticæ ſanctionis librum eidem Carolo approbandum obtulerunt: qui tanquam oblitus diuinæ gratiæ, & quantis ſe beneficiis cumulaſſet Apoſtolica ſedes: Gallorum regibus fauētiſſima miſſo Cardinali ſanctæ Crucis, qui Burgundos ſibi conciliauit, profanas, & iniquas conſtitutiones approbauit, & in omni ditione ſua ſeruari mandauit, grauiſſimis pœnis aduerſum eos ſtatutis, qui contrafacerent, decretúmque ipſum regis, & conſtituta, prælatorum pragmaticæ ſanctionis nomen obtinuere. Ad quam abrogandam plures in Franciam ab Apoſtolica ſede miſſi legati, dum Eugenius, Nicolaus, Caliſtúſque vixit, nihil profecere: quarto & vigeſimo demum anno, vt poſtea dicemus deleta, ſed non penitus extincta eſt. Ob hanc legem prælati Galliarum, qui ſe futuros liberos arbitrabantur, in ſeruitutem maximam redacti, & quaſi laicorum mancipia facti, coacti ſunt in parlamento Franciæ de ſingulis cauſis reſpondere: beneficia vel regis, ve aliorum principum potentum nobilium arbitrio conferre, minores annis, indoctos, monſtruoſos, atque inceſtuoſos ad ſacerdotia prouehere. Si quos pro malefactis condemnaſſent, his pœnam remittere, excommunicatos abſque ſatisfactione abſoluere; nulla cenſurarum apud eos libera facultas manſit. Si quis Apoſtolicas literas in Franciam detulit, quæ pragmaticæ ſanctioni aduerſarentur, reus extitit mortis. De cauſis epiſcopalibus, de metropoliticis eccleſiis, de matrimoniis, de hæreſi in parlamento cognouerunt, adeóque debacchata eſt laicorum temeritas in Gallia, vt ſacratiſſimum Chriſti corpus in pompa, vt ſæpe accidit pro veneratione plebium, aut ad ægrotos pro viatico delatum, ſub potenti manu regia ſiſtere iuberetur. Epiſcopi, & prælati reliqui, digníque veneratu ſacerdotes, ad publicas carceres raperentur, Eccleſiaſtica prædia, bonaque omnia clericorum leuibus de cauſis, ex decreto ſæcularis iuditis arreſtata, paterent laicis, & multas in hunc modum impietates, ſacrilegia, hæreſes, & ineptias pragmatica ſanctio peperit, quæ à rege, aut iuſſa fuerunt, aut permiſſa illis potiſſimum temporibus vbi omnia viribus iure relicto fiebant.

Pragmaticum itaque Sanctionem in detrimentum ſedis Apoſtolicæ viguiſſe experientia ipſa conſtat adeo vt eam hæreſim appellent Summi Pontifices. Sic & inſciſſuram Eccleſiæ & membra diaboli eam vocauit Barb. c. mandatum col. 5. de reſcript. ideò Ludouic. II. antequam ad regnum perueniſſet promiſi Papæ Pio II. ſe eam deleturum hoc veri ſui decreti literas vt ſuperius diximus hac forma poſt ſolita illa animi obſequentis & deuoti in ſedem Romanā indicia quæ in ipſo limine Epiſtolarum ad Summos Pontifices mitti ſolent verborum tenore apud Turonenſes editas miſit.

Beatiſſime pater. Omnibus victimis potiorem obedientiam intelligentes aſſenſimus his, quæ tuo nomine nobis apertæ ſunt, ipſam ſcilicet pragmaticam ſanctionem, tibi tuæque ſedi eſſe infenſam, vtpotè quæ in ſeditione & ſchiſmatis tempore, atque per ſeditionem, ſectionis à tua ſede figuram, mota ſit: & quæ, dum tibi, à quo ſacræ leges oriuntur & manant, quantamlibet eripit authoritatem, omne ius & omnem legem diſſoluit. Illud enim exoritur quod idem conſiliarius in nomine tuæ ſanctitatis aſtruxit, vt dum per pragmaticam ſanctionem ipſam ſumma in Eccleſia tuæ ſanctitatis authoritas minuitur, dum prælatis in regno noſtro quoddam licentiæ templum præſtruitur, dum congruens vnitas ad alia Regna conformitáſque tolli videtur, aaroganda ſit ipſa pragmatica, tollendáque à Regno noſtro, quippe quæ aduerſus tuam ſedem, omnium Eccleſiarum matronam, ab inferioribus prælatis lata ſit, tanquam vt ſcriptura loquitur: Quomodo ſi eleuetur virga contra leuantem ſe, aut baculus, qui vtique lignum eſt: quidquid, Beatiſſime pater, licèt plerique docti homines confutare niterentur atque diluere, multáque nos dehortarentur abrogare ſanctionem ipſam, te tamen Principem totius Eccleſiæ, Antiſtitem ſacrorum, te Dominici gregis paſtorem profitemur & ſcimus, téque iubentem ſequimur, tibi & beatiſſimi Petri cathedræ conſentimus, & iniungimur. Itaque, ſicut mandaſti, pragmaticam ipſam à regno noſtro, noſtróque Viennenſi Delphinatu, & omni ditione noſtra per præſentes pellimus, deiicimus, penitúſque abrogamus, & quam qualémve ante pragmaticæ ipſius editionem, circa Eccleſiarum, beneficiorum, aliarúmque rerum ſpiritualium diſpoſitionem, cenſuram, moderationem in regno noſtro, omníque ditione noſtra, tui prædeceſſores Martinus quintus & Eugenius quartus Romani Pontifices habebant & exercebant, talem eandémque noſtro adiutorio beatiſſimo Petro, tibíque ipſius ſucceſſori reddimus, præſtamus & reſtituimus, cum ſummo Imperio, cum iudicio libero, cum poteſtate non coarctata. Tu enim, cum ſcias, quid authoritate diuinitus tibi tradita poſſis, quas pro Regni noſtri & eccleſiarum in eo tranquillitate poſtulabimus, non negliges, res neceſſarias: poteriſque ſemper, quod oportunum fuerit, iudicare. Vtere igitur deinceps in Regno noſtro poteſtate tua, vt voles, atque illam exerce. Nam vt hominum membra nulla contentione, capite vno, atque vna mente ducuntur, ſic tuis ſacris decretis eccleſiæ prælati in Regno noſtro & Delphinatu conſonantiam & obedientiam plenam refundent. Quòd ſi fortè obnitentur aliqui, aut reclamabunt, nos in verbo Regio pollicemur tuæ beatitudini, atque promittimus exequi facere tua mandata, omni appellationis aut oppoſitionis obſtaculo prorſus excluſo, eóſque, qui tibi contumaces fuerint, pro tuo iuſſu comprimemus & refrenabimus. Datæ Turonis ſub magno ſigillo noſtro, die 27. menſis Nouemb. Anno Domini 1461. & Regni noſtri primo.

Mortuo Pio ne Ludouicus adulatorum conſiliis mentem mutaret Sixtus Pontifex promiſſi memor ad eum legatum. Io. Bell. monachum pro antiquāda dicta pragmatica miſit Rex fidē datam ſoluere cupiens pragmaticam ſublatam iri voluit, ſed ſchola Parriſienſis reſtitit. Dein de quædam concordata fuerunt inter Sixtum & Ludouicum inita quæ non fuerunt recepta vt in extrauag. ad vniuerſal. Eccleſ. regimen. de treuga. l. communibus, & Gaguin. libr. 10. in vita Lud. II.

Iulius II. cum deinde videret prædeceſſorès ſuos ſedulam luſiſſe operam in huius pragma-

ticæ ſanctionis concutiendam pervicaciam quartam Seſſionẽ Concilij Lateranenſis celebrauit eo precipuè animo vt patrum decreto funditus extingueretur corruptela illa flagitiorum plurimorum fomes.

Mors cœpta exequi non paſſa eſt. Summus Pontifex ægrè ferebat hanc ſibi ferri iniuriam. Et meritò? Quæ iura enim, quæ leges ab orthodoxis commendantur in quibus membra à capite diſſentiunt, in quibus oues Paſtorem nec timent nec venerantur? Pragmatica ſanctio eò vergebat vt gliſcentibus ſæculis tandem negaretur obedientia illa tanto iure ſedi apoſtolicæ præſtanda. Eius auſpicia fucatam quantumuis haberent boni publici animaduerſionem potius tamen hiabant ad illam flagitiorum libertatẽ quam ad debitum Eccleſiaſtici ordinis cultum Habebat exitioſiſſimos comites ingratitudinem, & detrimentum publicum. Ingratus eſt qui parentes non ſuſpicit, aſt ingratiſſimus qui Eccleſiæ Romanæ educatus & enutritus lacte veluti eam odit & proſequitur. Damna quæ attulit hæc ſanctio non melius eniteſcunt quàm in ipſa querela totius regni, cuius piiſſimus Rex Franciſcus I. memor eſt in ſuo de reuocanda hac corruptela edicto, & precibus facilime conſequutus eſt vt loco Pragmaticæ ſanctionis conſultiſſima hæc concordata haberentur, quæquidem non in omnibus à pragmatica ſanctione recedunt ſed in his quæ ius eligẽdi intuentur decretũ fuit vt in poſterum regi poteſtas nominandi, maneret iure confirmandi relicto pontifici. De quà quidem hoc tantum dicam, nullam potuiſſe excogitari expeditiorem eligendi rationem, & in quam minus cadere poſſit crimen ambitus, quàm cùm nominandi ad eum defertur arbitrium, qui nec pecunia oppugnari, nec gratia inflecti, nec precibus vinci poſſit. Quod quidem facilè intelliget qui conſiderauerit, quàm eſſet olim laborioſa & periculi plena concertatio, quoties de eligendo agebatur Epiſcopo vel cœnobiarcha, quæ tota hodie ceſſit cùm ab vnius Regis nutu pendet nominatio, cui vix vnquam refragatur pontifex. Detur modo à rege opera vt ij ab ipſo nominentur, qui munus ſibi impoſitum ſuſtinere poſſint & velint pro dignitate, quod tamen pauciſſimos in hodiernum diem conſtat, feciſſ, & in poſterum facturos eſſe vix vlla ſpes eſt, ſi, vt fit, ex aulicis ſolum nominentur Epiſcopi ac Cœnobiarchæ, fatebuntur cunctæ Francorum Eccleſiæ nihil potuiſſe eſſe conducibilius, quam id in vnius arbitrium conferri, qui in nominando non aliud vnquam ſibi proponit quam vtilitatem Eccleſiæ cui vult prouideri.

Hæc ſunt quæ de pragmaticæ ſanctionis abrogatione tot annis, tot pontificibus exoptata & de concordatis inter ſummum Pontificem & Chriſtianiſſimum regem dicere licuit quæ ſi vt decet obſeruarentur collapſæ Eccleſiaſticis diſciplinæ priſtinum honorem & aurea ſæcula redire non ambigeremus.

VII.

Valor beneficiorum an ſit exprimendus propter annatam ſoluendam ab impetrantibus quam ſi non expreſſerint an intra annum hoc facere teneantur.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS pontifex (cui tot tantáque in ſpiritualibus & temporalibus prouidenda incumbunt) rerum & temporum qualitate penſata, nonnulla prout ad cunctorum clericorum beneficia eccleſiaſtica, à ſede apoſtolica pro tempore impetrantium commoda & vtilitates, ac litibus & fraudibus obuiandum oportere conſpicit, ſalubriter ordinat & diſponit. Nuper ſiquidem inter conſtitutiones ad laudem Dei, & Chriſti fidelium pacem & quietem, de fratrum noſtrorum conſilio, cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Franciſco, Francorum rege Chriſtianiſſimo matura deliberatione concordatas, ſtatuimus, quod in prouiſionibus quas perſonis quibuſuis Regni Franciæ ac Delphinatus & Comitatus Dien. & Valentin. de beneficiis vacantibus, ſeu certo modo vacaturis, per nos & ſucceſſores noſtros & ſedem prædictam, etiam motu proprio, etiam promotis ad eccleſias cathedrales & metropolitanas & monaſteria (vt obtenta per eos beneficia retinere poſſent) fieri contingeret, illorum verus annuus per florenos, aut ducatos auri de camera, aut libras Turon. ſeu alterius monetæ valor ſecundùm communem æſtimationem exprimi deberet, alioquin gratiæ ipſæ eſſent ipſo iure nullæ. Cum autem (ſicut accepimus) ſæpe contingeret perſonas Regni & Delphinatus ac Comitatus huiuſmodi vacatione beneficiorum in locis remotis regni ac Delphinatus, & comitatus eorundem, per obitum pro tempore vacantia intellecta, eorum veri valoris

An annatæ capi poſſint à Pontifice ampliſſimè traditur apud Gomes. in tract. ſuo breuium nu. 24. de quibus infra dilucidior tractandis locus ſupereſt.

ris notitiam haberi non poſſe, & veri valoris huiuſmodi notitia non habita ad illa à Romano pontifice impetrandum celerem nuncium ad ſedem prædictam deſtinare, & ſignaturam ſupplicationis ſuper illorum impetratione, cum facultate verum annuum valorem beneficiorum huiuſmodi in literarum ſuper huiuſmodi ſupplicationibus expeditione augendi obtinere ad effectum poſſeſſionem beneficiorum huiuſmodi aſſequendi, literas ſuper huiumodi impetrationibus, cum minus vera valoris beneficiorum eorundem expreſſione expedire, & abſque eorum culpa, diligentia, & expenſis pro impetratione huiuſmodi obtinenda factis, & gratia eis à nobis conceſſa, & illius effectu fruſtrari, ac per poſteriores (qui nulla habita diligentia cum expreſſione veri valoris eadem beneficia à ſede prædicta impetrarunt) excludi ac deſuper propterea moleſtari.

Cum dubitatur de vero valore poteſt addi clauſula cum facultate verum exprimendi valorem & hoc in fine ſignaturæ.

Nos qui ſubditorum noſtrorum commoda libenter procuramus, ac eos à litibus & expenſis, quantum cum domino poſſumus releuamus motu proprio, ac ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus impetrantes beneficia eccleſiaſtica in regno Delphinatu, & comitatu prædictis per obitum duntaxat vacantia, ſi verum annuum valorem beneficiorum in literis apoſtolicis, quæ ſuper dictis beneficiis expeditæ fuerint non expreſſerint, infra annum à die datæ literarum earundem computandum, valorem ipſum malè expreſſum corrigi per officiales, ad quos expeditio literarum huiuſmodi pertinet, & correctiones literarum earundem fieri conſueuerunt petere, ipſique officiales ipſarum literarum expeditioni præſidentes, ad eorundem impetrantium ſimplicem petitionem, valorem ipſorum ad verum annuum valorem, iuxtà petentium voluntatem in eiſdem literis reducere & corrigere, ipſique impetrantes pro augmento valoris expreſſi duntaxat, annatam cameræ Apoſtolicæ ſoluere debeant & teneantur, decernentes quaſcunque impetrationes poſteriores de dictis beneficiis, ratione non expreſſionis veri valoris huiuſmodi, infra dictum annum factas nullius roboris vel momenti eſſe, & pro infectis haberi debere. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo decimoſexto Cal. Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto.

Hæc poſſeſſionis materia frequentiſſima eſt vt dicit Iuriſconſultus. l. Fulcinius §. cum hoc. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur.

VIII.

Aduerſus inuadentes domos Cardinalium armata manu & in eis aliquid ſurripientes eorúmque fautores.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante Concilio.

TEMERARIORVM quorundam qui S.R.E. Card. Præcipuas Catholicæ Eccleſiæ columnas ea qua conuenit reuerentia obſeruare contemnunt, & in eorum res, & bona, manus violentas auſu ſacrilego iniicere non verentur, effrenata libido nos admonet, & inducit, vt ad eorum audaciam, antequam longius prorepat, comprimendam, ea quæ à prædeceſſoribus noſtris in dictorum Card. dignitatis conſeruationem prouida ſunt conſideratione ſtatuta, pro illorum obſeruantia firmiori noſtrę innouationis munimine roboremus, extẽdamus, & ampliamus, prout temporum qualitas exigit, & tam eminenti in eccleſia Dei dignitati conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè ab aliquibus citra temporibus damnabilis quidam in Vrbe inoleuit abuſus, & licentia delinquendi, quo dum Apoſtolica ſede vacante per Card. in conclaui exiſtentes de futuri Romani Pont. electione tractatur, ſi qua de vno ex eiſdem Card. quòd in Pontificem ſit electus vox prodeat etiã non vera, illius domum vulgus armis aggreditur, & ſuper ea diripienda cum ipſius Card. conclaue nondum egreſſi familiaribus eam cuſtodientibus vi contendit, & ſic etiam effractis foribus, aut pariete effoſſo aditus pateat in prædam omnium bonorum quæ ibi extant, hoſtiliter corruit, niſi armatorum præſidio defendatur, nonnullíque quandóque reperiuntur ita temerarij & audaces, vt aliis etiam temporibus prætextu rixarum domos Cardinalium hoſtiliter & cum armis aggredi non verentur, in eáque morantes offendere & vulnerare, ex quibus Cardinalatus honor, i

Cardinales ſunt præcipuæ Eccleſiæ catholicæ columnæ. c. miniſterium. de offic. Archipresbyteri. Oldradus conſil. 46. Cardina. Alexand. in c. in nomine Domini 23. diſt.

De his qui temerè & nephario auſu audent inuadere domos Cardinalium & in eis commorãtes offendere cõſtitutio ſancita eſt per Honoriũ 3. & Bonifaciũ 8. quæ in hoc opere non ſita eſt extenditur autem hic in eorũ fautores.

honori,quibus ſacroſancta militans Eccleſia tanquam purpureo tota decoratur amictu,non parum detrahitur,& eorum generatur contemptus, & homicidiorum & aliorum ſcandalorum occaſio exhibetur. Nos igitur huiuſmodi temerarios conatus debita* volentes animaduerſione reprimere,ſacro approbante Concilio, fel. record.Honorij.III. & Bonifacij. VIII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum contra aliquem dictæ Eccleſiæ Card hoſtiliter inſequentes,& illis pręſentia, conſilio, aut fauore aſſiſtentes,eóſve ſcienter receptantes,aut defendentes,& eorum domos & ædes,vt ſupra,inuadentes,& eorum poſteros,bona,æditas conſtitutiones auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innouamus. Decernentes eas vbique debere perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari. Et nihilominus conſtitutiones eaſdem cum omnibus & ſingulis in eis contentis cenſuris & pœnis ad omnes & ſingulas perſonas cuiuſcunque ſtatus conditionis & excellentiæ exiſtentes,qui alicuius dictorum Card. domum tam tempore dicti conclauis,etiam ſi in Roman. tunc Pontificem ſit electus, quàm aliàs quandocunque, & ex quacunque cauſa armata manu inuadentes, & in ea violenter, hoſtiliter aliquid diripientes, aut quemquam ex inibi exiſtentibus vulnerantes,& eorum ſocios, & eos qui id fieri mandauerint,vel factum eius nomine ratum habuerint,ac ipſis inuaſoribus conſilium in præmiſſis vel fauorem præſtiterint,& defenderint,extendimus & ampliamus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo,&c. Si quis autem,&c. Data Romę in publica Seſſione,in Lateranen.ſacroſancta Baſilica ſolenniter celebrata, Anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, decimo ſeptimo Kalendas Aprilis,Pontificatus noſtri anno quarto.

IX.

De erroribus Martini Lutheri & ſequacium,illorúmque de Hæreſi condemnatione,excommunicatione,& aliis pœnis.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

Pſal. 73. d.

Ioan. 21.

2. Pet. 2. a.

EXVRGE Domine & iudica cauſam tuam, memor eſto improperiorum tuorum, eorum quæ ab inſipientibus fiunt tota die: inclina aurem tuam ad preces noſtras,quoniam ſurrexerunt vulpes quęrentes demoliri vineam, cuius tu torcular calcaſti ſolus,& aſcenſurus ad Patrem, eius curam, regimen, & adminiſtrationem Petro tanquam capiti, & tuo Vicario, eiúſque ſucceſſoribus inſtar triumphantis Eccleſiæ commiſiſti. Exterminare nititur eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſcitur eam. Exurge Petre, & pro paſtorali cura pręfata tibi(vt pręfertur)diuinitus demandata,intende in cauſam ſanctę Romanę Eccleſię,matris omnium eccleſiarum,ac fidei magiſtrę:quam tu,iubente Deo,tuo ſanguine conſecraſti:contra quam,ſicut tu pręmonere dignatus es,inſurgunt magiſtri mendaces, introducentes ſectas perditionis, ſibi celerem interitum ſuperducentes: quorum lingua ignis eſt,inquietum malum, plena veneno mortifero: qui zelum amarum habentes & contentiones in cordibus ſuis,gloriantur, & mendaces ſunt aduerſus veritatem. Exurge tu quoque,quęſumus Paule,qui eam tua doctrina ac pari martyrio illuminaſti atq; illuſtraſti. Iam enim ſurgit nouus Porphyrius,* quia ſicut ille olim ſanctos Apoſtolos iniuſtè momordit, ita hic ſanctos Pontifices prędeceſſores noſtros contra tuam doctrinam eos non obſecrando, ſed increpando, mordere,lacerare,ac vbi cauſę ſuę diffidit,ad conuicia accedere non veretur,more hęreticorum,quorum(vt inquit Hieronymus) vltimum pręſidium eſt, vt cum conſpiciant cauſas ſuas damnatum iri,incipiant virus ſerpentis lingua diffundere: & cum ſe victos conſpiciant,ad contumelias proſilire. Nam licet hęreſes eſſe, ad exercitationem fidelium,tu dixeris oportere,eas tamen,ne incrementum accipiant, néve vulpeculæ coaleſcant,in ipſo ortu,te intercedente & adiuuante,extingui neceſſe eſt. Exurgat denique omnis ſanctorum ac reliqua vniuerſalis Eccleſia, cuius vera ſacrarum literarum interpretatione poſthabita, quidam, quorum mentem pater mendacij excęcauit, ex veteri hæreticorum inſtituto, apud ſemetipſos ſapientes, ſcripturas eaſdem aliter quam Spiritus ſanctus flagitet,proprio duntaxat ſenſu,

**Porphyrius Athenienſis Philoſophus natione Siculus nominis Chriſtiani acerrimus perſequutor & hoſtis,literas diuinas perinde ac nihil eſſent reprehendit, ſcomatum & conuitiorum in religionem Chriſtianam ſtudioſiſſimus. Niceph. lib. 5. c. 13.*

ſenſu,ambitionis,aurę que popularis cauſa,teſte Apoſtolo,interpretatur, immò verò torquent & adulterant:ita vt iuxta Hieronymum,iam non ſit euangelium Chriſti,ſed hominis,aut quod verſus eſt,diaboli. Exurgat,inquam,pręfata Eccleſia ſancta Dei,& vna cum beatiſſimis apoſtolis pręfatis, apud Deum omnipotentem intercedat,vt purgatis ouium ſuarum erroribus,eliminatiſque à fidelium finibus hęreſibus vniuerſis Eccleſię ſuę ſanctę pacem & vnitatem conſeruare dignetur. Dudum ſiquidem,quod prę animi anguſtia & mœrore exprimere vix poſſumus, fide dignorum relatu ac fama publica referente,ad noſtrum peruenit auditum: immò verò,proh dolor,oculis noſtris vidimus ac legimus multos & varios errores,quoſdam videlicet iam per concilia ac prędeceſſorum noſtrorum conſtitutiones damnatos,hęreſim etiam Gręcorum & Bohemicam expreſsè continentes: alios vero reſpectiuè vel hęreticos,vel falſos,vel ſcandaloſos,vel piarum aurium offenſiuos, vel ſimplicium mentium ſeductiuos,à falſis fidei cultoribus,qui per ſuperbam curioſitatem mundi gloriam cupientes, contra Apoſtoli doctrinam plus ſapere volunt,quam oporteat:quorum garrulitas(vt inquit Hieronymus),ſine ſcripturarum auctoritate non haberet fidem,niſi viderentur peruerſam doctrinam etiam diuinis teſtimoniis,male tamen interpretatis,roborare. A quorum oculis Dei timor receſſit,humani generis hoſte ſuggerẽte,nouiter ſuſcitatos,& nuper apud quoſdam leuiores in inclyta natione Germanica ſeminatos. Quod eo magis dolemus ibi euenisſe,quod eandem nationem & nos,& prędeceſſores noſtri, in viſceribus ſemper geſſerimus charitatis. Nam poſt tranſlatum ex Gręcis à Romana Eccleſia in eoſdem Germanos imperium,* iidem prędeceſſores noſtri & nos,eiuſdẽ Eccleſię aduocatos,defenſoréſque ex eis ſemper accepimus,quos quidem Germanos, catholicę veritatis vere germanos, conſtat hęreſum acerrimos oppugnatores ſemper fuiſſe,cuius rei teſtes ſunt laudabiles illę conſtitutiones Germanorum Imperatorum pro libertate Eccleſię,próque expellendis exterminandíſque ex omni Germania hęreticis,ſub grauiſſimis pœnis etiam amiſſionis pœnis etiam amiſſionis terrarum & dominiorum,contra receptatores vel non expellentes olim editę,& à noſtris prędeceſſoribus confirmatę:quę ſi hodie ſeruarentur,& nos & ipſi vtique hac moleſtia careremus. Teſtis eſt in Concilio Conſtantien. Huſſitarum ac Vvicleffiſtarum,necnon Hieronymi Pragen. damnata ac punita perfidia. Teſtis eſt toties contra Bohemos Germanorum ſanguis effuſus. Teſtis denique eſt prędictorum errorum ſeu multorum ex eis per Colonien. & Louanien. vniuerſitates,vtpote agri Dominici piiſſimas religioſiſſimáſque cultrices,non minus docta quam vera ac ſancta confutatio,reprobatio,& damnatio. Multa quoque alia allegare poſſemus, quę,ne hiſtoriam texere videamur,pretermittenda cenſuimus. Pro paſtoralis igitur officij diuina gratia nobis iniuncti cura,quam gerimus, prędictorum errorum virus peſtiferum vlterius tolerare ſeu diſſimulare,ſine Chriſtianę religionis nota atque orthodoxę fidei iniuria,nullo modo poſſumus. Eorum autem errorum aliquos articulos pręſentibus duximus inſerendos,quorum tenor ſequitur & eſt talis.

1 Hæretica ſententia eſt,ſed vſitata,Sacramenta nouæ legis iuſtificantem gratiam illis dare,qui non ponunt obicem.

2 In puero poſt baptiſmum negare remanens peccatum,eſt Paulum & Chriſtum ſimul conculcare.

3 Fomes peccati,etiam ſi nullum adſit actuale peccatum, moratur exeuntem à corpore animam ab ingreſſu cœli.

4 Imperfecta charitas morituri,fert ſecum neceſſario magnum timorem,qui ſe ſolo ſatis eſt facere pœnam Purgatorij,& impedit introitum regni.

5 Tres eſſe partes pœnitentiæ, contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem, non eſt fundatum in ſacra ſcriptura, nec in antiquis ſanctis Chriſtianis doctoribus.

6 Contritio quæ paratur per diſcuſſionem,collectionem, & deteſtationem peccatorum,qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ ponderando peccatorum grauitatem,multitudinem,fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquiſitionem, hæc contritio facit hypocritam,immò magis peccatorem.

** Anno ſalutis DCCC. in die natiuitatis Domini, præhabita matura deliberatione,Leo põtifex Romanus conſiderans Imperatores Cõſtãtinopolitanos ægrè id nomen tueri,& ob eam rem vrbem Romam atque Italiam magnis calamitatibus preſſam, ſimúlque retractans errores Græcorum frequentes & inobedientiã & Occidentale Imperium quaſi pro derelicto à Græcis habitum, è regione verò perpendẽs Carolum Francorum regem potentiſſimum,& optimè de Eccleſia meritum, ea propter inter Miſſarum ſolennia eo die in baſilica S. Petri pontifex populi Romani conſenſu,Carolum Imperatorem Romanorum declarat,ac diademate coronat, Pontifex item hominẽ inunxit cum Pipino filio quem Italiæ regem ſolenni decreto pronunciauit. Eo die Imperiũ Romanũ à Græcis in perſona Caroli magni tranſlatũ eſt ad Germanos.*

7 Veriſſimum eſt prouerbium,& omnium doctrina de contritionibus hucúſque data præſtantius,de cætero non facere,ſumma pœnitentia:optima pœnitentia,noua vita.

8 Nullo modo præſumas confiteri peccata venialia, ſed nec omnia mortalia, quia impoſſibile eſt,vt omnia mortalia cognoſcas.Vnde in primitiua eccleſia ſolum manifeſta mortalia confitebantur.

9 Dum volumus omnia purè confiteri,nihil aliud facimus, quam quod miſericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoſcendum.

10 Peccata non ſunt vlli remiſſa,niſi remittente ſacerdote,credat ſibi remitti:immò peccatum maneret,niſi remiſſum crederet:non enim ſufficit remiſſio peccati,& gratiæ donatio ſed oportet etiam credere eſſe remiſſum.

11 Nullo modo confidas abſolui propter tuam contritionem,ſed propter verbum Chriſti, Quodcúnque ſolueris,&c. Hic,inquam,confide , ſi ſacerdotis obtinueris abſolutionem , & crede fortiter te abſolutum , & abſolutus vere eris, quidquid ſit de contritione.

12 Si per impoſſibile confeſſus non eſſet contritus,aut ſacerdos non ſerio,ſed ioco abſolueret,ſi tamen credat ſe abſolutum,veriſſime eſt abſolutus.

13 In ſacramento pœnitentiæ ac remiſſione culpæ,non plus facit Papa aut Epiſcopus,quam infimus ſacerdos : immò vbi non eſt ſacerdos , æquè tantum quilibet Chriſtianus,etiam ſi mulier aut puer eſſet.

14 Nullus debet ſacerdoti reſpondere,ſe eſſe contritum , nec ſacerdos requirere.

15 Magnus error eorum qui ad ſacramenta Euchariſtiæ accedunt , huic innixi, quòd ſint confeſſi,quòd non ſint ſibi conſcij alicuius peccati mortalis , quòd præmiſerint orationes ſuas & præparatoria,omnes illi ad iudicium ſibi manducant & bibunt:ſed ſi credant & confidant ſe gratiam ibi conſecuturos,hæc ſola fides facit eos puros & dignos.

16 Conſultum videtur,quòd eccleſia in communi conſilio ſtatueret laicos ſub vtraque ſpecie communicandos,ne Bohemi communicantes ſub vtraque ſpecie,ſunt hæretici,ſed ſchiſmatici.

17 Theſauri eccleſię,vnde Papa dat indulgentias,non ſunt merita Chriſti & ſanctorum.

18 Indulgentiæ ſunt piæ fraudes fidelium , & remiſſiones bonorum onerum : & ſunt de numero eorum quæ licent,& non de numero eorum quæ expediunt.

19 Indulgentiæ his qui veraciter eas conſequuntur , non valent ad remiſſionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ apud diuinam iuſtitiam.

20 Seducuntur credentes indulgentias eſſe ſalutares, & ad fructum ſpiritus vtiles.

21 Indulgentiæ neceſſariæ ſunt ſolum publicis criminibus , & propriè conceduntur duris ſolummodo & impatientibus.

22 Sex generibus hominum indulgentiæ nec ſunt neceſſariæ,nec vtiles:videlicet mortuis ſeu morituris , infirmis , legitimè impeditis, his qui non commiſerunt crimina,his qui crimina commiſerunt ſed non publica , his qui meliora operantur.

23 Excommunicationes ſunt tantum externæ pœnæ,nec priuant hominem communibus ſpiritualibus Eccleſiæ orationibus.

24 Docendi ſunt Chriſtiani plus diligere excommunicationem, quam timere.

25 Romanus Pontifex Petri ſucceſſor, non eſt Chriſti vicarius ſuper omnes totius mundi Eccleſias ab ipſo Chriſto in B.Petro inſtitutus.

26 Verbum Chriſti ad Petrum,Quodcunque ſolueris ſuper terram, &c.extenditur duntaxat ad ligata ab ipſo Petro.

27 Certum eſt in manu Eccleſiæ aut Papæ prorſus non eſſe,ſtatuere articulos fidei,immò nec leges morum ſeu bonorum operum.

28 Si Papa cum magna parte Eccleſiæ ſic vel ſic ſentiret,nec etiam erraret:adhuc non eſt peccatum aut hæreſis,contrarium ſentire,præſertim in re non neceſſaria ad ſalutem , donec fuerit per Concilium vniuerſale alterum reprobatum,alterum approbatum.

29 Via nobis facta eſt enarrandi auctoritatem conciliorum , & liberè contradicendi eorum geſtis, & iudicandi eorum decreta , & confidenter confitendi quidquid verum videtur , ſiue probatum fuerit , ſiue reprobatum à quocunque concilio.

30 Aliqui articuli Ioannis Huſz condemnati in concilio Conſtantien. ſunt Chriſtianiſſimi , veriſſimi , & Euangelici , quos nec vniuerſalis Eccleſia poſſet damnare.

31 In omni opere bono iuſtus peccat.

32 Opus bonum optimè factum,eſt veniale peccatum.

33 Hæreticos comburi,eſt contra voluntatem Spiritus.

34 Præliari aduerſus Turcas , eſt repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per illos.

35 Nemo eſt certus ,ſe non ſemper peccare mortaliter propter occultiſſimum ſuperbiæ vitium.

36 Liberum arbitrium poſt peccatum, eſt res de ſolo titulo : & dum facit quod in ſe eſt ,peccat mortaliter.

37 Purgatorium non poteſt probari ex ſacra ſcriptura,quę ſit in canone.

38 Animæ in Purgatorio non ſunt ſecuræ de eorum ſalute,ſaltem omnes:nec probatum eſt vllis aut rationibus aut ſcripturis,ipſas eſſe extra ſtatum merendi, aut agendæ charitatis.

39 Animæ in Purgatorio peccant ſine intermiſſione,quamdiu quærunt requiem, & horrent pœnas.

40 Animæ ex Purgatorio liberatæ ſuffragiis viuentium , minus beantur quam ſi per ſe ſatisfeciſſent.

41 Prælati eccleſiaſtici & principes ſeculares non malefacerent , ſi omnes ſaccos mendicitatis delerent.

Qui quidem errores,reſpectiuè,quàm ſint peſtiferi,quam pernicioſi,quam ſcandaloſi,quam piarum & ſimplicium mentium ſeductiui,quàm denique ſint contra omnem charitatem,ac S.R.E.matris omnium fidelium , & magiſtræ fidei reuerentiam,atque neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ , obedientiam ſcilicet quæ fons eſt & origo omnium virtutum , ſine qua facilè vnuſquiſque infidelis eſſe conuincitur,nemo ſanæ mentis ignorat.Nos igitur in præmiſſis , vtpote grauiſſimis , propenſius(vt decet) procedere,necnon huiuſmodi peſti, morbóque canceroſo , ne in agro Dominico tanquam vepris nociua vlterius ſerpat, viam præcludere cupientes,habita ſuper prædictis erroribus & eorum ſingulis diligenti trutinatione , diſcuſſione,ac diſtricto examine,maturáque deliberatione,omnibúſque ritè penſatis ac ſæpius ventilatis cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus,ac regularium ordinum Prioribus ſeu miniſtris generalibus , pluribúſque aliis ſacræ Theologiæ,necnon vtriuſque iuris profeſſoribus ſiue magiſtris & quidem peritiſſimis:reperimus eoſdem errores,reſpectiuè(vt præfertur) aut articulos non eſſe catholicos,nec tanquam tales eſſe dogmatizandos, ſed contra Eccleſiæ catholicæ doctrinam & traditionē,atque ab ea veram diuinarum ſcripturarum receptam interpretationem,cuius auctoritati ita acquieſcendum cenſuit Auguſtinus , *vt dixerit ſe Euangelio non fuiſſe crediturum , niſi Eccleſiæ Catholicæ interueniſſet auctoritas.Nam ex eiſdem erroribus,vel eorum aliquo vel aliquibus palam ſequitur,eandem Eccleſiam,quę Spiritu ſancto regitur,errare & ſemper erraſſe.Quod eſt vtique contra illud,quod Chriſtus diſcipulis ſuis in aſcenſione ſua (vt in ſancto euangelio Matthęi legitur)promiſit,dicens:Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.Necnon contra ſanctorum patrum determinationes conciliorum quoque & ſummorum Pontificum expreſſas ordinationes ſeu canones:quibus non obtemperaſſe,omnium hæreſum & ſchiſmatum , teſte Cypriano, fomes & cauſa ſemper fuit. De eorundem itaque venerabilium fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu,ac omnium & ſingulorum prędictorum matura deliberatione prędicta,auctoritate omnipotentis Dei,& beatorum Apoſtolorum Petri , & Pauli,& noſtra prefatos omnes & ſingulos articulos ſeu errores, tanquam (vt premittitur)reſpectiuè hereticos,aut ſcandaloſos,aut falſos,aut piarum aurium offenſiuos,vel ſimplicium mentium ſeductiuos,& veritati catholicę obuiantes, damna-

*Vehemēs profectò Auguſtini telum in oēs qui nihil credēdum clamitant niſi quod dilucidè ſacra ſcriptura dicit. Num ergo Deum vnū eſſe vniuerſaque ſuo verbo condidiſſe credidiſſent ſi Moſis ætatē præceſſiſſent? Atheiſmum ve profeſſi fuiſſent ſi vniuerſa Biblia ſacra Babyloniis flammis exuri vidiſſēt. Cum ergo compertum ſit ſidē nisi verbo quod ſola Eccleſia Catholica cuſtodit, probat, & intelligit ideóque dicitur columna & firmamentū veritatis, manēdum eſt in ſecuritate Eccleſiæ ne precipites cum Luthero in ſchiſmata ruamus.

mus,reprobamus,atque omninò reiicimus,ac pro damnatis, reprobatis & reiectis ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus haberi debere, harum ſerie decernimus & declaramus,inhibentes in virtute ſanctæ obedientiæ,ac ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ necnon quo ad eccleſiaſticas & regulares perſonas, epiſcopalium omnium etiam patriarchalium, metropolitanorum, & aliarum cathedralium eccleſiarum,monaſteriorum quoque & prioratuum etiam conuentualium,& quarumcunque dignitatum, aut beneficiorum eccleſiaſticorum, ſæcularium aut quorumuis ordinum regularium, priuationis, & inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda:quo vero ad conuentus, capitula, ſeu domos aut pia loca ſæcularium vel regularium,etiam mendicantium,necnon vniuerſitatis etiam ſtudiorum generalium,quorumcunque priuilegiorum indultorum à ſede Apoſtolica vel eius Legatis,aut aliàs quomodolibet habitorum vel obtentorum,cuiuſcunque tenoris exiſtant:necnon nominis & poteſtatis ſtudium generale tenendi, legendi,ac interpretandi quaſuis ſcientias & facultates,& inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda:Prædicationis quoque officij, ac amiſsionis ſtudij generalis;& omnium priuilegiorum eiuſdem:quo verò ad ſæculares eiuſdem excommunicationis,necnon amiſsionis cuiuſcunque emphyteoſis ſeu quorumcunque feudorum tam à Romana Eccleſia,quam aliàs quomodolibet obtentorum,ac etiam inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda:necnon quo ad omnes & ſingulos ſuperius nominatos,inhibitionis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, inhabilitatiſque ad omnes & ſingulos actus legitimos,ac diffidationis,& criminis leſæ maieſtatis, & hæreticorum & fautorum eorundem in iure expreſsis pœnis,eo ipſo & abſque vlteriori declaratione per omnes & ſingulos ſupradictos,ſi (quod abſit) contrafecerint,incurrendis,à quibus vigore cuiuſcunque facultatis & clauſularum etiam in confeſsionalibus quibuſuis perſonis,ſub quibuſuis verborum formis contentarum niſi à Rom.Pont.vel alio ab eo ad id in ſpecie facultatem habente præterquam in mortis articulo conſtituti,abſolui nequeant. Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus,tam laicis quam clericis,ſæcularibus & quorumuis ordinum regularibus,& aliis quibuſcunque perſonis,cuiuſcunque ſtatus,gradus vel conditionis exiſtant,& quacunque Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate,etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus,patriarchis,primatibus, archiepiſcopis,epiſcopis,patriarcharum,metropolitanarum, & aliarum cathedralium collegiatarum ac inferiorum Eccleſiarum prælatis,clericis, aliiſque perſonis eccleſiaſticis, ſæcularibus,& quorumuis ordinum etiam mendicantium regularibus,abbatibus, prioribus,vel miniſtris generalibus vel particularibus,fratribus ſeu religioſis, exemptis & non exemptis: Studiorum quoque vniuerſitatibus ſæcularibus & quorumuis ordinum etiā Mendicantium regularibus:necnon Regibus,Imperatoribus Electoribus,principibus,ducibus,marchionibus,comitibus,baronibus, capitaneis, conductoribus,domicellis,omnibúſque officialibus,iudicibus,notariis Eccleſiaſticis & ſæcularibus,communitatibus,vniuerſitatibus potentatibus, ciuitatibus, caſtris,terris & locis,ſeu eorum vel earum ciuibus,habitatoribus & incolis, ac quibuſuis aliis perſonis eccleſiaſticis vel regularibus(vt præfertur)in vniuerſum orbem,vbicunque,præſertim in Alemania exiſtentibus, vel pro tempore futuris, ne præfatos errores,aut eorum aliquos,peruerſámque doctrinam huiuſmodi afferre,affirmare,defendere,prædicare,aut illi quomodolibet,publicè vel occultè, quouis quęſito ingenio vel colore,tacitè vel expreſsè fauere pręſumant. Inſuper, quia errores pręfati & plures alij continentur in libellis ſeu ſcriptis eiuſdem Martini Lutheri,dictos libellos & omnia dicti Martini ſcripta ſeu prędicationes,in Latino vel quocunque alio idiomate reperiantur, in quibus dicti errores ſeu eorum aliqui continentur, ſimiliter damnamus, reprobamus, atque omninò reiicimus, & pro omninò damnatis,reprobatis,ac reiectis(vt pręfertur)haberi volumus: mandantes in virtute ſanctę obedientię & ſub pœnis prędictis eo ipſo incurrendis,omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus ſuperius nominatis,ne huiuſmodi ſcripta,libellos,prędicationes ſeu ſchedulas,vel in eis contenta capitula,errores aut articulos ſupradictos continentia legere,aſſerere,prædicare,laudare,imprimere,publicare,ſiue defendere,per ſe vel alium ſeu alios,directè vel indirectè, tacitè

Articuli Lutheri ſuprafcripti peruerſi & hæretici dogmatis inſtrumenta damnantur.

A prædicationis priuilegio arcetur Lutherus.

Pœnæ credentium & fauentium Lutheranæ hæreſi.

Scripta omnia Lutheri quocunque Idiomate ſcripta comburi mandat.

vel

vel expreſsè, publicè vel occultè,aut in domibus ſuis,ſiue aliis publicis vel priuatis locis tenere quoquomodo præſumant:quinimmò illa ſtatim poſt harum publicationem vbicunque fuerint,per ordinarios & alios ſupradictos diligenter quæſita, publicè & ſolenniter in præſentia cleri & populi,ſub omnibus & ſingulis ſupradictis pœnis,comburant. Quòd vero ad ipſum Martinum attinet (bone Deus) quid prætermiſimus,quid non fecimus,quid paternæ charitatis omiſimus,vt eum ab huiuſmodi erroribus reuocaremus? Poſtquam enim ipſum citauimus, mitius cum eo procedere volentes,illum inuitauimus:atque tam per diuerſos tractatus cum legato noſtro habitos,quam per literas noſtras,hortati fuimus,vt à prædictis erroribus diſcederet,aut oblato etiam ſaluo conductu & pecunia ad iter neceſſaria,ſine metu ſeu timore aliquo,quem perfecta charitatis foras mittere debuit, veniret, ac Saluatoris noſtri Apoſtolíque Pauli exemplo,non in occulto,ſed palam & in facie loqueretur.* Quod ſi feciſſet,pro certo(vt arbitramur)ad quod reuerſus,errores ſuos cognouiſſet:nec in Rom.curia, quam tantopere, vanis maleuolorum rumoribus pluſquam oportuit tribuendo,vituperat,tot reperiſſet errata:docuiſſemúſque cum luce clarius,ſanctos Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros, quos præter omnem modeſtiam iniurioſè lacerat,in ſuis canonibus ſeu conſtitutionibus,quas mordere nititur,nunquam erraſſe:quia iuxtà Prophetam,nec in Galaad reſina,nec medicus deeſt. Sed obaudiuit ſemper,& prædicta citatione, omnibúſque & ſingulis ſupradictis ſpretis venire contempſit,ac vſque in præſentem diem contumax atque animo indurato cenſuras vltra annum ſuſtinuit:& quod deterius eſt,addens mala malis, de citatione huiuſmodi notitiam habens, in vocem temerariæ appellationis prorupit,ad futurum Concilium,contra conſtitutionem Pij II.ac Iulij II. prædeceſſorum noſtrorum,qua cauetur, taliter appellantes hæreticorum pœna plectendos, (Fruſtra etiam Concilij auxilium implorauit, qui illi ſe non credere palam profitetur)ita vt contra ipſum tanquam de fide notoriè ſuſpectum,immò vere hęreticum,abſque vlteriori citatione vel mora, ad condemnationem & damnationem eius,tanquam hæretici,ac ad omnium & ſingularum ſupraſcriptarum pœnarum & cenſurarum ſeueritatem procedere poſſemus. Nihilominus de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, omnipotentis Dei imitantes clementiam, qui non vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat: omnium iniuriarum hactenus nobis & Apoſtolicæ ſedi illatarum obliti,omni qua poſſumus pietate vti decreuimus,& quantum in nobis eſt agere,vt propoſita manſuetudinis via,ad cor reuertatur, & prædictis recedat erroribus, vt ipſum tanquam filium illum prodigum ad gremium Eccleſiæ reuertentem,benignè recipiamus. Ipſum igitur Martinum,& quoſcunque ei adhærentes, eiuſque receptatores & fautores, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri,& per aſperſionem ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti,quo & per quem humani generis redemptio,& ſanctæ matris Eccleſiæ ædificatio facta eſt,ex toto corde hortamur,& obſecramus,vt ipſius Eccleſiæ pacem,vnitatem & veritatem,pro qua ipſe Saluator tam inſtanter orauit ad patrem, turbare deſiſtant,& à prædictis tam pernicioſis erroribus prorſus abſtineant:inuenturi apud nos,ſi effectualiter paruerint,& paruiſſe per legitima documenta nos certificauerint,paternæ charitatis affectum,& apertum manſuetudinis & clementiæ fontem. Inhibentes nihilominus eidem Martino ex nunc,vt interim ab omni prædicatione ſeu prædicationis officio omninò deſiſtat. Alioquin in ipſum Martinum,ſi forte iuſtitiæ & virtutis amor à peccato non retrahat,indulgentięque ſpes ad pœnitentiam non reducat,pœnarum terror coerceat diſciplinæ,eundem Martinum, eiuſque adhærentes,complices,fautores,& receptatores tenore præſentium requirimus & monemus,in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub prædictis omnibus & ſingulis pœnis,eo incurrendis,diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſexaginta dies,quorum viginti pro primo,viginti pro ſecundo,& reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino aſſignamus, ab affixione præſentium in locis infraſcriptis, immediatè ſequentes numerandos,ipſe Martinus,complices, fautores,adhærentes,& receptatores prædicti,à pręfatis erroribus,eorumque pręedicatione ac publicatione & aſſertione,defenſione quoque,& librorum ſeu ſcripturarum editione ſuper eiſdem ſiue eorum aliquo omninò deſiſtant,libróſque ac ſcripturas

*Nihil prætermiſit Pōtifex, quo Apoſtata Lutherus erroris & hæreſis dementiā ſineret & ad pœnitentiam reduceretur, ſed oleum & operā perdidit: hinc gloriatur ipſe Lutherus quod paruiſecerit cōmonita omnia, Epiſtol. 2. ad Leonem. 10. Carolus inquit Miltitias Beatitudinis tuæ nūcius curſās & recurſans vix tandē etiā auxilio Frederici Electoris effecit, vt ſemel & iterum familiariter mecum loqueretur. *Qui aliquando verſati ſunt in hiſtoriis Eccleſiaſticis facilè vident* Romani *Pontificis nuncium à nullo vnquam Imperatore aut rege, tam ſuperbè contemptū fuiſſe quam à Luthero.*

omnes

omnes & ſingulas,præfatos errores ſeu eorum aliquos quomodolibet continentes comburant,vel comburi faciant.Ipſe etiam Martinus errores & aſſertiones huiuſmodi omninò reuocet,ac de reuocatione huiuſmodi per publica documenta in forma iuris valida,in manibus duorum prælatorum conſignata,ad nos infra alios ſimiles ſexaginta dies tranſmittenda , vel per ipſummet(ſi ad nos venire voluerit, quod magis placeret)cum præfato plenißimo ſaluo conductu , quem exnunc concedimus,deferenda,nos certiores efficiat,vt de eius vera obedientia nullus dubitationis ſcrupulus valeat remanere.Aliàs ſi(quod abſit)Martinus præfatus , complices,fautores,adhærentes,& receptatores prædicti ſecus egerint, ſeu præmiſſa omnia & ſingula infra terminum prædictum cùm effectu non adimpleuerint, Apoſtoli imitantes doctrinam,qui hæreticum hominem , poſt primam & ſecundam correptionem,vitandum docuit,exnunc prout extunc,& è conuerſo , eundem Martinum , complices,adhærentes,fautores,& receptatores præfatos , & eorum quemlibet , tanquam aridos palmites in Chriſto non manentes , ſed doctrinam contrariam catholicæ fidei inimicam,ſiue ſcandaloſam,ſeu damnatam,in non modicam offenſam diuinæ maieſtatis , ac vniuerſalis Eccleſiæ & fidei Catholicæ detrimentum & ſcandalum dogmatizantes,claues quoque Eccleſiæ vilipendentes, notorios & pertinaces hæreticos eadem auctoritate fuiſſe & eſſe declarantes,eoſdem,vt tales,harum ſerie condemnamus,& eos pro talibus haberi ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus ſupradictis volumus & mandamus. Eóſque omnes & ſingulos omnibus ſupradictis & aliis contra tales à iure inflictis pœnis , præſentium tenore ſubiicimus,& eiſdem irretitos fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus. Inhibemus præterea ſub omnibus & ſingulis præmiſſis pœnis,eo ipſo incurrendis,omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus ſuperius nominatis,ne ſcripta,etiam præfatos errores non continentia , ab eodem Martino quomodolibet condita vel edita , aut condenda,vel edenda,ſeu eorum aliqua tanquam ab homine orthodoxæ fidei inimico,atque ideo vehementer ſuſpecta , & vt eius memoria omninò deleatur de Chriſtifidelium conſortio,legere,aſſerere,prædicare,laudare,imprimere,publicare ſiue defendere per ſe vel alium ſeu alios,directè vel indirectè , tacitè vel expreſsè, publicè vel occultè,ſeu in domibus ſiue aliis locis,publicis vel priuatis, tenere quoquomodo præſumant:quinimmò illa comburant,vt præfertur. Monemus inſuper omnes & ſingulos Chriſtifideles ſupradictos,ſub eadem excommunicationis latæ ſententiæ pœna,vt hæreticos prædictos declaratos & condemnatos,mandatis noſtris non obtemperantes,poſt lapſum termini ſupradicti euitent , & quantum in eis eſt,euitari faciant,nec cum eiſdem vel eorum aliquo commercium aut aliquam conuerſationem ſeu communionem habeant,nec eis neceſſaria miniſtrent.Ad maiorem pręterea dicti Martini,ſuorúmque complicium,fautorum & adhærentium, ac receptatorum prædictorum,ſic poſt lapſum termini prædicti declaratorum hęreticorum & condemnatorum confuſionem , vniuerſis & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus,patriarchis,archiepiſcopis,epiſcopis,Patriarchalium , Metropolitanarum,& aliarum cathedralium,collegiatarum, ac inferiorum Eccleſiarũ prælatis,capitulis,aliiſque perſonis Eccleſiaſticis,ſæcularibus & quorumuis ordinum etiam mendicantium(præſertim eius congregationis , cuius dictus Martinus eſt profeſſus,& in qua degere vel morari dicitur)regularibus,exemptis non exemptis necnon vniuerſis & ſingulis principibus,quacunque eccleſiaſtica vel mundana fulgẽtibus dignitate,Regibus,Imperatoribus Electoribus,ducibus,marchionibus,comitibus,baronibus,capitaneis,conductoribus,domicellis,communitatibus,vniuerſitatibus,potentatibus,ciuitatibus,terris,caſtris,& locis , ſeu eorum habitatoribus, ciuibus & incolis,omnibúſque aliis & ſingulis ſupradictis, per vniuerſum orbem, præſertim in eadem Alemania conſtitutis mandamus,quatenus ſub prædictis omnibus & ſingulis pœnis,ipſi vel eorum quilibet,præfatum Martinum , complices, adhęrentes,receptantes,& fautores perſonaliter capiant,& captos ad noſtram inſtantiam retineant,& ad nos mittant:reportaturi pro tam bono opere , à nobis & ſede Apoſtolica remunerationem præmiúmque condignum,vel ſaltem eos & eorum quemlibet,de metropolitanis,cathedralibus,collegiatis,& aliis Eccleſiis , domibus,monaſteriis,conuentibus,ciuitatibus,dominiis,vniuerſitatibus, communitatibus,

Ad reſipiſcentiã prædictũ terminum ſpreuit Lutherus eiúſque ſequáces impœnitentes remanſerunt.

Huiuſmodi ſunt pœnæ hæreticorum de quibus aliquid ſub Innocentio 4. fol. 4.& Vrbano 4. fol.20. ſuperius dictum eſt.

Ne in publicum prodeant operá Lutheri, aut typis cudãtur prohibet Pontifex.

Hæretici veluti peſtes animarum vitandi.

tatibus,caſtris,terris ac locis reſpectiuè tam clerici & regulares,quàm laici omnes & ſinguli ſupradicti omninò expellant Ciuitates vero,dominia,terras caſtra, villas,comitatus,fortalicia,oppida & loca quæcunque vbilibet conſiſtentia eorum & earum reſpectiuè:metropolitanas,cathedrales,collegiatas & alias Eccleſias, monaſteria,prioratus,domus,conuentus,& loca religioſa vel pia cuiuſcunque ordinis,vt præfertur,ad quæ præfatum Martinum,vel aliquem ex prædictis , declinare contigerit,quamdiu ibi permanſerint,& triduò poſt receſſum, Eccleſiaſtico ſubiicimus interdicto.Et vt præmiſſa omnibus innoteſcãt,mandamus inſuper vniuerſis patriarchis,archiepiſcopis,epiſcopis , patriarchalium metropolitanarum , & aliarum cathedralium ac collegiatarum Eccleſiarum prælatis ,capitulis, aliiſque perſonis eccleſiaſticis,ſæcularibus , & quorumuis ordinum ſupradictorum regularibus,fratribus religioſis,monachis,exemptis & non exemptis ſupradictis , vbilibet pręſertim in Alemania conſtitutis, quatenus ipſi vel eorum quilibet ſub ſimilibus cenſuris & pœnis,eo ipſo incurrendis, Martinum , omnéſque & ſingulos ſupradictos,qui elapſo termino huiuſmodi mandatis ſeu monitis noſtris non paruerint, in eorum Eccleſiis Dominicis & aliis feſtiuis diebus,dum inibi maior populi multitudo ad diuina conuenerit,declaratos hęreticos , & condemnatos publicè nuncient,faciántque & mandent ab aliis nunciari,& ab omnibus arctius euitari.Necnon omnibus Chriſtifidelibus,vt eos euitent, pari modo ſub prædictis cenſuris & pœnis.Et pręſentes literas vel earum tranſumptum ſub forma infra ſcripta factum in eorum Eccleſiis,monaſteriis,domibus,conuentibus,& aliis locis,legi publicari, atque affigi faciant.Excommunicamus quoque & anathematizamus omnes & ſingulos,cuiuſcunque ſtatus,gradus,conditionis , pręeminentię dignitatis aut excellentiæ fuerint,qui,quo minus pręſentes literę,vel earum tranſumpta,copię ſeu exemplaria in ſuis terris & dominiis legi,affigi & publicari poſſint,fecerint, vel quoquo modo procurauerint per ſe vel alium ſeu alios , publicè vel occultè , directè vel indirectè,tacitè vel expreſsè.Poſtremò , quia difficilè foret pręſentes literas ad ſingula quęque loca deferri,in quibus neceſſarium:volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus,quòd earum tranſumptis manu publici notarij confectis & ſubſcriptis,vel in alma vrbe impreſſis,& ſigillo alicuius Eccleſiaſtici pręlati munitis, vbique ſtetur,& plena fides adhibeatur,prout originalibus literis ſtaretur & adhiberetur,ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.Et ne præfatus Martinus,omnéſque alij ſupradicti,quos pręſentes literę quomodolibet concernunt, ignorantiam earundem literarum,& in eis contentorum omnium & ſingulorum prętendere valeant, literas ipſas in baſilicę principis Apoſtolorum,& cancellarię Apoſtolicę necnon Cathedralium Eccleſiarum Brandeburgen.Miſnen & Meſpergen.valuis affigi & publicari debere volumus:Decernentes,quòd earundẽ literarum publicatio ſit facta, ad ſupradictum Martinum ,omnéſque alios & ſingulos pręnominatos, quos literę huiuſmodi quomodolibet concernunt,perinde arctent ac ſi literę ipſę die affixionis & publicationis huiuſmodi eis perſonaliter lectæ intimatæ forent:cum non ſit veriſimile,quòd ea quæ tam patenter fiunt,debeant apud eos incognita remanere.Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,ſeu ſi ſupradictis omnibus & ſingulis , vel eorum alicui , aut quibuſuis aliis à ſede Apoſtolica prędicta,vel ab ea poteſtatem habentibus,ſub quauis forma etiam confeſſionali,& cum quibuſuis etiam fortiſſimis clauſulis,aut ex quauis cauſa ſeu grandi conſideratione,indultum vel conceſſum exiſtat,quòd interdici,ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas,non facientes plenam & expreſſam , ac de verbo ad verbum,non autem per clauſulas generales id importantes , de indulto huiuſmodi mentionem,eiuſdem indulti tenores,cauſas & formas , perinde ac ſi de verbo ad verbum infererentur,ita vt omninò tollantur, pręſentibus pro expreſſis habentes.Nulli ergo,&c.Si quis autem,&c.Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicę,milleſimo Quingenteſimo viceſimo , Decimoſeptimo Calendas Iulij,Pontificatus noſtri anno Octauo.

Loca omnia in quibus Lutherus Erro & profugus miſerabilis declinauerit interdicto ſubiiciuntur.

Publicis concionibus & in amplitudine cœtus Lutherus & ei adherentes hæretici declarantur.

Excommunicantur impedientes publicationem iſtius conſtitutionis.

Forma publicandi hanc conſtitutionem.

Clauſulæ derogatoriæ.

Etſi Summi huius Pontificis authoritas ſatis ſupérque valeat aduerſus damnatas hæreſes Martini Lutheri , atrioribus tamen coloribus depingitur apud probatos authores qui fœdiorem

fœdiorem & locupletiorem dogmatum falſiſſimorum congeriem enumerant, quarum minima quidem mille rogis, digna videntur vt cum ſuo tutore ἐς κόρακας ablegentur. Pro breuiſſimi ſcholij compendio referam ſingularia portenta Lutheranæ ſcholæ quæ cum his quæ in hac conſtitutione Pontificis damnantur æqua via coaleſcunt vel ad abſurdiora vergũt, quibus cognitis facilè iudicabitur quam turpiter ſe incantari permittant qui ſomnia huius Antichriſti Pſeudodoctoris perfidiſſimi credunt.

Primum animi impetum in ſacram Miſſam emiſit quam friuolis de cauſis abrogandam conſuluit, & apertè fatetur quo impulſore talia ſuadeat eius enim verba hæc ſunt Diabolum & ſe inter ſeſe mutuum familiariter noſſe, & quod plus vno ſalis modio ſimul comederint, illúmque dulci alloquio ſe frequenter conueniſſe & nocte excitaſſe, atque ſtimulaſſe vt contra Miſſam ſcriberet & ad rem argumenta ſuppeditaſſe. Aliud ſomnium narrat peſſimi ſui genij quod è tomo Vittemb. Impreſſi apud Thomam Klup, vna cum præfatione Philippi Melanctonis. fol. 228 his verbis multi Catholici ſcriptores excerpſerunt.

Contigit me ſemel ſub mediam noctem ſubito expergefieri ibi Sathan mecum cœpit eiuſmodi diſputationem, Audi inquit Luthere Doctor perdocte noſti te quindecim annis celebraſſe miſſas priuatas pene quotidie? Quid ſi tales Miſſæ horrenda eſſet Idolatria? Quid ſi ibi non adfuiſſet corpus & ſanguis Chriſti ſed tantum panem & vinum adoraſſes? Cui ego reſpondi. Sum vnctus Sacerdos: accepi vnctionem & conſecrationem ab Epiſcopo, & hæc omnia feci ex mandato & obedientia maiorũ quare non conſecraſſem, cum verba Chriſti pronunciarim, & ſerio Miſſas celebrarim. Hoc noſti. Hoc totum inquit verum, ſed Turcæ & gentiles etiam faciunt in ſuis templis ex obedientia, & ſerio ſacrificia faciunt: Sacerdotes Ieroboam faciebant etiam omnia certo zelo & ſtudio contra veros Sacerdotes in Ieruſalem. Quid ſi tua ordinatio & conſecratio etiam falſa eſſet, ſicut Turcarum & Samaritanorum falſi ſacerdotes falſus & Impius cultus eſt. Primum noſti inquit nullam tunc habuiſti cognitionem Chriſti nec veram fidem, & quod ad fidem attinet nihilo melior fuiſti quouis Turca. Nam Turca adeóque omnes Diaboli etiam credunt Hiſtoriam de Chriſto ipſum natum Crucifixum, mortuum &c. Sed Turca & nos ſpiritus reiecti non fidimus illius miſericordiæ, neque habemus eum pro mediatore & ſaluatore, ſed exhorreſcimus, vt ſæuum iudicem. Eiuſmodi fidem non aliam & tu habebas cum ab Epiſcopo vnctionem acciperes & omnes alij vngentes ſimul & inuncti ſic ſentiebant & non aliter de Chriſto ideò à Chriſto tanquam crudeli Iudice confugientes ad Sanctam Mariam & ſanctos illi erant mediatores inter vos & Chriſtum. Sic erepta eſt gloria Chriſto hoc neque tu neque alius Papiſta vllus poterit inficiari, ergo vncti eſtis, conſecrati & raſi & ſacrificaſtis in Miſſa vt Gentiles Ethnici non vt Chriſtiani. Quomodo ergò potuiſtis in Miſſa conſecrare, aut veram Miſſam celebrare? Et poſtea ibidem fol. 229. b. In his anguſtiis in hoc agone contra Diabolum volebam hoſtem retrudere armis quibus aſſuetus eram ſub Papatu obiiciebámque intentionem & fidem Eccleſiæ, ſcilicet quod Miſſas priuatas in fide & intentione Eccleſiæ celebraſſem. Etiam ſi ego (dicebam) non rectè credidi aut ſenſi tamen in hoc rectè credit & ſentit Eccleſia. Verum Satham è contra fortius & vehementius inſtans age (inquit) prome vbi ſcriptum eſt, quod homo impius incredulus, poſſit aſſiſtere altari Chriſti & conſecrare ac conficere in fide Eccleſię vbi iuſſit aut pręcepit hoc Deus? Quomodo probabis quod Eccleſiæ intentio tibi impartiatur ad hanc tuam Miſſam priuatam, ſi nunc verbum Dei non habes, ſed homines hæc docuerunt ſine verbo, tunc tota doctrina hæc eſt mendacium. En Audaciam veſtram! Rurſus in fine diſputationis fol. 240. Confeſſus quidem ſum lege Dei conuictus coram Diabolo me peccaſſe, me damnatum eſſe vt Iudam ſed verto me ad Chriſtum cum Petro. Hactenus Martini Lutheri cum Diabolo Dialogus. Quis autem tam ſolertis ingenij acumine deſtitutus, quis obtuſo quantumuis iudicio inuenietur qui non dilucidè norit ex hac imprudentiſſima Lutheri Monologia vel dæmonem authorem eſſe contumeliarum omnium quæ in ſacrum Miſſæ ſacrificium ſparſit Lutherus, vel ipſum Lutherum ab eo hauſiſſe huiuſmodi blaſphemiarum rudimenta, quæ modo per varios orbis ſinus fanatica impoſtura edocta ſunt. Quis ergò non videt temere Religionis veræ nomen venari cœtus ille hæreticorum cum authorem ſuarum opinionum Diabolum venerentur Martini Pædagogum. Quod ſi huius authoritatem mentiatur Sathan, quàm ſceleratus

erit omnium ore Lutherus qui tantam nequitiam tam piaculare nephas confinxit. Vtrúmque ergo eligant Lutherani diſcipuli, aut Luthero ieciſſe principia dogmatis à Sathana inſtituto, aut ipſum Cacodæmonem primarium extitiſſe illius peſtilentis ſectæ profeſſorem. Iactent ergo quantum libuerit tertium illum Heliam tanti magiſtri, vel diſcipulum vel noui commenti mendaciſſimum impoſtorem. Iudicet tandem pius lector an Miſſa à piis reiici debeat cui Sathan infenſus eſt. Quis vnquam audiuit Sathanam diſſuadere Idololatriam, ſuperſtitionem, hypocriſim, quorum author non profligator eſt? quantò ergò maiore odio proſequitur Miſſa à diabolo eò magis veneranda & ſuſpicienda eſt. Hic itaque bis decipitur Lutherus à Sathana tam in eo vt res optimas condemnaret quam vt de præclariſſimis virtutibus ageret pœnitentiam. Vide quæ traduntur in authentica probatione Chriſtiani ſacrificij F. Petri de Bollo, tum apud Hoſmeiſterum in aſſertione Miſſæ. & Nicol. Sanderum.

Quid hauſit demũ in hac Dæmonis paleſtra Lutherus præter pſeudologias infandas, præter mendacia, præter ambitionem & ſupercilium, præter iactantiam & Thraſonis ampullata verba quibus nemini ſecundus videtur. Temporibus enim Leonis cum ambiret Cruciadæ publicationem & videret Dominicanos Auguſtinenſibus præferri cœpit in Pontificẽ debacchari. Ego (inquit) cœpi dehortari populos, ne indulgentiarum clamoribus aurem pręberent. Mox ſcripſi epiſtolas duas ad Moguntinenſem & Brandeburgenſem Epiſcopos. Contemptus, edidi diſpùtationis ſchedulam, & paulò pòſt, reſolutiones. Accuſor apud Papam. Dux Saxoniæ Fridericus apud Cardinalem Caietanum à latere Legatum agit, vt ipſe, me vocato, rem componeret. Interim Germani ſuſpenſis animis expectabant euentum tantæ rei, quam nullus antea neque Epiſcopus, neque Theologus auſus eſſet attingere. Et fouebat me vtcunque aura iſta popularis, quòd inuiſæ iam eſſent omnibus artes & Romanationes illæ. Ecce aggreſſus eſt Lutherus, quod nullus ante eum audebat tentare: & fouebat eum vtcunque aura illa popularis. Abſque quæſtionis tormento reus confitetur ambitionem gloriam popularem ei ad facinus quodlibet audendum anſam præbuiſſe.

Eadem gloriæ vitica punctus veteres & priſcos omnes ſacrarum ſcripturarum interpretes pro Bardis & ſtupidis habuit eúmque dicere ita ſolitum ſcribit Aurifaber: Ab eo tempore, quo Dei beneficio Paulum intelligere cœpi, non potui quemquam veterum magnifacere. Viluerunt apud me omnes. Initio quidem legebam Auguſtinum, ſed ſimul ac mihi aditus ad Paulum pateret, & intelligerem quæ eſſet Iuſtitia fidei, iubebam illum valere. Ita Lutherus apud Aurifabrum, qui etiam Hieronymum hæreticum, Origenem deprauatorem ſacrarum literarum, Baſilium inutilem monachum, Ioannem Chryſoſtomum loquaculum, alios aliis nominibus æquè contumelioſis appellauit. Exemplum hoc ſecuti diſcipuli, vt præceptorem oris impudentia referrent, (illo enim vitio Lutherum laboraſſe Geſnerus ſcribit) quidam ipſorum aſſeuerabant, ſed ſuo more abſque ratione & teſtibus veteres doctrinam de gratia Dei & Iuſtitia fidei, quæ præcipuum & vnicum Eccleſiæ patrimonium eſt, leuiſſime attingere, aut politicis opinionibus de Iuſtitia legis obſcurare & inuoluere. Aliis viſi fuerunt homines futiles & inconſtantes, ex vno ore efflantes frigidum & calidum: aliis ſtulti, inſani, ſtipites, beſtiæ, ſelecta organa Diaboli, Montanico ſpiritu excæcati, & propterea in æternum perditi cenſentur, niſi tamen morti proximi reſipuerint. Et quamquam horrenda ſint iſta & dictu & auditu, ac non tam reprehenſione, quàm graui animaduerſione digna, verè tamen à me commemorari ipſos Aduerſariorum libros, qui in manibus ſunt, teſtem habeo locupletiſſimum Ioannem Aurifabrum, quo nemo ſtupide magis Lutherum colere poteſt: ſtercora enim illius etiam adorat. Is igitur, de Patribus ita Lutherum domi priuatim apud ſuos pronuntiaſſe refert in eo libro cui titulus eſt Colloquia menſalia M. Lutheri: Hieronymus legi poteſt propter ſolam hiſtoriam. Nam fidei & veræ religionis ne ſemel quidem in ſuis ſcriptis meminit. Origenem iam olim excommunicaui. Chryſoſtomum nullo loco habeo, nihil eſt enim niſi loquaculus. Baſilius planè nihil valet, totus eſt monachus, ego ne pili illum facio. Apologia Philippi Melanchthonis ſuperat omnes Doctores Eccleſiæ, etiam ipſum Auguſtinum. Item: Hieronymus inter Doctores Eccleſiæ numerari non debet, fuit enim hæreticus. Credo tamen illum ſaluatum per fidem in Chriſtum nihil loquitur de Chriſto, niſi quòd nomen illius in ore ferat. Nullum inter Patres ſcio, cui ita ſim inimicus atque Hieronymo, nihil enim ſcribit, niſi de ieiunio, de delectu ciborum & de virginitate. Cyprianum ſanctiſſimum illum Martyrem, quem rectè Maiores noſtri propugnaculum Reip.

rum plumis veſtem illam noui Euangelij contexuit iampridem fraus eius per eiuſdem monſtri diſcipulos retecta, & cuique hæreticæ aui ſua penna reddita Extant libri de retectione Lutheriſmi. Scripſit Vicelius ſcripſit Fridericus Staphilus de iſta fraude Iſlebica veteres hæretici quibus ſemper inuiſa fuit continentia, vt liberius effrenæ libidini indulgeret promiſcuos concubitus, & vxorum varietatē voluptuariis diſcipulis permiſerunt. Hetzerus noſtri temporis inſignis Anabaptiſta tredecim ſimul duxit vxores Gnoſticorum & Ebionæorum impuritatem lauauit Lutherus, cuius extare Epiſtolas ſcribit idem Staphylus quibus apertis verbis fas iuſque eſſe pronunciat maritum vnum duas legitimas vxores ſimul habere Vxorem moroſam talibus verbis adire virum docet, canone de vita coniugali, Si tu nolis, velit alia: recuſat vxor, veniat ancilla: dimiſſa Vaſthi, Eſtheram accipiat.

Hæc fuerunt crepundia Synagogæ Lutheranæ. Hinc cœpit reliquos hæreſiarchas inſolentiſſimis diſputationibus obtundere, nec aliis armis quam verbo diuino gladiari voluit. Nihil credendum niſi ſcriptum palam exclamatus. Cum autem vt refert Lindanus in Panoplia Euangel. cap. 8 libr. 1 mordacibus & atrocibus aliquot conuitiis ab Anabaptiſtis laceſſitus fuiſſet quod paruulos affirmaret baptizandos ſine ſcripti verbi Dei teſtimonio quum nihil quicquam alioqui credendum vellet, quod ſcriptum non eſſet, audi obſecro quam eos acutè repellat: Vos Anabaptiſtæ (*inquit libellò Germanicè ſcripto*) Verbi Dei teſtimonium requiritis quò vobis paruulos eſſe baptizandos comprobem? Vos cōtrà potius vos ipſi inquam adferte ſcripturā quę paruulos neceſſe baptizandos doceat. *Sed iſthac reſponſione quidnam quæſo dicatur inſulſius? quid reſpondeatur ſtultius? Quid in axiomatis illius Lutherani defenſionem afferatur inualidius? Quæ ſi cognita perſpiciatur quid cum noui iſtius Euangelij axiomate confirmando vel toto, quod aiunt diametro pugnantius? quid ad Catholicæ poſtremum doctrinæ dogmata conſtituenda validius?*

Iam in canonicas ſcripturas vngues & obeliſcos ſuos iniicit, & cum prius docuiſſet nihil traditionibus Eccleſiæ fidendum, ſed ſolius ſcripturæ authoritati inſiſtendum modo quoſdam ſacros libros veteris teſtamenti qui non erant in canone Iudæorum expunxit Baruch, Tobiā, Iudith, Sapientiam, Eccleſiaſticum & duos Macchabeorum libros, Tum autem ex nouo teſtamento alios ferè totidem libros ſuſtulit. Nam Iacobi Apoſtoli Epiſtolam aridam & ſtramineam appellat quæſtionem etiam mouet de Epiſtola Pauli ad Hebræos, de ſecunda Petri, & de ſecunda & tertia Ioannis, de Iudæ Epiſtola, & Apocalypſi Ioannis Apoſtoli. Ea denique omnia quæ parum ſuis propoſitionibus adſtipulantur irridet & excutit. Odit ea quæ hæreſum capita amputant. Solet deinde ſigillatim ſacra verba ad ſuum ſenſum excorticare, interpretari, & plura excogitare analogiæ fidei noſtræ contraria. Vnum ex multis locum adferam vbi ſcribitur in actis apoſtolicis c. 3. Petrus autem & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam, *ſiue vt totam vim ſermonis Græci exprimam, ad horam illam orationis, quæ erat nona, hoc enim declarat illa repetitio articuli Græci cùm ait* ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην *erant igitur neceſſariò præter horam nonam aliæ horæ orationis ideſt horæ ad orationem ſtatutæ & Apoſtolico vſu præſcriptæ quæ nobis traditæ ſunt, quo loco cum Lutherus redargui ſe & conuinci intelligeret qui iam in multis Eccleſiis Germaniæ canonicas horas publicæ orationis, ſiue officij diuini vt vocant deleuerat, in ſua noui teſtamenti tranſlatione Germanica infinitis locis deprauata accommodatè ad ſua falſa dogmata ita locum hunc tranſtulit, Petrus autem & Ioannes aſcendebant in templū circa horam nonam ad orandum, ſcilicet efficere voluit, quamuis conſtructione ipſa Græci ſermonis repugnante vt videretur illa nona non fuiſſe ex conſtitutis & præſcriptis ad orandum, quaſi potius notatum à Luca eſſet qua hora aſcendiſſent in templum quam qua hora oraturi aſcendiſſent. Sic Ardelio in omnibus videri voluit ſolus* θεολογῶν καὶ θεολογῶτα[τος] *ſcripturæ Iudex & interpres & hoc conſtituit axioma ſcripturarum nullam eſſe difficultatem, cum in ea omnia difficilia reddat & cæcas tenebras illis iniiciat.*

Quod reliquum eſt ne quid ſuperbiæ ſuæ deſit, quod aliquando per gloriæ inanis ſtimulum deſideretur, vult ſuos Diſcipulos pro Apoſtolis exiſtimari, aut ſi quid Apoſtolorum nomine & toga dignius habetur, & à ſuperciliosa Lutheri apellatione denominari vt cuius ſequantur euangelium eius & venerentur nomen, ſic ab Hæretico Manichæo Manichæi, à Caluino Caluinani, à Luthero Lutherani nomen ſortiuntur. Sed fœliciter nec iure cedit hoc ius apellationis cum à diſciplina fidei nullum nomen ductum ſit in Eccleſia præterquam illud quod Antiochiæ impoſitum eſt vt à Chriſto Chriſtiani dicerentur. Vnde magnus eſt Athan. in quæſtionibus ad Antiochum principem q. 44. Antiochiæ, inquit, primò datum eſt oraculum,

lum, id eſt, facta à Deo reuelatio S. Apoſtolis, vt Chriſtiani vocaremur, quamobrem noſcat diligenter omnis homo, qui ad fidem Chriſti volens venit, quòd omnis fides quæ in terra ab hominis nomine nomen accipit, à Simone, inquam, Simoniani, à Marcione Marciani, ab Arrio Arriani, ab Eunomio Eunomiani, hæ omnes, & reliquæ à nominibus hominum, & propter ipſos ſic nominatæ, non ſunt fides Dei, neque Deus in ipſis eſt, ſi enim Dei fides ſunt, quare ſic nominantur, & gloriantur? Deinde ſubiungit reſponſionem claudens, αὔχημα τοίνυν καὶ χκμάτων ἡ καθολικὴ ἐκκλησία καὶ τὸ κηρύττεσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι χριστιανοὺς ἡμεῖς ἐπ' αὐτῆς φωτισθέντες ὡς μὴ παρ' ἀνθρώπου ὀνομασθέντες, ἀλλ' ὑπὸ θεοῦ φωτισθέντες, *id eſt, Sūma igitur gloriatio eſt in eccleſia catholica, & quòd in ea prædicamur & nominamur Chriſtiani, vt nō ab homine nominati, ſed à Deo illuminati. Mutatio igitur nominis iſtorum teſtimonium clariſſimum eſt mutationis fidei, & ſi illi apud Corinthios Chriſtum diuidebant, qui dicebant, ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ cùm alioqui vnus eſſet baptiſmus ſiue à Paulo, ſiue ab Apolline, ſiue à Cepha miniſtratus: quanto magis Chriſtum diuidunt, qui dicunt, ego Lutheri ſum, cuius euangelium aliud eſt ab euangelio Caluini: ego Caluini, cuius euangelium aliud eſt ab euangelio Lutheri: & vtriuſque euangelium aliud ab euangelio eccleſiæ catholicæ per cunctum orbem diffuſæ.*

Non fert animus charta aut calamo abuti in deſcribendis fanaticis huius hæreſiarchæ opinionibus quæ proditæ ſunt & diſſitæ apud authores doctiſſimos quorum præſtantiores hac Leonis conſtitutione damnatæ ſunt, à qua ad futurum Concilium apellauit, qui flocci faciebat concilia & Conciliorum authoritatum & cum vndique ſe videret proſcindi eò pertinacius errorem momordit pro rationibus iniurias ἁμάξας βλασφημιῶν *effudit. Hæc de Lutherana doctrina dicta ſunto &c. Vlcus morum & vitæ fœdiſſimum aperietur in conſtitutione Adriani ſexti in qua Lutherus à natalibus ad exitium vſque depingetur*

X.

Martinus Lutherus eiuſque fautores complices & ſequaces iterum excommunicantur & hæretici declarantur.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DECEt Romanum Pontificem, ex tradita ſibi diuinitus poteſtate, pœnarum ſpiritualium, & temporalium, pro meritorum diuerſitate, diſpenſatorem conſtitutum, ad reprimendum nefarios conatus peruerſorum, quos noxiæ voluntatis adeo deprauata captiuat intentio, vt Dei timore poſtpoſito, canonicis ſanctionibus mandatíſque apoſtolicis neglectis, atque contemptis noua & falſa dogmata excogitare, ac in Eccleſia Dei nefarium ſchiſma inducere, aut ſchiſmaticis ipſis inconſutilem Redemptoris noſtri tunicam, orthodoxæque fidei vnitatem ſcindere ſatagentibus, fauorem præbere, aſſiſtere, adhæreréque non verentur, ne Petri nauicula, ſine Gubernatore & remige nauigare videatur, contra tales, eorúmque ſequaces, acrius inſurgere, & exaggeratione pœnarum, & alias oportuno remedio ita prouidere ne iidem contemptores in reprobum ſenſum dati, illíſque adhærentes falſis commentis, ac ſubdolis eorum malitiis ſimplicem turbam decipiant, ac in eundem errorem & ruinam ſecum trahant, ac veluti morbo contagioſo contaminent, & ad maiorem ipſorum damnatorum confuſionem, omnibus Chriſtifidelibus publicè oſtendere, ac palam declarare, quam formidabilium cenſurarum & pœnarum illi rei exiſtant. ad hoc, vt ipſi ſic declarati & publicati confuſi tandem & compuncti, ad cor ſuum redire, & propriæ ſaluti conſulere valeant: cæteríque eorum exemplo diſcant à ſimilibus abſtinere & ab eorundem communicatorum, & anathematizatorum prohibita conuerſatione & participatione, ac etiam obedientia, ſe penitus ſubtrahant, vt diuinam vltionem euadant, illorumque damnationis participes minime fiant. Sanè aliàs, cum quidam falſi fidei cultores, mundi gloriam quærentes, ac (humani generis hoſte inſtigante) quamplures & varios errores, iamdiu per Concilia & prędeceſſorum noſtrorum conſtitutiones damnatos, vtpote hęreſim etiam Græcorum, & Bohemorum, vt vidimus & legimus, continentes: alios vero vel hæreticos, aut falſos, ſeu ſcandaloſos, vel piarum aurium offenſiuos, vel ſimplicium mentium ſeductiuos nouiter ſuſcitaſſent, & in inclyta natione Germanica ſeminaſſent: Nos noſtro prout paſtorali incumbebat

Hæretici precipites in ruinam ſuos attrahunt ſecum clientes.

Leo Pontifex poſtquam damnaſſet errores Martini Lutheri & per legatos hominem induratum & omnia ſurſum deorſum apud Germanos miſcētem ad reſipiſcentiā flectere non potuiſſet illū tāquā morbidum membrū ab Eccleſiæ corpore anathematis ferro præcidit. Tum verò ille tanta animi impotentia ſcripſit in Pontificē vt Catholicæ aures ferre nō ſuſtineāt. Hinc vt refert Surius edidit captiuitatem Babylonicam in qua præter alia Boemos & Græcos tuetur, & nō hos ſed Romanos dicit hæreticorum loco haberi oportere. Porrò Carolus Cæſar Princeps Chriſtianiſſimus vbi percepit Pontificis ſententia damnatos Lutheri libros, ſeueris propoſitis iuſſit eos flammis abſumi: id quod etiā factū eſt per Brabantiam & in aliquot Imperij ciuitatibus.

officio, errorum huiuſmodi virus peſtiferum, vlterius tolerare ſeu diſſimulare, (ſine Chriſtianæ religionis nota, atque orthodoxæ fidei iniuria) non valentes: ac huiuſmodi peſti, morbóque canceroſo, ne in agro Dominico, tanquam vepris nociua, vlterius ſerperet, viam præcludere cupientes: habita ſuper eiſdem erroribus & eorum ſingulis cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, necnon ſacræ Theologiæ, & vtriuſque iuris profeſſoribus, diligenti diſcuſſione & matura deliberatione: cum illi à Catholicę fidei traditione, & à vera diuinarum ſcripturarum recepta interpretatione deuiare, & contra ſanctorum Patrum determinationes, Conciliorúmque & ſummorum Pontificum expreſſas ordinationes, ſeu Canones eſſe, reperti fuiſſent: Articulos ſiue errores ipſos, vt hæreticos, aut ſcandaloſos, ſeu falſos, aut piarum aurium offenſiuos, & veritati catholicæ obuiantes: de eorundem fratrum conſilio & aſſenſu, & aliorum pręlatorum matura deliberatione, prout in ſimilibus conſueuerunt prędeceſſores noſtri, ac ſedes Apoſtolica procedere, damnauimus reprobauimus, & omninò reiecimus: & pro damnatis, reprobatis, & reiectis ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus haberi debere decreuimus, & declarauimus: ac omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus tam laicis, quam clericis ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, & aliis quibuſcunquè perſonis quauis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & aliis pręlatis, ac conuentibus, & vniuerſitatibus, etiam ſtudiorum generalium: necnon Regibus, Imperatori, Electoribus, principibus, ducibus marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis, omnibúſque officialibus, iudicibus, notariis Eccleſiaſticis & ſæcularibus, communitatibus, vniuerſitatibus, potentatibus, ciuitatibus, caſtris, terris & locis, ſeu eorum vel earum ciuibus, habitatoribus & incolis, ac quibuſuis aliis perſonis eccleſiaſticis vel regularibus per vniuerſum orbem, vbicunque, præſertim in Alemania conſtitutis, in virtute ſanctę obedientię, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac diffidationis & criminis leſæ maieſtatis, & hæreticorum, & fautorum eorundem in iure expreſſis, ac aliis etiam tunc expreſſis pœnis, eo ipſo, & abſque vlteriori declaratione, per omnes & ſingulos ſupradictos (ſi contra fecerint) incurrendis, præcepimus, atque mandauimus: ne prefatos eorum aliquos, peruerſámque doctrinam huius, aſſerere, affirmare, defendere, prędicare, aut illa quomodolibet, publicè vel occultè, quouis quęſito ingenio, vel colore tacitè vel expreſsè fouere pręſumerent. Et quia ſupradicti errores & plures alij in libellis ſeu ſcriptis cuiuſdam Martini Lutheri continebantur: libellos ipſos, & omnia dicti Martini ſcripta ſeu prędicationes, quę in Latino vel quocunque alio idiomate reperiebantur, in quibus dicti errores ſeu aliquis eorum continentur, ſimiliter damnauimus, reprobauimus, atque reiicimus, & pro omninò damnatis, reprobatis, & reiectis haberi volumus: ac in virtute ſanctę obedientię & ſub pœnis prędictis incurrendis, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus tunc expreſſis mandauimus, ne huiuſmodi ſcripta, libellos, prędicationes ſeu ſchedulas, vel in eis contenta capitula, errores, aut articulos ſupradictos continentia legere, aſſerere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, ſeu defendere, per ſe vel alium ſeu alios, directè vel indirectè, tacitè vel expreſsè, publicè vel occultè, aut in domibus ſuis, ſiue aliis publicis vel priuatis locis tenere quoquomodo præſumerent. Quinimmò illa ſtatim, poſt literarum noſtrarum ſuper his editarum publicationem vbicunque forent, per ordinarios & alios ſupradictos in dictis literis expreſſos, diligenter quæſita, & publicè & ſolenniter in præſentia cleri & populi, ſub omnibus pœnis in dictis literis expreſſis comburerent: ipſique Martino, vt ab omni prædicatione, ſeu prędicationis officio omninò deſiſterent: alioquin eum, eiuſque adhærentes, complices, fautores, & receptatores requiſiuimus & monuimus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſuppradictis pœnis, diſtrictè præcipiendo mandauimus, vt infra ſexaginta dies, quorum viginti pro primo, viginti pro ſecundo, & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino aſſignamus, ab affixione in locis tunc expreſſis, immediatè ſequentes numerandos, vt à prefatis erroribus, eorumq; prędicatione & publicatione & aſſertione, defenſione quoque, & librorum ſeu ſcripturarum editione omninò deſiſtant, libróſque & ſcripturas errores huiuſmodi continentes comburent, vel comburi facerent: ac illos ipſe Martinus omninò reuocaret, ac de

reuocatione

reuocatione huiuſmodi per publica documenta nos certiores faceres, & cum pleno ſaluo conductu ſibi conceſſo ad nos veniret, vt de eius vera obedientia omnibus plenè conſtaret: alias eum, eius complices, adhærentes, & fautores, & receptatores & eorum quemlibet, tanquam notorios & pertinaces hæreticos fuiſſe & eſſe declarantes, eoſque, vt tales harum ſerie condemnauimus, & eos pro talibus ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus haberi volumus atque mandauimus: eóſque & aliis contra tales à iure inflictis pœnis, ſubiecimus, & illos hæreticos fuiſſe & eſſe decreuimus & declarauimus. Inhibuimus quoque ſub eiſdem pœnis, eiſdem Chriſtifidelibus ne eius ſcripta, etiam præfatos errores non continentia, tanquam ab homine orthodoxæ fidei inimico, vt eius memoria omninò de Chriſtifidelium conſortio, legere, aſſerere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, ſiue defendere, ſeu in domibus aut aliis locis, publicis vel priuatis tenere quoquomodo præſumerent, ſed illa comburerent. Ipſóſque Chriſtifideles ſub dictis pœnis monemus, vt ipſos hæreticos declaratos, & condemnatos mandatis noſtris non obtemperantes poſt lapſum termini euitarent, & euitari facerent, quantum in eis eſſet, nec cum eis commercium aut aliquam conuerſationem ſeu communionem habeant, nec eis neceſſaria miniſtrarent. Et pro maiori Martini, ſuorúmque complicium, fautorum, & adhærentium & receptatorum poſt lapſum terminū declaratorum hęreticorum huiuſmodi confuſione: eiſdem Chriſtifidelibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & aliis prælatis Eccleſiarum capitulis, & perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus & regularibus, exemptis & non exemptis, & vniuerſis principibus, quacunque eccleſiaſtica & mundana fulgentibus dignitate, Regibus, & Imperatoris Electoribus, alis tunc per vniuerſum orbem, præſertim in eadem Alemania conſtitutis, mandauimus vt ipſi & eorum quilibet, Martinum, complices, adhęrentes, receptantes, & fautores huiuſmodi perſonaliter caperent, & captos ad noſtram inſtantiam retinerent, vel ſaltem eos & eorum quemlibet, à ſuis Eccleſiis, domibus, monaſteriis, conuentibus, ciuitatibus, dominiis, vniuerſitatibus, comitatibus, caſtris, & terris omninò expellerent, ciuitates vero, dominia, terras, caſtra, villas, comitatus, fortalicia, oppida, & loca quæcunque vbilibet conſiſtentia eorum eorumque, & eorum metropolitanas, cathedrales, collegiatas vel aliàs Eccleſias, monaſteria, prioratus, domus, conuentus, & loca religioſa vel pia cuiuſcunque ordinis forent, vt ad quæ ipſum præfatum Martinum, vel aliquem ex prædictis, declinare contingerit, quamdiu ibidem permanerent, & triduo poſt eorum inde diſceſſum Eccleſiaſtico ſubiecimus interdicto: necnon patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, prælatis, capitulis, & aliis perſonis ſupradictis, pręſertim in Alemania conſtitutis, ſub ſimilibus pœnis, & cenſuris Martinum, & alios ſupradictos, ſi elapſo dicto termino mandato & monitione noſtris huiuſmodi non perſuiſſent, in eorum Eccleſiis Dominicis & aliis feſtiuis diebus, dum inibi maior populi multitudo ad diuina conuenerit, declaratos hęreticos, & condemnatos publicè nunciarent, faceréntque & mandarent ab aliis nunciari, & ab omnibus arctiùs euitari: ac omnibus Chriſtifidelibus, vt eos euitent, pari modo ſub prædictis cenſuris & pœnis, & literas noſtras prædictas, vel earum tranſumptum, cui vbique ſtari & plenam fidem adhiberi volumus, in eorum Eccleſiis monaſteriis, domibus, conuentibus, & aliis locis, legi, publicari, atque affigi facerent. Excommunicamus quoque & anathematizamus omnes, & ſingulos, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, pręeminentię dignitatis, aut excellentiæ forent, qui, quominus literę, vel earum tranſumpta, copię ſiue exemplaria in ſuis terris & dominiis legi, affigi & publicari poſſent, facerent, publicè vel occultè, directè vel indirectè, tacitè vel expreſsè, prout in dictis literis deſuper confectis, quarum veriorem tenorem haberi voluimus pro expreſſo: quaſque vt ad Martini, & aliorum monitorum non damnatorum & declaratorum, ac ſub eiſdem literis comprehenſorum notitiam deducerentur, in certis in Rom Cur & aliis extra eam expreſſis locis affigi & publicari iuſſimus, & per Curſores in dicta curia, extra tamen eam per certos Nuncios noſtros, id exequi fecimus: ac voluimus, vt illos literæ ipſæ poſt affixionem prędictam perinde arctarent, ac ſi eis eædem literæ perſonaliter intimatæ forent, plenius continetur. Cum autem (ſicut accepimus) licet poſt literarum affixionem & publicationem poſt elapſum

pſum

Sæpius datus eſt à Pōtifice ſaluus cōductus Luthero Romam veniendi ſed nunquam voluit ne è tenebris ad lucem prodiret aut Palinodiam errorum caneret. Nam ante errores dānatos & precibus & propoſito commodo commeatu citatur Romā ſed tergiuerſator callidiſſimus excuſat ſe. Res agitur per legatos à quibus victus apellat ad Pontificem, demum à Pontifice ad Concilium generale. His ſubdolis artibus & concilia & Pontificem irridens neutris obtēperaturus, efficiebat vt cauſa non mala fuiſſe videretur, ac plurimos in ſuas partes pertraheret.

Lutherus irriſit metuendum anathema Pontificis, eius tamen ſequaces ſpiritu ſanioris conſilij ad cor reuerſi ſunt, obſtinati verò & pertinaces vna cum Magiſtro rurſus excommunicantur & pœnis hic expreſſis multantur. Interea cepit Lutherus magna acerbitate bilis ſcribere librũ de ſæculari poteſtate aduerſus principes catholicos. Incredibile eſt quãta in hoc monſtroſo homine fuerit conuiciandi & mentiendi libido alium etiam inſaniorem libellum edidit de communi fiſco, quo Eccleſiaſticorũ bona principibus adiudicabat. Et his omnibus pernicioſum affectum in Eccleſiam ſpirabat.

pſum termini ſeu terminorum huiuſmodi in literis per nos præfixi huiuſmodi ſeu præfixorum, quos quidem terminos elapſos fuiſſe & eſſe omnibus Chriſtifidelibus & per præſentes ſignificamus, & fidem facimus) nonnulli ex eis, qui eiuſdem Martini errores ſecuti fuerunt, ipſarum literarum ac monitionum & mandatorum noſtrorum notitiam habentes, ſpiritu ſanioris conſilij ad cor reuerſi, errores ſuos confitentes & hæreſim in manibus noſtris abiurantes, & ad veram fidem Catholicam ſe conuertentes, abſolutionis beneficium iuxtà facultatem eiſdem Nunciis deſuper conceſſam obtinuerint, & in nonnullis ciuitatibus & locis dictæ Alemaniæ, libri & ſcripturæ dicti Martini iuxtà mandata noſtra publicè cremati fuerint, tamen ipſe Martinus (quod non ſine graui animi moleſtia & mentis noſtræ perturbatione referimus) in reprobum ſenſum datus, non ſolùm errores ſuos infra præmiſſum terminum reuocare, & de reuocatione huiuſmodi nos certiores facere, ſeu ad nos venire contempſit: verum tanquam petra ſcandali peiora prioribus contra nos & hanc ſanctam ſedem & fidem Catholicam ſcribere & prædicare, & alios ad hoc inducere non eſt veritus; propter quod, ſicut ipſe iam hæreticus eſt declaratus, ita & alij etiam non paruæ auctoritatis & dignitatis, propriæ ſuæ ſalutis immemores, ipſius Martini peſtiferam hæreticorum ſectam publicè & notoriè ſequentes, eique palam & publicè, auxilium, conſilium, fauorem ſubminiſtrantes, ipſúmque Martinum in ſuis inobedientia & contumacia confouentes, & alij publicationem dictarum literarum impedientes, pœnas in dictis noſtris literis contentas damnabiliter incurrerunt: & hæretici meritò ſunt habendi, atque ab omnibus Chriſtifidelibus euitandi, dicente Apoſtolo, Hæreticum hominem, poſt vnam & ſecundam correctionem deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. Vt igitur cum Martino & aliis hæreticis excommunicatis & anathematizatis & maledictis meritò copulentur, & ſicut in delinquendo dicti Martini pertinaciam ſequuntur ita pœnarum & nominis participes fiant, ſecúmque Lutherani vocem, & debitas portent pœnas cum præmiſſa adeò manifeſta & notoria ſunt effecta, & permanentes, ita vt nulla probatione aut monitione vel citatione indigeant, prout ſic fore decernimus & declaramus: Martinum & alios, qui eundem Martinum in ſuo prauo & damnato propoſito obſtinatum ſequuntur, ac etiam eos, qui eum etiam præſidio militari defendunt, cuſtodiunt, & propriis facultatibus vel alias quomodolibet ſuſtentare non verentur, ac auxilium, conſilium vel fauorem, quouis modo præſtare & ſubminiſtrare præſumpſerunt & præſumunt, quorum omnium nomina & cognomina, & qualitates, etſi quauis celſa vel grandi præfulgeant dignitate, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac ſi nominatim exprimerentur, ac in illorum publicatione vigore præſentium facienda nominatim exprimi poſſent, decernimus: excommunicationis & etiam anathematis, necnon maledictionis æternæ & interdicti, ac in eos & eorum deſcendentes dignitatum honorum, & bonorum priuationis & inhabilitationis ad illa: Necnon bonorum cõfiſcationis, & criminis læſæ maieſtatis, & alias ſententias, cenſuras & pœnas, etiam in hæreticos à canonibus inflictas in dictis literis contentas damnabiliter incidiſſe: Ciuitates quoque, terras, caſtra, oppida, & loca, in quibus tunc pro tempore fuerint, & ad quæ eos declinare contigerit, ac quę in illis ſunt, ac alias etiam cathedrales & metropolitan. monaſteria, & alia religioſa & pia loca, etiam exempta & non exempta, quocunque eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita eſſe ita, vt illo durante illis, prætextu cuiuſuis indulti Apoſtolici, præterquam in caſibus à iure permiſſis, & in illis, non alias quam ianuis clauſis, ac excommunicatis & interdictis excluſis, nequeant miſſæ & alia diuina officia celebrari, Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium declaramus: illóſque pro excommunicatis & anathematizatis, maledictis, interdictis, priuatis, & inhabilibus, vbicunq; locorum denunciari & publicari, ac ab omnibus Chriſtifidelibus arctiùs euitari præcipimus & mandamus. Et vt in omnibus tantum in Dei Eccleſiæ ſuæ vilipendium, Martini & ſequacium & aliorum inobedientium obſtinatæ temeritatis audacia innoteſcat, ne morbida pecus gregem inficiat, parſque ſyncera ad infectionem trahatur: vniuerſis & ſingulis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, patriarchalium, metropolitan. cathedralium, & collegiatarum Eccleſiarum prælatis,

Prælatis ſub Pontifex excommunicationem Lutheri & ſequacium publicare, ordine & forma hic adſcripta.

capitulis, & perſonis eccleſiaſticis, & quorumuis ordinum etiam Mendicantium religioſis exemptis & non exemptis vbilibet conſtitutis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, mandamus: quatenus ipſi & quilibet eorum, ſi & poſtquam vigore præſentium requiſiti fuerint, infra tres dies, quorum vnum pro primo, & alium pro ſecundo, & reliquum pro tertio & peremptorio termino, ac canonica monitione præmiſſa aſſignamus: eoſdem Martinum & alios excommunicatos, anathematizatos, maledictos, & hæreticos declaratos, aggrauatos, interdictos, priuatos, & inhabiles, & in præſentium executione nominatos in eorum Eccleſiis Dominicis, & aliis feſtiuis diebus (dum maior inibi populi multitudo conuenerint ad diuina) cum Crucis vexillo pulſatis campanis & accenſis candelis, ac demum extinctis in terram proiectis, & conculcatis cum trina lapidum proiectione, aliiſque cæremoniis in ſimilibus obſeruari ſolitis, publicè nuntient, & faciant & mandent ab aliis nuntiari, & ab omnibus Chriſtifidelibus arctiùs euitari. Ad maiorem inſuper præfati Martini, aliorúmque hæreticorum ſupradictorum adhærentium & ſequacium & faurorum confuſionem, in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus omnibus & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliarum Eccleſiarum Prælatis, vt ſicut ipſi, ad ſedandum ſchiſmata auctore Hieronymo, conſtituti fuerunt, ita nunc, vrgente neceſſitate, prout eorum incumbit officio, conſtituant ſe murum pro populo Chriſtiano, non tacendo tanquam canes muti non valentes latrare, ſed inceſſanter clamando & exaltando vocem & pręédicando & prædicari faciendo verbum Dei, ac veritatem fidei Catholicę contra damnatos articulos, & hęreticos ſupradictos. Necnon omnibus & ſingulis parochialium eccleſiarum rectoribus, ac religioſis quorumcunque ordinum, etiam Mendicantium, exemptis & non exemptis, vt præmittitur, ſimiliter in virtute ſanctę obedientię mandamus, vt ſicut ipſi nubes à Domino conſtituti ſunt, ita ſpiritualem imbrem in populo Dei ſeminare, & contra ſupradictos articulos, vt præfertur, damnatos, ſicut etiam eorum incumbit officio, publicè publicare non vereantur: Scriptum eſt enim, quòd perfecta charitas foras mittit timorem. Vos igitur & veſtrum ſinguli onus tam meritorij negotij deuota mente ſuſcipientes: vos in illius executione ſic ſolicitos, ac verbo & opere ſtudioſos, atque diligentes exhibeatis, quòd ex veſtris laboribus, diuina nobis fauente gratia, ſperati fructus adueniant, ac per ſolicitudinem noſtram, quę cauſas pias gerentibus pro retributione debetur, palmam glorię non ſolum conſequi mereamini, verum etiam apud nos & ſedem prædictam non immeritò valeatis de exacta diligentia veſtra vberius commendari. Verum quia difficile foret pręſentes declarationis & publicationis literas ad præſentiam & perſonam propriam Martini, & aliorum declaratorum & excommunicatorum huiuſmodi perſonaliter deducere, propter eis fauentium potentiam: volumus, vt affixio & publicatio præſentium literarum in valuis duarum cathedralium ſeu metropolitan. aut vnius cathedralis & alterius metropolitan. in dicta Alemania conſiſtentium eccleſiarum, per vnum ex Nuntiis noſtris ibidem exiſtentibus facta, ita eos liget & arctet, Martinúmque & alios declaratos, damnatos huiuſmodi, demonſtret in omnibus & per omnia, ac ſi eis & eorum cuilibet perſonaliter intimatæ & præſentatę fuiſſent. Et quia etiam difficile foret præſentes, litteras ad ſingula quæque loca deferre, in quibus earum publicatio neceſſaria foret, volumus, & præfata auctoritate decernimus, quòd earum tranſumptis, ſigillo alicuius pręlati eccleſiaſtici, ſeu ex Nuntiis noſtris prædictis munitis, & manu alicuius publici Notarij ſubſcriptis vbique ſtetur, prout præſentibus originalibus literis ſtaretur, ſi eſſent exhibitę vel oſtenſę: Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quę in prioribus literis noſtris prædictis voluimus non obſtare: ceteriſq; contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conſtitutionis, declarationis, præcepti, mandati, aſſignationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo vigeſimo, tertio Nonas Ianuarij, Pontif. noſtri anno Octauo.

Canes muti non valentes latrare dicuntur ij qui prædicationis negligunt officiũ cum hæreſum monſtra inſurgunt.

Affixio & publicatio huius conſtitutionis.

Clauſula derogatoria.

XI.

Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis facultas conceditur procedendi contra maleficas ſortilegas & à fide apoſtatas.

LEO Epiſcopus, &c. Vniuerſis & ſingulis locorum ordinariis ac hæreticæ prauitatis inquiſitoribus in dominio Venetorum conſiſtentibus, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

HONESTIS petentium votis libenter annuimus, eáque fauoribus perſequimur opportunis. Aliàs ad petitionem dilectorum filiorum nobilium virorum Ducis & dominij Venetorum, cum in Brixienſi & Bergomenſi ciuitatibus & diœceſibus, quoddam hominum genus pernicioſiſſimum ac damnatiſſimum labe hæretica, per quam ſuſcepto renunciabatur baptiſmatis ſacramento, Dominũ abnegabant, & ſatanæ, cuius conſilio ſeducebantur, corpora & animas conferebant, & vt illi rem gratam facerent, in necandis infantibus paſſim ſtudebant, & alia maleficia & ſortilegia exercere non verebantur, quod ita factum eſſe videbatur, vt ad eorum errorem extirpandum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eiuſdem generis nonnullos indicibili pœna obſtinate vitam potius perfidè amittere, quam errorem ſuum cognoſcere maluiſſe, & propterea de rigoroſo nimium (vt dicebatur) veſtri ordinariorum contra tales proceſſu dubitantes, Venerabilem fratrem epiſcopum Polenſem noſtrum & Apoſtolicæ ſedis apud eoſdem Ducem & dominium, Nuntium vobis adiungendum duximus cum facultate per ſe vel alium, ſeu alios proceſſus per vos habitos, ſeu factos examinandi, & reuidendi: & ſi vos inquiſitores proceſſus prædictos ritè & rectè, ac iuxta formam iuris habitos feciſſetis, contra tale hominum damnatorum genus vna vobiſcum procedendi & inquirendi: necnon procuratores & aduocatos, ſcribas cæteróſque ad inquiſitionis præfatæ exercitium neceſſarios & oportunos, officiales & miniſtros cum competentibus ſalariis deputandi, & homines prædictos (quòd redire ad eccleſię vnitatem vellent) clementer ſuſcipiendi, eiſque pœnitentiam ſalutarem iniungendi, & eos abſoluendi etiam in vtroque foro, & incorrigibiles condemnandi, & brachio ſæculari tradendi, cæteráque quę vos de iure, vel conſuetudine facere poſſetis, & deberetis faciendi, exercendi, & exequendi, prout in literis deſuper confectis continetur. [C]um igitur commiſſionis huiuſmodi vigore præf[a]tus Nuntius, venerabilem fratrem epiſcopum Iuſtinopolitanum in partibus illis commorantem, ad præmiſſa vnà vobiſcum pertractanda & exequenda ſubdelegauerit, vóſque & ipſe ſubdelegatus in valle Comunica Brixienſis diœceſis, vbi maximè huiuſmodi damnati generis homines vigent & pullulant, proceſſeritis, ac nonnullos culpabiles repertos, & curię ſæculari tradendos, necnon iam condemnatos habueritis, videtur quòd per Venetorum collegium Prætori Brixienſi mandatum fuerit, ne ſententias huiuſmodi exequeretur, & vobis & eidem ſubdelegato, ne ad executionem illarum procederetis inhiberet prout inhibitum fuit: ac expenſas & ſalaria pro huiuſmodi inquiſitionis negotio neceſſaria ſubmoueret, & retrah[e]ret: necnon proceſſus contra culpabiles prędictos habitos & factos eis tranſmitteret, ſeu tranſmitti faceret: &, quod deterius eſt, ſubdelegatum prædictum ad coram eis in ciuitate Venet[i]arum comparendum cogeret, & compelleret, prout coactus & compulſus fuit. Et quia propter dictas literas, in quibus dictus Nuntius adiunctus fuit, ab aliquibus hæſitatur, an propter hoc facultas veſtra diminuta exiſtat, ita quòd prout ante duas huiuſmodi literas potuiſſetis, procedere non poſſitis indecénſque & contra iuris & ſacrorum canonum diſpoſitionem, ac eccleſiaſticam libertatem exiſtat, laicos de perſonis & cauſis eccleſiaſticis ſe intromittere, nullámque iniunctã à nobis executionem adimplere, niſi proceſſibus, ac ſententiis per eos viſis & examinatis, ac ſi ipſi in clericos cauſáſque eccleſiaſticas ſuperioritatem & iuriſdictionem haberent: cum tamen in clericos cauſáſque huiuſmodi laicis nulla facultas attributa ſit, quos obſequendi & exequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, propter quod inter Chriſti fideles non modicum ſurgit ſcandalum. Nos igitur, ne quod ad ſalutem animarum, & dictarum cauſarum faciliorem exp[e]ditionem introductum eſt, in damnum & percellationem conuertatur, & propterea ob diuturnitatem temporis

De ſortilegis atque maleficis quædam ſcripſimus in Conſtit. 2. Innocentij 8. ſup. fol. 14[?]. Cũ autẽ conſtet eas etiam inito fœdere cum dæmone hominibus variis modis inſidiari prudẽter iubetur vt inquiſitores in eas procedant, quia vel ea perpetrãt quæ manifeſtè ſapiunt hæreſim vt inquit Sylueſter lib. 3. de ſtrigarũ & dæmonum admirandis c. 1. ad. do Ioan. Franciſcum Picum lib. 3. Dialog. Strix. Quamobrem in ſtrigas & Sortilegos vt contra hæreticos aut vehemẽter ſuſpectos procedi ſolet, quod ſi propriis confeſſionibus aut iuſtis probationibus conuictæ fuerint, prout earũ culpa expoſtulauerit, ſtatuendum erit. l. reſpondẽdũ ff. de pœnis.

infœlices

infelices animæ huiuſmodi peccatis magis grauentur, & ad omne circa hoc dubium tollẽdum, vos prout ante datas dictas literas de iure & conſuetudine ſeu priuilegio procedere poteratis, necnon etiam contra maleficos & ſortilegos, ac à fide apoſtantes, prout criminis poſtulauerit qualitas, procedere poſſe & debere, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium decernimus & declaramus, vobis committentes & mandantes, vt eoſdem Venetos, & illorum Ducem, ac officiales ſuos, ne ipſi vlterius in huiuſmodi cauſis ſe intromittant, ſed quod iniunctas ſibi executiones, & fortè iniungendas, poſtquam requiſiti fuerint, ſine aliqua proceſſuum, per dictos eccleſiaſticos iudices factorum viſione, vel examinatione promptè exequantur, moneatis & hortemini. Et ſi hoc facere neglexerint, vel recuſauerint, vos eos per cenſuras eccleſiaſticas & alia iuris oportuna remedia, appellatione poſtpoſita compellatis. Præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ſtatutiſque & conſuetudinibus ciuitatum & diœceſum prædictarum, iuramento, confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die decimoquinto Februarij. Milleſimo quingenteſimo vigeſimoprimo. Pontificatus noſtri anno octauo.

XII.

Henrico Octauo Anglorum Regi & poſteris Catholicis præclarum titulum DEFENSORIS FIDEI *eò quod librum plenum pietatis & eruditionis ſcripſerat aduerſus Lutherum concedit ſummus Pontifex.*

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto filio Henrico Angliæ Regi illuſtri fidei defenſori Salutem & Apoſtolicam benedictionẽ.

EX Supernæ diſpoſitionis arbitrio, licet imparibus meritis, vniuerſalis Eccleſiæ regimini præſidentes, ad hoc cordis noſtri longè latéque diffundimus cogitatus, vt fides catholica, ſine qua nemo proficit ad ſalutem, continuum ſuſcipiat incrementum: & vt ea quæ pro cohibendis conatibus illam deprimere, aut prauis mendacibúſque commentis peruertere, & denigrare molientium, ſana Chriſtifidelium præſertim dignitate regali fulgentium doctrina ſunt diſpoſita, continuis proficiant incrementis, partes noſtri miniſterij, & operam impendimus efficaces. Et ſicut alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri catholicos Principes, prout rerum & temporum qualitas exigebat, ſpecialibus fauoribus proſequi conſueuerunt, illos præſertim, qui procelloſis temporibus, & rabida ſchiſmaticorum, & hæreticorum feruente perfidia, non ſolum in fidei ſerenitate & deuotione illibata ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ immobiles perſtiterunt, verumetiam tanquam ipſius eccleſiæ legitimi filij, ac fortiſſimi athletæ ſchiſmaticorum, & hæreticorum inſanis furoribus ſpiritualiter, & temporaliter ſe oppoſuerunt: ita etiam nos Maieſtatem tuam propter excelſa, & immortalia eius erga nos, & hanc Sanctam Sedem, in qua permiſſione diuina ſedemus, opera, & geſta condignis, ac immortalibus præconiis & laudibus efferre deſideramus, & ea ſibi concedere, propter quæ inuigilare debeat à grege dominico lupos arcere, & putrida membra, quæ myſticum Chriſti corpus inficiunt, ferro, & materiali gladio abſcindere, & nutantium corda fidelium in fidei ſoliditate confirmare. Sanè cum nuper dilectus filius Ioannes Clerk. Maieſtatis tuæ apud nos Orator in Conſiſtorio noſtro coram Venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & compluribus aliis Romanæ Curiæ Prælatis, librum, quem Maieſtas tua charitate, quæ omnia ſedulò & nihil perperam agit, fideique catholicæ zelo accenſa, ac deuotionis erga nos, & hanc Sanctam Sedem feruore inflammata, contra errores diuerſorum hæreticorum ſæpius ab hac Sancta Sede damnatos, nupérque per Martinum Lutherum ſuſcitatos, & innouatos, tanquam nobile, ac ſalutare quoddam antidotum compoſuit nobis examinandum, & deinde authoritate noſtra approbandum obtuliſſet, ac luculenta oratione ſua expoſuiſſet Maieſtatem tuam paratam, ac diſpoſitam eſſe, vt quemadmodum veris rationibus, & irrefragabilibus ſacræ ſcripturæ ac ſanctorum patrum authoritatibus notorios errores eiuſdem Martini confuta-

Reges & Principes Chriſtiani de fide Catholica & Apoſtolica ſede bene meriti ſolent à Summis Pontificibus eximiis titulis donari, ſic Imperator aduocatus Eccleſiæ Reges Gallorum Chriſtianiſſimi, Hiſpaniæ Catholici, Angliæ defenſores fidei dicuntur.

 uerat

ADRIANVS SEXTVS.

Traiectum Germaniæ inferioris vrbs ad Oceanum Adriano Florētio patria fuit. Is pauperrima familia exortus ita ſe dedit ſtudiis in Academia Louaniēſi, vt breui laurea magiſterij donaretur. Doctrina & morum integritate conſpicuus, præceptor Caroli V. Imperatoris, cuius ingenua liberalitate primum Epiſcopus Dertuenſis in Hiſpaniis, poſt presbyter Cardinalis creatus eſt. Et cum apud Hiſpanos ſceptra ſumma prudentia vnà cum Cardinale Tholetano abſente Cæſare gubernaret, præter omnium expectationem Summus pontifex renunciatus eſt. Annos natus ſexagintaquinque ab Hiſpania IIII. Cal. Septembris cum viginti triremibus Oſtiam appulit. Expectabatur Romæ ſumma cleri & plebis lætitia, parabātur triumphi & theatra; ſed ceſſare fecit in medio opere artifices, gentilium hæc oſtentationes, non Chriſtianorum eſſe inſignia & Eccleſiaſtici ordinis homines parum decere ratus. Altero poſt ingreſſum vrbis die pontificatus & coronationis inſignia ſuſcepit.

I.

Incantatores, & ſortilegi Diabolo obedientiā præſtantes Inquiſitorū ſubiiciuntur authoritati.

ADRIANVS Epiſcopus, &c. Dilecte fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

DVDVM, vti nobis exponi feciſti, per fel. rec. Iulium Papam II. Prædeceſſorem noſtrum, non ſine magna tunc animi ſui diſplicentia accepto, quòd per quendam Georgium de Caſali, ordinis fratrum Prædicatorum profeſſorem, & in ciuitate Cremonenſi hæreticæ prauitatis Inquiſitorem deputatum, in Nonnullis Lombardiæ partibus, & præſertim in locis, in quibus dictus Georgius Inquiſitor deputatus erat; repertæ fuerunt quamplures vtriuſque ſexus perſonæ, propriæ ſalutis immemores, & à fide Catholica deuiantes certam ſectam facientes, fidem quam in ſacri ſuſceptione baptiſmatis ſuſceperant, abnegantes, ſanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria ſuper eam perpetrantes, Eccleſiaſticis & præſertim Euchariſtię ſacramentis abutentes, diabolum in ſuum dominum & patronum aſſumentes, eique obedientiam & reuerentiam exhibentes, & ſuis incantationibus, carminibus, ſortilegiis, aliiſque nefandis ſuperſtitionibus iumenta & fructus terrę multipliciter lędentes: aliáque quamplurima nefanda, exceſſus, & crimina eodem diabolo inſtigante committentes, & perpetrantes, in animarum ſuarum periculum, diuinę maieſtatis offenſam, pernicioſúmque exemplum, & ſcandalum plurimorum. Contra quas cum dictus Georgius tunc (vt aſſerebat) in dictis locis ſuę inquiſitioni deputatis, prout ipſius Georgij incumbebat officio, ipſe Georgius proceſſiſſet: nōnulli autem tam clerici quàm laici illarum partium, quærentes plus ſapere quàm oportet, præmiſſa delicta ad eiuſdem Georgij Inquiſitionis officium non pertinere temere aſſerentes, præſumentes in populo errores & ſcandala ſeminauerunt: ſicque eundem Georgium in populo odioſum reddere, & dicti Georgij officium impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quòd propter præmiſſa, perſonę prædictę delicta huiuſmodi perpetrantes, remanebant impunitę, & alię eorum exemplo ad ſimilia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & ſcandalum plurimorum. Dictus prædeceſſor volens (ne inquiſitionis officij executio quomodolibet retardaretur, & labes hæreticę prauitatis longius venena diffunderet) prouidere, dicto Georgio per quaſdam ſuas in forma breuis literas commiſit & mandauit quatenus in locis eiuſdem Georgij inquiſitioni deputatis, de exceſſibus huiuſmodi cognoſcere, & contra quaſcunque perſonas, cuiuſcunque conditionis & præeminentię forent, inquiſitionis officium exercere & exequi: ipſáſque perſonas, quas in pręmiſſis culpabiles reperiret, vnà cum locorum ordinariorum vicariis, quatenus voluiſſent intereſſe, iuxta dictarum perſonarum demerita corrigere & punire deberet, ſecundùm modum contra alios hæreticos à iure ex ſacris canonibus ſtatutum: contradictores quoſcunque per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris opportuna remedia compeſcendo. Eos verò qui in præmiſſis, concilium, auxilium, vel fauorem præſtarent, præfatus prædeceſſor noſter eiſdem indulgentiis vti & gaudere decreuit, quibus cruceſignati contra alios hæreticos, ex indulto apoſtolico eis conceſſo, tunc gaudebant & vtebantur, prout in dictis literis plenius contineri dicitur. Et ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, non ſolum delicta & crimina huiuſmodi contra fidem catholicam, & Chriſtianam religionem, ſub iuriſdictione inquiſitoris Cremonenſis committuntur, & perpetrantur, ſed omnibus aliis locis & diœceſibus ſub iuriſdictione aliorum inquiſitorum dicti ordinis congregationis Lombardię, indies perpetrantur & committuntur. Et cum eadem ſint delicta, eadem profecto prouiſione & caſtigatione eis eſt earundem literarum tenore prouidendum. Quare tu, ſicut aſſeris, in ciuitate Comenſi vbi dictę prauitatis inquiſitor exiſtis, tam tuo, quàm omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis hæreticę prauitatis inquiſitorum vbilibet conſiſtentium & deputatorum nominibus, feciſti nobis humiliter ſupplicari, vt literas prædictas ad vos extendere & ampliare, aliáſque deſuper opportunè dignaremur prouidere. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationi inclinati: literas prædictas, cum omnibus in eis contentis clauſulis, in omnibus & per omnia, prout in eiſdem literis continetur, ad te & ad alios ordinis & congregationis huiuſmodi inquiſitores, tam in præſentiarum deputatos, quàm in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac ſi tibi, & cuilibet inquiſitorum prædictorum dirigerentur, & directę fuiſſent, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium extendimus. Ipſáſque literas tibi & illis, vt præmittitur, eiſdem auctoritate & tenore concedimus. Non obſtantibus omnibus illis quæ idem Iulius prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficile foret præſentes literas, ad ſingula loca, in quibus de eis fides forſan fuerit facienda deferre: volumus & apoſtolica auctoritate decernimus, quòd ipſarum tranſumptis, manu cuiuſcunque notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius curiæ, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, in iudicio & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quę adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitę vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die vigeſimo Iulij, Milleſimo quingenteſimo vigeſimotertio. Pontificatus noſtri anno primo.

De hac materia habes ſupra Conſtitutionem 2. Innocen. 8. f. 144. Et Leonis X. conſt. 10. fol. 226. quæ eò vergit vt detur ſumma poteſtas hæreticæ prauitatis inquiſitoribus inquirendi aduerſus maleficas Incantatores & ſortilegos.

Inquiſitorum officia quoquo modo impedientes excommunicantur & pœnis hæreticorum plectuntur.

Indulgentiæ conceſſæ inquiſitoribus & eorum fautoribus quæ Cruceſignatis dantur.

De his Indulgentiis habes ſupra fol. 4. Inno. 4. Conſtitut.

II.

Fridericus Saxoniæ Dux Lutheri Mecœnas hortatur ad abiurandam hæreſim & reſipiſcentiam vt celerius reuertatur in ouile Catholicæ Eccleſiæ.

ADRIANVS Epiſcopus &c. Dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

SATIS & pluſquam ſuſtinuimus, dilecte in Chriſto, ſi forte Dei pietas tuam animam dignetur inuiſere. ac dare pœnitentiam ad cognoſcendum veritatem, vt reſipiſceres à diaboli laqueis, à quo captiuus detineris. Nouimus te paternè monitum à fe. re. prædeceſſore noſtro, vt à te ſeparares perniciem illam Chriſtianæ religionis Martinum Lutherum: & cum iam toti orbi manifeſtæ eſſent ſceleſtiſsimæ machinationes illius, ſperauimus & te ad cor pœnitens reuerſurum. Sed quoniam expectauimus vuas, & ecce qui fruſtra conflauit conflator, malitiæ enim tuæ non ſunt conſumptæ, coegit nos miſeratio tui, coegit paternus amor, quo te & tibi ſubditos Saxones in Domino ſemper fuimus proſequuti, ſalutaribus & paternis monitis adhuc conuenire, vt vel tandem reſipiſcatis antequam planè in vos conueniat, quod mox ſubdit Propheta: Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit eos. Et quid dicemus vobis, quàm quod Galatis ſuis Paulus: O inſenſati,

Captiuus & diaboli laqueis irretitus eſt qui aſſentitur hæreticis aut alienis à fide opinionibus.

** Temporibus Gregorij V. circa Annum Domini 995. electores ſic Inſtitutos fuiſſe legimus. Cum Otho III. hæredes ex ſe deſcẽdẽtes mares non haberet conſtituit ex Cõcilio Principum Germaniæ vt Imperatore mortuo in vrbe Franckfurt perpetuò fieret electio, electoréſque cõſtituit tres Archiepiſcopos Moguntinenſem Germaniæ Colonienſem Italiæ, Treuerenſem Galliæ nomine, & cum his alios quatuor ſæculares principes Palatinum Comitem Rheni, vt ex officio etiam eſſet dapifer, ducem Saxoniæ, qui eſſet Mariſcalcus, Marchionẽ Brandenburgenſem qui eſſet Camerarius, & regem Bohemiæ qui Archipincerna Imperij eſſet. Hi ſeptem principes eligendi Imperatoris ius & poteſtatem ſic acceperunt. Itaque aiunt Gregoriũ quintum cognita Imperij imbecillitate, varietateq; fortunæ, quo diutius apud Germanos ſum-*

O inſenſati, quis vos faſcinauit veritati non obedire? Currebatis bene. Interrogate patres veſtros, ac dicent vobis: maiores veſtros, & annunciabunt vobis. Quod ab ætate, quo vno eodémque tempore vixere Adrianus Rom. Pont. & Carolus ille Magnus Imperator, Saxoniæ fidei plantatores, ad noſtra vſque & chariſsimi in Chriſto filij noſtri Caroli tempora, & aui & proaui veſtri, atque adeo Saxones omnes, ſemper habiti eſtis veluti pacis amatores, fidei propugnatores, & per omnia obedientiæ pacifici filij: taléſque, vt non immeritò Gregorius V. natione Saxo, olim Rom. Pont. Saxoniæ Ducem in Rom. Imperatoris conſtituerit electorẽ. * Quomodo ergo tam cito mutatus eſt color optimus? Cur tam facilè transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium, quod non eſt aliud, niſi ſunt quidam, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti? Quis vineam Domini Sabaoth tam pulchrè plantatam eſt demolitus? Certè exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Sed væ illud à vobis, à domeſticis & amicis, à cruciatu præcordiorum. Obſecramus te fili dilecte in Chriſto, leua oculos tuos in directum, & vide vbi ſis poſtratus. Conſidera quantam Eccleſiæ Chriſti, tot malis vndique circumuallatæ ac pene oppreſſæ pro opera qua illi ſubuenire debueras, cladem inſuper intuliſti. Oppugnatur foris ab infeſtiſsimo illo ac potentiſsimo Chriſtiani nominis hoſte. Diſsident intus principes Reipub. Chriſtianæ, & in mutuam armati perniciem, cruentiſsimis inter ſe odiis conflictantur: & in fraterna viſcera ferrum ſtringunt, vt vix Ethnici inter ſe crudelius. An hæc ita tibi viſa ſunt non ſatis grauia, niſi contritionem induceres ſuper contritionem, nutriens ac fouens ſerpentem illum in ſinu tuo, qui veneno linguæ ſuæ Eccleſiam & terras infecit adeo, vt nunc peruenerit gladius etiam vſque ad animam? Quanto autem pluris eſt anima, quàm corpus, tanto grauius eſt prædictis omnibus horrendum illud & plus quàm tartareum venenum, que hæreſum ac ſchiſmatum contagione tot myriades animarum interierunt, intereúntque. Ita tibi debemus omnes, quòd nunc paſsim ab vnitate matris Eccleſiæ recedatur; Quod auertatur vulgus indoctum, ac bis mille præſtigiis ac faſcinationibus retrahatur à fide, quam ſuxit ab vbere materno: Quòd baſilicæ ſint ſine plebibus, plebs ſine ſacerdotibus: ſacerdotes ſine debita reuerentia, & ſine Chriſto denique Chriſtiani: Quòd ſacramenta fidei, non ſacra cenſeantur, quod ſanctuarium Chriſti, ſanctum eſſe negetur, quòd dies feſti feſtiuis fruſtrentur ſolemniis, quòd moriantur homines in peccatis ſuis, rapiantur animæ ad tribunal terrificum, nec pœnitentia reconciliati, nec ſacra communione muniti: Quòd pulcherrimus ille tabernaculi ordo confuſus ſit, & pro Chriſtiana pace ac tranquillitate ad rebellionem, ad rapinas, ad cædes, ad incendia, cum magno ac manifeſto Chriſtianæ Reipub. diſcrimine, veluti claſſico paſſim excitati. Pro quibus egregiis tuis in Eccleſiam Chriſti meritis, quo te præmio, immo quo non ſupplicio dignum cenſebimus? At dices forte, Serpens me decepit. Dignam certe recepiſti mercedem, qui illum nutriuiſti in ſinu tuo. Sed itane ſtultus es ac ſine corde, vt in eis maximè rebus in quibus errare, damnari eſt: vni homuncioni cooperto peccatis, quàm tot ſanctiſſ. ab initio patribus, qui in lege Dei meditati ſunt die ac nocte, & quàm tot vniuerſalibus conciliis, aduerſus quæ impudens os illud velut ſepulchrum patens, ſe aperire non erubeſcit: ſanctæ denique & catholicæ Eccleſiæ, cuius ritum, conſuetudinem & decreta, à temporibus Apoſtolorum, ad nos vſque inuiolabiliter obſeruata, vnus iſte ſacrilega temeritate damnare præſumit, plus credere potueris? O cæcam dementiam, ac plusquam Iudaicam cæcitatem! At fortaſſis hoc tibi impoſuit, quòd veterator ille Martinus & eius ſequaces, de capitulis ſcripturarum viſi ſunt ſua conformare: Et quis tandem hæreticorum ita non fecit? An non hæ ſunt veteris ſerpentis aſtutiæ, qui hac veluti eſca obducto, miſeris animabus mille technis & verſutiis ſemper eſt inſidiatus: quique, quo angularem infringeret veræ fidei lapidem, ac Chriſtianam ſcinderet vnitatem, in ſcripturarum agrum, ſuum ſeminare ſemen & peruerſam ſcripturarum intelligentiam, iampridem eſt aggreſſus? Cum itaque maximè ſemper pars Eccleſiarum, imperita turba ſit, & vix vnus reperiatur aut alter, qui ſpiritualibus oculis de ſcripturarum intelligentia dignè valeat iudicare, ſiquidem librum ſignatum legimus, quem ſolus Leo de tribu

Iuda

Iuda dignatus eſt aperire ac ſoluere ſignacula eius: quæ tandem eſt iſta diabolica excæcatio, vni carnali homuncioni, ſemper eructanti crapulam & potum, quàm reliquo orbi vniuerſo, quàm tot ſpiritualibus patribus, quorum voluntas ſemper fuit in lege Domini, qui vitæ ſanctimonia, oſtenſione ſpiritus, ac virtute, glorioſo denique martyrio ſuam doctrinam comprobauerunt, in ſcriptutarum intelligentia plus te fidei habere potuiſſe? O cæcitatem nouam & inauditam. Vnus apoſtata tibi potius perſuadere, fefelliſſe priores vniuerſos, errare poſteros, & in ſolum ſe & quos decepit perueniſſe Regnum Dei, perueniſſe totas miſerationum Dei diuitias, ac gratiam vniuerſitatis? Et quid non dicimus cum propheta: Heu, heu, heu, Domine; ergo ne decepiſti populum tuum? Quin potius, cur non deuitatis (ſecundum Apoſtolicum præceptum) quæſtionibus ac pugnis verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemię, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominũ mente corruptorum, & ſubuertunt corda audientium, ex operibus ſuis, iuxta Dominicam deſignationem, ſtuduiſtis cognoſcere filium profanum iſtum, qui ad vos venit primum in veſtimentis ouium, lupus intrinſecus rapaciſſimus? Siquidem non ex foliis, non floribus, ſed ex fructibus arbor cognoſcenda erat. An non manifeſti ſunt nequiſſimi fructus eius? Siquidem ſacrilegus hic aduerſus Deum, imagines ſacras, atque adeo ipſam crucem Chriſti, ſceleratis manibus contingere, & pollutis conculcare pedibus non formidat: contra ſacerdotes Dei furore impio temerariè debacchans, non deſinit laicos, ad lauandas ſibi in eorum ſanguine manus, ſedulò concitare: Eccleſiam Chriſti parricidalibus armis oppugnas, hoc agit aſſiduò, vt ſuffocentur homines in peccatis ſuis: hoc vnum elaborat, ne diuina miſericordia ſuis ſacramentis, quæ peccatorum remedia efficacia eſſe voluit, vulneratos in Eccleſia ſua curet. Ita enim ea aut ſuſtulit vniuerſa, aut hæreſeos ſuæ peſtifero infecit veneno, vt toxicum magis requirat, quàm animarum medicinas præcepit ſuis, ne indignanti Deo quis ſatisfaciat: ne ieiuniis, orationibus, lamentationibus peccata redimat: ne hoſtia illa placens Deo, corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti à ſacerdotibus offeratur quotidie pro peccatis noſtris. Vota docet non reddere Domino Deo ſuo.

ma poteſtas remaneret illeq; cæteris præeſſet qui virtute & dignitate cæteris præſtaret, retuliſſe ſanctionem de Imperatore deligendo, videlicet ſolis licere Germanis principẽ deligere qui Cæſar & Romanorum rex appellatus, tunc demum Auguſtus & Imperator haberetur cum à Romano Pontifice benedictione præmiſſa coronaretur, & quod ordinauerit cum procerum Germaniæ conſenſu electores prædictos.

Et cum ipſe ſit apoſtata, ac profeſſionis ſuæ deſertor, vt plurimos ſui faciat ſimiles, ſancta illa Deo vaſa polluere non veretur, conſecratáſque Chriſto virgines, & vitam monaſticam profeſſas, extrahere à monaſteriis ſuis, & mundo, imo diabolo quem ſemel abiurauerunt, reddere. Quod in veteri lege in vmbraticis ſacerdotibus Dominus non tulit quod ethnici idolorum ſuorum flaminibus omnes ſunt abominati, Chriſti ſacerdotes etiam viliſſimis copulat meretricibus. Sanctos patres illos, quorum vita & doctrina illuſtrauit vniuerſum mundum, non ſolum debito honore non proſequitur, ſed multò quàm Cain ſceleſtius deſpicit, deridet, contemnit, inſectatur. Sacroſanctis omnibus vniuerſalibus Conciliis impudenti ore palam contradicit ac ſacrilega lingua detrahit: libertas ſpecie, licentioſam quandam, nullis conſtrictam legibus ac fere ferinam, inducere conatur. Vnde & exlex homo, contemptor ac violator legum omnium, in tantam erupit mentis veſaniam, vt ſanctiſſimorum Patrum decreta & Eccleſiaſticos canones igne publico concremare non formidarit. Et breuiter Chriſtianam veritatem, omnem rerum ordinem, pulcherrimam denique Eccleſiæ faciem à Chriſto, ab Apoſtolis, Apoſtolicíſque viris ac ſanctiſsimis patribus ab initio conſtitutam, vnus hic poſt tot centenos annos diſcindere, inuertere, ac deformare molitur. Quod ſi nondum ſatis etiam internoſcis, de Chriſtiano magiſterio, an de Antichriſti ſpiritu iſta proficiſcantur: ſi ita faſcinauit te præſtigiator ille vt credere poſsis vnum hunc perfidiſsimum apoſtatam, veluti alterum Heliſæum habere duplicem ſpiritum Heliæ, aut alterum eſſe, quem ſe iactat, Danielem, in quo ſit ſpiritus amplior & intelligentia ſcripturarum maior, quàm in omnibus olim ſanctiſsimis illis doctiſsimíſque viris, quàm in ſacroſancta Eccleſia Catholica, quid eſt te vno cæcius? Aut ſi iam ex fructibus arborem cognoſcens, in errore perſiſtis tamen, quid te miſerius? Sed eſto: transfiguratus ſit coram te ſatanas ille in angelum lucis, & quæ manifeſta ſunt opera carnis ac diabolica, ſpiritus eſſe & Chriſti opera, venenata ſua facundia perſuadere potuerit: nunquid non vbique vel hoc ipſo prodidit,

Infanda hic recenſentur Martini Lutheri facinora.

2. Cor. 11.

cuiuſnam ſpiritus ſit, quòd omnis eius ſermo amarus eſt, virulentus, arrogans, ac maledicentiſſimus, nuſquàm non ſcatens conuiciis, blaſphemiis, ac ſcommatibus pluſquam venenatis, aduerſus omne Chriſtianæ pietatis, modeſtiæ, manſuetudinis ac benignitatis officium? Nunquid ita docuit Paulus, cuius ſe iactitat ſpiritum habere, cum nulla eius extet epiſtola, quæ non pacem & vnitatem, ac aliàs id genus virtutes redoleat? An non Romanos ſuos hortatur in Domino, vt in charitate fraternitatis ſe diligant inuicem, inuicem ſectentur quæ ſunt pacis, & quæ ædificationis cuſtodiant? Corinthiis an non teſtatur, ſe docere in Eccleſiis, Deum, non diſſenſionis, ſed pacis Deum eſſe? Et breuiter, nunquid non vbique clamat, vbique docet Euangeliſta illa tuba, vt dignè ambulemus in omni humilitate ac manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, vtque deponamus omnem iram, indignationem, blaſphemiam, turpem ſermonem? Quo igitur pacto maledicentiam, amaritudinem, iram, indignationem, blaſphemiam, inflationem, iactationem, quæ ita huic peculiaria ſunt, vt illa Paulo, ac illius diſcipulis vniuerſis, qui mitis eſt ac humilis corde: non Paulini, non Chriſtiani, ſed diabolici ſpiritus eſſe certiſsima indicia, vel cæco non clariſſimè appareat? Ex verbis illius quomodo non intellexiſti, Chriſtum in corde ſuo, an verò Antichriſtum haberet, ſecundum quod ipſa veritas in Euangelio ait: Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? De abundantia enim cordis, os loquitur. Et cum ſcriptum ſit, quòd maledici regnum Dei non poſſidebunt: Item cum in Euangelio dicat Dominus, Quicunque dixerit fratri ſuo racha, reus erit Concilio: Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ incendio: illúmne eſſe Antichriſti apoſtolum, cui quam obſcurum eſſe poterit? Qui non modo Sacerdotes Dei, ſed & Principem ſacerdotum Petri ſucceſſorem, Ieſu Chriſti in terris vicarium, tam nephandis infamibúſque nominibus, tam inauditis contumeliis, conuiciis, ac blaſphemiis, nuſquam non lacerat, diſcerpit, & inſectatur, vt ea commemorare pudica refugiat lingua, & audire horreant aures caſtæ: Qui Apoſtolicam cathedram, in qua præſedit caput Apoſtolorum Petrus, cui præfuerunt tot ſancti Pontifices, quam Eccleſiam principalem, vnde ſit exorta vnitas ſacerdotalis, ſanctus ille & glorioſus martyr Cyprianus non dubitat aſſerere, impio ac peſtilenti ore cathedram peſtilentiæ, Antichriſtianam, diabolicam, & ſi quæ potuit excogitare nefandiora, toties appellare non ceſſat: Qui ſcholas Chriſtianas, quæ tam multos doctiſſimos ſanctiſſimóſque viros tam egregias in Eccleſia Dei columnas nobis protulerunt, impudica lingua ſua, lupanaria, Sodomas & Gomorrhas vbique vocare non verecundatur: Qui non ſatis habet, omnipotentis Dei ſacerdotes probris omnibus, conuiciis, contumeliis, ac blaſphemiis horrendis & inauditis, nunquam non publicè ac priuatim inſectari, quibuſuis canibus viliores facere, niſi etiam laicos concitet ad lauandas ſibi manus in ſanguine ipſorum: Cum tamen quanto honore haberi velit ſacerdotes ſuos, maximè autem principem ſacerdotum, idem ipſe Dominus in Deuteronomio teſtatus eſt, dicens, Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam lepram, & non lepram, & iudicium intra portas tuas videbis verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniéſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæréſque ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quæcunque dixerint, qui præſunt loco quem elegerit Dominus: & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuberbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctúſque populus audiens timebit, vt nulus deinceps intumeſcat ſuperbia. Et Samuel cum ſperneretur à filiis Iſrael, an non dixit Dominus: Non enim te ſpreuerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos, manifeſtè oſtendens, inuiſibilem ſe contemni, cum viſibilem quis ſpernit ſacerdotem. Quare & Moſes murmuranti aduerſus ſe populo reſpondit: Non aduerſus me murmuraſtis, ſed aduerſus Dominum Deum veſtrum. Quòd ſi Leuiticos illos ſacerdotes tanta honoris prærogatiua præcellere voluerit Dominus, qui exemplari tantum ac vm-

Sparſerat Lutherus dogmatis initio quoſdam libellos ſeditionis acerrimos ſtimulatores quibus Papam & Epiſcopos ſubiectos eſſe gladio Cæſaris exclamabat, Hortatus eſt & Catholicos Principes, vt armis omnibus Pontificē & Cardinales oppugnarent & in eorum ſanguine manus lauarent ſuas.

Scholas & Academias è quibus tot hominum doctiſſimorum Coloniæ prodeunt Lutherus damnare cœpit quod ab earum alumnis expugnaretur. A Philoſophia & Scholaſtica Theologia arcet ſuos non ignorans qui in iis benè verſatus ſit, facilè ipſius abſurdiſſima commenta tum cogniturum tum confutaturum.

bræ

bræ deſeruiebant cœleſtium, in vmbratico illo tabernaculo ſacrificiorum officia conſummantes: quo tandem honoris loco eos haberi voluit, quibus tradidit claues regni cœlorum? tantámque tribuit poteſtatem, vt quæ ligarent ſuper terram, ligarentur & in cœlis: & quæ ſoluerent ſuper terram, ſoluta eſſent & in cœlis: vtique quorum dimitterent peccata, dimiſſa forent: quorum retinerent, forent & retenta? Qui non ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed hoſtiam viuam, ſanctam, immaculatam, corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti offerunt quotidie pro peccatis noſtris, conficiunt verbo ſuo,* ac manibus tractant, & breuiter ſacramenta omnia, quibus hominibus vita ſalúſque tribuitur animarum, ſuis perficiūt orationibus. Quanto, inquam, honore hos præcellere voluerit Dominus, quis tādem dubitabit, quod nec ipſe tacuit in Euangelio, quod dicit ad eos: Qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit & eum qui miſit me? Et quid conſequitur? Quod in eundem Chriſtum blaſphemus eſſet & maledicus, qui ſacerdoti Chriſti blaſphemat aut maledicit. An non hoc primum mandatum in retributione, Honora patrem & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram? Qui autem maledicit patri aut matri, morte moriatur. Nunquid ad carnales tantum parentes illud eſt referendum? Et num minus ad eos qui nos in Chriſto regenerauerunt, per quos Chriſtiani ſumus; qui nobis peccata dimittunt, qui cœleſtibus nos paſcunt ſacramentis? Quid ſi peccatores ſunt & mali ſacerdotes? Quid ſi parentes? Nunquid propterea eos, quos Dominus miſit ante faciem ſuam, & ad quos dicebat: Quicunque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo aut ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij quam illi ciuitati. An non præcipit ita Apoſtolus, Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis? Quòd ſi malis & peccatoribus non ſit obediendū, quibus tandem? Quoniam ſi dixerimus, peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus: & veritas in nobis non eſt. Quis es, noli diſcutere paſtorem, noli te iudicem Dei conſtituere & Chriſti. An non ita præcipit Dominus in Euangelio, dicens: Super cathedram Moſis ſederunt ſcribæ & phariſæi: omnia quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſi quæ autē fecerint malè, facere nolite: manifeſtè ſignificans; habere eos dignitatem, tametſi vitæ eſſent perditæ. Nunquid idem Dominus, cum poſtea tempore paſſionis alapam accepiſſet à ſeruo ſacerdotis, dicenti ſibi: Sic reſpondes pontifici? aduerſus pontificem quidquam dixit contumelioſè? quin magis innocentiam ſuam aſſerens & oſtēndens, Si malè (inquit) locutus ſum: exprobra de malo: ſi benè, qui me cædis? An non & Paulus, cum cæderetur in conſilio iuſſu Ananiæ, dicerétque ad eum, Percutiet te Deus paries dealbate: Et tu cædens iudicas me ſecundùm legem, & contra legem iubes me percuti: Audiens ab adſtantibus, Sic inſimulas ſacerdotem Dei, maledicendo ipſum? tamen inane nomen & vmbram quandam ſacerdotis cogitans, expauit? Neſciebam, inquit, fratres, quia princeps eſt ſacerdotum. Scriptum eſt enim: Principi populi tui non maledices. Quo magis miramur, quòd ex iſtis diabolici ſpiritus operibus, veluti fructibus nequiſſimis arborem peſſimam nondum cognouiſtis. Et quis tandem eſt ita hæbes animo, vt non videat quò nunc prorumpant furioſiſſimi conatus iſtius, cum vt quiſque eſt facinoroſiſſimus, deſperatiſſimus aut perditiſſimus latro aut homicida, ſub iſtius vexillis ac ſignis conueniant? Eccleſiam Chriſti parricidialibus armis ac ſacrilegis manibus, non clam, ſed palam oppugnantes, conſecrata Deo loca, templa & monaſteria exurunt & prophanant: Chriſto dicatas virgines, ſacerdotes, Chriſti & monachos crudeliſſimè perſequuntur, Eccleſiarum bona diripiunt: & breuiter, rapinis, latrociniis, cædibus ac incendiis confundunt vniuerſa: excecante nimirum eos iuſto Dei iudicio, & inſaniam tam manifeſtam erumpere permittēte, vt neminem iam latere poſſint ſceleſtiſſimæ machinationes iſtius. Atque, hi qui peſtifera contagione ipſius infectos ſeſe tandem cognouerunt, ſchiſmatico errore depoſito, ac hæretico furore deſerto, vnitatis ac veritatis domicilium fidei ſanitate repetunt, inter quos, dilecte nobis in Chriſto Ieſu, cum & te non ex poſtremis reuerſurum ad ſalutarem matris ſinum ſperauiſſemus, quem reuertentem libenter & obuiis excepiſſemus manibus: bona ſpe tandem noſtra fruſtrati; videmus ſupra

** Pōtianus Papa & Martyr huic ſententiæ etiam fauet, qui fuit temporibus Alexandri Imperatoris. Is enim in Epiſtola prima quæ eſt ad Fœlicem Succritorium, hæc ait. De ſacerdotibus autem Domini quos vos audiuimus cōtra prauorum hominum inſidias adiuuare eorúmque cauſas portare, ſcitote vos in eo valde Deo placere qui ſibi eos ad ſeruiendum aſciuit, & familiares in tātum ſibi eſſe voluit vt etiam aliorū hoſtias per eos acceptaret, atq; eorum peccata donaret, ſibiq; reconciliaret. Ipſi quoque proprio ore corpus Domini conficiunt & populis tradunt. Hæc Pontianus.*

Patrocinio Friderici Saxonum Ducis plures tumultus excitauit per Germaniam Lutherus.

 petram

Meminerint qui Lutherano ſpiritu agitati in Eccleſiæ concordiam ſpirant & obedientiæ iugum excutiũt quàm odibile ſit Deo crimen illud quod ab officio & ſuperiorum debita reuerẽtia nos abſtrahat, pœnitus exemplis in hac conſtitutione cõſideratis. Meminerint etiam quid acciderit primis illis ſeditioſis hominibus Dathani Abironi Core, cum aduerſus Moſen turbas excitarent nec enim vulgari Deus crimen illorum vltus eſt ſupplicio, ſed hiatu terræ ſic abſorberi fecit vt nullum extet omnium veſtigium. Si Dominus tantũ zelatus eſt pro figura quãtum zelabitur pro veritate. Si tantus honor præſtatur vmbræ nonne iuſtũ eſt vt multo maiorem honorem tribuamus corpori.

petram induraviſſe te faciem tuam, videmus perniciem illam animarum Lutherum ſub tuo patrocinio latitantem, ſuum adhuc virus longe latéque ſpargere. Sed quoniam adhuc potens eſt Dominus Deus etiam de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ; antequam egrediatur vt ignis indignatio eius, & ſuccendatur, nec ſit qui extinguat: ideo te fili dilecte in Chriſto obſecramus per viſcera noſtri redemptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, per Chriſtianam vnitatem, per patriæ charitatem, per tuam denique ipſius tuorúmque ſalutem, miſerere Eccleſiæ Chriſti, & tot iam malorum procellis vndique exagitatæ ac pene oppreſſæ tua maxime culpa, aliquando fer opem, miſerere patriæ noſtræ, quæ ſinceræ olim fidei, eximiæ religionis ſanctæ ſub iugo Domini ac religioſæ obedientiæ inſigni præcellens gloria, perniciem iſtam religionis Chriſtianæ, ac fidei ac pietatis publicum hoſtem Martinum, in ſuis ſe peperiſſe ac fouiſſe viſceribus, nunc erubeſcit. Miſerere denique tui ipſius, tuorúmque miſerere ſeductorum Saxonum: quos, niſi reſipiſcatis & quidem cito, manet præſens & certa vltio diuina, quam neque in hoc ſeculo effugietis, neque in futuro. Hæc dicit Dominus Deus: Audi popule ſtulte, audi princeps qui non habes cor: qui habetis oculos, & non auditis: Me ergo non timebitis, & à facie mea non dolebitis? nunquid non audiſtis, quæ fecerim in diebus antiquis? Legite ſcripturas, in quibus putatis vos vitam ęternam habere, & inuenietis, quàm grauis ſemper fuerit, & quam terribilis diuina vindicta in illos, qui in populo Dei ſchiſmata concitauerunt. Nunquid non legiſtis horribilem Diuinam vltionem aduerſus Dathan & Abiron, quòd multitudinem aduerſus Moſen concitaſſent, quos dehiſcens ſub pedibus terra, & aperiens os ſuum, deglutiuit, & omnia quæ ad eos pertinuerunt, ita vt deſcenderent viuentes in infernum? Et aduerſus Core quem eandem ob cauſam cum ducentis & quinquaginta viris cæleſtis flamma deuorauit. Quòd ſi ob durius imperium fortaſſis, aut quorundam paſtorum ſeu ignauiam, ſeu malitiam, ſchiſmata excitanda putatis: nunquid non ex libro Regum audiſtis adeo indignatum fuiſſe Dominum aduerſus decem tribus filiorum Iſrael, & in omne ſemen eorum, vt dimouerit eos, & tradiderit in direptionem, donec proiiceret eos à facie ſua? Ob quam tandem culpam, niſi quòd ob durius imperium Salomonis, & imprudentius arrogantiúſque reſponſum Roboam regis Hieruſalem, ſciſſæ fuerunt à tribu Iuda & Beniamin? Quam præſens ſemper fuerit Dominus vindex ſacerdotibus ſuis, an non Saul ab regio abiectus honore. & Ozias Rex Iuda percuſſus lepra, propterea quòd quæ ſacerdotum erant, contra ſacerdotes Domini ſunt auſi vſurpare, ſufficienti vobis potuerunt eſſe argumento? Et breuiter: An non omnes teſtantur hiſtoriæ, vniuerſos vltrice Domini manu infelici periiſſe exitu, qui in Chriſtos Domini ſacrilegas manus iniicere non formidauerunt? Contra autem, fœlicia & longam illis contigiſſe vitam, qui Chriſtum in ſacerdotibus ſuis venerati ſunt? Moueant ergo vos exempla aliorum, & cogitate quid vobis ſit expectandum, qui venerabilem Dei chorum, in manus tentatis tradere profanas: Proinde quod Dominus per Moſen præcepit vniuerſo populo Iſrael, vt ſepararentur à tabernaculis Core, Dathan & Abiron, nec tangerent quidquam quod ad eos pertineret ne inuoluerentur in peccatis eorum: hoc & vobis, præcipue autem tibi dilecte fili, eiuſdem Domini noſtri auctoritate præcipimus & obſecramus in Chriſto Ieſu, vt ſeparemini à Martino Luthero, auferatis à vobis petram illam ſcandali, neque tangatis quod illius eſt, ne & vos diuina vltio inuoluat ſubito in peccatis illius. Expurgate quamprimum fermentum illud, quod reliquam fidei veſtræ maſſam corrumpit, vt ſitis noua conſperſio, nouáque creatura. Non dedigneris fili dilecte Paulum imitari, quem ſicut viciſti in Eccleſiæ Dei perſecutione, tam grauem animarum perniciem ſub tuo nutriens patrocinio ita reuerſus ad cor, effice vt omnes intelligant tuam conuerſionem: vtque qui per te ſunt ſcandalizati, in te rurſus glorificent Deum, Maximè autem hoc præſta quamprimum, vt impurum os illud obſtruatur, vt capuletur blaſphema lingua, quæ contra Deum ac ſanctos eius loqui non ceſſat, & virus ſuum vndique ſpargit. Et vt propheticis vos verbis admoneamus, ſtate ſuper vias, & videte ac interrogate de ſemitis antiquis, quę ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris. State, inquam, & doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Interrogate

terrogate de ſemitis antiquis, quę ſit via bona, per quam ambulauerunt patres
veſtri, quam demonſtrauerunt tot myriades martyrum, docuerúntque tot millia
confeſſorum, & ambulate in ea. Quod ſi à vobis impetrauerimus, ſicut & ſincerè
ſperamus, erit quod gaudeamus cum angelis de peccatore pœnitentiam agente, & Luc. 15.
perditam, ac rurſus inuentam ouem humeris noſtris ad ouile Domini gaudentes
reportabimus, paternáque pietate quantum in nobis fuerit: ſtolam vobis priſtinam Hier. 6.
reſtituemus. Quòd ſi dixeritis, Non ambulabimus: paternè ſalubritérque vos monenti reſpondebitis. Non audiemus, Ideò audite gentes, dicit Dominus & cognoſcite congregationes, quanta ego faciam eis.

Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt: & legem meam proiecerunt. Sed & hoc tibi denunciamus in virtute omnipotentis Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius in terris Vicarius ſumus, nec te in præſenti ſæculo hæc laturum impune, & in futuro æterni te ignis expectare incendium. Viuunt vnà Pontifex Adrianus & religioſiſſimus Imperator Carolus, meus chariſſimus in Chriſto filius & alumnus: Cuius tu edictum vere Chriſtianum aduerſus Lutheranam perfidiam, & quod talem debebat Imperatorem, non ſine graui offenſa, ac vilipenſione Cæſareæ maieſtatis violare non timuiſti. Non committemus, vt quos olim cum Magno Carolo Adrianus Pontifex in Chriſto genuerunt, nunc Adrianus Pontifex & Imperator Carolus ſub ſchiſmatico ac hæretico tyranno, hæreſum ac ſchiſmatum ſinamus interire contagione. Quare reuertimini ad cor, & reſipiſcite tu tuique miſerè ſeducti Saxones, niſi vtrunque gladium, Apoſtolicum ſimul, & Cæſareum olim velitis experiri.

Altera pars Lutheranæ tragediæ perquirenda eſt vt pollicitis ſtemus & omnibus conſtet qua ratione ſuccenſus fuerit Pontifex Optimus & mitiſſimi ingenij ad hanc ferendam conſtitutionem & quam turpiter ſe excantari paſſi ſint Germani principes Duces potiſſimum Saxoniæ ab hoc callidiſſimo aucupa. Sub Leone X. damnatus, eſt doctrina, hic geſta omnia ab Apoſtaſia ad vitæ vſque Cataſtrophem infanda & hæretica eſſe ipſis etiam lippis & tonſoribus vt eſt apud Ariſtophanem nota erunt.

Genealogia Lutheri celebris eſt adeò vt Cochleus & Genebrardus illum ex Incubo Iſlebij in comitatu Manſfeldenſi anno ſalutis M.CCCCLXXXIII. pridie Diui Martini cuius nomen in ſacro lauachro ſuſcepit natum fuiſſe vt credibile eſt profiteantur. Et profectò non puto hominem natura mitem, docilem & probis parentibus exortũ in tantam Errorum Charibdim, in tantam ſeditionum & rixarum abyſſum prolabi poſſe.

Pueritiam & Adoleſcentiam literis humanioribus exornauit apud celebriores Germaniæ Academias poſtmodum Iuriſprudentiæ dedit operam, antequam profiteretur regulam Eremitarum Diui Auguſtini, in qua principia exitu longè laudatiora iecit. Vir acerrimi & petulantiſſimi ingenij qui curioſius omnia inueſtigari volebat, incœpit neceſſitudine familiari iungi cum dæmone, cuius commercij non parua aut ignota indicia præ ſe ferebat, illud in primis quod cum inter ſacra Miſſarum ſolennia vt refert Lutherus legeretur Euangelium dæmonis ſurdi & muti expulſi illico corruens exclamaret. Non ſum: Non ſum. *Stupentibus omnibus accreuit maiorem fœderis cum diabolo initi ſuſpicionem. Indefeſſa ſtudendi cupiditate commendatus, in noua Academia Vittembergenſi iuſſu Principis Friderici Philoſophiam publicè profeſſus eſt, poſtea cùm eſſet in diſputationibus vehemens, & ſophiſmatibus acer lauream Theologiæ ſuſcepit.*

Cùm autem Leonis temporibus indulgentias publicari audiret occaſione quam ſuperius diximus fretus, cœpit palam queſtuarios prædicatores dãnare, & mordaciter poteſtatem ſummi Pontificis in his conferendis lacerare ac vituperare. Propoſitiones XC. edidit quibus Indulgentias oppugnauit. Cõtra verò Tetzellus CVI. propoſitiones euulgauit Lutheranis, planè contrarias. Hic cœpit Germaniæ Schiſmatis incendium quo poſtea orbis Chriſtianus conflagrauit. Variis hic cœpit fluctibus agitari Lutherus, hic conſcientia, hic voti profeſſio, hic fides tot ſæculis probata, hic Eccleſiæ propago, hic Pontificis authoritas, illic verò libertas flagitiorum omnium, illic libido, illic ambitus, illic noui dogmatis commendatio, illic obedientiæ contemptus miſerum hominem anxiè vrgebant, adeò vt fateretur quod in his primis decretis ſtringendi calamum aduerſus indulgentias ſimilis eſſet fluctui maris, qui à vento mouetur

Meminerint qui Lutherano ſpiritu agitati in Eccleſiæ concordia n ſpirant & obedientiæ iugum excutiūt quàm odibile ſit Deo crimen illud quod ab officio & ſuperiorum debita reuerētia nos abſtrahat, pœnitus exemplis in hac conſtitutione cōſideratis. Meminerint etiam quid acciderit primis illis ſeditioſis hominibus Dathani Abironi Core, cum aduerſus Moſen turbas excitarent nec enim vulgari Deus crimen illorum vltus eſt ſupplicio, ſed hiatu terræ ſic abſorberi fecit vt nullum extet omnium veſtigium. Si Dominus tantū Zelatus eſt pro figura quātum Zelabitur pro veritate. Si tantus honor præſtatur vmbræ nonne iuſtū eſt vt multo maiorem honorem tribuamus corpori.

petram indurauiſſe te faciem tuam, videmus perniciem illam animarum Lutherum ſub tuo patrocinio latitantem, ſuum adhuc virus longe latéque ſpargere. Sed quoniam adhuc potens eſt Dominus Deus etiam de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahe; antequam egrediatur vt ignis indignatio eius, & ſuccendatur, nec ſit qui extinguat: ideo te fili dilecte in Chriſto obſecramus per viſcera noſtri redemptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, per Chriſtianam vnitatem, per patriæ charitatem, per tuam denique ipſius tuorúmque ſalutem, miſerere Eccleſiæ Chriſti, & tot iam malorum procellis vndique exagitatæ ac pene oppreſſæ tua maxime culpa, aliquando fer opem, miſerere patriæ noſtræ, quæ ſinceræ olim fidei, eximiæ religionis, ſanctæ ſub iugo Domini ac religioſæ obedientiæ inſigni præcellens gloria, perniciem iſtam religionis Chriſtianæ, ac fidei ac pietatis publicum hoſtem Martinum, in ſuis ſe peperiſſe ac fouiſſe viſceribus, nunc erubeſcit. Miſerere denique tui ipſius, tuorúmque miſerere ſeductorum Saxonum: quos, niſi reſipiſcatis & quidem cito, manet præſens & certa vltio diuina, quam neque in hoc ſeculo effugietis, neque in futuro. Hæc dicit Dominus Deus: Audi popule ſtulte, audi princeps qui non habes cor: qui habetis oculos, & non auditis: Me ergo non timebitis, & à facie mea non dolebitis? nunquid non audiſtis, quæ fecerim in diebus antiquis? Legite ſcripturas, in quibus putatis vos vitam ęternam habere, & inuenietis, quàm grauis ſemper fuerit, & quam terribilis diuina vindicta in illos, qui in populo Dei ſchiſmata concitauerunt. Nunquid non legiſtis horribilem Diuinam vltionem aduerſus Dathan & Abiron, quòd multitudinem aduerſus Moſen concitaſſent, quos dehiſcens ſub pedibus terra, & aperiens os ſuum, deglutiuit, & omnia quæ ad eos pertinuerunt, ita vt deſcenderent viuentes in infernum? Et aduerſus Core, quem eandem ob cauſam cum ducentis & quinquaginta viris cæleſtis flamma deuorauit. Quòd ſi ob durius imperium fortaſſis, aut quorundam paſtorum ſeu ignauiam, ſeu malitiam, ſchiſmata excitanda putatis: nunquid non ex libro Regum audiſtis adeo indignatum fuiſſe Dominum aduerſus decem tribus filiorum Iſrael, & in omne ſemen eorum, vt dimouerit eos, & tradiderit in direptionem, donec proiiceret eos à facie ſua? Ob quam tandem culpam, niſi quòd ob durius imperium Salomonis, & imprudentius arrogantiúſque reſponſum Roboam regis Hieruſalem, ſciſſæ fuerunt à tribu Iuda & Beniamin? Quam præſens ſemper fuerit Dominus vindex ſacerdotibus ſuis, an non Saul ab regio abiectus honore. & Ozias Rex Iuda percuſſus lepra, propterea quòd quæ ſacerdotum erant, contra ſacerdotes Domini ſunt auſi vſurpare, ſufficienti vobis potuerunt eſſe argumento? Et breuiter: An non omnes teſtantur hiſtoriæ, vniuerſos vltrice Domini manu infelici periiſſe exitu, qui in Chriſtos Domini ſacrilegas manus iniicere non formidauerunt? Contra autem, fœlicia & longam illis contigiſſe vitam, qui Chriſtum in ſacerdotibus ſuis venerati ſunt? Moueant ergo vos exempla aliorum, & cogitate quid vobis ſit expectandum, qui venerabilem Dei chorum, in manus tentatis tradere profanas: Proinde quod Dominus per Moſen præcepit vniuerſo populo Iſrael, vt ſepararentur à tabernaculis Core, Dathan & Abiron, nec tangerent quidquam quod ad eos pertineret ne inuoluerentur in peccatis eorum: hoc & vobis, præcipue autem tibi dilecte fili, eiuſdem Domini noſtri auctoritate præcipimus & obſecramus in Chriſto Ieſu, vt ſeparemini à Martino Luthero, auferatis à vobis petram illam ſcandali, neque tangatis quod illius eſt, ne & vos diuina vltio inuoluat ſubito in peccatis illius. Expurgate quamprimum fermentum illud, quod reliquam fidei veſtræ maſſam corrumpit, vt ſitis noua conſperſio, nouáque creatura. Non dedigneris fili dilecte Paulum imitari, quem ſicut viciſti in Eccleſiæ Dei perſecutione, tam grauem animarum perniciem ſub tuo nutriens patrocinio ita reuerſus ad cor, effice vt omnes intelligant tuam conuerſionem: vtque qui per te ſunt ſcandalizati, in te rurſus glorificent Deum. Maximè autem hoc præſta quamprimum, vt impurum os illud obſtruatur, vt capuletur blaſphema lingua, quæ contra Deum ac ſanctos eius loqui non ceſſat, & virus ſuum vndique ſpargit. Et vt propheticis vos verbis admoneamus, ſtate ſuper vias, & videte ac interrogate de ſemitis antiquis, quę ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris. State, inquam, & doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Interrogate

terrogate de ſemitis antiquis, quę ſit via bona, per quam ambulauerunt patres veſtri, quam demonſtrauerunt tot myriades martyrum, docuerúntque tot millia confeſſorum, & ambulate in ea. Quod ſi à vobis impetrauerimus, ſicut & ſincerè ſperamus, erit quod gaudeamus cum angelis de peccatore pœnitentiam agente, & Luc. 15.
perditam, ac rurſus inuentam ouem humeris noſtris ad ouile Domini gaudentes reportabimus, paternáque pietate quantum in nobis fuerit: ſtolam vobis priſtinam Hier. 6.
reſtituemus. Quòd ſi dixeritis, Non ambulabimus: paternè ſalubritérque vos monenti reſpondebitis. Non audiemus, Ideò audite gentes, dicit Dominus & cognoſcite congregationes, quanta ego faciam eis.

Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius; quia verba mea non audierunt: & legem meam proiecerunt. Sed & hoc tibi denunciamus in virtute omnipotentis Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius in terris Vicarius ſumus, nec te in præſenti ſæculo hæc laturum impune, & in futuro æterni te ignis expectare incendium. Viuunt vnà Pontifex Adrianus & religioſiſſimus Imperator Carolus, meus chariſſimus in Chriſto filius & alumnus: Cuius tu edictum vere Chriſtianum aduerſus Lutheranam perfidiam, & quod talem debebat Imperatorem, non ſine graui offenſa, ac vilipenſione Cæſareæ maieſtatis violare non timuiſti. Non committemus, vt quos olim cum Magno Carolo Adrianus Pontifex in Chriſto genuerunt, nunc Adrianus Pontifex & Imperator Carolus ſub ſchiſmatico ac hæretico tyranno, hæreſum ac ſchiſmatum ſinamus interire contagione. Quare reuertimini ad cor, & reſipiſcite tu tuíque miſerè ſeducti Saxones, niſi vtrunque gladium, Apoſtolicum ſimul, & Cæſareum olim velitis experiri.

Altera pars Lutheranæ tragediæ perquirenda eſt vt pollicitis ſtemus & omnibus conſtet qua ratione ſuccenſus fuerit Pontifex Optimus & mitiſſimi ingenij ad hanc ferendam conſtitutionem & quam turpiter ſe excantari paſſi ſint Germani principes Duces potiſſimum Saxoniæ ab hoc callidiſſimo aucupa. Sub Leone X. damnatus, eſt doctrina, hic geſta omnia ab Apoſtaſia ad vitæ vſque Cataſtrophem infanda & hæretica eſſe ipſis etiam lippis & tonſoribus vt eſt apud Ariſtophanem nota erunt.

Genealogia Lutheri celebris eſt adeò vt Cochleus & Genebrardus illum ex Incubo Iſlebij in comitatu Mansfeldenſi anno ſalutis M.CCCCLXXXIII. pridie Diui Martini cuius nomen in ſacro lauachro ſuſcepit natum fuiſſe vt credibile eſt profiteantur. Et profectò non puto hominem natura mitem, docilem & probis parentibus exortū in tantam Errorum Charibdim, in tantam ſeditionum & rixarum abyſſum prolabi poſſe.

Pueritiam & Adoleſcentiam literis humanioribus exornauit apud celebriores Germaniæ Academias poſtmodum Iuriſprudentiæ dedit operam, antequam profiteretur regulam Eremitarum Diui Auguſtini, in qua principia exitu longè laudatiora iecit. Vir acerrimi & petulantiſſimi ingenij qui curioſius omnia inueſtigari volebat, incœpit neceſſitudine familiari iungi cum dæmone, cuius commercij non parua aut ignota indicia præ ſe ferebat, illud in primis quod cum inter ſacra Miſſarum ſolennia vt refert Lutherus legeretur Euangelium dæmonis ſurdi & muti expulſi illico corruens exclamaret. Non ſum: Non ſum. *Stupentibus omnibus accreuit maiorem fœderis cum diabolo initi ſuſpicionem. Indefeſſa ſtudendi cupiditate commendatus, in noua Academia Vittembergenſi iuſſu Principis Friderici Philoſophiam publicè profeſſus eſt, poſtea cùm eſſet in diſputationibus vehemens, & ſophiſmatibus acer lauream Theologiæ ſuſcepit.*

Cùm autem Leonis temporibus indulgentias publicari audiret occaſione quam ſuperius diximus fretus, cœpit palam queſtuarios prædicatores dānare, & mordaciter poteſtatem ſummi Pontificis in his conferendis lacerare ac vituperare. Propoſitiones XC. edidit quibus Indulgentias oppugnauit. Cōtra verò Tetzellus CVI. propoſitiones euulgauit Lutheranis, planè contrarias. Hic cœpit Germaniæ Schiſmatis incendium quo poſtea orbis Chriſtianus conflagrauit. Variis hic cœpit fluctibus agitari Lutherus, hic conſcientia, hic voti profeſſio, hic fides tot ſæculis probata, hic Eccleſiæ propago, hic Pontificis authoritas, illic verò libertas flagitiorum omnium, illic libido, illic ambitus, illic noui dogmatis commendatio, illic obedientiæ contemptus miſerum hominem anxiè vrgebant, adeò vt fateretur quod in his primis decretis ſtringendi calamum aduerſus indulgentias ſimilis eſſet fluctui maris, qui à vento mouetur

&

& circumfertur Nam ex vna parte & primatum Pontificis Romani velut rem certiſſimam itémque purgatorium agnouit, & ex altera de modo pœnitendi aut remittendi pœnas tum in hac vita tum in futura partim dubitauit, partim impunè ſenſit. Deinde priorum ſuarum diſputationum quaſdam reſolutiones edidit, quas Leoni X. Pontifici Maximo dedicauit vbi Epiſtolam ſuam ita claudit. Quare, Beatiſſime Pater proſtratum me pedibus tuæ Beatitudini offero, cum omnibus quæ ſunt & habeo, viuifica, occide, voca, reuoca, approba: reproba, vocem tuam vocem Chriſti in te præſidentis & loquentis agnoſcam. Habebant hæc pulchra quædam pietatis & boni zeli teſtimonia ſed futura & peſtilenti ſeditione præcincta ab his enim ſtatim ad arma prouocauit principes excitatos in odium cleri corrupti & licentioris greſſus. Et cum Chriſtus agnus mitiſſimus ſuum Euangelium dederit cum ſumma Clementia & humilitate, hic noua ſua commenta armis & gladiis ſeminare voluit. Primas cathedras phariſaica gloria poſtulauit ne inter ſuas ſimias gregarius videretur, & licet vt in præfatione primi tomi conqueritur Solus fuiſſet primò & quidem ad tantas res tractandas ineptiſſimus & indoctiſſimus inuitis collegis ſummum Epiſcopatum moderari voluit, prædicauit hæreſim, ad hæreſes prædicandas ſuos ſciolos prædicantulos miſit. En, quis nouus hic Paulus cum tot Timothæis? Qui ſunt iſti Lenones qui pro templis Lupanaria colunt. Paulus conſulit Virginitatem, Lutherus omnes ad promiſcuos concubitus ad libidinis extinguendum incendiũ libidine conuocat. Hortatur Archiepiſcopum Moguntinum vt Epiſcopatu in Ciuili dominio mutato vxorem ducat & cæteris Epiſcopis tam præclaro exemplo continentiæ præluceat. Hinc non eſt contentus nuptias æquare Virginitati prout Iouinianus fecerat, ſed adeò Virginitatem deiicere conatus eſt, vt non ſit veritus illam conculcare ingenti maledictione vt malam & Dei præcepto contrarium. Et quanquam aliquando faſſus fuiſſet apud Roffenſem art. 30. cœlibatum eſſe conſilium Euangelicum, nec potuiſſet negare quod cum Monachatu ſolenne votum continentiæ profiteretur, libro tamen de votis monaſticis fortiſſima voluptatis adiecit calcaria. Cœlibatus (inquit) Virginitatis aureolæ, nugæ ſunt, & mera ſathanę mendacia. Et in libro de coniugali vita volens oſtendere eſſe impoſſibile ſeruare Virginitatem, hæc ait. Sicut in poteſtate mea non eſt, quo minus ſim mas, ita minime ſitum eſt in me vt ſim ſine muliere. Et aliquibus interpoſitis ſubdit. Creſcite & multiplicamini non eſt præceptum, ſed pluſquam pręceptum, quod nos non poſſumus impedire, vel pretermittere, ſed perinde neceſſarium eſt & magis neceſſarium quam edere & bibere, purgari expuere, dormire, & vigilare, Hanc doctrinam carni amiciſſimam & Epicureis diſcipulis facilem ipſe ſuo exemplo & verbo excucullatus docuit, voluitque poſteritati teſtari fœdum ſuum genium. Vxorem Erynni percitus & Inſanus ducit, eámque ex monialium grege furto ſuſtulit vt ſimiles haberent labra lactucas. Et in deploratiſſimis rebus Germaniæ quas tragico cothurno excitarat iocundas nuptias celebrat. Idem innumeri apoſtatæ ſacrilegè violatis monialibus præſtiterunt vt Lutherana hæreſis vberior & plauſibilior eſſet. Credulam turbam ad licentiores veneris amplexus prouocat, vult monachos frangere vota, moniales pede libero egredi clauſtra & omnem excutere voti & continentiæ normam. Qua in re quot vitiorum Lernæ concurrant quis valet ſatis æſtimare? Corpus illud Deo dicatum non vno ſcelere polluitur, quódque in diuinæ naturæ communionem transierat, per myſticam illam coniunctionem diſtrahitur, & crudeliter Chriſti membra diſcerpuntur vt infœlici coagmentatione adulteræ diabolóque compingantur. Et vbi ſemel quod Deo deuouerat perdit & frangit qua ratione quæſo illud reſtitui poteſt. Quicquid ergo comminiſcatur Lutherus ſcortum non coniugem ter ſceleratus complectiuur, ſacrilegus eſt furaturq; Deo per ſummum nephas quod illi deuouerat & dederat. Ille nec in coniugio ſed in perpetuo verſatur inceſtu, nihilq; tam graue fingi poteſt, quod tanti piaculi fœditatem indignitatem, grauitatem valeat ſatis explicare.

Nocturnam adhuc Venerem ſomnians Lutherus, functionem nullo iure probatam exequi Eccleſias Lutheranas inſulſiſſimis gãneonibus ditare omnia Chriſtiano, Apoſtolico & diuino præcepto tradita acriter oppugnare contendit. Præſcripſit modum Initiationis eorum qui ad vſurpatum docendi & prædicandi priuilegium accedunt qui etiam in hodiernum vſque diem ſecundùm adſcriptam hic Inſtitutionem obſeruatur.

Quoties ardelio quiſpiam vel à populo, vel à magiſtratu, ſummiſſus venit ad ſuperintendentem, monetur vt attendat ſeduló, quid ambiat, quantam ſarcinam ſit excepturus humeris: vt perſtet in hæreſi, neque ſe vel à Papiſtis, vel Caluinianis vllo pacto ſinat aliorſum

abduci:

abduci: iubetur ſe comparare ad cœnandum, vel tentandum (nam hæc manè peraguntur) hinc decantatur hymnus ille idem: Veni Sancte Spiritus &c. ſed partim germanicè, partim latinè (nam puri Lutherani quædam latina retinent, quæ ſunt maximè vulgo nota) deinde leguntur pars 1. cap. prioris ad Timoth. & 2. cap. 10. Lucæ, vbi de conſtitutione Apoſtolorum, & diſcipulorum agitur, & pars 1. cap. ad Titum: quibus perlectis quæritur ex candidato, ecquid recipiat cuncta ſe præſtaturum: admonetúrque vt diligenter iterum; atque iterum diſpiciat, quibus præficiendus ſit, vtpotè non bobus, aut ouibus: ſed animabus Chriſto longè chariſſimis: ac tum ſcelerata cœna contaminatur: ſtánſque ſuperintendens inuocat eo ferè modo, quo catholici, Spiritumſanctum: ac poſtremò latinè, pronuntiatur ab omnibus: Benedicat vobis Deus omnipotens, vt faciatis fructum bonum: ſicque perſicitur initiatio Lutherana traduntúrque litteræ teſtimoniales ordinato. Hæc igitur ad hunc modum peracta: dicuntur ſcripturæ, traditioníque conſentanea: eadem cùm in formulis catholicorum inueniuntur, dicuntur ſuperſtitiones, & inuentiones humanæ, Iudaicæ, Turcicæq; prophanationes.

Vides in Lutherana paleſtra etiam probari ſacros ritus quibus ab Epiſcopis creãtur ſacerdotes. Vides eos fateri ſolos epiſcopos eſſe cauſas effectrices Presbyterij. Vides eos traditiones antiquitatis & Hierarchiæ Eccleſiaſticæ in hac ordinatione imitari, cum tamen apud eos hæc omnia vileſcant. Compellatur ergo & vrgeatur Lutherus in hunc modum reddere rationem huius inſtituti. Vnde tu Luthere nactus es (obſecro) poteſtatem conferendi presbyterium? Cedo mihi literas Apoſtolatus & commiſſionis? Vnde cœnam conficiendi, & corpus, ſanguinémque Chriſti conſecrandi facultas? nam hæc in tua cœna fateris fieri. Vnde tanta fiducia? Prætereà, quis te docuit vſurpare hymnum catholicum: cùm pſalmos, odáſque meas prophanus exturbatas velis? Quin tu hunc quoque cum cæteris abiicis? Itáne ex horto meo transplantata diuerſam induunt naturam: vt apud te bona ſint, quæ apud me tantopere damnas? Quid aras in mea vitula? Quid mihi, tibique commune eſt? Quin puteos meos cum illis Palæſtinis penitus obruis? cur exhauris? cur pro tuis venditas, víſque videri euangelium? Quando agitur de meis ſacramentis, ritibus, & ceremoniis, petis oracula, quibus nitar: quodnam (quæſo te) hunc hymnum vſurpare docet oraculum? Deinde, quis te docuit legere, vel omninò eſſe legendum his in rebus aliquas ſcripturas, Si quid ego tentem ſimile meo iure: clamas præter Dei verbum nil moliendum: quæ litteræ te iubent vel hoc, vel aliud caput Paulinarum epiſtolarum, aut Euangelij deligere? Verba equidem ſancta ſunt: fateor: ſed vnde compertum eſt tibi hæc ad rem quicquam facere. Prætereà quibus edoctus es ſcripturis non optimè precari etiam infenſiſſimis hoſtibus? Optas vt Turcæ (& his Papiſtas, ſi Deo placet, adnumeras) intereant: hinc quis non ſtatim intelligit, ex quo id ſpiritu prodeat? Putas deinceps quenquam miraturum tuos prædicantos ad rauim vſque maledictis, & contumeliis innocentes appetere: nempè maledictis initiatos? Poſtremò vnde habes formulam hanc orationis: Benedicat vobis Deus, &c. Video te ex noſtris mutuatum. Et quid ita libet in nobis damnare, quod tuis obtrudis inſtar oraculi? Et quid ſibi litteræ illæ ſignificant: ſi non meorum formatas, quas ne primi clerici negligunt. Redde quod meũ eſt aut vapulaberis ocyus.

Plurimis ergo ſuæ togæ ſimiis ſtipatus Lutherus contumelioſas ſuas Conciones plus æquo ingenti fulgure conuitiorum in Papam & Eccleſiam quotidie intonabat, nec vllum antiquius habebat ſtudium quàm vt omnes ſuis antilogiis effaſcinaret Principes. Idcirco ſeditioſè ad ſuam fabulam exequendam inuitat Liuoniæ & Sabaudiæ Duces, qui hominis perduellis fucos facilè contempſerunt. Vt de propagine hæreſis in Germania gloriaretur ſcripſit ad Batauos. Albertus Brandeburgenſis Magiſter ordinis Teutonicorum eius impoſturis facilè decipitur & Dorotheam regis Danorum filiam duxit magiſtri nomen in Ducis mutans. Quod indignum facinus totum in ſe concitauit ordinem. Vnum autem hic mirari ſoleo, non quod viris cordatis mirum videatur, ſed quod Impoſtoris ſtudium mirum in deprædandis animis denotet. Eſt Saxonia Germaniæ regio nobiliſſima & celebris quæ initio deorum cultui adeò dedita fuerat vt à Carolo Magno triginta annis vix eo adigi potuit vt fidẽ Chriſti amplecteretur à qua nunquã hactenus receſſerat: vnius attamen excucullati homuncionis voce ita eſt excantata vt relicta fide Catholica ad Lutheriſmum tranſierit, Imperante Lutheri Patrono Friderico Saxoniæ Duce. Eius gratia nimirum vt reuerteretur ad cor & ſcatebras Lutheranas egrederetur hæc Conſtitutio lata eſt. Exaſperauit turbauit & agitauit adeò ſuum ſeculum hic Apoſtata vt pro illo filio perditionis cuius meminit Apocalypſis Ioannis exiſtimaretur, vbi hæc verba de Antichriſto prædicta Qui habet intellectũ cõputet numerum beſtiæ. Numerus enim hominis eſt numerus eius 666. multi referri iudicabant

Martino

Martino Luthero cui conueniunt omnes conditiones beſtiæ illius quæ os ſuum aperuit in cœlum & habitantes in eo, cuique robur permittitur aduerſus æternum ſacrificium. Conuenientiſsimè compoſitis numerorum rationibus cum literarum nominis MARTINI LAVTER, *(quod natiuum & patrium eſt) valore, more Habreorum & Græcorum qui pro numeris literis Alphabeti vtuntur, ſecundum ordinem literarum conduplicato numero, primo monadum deinde decadum hinc centuriarum vt notauit Guilielmus Lindanus lib. 3. dubitantij F. Feuardentij in ſcholiis lib. V. D. Irenei cap. 30. & Roberti Belarmini numerum nominis beſtiæ ideſt 666. tandem perfectum comperies. Sume nomen cum cognomine Germano vel gentile vt Græcis ſit* ΣΑΞΟΝΕΙΟΣ *eundem ſemper habebis numerum occurret tibi ſemper mala hæc beſtia. Eadem coniectura ſi cognomen hæbreũ parum conuulſum* לולתר LVLTER *perpendas idem iudicabis.*

Totius negocij facillimum & perſpicaciſsimum typum adiecimus.

				Σ.	200.		
				A.	1.		
M.	30.	L.	20.	Ξ.	60.	ל	30
A.	1.	A.	1.	O.	70.	ו	6
R.	80.	V.	200.	N.	50.	ל	30
T.	100.	T.	100.	E.	5.	ת	400
I.	9.	E.	5.	I.	10.	ר	200
N.	40.	R.	80.	O.	70.		
				Σ.	200		666.
	666.				666.		

Poſſent his numeris plura alia nomina aptari. Si verò conſtaret Antichriſtum veniſſe ſimilium eſſet hic collatio, & cum non iniuria omnes hæreticos Antichriſtos nominemus, Lutherus Antichriſti nomen effugere nõ poteſt, cui nomen, & vita magis allucinatur. Hæc attamen in quibus viri ſolertes ingenioſè ſe exercitarunt non obſtant quin aliqui inſigniori filio perditionis cui tanto ſtudio viam muniunt, vaticinatum iam nomen quadret.

Lutherus ergò præambulonum Atichriſti vexillifer, dirutiſ templis, cæſis ſacerdotibus in furorem bellicum actis Principibus, virus Doctrinæ euomere non deſinit, & publicè ſacra Iuris Pontificij diplomata in ignem coniecit: multis audax facinus approbantibus Nã vt perditiſsima fuit hæreſis Lutheri ſic & perditiſsimos habuit clientes, adeo vt & grauiter conqueratur ita ſuos eſſe corruptos vt nunquam Papatu vigente, tam perditi mores tanta facinora eſſent, miratur lucente ſuo Euangelio tantas tenebras, vitiorum obortas, tantúmque ſcelerum incrementum factum cum lachrimis queritur. Videt eos eius exemplo Virginitatem & caſtitatem ſtupris commutare, ieiuniis reiectis totos dies Baccho, totas noctes Veneri libare, bella ciuilia excitare, turbis & ſeditionibus impudentia & mendaciis orbem Chriſtianum complere, & ideo exclamat nunquam tanta ſcelera in Papatu fuiſſe, inuitúſque vt Caiphas veritatem confert. Figmenta pro vaticiniis ſparſit, vt ſub Leone dictum eſt, & cum Neſenum fruſtra ad vitam reuocare tentaſſet, bellum indixit Dæmonibus, qui amicum hominem parum metuebant & obſeſſos ab eorum imperio liberare tentauit. Huius temerarij conatus lepidiſsima hiſtoria eſt apud Surium quam in lectoris gratiã hic ſubiiciã. Anno M.D.XLV. puella quædam dæmoniaca è Miſnia adducta eſt Vuittembergam ad Lutherum, ceu tertium Eliam, ea ſpe, quòd Lutherus dæmonem eſſet eiecturus. Ille quidem, vtpotè malè ſibi conſcius, principio valdè ſe difficilem præbuit, tamen tandem iuſſit puellam in ſacrarium parochianæ Eccleſiæ introduci. Ibi ſuis quibuſdam Luthericis exorciſmis adiurat dæmonem, ſed dæmon eius exorciſmos irridet. Tum verò Lutherus mirè angi, diſcruciari, & è ſacrarij oſtio ſe velle proripere. At malus dæmon adeò obſtruxit oſtium, vt neque foris, neque intus reſerari potuerit. Ea res etiam in maiores illum miſerum anguſtias adduxit, iámque per feneſtras erumpere conabatur, ſed conatus eius cancelli ferrei retardabant. Denique ſecuri ferrea per cancellos immiſſa oſtium perfringi oportuit, vt Luthero pateret exitus. Faxit Dominus Deus noſter, vt ad ſaniorem mentem redeant, qui eius hominis, nulla vitæ ſanctimonia, nulla miraculorum efficacia ſuffulti, infauſtum Euangelium magno totius Europæ malo complexi ſunt. *Hæc Surius.*

Suprem ...

Supremus actus tragœdiæ iam educendus qui in Colloquio Ratiſbonenſi proteſtantes maximè turbauit. Obitus eſt Lutheri. Is cum litis cuiuſdam componendæ cauſa Iſlebium vocatus tribus ſtipatis filiis ex infando Monachi & Monachæ concubitu procreatis die 17. Februarij cum ad ambas aures vſque ingurgitatus eſſet naturali ſua crapula cui potentiſsimè deditus fuerat & facetiis ſuis omnes ad riſum prouocaſſet, quod Sleidanus inſignis mendax inficiatur, eadem nocte è viuis repentina morte ſublatus eſt. Operis inſtituti diutius remorari nepharij huius gratia hominis non decet, qui ampliora vitæ ſuæ trophea ſigillatim examinare voluerit is legat Ioannem Cochlæum qui ex profeſſo hæc ſcriptis elegantiſsimè intexuit. Sufficiat nobis illum à Leone X. & Adriano ſexto, tum reliquis Pontificibus & Concilij Tridentini authoritate hæreticum damnatum demonſtraſſe digito.

III.

Declaratio & reuocatio conceſsionum Iuris Patronatus.

SANCTISSIMVS D. N. Accepto per Sanctitatem ſuam quod nonnulli Romani Pont. eius prædeceſſores diuerſis perſonis collegiis laicorum ſub iure patronatus, facultates & indulta præſentandi, ſeu nominandi perſonas idoneas ad eccleſias etiam metropolitanas monaſteria & beneficia eccleſiaſtica ſæcularia, ac regularia, ac hoſpitalia, & alia pia loca ex tunc deinceps vacatura etiam interdum pro eorum hæredibus & ſucceſſoribus alias ſub variis modis & formis per diuerſas eorum literas in perpetuum vel ad certum tempus reſeruarunt & conceſſerunt, conſiderans quod per huiuſmodi facultates & indulta Romanus Pontifex ſæpius impeditur quo minus perſonas qualificatas vtiles & neceſſarias ad eccleſias & monaſteria promouere. Ac de beneficiis eccleſiaſticis ſimilibus perſonis prouidere, hoſpitalia quoque & pia loca huiuſmodi perſonis etiam vtilibus, & Monaſteriis, committere & alias de illis diſponere libere poſſit. Ideo vt per ſanctitatem ſuam & Sedem Apoſtolicam liberius de perſonis benemeritis dictis cathedralibus eccleſiis, & Monaſteriis prouideatur, & de illis ac aliis dignitatibus beneficiis, hoſpitalibus, & piis locis huiuſmodi diſponatur, opportunè prouidere volens, felicis recordationis Innocentij Papæ octaui ſuæ ſanctitatis prædeceſſoris inhærendo veſtigiis omnes & ſingulas reſeruationes & conceſſiones iuris patronatus, ac facultates & indulta præſentandi ſeu nominandi perſonas huiuſmodi, ad eccleſias, monaſteria prioratus, præpoſituras dignitates perſonatus, adminiſtrationes, officia canonicatus & præbendas aliáque beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura ſecularia, & ordinum quorumcunque regularia, qualitercunque qualificata, ac hoſpitalia, & alia pia loca, perſonas prædeceſſores & Sedem apoſtolicam, aut eius legatos nuncios executores & ſubexecutores ab anno primo Pontificatus eiuſdem Innocentij prædeceſſoris citra quibuſuis Regibus, Reginis, Ducibus & Marchionibus, ac aliis Principibus & perſonis, nec non Communitatibus, vniuerſitatibus confraternitatibus, & collegiis ſecularium perſonarum, cuiuſcunque dignitatis ſtatus gradus ordinis, & conditionis exiſtentibus, etiam ex motu proprio & ex certa ſcientia, ac de poteſtatis apoſtolicæ plenitudine, aut etiam conſiſtorialiter & alias tam ſimpliciter, quàm ſub quibuſuis conditionibus & promiſſionibus, & alias quomodocunq; & qualitercunque, & ex quibuſuis cauſis præterquàm ratione ereptionis locorum in quibus Eccleſiæ, monaſteria, & beneficia prædicta conſiſtunt ex infidelium manibus & poteſtate factas & conceſſa, quorum omnium formas & tenores eadem ſua ſanctitas haberi voluit pro expreſſis quoad metropolitan. ac alias cathedrales eccleſias & Monaſteria nec non prioratus & præpoſituras ac alias dignitates conuentuales & alia electiua etiam ſi ij quibus reſeruationes & conceſſiones facultates & indulta huiuſmodi facta & conceſſa fuerunt quaſcunque conditiones eis propterea quomolibet impoſitas & promiſſiones per eos propterea factas adimpleuerint. Quo vero ad alia beneficia ac Hoſpitalia & pia loca huiuſmodi ſi illi quibus reformationes & conceſſiones ac facultates & indulta huiuſmodi facta & conceſſa fuerint vt præfertur illorum occaſione fructus proximè dictorum beneficiorum hoſpitalium piorum & locorum ad medietatem vnius annui valoris fructuum eorundem ſecundùm communem extimationem

Solent multi Iure Patronatus præſentari ad Eccleſiaſtica beneficia indigni atque incapaces, quamobrem hic Pontifex hac cõſtitutione reuocat conceſſiones iuris Patronatus ab anno primo Pontificatus Innocentij 8. factas ex quauis cauſa quo ad beneficia electiua.

Innocentius 8. coronatus fuit Idus Septẽb. 1484. vt ſup. fol. 142. diximus.

H- dec-

de propriis eorum bonis non auxerunt vel eorum eccleſias aut Hoſpitalia & p la loca huiuſmodi de nouo fundamentaliter non ædificarunt, ſeu funditus dirutas non reædificarunt, ſeu fundos in quibus ædificarentur ædificia in præſentiarum ſubſecuto non conceſſerunt ad quorum augmentis ædificationis reædificationis & conceſſionis reſpectiuæ probationem eos, qui tali iure patronatus ſeu præſentandi & nominandi directè vel indirectè vti voluerint, eadem ſua ſanctitas teneri decreuit etiam ſi condictionem ad quas alias quam modis præmiſſis tenebantur executioni demandatę fuiſſent, & in literis reformationum & primò dictarum conceſſionum ſeu facultatum & indultorum huiuſmodi cautum ſit, quod dictum ius ſimpliciter, vel ſub certis condictionibus modis & formis ex fundatione, vel dotatione pertineat, aut pertinere cenſeatur, vel perinde habeatur ae ſi ex fundatione vel dotatione prędicta pertineret & quod reſeruationes & primo dictę conceſſiones facultates, & indulta huiuſmodi reuocari non poſſint, & clauſulę etiam derogatoriarum derogatorię fortio res efficaciores & inſolitę in dictis literis pro illarum pręſeruatione deſuper adiectę ſintillarum formas & tenores pro expreſſis habendo reuocauit caſſauit & annullauit, ac eccleſias monaſteria prioratus præpoſituras dignitates & beneficia huiuſmodi ad eorum primæuam naturam pręmiſſis non obſtantibus reduxit Decernens irritum, &c.

His etiam reuoat conceſſiones iuris Patronatus quoad alia benficia non electiua cũ declarationib⁹ hic expreſſis.

Commodior non dabitur locus vbi ſpaciari poſſimus pro Iuris Patronatus examine, quam in præſentis conſtitutionis ſcholio. Non autem hic Ius Patronatus ſumi volumus ea ratione qua apud Iuris Ciuilis profeſſores vſurpatur ex l. Diuus Claudius § Imperatores ff. de Iure Patronatus, cuius & Alexander ab Alexandro meminit lib. 4. cap. 10. genialium dierum. Sed vt conſtat ex Iure Canoinco dicimus Ius patronatus id eſſe quod alicui in Eccleſia acquiritur, eo quod ipſe, vel eius auctores Eccleſiam poſuerint vel ædificauerint vel ſuis opibus auxerint conſentiente Epiſcopo ex quo Iure cum vtilitate honos & onus reſultant. Vel Ius patronatus eſt poteſtas prouidendi Eccleſiæ procedens ex beneficiis ante conſecrationem Eccleſiæ oblatis. Colligitur hæc definitio ſecundùm Archidiac. ex diuerſis Iuribus. Hoſtien. verò ſic definit: Ius patronatus eſt poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium Eccleſiaſticum, addens, quod prouidentia patroni conſiſtit circa duo, ſcilicet temporalia & ſpiritualia, tenetur enim pro temporibus eſſe ſollicitus, ne bona Eccleſiæ dilapidentur & talem miniſtrum in Eccleſia eligere qui diuina officia dignè valeat celebrare. Et ius patronatus dicitur propter defenſionem, quam patroni debent impendere eccleſiæ: Et non eſt ius ſpirituale propriè, cum laico competat, & ad hæredes tranſeat, ſed eſt annexum ſpirituali, vt in cap. de iure patronat. Docto. in cap. quanto. de iudiciis. Et tribus ex cauſis ius patronatus acquiritur. primò ſcilicet ex eccleſiæ conſtructione, ſecundò ex eccleſiæ donatione territ ex territorij ad eccleſiam fundandam collacione. De donatione, & conſtructione vide in dict. cap filiis 16. quæſt. 7. de fundi collatione cap. Abbatem 18 quæſt. 2 Et conſtructor, vel fundator dicitur ille, qui à principio, & de nouo conſtruxit, & donauit. Et acquiritur ius patronatus ante conſecrationem, vt dixi, Vnde ante conſecrationem debet conſtrui, & territorium vbi conſtruitur, aſſignari, alias conſtrui non poſſet, & dotis collatione dotari, alias conſtrui non debet, vt in c. figentibus & c piæ mentis. Et debetur patrono honor, onus, emolumentum, vt præſentet, præſit, defendat: alatur egenus. Competit ergo ſibi aliquid honoris, aliquid oneris, aliquid vtilitatis: honor conſiſtit in præſentatione, & reuerentia. Onus conſiſtit in eo quod præcipuus defenſor eccleſiæ eſt. Vnde tenetur eccleſiam ab omnibus oppreſſoribus, & oppreſſionibus defendere. Vnde & aduocatus, & defenſor dici poteſt. Et de rebus eccleſiæ ſolicitudinem debet gerere, ne defraudetur eccleſia, vt dict. cap. filiis. Emolumentum, & vtilitas ei competit, quoniam in tempore ſuæ neceſſitatis ſuſtentandus eſt, vt in dict cap filiis. & c. quicunque 16. q. 7. & alendus eſt debita ratione, ne egeat. Iuſpatronatus poteſt donari, vel legari laico cum conſenſu Epiſcopi. Ita enim affirmarunt gloſſ. in cap. ex inſinuatione, de iurepatr. & ibidem Abbas num. 4. ait, hanc eſſe communem theoricam. Et idem Abbas in c. illud num. 5. eodem tit. poſt Hoſtien. ibi. communem quoque hanc eſſe aſſeruit idem Abbas in diſpu. quinta, incip. Augerio, columna quinta, verſ. tertiò principaliter. idem in cap. cùm ſeculum, in fine de iurepatron. poſt Ioannem Andream ibi, & Feder. de Senis conſil. 225. ſi opinio Ioan. &c, quo loco Federicus in ſpecie conſuluit, iuſpatronatus laico potuiſſe tit. legati in codicillis relinqui. Idem placuit Rocho Curtio in tract. de iurepatronatus, in verbo. Ipſe,

velis

velis à quo, quæſtione ſeptima, & Cæſari Lambertino de iurepatro. lib. primo, parte ſecunda, arti. 2. quartæ quæſtionu. Beroius in c. illud, colum. antep. & pen. de iure patron. Idem in ca. 1. numero 34. eadem in ſpecie ſecutus eſt Fede. d. conſil. 225. vt ſcilicet legari poſſit iuſpatronatus in codicillis etiam ſine conſenſu Epiſcopi, & Crotus conſil. 108. num. 14.

Falſus eſt aliquando Felinus ſcribens Romanum Pontificem nunquam cenſeri derogare Iuri Patronorum per literas aut præiudicare, illi enim reſpondent claſſici omnes Iuris profeſſores ſummum Pontificem non tantum Iuri Patronatus eccleſiaſtico derogare, ſed & iuri patronatus laicorum gloſſ. communiter recepta in clem. 2. ver. Apoſtolicis. de præbend. Archi. in c. piæ mentis 16. q. 7. Innocent. & omnes in c cum dilectus. de iure patron. Abb. in cap. 2. notab. 2. idem in c. illud ad finem. eo. tit. & in diſputatione incipienti, Augerio. colum. 5. Ioan. Andr. Domini. & Franc. in cap. 2. de præbend in 6. latè Feli. in tract. quando literæ Apoſtolicæ nocent patron. col. 2. Rochus in tract. de iure patron. verb. honorificum. q. 3. poſt Archic. in dict. c. 2. Cæſar. Lamber. in tract. de iure patron. 1 lib. 3 par. q. 9. arti. 2. quorum opinio ita intelligẽda eſt vt iudicemus, ſummũ pontificem derogare iuri patronatus laicorum niſi id expreſſim ex literis conſtiterit. Sic etenim concordi omnium prope ſententia diffinitur: quemadmodum apparet ex Lapo allegat. 96. gloſſa in dicta clement. 2. in verb. Apoſtolicis. Nec in hoc aliqua eſt controuerſia: ſiquidem omnes iuris vtriuſque interpretes, quorum modò meminimus, & alij, qui ab his nominatim citantur paſſim aſſeuerant, non aliter cenſeri à ſummo Pontifice derogatum iuri patronatus laicorum, quàm ſi id fuerit literis expreſſum. Quod non eſt longiùs inquirendum vel ea ex cauſa, quia ab aliis fuerit ſatis rationibus, & iuribus probatum. Nam & hoc diſcrimen paſſim conſtituitur inter iuſpatronatus eccleſiaſticum, & ius patronatus laicorum, vt priorum derogatum cenſeatur per collationem à ſummo Pontifice factam, etiam ſi nulla fiat eiuſdem patronatus in literis mentio; poſteriori verò neceſſaria ſit ad eius derogationem mentio ſpiritualis ſecundùm omnes in dict. c. 2. de præbend. in 6. tradit Caſſad. deciſ 4. tit. de prob. prætor Fel. in d. tract. quando literæ Apoſtoli. quod col. 2. Ang. in l. ſed ſi hac § patronum ff. de in ius voc. Lambertinus in d. q. 9. art. 3. Rota in nouis. 131. col. pen. eſt ad hoc text. optimus. in cap. ſuper eo de offic. deleg.

Audiamus iam Tridentini Concilij decretum cui in hac Iuriſpatronatus ratione per omnia obſequendum eſt.

SICVTI legitima patronatuum iura tollere, piáſque fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare, æquum non eſt: ſic etiam; vt hoc colore beneficia eccleſiaſtica in ſeruitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur, non eſt permittendum. Vt igitur debita in omnibus ratio obſeruetur, decernit ſancta Synodus, vt titulus iuris patronatus ſit ex fundatione, vel donatione, qui ex authentico documento, & aliis iure requiſitis oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliáſve ſecundum iuris diſpoſitionem. In iis verò perſonis, ſeu Communitatibus, vel vniuerſitatibus: in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quam ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes, etiam continuatæ, non minori ſaltem, quam quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficiis, tam ſecularibus, quam regularibus, ſeu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuſcunque aliis beneficiis, in cathredrali, vel collegiata eccleſia, ſeu facultates, & priuilegia conceſſa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque iure nominandi, eligendi præſentandi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus, ſuper cathedralibus eccleſiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem & Reges, ſeu regna poſſidẽtes, alióſque ſublimes, ac ſupremos Principes, iura Imperij in dominiis ſuis habentes, pertinent, & quæ in fauorem Studiorum generalium conceſſa ſunt, in totum prorſus abrogata, & irrita cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta intelligantur. Beneficiáque huiuſmodi tanquam libera, à ſuis collatoribus conferantur, ac prouiſiones huiuſmodi plenum effectum conſequantur. Ad hæc liceat Epiſcopo, præſentatos à patronis, ſi idonei non fuerint, repellere. Quod ſi ad inferiores inſtitutio pertineat, ab Epiſcopo tamen, iuxta alia ſtatuta ab hac ſancta Synodo, examinentur alioquin inſtitutio ab inferioribus facta irrita ſit, & inanis. Patroni autem benefi-

 ciorum

ciorum,cuiuſcunque,Ordinis,& dignitatis,etiamſi Communitates, Vniuerſitates Collegia quæcunque Clericorum,vel laicorum exiſtant,in perceptione fructuum prouentuum,obuentionum quorumcunque beneficiorum, etiam ſi verè de iurepatronatus ipſorum ex fundatione,& donatione eſſent,nullatenus, nulláve cauſa, vel occaſione ſe ingerant,ſed illos liberè Rectori,ſeu Beneficiato, non obſtante etiam quacumque conſuetudine,diſtribuendos dimittant.Nec dictum ius patronatus venditionis,aut alio quocumque titulo in alios contra canonicas ſanctiones transferre præſumant,ſi ſecus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis ſubiiciantur,& dicto iure patronatus , ipſo iure priuati exiſtant. Inſuper acceſſiones, per viam vnionis factæ de beneficiis literis,ad eccleſias iuris patronatus,etiam laicorum,ſubiectas tam ad parochiales , quam ad alia quæcumque beneficia , etiam ſimplicia, ſeu dignitates , vel hoſpitalia,ita vt prædicta beneficia eiuſdem naturæ cum iis,quibuſcum vniuntur, efficiantur ſub iure patronatus conſtituantur , hæ ſi nondum plenarium ſortitæ ſunt effectum, vel deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fiet quacumque auctoritate,etiam Apoſtolica, conceſſæ fuerint, ſimul cum vnionibus ipſis per ſurreptionem obtentæ intelligantur, non obſtante quacumque in iis verborum forma, ſeu derogatione quæ habeatur pro expreſſa , nec executioni ampliùs demandentur,ſed beneficia ipſa vnita,cum vacauerint, liberè,vt antea , conferantur.Quæ verò à quadraginta annis citra factæ,effectum & plenam incorporationem ſunt conſecutæ:hæ nihilominus ab Ordinariis,tanquam à ſede Apoſtolica delegatis,reuideantur,& examinentur:ac quæ per ſurreptionem,vel obreptionem obtentę fuerint,ſimul cum vnionibus irritę declarentur , ac beneficia ipſa ſeparentur,& aliis conferantur.Similiter quoque patronatus quicunque in eccleſiis quibuſcunque aliis beneficiis,etiam dignitatibus antea liberis, acquiſiti à quadraginta annis citra,& in futurum acquirendi,ſeu ex argumento dotis , ſeu ex noua conſtructione,vel alia ſimili cauſa,etiam auctoritate ſedis Apoſtolicę , ab iiſdem Ordinariis,vti delegati , vt ſupra , qui nullius in his facultatibus, aut priuilegiis impediantur , diligenter cognoſcantur : & quos non repererint ob maximè euidentem eccleſię,vel beneficij,ſeu dignitatis neceſſitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent : atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſſidentium , & reſtituto patronis eo,quod ab eis idcircò datum eſt,in priſtinum libertatis ſtatum reducant:non obſtantibus priuilegiis,conſtitutionibus,& conſuetudinibus , etiam immemorabilibus. Hæc Concilium. *Quo nihil iuſtius in patronatus rationem conſtitui poteſt.Ceſſarent proculdubiò rixæ fori ſtrepitus ſi iuxta hoc æquiſſimum decretum , beneficia conferrentur.*

IIII.

De his quæ ſeruare debent beneficia Conſiſtorialia impetrantes.

ADRIANVS Epiſcopus &c. Motu proprio &c.

Sixtus IIII. & Iul. II. quorum conſtitutiones hic non habes ordinarunt vt expeditio ſupplicationum beneficiorum Cōſiſtorialium retro traherentur ad datas illarū & deſuper expedirentur etiā literæ diſpenſationum vt hic.

CVM dudum fe. recor. Sixtus Papa quartus,& Iulius ſecundus , ac nonnulli alij prædeceſſores noſtri prouidendo , ne illis, de quorum perſonis eccleſiis cathedralibus & metropolitanis , ac monaſteriis conſiſtorialibus prouidetur , ſeu ipſa monaſteria commendantur,prorogatio conſiſtorij præiudicium,ſiue occaſionem litigandi inferret,conſtituerint & ordinauerint, quod ſupplicationes deſuper ſignarentur,& datarentur,ad quarū datas cedulæ conſiſtoriales retrotraherentur, alias nullius eſſent roboris vel momenti:nec non vt Camera apoſtolica,& ſacrum dilectorum filiorum Cardinalium collegium cum periculo promotorum animarum eorum iuribus, & annatis non defraudarentur,ſimiliter conſtituerint,& ordinauerint,quod literæ prouiſionis,ſeu commendæ eccleſiarum cathedralium etiam metropolitanarum,& monaſteriorum conſiſtorialium ſine literis diſpenſationum retentionum monaſteriorum , & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium, & regularium,ac penſionum quarumcunque non expedirentur: Ac deinde piæ mem. Leo Papa X. etiam prædeceſſor noſter intellecto per eum, quod ſupplicationes diſpenſationum huiuſmodi retentionum monaſteriorum & beneficiorum,ac penſionum prædictarum ad partem ſignabantur,& de illis in cedulis conſiſtorialibus

nulla mentio fiebat,ad effectum vt literæ eccleſiarum,& monaſteriorum prædictorum contra ordinationes prædictas liberè ad perſonarum prouiſarum libitum expediri valeant, Motu proprio & ex certa ſcientia mandata & ordinationes prædictas extendens,de nouo ſtatuerit , decreuerit, & ordinauerit quaſcunque ſupplicationes motu ſimili ſub quibuſuis datis in poſterum ſignandas diſpenſationum retentionum quorumcunque monaſteriorum, & beneficiorum regularium , & ſecularium , ac quarumcunque penſionum , & ſimilium beneficiorum vacantium,& penſionum per huiuſmodi penſiones, & commendas conſiſtoriales nullius eſſe roboris vel momenti,nec in aliquo eiſdem perſonis prouiſis ſuffragari,ſed monaſteria & beneficia prædicta per huiuſmodi prouiſiones impetrari poſſe,ac penſiones caſſatas & extinctas intelligi debere,niſi in cedulis prædictis ſuper illis diſpenſarentur ,& de beneficiis ſic vacantibus prouiſum eſſet,ac ſupplicationes prædictas ſub quibuſuis datis deſuper ſignatas, niſi ad hoc quod ad illarum datas cedulæ prædictæ retrotraherentur, eis nequicquam ſuffragari : Nos prædeceſſorum prædictorum veſtigiis inhærentes , ac fraudibus ſimilibus occurere cupientes,conſtitutionem,mandata,ordinationem, ſtatutum,& decretum prædeceſſorum huiuſmodi innouamus, illáque iuxtà eorum continentiam & tenorem obſeruari debere decernimus. Mandantes dilecto filio noſtro Iulio tituli Laurentij in Damaſo preſbytero Cardinali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario , & eiuſdem Cancellarię noſtrę Regenti, nec non dilectis filiis de maiori pręſidentia Abbreuiatoribus,& aliis officialibus, ad quos expeditio dictarum literarum etiam per Cameram noſtram ſecretam pertinet, pręſentibus , & pro tempore exiſtentibus,vt mandatum,ordinationes, ſtatutum, & decretum prędeceſſorum huiuſmodi,ac noſtrum inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari faciant & mandent. Conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis , & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

Extenduntur Pontif. conſtitu. Sixti & Iulij tum confirmantur.

Forma ſequēda in huiuſmodi impetrationibus.

Adrianus ſummo luctu nunciis accepit Inſulam Rhodum barbara feritate captam atq; dirutam,quæ profectò Chriſtianæ ditionis meritò propugnaculum cenſebatur. Ipſoq; die natali Chriſti ſacro pactis conditionibus anno M.D.XXII. Sultanus Solymanus cum ingenti exercitu eam ingreditur.Sunt qui poſt Actij verſus fingant Adrianum in Vaticano latuiſſe neglecto auxilio aduerſus Turcarum obſidiam. Sed quis ignorat ſeditiones & mutua prælia principum Chriſtianorum profuiſſe ſemper hoſtibus nominis Chriſtiani vt nihil vnquam attentarint niſi vbi viderūt magnum rerum incendium non poſſe tam citò extingui. Sic Conſtantinopolitanum & Trapezuntinum Imperium & reliqua Græciæ regna longè florentiſſima ditioni ſuæ comparauit furentibus noſtris ad arma Principibus. Quid ergo potuiſſet Adrianus ſolus,inani ærario in ſumma Monarcharum diſcordia? Germania tot nouis ſchiſmatibus ab obedientia ſedis Apoſtolicæ deuia,Italia exteris furore percita? Iouius aliiq; Italico ſermone Pontificis vitam ſcripſerunt qui illum excuſant cauſámque in ventos reijciunt Rhodum nauigaturis contrarios. In Vngariam Cardinalem Caietanum mittit cum quinquaginta ducatorum millibus ita demum erogandis ſi expeditio aliqua memoranda ab ijs in Turcam pararetur. Eadem pietate permagnam vim frumenti, pulueriſq; tormentarij per extremas vrbes arcéſque Dalmatiæ & Croaciæ miſit quæ ob captam Rhodum in ſummo diſcrimine verſabantur.Quid quæris? In his rebus non ſolum quantum potuit verumetiā ſuprà quam potuit præſtitit.Ea de cauſa ne diutius cum iniuria publica inualeſceret Principum diſſenſio Pontificiam ſedem,Carolum lectum Cæſarem, Henricum Angliæ, Ludouicum Vngariæ reges & pugnaces aliquot Italiæ Regulos, fœdere ſacro iunxit vt omnes nec ſumptibus nec armis parcerent quo Turcæ conatus rumperentur qui à capta Rhodo feroces à bello minimè ceſſaturi videbantur.Sed cum fœdus publicaretur in terrorem tenebrionum & tumultuariorum Principum , renum dolore laborare cœpit , quo ante quadrageſimum diem abſumptus fuit.Cardinalibus valedicto,commendata pace Chriſtiana,rebus omnibus publicè priuatímque ordinatis , ſacro viatico inſtructo. Calend. Octob. obiit. Huius Pontificis effigiem è viuo expreſſam in larario habeo cum huius carminis proſopopæia.

Regnat vbi in terris prudens vir conſtat & Almæ
Virtuti in terris quod meret ipſa decus
Dat mihi & hæc teneros formandos Cæſaris annos
Orbis Pontificem me quoque conſtituit.

CLEMENS SEPTIMVS.

Iulius Medices, Iuliani Laurentij fratris filius, Florentinus Etruſcus, Miles S. Ioannis Hieroſolymitani Leonis Papæ X. patruelis Frater, cuius authoritate Cardinalis deſignatus magnas negotiorum moles pro Pontificatu ſuſtinuit. Legatus fœderati exercitus quo Galli Mediolano ſub Leonis obitum pulſi fuere, Parmam & Placentiam Eccleſiæ recuperauit. Mortuo Adriano, tertio vacantis ſedis menſe ineunte, ſeniorum iuniorúmque Cardinalium ſuffragiis ad pontificatum aſcendit. Die Iouis VI. Cal. Decem. M.D.XXIII. coronatur. Pontifex natura grauis diligens & aſſiduus negotiis, alienus à voluptatibus & fatali Mediceorum beneuolentia, propenſus in iuuandis & illuſtrandis viris doctiſſimis, Pompeium Colomnenſéſque perpetuò hoſtes habuit, & ſedi inſidiatores clancularios. Romam obſeſſam indigna militis licentia raptam direptámque vidit. Carolo V. Bononiæ Imperij diadema dedit. Regis Æthiopię gratum in Apoſtolicam ſedem animum excepit literis & legatis ab illis remotiſſimis regionibus Romam miſſis. Maſſiliam profectus nouam amicitiam cum Francorum rege iniit. Eius neptis deſpondetur Henrico Valeſio ſecundo regis filio. IVBILÆI ANNVM M.D.XXV. OCTAVÒ CELEBRAVIT.

I.

Contra homicidas, bannitos, Iniuriarum vltores contra propinquos offendentis, & Brigoſos illorúmque fautores

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sancta B. Petri ſede diuina diſponente clementia, meritis licet imparibus: conſtituti, conſiderãtes quod licèt Deus, qui ex præcipua amoris ſui dulcedine hominem ad imaginem ſuam creauit, in lege veteri populo illi rudi & inermi mandauerit proximum diligi: inimicum verò in odium haberi prætermiſerit, tamen ſecundum Euangelicam doctrinam, quæ lege veteri excellentior atque perfectior eſt: præcepit etiam inimicum diligi, & transgreſſorem huius legis vltionem expectare debere innuit, cum dixit, Qui gladio ferit, gladio peribit. Vt igitur lex ab omnibus ſeruetur, nec gladiorum impunitas à quoquam ſperari poſſit, & qui virtutis amore nolunt, ſaltem formidine pœnæ à vetitis abſtineant: ad officium noſtrum ſpectare duximus: illa quæ pro pace & quiete ciuitatum & terrarum, temporali dominio nobis & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ medietatè vel immediatè ſubiectarum, ac ciuium & incolarum in eis degentium, à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſtatuta & ordinata fuiſſe, comperimus, vt eo maiorem obtineant firmitatem, quo ſæpius fuerint Apoſtolico præſidio communita, noſtri præſidij munimine corroborare, ac etiam de nouo ſtatuere, & ampliare, prout rationabiles cauſæ perſuadent, & in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Vbi certus eſt autor homicidij nõ poteſt niſi ſanguine ſanguis expiari, cuiuſmodi fere Seruator legẽ ſanxiſſe videtur, dicens gladio periturum qui gladio occiderit.

Dudum ſiquidem poſtquam per fœlicis recordationis Pium Papam II. prædeceſſorem noſtrum accepto, quod à certis annis tunc elapſis citra, in terris, locis, & tenimentis dictæ Romanæ Eccleſiæ, mediatè vel immediatè ſubiectis, quamplura etiam ex leuibus cauſis commiſſa eſſe reperiebantur homicidia: idem prædeceſſor attendens crimen huiuſmodi inter alia pernicioſum eſſe, & deteſtabile, & iuxtà canonicas ſanctiones debere graui animaduerſione

Compendium Conſtitutionis Pij 2.

puniri, & tanto ſeuerius puniendum & extirpandum fore, quanto manifeſtius cognoſcebatur, quod ex eo ſcandala & plurima mala ſubſequebantur: ac cupiens quod eiuſdem eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiecti pacifici forent & modeſti, & terras ac loca prædicta Sicariis expurgare: inter alia per ſuas litteras ſtatuerat, & decreuerat, quod omnes illi qui pro delicto huiuſmodi forent condemnati, ſeu alias de ciuitate aliqua ſeu diſtrictu ipſius banniti, non poſſent ad ciuitatem ſeu diſtrictum huiuſmodi quocunque tempore, ſeu in eis vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus & conſanguineis ſeu filiis ipſius occiſi: nec Legatus etiam de latere, aut gubernator qui pro tempore foret, vel quiuis alius poſſet auctoritate apoſtolica, ſeu ex officio ſuæ legationis aliquem homicidam ſeu bannitum rebannire, & reducere, ſeu reuocare ad ciuitatem vel diſtrictum, aut eorum alterum: ſeu ei licentiam vel ſaluum conductum concedere, ſeu morandi in eis vel eorum altero in perpetuum, vel ad tempus modicum ſiue magnum, nec etiam ad diem vnum, ſiue noctem. Quod ſi ſecus per quemcunque ex prædictis factum foret, ipſo facto pœna excommunicationis, ſine vlterioris ſententia declarationis, à qua per alium quam ſummum Pontificem, & tunc facta de hoc ſpeciali expreſſione, non poſſet abſolui: ac licentia, reductio, reuocatio, ſaluus conductus, & caſſatio proceſſus, & banni huiuſmodi, eſſent ipſo iure nulla, nulliúſque roboris vel momenti. Inciderétque etiam in pœnam ducatorum mille auri Cameræ apoſtolicæ applicandorum: quam Theſaurarius, cui hoc ſecretè vel publicè foret relatum & denunciatum, retineri faceret & mandaret, nullo ſemper expectato, ſeu requiſito ſuperioris mandato. Quod ſi non faceret, ipſe Theſaurarius, eandem ſententiam excommunicationis ipſo facto, cum eiſdem qualitatibus incurret, ipſéque rebannitus, reductus, ſiue quocunque alio modo reuerſus, poſſet & deberet capi, detineri, & incarcerari: ac de ipſo, ſecundùm ſententiam contra eum latam, iuſtitia fieri per Gubernatorem, Poteſtatem, vel alios Officiales ad quos ſpectaret, & pertineret incontinenti ſine vlteriori ſententiæ notificatione, & requiſitione ſuperioris vel alterius, ſub pœna ducentorum ducatorum auri Cameræ prædictę applicandorum: quam Theſaurarius præfatus, ſimili modo ac ſub ſimilibus faceret retineri. Et quod quæcunque appellationes interpoſitæ vel interponendæ ab huiuſmodi vel aliis ſententiis, ſiue grauaminibus contra homicidas latis, vel à proceſſu contra eos facto, & ſi lis vel inſtantia ſuper eis penderet, & inhibitiones vigore ipſarum emiſſę forent per Auditorem Cameræ, vel alium quemcumque ordinarium vel delegatum, eſſent nullæ, & inualidæ: nec ad vlteriora ſuper his, & ipſarum vigore procedi poſſet, aut deberet. Quinimo appellationes, lites, & cauſæ huiuſmodi cenſerentur auocatæ, extinctæ & inualidæ: nec poteſtates ſiue alij officiales, quibus inhibitum foret, mandatis & inhibitionibus litiſpendentis, cenſuris & pœnis in eis contentis aſtringerentur, immo tenerentur & deberent ad executionem ſententiarum latarum procedere. Poſſet tamen in caſibus à iure vel ſtatuto promiſſis appellari ad Gubernatorem ciuitatis, ſeu prouinciæ qui infra menſem cauſam diffinire teneretur. Quo elapſo inhibitio & inſtanti ſuper eis eſſent nullæ; & liberè ſine impedimento poſſet fieri executio ſententiæ vel banni, ac ſi non fuiſſet inhibitum & appellatum. Quodque banniti, & condemnati propter huiuſmodi crimen homicidij cenſerentur banniti ab omnibus locis circumuicinis vſque ad miliaria quinquaginta, infra quæ ſi reperti forent, poſſent, & deberent capitalis ſententiæ, ſiue condemnationis pecuniariæ executiones fieri contra eos, per poteſtates & alios officiales ciuitati, diſtrictui, & loco præſidentes, ſub pœnis pecuniariis, ſimili forma incurrendis. Ita quod omnes & ſinguli homicidæ, quorum delictum notorium foret, vel de homicidio infamati ſeu condemnati, etiam de delicto huiuſmodi, & forma ſtatuti non poſſet inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam ſi ipſius delicti, vel pœnæ pro eo impoſitę, auctoritate apoſtolica vel alterius ab ea vel à Rõ. Pontifice poteſtatem habente eſſet facta remiſſio, caſſatio, proceſſus, & ſententia annullata, vel alias quomodolibet diſpenſatum, per viam gratiæ vel iuſtitię remiſſionis: in toto vel in parte non poſſent habere officia vel dignitates in quibuſcunque locis, ciuitatibus, & terris à quibus banniti forent, & in quibus domicilium eorum

Pius 2. quo grauius flagitioſi illi hominẽs hominibus infenſi & ſanguine de paſti ab omnibus arcerentur præcipit ne vbicunque profugi eſſent ſaluo cõductu gauderẽt ab alio quocũq; principe cõceſſo quam à Pontifice. Decretum eſt tamen Iuriſconſultis homicidis fidem ſeruandam non eſſe, text. in §. neque autem homicidis. in auth. De mandat. Princip. Vbi dicitur homicidis terminorũ cautelam cuſtodiẽdam non eſſe id eſt vt dicit gloſ. ibi quam ſequitur Ioan. de Beluiſ. fidem non eſſe dandam, & ſi data ſit non eſſe ſeruandam eiuſdem fuerit ſentẽtiæ. Signo. conſ. 102. in princip. & in fin. & Pet. de Mon. in ſuo repert. in ver. ſaluus conductus & Bald. in §. item ſacramenta. circa fin. de pace iur. fir.

eorum originémque haberent,ſeu alias moram traherent , vel reſiderent etiam ſi forent abſoluti,rebanniti,vel alias eorum ſententia ſeu condemnatio, ſiue proceſſus irritati,vel alias pro infectis habiti, ſed perpetuò eſſent infames,& omni officio & dignitate priuati, nec poſſent ferre teſtimonium,nec tabellionatus officium exercere,neque admitterentur ad iudicandum, ſeu aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis eſſent perpetuò ſuſpenſi. Quinimo ſi huiuſmodi officia acceptarent , ſeu alias ad ea exercenda admiſſi forent: tam ipſi quam Gubernator,Legatus , aut ſuperior,qui eum eligere, vocare, aut ipſum officium exercere,ſeu ei præeſſe pateretur, pœnam quingentorum ducatorum auri ipſo facto incurrerent,& ſua Gubernatione priuarentur:nec geſta in iudicio vel extra iudicium,tam per eum qui admiſſus foret ad officium,quam per eum illud exercere paſſus foret de cætero valida eſſent,& robur obtinerent , quinimmo eſſent nullius roboris vel momenti.Et ſi Eccleſiaſticæ perſonæ forent, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrerent , ſine vlteriori declaratione , à qua pœna non poſſent,præterquam à Romano Pontifice,cum ſpeciali delicti , ſeu homicidij huiuſmodi expreſſione abſolui: & theſaurarius Cameræ , ſine vlteriori requiſitione ſeu notificatione,aut inhibitione , vel monitione, ſalárium eiſdem vel alteri debitum retinere deberet,ſi ab eo deberetur:ſiverò nõ deberetur,Poteſtati,Gubernatori,vel alteri,ad quem ſpectaret,ab eis vel eorum altero exigi & ſatisfieri,ſub eiſdem cenſuris in eiſdem litteris quas idem prædeceſſor per omnes ciuitates eccleſiæ , publico præconio publicari mandauerat.Et deinde cum in alma Vrbe noſtra , inſtigante diabolo,peſtiferum ac periculoſum malum creuiſſet,vt ſi quando inter aliquos,etiam pro leuiſſima cauſa,quam brigam vocabant,rixa foret, exorta, in qua alter alterum percuſſiſſet,aut vulneraſſet:percuſſus aut vulneratus huiuſmodi , offendentis patrem fratrem,aut filium,ſeu alterum ex propinquis,iniuria expeteret, & plerunque offenſionis ignarum , aut ob huiuſmodi exceſſus plurimum condolentem,horribili immanitate,&furioſa dementia,in vindicta ſuæ iniuriæ vulneraret & interdum occideret:aut aliquis propinquorum offenſi ad vltionem iniuriæ propinqui ſui,vt præmittitur,propinquum offendentis vulneraret , vel occideret, ſeu vulnerari vel occidi faceret. Inde quoque iuxtà damnabilem abuſum ciuitatis vtraque pars ſe domibus priuatis includeret, quas in contemptum ſummi Pontificis videlicet Principis,aut etiam Magiſtratuum ciuitatis armatis complebant & interdum fores domorum ac porticus Steccatis communibant , vbi tanquam ad officinas, ac Aſylum ſcelerum,perditi homines & ſceleſti , ab vtraque parte conueniebant:illic inuida factio coniungeretur atrociſſima ſceleris immanitate concordans illic dementia,& furia eſſet venalis iniuria, dum ij qui nulla erant iniuria laceſſiti,ad vindictam offenſorum inſana mente,& ferali crudelitate,coniurarent. Ij eſſent quorum pedes veloces erant ad effundendum ſanguinem , qui viam pacis non cognouerant. inter quos fœdá & obſcœna commercia alearum lūſus , pecuniarum effuſio,patrimoniorum diſſipatio, & obſcœni agebantur inceſtus, ex iis oriretur Regentium rempublicam , & magiſtratuum contemptus,ac ſeditiones nonnunquam ſuſcitarentur. Etſi quando huiuſmodi rixæ & diſſentiones intercederent,non ſolum propinqui,atque coniuncti,ſed etiam extranei, vtrique parti ſe offerrent,quod vulgò apud eos & materno vocabulo,*fare di bene* . nuncupabatur, ex quo plerunque totius Ciuitatis ſtudia diuidebantur , non ſine graui nota, & Regentium atque reipublicæ diſcrimine armarentur aduerſus proximos miſeri ſpiritu diaboli repleti,omne ius humanæ ſocietatis , omnem charitatem , omnem ciuilem concordiam,damnabili abuſu,conuerterent. Piæ me. Paulus Papa II. etiam prædeceſſor noſter,per ſuas literas perpetuo ſtatuerat & ordinauerat,vt quicunque extunc deinceps Baro,aut Domicellus,ac Ciuis Romanus, vel quæuis alia eccleſia ſecularíſque perſona,cuiuſcunque conditionis & qualitatis exiſteret , quacunque etiam atroci iniuria laceſſita,pro ſua vel amici aut propinqui iniuria vindicanda,patrem aut filium,fratrem aut propinquum, vel alias amicum, vel domeſticum offendentis,vulnerare,mutilare,occidere, vel quocunque modo realiter , vel perſonaliter offendere præſumeret , aut talia fieri faceret,vel mandaret: ſimiliter qui in vrbe Roma,vel eius diſtrictu,occaſione rixæ,vel Brixæ, domum communi-

Barbarus & indignus Chriſtianis vltionis impetus hac conſtitutione compeſcitur , quiquidem apud Italos plurimum viget vbi qui iniuriam vlciſci nõ poteſt, in offendentis proximos & cõſanguineos erũpit , & parum laudabile argumentum aſſequũtur à ſimili vt quemadmodũ iniuria facta à conſanguineis alicuius cẽſetur facta omnibus qui ſunt eiuſdẽ generis vel cõſág. tex lex Cornelia. in princip. & gloſſ. Bartol. Angel in l. tutor. §. ſi tutor inimicus. ff. de ſuſpect. tutor. & l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſib lib. 2. Ita volunt vt iniuriã inferentis conſanguinei pro eodem vindictã patiantur quod iniquum & Scîticum eſt , nam alterius iniuria nullus grauari debet, & vindictæ omnis ius quacũque ratione lege coercetur etiam ciuili l. 1. C. vnde vi & vt vim. & l. 1. & 2. C. quando lic. vnic. ſe vind. & Abbas in c. ſi. col. 3. de de conſuet. & Felin. poſt alios:

re,armatos receptare,aut tenere, vel adhærentes & complices ac fautores brigæ acerſcere,ſeu quácunque congregationem, & collectam hominum, ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare , inuitare , vel receptare præſumeret, per ſe vel alium: crimen læſæ maieſtatis , rebellionis ac ſeditionis in Vrbe concitatæ reus cenſeretur,& haberetur, ac veluti talis, à competentibus iudicibus ſeueriſſimè puniretur. Eccleſiaſtici vero talia perpetrantes omni dignitate,honore,ordine, officio,& beneficio eſſent ipſo iure priuati, & perpetuo manciparentur : ac beneficia eorum liberè per illos ad quos collatio pertinebat eorum conferrentur.Omnéſque prætèrea talia committentes , tanquam Chriſtianæ religioni alieni , publicæ pacis æmuli,ab omni populo,ciuitate,loco,& terra,dictæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiecta , eſſent perpetuo diffidati: eorum bona tam mobilia , quam immobilia eſſent ipſo iure Cameræ apoſtólicæ confiſcata. Nulli præterea talium, alicuius aperiretur ianua dignitatis , aut honoris eccleſiaſtici , vel mundani, ſeu ad alicuius loci regimen eſſet aſcenſus , & vt magis eſſet famoſa eorum infamia,factio teſtamenti actiuè & paſſiuè , eſſet eis interdicta ad actus legitimos nullus eis pateret aditus,nulla porta panderetur,omni ſpe gratię aut ſeditionis adempta. Et præter prædictas pœnas ſententiam excommunicationis & perpetuæ maledictionis incurrerent,à qua abſolui non poſſent,niſi per Rom. Pont. præterquam in mortis articulo conſtituti.Illi vero qui ipſis offenſis,vel offendentibus , ſeu brigoſis adhærere, fauorem, opem, auxiliúmque promittere, aut in domibus,vel caſtris,locis,ſeu fortaliciis ſuis receptare, aut qui iuxtà vulgare, *fare di bene* , extunc deinceps præſumerent ; tanquam fautores ſcelerum & conſpiratores aduerſus publicam pacem,omninò ſimilis rebellionis,confiſcationis,depoſitionis,priuationis inhabilitationis,aut excommunicationis,& anathematis pœnas incurrent.Et præterea vt domus & habitationes principalium offendentium,qui vindictam in alios vt præmittitur ſumere , & exercere, aut etiam qui ex vtraque parte , domos ipſas munire,aut congregationes occaſione brigæ aut collectas hominum adunare, vel armis,aut armatis, ſeu ſteccatis, aut propugnaculis communicare auſi forent : in deteſtationem tanti facinoris, demolirentur , & vſque ad ſolum ad perpetuam infamiam proſternerentur.Per hoc quoque ſecularibus aut aliis iudicibus ſuis competentibus non ademerat facultatem vtendi ſtatutis,& legibus ,aduerſus tales editis vel edendis. Ac ſucceſſiuè recolendæ memoriæ Sixtus Papa 4. ſimiliter prædeceſſor noſter,accepto per eum,quod contenta in literis Pij prædeceſſoris huiuſmodi à certis annis tunc elapſis citra non fuerant obſeruata: & ex illorum non obſeruantia ſubditi præfatæ eccleſiæ procliuiores fuerant ad homicidia committenda, ac fere paſſim quotidie homicida perpetrabantur , & homicidæ præfati ideo ad illa committenda promptiores exiſtebant,quia ſperabant latere & ſuorum exceſſuum remiſſionem conſequi facilè poſſe : ac deteſtabilem & horrendam talium Sicariorum nequitiam , ad aliorum cautelam iuris remediis proſequi ſtudio cupiens indefeſſo,habita ſuper iis cum fratribus ſuis præfatæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum conſilio , per ſuas literas decretáque Pij prædeceſſoris huiuſmodi, ac prout illa concernebant , omnia & ſingula in dictis literis Pij prædeceſſoris præfati contenta approbauerat, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuerat ac voluerat,& de eorundem fratrum conſilio , ſtatuerat,& ordinauerat , quod condemnati eatenus & quos in poſterum condemnari contingeret vbilibet,in ciuitatibus,terris,& locis prædictis pro homicidio , ſiue vt principales,ſiue vt auxilium conſilium vel fauorem præſtantes, ſuarum condemnationum irremiſſionem,vt contra illas ſaluum conductum & licentiam ſecurè in loco patrati criminis , vel infrà quinquaginta Miliaria , vt præfertur propinquo, nullatenus obtinere poſſent ab alio,quam à Ro. Pontifice:qui pro tempore eſſet,& alicuius alterius,etiam Legati de latere remiſſio nemini ſuffragaretur. Et ſi forſan contingeret eundem Rom. Pont. ad remiſſiones , ſiue ſaluum conductum, huiuſmodi procedere, talis remiſſio per præoccupationem proceſſiſſe cenſeretur, & nemini prodeſſe poſſe , niſi in illa verus literarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi tenor de verbo ad verbum, non autem per clauſulas idem importantes inſertus foret,ac ſpecificata & determinata cauſa exprimeretur, quæ eundem Ro. Pontificem

Brigæ fautores & brigoſos ipſos pœnis plecti variis ſtatuit Paulus 2. vt tanquã leſæ maieſtatis rebellionis ac ſeditionis rei omnibus dignitatibus exauthorati infames haberentur, bona fiſco Cameræ Apoſtolicæ applicarentur.

Sixtus quartus impatiẽs tumultuum & ſeditionum quæ ex Brigarum libidine committebantur Pij 2. renouauit edictum.

Habes titulum de Sicariis. C. ad l. Corneliam de Sicarijs. Sũt auctore Suida λῃσῶν γένος· σικὰς δὲ τὰ ἐπικάμπη ξίφη ῥωμαῖοι καλοῦσι. *latronum genus Sicas enim Romani incurnos gladios vocant.*

inducerет ad derogandum eiſdem literis Sixti prædeceſſoris ,q uæ cum tam matura deliberatione ab eodem prædeceſſore emanauerant. Et demum ſanctæ me. Iulius Papa II. etiam prædeceſſor noſter,habita ſuper iis cum fratribus ſuis,tunc dictæ Eccleſiæ Cardinalibus, deliberatione matura, & de illorum conſilio literis Pij & Sixti prædeceſſorum huiuſmodi,& prout illas concernebant , omnia & ſingula in eiſdem literis contenta per quaſdam approbauerat,& innouauerat,ac robur firmitatis perpetuæ obtinere debere decreuerat. Ac illas ad bannitos , exititios,& rebelles, aut alios pro quocunque alio crimine capitali,à quibuſuis officialibus,tam in dicta Vrbe,quam extrà eam,& in terris eidem Ro. Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectis ius dicentibus,pro tempore condemnatos,ac brigoſos nuncupatos, pacem, iuxtà ordinationes dictæ Vrbis apoſtolica auctoritate approbatas , facere recuſantes:necnon ius ſibimet contra alios dicentes, aut caluacatas ſine Ro. Pontificis,aut officialium ſuorum ſpeciali licētia facientes, vel mouentes, præfata auctoritatę de eorundem fratrum conſilio extenderat. Ac vniuerſis & ſingulis tam laicis quam eccleſiaſticis cuiuſcunque ſtatus,gradus,ordinis,excellentiæ, & dignitatis , Ducibus quoque, Comitibus, Baronibus, Domicellis, necnon Comitatibus, Vniuerſitatibus Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & aliorum quorumcunque locorum dictæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectorum , diſtrictè præcipiendo mandauerat &inhibuerat,ne aliquis eorum homicidas,bannitos,exititios, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos,aut brigoſos,pacem facere recuſantes, ſeu ius ſibi contra alium dicentes, aut caualcatas facientes,vel mouentes,in eorum ciuitatibus,caſtris , ſeu locis aliis quibuſcunque recipere, & retinere,ſeu auxilium, conſilium vel fauorem directè vel indirectè,publicè vel occultè,per ſe vel alium præſtare, aut in eorum domibus ſeu Caſtris vel locis recipere, & receptare præſumerent. Et ſi aliquis contra inhibitionem & mandatum huiuſmodi quouis modo , directè vel indirectè , de cætero venire præſumeret , Idem Iulius prædeceſſor omnes & ſingulos ſic contrauenientes , excommunicationis maioris , & anathematis ſententiam, à qua non niſi ab ipſo Iulio prædeceſſore & eiſdem ſucceſſoribus,præterquam in mortis articulo conſtituti, & debita ſatisfactione præmiſſa,abſolui poſſent,incurrere, eóſque omnibus & ſingulis priuilegiis, gratiis,libertatibus,indultis,exemptionibus,immunitatibus realibus,& perſonalibus,ac Ciuitatibus, Terris,locis, & Dominiis eorum, dignitatibus, & honoribus; iuribus,& officiis,ac etiam feudis & conceſſionibus quibuſcunque , quæ à Rom. prædicta : & quibuſcunque aliis eccleſiis , obtinere noſcebantur , ſub quacunque verborum forma & tenore ac eum quibuſuis efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, etiam præſeruatiuis ab incurſu pœnæ priuationis , eo ipſo priuatos & inhabiles & indignos ad illa, & quælibet alia in poſterum obtinenda, & quoſcunque actus legitimos exercendos fore nunciauerat, Et illa per ipſum Iulium prædeceſſorem & ſucceſſores ſuos abſque aliqua declaratione ſuper incurſu pœnæ priuationis huiuſmodi , aut citatione eorum qui priuationis pœnam incurrerent facienda, aliis perſonis in feudum ſeu Vicariatum aut alias,ac ſi per lapſum temporis conceſſionis , aut finitam lineam , ac dictam Cameram reuertiſſent, liberæ concedere,ac alias de illis diſponere poſſe decreuerat,& declarauerat; Necnon ciuitates, terras, caſtra,& loca prædicta Cam. præfatæ confiſcauerat, incorporauerat,applicauerat, & appropriauerat, ac confiſcata,incorporata, & appropriata eſſe, ſicque contrauenientes,pro rebellib. eiuſdem eccleſię haberi, & cenſeri debere voluerat , eorum ſubditos & vaſſallos,& Arcium, ciuitatum, terrarum,caſtrorum, & locorum prędictorum caſtellanos,à quocunque fidelitatis iuramento , quo ipſi eſſent,quomodolibet adſtricti penitus abſolués:ciuitates quoque,terras,caſtra,&loca prędicta,ſi ad eiuſdē eccleſię obedientiam ſe non reducerent , ſeu in pręmiſſis quomodolibet delinquerent,etiam quorumcunque eis auxilium , conſilium vel fauorem , quouis modo, directè vel indirectè , publicè vel occultè pręſtantium , etiam quacunque eccleſiaſtica vel mundana , etiam regali pręfulgeant dignitate & excellentia , vt pręfertur , & ad quę eos declinare contingeret,eccleſiaſtico ſubiiciens interdicto, tamdiu firmiter obſeruando , donec ibidem forent , etiam per triduum poſt inde diſceſſum,illos quoque qui aliquem ſcirent culpabilem in prędictis,& eidem Iulio

Iulius confirmauit conſtitutionē Pij 2. & Sixti 4. contra homicidas quamquidem extēdit ad bānitos pro quocunque crimine tum brigoſos ac eorum fautores.

Pœnæ eorū qui fauent bannitis & brigoſis aut eos defendunt quacunque via de quibus habes conſtitutionem Pij.V.

Interdicto ſubiiciūtur loca ad quæ declinant rei. Scientes autem & non reuelantes pœnis hic expreſſis implicantur.

pr ędeceſſori vel ſucceſſoribus ſuis intra trium dierum ſpatium non referrent , vel alicui perquem ad eum fideliter referretur, ſimiles pœnas incurrere voluerat. Et inſuper per eundem Iulium prędeceſſorem accepto , quod cum nonnulli ciuitatum,terrarum caſtrorum & locorum tam Regni noſtri Sicilię citra Pharum,quam aliarum partium dictę Eccleſię ſubiectarum , etiam Vrbi prędictę adiacentium: qui propter homicidia : aliáque nephanda, per eos perpetrata,exceſſus crimina & delicta , & alias eorum demeritis id exigentibus, à Ciuitatibus,Terris, Caſtris & locis eorum ſeu in quibus tunc morabantur, exules,& rebelles,& banniti,quòd in illis propterea ſecurè morari nequirent : alij de Ciuitatibus , Terris Eccleſię ſubiectis,ad regnum & alias partes adiacentes huiuſmodi:alij autem ex regno, & adiacentibus partibas prędictis ad Ciuitates , Terras, Caſtra , & loca eidem Eccleſię ſubiecta prędicta,etiam dictę vrbi adiacentia,ſe transferrent : Nonnulli Barones, Proceres , & Domini,ſeu Vicarii in temporalibus Ciuitatum, Terrarum,Caſtrorum,& locorum ac regni & partium adiacentium prędictorum , eorúmque officiales,& ſubditi dictos homicidas Bannitos , criminoſos, atque rebelles homines ſcienter expectare, & (quod grauius erat) protegere & defendere , non formidabant, ſe reos tantorum ſcelerum per homicidas , & alios Bannitos prędictos perpetratorum apud Deum conſtituentes , & tam ipſis homicidis , & malefactoribus quam aliis ſimilia , & grauia delicta perpetrandi , & committendi audaciam , & ſcelerum huiuſmodi impunitatem tribuentes., in animarum ſuarum periculum, iuſtitiæ conculcationem , ac dictę Sedis auctoritatis contemptum , & ſcandalum plurimorum,idem Iulius prædeceſſor Motu proprio , omnes & ſingulos Barones, Proceres,Milites,ac dominos,& Vicarios in temporalibus Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum eorundem,necnon noſtros & eorundem Baronum , procerum,militum,& dominorum Vicarios,officiales,& ſubditos, per ſuas literas requiſierat, & monuerat , eíſque & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna quam contra facientes eo ipſo incurrerent , diſtrictius inhibuerat, ne homicidas, bannitos, criminoſos, rebelles, alióſque infames homines præfatos, qui propter eorum delicta banniti , in locis originis ſuæ,aliis regnorum, ciuitatum,terrarum, Caſtrorum,& aliorum locorum prædictorum propter eorum malam vitam, commorari non poterant , extunc de cætero,nullatenus receptare,aut eis conſilium,auxilium,vel fauorem,quouis quæſito colore præſtare præſumerent. Quinimo tales ad eorum dominia declinantes ſeu in eis commorantes , capi , & ad forum , ſeu iuſtitias , vel officiales,ad quos punitio & caſtigatio criminum,& exceſſuum per eos perpetratorum vt præfertur de iure vel conſuetudine pertinebant,& ſpectabant, deſtinare : aut ſi partibus læſis & offenſis vtilius foret,illos iuxtà criminum, & exceſſuum per eos perpetratorum qualitatem,ad pœnas iure ſtatutas in locis vbi deprehenſi forent procedere procurarent. Cum fœlici memoriæ Leo Papa X. etiam prædeceſſor noſter accepiſſet,& re ipſa cognouiſſet,quod nequiſſimi Sicarij eo ad perpetranda homicidia, & mala omnia committenda procliuiores reddebantur , quo in opprobrium iuſtitiæ , & animi ſui indignationem, non ſolum in Ciuitatibus, Terris,Caſtris,& locis ipſius Eccleſiæ ſubiectis,& non ſubiectis,dictæ Vrbis conuicinis, ſed etiam in Vrbe ipſa intra ædes,& palatia retinebantur & recipiebantur, aut fauore Ducum,Marchionum,Baronum, Domicellorum, Dominorum temporalium, armorum, Capitaneorum, dictorúmque, & aliorum Magnatum auxilio confouebantur : Iudicum quoque & officialium animaduerſio in eos ſæpe & ſæpius omiſſa fuerat: Idem Leo prædeceſſor Motu ſimili , & ex certa ſcientia , priores literas Iulij prædeceſſoris huiuſmodi,ac omnia & ſingula in eis contenta, per ſuas literas approbauit & innouauit: Adiiciens, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuens , quòd ſi Duces,Barones,Marchiones, Comites,Domini temporales, Vicarij, Feudatarij , armorum , Capitanei , ductores , magnates, Principes. Communitates,& officiales Ciuitatum,Terrarum, & Locorum dictæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectorum,Homicidas, Bannitos , Extitios, rebelles,aut pro quocunque crimine capitali pœna damnatos,necnon Brigoſos pacem facere recuſantes,treuguarum ſiue induciarum violatores ſeu fractores,ius ſibimet contra alium dicentes,caualca tas,

Pœnis hic ſubiiciūtur Receptatores homicidarum, Bannitorum & Brigoſorum,quod hominum genus peſtilētiſſimum eſt bonis legibus, Plato dialogo II. de legibus pœna mortis eos eſſe plectendos his verbis ſcribit , Siquis rem furto ſublatam receperit in eadem culpa ſit, qua ille qui furatus eſt , qui exulem ſeu quēuis huiuſce modi fugientem ſuſceperit moriatur. Iure vero Cæſareo eadem pœna qua ipſi latrones & banniti recepti puniuntur.l.1.ff.de recept.& l.1.C de iis qui latro. occulta. qui ſanè textus etſi dicat pari pœna puniri attamen ſubiicit vel ſupplicio corporali, aut diſpendio facultatum pro æqualitate perſonæ & iudicis æſtimatione. Vide Menochium. de arbit Iudic. lib. 2.centur.4.

Poſt receptatores, opem auxilium vel fauorẽ tacitè ſiue expreſsè inferentes ſubnectit aduerſus quos habes conſtit Pij. 4. Pij V. & Gregorij. 13. Tales inter receptatores cõnumerari ſolent auxilium autem tribus temporibus præſtari ſolet primò ante delictum perpetratum, ſecundo in ipſo actu perpetrandi delictum, tertiò poſt delictum commiſſum quæ tẽpora ita ab omnibus diſtinguũtur vt recenſet Blançus in practica criminali in verbo poſtquã vidimus num. 1. qui exempla auxilij cuiuſque recenſuit.

aut armatas, vel vltra numerum decem hominum coadunatas facientes propria auctoritate, vel mouentes ad eorum Terras, Ciuitates, Caſtra, loca, Territoria, & Dominia declinantes, non ſolum reciperent, retinerent, vel eis auxilium conſilium opem & fauorem, tacitè vel ocultè, directè vel indirectè præſtarent, aut contra mandata & inhibitiones in eiuſdem Iulij prædeceſſoris literas contentas, deuenirent: ſed etiam ſi eoſdem manu forti non acciperent, apprehenderéntque, & captos ad mandatum Romani Pontificis pro tempore exiſtentis aut ſuorum officialium exhiberent, traderéntque: non ſolum omnes & ſingulas ſententias, ac etiam priuationis pœnas in eiſdem literis expreſſas, verumetiam læſę maieſtatis, & verum, ac nulla iuris aut hominis fictione confectum crimen eo ipſo incurrerent: & in eos ſic contrafacientes modo & forma, quibus in veros criminis læſę maieſtatis reos à iure procedi debere ſtatutum erat, procederetur, & tam ad prędictas quam huiuſmodi læſę maieſtatis criminis à iure inflictas pœnas exequutiuè deueniretur. Et inſuper omnia & ſingula per Iulium prędeceſſorem, vt prefertur, & per Leonem prędeceſſorem huiuſmodi innouata, ac de nouo ſtatuta, & illis adiecta perpetuę firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiliter obſeruari debere decreuit, prout in ſingulis literis prędictis plenius continetur.

CVM autem ſicut facti notorietas atteſtatur, plures Vrbis, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, locorum, & tenimentorum, ac Regni, & partium prædictorum contra literas prædeceſſorum huiuſmodi, elata ceruice deuenire, & ſe aduerſus iuſtitiæ clypeum, & tutelam rebelles conſtituere præſumant, ac cenſuras & pœnas prædictas in eiſdem literis contentas, ſenſu reprobo paruipendere non vereantur in animarum ſuarum perniciem, diuinæ maieſtatis offenſam, & reipublicæ læſionem: Nos quorum eſt, ſceleratorum inſolentiis, quibus aduerſus Deum & proximum, ac prædictæ Sedis auctoritatem veluti Catholicæ profeſſionis inimici ſæuiunt, ſalubriter reprimendis, ne ipſorum inualeſcat præſumptio, & peruerſitas extollatur intendere, ſed crimínoſorum temeritatem (vltrice iuſtitia) cohibere: ne literæ prædictæ quæ prouida deliberatione ab ipſius prædeceſſoribus emanarunt contemptibiles reddatur, ſed exceſſuum perpetratores, debita animaduerſione puniantur, opportunis remediis prouidere volentes, Motu proprio, non ad aliquorum nobis ſuper ſic oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ſingulas Pij, Pauli, Sixti, Iulij, & Leonis prædeceſſorum literas huiuſmodi, cum ſtatuti, ordinationis, extẽſionis, additionis, inhibitionis, decreti, declarationis, confiſcationis, incorporationis, applicationis, voluntatis, & mandati, ac omnibus & ſingulis aliis in eis reſpectiuè contentis clauſulis, auctoritate Apoſt. tenore præſentium, approbamus, & innouamus: ac perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, & per ſingulos, quos literę ipſę concernunt, ſub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamię, ſuſpenſionis, diffidationis criminis lege maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, confiſcationis, depoſitionis, priuationis, inhabilitatis, & interdicti, ac aliis cenſuris & pœnis eccleſiaſticis & temporalibus in eiſdem literis contentis, quas contrauenientes eo ipſo incurrant, perpetuò inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Illáſque etiam ad hoc vt homicidę Sicarij, extitij, crimino ſi, rebelles, aliíque infames, propter homicidia, aut alia nephanda per eos perpetrata, exceſſus, crimina, & delicta, in ciuitatibus, Terris, Caſtris, vel locis eorum, ſeu in quibus tunc morabantur Banniti & condemnati, etiam habita pace ab hęredibus filiis ſeu conſanguineis occiſorum, aut partium leſarum, non ſolum à locis circunuicinis vſque ad quinquaginta millia, ſed etiam ab omnibus & ſingulis Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis etiam Regni, & partium prędictorum, nobis & dictę Romanę Eccleſię quomodolibet mediatè vel immediatè ſubditis, Banniti, & exules ſint & eſſe cenſeantur: nec in illis ſeu eorum aliquo, etiam prętextu cuiuſuis licentię ſaluiconductus, remiſſionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratię, per eos deſuper quomodolibet pro tempore obtentę, moram trahere poſſint: & ſi in eos reſederint, vel reperti fuerint, capi, detineri, & incarcerari: ac iuxta criminum, & exceſſuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pij prędeceſſoris huiuſmodi tenorem ſub pœnis in eiſdem: literis contentis per officiales Ciuitatis, Terrę, Caſtri, vel loci in qua vel in quo deprehenſi fuerint, debitis pœnis plecti,

Præcludit Pontifex ſubterfugiũ his qui volunt Bannitum manere poſſe vbique præterquã in loco delicti à quo bãnitus eſt, nam etſi Pius 2. 50. miliari tantum conſtituerat terminorum exilij, vult à quibuſcunque terris ac locis S. R. E. eos exules eſſe debere.

plecti, ſeu inde educi, & ad forum ſeu officiales, ad quos criminum & exceſſuum eorundem punitio de iure vel conſuetudine pertinet remitti debeant: extendimus & ampliamus. Et nihilominus promiſſa omnia & ſingula, prout per Pium, Paulum, Sixtum, Iulium, & Leonem prędeceſſores pręfatos ſtatuta, & ordinata, inhibita decreta, & declarata fuerunt, ita vt Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Ciues, Officiales, & perſonę, ac alij ad quos prędictę, & preſentes literę concernunt, ac ipſorum ſinguli, literas & in eis contenta huiuſmodi non obſeruantes, & illis quomodolibet, directè vel indirectè contrauenientes, ac eis adhęrentes, eorúmque fautores, & complices, ſingulas cenſuras, & pœnas prędictas, eo ipſo abſque alia declaratione incurrant, & incurriſſe cenſeantur de nouo. Quodque Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini in temporalibus, Vicarij, & Feudatarij, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum etiam Regni & partium prædictarum nobis & eidem Eccleſię immediatè ſubiectorum, aliquos noſtros & dictæ Eccleſiæ hoſtes, & inimicos, aut ſubditos exules, bannitos & facinoroſos cuiuſcunque ſtatus vel conditionis: fuerint, publicè vel occultè, vllo vnquam tempore recipere & acceptare nullatenus præſumant: Etſi aliquos ad eorum dominia, & territoria confugere contigerit, illos ex eorum dominiis vel territoriis huiuſmodi expellere, ſeu ad ſimplicem iuſſionem vel requiſitionem noſtram vel ſucceſſorum noſtrorum quo voluerimus, ſeu ſucceſſores ipſi voluerint iure conduci facere. Ac quod præmiſſa à ſuis ſubditis inuiolabiliter obſeruentur, omni excuſatione ceſſante cum effectu curare, ſub ſimilibus priuationis & rebellionis ac criminis læſæ maieſtatis pœnis, ſi contrafecerint eo ipſo incurrendis. Necnon vt homicidæ, fautores, & complices præfati facilius capi, & puniri poſſint: quod communitates ciuitatũ, & vniuerſitates terrarum, Caſtrorum, & locorum, in quibus ſeu quorum territorio, diſtrictu, & ditione, dicta homicidia perpetrabuntur, ſub interdicti eccleſiaſtici, & duorum milium per communitates, ac mille ducatorum per vniuerſitates, necnon ciuitatum terrarum, & locorum eorundem domicilij, Barones, Vicarij, aut alij in temporalibus domini, ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, & quinque milium ducatorum auri camerę apoſtolicæ irremiſſibiliter applicandorum eo ipſo, abſque alia declaratione incurrendis pœnis, eoſdem homicidas, complices, & fautores ſtatim capere, ac omnem exactiſſimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere teneantur capi facere: Et ſi eos capere nequirent, ſtatim commiſſum homicidium vniuerſitatibus, ſeu incolis, & habitatoribus oppidorum, circumuicinorum, ad quę declinabunt, aut declinare poterunt notificari, communitates vero & domini in temporalibus prædicti, ad quorum ditionem tales declinabunt, cum primum id ad eorum notitiam deuenerit, eos apprehendere ſeu apprehendi: Quod ſi non potuerint, ſimiliter id vniuerſitatibus ſeu incolis, & habitatoribus vicinorum, oppidorum, & locorum, ad quę declinabunt, aut veriſimiliter declinare potuerunt inſinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere & tradere ſub ſimilibus pœnis teneantur, & debeant, ſtatuimus, ordinamus, inhibemus, & declaramus. Et ne facilitas venię incentiuum præbeat delinquendi, quibuſuis dictę ſedis Legatis etiam de latere, ac Nunciis, & Prouinciarum Rectoribus, necnon noſtris & dictę Romanæ Eccleſiæ Vicariis in temporalibus pro tempore exiſtentibus, & præfatis communitatibus omnem ſuper abſolutionibus homicidiorum huiuſmodi per nos & prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, ac ſedem eandem ſub quauis forma, & verborum expreſſione conceſſam, approbatam, & innouatam, auctoritatem, & facultatem, reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus. Et ſi quando ſimiles abſolutiones per nos & prędeceſſores noſtros Romanos Pontifices ac ſedem præfatam concedi contigerit, illas per iudices & officiales, ad quos pertinet, niſi trinę literæ apoſtolicæ, ſub interuallo vnius menſis pro ſingulis literis huiuſmodi cum expreſſa derogatione præſentium, deſuper emanauerint, nullatenus admitti vel obſeruari volumus. Quocirca dilectis filiis Franciſco tituli Sanctæ Mariæ in Tranſtyberim preſbytero Cardinali, noſtro, & pro tempore exiſtenti Camerario, Cameræ Apoſtolici, Clericis, & Pręſidentibus, ac vniuerſis & ſingulis Legatis Prouinciarum noſtrarum,

Expellantur bãniti è territoriis ad quos confugiunt.

Idem confirmauit Pius 4. & Pius V.

Facultates conceſſæ quibuſcunque abſoluendi ab homicidiis hic reuocantur.

Cardinalis S. Mariæ Tranſtyberim deputatur excutor iſtius conſtitutionis.

& alis Rectoribus,& Gubernatoribus,ac Officialibus ciuitatum,terrarum, & partium prædictarum, nobis & dictę ecclesię mediatè vel immediatè ſubiectarum, Motu ſimili mandamus: quatenus pręſentes literas ſolenniter in ſingulis prouinciis,ciuitatibus:terris & locis prędictis, publicari, necnon omnia & ſingula in eis contenta inuiolabiliter obſeruari faciant & mandent: Contrafacientes quoſuis cuiuſuis ſtatus,gradus, ordinis, vel præminentię ſint,ſententias, cenſuras & pœnas antedictas damnabiliter incurriſſe declarent, & declarationem huiuſmodi per eos faciendam, in libris maleficiorum conſcribi & annotari mandent & faciant. Necnon capitales prædictas ſententias à Miniſtris Iuſtitię abſque alicuius incurſu irregularitatis exequi procurent: Reales autem irremiſſibiliter exigant, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis. Necnon pro exactione pœnarum pecuniarum huiuſmodi contra communitates & vniuerſitates,ac eorundem inobendientium in temporalibus dominorum vaſallos, propter eorum huiuſmodi inobedientiam, repræſalias concedant, nec realiter & cum effectu exequi faciant, Attentius hortantes & requirentes in domino Barones & domicellos ac in temporalibus dominos dicti regni,necnon illius Prouinciarum,ciuitatum, terrarum, & locorum gubernatores & officiales pro tempore exiſtentes vt præfatos homicidas fautores & complices capiant, & capi procurent, captóſque ad præſides noſtrarum Prouinciarum,vnde ipſi homicidæ fautores & complices originem traxerint conduci & eis realiter conſignari ſimiliter cum effectu faciant. Non obſtan. conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac omnibus illis,quæ dicti prædeceſſores in præfatis eorum literis voluerunt non obſtare contrariis quibuſcunque Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam,ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo,&c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quarto. Pridie Idus Iunij,Pontificatus noſtri Anno primo.

Communitates tenentur capere homicidas & complices, eorúmque fautores tradere magiſtratui puniendos.

Ad officiales ſedis apoſtolicæ debent remitti homicidæ & eorum complices.

Clauſulæ derogatoriæ.

II.

Diſpenſationes in gradibus prohibitis ſcienter contrahentibus non concedantur & huiuſmodi matrimonia diſſolui debent.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus Patriarchis,Archiepiſcopis,Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

QVIA Plerunque in futurorum euentibus imbecillitas humani iudicij adeò fallitur,vt quod vtile non ſolum coniectura, ſed etiam attenta, & prouida conſideratio pollicebatur, id prorſus inutile, ac animarum ſaluti maximè damnoſum reperiatur,propterea nonnunquam expedit,vt gratiæ, quæ olim conſultò, & rationabili de cauſa concedi videbantur, multo conſultius in poſterum denegentur id quod neceſſitas præſentis prouiſionis euidenter oſtendet. Sanè poſtquam fel. record. Clemens Papa Quintus, prædeceſſor noſter in concilio Viennenſi eos,qui diuino timore poſtpoſito,in gradibus conſanguinitatis,& affinitatis contra canonicas ſanctiones matrimonia ſcienter in ſuarum periculum animarum contrahere præſumpſiſſent, excommunicationis ſententiæ ipſo facto decreuerat ſubiacere præcipiendo eccleſiarum prælatis,vt tales tamdiu excommunicatos publicè nunciarent,ſeu nuntiari facerent,donec ſepararentur ab inuicem, & beneficium abſolutionis obtinerent. Sedes Apoſtolica & Romani Pontifices prædeceſſores noſtri conſiderantes grauia oriri poſſe ſcandala, ſi matrimonia huiuſmodi ſcienter contracta & carnali copula conſummata per diuortium dirimerentur, ad obuiandum huiuſmodi ſcandalis,& ne mulieres perpetuò diffamatæ remanerent, inducebantur ad diſpenſandum cum illis qui in gradibus huiuſmodi prohibitis matrimonia ipſa ſcienter contraxiſſet. Propter quod multi volentes in gradibus prohibitis matrimonia contrahere, ac ſperantes veniam & abſolutionem ac diſpenſationem à ſede prædicta facilius obtinere poſſe, illa paſſim contrahere & carnali copula ſub

ea ſpe

Clemens V. in Concilio Viennenſi vt habetur in Clem. tit. 1. c. vnico. de conſang. & affinit. decretum edidit quo ſcienter contrahens matrimonium in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito vel cum moniali excommuni-

ea ſpe conſummare præſumpſerunt. Quæ abuſio & corruptela cum iamdiu propter inueteratam hominum malitiam & nimiam dictæ ſedis in abſoluendo ac diſpenſando facilitatem adeo creuerit; vt cupientes in gradibus prohibitis huiuſmodi contrahere, nullo pacto id facere vereantur, & vnde ſcandalis remedia petebantur,inde ſcandalorum materia & occaſio nata videatur. Nos quorum intereſt agrum domini ita colere,vt virtutes in eo creſcant, abuſiones verò quæcunq; tollantur,ac malis moribus via & additus omnis præclùdatur, huiuſmodi fraudibus & dolis per quos multi diſpenſationes in præiudicium animarum à nobis extorquere,ac clementia & miſericordia Apoſtolica ſub ſpe veniæ vt experientia rerum magiſtra docet, peccandi viam pandit,abuti non ceſſant, obuiare volentes habita ſuper his cum fratribus noſtris matura deliberatione, de ipſorum fratrum conſilio,omnibus denunciandum ſeu intimandum duximus, quod in poſterum cū illis qui in gradibus prohibitis matrimonia ſcienter contraxerint, etiam ſi illa cōſummauerint,non intendimus diſpenſare,ſed illa (ſcandalis quæ oriri poſſe formidaretur,minimè attentis) omninò ſeparari mandabimus, abſolutionem duntaxat petentibus miſericorditer conceſſuri: cum gratia dignus non ſit, qui canonum conditorem contemnit, illique cum animæ ſuæ detrimento iniuriam facit. Et vt intentio noſtra facilius ad effectum perducatur, ac omnibus innoteſcat, vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, quatenus præſentes literas ſeu earum tranſumpta, quibus manu publici notarij ſubſcriptis, & alicuius prælati,ſeu in eccleſiaſtica dignitate conſtituti ſigillo munitis, eandem prorſus fidem,ac ipſis originalibus litteris præſtari volumus, in ſingulis eccleſiis ciuitatum & diocœſ. veſtrarum, etiam vulgari ſermone publicari,& ipſarum eccleſiarum valuis affigi faciatis: ne aliquis vllo vnquam tempore, huius noſtræ incommutabilis intentionis & voluntatis ignorantiam prætendere ſeu allegare poſſit. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto, ſextodecimo Cal. Septembris,Pontificatus noſtri anno primo.

catur ipſo iure & publicari debet & vitari de hac re vide Concil. Trident. *Seſſ. 24. de reformat. matrim. c. 5. &* Beat. *Anthon. tract. de excommunic. c. 34.* Couarruuias *lib. 4.* Decretal. *part. 2. c. 3. §. 2. num. 8.*

Non temerè à Dec. *conſ. 311. col* 1. Pariſ. *conſ. 14. num. 13. lib. 2. Socin. iun. conſ. 86. num. 6. lib. 2.* Craue. *conſ. 281. col. 3. Iuriſconſultis celeberrimis Matrimonium grauiſſimum negotium videri dictum eſt adeò vt cauſæ capitali illud æquent, pro leuiſſimo tamen hodie habetur, vt paſsim matrimonia contrahantur nulla alia ratione quam neſcio cuius fœdæ libidinis gratia. Veruntamen hac in re nunquam grauius peccatur quam cum cæco impetu ducimur ad copulam nulla impedimentorum habita conſideratione. Quod ſi legibus ciuilibus vt patet ff. de ritu nuptiarum. l. ſorores. l. ſemper & l. finali & ferè cunctis eiuſdem tituli. & l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. ad l.* Iuliam *de adulter. & compluribus aliis, certi perſonarum gradus ſunt à pactis connubiorum repulſi, multò ergo ſanctiori iure* Eccleſia *fungitur vt eoſdem valeat diffinire gradus. Quod ſi in cæteris rebus corruptela emanat grauis in detrimentum* Chriſtianæ *reipublicæ, hic grauior & peſtilentior exiſtit, cum quis ſpe diſpenſationis gradus prohibitos violat. Quamobrem* Clemens *ſeptimus ne diutius tales abuſus ſerperent in* Eccleſia *hanc conſtitutionem tulit, qua licentiores diſpenſationum facultates comprimuntur. Et profectò illa comitatur, iure ipſo naturali & diuino à quo ſecedere ſummum nephas. Quis non beluinum dicat, patrem filiæ fratrem ſororis, hymeneos accipere? Annon etiam beſtiæ abhorrent tales congreſſus. Scribunt enim tum* Ariſtoteles *lib. 9. de hiſtoria animalium. cap. 47. tum &* Plinius *lib. 8. cap. 42. de camelo & equo, qui operimento contectas matres ſuperuenire coacti, poſtquā agnouerūt matres eſſe alter camelariū morſu defixo interemit: alter verò ſe præcipitem dedit. De his ergo quidquam hic loqui noſtra non eſt intentio, cum & portenta quædam videantur. Miſſa facio hæc quæ in primis ſecundis & tertiis gradibus conſanguinitatis habentur, nec mihi cum* Ioſepho *libr. 1. antiq. cap. 14. poſſum talia matrimonia perſuadere contra quæ natura prorſus reclamare videtur. Et ideò tantopere damnantur qui inceſtas nuptias ambiunt vt pœnis adulterij puniantur gl.* Bart. *& Doct. in l. ſi adulterium cum inceſtu. in princ ff. de adult. gloſſ. & communis in l. inter literas. ff. eod. tit.*

Nuptiis inceſtis impoſita confiſcandorum bonorum pœna, per auth. inceſtas. C. *de nupt. etiā hodie ipſo iure abſque vllius declarationis interuentu infligitur, comm. affirmat* Ber. *de concub. num. 11.*

cub.num.11.cum ſeq.non tamen vel illam pœnam, vel alio eo loci indictam is luet, qui iure canonum inceſtas nuptias, ſi iure ciuili non inceſtas contraxerit. quod magis com. humaniter ac diligenter oſtendit Foler.in pract.crim.canon num.95.quem refert,ac ſequitur Iul. Cla. in pract.§ inceſtas.ver.quæro. Tametſi contrarium frequentibus doctorum calculis exceptũ ſcripſerit Dec.conſ.158.num.1.ad finem.quem & iidem cum aliis citant, & non immeritò damnant.

Falluntur autem multi qui ea irretiti ſunt ſententia vt affirment Romanum Pontificem minimè poſſe diſpenſare vt matrimonium contrahatur in aliquo ex gradibus prohibitis cap.18,Leuit.Quod quidem facit & poteſt quoties iuſtiſſima cauſa id ſuadet.Sic text.in ca. literas.de reſtitut.ſpoliat. intelligendus eſt, cum dixit in certis gradibus Papam non poſſe diſpenſare in aliquos verò non,conſueuiſſe id agere quamuis poſſit.

Porrò vt liquet ex hac Clementis conſtitutione cauſam in diſpenſationibus exigimus, vt is,qui eas concedit,quo ad Deum tutus ſit.Item is qui eis vtitur, eodem modo abſque animæ periculo,vitam agat. Cauſa tamen inter alias eſſe poteſt ſcandalum, quod ex diſſolutione iam contracti matrimonij ſequeretur. Proles etiam ex conſanguinea ſuſcepta,text. in cap. quia circa.de conſang.notat Rom. conſ.307. ne cogatur vir,prole ſuſcepta, ab eius conſortio matrem filiorum expellere.Hoc tamen non eſt omnino verum:ſed locum habet in prole bona fide ſuſcepta,& ſic ignoranter:aliqua proles mala fide ſuſcepta, cum crimen inceſtus præ ſe ferat,non poteſt recta iuſtitia principem mouere ad diſpenſandum, vt contrahentes perſeuerent in coniugio,vel contrahant matrimonium.tex & ibi Hoſt. Ioan.And. Abb.& Præp. in c.cum haberet.de eo,qui duxit in matrimo.l. qui in prouincia.§.1.ff.de ritu nupt.Imo ſi ante impetrationem diſpenſationis matrimonium contractum fuit ſcienter,vt diſpenſatio teneat neceſſe eſt hoc in ipſa petitione exprimere Regu.Cancell.ibi gl.47.ex his quæ in cap. poſtulanti.de reſcript.notantur. Quod ſi matrimonium ſcienter à conſanguineis contractum fuerit ea intentione,& prauo conſilio,vt cum eis in diſpenſatione mitius agatur, atque impetretur facilius ob euitandum ſcandalum, huius conſilij: & fraudis mentio exponenda eſt Romano Pontifici,alioqui diſpenſatio non tenet,etiam ſi mentio matrimonij ſcienter contracti facta fuerit,ita egregiè Marti.Nauar in repet.cap.ſi quando.de reſcrip.col.14.quib.omnib. addenda eſt gl.in d.cap.quia circa.quam ibi dicit ſing. Abb.ex ea notans,diſpenſationem,tacita veritate,vel obiecta falſitate, impetratam,ipſo iure nullam eſſe,ſi tamen id contingat circa ea quæ principem mouere poterant ad non concedendum, vel eum à facili conceſſione auertere ex d.cap.poſtulaſti.cap.fin.de filiis presyb. in 6.notat. optimè Fel. in cap. ad audientiam in 2.colum.14.de reſcript.

In his Duces ſequemur Cōcilij Tridētini patres apud quos ſic legimus. Si quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium trahere ſumpſerit,ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat,idq; in eo multo magis locum habeat,qui non tantum matrimonium contrahere,ſed etiam conſummare auſus fuerit,Quod ſi ignoranter fecerit,ſi quidem ſolemnitates requiſitas in contrahendo matrimonio neglexerit,eiſdem ſubiiciatur pœnis. Non enim dignus eſt,qui Eccleſiæ benignitatem facilè experiatur,cuius ſalubria præcepta temerè contempſit. Si verò,ſolemnitatibus adhibitis,impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur,cuius ille probabilem ignorantiam habuit,tunc facilius cum eo,& gratis diſpenſari poterit. In contrahendis matrimoniis vel nulla omninò detur diſpenſatio,vel rarò:idq; ex cauſa,& gratis concedatur.In ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam.

III.

Quatuor Cardinales deputantur,quibus pro bello contra Turcas facultatem concedit vendendi & alienandi bona R.Cam. Apoſtolicæ & Romanæ Eccleſiæ, & aliarum Eccleſiarum in locis eiuſdem Rom. Eccleſiæ ac dominij Florentini conſiſtentium.

86. diſt. pulchra etiam.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. SI pro pauperum alimonia,pro redimendis captiuis, pro templi ædificatione,vel augmento cœmeterij docent ſancti doctores Gregorius, Hieronymus, & Ambroſius res Eccleſiæ,& etiam ſacra vaſa debere vendi,condemnéntque acriter ſacerdotem aliter facientem; vt in ſacris eſt ita Canonibus definitum,ſi pro euidenti vtilitate cuiuſlibet,etiam paruæ reputationis eccleſiæ bona licitè alienantur,quod

tur,quod quando non vna,non duæ,non denique plures:ſed ſacroſancta Romana Eccleſia, ac omnes & ſingulæ Vrbis Eccleſiæ,totáque Reſpublica Chriſtiana in tanta ſint neceſſitate conſtitutæ,vt de illarum bonis omnibus temporalibus & ſpiritualibus de illarumque deſtructione totali,de ſumma rerum, de gentibus nunc Chriſtum colentibus deletione,denique de ipſa fide Chriſti,ac de eius defenſione agatur? Quandoquidem Rhodum, Belgradum, ac denique (proh dolor) Regnum Vngariæ,quæ propugnacula, & antemurale ditionis Chriſtianæ erant, per immaniſſimum Turcarum tyrannum nuper occupata, eccleſiæ inibi conſtitutæ penitus deſtitutæ & deſtructæ, illorum etiam Chriſtifidelium inibi habitantium bona direpta, Chriſtifideles vtriuſque ſexus occiſi,pueri captiui, & fidem Chriſti abnegare coacti fuerunt. Ipſiuſque Tyranni rabies, deſiderium, & voces in almam Vrbem Romanam, eo quod ibi ſedes Petri eſt collocata & ad Vicarium Chriſti, quem ipſe præ cæteris odit,plano iure ſpectare,ipſámque baſem: radicem,ac fundamentum fidei Chriſtianæ eſſe,& in qua ſola rempublicam Chriſtianam, & fidem Chriſti cōſeruari cognoſcit,indeſinenter anhelent. Pro cuius reſiſtentia furoris,petente claræ memoriæ Ludouico Rege Vngariæ à nobis pecuniarum auxiliũ, licet Camera apoſtolica propter bella,etiam ante in partibus Italiæ vigentia,& binas non longo intermedio tempore ſedis Apoſtolicæ vacationes, tempore noſtræ ad ſummum apoſtolatus apicem aſſumptionis, nedum redditibus orbata, verum etiam ære alieno nimis grauata exiſteret:nihilominus ex proprio noſtro patrimonio aliqua dena millia ducatorum ad ipſum Ludouicum Regem miſimus. Nunc autem conſiderantes paupertatem ipſius Cameræ,quoque ad pręſeruandum quod remanet, & ſi Deo placuerit, recuperandum iam occupata, magna pecuniarum ſumma eſt inter alia neceſſaria,habitis ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus pluribus tractatibus,ac deliberatione matura,de ipſorum fratrum conſilio & vnanimi conſenſu conſiſtorialiter habito,ex noſtra certa ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, piæ me. Vrbani V.& aliorum Romanorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum, qui quadam imminente tunc neceſſitate,bona monaſteriorum,& piorum locorum vendiderunt, veſtigiis inhęrendo,venditiones & alienationes quaſcunque per venerabilem fratrem Alexandrum Epiſcopum Oſtienſem,ac dilectos filios noſtros Andreã S.Priſcę, & Franciſcum S.Marię Tranſtiberinę tituli presbyteros, & Paulum S. Euſtachij diaconum Cardinales,aut aliorum, ſeu alios de eorum mandato de caſtris,oppidis,illis,caſalibus, prędiis,dominiis terris,feudis,cenſibus, bonis immobilibus & pretioſis mobilibus quibuſcunque qualitatis,quantitatis,valoris,& ęſtimationis,etiam ſi ſpeciali nota digna exiſtant,Camerę, ac Romanę Eccleſię prędictarum,& quorumcunque monaſteriorum,congregationum,eccleſiarum,etiam Cathedralium,Metropolitan.& patriarchalium,baſilicarum,ordinum, hoſpitaliũ, etiam S.Ioannis Hieroſolymitani & S.Antonij ac religioſorum & piorum locorum etiam quantumcunque priuilegiatorum & exemptorum,ac habentium quod in generali ac etiã ſpeciali & indiuidua expreſſione niſi certis modo & forma ſeruatis,non veniant in Vrbe pręfata, ac Ciuitate Florentina, necnon quibuſcunque ciuitatibus,& locis eidem Romanę Eccleſię,ac Illuſtriſſ.domino Florentin. in temporalibus ſubiectis conſiſtentium, quibuſuis perſonis,etiam laicis in perpetuum pro quibuſuis pretiis ſibi oblatis, etiam ſi ipſa pretia longè minora quam ante infelix tempus huiuſmodi reperiri poterant,exiſtant, de cetero abſque conſenſu Patriarcharum; Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Conuentuum, Capitulorum,& perſonarum Camerę,eccleſiarum,monaſteriorum,congregationum baſilicarum, ordinum militiarum,hoſpitalium,& religioſorum,& piorum locorum huiuſmodi & nullis tractatibus, nulliſque ſolennitatibus deſuper habitis, & ſeruatis quomodolibet faciendas, quarum necnon quorumcunque inſtrumentorum & ſcripturarum occaſione pręmiſſorum quomodolibet pro tempore confectorum, & quęcunque ad validitatem,efficaciam,ac durationem pręſentium, ac huiuſmodi venditione & alienatione quomodolibet neceſſaria, & opportuna pręſentibus pro ſufficienter expreſſis,ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos & formas ad hoc indiuiduò ſeruatis haberi volumus, plenam roboris firmitatem obtinere, &

Occurrit Pontifex ſumma rerum neceſſitate & periculo coactus Turcarum furori quorum rabies totã Europam minabatur. Sultanus ſiquidem gentis huius Imperator paulò antequam ad Pontificatum euectus eſſet Clemens 7. Vrbem Belgradum, Vngariæ propugnaculum & Rhodum inſulam 7. menſe obſidionis cœpit. Poſtremò Anno 1527. cum Chriſtiana reſpublica tum bellis inteſtinis tum exitioſis dogmatibus laborabat. Budam diripit magna Chriſtianorum ſtrage. Rex Ludouicus cum fuga ſalutem ſibi quæreret lapſus in paludem ſuffocatus eſt.

Permittit in ſubſidiũ belli Turcici bona Eccleſiaſtica alienari illáque empta rata eſſe vult emptoribus iuxtà ac venditoribus.

perpetuò inuiolabiliter obſeruari debere, ipſóſque emptores, eorumque heredes & ſucceſſores quoſcunque in perpetuum veros, & indubitatos Dominos bonorum venditorum, & alienatorum huiuſmodi reſpectiuè exiſtere: Ac de illis ſicuti de aliis eorum bonis patrimonialibus diſponere liberè & licitè poſſe: Nec deſuper modo aliquo, etiam ex quacunque quantumcunque vrgentiſſima cauſa moleſtari poſſe: Ac de euictione necnon ad releuandum eos, & eorum quemlibet à quacunque moleſtia, & quocunque impedimento Cameram Apoſtolicam, necnon Roman. & alias Eccleſias, ac monaſteria, & congregationes, militias, hoſpitalia & loca huiuſmodi, ac etiam Collegium Sanctæ R. E. Cardinalium teneri, etiam inſolidum, illorúmque immobilia, & ſe mouentia bona quæcunque ad hoc obligata, & hypothecata eſſe etiam in forma Cameræ efficaciter, & validè, & ad hoc vbique cogi & compelli poſſe: Et ſic per quoſcunque tam ordinaria quàm delegata, & mixta authoritate fungentes iudices, & perſonas, etiam S. R. E. Cardinales vbique iudicari, cognoſci, atque decidi debere, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoſcendi, ac decidendi facultate: Necnon irritum & inane quidquid ſecus ſuper iis à quocunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Ac obligationes, & hypothecas huiuſmodi, etiam ex nunc factas fuiſſe & eſſe cenſeri volumus. Necnon dictis Alexandro Epiſcopo, & Andreæ, ac Franciſco, & Paulo Cardinalibus ad venditiones, alienationes, obligationes, hypothecas, & alia præmiſſa, ac deſuper opportuna quęlibet inſtrumenta, necnon quæcúnque in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria vel opportuna faciendi plenam & liberam concedimus facultatem, & auctoritatem. Et nihilominus vniuerſis & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis perſonis, eorúmque Vicariis & officialibus, necnon canonicis, Metropolitanis, & aliarum Cathedralium eccleſiarum vbilibet conſtitutis per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eorum quilibet auctoritate noſtra faciat, venditiones, alienationes, & inſtrumenta vigore præſentium faciendas, ac eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcunque plenum effectum ſortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari: iiſque, ac bonis emptis, & alienatos huiuſmodi emptores ipſos, ac omnes & ſingulos, quos quomodolibet concernunt pacificè frui, & gaudere, nec permittant quemquam contra tenorem præſentium aut ipſorum inſtrumentorem, modo aliquo moleſtari, impediri, aut inquietari: Contradictores quoſlibet, & rebelles etiam per quaſcunque de quibus eis placuerit cenſuras & pœnas, ac alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo: Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus piæ me. Bonifacij VIII. etiam de vna, & in Concilio generali de duabus dietis edita, ac Symachi quę incipit. Non liceat Papæ: necnon Pauli II & Benedicti XII. Roman. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & aliis apoſtolicis, etiam conciliaribus, ac prouincialibus, et ſinodalibus conſtitutionibus & ordinationibus, necnon ſtatutis & conſuetudinibus, ac fundationibus, necnon bona huiuſmodi, etiam cum expreſſa prohibitione, quod nullatenus vendi vel alienari poſſint, & ſi contrarium fieret, venditiones, & alienationes huiuſmodi nullius roboris vel momenti exiſtant, ipſaque bona ſic vendita vel alienata eo ipſo deuoluantur, ſed deueniant ad aliorum relinquentium ſeu donantium diſpoſitionem etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque indultis, & literis apoſtolicis per prædictos, & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedem prædictam etiam per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, ac Motu proprio ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac conſiſtorialiter, ac etiam quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, reuocatiuis, caſſatiuis, modificatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſſis confirmatis & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut exquiſita forma ſeruanda foret,

Decretum irritans.

Venditionũ & alienationum cura quibus commiſſa.

Multis Pontificum decretis atque conſtitutionibus cautũ eſt ne quis bona Eccleſiaſtica alienare audeat quibus omnibus hac conſtitutione derogat Clemens ſeptimus.

foret. Et in eis caueatur expreſsè, quod illis nullatenus derogari poſſit, illorum omnium, necnon quorumcunque teſtamentorum, inſtrumentorum, literarum, ſupplicationum, & ſcripturarum occaſione præmiſſorum quomodolibet confectorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos, & formas ad id ſeruandos pro indiuiduo ſeruatis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter et expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ Milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto, decimo Cal. Nouembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

De hac bonorũ Eccleſiaſticorũ alienatione habes ſupra conſt. Greg. 9 fol. 1.

IIII.

Bononiam iturus Pontifex pro componenda pace Italiæ & bello in Turcas decernendo electionem Pontificis ſucceſſoris in alma Vrbe fieri debere declarat ſi ante reditum mortem obire contigeret.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

CVM chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Romanorum, & Hiſpaniarum Rex Catholicus in Imperatorem electus, intellexiſſet Turcarum tyrannum potentiſſimo exercitu ad denuo Regnum Hungariæ inuadendum & occupandum venire, cognoſcénſque propterea non ſolum Regnum ipſum, ſed totam Rempublicam Chriſtianam in maximo verſari diſcrimine, ac deſiderans Ferdinando Regi Hungariæ fratri ſuo dulciſſimo, ipſique Reipublicæ Chriſtianæ opem ferre, prout ad eius officium, cum aduocatus Eccleſiæ exiſtat, pertinere cognoſcebat, omnibus ſuis regnis dimiſſis, quamprimum ad Italiam venit, offerens pacem illam, quam Ieſus Chriſtus in cœlum aſcendens ſuis reliquit diſcipulis, Regibus & Principibus Chriſtianis, ac Italiæ potentatibus, ſine qua eidem Turcarum tyranno reſiſti non poſſe cognoſcebat, & pro huiuſmodi vniuerſali pace facilius componenda nuper nobis ſuis literis ſignificauit plurimum expedire, vt in ciuitate noſtra Bononiæ quam celerius fieri poſſet, inſimul conueniremus, vt totam Italiam tandem à tot calamitatibus liberaremus, illíque pacem daremus, vt illa placata, illius potentatus ac barones vnitis animis & viribus non ſolum dicto Turcarũ tyranno reſiſti, ſed ipſe cum toto eius exercitu profligari, poſſit. Nos eius pium & honeſtum deſiderium plurimum in domino commendantes, etſi ex graui infirmitate, qua tot menſibus detenti fuimus, conualuerimus, tamen priſtinas corporis vires adhuc non recuperauimus, occaſionem tamen rei bene gerendæ, & tam neceſſarij boni omittere nolentes, cognoſcentes ad officium noſtrum pertinere pro ſalute gregis dominici nobis commiſſi, periculo vitæ nos exponere, & ad ciuitatem ipſam Bononiæ omni celeritate & mora ceſſante nos conferre, in alma tamen Vrbe noſtra cauſarum, & literarum apoſtolicarum audientiam relinquentes, ac relinquere declarantes ad effectum, vt ſi ante reditum noſtrum ad Vrbem ipſam nos ab hac luce migrare contingeret, in ipſa vrbe, in qua audientiam memoratam relinquimus, & non in ciuitate Bononiæ, ſeu alio loco, in quo, tempore obitus noſtri, cum noſtra Curia reſideremus, electio Romani Pontificis fieri debeat, niſi ipſa Vrbs tunc interdicta, vel contra Eccleſiam Romanam in manifeſta rebellione perſiſteret, ſeu de impreſſione dubitaretur, ſicut alias ex cauſis tunc expreſſis, proximis annis circa electionem Pontificis in euentum obitus noſtri, ita & nunc etiam prouidere deſideramus & intendimus. Habita igitur ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione, & diligenti examine, & de eorundem conſilio, & vnanimi conſenſu, cauſarum & literarum apoſtolicarum audientiam in ipſa Vrbe poſt noſtrum ab ea diſceſſum remanere, ad effectum, vt ſi ante reditum noſtrum ad ipſam Vrbem, nos ab hac luce migrare contingeret, ibi & non alibi vbi nos mori contingat, electionem Romani Pontificis celebrari debere, niſi Vrbs tunc ipſa interdicto ſubiaceret, vel eſſet apertè rebellis, aut inibi de impreſſione dubitaretur, vt præfertur. ſuper quo, maioris partis Cardinalium tunc ibidem exiſtentium deciſioni ſtari,

Conciſo exercitu regis Vngariæ ipſáque Vngaria igne & ferro vaſtata, Ferdinandus in regem electus eſt à Bohemis & Vngaris.

Carolus cupit ciuiles clades & bella domeſtica dirimi vt communi marte conatibus Turcæ reſiſtant Principes:

Pontifex Bononiam ire decernit vt cum Carolo Imperatore pax componatur & ad Bellum ſacrum cogantur acies.

Mortuo Pontifice electio ſucceſſoris nullibi fienda eſt niſi Romæ.

Electio Pontificis contra hanc constitutionem facta nulla eſt & contra eam diſpenſatio non valet.

& tunc in ciuitate Caſtellana, ſeu Vrbeuetana, aut Peruſina ſeruato ſcripturæ huiuſmodi ordine, fieri debere, dummodo illæ eccleſiaſtico interdicto ſubiectæ ſeu rebelles non fuerint, vt præfertur. Ac per fe. re. Alexandrum III. Licet de euitanda, & Gregorium X. in Lugdunenſ. Vbi periculum, &, Ne Romani, incipientes, per Clementem V. Romanos Pontifices prædeceſſores in Vienneenſ. conciliis circa electionem eandem hactenus æditas conſtitutiones, & alias extrauagantes in omnibus in eis contentis ſeruari, & in ſuo robore permanere debere volumus, atque decernimus. Nos enim electionem alibi contra præſentium tenorem per eoſdem Cardinales factam, nullam & irritam fore, ipſóſque Cardinales ad aliam benedictionem Romani Pontificis, ſeruata eorundem præſentium literarum forma, procedere debere, & per eos contra præmiſſa nullatenus diſpenſari poſſe etiam decernimus. Nulli ergo, &c. Si quis autem. &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, mileſimo quingenteſimo vigeſimo nono, Pridie nonas Octobris, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Afflictis Italiæ rebus ſuppetias Principum concordia daturus Pontifex, nihil eorum omittit quæ ſolertis ſunt ingenij in tanto prouinciarum diſcrimine, Cæſarem Potentiſſimum ideò ſibi infenſum habebat, quod numeroſo milite totius Italiæ Imperium minari videbatur: vt ex ſuis ad eundem literis coniicimus, quas hic apponemus vt facilius prouehamur ad præſentis Conſtitutionis intelligentiam. Icto fœdere cum Gallorum & Anglorum regibus, Venetis, Heluetiis & aliquot Italiæ Principibus aduerſus Cæſarem illud incendium quo tota fermè Italia flagrauit incœpit. Illiúſque fœderis confidentia vt inſolentem Hiſpanorum audaciam vlciſci poſſet pontifex, bellique gerendi iuſtam ſe habere cauſam demonſtraret ad Imperatorem in hæc ferme verba irritabiles literas dedit: Non opus eſſe arbitramur longo ſermone ad demonſtrandum quo ſtudio quibúſve curis & actionibus à noſtri Pontificatus initio tum pacem communem totius Chriſtiani nominis, tum priuatim tuam nobiſcum coniunctionem procurauerimus. Sunt enim omnia acta cogitatáque noſtra tibi æquè nota ac nobis. Illud vero ſilentio præterire non poſſumus, nihil nos vnquam prætermiſiſſe, quod vel ad boni paſtoris erga vniuerſum gregem officium, vel priuatim ad fidelis amici animum erga te pertineret: cuius tamen voluntatis atque amoris erga te noſtri eum ſumus exitum conſecuti, vt repulſi à beneuolentia & coniunctione tua ſemper fuerimus. Quocirca ad ea conſilia, à quibus & natura & voluntate omni tempore abhorruimus, neceſſario ſumus compulſi, licet ſerius quam & rerum indignitas & honoris noſtri publicique commodi ratio poſtulabat. Iam enim patientia noſtra ad negligentiam rerum publicarum conuertebatur, niſi tandem arma caperemus, quæ & iuſtitiæ & Italiæ libertati, & nobis ipſis præſidio eſſent. Etenim vt cauſas breuiter attingamus, quibus adacti ſumus ita facere, meminiſſe potes, antequam ad Pontificiam dignitatem aſſumeremur, nos ſummoperè tibi addictos fuiſſe, ex quo rerum tuarum is exitus eſſet, quem tute optabas, neque laboribus neque periculis aut impenſis nos peperciſſe. Et poſtquam ad Pontificatus honorem vocati fuimus, tuique hoſtes magnas in Italia copias haberent, etſi pro dignitate abſtinendum nobis ab armis operæpretium fuiſſet, tamen ne te tuáque negotia impedita relinqueremus, non ſolum Florentinorum auxilia, ſed Romanæ etiã Eccleſiæ copias in tuis ſubſidiis & caſtris verſari permiſimus, nec pecunias ceſſauimus tuis ſuppeditare, donec depulſum illud periculum fuerit. Quod ſi idem poſtea in ſequenti bello, quod ad Ticinum confectum eſt, non præſtitimus, id non voluntati noſtræ erga te imminutæ, ſed Pontificatus dignitati, quæ communis in nobis patris perſonam expoſcit, potius attribuẽdum eſt, præſertim quem tu ipſe videre potueris, quæ nobis eſſet cura rerum tuarum. Nam ſi ſocietatem hoſtium tuorum ſequi voluiſſemus, maxima nobis præmia non ſolum proponebãtur, ſed iam parata erant, & tui tam facilem victoriam nunquam nacti fuiſſent, ob quam quum ſublata omnis contentio videretur, cum tuis Ducibus fœdus iniuimus, & quo alii ac ſuſtineri exercitus tuus poſſet, pluſquam mediocrem auri ſummam dedimus, ea conditionẽ vt à finibus noſtris exercitus abduceretur, reſtitueretúrque pecunia, ſi tu fœderi cum illis inita non conſentires. Quod quamquam minimè apud te ratum fuerit, nihilominus neque aurum recuperauimus, & contra promiſſa in Romanæ Eccleſiæ locis diutius exercitus tui bona pars verſata, nullum crudelitatis, nullum auaritiæ aut immanitatis genus in noſtros prætermiſit. Quamobrem cum ita à te & à tuis accepti eſſemus, vt nulla meritorum noſtrorum ratio haberetur, nemini mirum eſſe debet, ſi quæ in tui detrimentum à Ferdinando Piſcari

Marchione occulta conſilia haberi cœperant, cum ad nos delata eſſent, non penitus aſpernati ſumus. Cæterum quum tui Mediolanenſe imperium occupaſſent, circumuallaréque perrexiſſent Franciſcum Sfortiam à te toties declaratum Mediolani Ducem, tantam indignitatem (vt verum fateamur) ægrè quidem tulimus, & cunctis propè Chriſtianis principibus auxilium conferentibus, pro communi Italiæ periculo non neglexímus arma, ita tamen, vt oratorem tuum qui pro componendis (vti aiebat) rebus venerat ad nos, interea audiremus, & relapſi in priſtinam conciliandæ amicitiæ ſpem & perpetuitatem, beneuolentiæ noſtræ fructum tibi polliceremur, modo per te Mediolanenſium Duci, etiam ſi quo pacto erraſſet, clementia impartiretur, ſine qua res Italiæ eo tempore ſecuritatem habere non poterant. Sed tu plus iniquis tuorum quàm par erat conſiliis fidei adhibens: pro clementia iuſtitiæ rigorem obtuliſti, quæ tamen neſcio quomodo iuſtitia appellari poſſit, quum iudicium atque ſententiã pœna anteceſſerit, & Princeps tui hactenus ſemper obſeruantiſſimus, incognita cauſſa iam ſeptimum menſem acerrimam tuorum obſidionem patiatur. Quibus tot & tantis cauſſis de te diffidere, & quodammodo deſperare coacti ſumus, noſtrámque amicitiam, quam tu toties repudiaſti, multis & magnis Principibus adiungere, quorum optimum in Chriſtianam rempublicam animum ſi eſſemus aſpernati, non paſtoris & communis patris laudem ſed ſuperbi & inſolentis nomen acquiſiuiſſemus. Habes rationem actorum & conſiliorum noſtrorum, quæ idcirco à nobis ſummatim explicata eſt, vt non ſolum coram Deo (is enim inſpector eſt cordis) ſed etiam coram hominibus teſtatam optimam voluntatem noſtram relinquamus.

His literis obiicit Cæſar animum pacis ſtudioſiſſimum ſed boni publici & proprij conſeruatorem acerrimum. Pontifex à Columnenſibus qui Cæſari fauere videbantur ſuccenſus ob palatij Vaticani direptionem eiúſque ſupellectilis iacturam Bellum Cæſarianis inferendum cenſuit. Sed pace reualeſcente infirmatur Pontificis apparatus, idibúſque Martias cum humaniſſimis Cæſaris literis ita conſcriptæ ſunt pacis leges vt Lanoius Cæſaris fœcialis, Borbonium Principem à Gallis Profugum & in Inſubribus magnis copiis præcinctum ab vrbis Romanæ direptione auerteret. Lanoius conciliatæ pacis inter Papam Cæſarem teſtis ſe id facturum pollicitus, exercitui obuiam proficiſcitur. Sed nihil nec precibus, nec pacis gratia, nec Cæſaris edicto apud Borbonium efficere potuit militibus pacis exoſum nomẽ habentibus & Romanæ prædæ inhiantibus. Quid plura? Inuito Catholico Cæſare imò eo inſcio Borbonius Lutheranis aliquot Germanorum militibus comitatus (quamquam ſua morte primus eam perfidiam luerit) pridie nonas Maij anno M.D.XXVII. per portã Xiſti in vrbem impetum fecit, & poſteritati teſtatus eſt, quantum crudelitatis, furoris, & vindictæ in homine Chriſtiano nemine indigno inuentum ſit. Miles Atheus diripit, incendit, ſacra omnia prophanat, ipſúmque Pontificem repentino tot hoſtium impetu conſternatum in arce S. Angeli obſidet. Nihil vnquam lugubrius Roma experta eſt. Audiuit caſum Vrbis ſummo mœrore Cæſar, & iniuriam Pontifici & Paſtori gregis Chriſtiani factam ferre noluit, eúmque in priſtinam libertatem illico reſtituere fecit. Hæc triſtiſſima in profuſiſſimum gaudium vertebat Lutherus, ſed voluptas tanta breuiſſima fuit, Pontifice non diu poſt cum Carolo Cæſare amiciſſimè coniuncto. Pacandi enim diſſidij gratia ſtatim ex Hiſpania triremibus ab Auria Genuam aduectus, recta Bononiam contendit, quò iam paulò antè Calend. Nouemb. Clemens peruenerat, Romámque rebus omnibus prouidè vt ex hac conſtitutione liquet conſultis componendæ pacis cauſa dimiſerat. Huius Auguſtiſſimi & fœlicis conuentus fines ac ordinem à Paulo Iouio poſtulabimus, qui rem omnem dilucidè & eleganter ſcriptis teſtatus eſt.

Excipitur Cæſar triumphali pompa ſummis honoribus, incredibili omnium lætitia, ipſe paludatus, & militaribus armis vna dempta galea vndique protectus albo inſignis equo, regio ſumptu phalerato, à Mutinenſi porta in forum prouehitur. Præceſſerant quaterna vexilla, cum leuis, tum grauis armaturæ Belgarum equitum, ſagulis, criſtis, & colorum varietate ita inter ſe diſtinctis turmis, vt quorum ducum eſſent, ab ipſo inſignium & veſtitus argumento facilè noſcerentur. Succeſſit inde peditatus toties victor, non tam opimis hoſtium ſpoliis exornatus, quàm armorum fulgore ac aſpectus feritate terribilis, ad trucem tympanorum ſonitum, & graues tibiarum modulos, gradu ſuperbè compoſito, ſub ſignis introductus. Quadratam vmbellam auro purpuráque diſtinctam gymnaſiarchæ, & celeberrimi bonarum artium profeſſores in togis ſericis præferebant. Latus Cæſaris à decora Bononienſium iuuentute, non cuſtodiæ, ſed honoris cauſa cingebatur. Prætor vrbanus, & decuriones cum vexillifero, & à Quadragintauirali magiſtratu, primoribúſque patritiis ſplendidiſſimi ſuccedebant. Conſtitit in medio foro Antonius Leua æger pedibus, ſed viuacibus oculis pugnaciſſi-

mi ducis habitum præſeferens,ac vt magis ob recentem bellicæ conſtantiæ & rerum geſtarum
gloriam,omnium oculis offerretur,in ſublimi ſella geſtatus,hinc veterana Germanorum le-
gione,illinc Hiſpanorum cohortibus,ita prædenſa acie directis,aut obuerſis , & tormentis in
fronte collocatis , vt exercitus concurſurus eſſe videretur. Erant iuxtà Cæſarem illuſtres re-
guli,auro in laciniis vel ſolido bracteato,vel acu pingente inducto,vel ad luxuriem conciſo,
itémque exquiſitis armorum & equorum ornamentis maximè ſuperbi. Secundum eos prælata
eſt Romana Aquila aureo in vexillo picta,ac item candidum aliud vexillum purpurea cru-
ce diſtinctum,ſub quibus totius aulæ familia ex flore gentium omnium delecta,& nobiliſſi-
mi Hiſpaniæ ſacrati religione equites Cæſaris veſtigia ſequebantur. Prætorianus miles cuſto-
diæ corporis aſſuetus , diuerſis ſub ſignis Hiſpanus,Belga,Germanus,in croceis ſagis agmen
extremum clauſit,& quicquid in foro ſpatij reliquum fuerat,occupauit. Erat erectus in Pe-
troniani templi veſtibulo peramplus ligneus ſuggeſtus,periſtromatis , & aulæis ad loci di-
gnitatem vndique protectus,in quo Cardinales & epiſcopi,cæteriq; minores ſacerdotes pur-
purati , ſuo quiſque ordine conſederant. In medio autem præalta in ſede mitratus Pontifex
Cæſarem expectabat. Ille itaque nobilioribus tantùm regulis,principúmque legatis ſibi aſci
tis,equo deſcendit,ſubeuntem per gradus Cardinales duo deduxere Tum verò vt prodiit,
omnium oculi in duos longè maximos terrarum orbis dominos ſunt coniecti. Explorabat enim
quiſque valde ſuſpenſus & tacitus,propter memoriam veteris diſſenſionis & recentis ami-
citiæ,an ora ipſa interiores ſenſus nunquam ex toto fallentia,ſubitis illis affectionum & nu-
tantis animæ momentis obedirent. Erat vultus Cæſaris in geſtu militari & graui , blanda
quadam lenitate,verecundiáque perfuſus. Clementis verò facies ita ſubito ad eius occurſum
exhilarata eſt, vt vel ob id maximè lætari crederes,quòd illum multo humaniorem & augu
ſtiorem quàm putarat,eſſe conſpiceret. Varia ſi quidem ab Hiſpaniis , & falſa quidem , de
Cæſare plerique malignè retulerant,& multi etiam vltro trepidis animis , propter acceptas
tot inuſitatas clades,ſibi illum fingebant , vti alterum Arioviſtum,aut Rotomalcem , aliquo
ſcilicet vultu Cimbrico & feritate Gothica metuendum,ac ipſius denique militibus , ferocia
& ſpiritus immanitate perſimilem,qui deuictis & ſtratis tot hoſtium exercitibus,tot vrbibus
direptis , vaſtatíſque prouinciis,diuina ac humana omnia dira confuſione miſcuiſſent. Sed
iam fuerat exceptus Genuæ, Placentiæ cognitus, Parmæ demum, Regij, & Mutinæ, cum ſum-
ma omnis generis hominum gratulatione ſalutatus,vtpote qui paſſim humanitatis,abſtinen-
tiæ,pietatis,atque iuſtitiæ monumenta,abſque vllo vel ſuperbiæ,vel crudelitatis,vel libidi-
nis veſtigio reliquiſſet. Enimuerò,quo nihil eſt in rege popularius & gratius,aditum cun-
ctis,atque aures ſumma benignitate & ſingulari patientia præbuerat,dederátquo obiter re-
ſponſa ſpei,æquitatíſque pleniſſima,quæ propoſitis poſtulatorum ſigillatim rectiſſimè reſpon
derent. Illam verò militum licentiam diuturna impunitate confirmatam,iis qui vel oblata ra
puerant,vel ante diem arroganter ſtipendia flagitarant , ſupplicio protinus affectis,ita re-
preſſerat,vt ille quod teneret longè maximo omnium imperio digniſſimus haberetur. Sed
nec eum (quanquam ætate fortunáque florentem) vllæ vnquam vel licitæ voluptates,à per-
petuis rerum maximarum conſultationibus auocabant,ita vt in eo ſimul iuuentæ decor exi-
mius ad Martiam laudem emineret,& conſilia ſenili maturitate propriis nō alienis cogita-
tionibus exquiſita,elaborata,directáque manerent. Nunquam enim præclarum , nobile &
firmum eius ingenium,vel irarum impetus perturbarat,vel cæca vindictæ libido pupugerat,
vel vlla humana mollities,quod recta ſentiret, expugnarat. Erat eius vultus , vt hoc quoque
curioſi minimè deſiderent,argenteo & grato quodam pallore dilucidus,oculi cærulei,ſuaues,
nulla acriſeueritate formidabiles,& ij quidem ad ingenuum pudorem virilémque modeſtiā
inſtituti. Naſus à medio clementer aſſurgebat , quod magnitudinis animi ſignum in Perſa-
rum etiam regibus ab antiquis fuit obſeruatum: mentum erat ad exiguam venuſtatis iniu-
riam paulo prominentius,& quod grauitatis ſpeciem addebat , ſubcriſpa & flauenti barba
conueſtitum : capillum verò fulgore pallentis auri, more Romanorum Cæſarum circum ton-
ſum oſtendebat. Porrò ſtatura corporis , vt in ipſo ætatis integræ flore & proſperrima va-
letudine , non ab inerti ſucco,ſed à valido neruorum nexu longè firmiſſima : peramplæ item
robuſtæque manus ad ſtringendum ferrum idoneæ,crura autem venuſtiſſimè extantibus toris
trunci proportione directa,quod tum maximè apparebat,quum equo veheretur. Tanta enim
ei inerat cum dignitate equitandi peritia,vt nullus eo armato,atque equum incitante & in-
gyrum reflectente,vel pulchrior,vel viuidior,vel in ferendo armorum pondere patientior e-
ques reperiri poſſe videretur. Cæterùm ad pontificis pedes flexo genu prolutus , ac mox dex-

tera

tera læti arridentiſque Pontificis erectus ad oſculum, Hiſpanica oratione, Veni, inquit , ſan-
ctiſſime pater ad pedes tuos,quod ſummo voto ſemper expetiui , vt feſſis Chriſtianæ Reip.
rebus communi conſilio ſuccurramus: oro Deum Opt. Max. qui me huius voti compotem fe-
cit,vt noſtris conſiliis adſit,atque hic aduentus meus Chriſtianis omnibus ſit ſalutaris. Tum
Pontifex,certè hoc ipſo congreſſu,inquit,ſicuti Deus immortalis, & ſancti cælites certiſſimi
ſunt teſtes , mihi nihil vnquam fuit antiquius , & iam ſuperis gratias ago quòd te videam
proſpere atque fœliciter mari terráque perductum,réſque eò deductas intuear, vt te authc-
re de concordia omnium & ſolenni pace minimè deſperemus. Obtulit ſubinde Cæſar auri ſi-
gnati circiter libras decem: deductúſque eſt ſumma comitate à Pontifice ad templi limen: at-
que ita digreſſi Cæſar ad aram maximam ſupplicaturus ſuperis contendit: Pontifex verò in
prætorium cū vniuerſo ſacerdotū ordine continuò eſt reuerſus. Nec multo poſt Cæſar & ipſe
prætorium intrauit,cui paratæ erant ſummæ ædium partes, ita coniunctæ Pontificis,vt in-
ter vtriuſque cubilia ſolus intereſſet paries,aditum præbēte portula, vt quum vellent,igna-
ris omnibus remotíſque arbitris,interdiu noctúque,de ſummis rerum negotiis familiariſſimè
diſputarent. Eo modo ſæpe arcana inuicem , mutua & ſyncera animi liberalitate detegendo
ac odiorum origines ad fatalem vim & conſiliariorum & ducum inſaniam referendo,facilè
Diis bene iuuantibus viam inuenere,qua pax egregiè componi , & tot malis & funeſtis in-
commodis optatus finis imponi poſſe videretur. Veneti per Gaſparem Cōtarenum diuini inge
nij & fœlicis induſtriæ legatum non proferendi imperij , ſed tuendæ publicæ omnium liber-
tatis cauſa,aduerſus Cæſarem arma cœpiſſe teſtabantur. Proinde eas vrbes quas in Apulia,
Galliáque rogata poſſiderent , Cæſari atque Pontifici ſtatim eſſe redditurós , adiuturóſque
pecunia Cæſarem , ſi ille erga Franciſcum Sfortiam elementia & lenitate liberaliter vtere-
tur. Cæſarem etiam ipſe Pontifex ab initio belli fuerat obteſtatus, vt Sfortiam deprecantis I-
taliæ precibus condonaret,vel humani iuris æquitate,ſi ei falſo perfidiæ contumelia fuiſſet
impoſita,vel illa præclara clementiæ virtute,qua reges Diis immortalibus æquantur , ſi in
maieſtatem aliquid ingrato infideliqúe animo lapſus admiſiſſet. Ad quam quidem rem ſin-
gulare Pontificis ſtudium , ac inſignis authoritas momenti plurimum afferebat iis conſiliis
approbandis,quæ honeſta,tuta,decora,atque vſu omnibus commoda cenſerentur. Nemo enim
eo grauius atque prudentius de magnis rebus diſputare , & diuerſas ſententiarum opiniones
acutius ponderare,confutaréque didicerat. Addebant dictis fidem vtriuſque fortunæ facta pe-
ricula,& quæ Chriſtianos animos facilè perſtringit,illa inueterata religionis opinio: & ea
quoque erat promiſſa barbæ intempeſtiua & veneranda canities , vt apud Cæſarem cuncta
piè & grauiter æſtimantem,& carceris & tot cladium memoriam facilè renouaret. Sed tan-
ta erat altitudo iudicij Cæſaris,tanta moderatiſſimi eius animi religio , & tantum denique
pacis & concordiæ ſtudium,vt nihil regali faſtigio dignius atque præſtantius exiſtimaret,
quàm omnia conſilia ad verum decus,ad ſolidam pietatem & animi magnitudinem reuo-
care,vt arma in Turcas,adeò inter nos impiè fœdéque tractata verterentur. Euocatur ex-
templò Bononiam Franciſcus Sfortia: procumbit ad eius pedes ,redditóque diplomate,quo il-
lum data fidei vbiq; terrarum Cæſar ſaluum & tutū eſſe iubebat,ſalutem, imperium,& ſpes
denique omnes vni Cæſaris probitati,fideíque committit. Quoniam innocentia fretus, omnia
ſe ex illius æquitate humanitatéque ſperare prædicabat. Tum verò ſtupentibus cunctis,vide-
re licuit quantò Cæſar eſſet omni ſua fortuna maior & excelſior. Ergo vbique victor &
triomphator , ſupplicem in gratiam recipit, Mediolanenſium ducem appellat,& tabulis Au-
guſtalibus ritè confectis , totum ei paternum regnum adiudicat , neque amplioris pecuniæ
tributum imponit , quàm ab initio & ante diſſenſionem imponendum eſſe cenſuiſſet. Nec
multò pòſt Calend. Ianuarij ſolenni adiecta precatione ſacra peraguntur, ab incredibili ho-
minum frequentia,exoptatum afflictis Italiæ populis,inſperatæ pacis nomen excipitur. Præ-
ſentes Clemens Pontifex & Carolus Cæſar , orantis Romuli Amaſæi viri eloquentiſſimi
voce Chriſtiani nominis conſeruatores,ac optimi maximi Italiæ parentes appellantur. Obor-
tas prægaudio lachrymas vix continent viri rogati,optimi ciues,ſanctiſſimi ſacerdotes,legati
regum omnium. Ab his auſpiciis fœliciſſimæ concordiæ ad coronationem Cæſaris , quæ ſo-
lennis & omnium celeberrima fuit eo ipſo die Matthiæ Apoſtolo dicato,qui erat natalis Cæ-
ſaris ſemper ei fauſtus. Summa Sacrorum fuit vt Cæſari humeris & brachio dextro illinito
de manu Pontificis inſignia imperij traderentur ſceptrum ſcilicet aureum , denudatus enſis
pomum aureum. Corona deinde bicipiti faſtigio multiſque adamantibus inſignis capiti im-
poneretur. His geſtis Cæſar piè inflexo genu Pontifici obedientiam perpetuam promittit.

Interdicto

V.

Interdicto Eccleſiaſtico pro pecuniariis debitis Prouinciæ ciuitates aut caſtra non ſupponantur.

Innocent. & Hoſtienſ. ſuper c. Quæſiuit. de iis quæ fiunt à maiore parte capit. & Bonifac. 8. in Extrauag. prouidè ſanxit ne pro pecuniario debito vel cuiuſuis pecuniæ quantitate poßit index ordinaria vel delegata poteſtate locum vel populum interdicere. Secus vt ait Archid. de interdicto ſingularis perſonæ.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

LICET ea, quæ per Romanum Pontificem pro Chriſtifidelium animarum ſalute quotidie facta fuerunt, plenam obtineant roboris firmitatem, nonnunquam tamen Romanus Pontifex illa libenter approbat, & concedit, vt eo firmius illibata perſiſtant, quo magis ſuo fuerint præſidio communita. Dudum ſiquidem fe. re. Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter libenter prouidè attendens, quod vt frequentius, quamuis non ſine cauſa, ſine culpa tamen multorum, interdicti ſententiæ proferuntur, quodque erant nonnulli iudices nimis prompti ad proferendas eaſdem etiam in negotiis, ſiue cauſis, quæ interdum plus ex cupiditatis, quam charitatis radice, perſpicuis indiciis procedere arguebantur, quoque interdicti tempore diuina organa ſuſpendebantur, & laudes, nec eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrabātur, vt ſolebant, tollebātur mortuis ſiue minuebantur ſuffragia, præſertim per oblationem frequentem hoſtiæ ſalutaris, adoleſcentes & paruuli participantes rariùs ſacramenta minus inflammabantur, & ſolidabantur in fide, fidelium tepeſcebat deuotio, hæreſes pullulabant, & multiplicabantur pericula animarum, conſtitutionis ſuæ prouidit edicto, vt nulla prouincia, ciuitas, caſtrum, villa, locus, territorium, vel diſtrictus auctoritate ordinaria vel delegata ſupponeretur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, vel cuiuſuis monetæ, vel pecuniæ, quacunque occaſione, vel cauſa, ſeu quouis quæſito colore, pro eo maximè, quod ipſorum Domini Rectores, vel officiales, quocunque nomine cenſerentur aut incolę, ſeu habitatores, aut ſingulares perſonæ ipſorum tunc ſtatus, ſeu ſtatuendis, ordinatis, vel ordinandis terminandis huiuſmodi debitum, ſeu quantitatem non ſoluiſſent eatenus, aut inantea perſoluerent, decernens extunc irritum, & inane ſi ſecus extitiſſet attentatum, vel contingeret attentari, illúdque reuocauit omninò. Non obſtantibus quibuſcunque contractibus, obligationibus, pactis, conuentionibus, compoſitionibus, ſubmiſſionibus, fideiuſſionibus, conſenſibus, proceſſibus, & ſententiis tunc deſuper habitis, & habendis iuramentorum pœnarum ſpiritualium, & temporalium, ſeu mulctarum appoſitione, vel quacunque alia firmitate vallatis, niſi talis ſuppoſitio interdicti eatenus foret facta, vel inantea fieret de apoſtolicæ ſedis ſpeciali licentia, & expreſſa, per ipſius patentes literas apparente. Nos igitur cupientes, vt ea quæ pro animarum Chriſtifidelium ſalute per prædeceſſores noſtros matura deliberatione ordinata & facta fuerunt, perpetuis futuris temporibus firmiùs obſeruentur, Motu proprio. & ex certa noſtra ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, literas prædictas, & in eis contenta, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & innouamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, illáque inuiolabiliter obſeruari debebere decernimus, atque mandamus, ac potiori pro cautela omnia in eis contenta de nouo facimus, & ordinamus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac obligationibus in forma Cameræ, necnon omnibus aliis, quæ præfatus prædeceſſor in dictis literis voluit non obſtare, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo, nono Cal. Iunij, Pontificatus noſtri anno Septimo.

Inualeſcit peſſimus mos apud plæróſque qui ob pecuniarias cauſas adigunt in interdicti laqueos vrbes & oppida vnde ſacra cultus Chriſtiani religio ſylueſcit & cōtemnitur, cum tamen ſeriò & multis interminationibus ante Clementem ſeptimum prohibitum ſit ſacris canonibus, quorum meminere Abb. & Fel. in cap. ex reſcripto. & plerique alij ſtatim citandi, quoſquidē ſeruari iuſſit inuictiſſimus Hiſpaniarū rex, Carolus Cæſ. Pinciæ anno 23. cap. 11. & rurſus anno 25. Toleti. cap. 24. quos ipſe intelligerem non ſolum interdicto generali decreto in aliquam ciuitatem, aut villā & in ſpeciali interdicto in aliquam eccleſiam è pluribus vnius oppidi, aut ciuitatis. ſunt enim iudices ſeculares, & Regij, quorum miniſterio facilimè quiuis cogi poterit æs alienum ſoluere abſque innocentum periculo, & damno, quod prouenit ex his interdictis, dicet Calderin. in tracta. de Eccle. interd. colum. 8. Ioan. And.

Ioan. And. Domi. & Franc. in cap. pręſenti. iſt. tit. Floren. 3. par. tit. 26. cap. 3. col. 2. Felin. in cap. ſanè. in 2. de offic. delegat. colum. . intellexerint prædictam extrauagantem conſtitutionem in interdicto generali vt ſecus ſit in particulari, quod poterit decerni ad exactionem pecuniæ iure debitæ, ne obſtet tex. in cap. 3. de pœnis. Quá in re conuenit reipublicæ Chriſtianæ ita moderamen, & medelam adhiberi, quod non temerè hæc interdicta eccleſiaſtica, nec paſſim decernantur. cap. quæſiuit. de his, quæ fiunt à maior. par. c. extat memorabilis Baſilienſis concilij conſtitutio, ſeſſione 20. anno M.CCCCXXXIII. cuius hic meminiſſe libuit quia illius concilij decreta de fide, & cenſuris, ac beneficialibus cauſis fuere poſtea approbata per Nicolaum quintum ſummum Romanæ Eccleſiæ pontificem. Quin & in Pragmatica ſanctione Gallicana expreſſim eadem deciſio vt admodum vtilis exponitur in hunc ſanè modum.

Statuit hæc ſancta Synodus, quòd nulla ciuitas, oppidum, caſtrum, villa aut locus Eccleſiaſtico ſupponi poſſit interdicto, niſi ex cauſa, ſeu culpa ipſorum locorum, aut domini ſeu rectoris, vel officialium, propter culpam autem ſeu cauſam alterius cuiuſcunque priuatę perſonę huiuſmodi loca interdici nequaquam poſſint, authoritate quacunque ordinaria, vel delegata, niſi talis perſona prius fuerit excommunicata, aut denunciata, ſeu in Eccleſia publicata, ac domini, ſeu rectores, vel officiales ipſorum locorum authoritate iudicis requiſiti huiuſmodi perſonam excommunicatā infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint, qua etiam poſt biduum eiecta recedente, vel ſatisfaciente, mox diuina reſtitui poſſint. hactenus Baſilienſis ſynodus præ oculis ſemper habenda, vt ex ea iudices Eccleſiaſtici percipiant quanta cum maturitate conſilij ſit Eccleſiaſticum ferendum interdictum.

VI.

Filius Presbyteri ex fornicatione natus habere non poteſt beneficia Eccleſiarum in quibus Pater præfectus fuit nec valet diſpenſatio in contrarium.

Illegitimus ſed nec quidem legitimus poteſt habere beneficium in quo pater fuit præfectus, ſiue (vt dicunt) proximè miniſtrauit. ca. ad extirpandas de filiis Presbyter. Præpoſ. in Summ. 56. diſt. in fi. cap. ex parte. de teſtibus. Ne beneficia iure hæreditario & ſanguinis concedi videantur c. ex tranſmiſſa. & c. conquerente. de filiis presb. cap. 1. de præbend. neve ſucceßio procedat in beneficiis c. venerab. circa finē ver. inſuper de elec. Vbi Panor. quē ſequitur Dec. in c. inter. no. 2. de reſcript.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

AD canonum conditorem non eſt dubium pertinere, cum ſtatuta à ſe, vel prædeceſſoribus ſuis, ad animarum Chriſtifidelium ſalutem edita, propter eorum abuſum, qui ſucceſſu temporum malitia hominum ſuccreſcente magis indies dignoſcitur obeſſe, quam prodeſſe animaduertit, ne vlterius obeſſe valeat, prouidere. Sanè poſtquam fe. re. Alexander Papa III. prædeceſſor noſter filios pręſertim Sacerdotum in Eccleſiis paternis ſuccedere prohibuerat, eáſque nihilominus, media intercedente perſona filios ipſos habere diſpoſuerant, cum paſſim Sacerdotes, vt eccleſiis ſuis eorum filij potirentur ſatagentes, in Alexandri prędeceſſoris huiuſmodi diſpoſitione cōfiſi eccleſias ſuas, quas ad eorum peruenire filios geſtiebant, in fauorem perſonarum quæ eccleſias ipſas, etiam illarum poſſeſſione non habita, in ipſorum reſignantium filios, ex fornicatione genitos, illico mox reſignare, ipſique filij eccleſias ipſas, diſpenſatione ſuper defectu natalium, quem ex dictis Sacerdotibus reſignantibus geniti, patiebantur, etiam patris nomine expreſſo, obtenta conſequi hactenus conſueuerint, profecto pernitioſum ſemper, & abominabile, ac in grauem diuinæ maieſtatis offenſam tendere, videlicet, quod ipſi preſbyteri eorum crimen, quod erat occultum, non ſine turpitudine, ab inordinatum ſpuriorum filiorum amorem detegere non erubeſcerent. Iudicauimus propterea quod vbi tempus, quod omnia palam facit, & præſentium ratio quid in futurum cauendum ſit, admonere, meritò monemur, & ad tollendum huiuſmodi abuſum neceſſarium arbitrati ſumus eiuſdem Alexandri prædeceſſoris canonem corrigere potius quam talia cum tanto hominum ſcandalo tolerare. Habita igitur ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, de eorum conſilio & vnanimi conſenſu, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus quod de cætero filij preſbyterorum ex fornicatione nati eccleſias cathedrales, etiam Metropolitanas, ac monaſteria, quib. eorum patres præfuerunt, ſeu illa, & illas dignitates etiam maiores, & principales, perſonatus, adminiſtrationes, & officia, etiam curata, & electiua, & alia quæcunque beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumuis ordinum ad regularia, quæ preſbiteri & clerici, ac religioſi eorum patres in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem, ad tempus, ſeu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo vnquam tempore quoquomodo obtinere poſſint, nec cum eis ſuper hoc diſpenſare intendimus. Et ſi quas diſpenſationes per nos concedi contige-

rit,tanquam per præoccupationem, & contra mentem noſtram in conceſſas, eis nullatenus ſuffragari, taléſque diſpenſationes noſtris volumus exulare temporibus, & quod nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus iudicamus. Non obſtantibus præfati Alexandri prædeceſſoris, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod pręſentium tranſumptis manu alicuius notarij publici ſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, vel perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ea prorſus fides adhibeatur, quæ pręſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, nonas Iunij, Pontificatus noſtri anno Septimo.

VII.

De beneficiis quæ ad Cardinalium collationem pertinent.

Optimum Pontificis ſtudium in vniuſcuiuſq; Iure conſeruando nititur.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & D. N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VII. qui alias volens cuilibet ius ſuum conſeruari, veſtigiis, fel. re. Adrian. Papæ VI. prædeceſſoris ſui inhærendo, quæcunque facultates & indulta conferendi beneficia Eccleſiaſtica per quoſcunque prædeceſſores ſuos Romanos eum conceſſa, quo ad beneficia ad aliorum collatorum collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, de iure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet ſpectantia, etiam ſi illis de eorundem inferiorum collatorum conſenſu conceſſa fuiſſent duntaxat, per aliam conſtitutionem ſuam ſecunda Iunij, Pontificatus ſui anno ſeptimo in Cancellaria Apoſtolica publicatam reuocauit & annullauit: Et cui innotuit quod propter diuerſitatum facultatum & indultorum eiſdem, Cardinalibus ſuper ſe vel alios beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, ſecularibus & regularibus, ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationem, inſtitutionem; ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ratione Eccleſiarum quibus præerant, & titulorum ſuorum, ac monaſteriorum & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos in titulum & commendam, ac alias pro tempore obtentorum communiter vel diuiſim pertinentibus, etiam diſpoſitioni apoſtolicę ſpecialiter vel generaliter reſeruatis, ſeu affectis extra Romanam Curiam vacantibus perinde ac ſi gratiæ expectatiuæ ſpeciales vel generales reſeruationes, ac regulę, & conſtitutiones beneficiorum reſeruatorię, diſpoſitionéſque Romani Pontificis de illis ſic vacantibus pro tempore nullatenus emanaſſent, ac conſenſu eorundem Cardinalium procuratorum ſuorum ad prouiſiones & quaſuis alias diſpoſitiones de illis in dicta Curia vacantibus per Romanum Pontificem faciendas in expeditione deſuper literarum præſtanda alioquin prouiſiones, & diſpoſitiones Romani Pontificis huiuſmodi nullę forent conceſſorum, & varias clauſulas in literis ſuper huiuſmodi facultatibus & indultis confectis adiectas, diuerſę confuſiones & lites oriebantur, & non ſolum ipſi inferiores ordinarij collatores grauati eſſe noſcebantur, ſed etiam diſpoſitiones Apoſtolicę de huiuſmodi beneficiis etiam per reſignationem ad ſedem Apoſtolicam vacantibus ſępius impediebantur: volens ſuper hoc vt decet prouidere, ac huiuſmodi facultates, & indulta ad rectitudinis ſemitam iuſtitia ſuadente reducere & in melius reformare, Statuit & ordinauit, vt Cardinales ipſi quoad vixerint ſoli per ſe vel alium ſeu alios, quem vel quos ad hoc duxerint deputandum, ſeu deputandos, etiam quando & quoties eos de licentia ſua à Romana Curia etiam vbilibet & vltra montes abeſſe contigerit, de quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura vel ſine cura, ſecularibus & quorumuis ordinum regularibus, quæ ad collationem, prouiſionem præſentationem, electionem, inſtitutionem, ſeu quamuis aliam ſimilem vel diſſimilem diſpoſitionem ſuam de iure vel conſuetudine, tam ratione titulorum ſuorum Cardinalatuum, ac Cathedralium, etiam Metropolitan. quibus eos præeſſe contingeret, quam etiam aliarum Eccleſiarum, ac quorumcunque monaſteriorum etiam conſiſtorialium, prioratuum, præpoſiturarum præpoſitatuum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, & officiorum, aliorúmque beneficiorum Eccle-

Cardinales beneficia ratione titulorum aut monaſteriorum vacantia in detrimentum reſeruationum apoſtolicarum, & ordinationũ inferiorum conferre non debent.

ſiaſticorum

ſiaſticorum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica in titulum, & commendam, vel adminiſtrationem, aut quocunque alio titulo obtinebant, & in poſterum obtinerent, communiter vel diuiſim, quomodolibet, & quocunque iure vel titulo pertinebant, vel ſpectabant, aut in futurum pertinere vel ſpectare contingeret, etiam ſi ſecularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, etiam poſt Pontificales maiores, ſeu principales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis Eccleſiis, regularia vero monaſteria non tamen conſiſtorialia, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates etiam conuentuales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia canonicatus & præbendæ, cæteráque beneficia huiuſmodi conſueuerunt, qui per electionem, aut quemuis alium modum aſſumi, eiſque cura immineat animarum, ac beneficia huiuſmodi ex eo quia illa obtinentes, aliquorum prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum aut S.R.E. Cardinalium etiam viuentium familiares continui commenſales aut dictæ ſedis Notarij, Subdiaconi, Acoliti, Capellani, literarum Apoſtolicarum Abbreuiatores, & Scriptores, Concubicularij, Nuntij, aliíque Romanæ Curiæ officiales quocunque nomine nuncupati fuerint, ſeu ex quauis alia cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias (præterquam ratione familiaritatis continuæ commenſalitatis familiarium ſuorum continuorum commenſalium, qui nunc ſunt, ſeu alias dum etiam Cardinalatus honore fungebãtur fuerunt; aut quãdiu regimini militantis Eccleſię præfuerit, erunt generaliter reſeruata, vel ex generali reſeruatione Apoſtolica affecta exiſtant ſeu fuerint, quæ extra dictam curiam quomodolibet etiam illorum commendis ceſſantibus vacare contigerit) quibuſuis perſonis de quibus ſibi videbitur etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura obtinentibus, & expectantibus prouidere, & illa eis conferre, ac de illis alias diſponere liberè & licitè valeant, perinde ac ſi collationes & commendę, ſeu expectatiuę, gratię, ſpeciales reſeruationes, vniones, annexiones, & incorporationes, mandata etiã de vniendo, & quæuis alię diſpoſitiones etiam eiſdem S.R.E. Cardinalibus etiam motu proprio, vel ad eorum inſtantiam hactenus conceſſa, vel in poſterum concedenda, tam per Sanctitatem ſuam ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, quam Legatos de latere, & Cardinales quoſcunque, etiam motu ſimili & ex certa ſcientia ac cum quibuſuis prægnantibus & efficaciſſimis ac inſolitis clauſulis non emanaſſent, ſeu emanarint. Et quod regulæ cancellarię Apoſtolicę dignitatum maiorum & principalium, aliorúmque beneficiorum etiam Cardinalium, aut Romanorum Pontificum (non ſanctitatis ſuę familiarium continuorum commenſalium, ſeu eorundem & dictę ſedis officialium) ſeu alias quouis modo reſeruationes generales vel ſpeciales continentes ſiue inducentes, conſtitutiones, aut alias quomodolibet affectionem facientes ad dicta monaſteria, prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, & præbendas, aliáque beneficia nullatenus ſe extendant, ſed de ipſis quę pro tempore quomodolibet extra Curiam prędictam, etiam ceſſantibus commendis illorum quę commendata fuerunt, vacare contigerit vt præfertur, liberè diſponant perinde ac ſi collationes, & commendę, ſeu gratię expectatiuę ſpeciales, & alię reſeruationes, affectiones, vniones, conſtitutiones, & mandata huiuſmodi non apparerent. Si verò in dicta Curia per obitum, vel promotionem, aut quamuis aliam dimiſſionem pręterquam per reſignationem in manibus ſanctitatis ſuę, aut ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pont. vacare, & de illis ſic vacantibus vel vacaturis per eandem ſanctitatem ſuam vel ſedem Apoſtolicam diſponi contigerit, etiam ſi beneficia huiuſmodi etiam ex quauis cauſa, etiam ex eo quod illa obtinentes pro tempore dictę ſedis notarij, ſubdiaconi, acoliti, capellani, cubicularij, nũtij, abbreuiatores, & ſcriptores, ſeu alij officiales, aut quauis alia qualitate aliquam aliam generalem reſeruationem vel affectionem inducentes qualificari, aut prędeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum ſeu aliorum eiuſdem Romanę Eccleſię Cardinalium etiam tunc viuentium, non tamen ſui, vt pręfertur, familiares continui commenſales fuerint vel exiſtant, diſpoſitioni Apoſtolicę generaliter reſeruata fuerint, & ipſi officiales, ac familiares beneficia huiuſmodi commendę, vel vnionis, aut quouis alio

Declaratio priuilegij quo Cardinales gaudẽt in conferendis beneficiis.

Regulæ Cancellariæ quæ reſeruationem aut beneficiorũ affectionem inducunt ad iſtas Cardinalium collationes atq; beneficia non ſe extendunt.

De collatione beneficiorum in Curia vacantium.

titulo

Abſentibus Cardinalib. eorum procuratorum aſſenſus accedere debet literis vt validæ habeantur.

Reſeruationum, ordinationum, aut nominationum quarumcunque ſtatuta non comprehendunt nec impediunt iſtas collationes Cardinalium.

Decretu irritãs.

Indulta quæcunque hactenus contra formam iſtius conſtitutionis conceſſa reuocãtur & irrita habẽtur.

Prouiſio Cardinalium non prius rata habetur quin à ſede Apoſtolic. fuerit ſolutis annatis firmata.

titulo obtinuerint, quod in expeditione literarum Apoſtolicarum ſuper illorum collatione, & prouiſione huiuſmodi, ac commenda, aut quauis alia diſpoſitione (Eccleſiis tamen cathedralibus, & monaſteriis conſiſtorialibus exceptis) tunc ipſorum Cardinalium, ſi in eadem Curia præſentes fuerint per ſeipſos, ſi vero eos ab illa etiam pro ſua voluntate vbilibet, etiam vltra montes de licentia ſanctitatis ſuę abeſſe contigerit, eorum ad id per eos deputati procuratoris expreſſus accedat aſſenſus, alioquin gratię & literę deſuper conficiendę nullius ſint roboris vel momenti. Decernentes reſeruationes, affectiones, regulas, conſtitutiones, ordinationes, collationes, & commendas, gratias, expectatiuas, reualidationes, extenſiones, mutationes, nominationes, facultates, vniones, & mandata, ac decreta in illis contenta, quoad impediendum dictos Cardinales quominus in pręmiſſis ſua ordinaria auctoritate vti valeant, vt pręfertur, ad dicta beneficia ad eorum diſpoſitionem vt præfertur pertinentia nullatenus ſe extendere, ac per quoſcunque etiam ſedis Apoſtolicę Legatos etiam de latere, & nuncios nunc & pro tempore deputatos, quauis etiam ſpeciali facultate fungentes, de beneficiis prædictis nullatenus prouideri vel diſponi poſſe, ac irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis à quoquam quauis auctoritate etiam per ſanctitatem ſuam & dictos Legatos, ac Nuncios ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Et quæcunque alia indulta eiſdem Cardinalibus ſuper conferendis beneficiis Eccleſiaſticis, & eorum conſenſum in diſpoſitionibus illorum apud ſedem prædictam vacantium requirendo, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, ac per ſanctitatem ſuam tam ſub plumbo quam in forma breuis, etiam Motu ſimili & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, & cum quibuſuis prohibitoriis, ac derogatoriarum derogatoriis, & aliis etiam quantumcunque efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis hactenus contra formam & tenorem præſentis conſtitutionis quomodolibet conceſſis, quorum omnium tenores, formas, & effectus ſanctitas ſua habere voluit pro ſufficienter expreſſis, reuocauit & annullauit, ac quicquid ipſorum reuocatorum indultorum prætextu per ipſos Cardinales fieri, & attentari contigerit, nullius roboris vel momenti fore decreuit. Volens nihilominus quod ij quibus iidem Cardinales aliqua beneficia Eccleſiaſtica reſeruata vel affecta huiuſmodi quorum fructus &c viginti quatuor ducatorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum excedant, indultorum huiuſmodi vigore per ſe vel alium contulerint, infra quatuor ſi citra, & octo menſes ſi vltra montes, collationes ipſæ fiant à tempore habitæ poſſeſſionis eorundem beneficiorum computandos, nouas prouiſiones ſuper beneficiis ipſis ſic conferendis à ſede prędicta impetrare, & literas deſuper in totum expedire, ac annatam propterea Camerę Apoſtolicę debitam cum effectu ſoluere teneantur, alioquin eiſdem lapſis menſibus beneficia ipſa vacare cenſeantur eo ipſo. Voluitque per alios à ſede prædicta duntaxat liberè impetrari, niſi illi quibus collata fuerint legitimo ſint impedimento detenti vel ipſis petentibus huiuſmodi nouas prouiſiones, & proteſtantibus, quod per eos non fiat, contigerit illas ſibi denegari, & inſuper &c.

VIII.

Annatæ Cameræ Apoſtolicæ non debentur ex beneficiorum penſionibus annuum valorem viginti quatuor ducatorum non excedentibus.

Quidam dicunt quod de penſione non eſt ſoluenda annata, cum penſio non ſit beneficium. c. quamuis. & ibi Doct. de præbend. in 6. notat Card. in cle 2 q 9. de off. ord. in cõtrarium tamen eſt veritas, quòd imò de penſione ſolui debet annata, nam licet non ſit beneficium, cõſtat tamen ex fructibus beneficij, ex quo extrahitur & ita obſeruat curia Romana imo ſtilus curiæ habet, quod quando alicui prouidetur de beneficio, ſuper cuius fructibus eſt alicui reſeruata annua pẽſio, tunc in expeditione literarum prouiſionis beneficij, ſoluitur annata detractata penſione. Et quando beneficiũ excedit ſummam 24. duc. auri ſoluitur annata.

CLEMENS Epiſcopus &c. Motu proprio &c.

CVM ſicut nobis innotuit licet ratione fructuum &c. beneficiorum Eccleſiaſticorum valorem annuum viginti quatuor ducatorũ auri de auro communi ęſtimatione non excedentiũ annatæ Cameræ Apoſtolicæ nõ debeantur; nec ſolui aut exigi conſueuerint, & minus ratione penſionũ quantitã viginti quatuor ducatorum auri ſimiliũ non excedentiũ annatæ aliquæ retroactis tẽporibus exactæ aut ſolutæ fuerint, nihilominus à certo tẽpore citra præſidentes dictæ Cameræ & alij officiales Romanæ Curię ad quos exactio annatarũ pertinet, ſub prætextu quod in prouiſionibus & alijs diſpoſitionibus beneficiorum Eccleſiaſticorum ſuper quorum fructibus &c. valorem viginti quatuor ducatorum excedentibus aliquæ penſiones annuæ cuiuſcunque etiam minoris quantitatis viginti quatuor ducatorum reſeruatæ

natæ exiſtunt, illorum & viginti quatuor non excedentibus, aut attingentibus de facto exegerint: Nos qui vnicuique in iuſtitia debitores ſumus, ſuper ijs congruis remedijs prouidere volentes, ac ratione penſionum, quarum quantitas viginti quatuor ducatorum auri de Camera non excedit, nullas annatas Cameræ aut officialibus prædictis deberi declarantes, ex certa noſtra ſcientia, & deliberatione ſtatuimus quod de cætero ex quibuſuis penſionibus quantitatem viginti quatuor ducatorum huiuſmodi non excedentibus nulla annata quouis prætextu exigatur, nec per illos quibus penſiones ipſæ reſignatæ fuerint ſoluatur, neque ſolui debeat, ſic tamen quod in penſionibus & alijs diſpoſitionibus beneficiorum ſuper quorum fructibus ſimiles penſiones annuæ minoris quantitatis viginti quatuor ducatorum, & quantitatem viginti quatuor ducatorum ſimilium non excedentes reſignatæ fuerint, ex talibus penſionibus nihil deduci debeat. Diſtrictius inhibentes Cameræ præſidentibus, ac aliis officialibus prædictis ſub excommunicationis, & à perceptione emolumentorum officiorum ſuorum ad noſtram & Apoſtolicæ ſedis beneplacitum ſuſpenſionis in eorum ſingulos latæ ſententiæ pœnis, ne de cætero ratione huiuſmodi penſionum quantitatem viginti quatuor ducatorum non excedentium aliquas annatas quouis prætextu exigere, ſeu quominus literæ reſignationis illarum expediantur impedire, vel differre quoquo modo præſumant, alioquin literas ipſas tam per Cancellariam, quàm Cameram Apoſtolicam per eos ad quos literarum expeditio pertinet abſque manuum illorum appoſitione liberè expediri poſſe decernimus, ac ad id eis liberam facultatem concedimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod præſens mandatum ad hoc quod ad plenam, & indubitatam notitiam deueniat, in Cancellaria Apoſtolica more ſolito publicetur, & in quinterno Cancellariæ ad perpetuam rei memoriam deſcribi debeat.

IX.

Inſtitutio Fratrum reformatorum ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruantia.

Quidam minoritæ B. Franciſcum inſtituti & monaſticæ eorum diſciplinæ authorem etſi recognoſcãt ab eius tamem regula aliquantulum licẽtiore animo exilierũt vt ſunt Conuenticales. Hinc reformatio ordinis primùm cœpit ſub S. Bernardino Senenſe anno 1412. qui congregationem de Obſeruantia nuncu-

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. IN ſuprema militantis Eccleſiæ ſpecula, licet immeriti, diſponente Domino conſtituti, inter multiplices nobis ex debito paſtoralis officij incumbentes curas, illa potiſſimum premimur: Vt qui ſub voluntariæ paupertatis habitu militantes, in humilitatis ſpiritu deuotum, & ſedulum altiſſimo impendere ſatagunt, famulatum, non ſolum ad id ſublatis impedimentis intendant, verum etiam id eo ardentius efficiant, quò maiores ſibi viderint exhiberi commoditates. Et ex hoc fit, vt quæ antea ex rationabilibus cauſis è prædeceſſoribus noſtris ordinata videbantur, ea interdum reformemus, & in melius ordinemus, prout iuxtà temporum & perſonarum qualitatem, id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè poſtquam fel. rec. Leo Papa decimus prædeceſſor noſter, ex certis tunc expreſſis cauſis, voluerat, & declarauerat, ſub nomine Reformatorum, ac purè, & ſimpliciter regulam beati Franciſci obſeruantium, comprehendi omnes, & ſingulos obſeruãtes, tam de familia, quam Reformatos ſub Miniſtris, ac fratris Amadei, de Colletaniis, Clarenis, de Sancto Euangelio, ſeu de Capucio, Diſcalciatos nuncupatos, aut alios ſimiles quocunque alio nomine nuncuparentur, & regulam beati Franciſci huiuſmodi purè, & ſimpliciter obſeruarent: ex quibus omnibus vnum corpus inſimul efficiens, eoſdem ad inuicem perpetuò vniuerat: ita quod deinceps, omiſſa diuerſitate nominum prædictorum, Fratres Minores Sancti Franciſci regularis obſeruantię ſimul, vel diſiunctiuè nuncuparentur, & nuncupari poſſent, & deberent: Omnéſque vt præfertur vnitos Generali, & Prouincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus dicti ordinis, in quorum Prouinciis, & Cuſtodiis reſpectiuè morabantur, in omnibus, & per omnia, ſecundum regulam eãdem, ſubiici deberent. Cum nonnulli ipſius ordinis profeſſores ſicut fidei relatione percepimus, Spiritu Sancto inflammati, vt beati Franciſci alumni, & veri filij affectent regulam ipſam beati Franciſci purè, & plenè, iuxta illius literam, & declarationes bonæ memoriæ Nicolai Tertij, ac Clementis Quinti, Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum firmiter

patam inſtituit. Deinde anno 1460 B. Amadeus Luſitanus aliam reformatam erexit congregationē quæ tēporibus Pauli II. Pont. Max. Romæ in monte aureo eccleſiam S. Petri obtinuit, quámq; Sixtus 4. multis locupletauit priuilegiis. Eodem modo fuit inſtituta alia cōgregatio Clarenorum ita ab auctore nuncupata. Similiter & alia eiuſdem quam tertij ordinis S. Frāciſci vocant. Hos omnes vnire voluit Leo X. vt omiſſa diuerſitate nominum prædictorum antiqui inſtitutoris nomē atque regulam retinerent. Poſtremò temporibus Clementis vel iure poſtliminij perfectior & integrior omnium congregatio quam Fratrum Capucinorum vocant exorta eſt.

ſirmiter obſeruare: Nos, qui in ſinceris eorum conſcientiis delectamur; quique ab ineunte ætate, ad huius Ordinis profeſſores, & Ordinem ipſum totum ſingularem geſſimus deuotionis affectum, nunc autem ex communi cura paſtoralis regiminis quam immeriti ſuſtinemus, ad ipſos faciendos dulcibus, & gratioſis fauoribus attentè proſequendo tanto prouocamur ardentius, quanto intenta mente frequentius cogitamus fructus vberes, quos ex Regulæ præfatæ arctiori obſeruantia ipſi Religioni, & toti vniuerſitati Eccleſiæ ſperamus prouenturos: Attendentes etiam quod in his, quę animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos grauantes remorſus, pars ſecurior eſt tenenda. Igitur tam pia, & feruenti Fratrum prædictorum intentione commoti ad peragendum diligentius, quod ab eiſdem deſideratur, ſtudia noſtra duximus conuertenda. Habita igitur ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, ac aliis de ipſo ordine ad plenum informatis, matura deliberatione: de eorundum Cardinalium vnanimi conſilio, his noſtris in perpetuum valituris, ſtatuimus, & ordinamus, ac in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictius præcipiendo mandamus: Quod prædictis fratribus, dictam ſtrictiorem obſeruantiam deſiderantibus, per præfatos Generales, & Prouinciales Miniſtros, cæteróſque dicti ordinis Prælatos, & quemlibet ipſorum: cui, vel quibus hæ noſtræ, vel earum tranſumpta præſentatæ, vel præſentata fuerint; aſſignentur loca, quantum fieri poterit, contigua, quatuor, vel quinque, iuxtà numerum Fratrum eorundem. Et ſi in futurum plures fratres voluerint ſe vitæ præcedentium conformare: & ab eis acceptati fuerint: nullus eos impedire poſſit. Sed Miniſter Prouinciæ, cum Diffinitoribus in Prouinciali capitulo teneantur alia loca, quantum poſſibile fuerit, contigua prædictis, eis aſſignare: & prioribus addere. Quæ quidem loca Fratres prædicti expropriare poſſint ſuperfluis, & pretioſis, & ea in vtilia, & neceſſaria commutare, mediante Syndico à Nicolao Tertio prædeceſſore ordinato. Et Generalis, ac Prouinciales Miniſtri, & eorum commiſſarij non poſſint impedire prædictos à dicta ſtrictiori obſeruantia ipſius Regulæ, iuxta prædictas declarationes Nicolai, & Clementis, nec à ſuo bono modo viuendi, quem inter ſe, pro dicta arctiori obſeruantia, ordinauerint. Nec etiam impediant, quin vilioribus, & repetiatis induantur. Et quin nudis pedibus ambulent, Sed qui non poterint, portent calopodia: vt cæteris conformentur. Forma autem habitus, & Capucij ſit cæteris dictæ obſeruantiæ fratribus conformis. Volumus etiam, quod Fratres recipiendi, ſeu veſtiendi per Fratres in dicta ſtrictiori obſeruantia viuentes, examinentur iuxtà Regulam, per Miniſtrum Prouincialem, & ab ipſo, cum conſilio ipſorum acceptentur. Nec poſſint quicunque dicti Ordinis Prælati, ſine præfatorum Fratrum conſenſu, ad loca prędicta mittere alios Fratres: Nec prædictos ab ipſis locis amouere: niſi ipſi petierint: In Prouincialibus verò Capitulis remoueantur per Miniſtros Prouinciales, & Diffinitores à locis prædictis illi Fratres, quos cuſtos, vt infra eligendus, cum conſenſu maioris partis Vocalium dictorum locorum, duxerit amouendos. Inſuper ſtatuimus, quod prædicti Fratres, in dicta ſtrictiori obſeruantia viuere volentes, habeant in ſingulis Prouinciis, vbi fuerint, cuſtodem vnum ex ipſis, quem ſibi ipſi petierint à Miniſtro Prouinciali, vel ab eo, qui præeſt capitulo, ſimul cum Diffinitoribus confirmandum, & aſſignandum. Qui habeat abſolutam poteſtatem plenariè in hoc tantum: vt Fratres prædictos viſitet, moneat, & corrigat, ac manuteneat in dicta ſtrictiori obſeruantia Regulæ, Ordinationum, & gratiarum eis à nobis, & ſucceſſoribus noſtris, pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus, & prædictis Miniſtris Generalibus conceſſarum, & concedendarum in futurum: & in dicto ſuo bono modo viuendi. Nec propter hoc impediatur Miniſter Prouincialis, quin viſitare poſſit eoſdem, & corrigere delinquentes. Qui etiam Cuſtos ire poſſit ad capitulum Generale, cum Miniſtro Prouinciæ, ad intimandum neceſſitates, & opportunitates dictorum Fratrum. Ordinamus etiam quod Cuſtos, Guardiani, & Diſcreti prędictorum locorum vadant ad capitula Prouincialia: in quibus habeant vocem actiuam, & paſſiuam, ſicut cæteri Vocales. In quibus capitulis cuſtos prędictus pręſentet Miniſtro Prouinciali, & Diffinitoribus Fratres idoneos ad officium Guardianatus. Ex quibus tantum fiant Guardiani ſupradictorum locorum. Poſſit etiam idem Cuſtos

De Miniſtris ordinis reformati.

infra

infra annum, cum conſenſu maioris partis conuentus ſinguli remouere Guardianum ab eius officio: & alium ſubſtituere, quem Miniſter Prouincialis confirmet. Cuſtos verò à Fratribus prędictis eligi, vſque ad triennium: Quo cuſtode infra annum decedente, Guardiani dictorum locorum alium, quem ſibi viderint expedire, petant à Miniſtro, vel eius commiſſario confirmari, & aſſignari: quem Miniſter ipſe, ſiue eius commiſſarius benignè confirmet: & aſſignet. Poſſit quoque dictus cuſtos, ſi Fratribus eiſdem expediens viſum fuerit, eſſe Guardianus vnus dictorum locorum. Si igitur Miniſtri Prouinciales, vel eorum commiſſarij his prędictis contrauenirent, ſiue alicui eorum, immediatè Fratres prędictorum locorum ſubiiciantur Miniſtro Generali. Etſi (quod abſit) Miniſter Generalis prędictus eos impedire tentauerit: vel eis in præmiſſis, aut in aliquo præmiſſorum fauere neglexerit: Volumus præfatis Fratribus, ad Apoſtolicam ſedem: & ad totius ordinis protectorem, liberum patere recurſum: à quo, ſi quis eos impedire præſumpſerit, ſententiæ excommunicationis quam ex nunc, prout ex tunc, ferimus in his ſcriptis illico ſubiacere, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & promulgamus. Quocirca moderno, & pro tempore exiſtenti Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori necnon vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcunque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ipſi, & eorum ſinguli, præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrum ſupradictæ ſtrictiori obſeruantiæ, ſeu alicuius eorum, ſuper hoc requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant eoſdem omnibus, & ſingulis prædictis pacificè frui, & gaudere: Non permittentes eos deſuper per quoſcunque quauis auctoritate fungentes quomodolibet indebitè moleſtari: vel quouis quęſito colore, vel ingenio directè, vel indirectè perturbari, aut aliter quomodolibet inquietari, contradictores quoſlibet per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: necnon ipſius Leonis Decimi, & quorumcunque aliorum prædeceſſorum noſtrorum literis: etiam Bulla aurea, Mari magno, vel aliis quibuſcunque, dictíque ordinis ſtatutis, priuilegiis & indultis, etiam iuramento: confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis: etiam in forma breuis, etiam anno præſenti, vel ſub quibuſcunque verborum formis, ſolemnitatibus, clauſulis etiam inſolitis, & quantuncunque fortiſſimis dicto ordini, vel quibuſcunque Prælatis eiuſdem conceſſis, vel concedendis in futurum: etiam ſi tales forent, quod pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales mentio habenda foret: quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Cæterum, quia difficilè foret pręſentes literas ad quælibet loca, vbi opus fuerit, deferri, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod tranſumptis earundem manu Notarij publici ſignatis, & alicuius Prælati Eccleſiaſtici ſigillo munitis, ea prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi præſentes originales literę exhiberentur, & oſtenderentur. Nulli ergo, &c Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, ſextodecimo Calendas Decembris, Pontificatus noſtri anno nono.

Ingreſſus prohibetur ad clauſtra monialium hac conſtitutione, abſque licentia miniſtrorū. vide de hac re Gregorij XIII. conſtitutionem.

Aduerſus fratres vagantes & Apoſtatas.

Pœnæ impedientium executionem iſtius conſtitutionis.

Hic caſus reſeruatur ſedi Apoſtolicæ per Bullam cœnæ Domini.

Irrita habentur omnia quæ repugnant huius conſtitutionis decreto.

Clauſulæ quibus omnibus priuilegiis derogatur.

Leſæ maieſtatis protoparentum crimen perpetua infamia poſteritati erogatum, multos à vitæ præſentis deſiderio reuocauit, ita vt nulla ferinis & Barbaris moribus natio craſſóque ſub aere nata inueniatur quæ aliquantulum miſeriarum impetu circumuallata, tot crudeliſſimis hoſtibus obſeſſa terra marique, vitam non faſtidierit. Hinc vitæ contemptus exortus eſt, hinc ſapientiſſimorum hominum reſolutiones edoctæ ex ipſa vita diſcedendum eſſe tanquam ex hoſpitio non tanquam ex domo. Hinc homini conſtanti pelluntur iſtæ ineptiæ penè aniles, & vt Cygni præuidentes quid in morte boni ſit cum cantu & voluptate moriuntur, ſic viri pij

hominem

hominem iſtum exuentes, & ſibiipſis mortui, Chriſto autem viuentes excellentem illam vitæ methodum Philoſophantur. Sunt etenim Apoſtolicæ doctrinæ conformes, ſummum animi gaudium fore diſſolui ab hac corporis compage & eſſe cum Chriſto, mortificantes membra ſua quæ ſunt ſuper terram. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati temnentes orbis caducos honores Vt perfecti haberentur imperfectas mundi delitias fugerunt. Inſequuti ſunt Eliam igneo curru ad aſtra ſcandentem, pallium terreſtre & graue relinquunt quo liberiùs & celerius, celſos intueantur penates. Vt ſummum Doctorem audirent in Oreb collegio cum Moiſe calceos exuerunt, & quemadmodum in paleſtra olim athletæ nudis vnctiſque corporibus luctabantur ne vnguibus aduerſariorum acciperentur, ſic optimi iſti Miſocoſmi omnem excutiunt corporis optatum, & affectum conſanguineorum, ſtirpis & honoris quo fortius fortem & doloſum illum luctatorem, aggrediantur. Omnium primus qui in naſcentis orbis exordio huius ſydereæ vitæ Rudimenta iecit commendatur Enoch qui ideo morti non fuit obnoxius ad fœlices Paradiſi campos tranſlatus. Sic Plinius cæteriq; rerum hiſtorias texentes primos rerum inuentores laudibus proſequuntur, quanto pulchrius eſt commendare viros qui primi viam alicuius arripuerunt virtutis. Hinc tantis laudibus iſdem optimus patriarcha Enoch apud Geneſim celebratus eſt, quod religione pia ductus, & curis omnibus ampliſſimi ſui dominij derelictis, primus cœperit inuocare Domini nomen. Et certè non ob aliud niſi vt memoriæ mandemus quanti exiſtimet Deus primos executores earum rerum quæ ad cultum ſuum & fœlicis vitæ finem ſpectant. Quemadmodum enim Arietem ducem gregis quem aggregarium appellant cæteri ſequuntur, in eundem modum multi mirantur primariū in aliqua virtute quaſi ducem. Hic eſt lapis Lydius, hic eſt diuinus magnes alios ad commendabiles actiones attrahens, eſt Cynoſura qua grauis multos homines ducit per æquor huius ſæculi ad portum optatum regni cœleſtis! O fœlices mentes ô valida pectora! ô ſanctiſſimi duces qui ingenti animi fortitudine muniti vexilla portantes anteunt ne alij animum deiiciant & terga vertant. Et quemadmodum Patriarcha Iacob miſit Iudam ante ſe in AEgiptum vt nuntiaret Ioſeph, quod manebat, expectabátque eum apud Ieſſem, ita & Deus hos viros primarios mittit vt referant vbi ipſe eſt, nempe apud virtutis, Religionis & Solitudinis oppidum. Hinc Aſſertor noſter noluit ſilentio præterire dum Apoſtolorum nomina texuntur quis primus ſequutus illum fuerit ait enim apud Mathæum primus Simon qui dicitur Petrus & apud Ioannem meminit ſcriptura quod Ioannes venerit primus ad monumentum.

Hæc ſumma mentis alacritate præfari voluit vt cunctis notum ſit quam præclarè de republica Chriſtiana meriti ſint ſummi illi ordinum regularium Patriarchæ, quantas lucrifecerint animas, quam multos deuios ab AEgipto in amœniſſimos vitæ contēplatiuæ hortos adduxerint. Expertus eſt orbis & indies experitur quid commodi attulerint Diui Dominici Aſſeclæ, quantum hactenus profuerint Beati Franciſci clientes, at nunquam vel me iudice à primis huius ordinis fundamentis ſplendidior euaſit hæc congregatio quam ab eo tempore quo Capuſſini patres collapſam Beati Franciſci regulam atque diſciplinam reſtituerunt. Tunc iterum effulſit priſca illa tanti ordinis tēporum iniuria flaccida religio, integritas, pietas, deuotio, & flagrans charitas. O beatum ſæculum! in quo videmus refloreſcere antiqua Patrum munera. Quis putaſſet inter tot Principum odia, inter tot Lutheri agmina supereſſe piis viris Aſylum. Multi Apoſtatæ Lutheri conſilio clauſtra egrediuntur, votifragi nuptiatores hæreſes iuuant. Capuccini ſanctum Seraphici ordinis inſtitutum ad natiuum ſplendorem & perfectionem priſtinam reducunt, illuſtrant, & augent. Huius reparatæ diſciplinæ primus author fuit quidam frater Matthæus Baſcus ordinis Minorum de obſeruantia profeſſus, qui in Piceno ſeu Marchia Anconitana impetrata à Clemente ſeptimo facultate initium auſpicatus eſt, cuius exemplo, vitæ ſanctitate, & concionum admirabili profectu, nònnulli alij ex eodem ordine minorum de obſeruantia excitati idem vitæ genus amplexi ſunt, inter quos primarius fuit quidam inſignis Religioſus frater Ludouicus ex foro Sempronij cum fratre ſuo germano, qui à Clemente ſeptimo obtinuit, vt non ſolùm ipſe cum fratre ſuo, ſed etiam quicunque alius, ſiue Religioſus ſui ordinis, ſiue Laicus eſſet, liberè & licitè poſſet hunc habitum Capucinorum induere, & in eo trium votorum profeſſionem iuxtà ſancti Franciſci inſtitutum emittere, quemadmodum literæ Apoſtolicæ anno 1526. die verò 28. Maij. Pont. eiuſdem anno tertio deſuper editis adhuc teſtantur. Poſt quarum literarum publicationem quidam alij fratres eiuſdem ordinis Minorum de obſeruantia ſeſe illis paulatim adiunxerunt, ita vt breui tempore duodecim numerum expleuerint, & de communi conſilio prædictum fratrem Matthæum Generalem, per quem vniuerſa regeretur congregatio, elegerint. Quorum fama & nomen Dei zelo & vitæ exemplo clarum cum omnes fermè partes Italiæ peruaſiſſet, ita ordo propagatus eſt. ferunt habitum eiuſdem coloris, quo alij S. Franciſci Religioſi vtuntur, ſed tunicam paulò aſperiorem & villoſam cum capucio in vertice acuto & ad tunicam conſuto ſine pectorali, & multi ipſorum interius cilicio vtuntur, nudis pedibus plerúnque incedunt, & quandoque præſertim tempore hyberno ſenibus & aliis debilioribus calceorum ſoleas tantùm cum cingulo, cui hærent, habentium vſus conceditur.

Hoc præclarum vitæ inſtitutum ita vt ab omnibus laudatur, ſic à veræ & Chriſtianæ pietatis cultoribus excolitur. Quamuis multi reclament votis eorum qui hanc profitentur regulam ita enim comparatum eſt vt ſemper cœptis bonorum repugnent.

Hic profectò meritò obiurgandi cenſentur patres qui parum filiorum ſaluti conſulentes eos à pietatis tramite deterrent, edocéntque nihil ipſa vitæ puritate & monaſtica profeſſione Deo & hominibus odibilius eſſe. O dirum patrem! ô ſæuam matrem, ô parentes crudeles & impios imo non parentes ſed peremptores quorum dolor ſalus pignoris quorum conſolatio mors filij eſt, qui malunt perire cum eis quam regnare ſine eis. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus quia ſi impium eſt contemnere matrem, contemnere propter Chriſtum piiſſimum eſt. Nam qui dixit. Honora patrem & matrem ipſe etiam dixit. Qui amat patrem & matrem pluſquam me non eſt me dignus. Gladium tenet hoſtis vt me perimat & ego de matris lachrimis cogitabo. Odira abuſio, domus ardet ignis inſtat à tergo & fugienti prohibetur egredi, euadenti ſuadetur regredi & hoc ab his qui in ipſo incendio poſiti ſunt & obſtinatiſſima dementia ac dementiſſima obſtinatione, fugere periculum nolunt. Proh dolor ſi contemnitis mortem veſtram cur appetitis & meam. Sileant omnes perſuaſiones Rhetorum, & Poetarum commenta qui tantum nos debere patriæ conqueruntur, horum iugulabitur opinio, exemplo eorum qui omnia reliquerunt vt ſequerentur Chriſtum. Delicatus ille eſt cui patria dulcis, fortis, cui omne ſolum patria eſt, perfectus vero cui Mundus exilium. Illi Chriſtus diuitiæ, Chriſtus pater, frater, ſorores, amici, Laudetur Deus qui tot certos calles ſummi boni miſeris oſtendit mortalibus.

X.

Electionem Romani Pontificis ſucceſſoris, declarat fieri debere iuxtà aliam eius conſtitutionem quam habes ſup. fol. 259. in euentum eius obitus ante reditum ad Almam Vrbem.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. LICET variæ conſtitutiones pro euitanda diſcordia in electionem Romani Pontificis etiam circa locum celebrandæ ipſius electionis à noſtris prædeceſſoribus ſalubriter ſint editę, tamen ſicut accepimus, ſi nos ab alma Vrbe aliquan diu abſentaremur, & ante reditum noſtrum ad ipſam Vrbem nos pro diuina voluntate decedere contingeret, à nonnullis aſſeritur quod per conſtitutiones hactenus editas circa locum celebrandæ electionis huiuſmodi non ſit pro conditione huius temporis ex omni parte ſatis prouiſum, & id dudum cum verſus Bononiam ad conueniendum illuc vna cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto tunc in Imperatorem electo pro conſulendo rebus Italiæ, & totius reipublicæ Chriſtianæ, nos contuliſſemus prouidere attendentes, habita tunc ſuper iis cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione, & diligenti examine, de eorundem fratrum conſilio, & vnanimi conſenſu per alias noſtras literas voluimus atque decernimus cauſarum, & literarum apoſtolicarum audientiam in dicta Vrbe poſt noſtrum tunc ab ea diſceſſum remanere, ad effectum vt ſi nos ante reditum noſtrum ad ipſam Vrbem ab hac luce migrare contigiſſet, & ibi non alibi vbi nos mori contigiſſet electio Romani Pontificis celebrari debuiſſet, niſi Vrbs ipſa tunc interdicto eccleſiaſtico ſubiecta, vel apertè rebellis fuiſſet, aut inibi de impreſſione dubitatum, ſuper quo maior parti Cardinalium tunc ibidem exiſtentium deciſionem ſtari debuiſſet, & tunc in Ciuitate Caſtellana vel Vrbe veterana aut Peruſina ſeruato ſcripturæ huiuſmodi ordine fieri debuiſſet, dummodo illæ etiam eccleſiaſtico interdicto ſubiectæ, ſeu rebelles non fuiſſent, ac per fel. rec. Alexandrum III. Licet de euitanda, & Gregorium X. Lugdunenſ. Vbi periculum, & Ne Romani incipientes, per Clementem V. Romanos Pontifices prædeceſſores

Variis his temporibus agitata fuit reſpublica Chriſtiana diſſidiis, ad quæ diſcutienda Maſſiliam ſummus Pontifex nauigat. Pontificiæ ſiquidem dignitatis ineſſe videbatur commune omnibus parentem atque beneuolū profiteri, neque adeo Gallorum regē tanti nominis, & qui Chriſtianæ religionis ſæpius defenſæ propagatæq; titulos præferret, contemnendum exiſtimare, vt

noſtros in Viennenſ. conciliis circa electionem eandem hactenus editas conſtitutiones, & alias extrauagantes in omnibus alias ſeruari, & in ſuo robore permanere debere, ac electionem alibi contra literarum noſtrarum deſuper confectarum tenorem per eoſdem Cardinales factam nullam & irritam fore, ipſóſque Cardinales ad aliam electionem Romani Pontificis ſeruata earundem literarum forma procedere debere, & per nos contra præmiſſa nullatenus diſpenſari poſſe Et deinde cum nos iterum pro ſimili neceſſitate ad dictam ciuitatem Bononiæ conferre, & inibi præfato Carolo Imperatore ex Germania redeunte ad ſimilem effectum conuenire neceſſe fuiſſet, nos de ſimili eorundem fratrum conſilio literas prædictas per alias noſtras literas innouauimus, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cum autem nos de proximo pro nonnullis noſtris, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac orthodoxæ, & catholicæ fidei, totiúſque reipublicæ Chriſtianæ arduis negotiis & ex vrgentiſſimis cauſis ad ciuitatem Viennam vel alium locum magis opportunum minoris, vel maioris ab Vrbe diſtantiæ, prout nobis conuenire videbitur, non ſine graui noſtræ, ac totius curiæ noſtræ incommodo nos conferre, ac inibi cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Franciſco Francorum Rege Chriſtianiſſimo conuenire, & ad certum tempus à dicta Vrbe nos abeſſe neceſſe eſſet: Nos propterea circa electionem Romani Pontificis in euentum deceſſus noſtri domino ita volente ante reditum noſtrum ad eandem Vrbem pari modo vt debemus prouidere volentes, habita etiam ſuper hoc cum ipſis fratribus matura deliberatione, & de ſimili eorundem conſilio, & aſſenſu priores literas noſtras prædictas auctoritate apoſtolica tenore præſentium innouamus, ac plenum firmitatis robur obtinere, illáſque necnon omnia & ſingula in eis contenta, in euentum ipſius deceſſus noſtri ante reditum noſtrum ad eandem Vrbem, circa electionem futuri Romani Pontificis in omnibus & per omnia inuiolabiliter obſeruari debere, ac per dictos Cardinales contra præmiſſa nullatenus diſpenſari poſſe, necnon totum id & quicquid ab eiſdem Cardinalibus quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, tertio nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno decimo.

colloquium cupienti piéque petenti, quum id ipſe bis Cæſari dederit omnino denegetur. Anne aliter exſcindi, aboleríq; poſſe Lutheranæ hæreſis malum, quàm ſi Franciſcus Concilio faueat, authoritate & viribus adſit, & in eam præſertim cauſam, ſenſus, & conſilia Galliæ plena pietatis cũ Cæſare coniungat? ſed profectò ea mente in Galliã profectus eſt, vt pacẽ atque otiũ confirmaret & Reipublicæ trãquillitati conſuleret. Hæc Iouius.

Alterum colloquium cum Rege Gallorum habiturus Clemens Pontifex è Roma Maſſiliam nauigare conſtituit precibus Regis, reclamante Cæſare tamen, fretus. Rex multos myoparones & celoces diſponi iubet qui omnia diligenter & alto mari ad omnes oras perluſtrarent ne quod illi periculum incauto crearetur. Cuius aduentum etiam dum expectaret Maſſiliæ finitima loca peragrabat, Maſſiliam quoque ipſam raptim interea venit, vt videret num omnia ad illum excipiendum rectè curata eſſent.

Menſe Octobri ex turri, Taxiana & ſpeculatoria conſpicitur claſſis qua Papa nauigabat, vnde ſigno dato myoparones & celoces magno numero obuiam illi prodeunt, quibus multi nobiles cum tubis & lituis vehebantur. Quum portum ingrederetur, à turre ſpeculatoria, Ioanea & cœnobio Victoriano, multíſque aliis editioribus locis ſtrepitu amplius trecentarum maiorum machinarum ſalutatur, quibus reciproco boatu à triremibus reddito, totus portus & loca finitima incendio corripi videbantur. His rebus confectis è naui ad Victorianam ædem verſus (ea eſt è regione vrbis portu interpoſito) ad palatium Mommorencij deſcendit, quem locum ille parauerat quo eum exciperet, donec ciuitatem cum ſplendore ingrederetur. Idem Mommorencius (huic enim Rex omnem de excipiendo papa curam commiſerat) duo in ciuitatẽ ornanda palatia, vnum Papæ alterum Regi curauerat. Inter illa vicus intererat, in quo ampliſſimam aulam ligneam extrui iuſſerat, qua iter ad vtrunque palatium eſſet: quæ tanta etiam magnitudine erat, vt tum cardinalium conſiſtorium capere poſſet, tum illic etiam Papa cum Rege congredi. Hæc omnia paſſim maximi pretij aulæis ornata erant. Papa illud palatium quod ei trans portum paratum eſſe diximus, deducto, domum ſe quiſque in poſterum diem recipit, quo ſe vt vrbem ingrederetur parauit. Ingreſſus illi ſummo ſplendore & magnificentiſſimo apparatu inſtruitur. Ipſe cathedra ſedens, humeris duorum baiulorum ornatu Pontificali inſignis geſtatur, niſi quòd capiti tiara deeſt. Sequuntur cardinales celeberrimis veſtibus, mulis pontificalibus inuehentes: tum ducissa Vrbini ſeparatim ſplendidiſſimè

mè ſeſe inferens, quam nobiles tum viri tum mulieres tum è Gallia tum ex Italia comitantur. Ea ſubſequente populi frequentia ſtipatus Papa ad locum vbi commoraretur paratum peruenit: tum omnes domum redeunt. Tanti ſplendoris pompa abſque vllo tumultu aut turba adminiſtrata eſt. Dum vrbem ingreditur, Rex interim myoparone ad eum locum vnde Papa diſceſſerat, nauigat, vt inde poſtridie profectus clientelæ Papalis officium ſupplex humi ad pedes ſtratus, vtpote Rex Chriſtianiſſimus, præſtaret. Poſtridie rex ipſe cum Eleonora regina, tribus liberis affuit, totius Galliæ nobilitatem trahens. Nec multò pòſt in ſolenni Cardinalium Epiſcoporúmque conceſſu medius inter liberos in genua procumbens, hilari oſculo exceptus, allocutuſq; eſt. Orauit tum Latinè & luculenter Ioannes Bellaius Epiſcopus Pariſienſis, quum eum congreſſum ſummæ fœlicitatis maturum tum publicæ pacis fructum, feſſis Chriſtianorum rebus allaturum ominaretur. Grauiſſimis inde conſultationibus extracti aliquot dies: tanto conſiliorum ſilentio, vt ne arbitrum quidem, qui lumen proferret, nocturnis colloquiis admitterent: ipſorum enim cubicula paries tantum cum ſecretis foribus dirimebat. Fama erat, vtrunque mutuis cum lachrymis recentes calamitates defleuiſſe, repetiſſéque origines antiquorum conſiliorum veluti vno ordine connexis erroribus, quibus demum in tantas carceris miſerias decidiſſent. Nec deerant curioſi abditarum rerum interpretes, qui ſubtiliter excepta auribus, aut ingenij libidine conficta enumerando, Clementi grauem inuidiam apud Cæſarem conflarent, quaſi ille iam regi certiſſimo fœdere iungeretur, vt quum per occaſionem commouere virium lacertos poſſent, in Italia bellum renouarent, quo ſimul & hic Mediolanum repeteret, & ille Rhegio & Mutina potiretur.

Tranſigitur demum matrimonium ducis Aurelij alterius regis filij & Catharinæ Mediceæ Vrbini Duciſſæ Papæ neptis pactis, conditionibus quas liberè Pontifex tanti Regis affinitatem ambiens excepit. Nuptiæ ampliſſima & magnificentiſſima pompa celebrantur, Papa ipſo nuptialia verba nuncupante. Sacra celebrantur pontificia celſitudine, fauſtis coniugij ominibus omnia fauere videntur. Cæterum Maſſiliæ conuiuiis, ſaltationibúſque triginta quatuor dies inſumpti tanta principum minorúmque ordinum contentione & cura implendis totius munificentiæ ac humanitatis officiis, vt is conuentus, eæq; nuptiæ, neque iocundiore comitate, neque effuſiore ſumptu, neque liberiore lætitia celebrari potuerint. Aderant tres regis filij, in quos ora hominum vertebantur. In Franciſco Delphino eminebat ingenium graue, multa reconditarum rerum recognitione defixum. Henricus autem iucunditate animi, corporis & cultus militari habitu, ſermonis alacritate, Gallorum naturæ ſimilior, ſtudia fauentis populi promerebatur In Carolo autem puero id erat decus oris, ea eruditi & admirabilis ingenij ſuauitas, vt nemo eo rege, prole fœlicior haberetur. Honeſtauit nuptias Heleonora regina ſerenitate, modeſtia, munditiis tanto rege digniſſima. Nec indigna erat noua nupta regio faſtigio, quum haud dubiè Leonis decimi maioris patrui indolem magnitudine excelſi liberaliſque animi, honeſtiſſimiſque moribus referret. Ipſe autem Franciſcus ſua peculiari liberalitatis laude ſupra cæteros principes maximè inſignis ſeipſo ſplendidior apparuit, ſingulis enim Cardinalibus opulentæ ex Galliæ ſacerdotiis penſiones dono datæ, honeſtatique ſunt ampliſſimis muneribus, qui vel ſtudio partium, vel Pontificis gratia pollebant, & ij ante omnes præcipua benignitate, qui optimarum literarum, & præſtantis ingenij fama noſcebantur. Hos rex ipſe omnis elegantiæ arbiter, & nobiliſſimarum artium peracutus æſtimator in ſummam familiaritatem erudito ſermone pertrahebat. Neque paſſus eſt ſe donis à Pontifice ſuperari; nam quum Pontifex monoceretis bicubitale cornu aureæ cælatæ baſi incluſum, ad depellenda epulis venena dono dediſſet, id latiſſimo aulæo rependit, in quo Belgarum arte ſuprema Chriſti cœna cum diſcipulis ſerico atque auro intexta viſebatur. Dedit & cupiditati Hippolyti Medicæi Cardinalis, quum ingenuo pudore maiora dona repudiaſſet manſuefactum leonem eximiæ proceritatis, quem è Mauritania Hariadenus Barbaruſſa cum legatis tranſmiſerat. Diſceſſurus autem Pontifex, quatuor viros Gallos legit in ſenatum, commendatione atque iudicio regis delectos. Hi fuere Odettus Caſtellio, cui Anneus Memorantius aulæ magiſter erat auunculus, & Philippus Bononius Albani frater, & Claudius Gibrius Philippi Schabotti Thalaſſiarchæ auunculus, & Ioannes Venurius ab innocentia comitatéque ingenij regi carus, & cæteris ætate ſuperior.

Cùm geniales iſti dies haberentur inexpectati acceſſerunt ad Pontificem regis Angliæ Legati, vt precibus vrgerent Pontificis conſenſum ad dirimendum matrimonium quod Henricus antea cum Catharina Cæſaris Matertera legitimè contraxerat. Illi autem inſolentius pulſi vt regiæ libidini obſequeretur in ipſo Pontificis cubiculo contra ipſa iura Pontificis

mentem extorquere putabant minabantur prouocationem à ſententia ſi parum arrideret ad Concilium neſcio quod futurum. Offerunt regem Chriſtianiſſimum pro patrono in gratiam Regis & pro antiqui fœderis initi neceſſitudine, his autem liberè reſpondit, Aliis in rebus omnibus ſe fratris animum Henrico præſtiturum, ſed in iis quæ cōtra religionem fierent nec velle cuiquam aſſociari.

Pontifex expectabat reſipiſcentiam regis vt ſaltem poſt expletam libidinem cum Anna Bolena quam ſuſceperat ab ea quam adulterio cognouerat (O nephandum inceſtum: O belluinum libidinis genus) ad meliorem vitæ callem reuocaretur ſumma indulgentia ferre ſententiam in illum differebat Romam tamen reuerſus & cauſa illius ac Catharina diligentiſſimè examinata ſententiam tulit: in hæc verba.

Sententia diffinitiua Clementis Papæ ſeptimi pro matrimonio Henrici Octaui Angliæ Regis cum Catharina, & contra ſecundas eiuſdem nuptias cum Anna Bolena. Data Romæ Anno Domini 1534. Pontificatus Clementis vndecimo.

CVM pendente lite coram nobis, dilecto filio Capiſuccho capellano noſtro, ac ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum auditori & Decano, à nobis in Conſiſtorio Reuerendiſſimorum commiſſa, inter chariſſimos in CHRISTO filios noſtros Catharinam & Henricum Octauum Angliæ Reges, de & ſuper validitate matrimonij inter eos contracti, præfatus Henricus dictam Catharinam eiecerit, & de facto cum quadam Anna matrimonium contraxerit, contra mandata & decreta tam admonitionis, quàm inhibitionis in literis in forma Breuis, etiam de conſilio fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium emanatis, contenta, temerè & de facto attemptando.

Idcircò nos de illius poteſtatis quam CHRISTVS Rex regum nobis, licet immeritis, in perſona Beati Petri conceſſit, plenitudine, in throno iuſtitiæ pro tribunali ſedentes, & ſolum DEVM præ oculis habentes, per hanc noſtram ſententiam, quam ex noſtro mero officio, ac de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſiſtorialiter coram nobis congregatorum conſilio, ferimus, eiectionem & ſpoliationem dictæ Catharinæ Reginę à quaſi poſſeſſione iuris cōiugalis, & Reginalis dignitatis, in qua tempore huiuſmodi motæ litis erat, & matrimonium inter prædictum Henricum Regem & Annam prædictam contractū, cùm prædicta omnia notoria & manifeſta ſint, prout ita eſſe declaramus, nulla iniuſta & attemptata fuiſſe & eſſe, ac nullitatis, iniuſtitiæ, attemptatorúmque vitio ſubiacuiſſe & ſubiacere, prolémque ſuſceptam ſeu ſuſcipiendam illegitimam fuiſſe & eſſe, præfatamque Catharinam Reginam, ad ſuum priſtinum ſtatum & quaſi poſſeſſionem iuris coniugalis & reginalis dignitatis reſtitui & reponi debere, dictúmque Regem dictam Annam à cohabitatione ſua & quaſi poſſeſſione iuris Coniugalis & Reginalis eiicere, & amouere debere; in his ſcriptis pronunciamus decernimus & declaramus, reſtituimus, & reponimus, eiicimus amouemus. Eadémque noſtra ſententia, & ex conſilio & mero officio noſtro prædicto, prefatum Henricum Regem maioris excommunicationis & alias cenſuras & pœnas in dictis literis contentas, ob earum non paritionem & contemptum damnabiliter incurriſſe & incidiſſe, ac ab omnibus CHRISTI fidelibus euitandum fuiſſe & eſſe, declaramus & mandamus.

Et nihilominus volentes cum eodem Henrico Rege, nomine pij patris benignè & clementer agere, cenſurarum prędictarum declarationem, vſque, & per totum menſem Septembris proximè futurum, ad hoc, vt ſententię & mandatis noſtris prædictis commodius parere poſſit, ſuſpendimus. Et ſi infrà dictam Catharinam in priſtinum ſtatum, quo tempore litis motę erat, non reſtituerit, prefatámque à ſua cohabitatione & quaſi poſſeſſione iuris Coniugalis & Reginalis non abiecerit, & dicta attemptata cum effectu non purgauerit, ex nunc, pro vt extunc pręſenti declarationi locum eſſe volumus & decernimus. *Hic cædium & ſchiſmatum per Angliam initium fuit. Qui hæc omnia ſigillatim examinare voluerit legat primum librum Nicolai Sanderi de ſchiſmate Anglicano.*

In prelatos

XI.

In prælatos & Principes vſurpantes diſpoſitiones beneficiorum ſedi apoſtolicæ reſeruatorum aut impedientes eius prouiſiones contra formam concordatorum inter eandem ſedem apoſtolicam & nationem Germaniæ.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

ADMONET nos incumbentis nobis paſtoralis officij cura, vt non ſolùm nobis; ſed etiam cunctorum Chriſtifidelium, & præſertim eccleſiaſticarum perſonarum profectibus diligenter intenti illorum occurramus diſpendiis, & quæ in cuiuſcunque ipſorum præiudicium ſiue noxam quauis etiam auctoritate prodiiſſe comperimus, ſalubriter reformemus. Sanè dudum ad noſtram peruenit notitiam, qualiter nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac eccleſiarum Prælati, nonnulli etiam Principes, & domini temporales inclitæ nationis Germanicæ, poſt miſerabilem Vrbis direptionem collationes, & diſpoſitiones beneficiorum eccleſiaſticorum nobis, & ſedi apoſtolicæ etiam virtute concordatorum inter ſedem, & nationem præfatas reſeruatorum temerè vſurpare præſumpſerint, ac collationes & diſpoſitiones noſtras, & dictæ ſedis de illis factas admittere contempſerunt, nedum in noſtrum & ipſius ſedis vilipendium, ſed etiam in iurium noſtrorum & eiuſdem ſedis, ac illorum quibus de ipſis beneficiis prouidimus, aut in quorum fauorem alias diſpoſuimus, ſeu prouideri & diſponi mandauimus, graue præiudicium. Et quamuis contra præſumptores & contemptores huiuſmodi in bulla, quæ quotannis in die cœnæ Domini de more lecta fuit, declarauimus, & proteſtati fuerimus, quod in præmiſſis, & aliis quibuſcunque iuribus dictæ ſedis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vndecunque & quomodocunque quæſitis, ſeu quęrendis per quoſcunque actus contrarios, aut quomodolibet præiudicantes, tacitos vel expreſſos à nobis, vel ab eadem ſede quomodolibet factos vel faciendos, aut quemcunque temporis fluxum, vel patientiam, vel tolerantiam noſtram nobis aut eidem ſedi nullatenus præiudicari debere, aut quomodolibet poſſe: tamen ſicut non ſine animi noſtri mœrore, intelleximus, nonnullis ex Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Principibus, & dominis prædictis, adhuc à præmiſſis deſiſtere non curarunt, nec de præſenti curant, quinimmo, quod deterius eſt, ne prouiſiones apoſtolicæ admittantur, per ſua mandata etiam pœnalia prohibere non verentur, in animarum ſuarum graue periculum, & aliorum Prælatorum, ac Principum catholicorum dictæ nationis perniciosum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur, qui à dictis concordatis, quæ olim Romanæ Eccleſiæ, & dictæ nationis hominibus, pro ipſius Eccleſiæ vnione, ac pace, & tranquillitate inter Eccleſiam & nationem prædictas, perpetuò ſolidandis, & conſeruandis laudata, concluſa, & accepta fuerunt, nullatenus recedere intendimus, ne dicti præſumptores, & contemptores, aut per eos in dictis beneficiis intruſi ex huiuſmodi temeraria pręſumptione gloriari valeant, néve ipſi intruſi ex adulterinis eorum titulis aliquem fructum reportent, nec illis quibus de beneficiis prędictis per nos aut dictam ſedem, ſeu eius authoritate prouiſum extitit, & in futurum prouidebitur, per alicuius temporis fluxum, ſeu aliquam patientiam, vel tolerantiam prẹiudicium fiat, aut factum cenſeatur, ex paſtoralis officij debito prouidere volentes, ac concordatis prædictis firmiter inhęrentes. Motu proprio, & ex noſtra matura deliberatione, ac certa ſcientia, auctoritate apoſtolica, de apoſtolicę poteſtatis plenitudine, tenore præſentium declaramus pretenſas collationes, & alias diſpoſitiones de quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, nobis: & dictę ſedi, vt pręfertur, reſeruatis, per Archiepiſcopos Epiſcopos, Prelatos, ac ſęculares Principes, & dominos quoſcunque dictę nationis, ſeu ad eorum pręſentationem, vel nominationem, etiam per ordinarios ipſorum beneficiorum collatores à tempore dictę direptionis citra contra tenorem, & formam dictorum concordatorum quomodolibet factas, & in poſterum faciendas, perſonis quibus aut in poſterum fient, niſi ſint per nos, aut noſtra, vel dictę ſedis auctoritate approbatæ, nullum titulum, vel colorem ipſa beneficia poſſidendi tribuiſſe, aut in futurum tribuere, ſed & illos pro malęfidei poſſeſſoribus, & merè intruſis ab omnibus haberi, & cenſeri, ac fructus per eos

Cladis Romanæ vrbis licentia multæ collationes beneficiorum nefariè vſurpatæ ſunt.

Bulla cœnæ domini excommunicantur qui iura apoſtolicæ ſedis violare nituntur aut eius iuriſdictionem concutiunt aut impediunt.

In Principes quoſdam diſpēſationes beneficiorū vſurpātes contra formam concordatorum ſedi apoſtolicæ reſeruatorū & punitiones apoſtolicas non admittentes.

Collationes beneficiorum contra formam concordatorum factæ adulterinæ & inualidæ ſunt, & hac ratione qui prouiſiones conſequuntur tanquam malæ ſidei poſſeſſores non præſcribũt, & ad reſtitutionem fructuũ tenentur.

ex beneficiis huiuſmodi perceptos & percipiendos, nullo vnquam tempore ſuos facere, ſed illorum reſtitutionem in vtroque foro efficaciter obligatos eſſe, & ad illorum reſtitutionem, ad eorum quorum intereſt, ſeu etiam fiſci noſtri inſtantiam, omnibus viis iuris, & remediis compelli poſſe & debere, & eos nullo vnquam tempore beneficio regularum de annali & triennali pacifico poſſeſſore gaudere potuiſſe, aut poſſe. Illis vero quibus eadem beneficia per nos, aut auctoritate noſtra vel dictę ſedis tenore & forma concordatorum huiuſmodi ſeruatis collata, ſeu commendata ſunt, aut in futurum conferentur, vel commendabuntur, necnon eccleſiis & locis eccleſiaſticis, ac collegiis, quibus perpetuò, vel ad tempus eadem auctoritate vnita ſunt, aut in poſterum vnientur, ac omnibus illis qui in executione literarum apoſtolicarum eis conceſſarum per conſtitutiones, ſeu mandata Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Prçlatorum Principum, vel dominorum prędictorum, hactenus quomodolibet impediti fuerunt, aut in poſterum impedientur, dictas regulas, quemcunque temporis fluxum ſeu patientiam, vel tolerantiam minimè obſtare debere, quominus contra dictos intruſos, & intrudendos quocunque tempore iudicialiter experiri valeant. Decernentes ſic per quoſcunque iudices & commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales, & Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores ſententiari, interpretari, & iudicari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter ſententiandi, interpretandi, & iudicandi facultate, & poteſtate, ac irritum & inane ſi ſecus ſuper iis ab eis, vel quibuſuis aliis quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus aut in poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus regulis & aliis pręmiſſis, aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem pręmiſſa ad omnium notitiam deducantur, volumus & mandamus præſentes in Cancellaria apoſtolica more ſolito publicari, & in quinterno eiuſdem Cancellariæ deſcribi. Præterea quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca, in quibus de eis forſitan fides facienda foret deferre, eadem apoſtolica auctoritate decernimus, quod ipſarum tranſumptis, manu alicuius notarij publici inde rogati ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ minutis, ea prorſus in iudicio, & extra, & alias vbilibet fides indubitata adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto. Calen. Iunij, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Prouiſis iuxtà tenorem concordatorum à ſede apoſtolica, iura quæcunque reſeruantur etiã agendi quandocunque contra eos qui obliquo calle ad beneficia intruſi ſunt.

XII.

Conſenſus præſtandi in beneficiorum reſignationibus.

Ex retardatione annotationis conſenſuũ graues ſæpe ſuboriũtur fraudes.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater & D.N.D. Clemens diuina prouidentia Papa. VII. Conſtitutionem ſuam de conſenſibus in Cancellaria, vel Camera apoſtolica extunc de cætero præſtandis quo ad materias Franciæ infra tres menſes, in aliis vero infra quindecim dies à die extenſionis eorundem conſenſuum computandos in libris ſolitis & auctenticis annotandos, ad obuiandum fraudibus, quæ in retardatione anotationis conſenſuum huiuſmodi committebantur, nuper editam declarando, voluit quod dicta tempora non à die extenſionis conſenſuum in dictis libris, cum ipſa conſtitutio ſic nihil operaretur, nec per eam dictis fraudibus aliquo obuiaretur, ſed à die præſtationis eorundem conſenſuum intelligi debeant. Et quoniam nonnunquam præſtantur conſenſus ſuper ſupplicationibus nondum ad regiſtrum miſſis, ſeu adhuc penes Datarium ſuum exiſtentibus, & notarij non poſſunt tales conſenſus in dictis libris annotare, niſi videant huiuſmodi ſupplicationes regiſtratas, ſeu expeditas, & ſæpe labuntur dicta tempora antequam ipſæ ſupplicationes ad regiſtrum mittantur ſeu expediãtur. Voluit & declarauit quod tunc & eo caſu dicta tempora à die qua Datarius huiuſmodi ſupplicationes ad regiſtrum vel ſummiſtam miſerit, computari debeant, diem autem miſſionis huiuſmodi de cætero annotabit Datarius pro tempore in calce ſupplicationum conſenſuum aliquem requirentium per hæc verba videlicet. Miſſa die tali: N. Datarius

Declarat quo die incipiat currere terminus præfixus ad adnotandum conſenſus.

N. Datarius, quæ verba voluit ad plenam probationem miſſionis prædictæ ſufficere: Præterea voluit quod notarij de talibus conſenſibus rogati in annotatione illarum in dictis libris facienda teneantur de die miſſionis huiuſmodi, ſicut de data ſupplicationum, expreſſam mentionem facere, vt die præſtationis conſenſuum, & die miſſionis ſupplicationum huiuſmodi ſimul iunctis ex illorum inſpectione euidenter appareant ipſi conſenſus infra tempora prædicta in dictis libris annotari: & notarij requiſiti de cętero ad ponendum aliquos conſenſus in libris prędictis, ſi ex inſpectione dierum præſtationis conſenſuum, ac miſſionis ſupplicationum viderint dicta tempora ad annotandum conſenſus, vt præfertur præfixa eſſe lapſa, conſenſus tales in dictis libris annotare nullatenus præſumant, ſub pœnis in dicta priori conſtitutione contentis. Et nihilominus annotatio de illis ſit extra tempora prædicta pro tempore facta, ipſique conſenſus ſic annotati viribus omninò careant, nulliúſque ſint roboris vel momenti. Narratiua quoque per verbum Hodie vel Nuper in literis apoſtolicis ſuper materiis ad quarum expeditionem conſenſus aliquis requiritur pro tempore expeditis poſita, contra præmiſſa minimè attendi debeat, nec aliquem effectum operetur. Inſuper intelligens Sanctitas ſua in profectione ſua verſus Maſſiliam, & durante Sanctitatis ſuæ ab Vrbe abſentia, ac per aliquos dies ante, & poſtquam plures conſenſus fuiſſe præſtitos, qui propter varia impedimenta infra dicta tempora iuxtà dictam conſtitutionem in libris prædictis annotari non potuerunt: Ad conſulendum indemnitati partium, dat ac concedit Notariis Cancellariæ & Cameræ prędictis licentiam & facultatem; quod omnes conſenſus à die receſſus Sanctitatis ſuę ab Vrbe verſus Maſſiliam vſque ad eius in Vrbem felicem reditum, videlicet à die nona Septembris vſque ad diem decimam Decembris Anni M. D. XXXIII. ac per quindecim dies ante receſſum, & alios quindecim dies poſt reditum huiuſmodi pręſtiti in libris prędictis pro abſentibus infra tres menſes, & pro præſentibus infra quindecim dies à die publicationis pręſentis conſtitutionis computandos annotare poſſint & valeant. Necnon conſenſus huiuſmodi ſic annotandos, ac etiam de mandato Sanctitatis ſuę, vel Datarij ſui iam annotatos in omnibus valere & validos eſſe perinde ac ſi infra tempora dictę prioris conſtitutionis in eiſdem libris annotati fuiſſent. Decernens ſic per quoſcunque Iudices & commiſſarios quauis authoritate fungentes in quibuſuis cauſis motis & mouendis & etiam per appellationem adhuc pendentibus interpretari, ac iudicari debere. Ac irritum, &c. ſi ſecus fiat Conſtitutione prędicta cum pœnis in ea indictis alias in ſuo robore permanentibus.

Notarij debent diem miſsionis per datarium Papæ in calce ſupplicationum appoſitæ adnotare in libr. R. cam apoſt.

Itineris ſummi Pontificis verſus Maſsiliam deliberatio.

Decretum irritans.

Romam reuerſus Pontifex Maximus, moleſti itineris victo labore peregrinationem terreſtrem abſoluit vt cœleſtem vitam incolat, & votorum fermè compos cum videret animos principum ſua opera paci compoſitos, haud diu ſuperuixit lento morbo cruciatus VII. Cal. Octob. rebus humanis exceſsit. Cadauer in Baſilica Sancti Petri, poſt ad Eccleſiam S. Mariæ ſuper Mineruam tranſlatum ibidem ſepultum eſt. Præcipua huius Pontificis geſta ex noſtris in ſuas conſtitutiones ſcholiis declarauimus. Sed ingrata obliuione negligendum non eſt quod paucis Petri ſucceſſoribus accidit, quodque à multis memoriæ conſecratum eſt, Gratum videlicet mentis Symbolum quod publico diplomate AEtiopiæ rex teſtatus eſt in ſedem Romanã. Eius literarum ſeriem hic conſcripſimus lectu non minus iocundam quàm vtilem.

Fœlix ſancte pater, qui à Deo effectus es gentium conſecrator, & ſancti Petri ſedem obtines, tibi datæ ſunt claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris, vel ſolueris ſuper terram, erit ligatum, vel ſolutum in cœlo, ſicut dixit Chriſtus, & ita in Euangelio Matthæus ſcribit: Ego Rex cuius nomen leones venerantur, & Dei gratia Atani Tingil, id eſt Thus virginis vocor, quod nomen eſt à baptiſmate, nunc verò in ipſo ſuſcepti regni initio aſſumpſi nomen Dauid, dilectus à Deo, columna fidei, cognatus ſtirpis Iuda, filius Dauid, filius Salomonis, filius columnæ Syon, filius ſeminis Iacob, filius de manu Mariæ, filius Nahu per carnem, Imperator magnæ & altæ AEtiopiæ, magnorum regnorum & ditionum, & terrarum, Rex de Xoa, de Caffate, de Fatigar, de Angote, de Baru, de Bellinguangue, de Adeon, de Vangue, de Goiame, vbi Nilus oritur, de Amara, de Baguemidri, de Ambea, de Vague, de Tigrimhao, de Sabbaym, vnde fuit regina Sabba, de Bernegaes, & dominus vſque ad AEgyptum. Eæ prouinciæ omnes ſunt in mea poteſtate, pleræq; aliæ magnæ, & item paruæ, quæ nunc à me nequaquam

quaquam numerantur,neque regna & prouincias ſuis nominibſu expreſsi,veluti ſuperbia,&
vana gloria inductus.verùm ob id vt ſummus Deus magis ac magis laudaretur, qui ſingu-
lari benignitate tot ampliſsimorum regnorum Chriſtianæ religionis ſuperioribus meis regi-
bus imperia tribuiſſet,ſed profectò me clariore gratia inter alios Reges dignum fecit,vt reli-
gioni continuè inſeruirem.Quoniam me Abel dominum fecerit,hoſtem Maurorum & Genti-
lium, quia adorant idola Mitto ad deoſculandos pedes ſanctitatis veſtræ more cæterorum
Chriſtianæ fidei regnum fratrum meorum,quibus neque religione,neque potentia ſum infe-
rior.Ego etenim in Regnis meis ſum columna fidei, neque externis iuuor auxiliis, quum in
ſolo Deo ſpem & opem reponam,qui me ſuſtinet, & gubernat ab eo tempore quo Angelus
Dei allocutus eſt Philippum,qui fidem doceret Eunuchum potentis reginæ Candacis reginæ
AEtiopiæ,quæ à Hieroſolyma Gazam pergebat.Philippus tum baptizauit Eunuchum: &
Eunuchus demum Reginam cum magna parte familiæ & populi eius, qui nunquam deſie-
runt eſſe Chriſtiani, omníque ſequenti tempore perſtiterunt fortes in fide,prædeceſſores ve-
rò mei nulla alia ope adiuti,quàm diuina,fidem in latiſsimis Regnis propagarunt, quod &
ego quotidie efficere contendo.Maneo etenim intra maximos regnorum meorum fines,vt Leo
ingenti ſylua circundatus & ſeptus aduerſus Mauros obſidentes:& alias nationes fidei Chri
ſtianæ inimiciſsimas,quæ nolunt audire verbum Dei,neque cohortationes meas,& ego gla-
dio accinctus eos perſequor,& paulatim extrudo diuino ſcilicet fretus auxilio, quod nũquã
mihi deeſt,quod ſecus accidit regibus Chriſtianis. Nam ſi regnorum ſuorum fines extendunt
id facilè poſſunt aſſequi,quoniam alter alteri fert opem,& auxilia ſubminiſtat, iuuantúrque
benedictione veſtræ ſanctitatis,cuius particeps ego ſum,cùm in libris meis literæ habeantur,
quas ſuperioribus temporibus Papa Eugenius cum benedictione miſit ad Regem ſemen Ia-
cob.Qua accepta,& tradita per manus benedictione,ego fruor,& magnopere lætor,cæterùm
ego in magna habeo veneratione ſanctum templum in Hieruſalem, ad quod ſæpiſsime mitto
oblationes debitas per noſtros peregrinantes.Et multo plures & pinguiores mitterem, niſi
itinera à Mauris,& infidelibus obſiderentur.Nam præter illud,quod dona noſtra & theſau-
ros nunciis eripiunt,etiam eos liberè pertranſire non permittunt.Quòd ſi paterent itinera,in
familiaritatem,& commercium Romanæ Eccleſiæ deuenirem,vti fit à cæteris Chriſtianis re
gibus,quibus in religione Chriſtiana non ſum inferior,& ita vt illi credunt,vnam fidem re-
ctam & eccleſiam confiteor,credóque ſinceriſsimè in ſanctam Trinitatem & in vnum Deũ,
& in virginitatem dominæ noſtræ virginis Mariæ, & articulos fidei teneo & obſeruo vti
ab Apoſtolis conſcripti fuerũt.Nunc Deus optimus manu potentiſsimi, & Chriſtianiſsimi
Regis Emanuelis iter patefecit,vt per legatos conueniremus, & in fide coniuncti Chriſtiani
cum Chriſtianis Deo inſeruiremus.Sed dum in aula mea eius oratores eſſent,allatum eſt eum
vitam cum morte commutaſſe,filiúmque eius,fratrem meum Ioannem paterni regni ſceptrũ
accepiſſe. Vnde ſicuti ex patris morte ſummum ſenſeram dolorem, ita ex filij fœlici in re-
gnum aſſumptione,mirificè ſum lætatus,adeo vt ſperem nos communibus copiis & viris per
regiones Maurorum peſsimorum terra marique ita aperturos,atque eos magno terrore illato
ſedibus & regnis eſſe depulſuros,vt commodo pacatóque itinere Chriſtiani Hieroſolymita-
num templum petere,& liberè commeare poſsint.Atque ego in primis ſicuti, vehementer ex-
opto diuini amoris particeps eſſe poſsim in templo apoſtolorum Petri, & Pauli,cupio autem
ingenti deſiderio conſequi ſacroſanctam benedictionem à Vicario domini noſtri Ieſu Chriſti.
Nam proculdubio ſanctitas veſtra Dei eſt Vicarius, & cùm à peregrinis,qui ex regionibus
noſtris ad Hieruſalem,atque inde Romam non ſine miraculo eunt,& redeunt,multa de ſan-
ctitate veſtra ab his audio, quæ mihi incredibilem afferunt voluptatem & gaudium. Sed
multò maiorem omninò caperem lætitiam, ſi mei oratores breuiore itineris compendio vti
poſſent,& noua referrent.Sicuti antequam moriar aliquando allaturos ſpero,non ſine gratia
Dei omnipotentis.Qui vos in ſanitate,& ſanctitate conſeruet.Amen. Exoſculor autem pedes
ſanctos & ſupplex oro,vt benedictionem ad me mittat. In nomine Dei Patris omnipotentis
creatoris cœli & terræ,viſibilium & inuiſibilium.In nomine Dei filij Ieſu Chriſti, qui eſt
idem cum ipſo à principio mundi,& eſt lumen de lumine,& Deus verus de Deo vero.In no
mine Dei ſpiritus ſancti Dei viui qui proceſsit ex Deo patre.Has literas is ego Rex mitto,cu-
ius nomen leones venerantur,& Dei gratia vocor Atani Tinghil,id eſt,Thus virginis,fi-
lius Regis Dauid,filius Salomonis,filius Regis per manum Mariæ, filius Nahu per carnem,
filius ſanctorum Petri & Pauli per gratiam.Pax ſit tibi iuſtè domine pater ſancte, potens,
pure,ſacrate,qui es caput pontificum omnium,& neminem metuis,cùm nemo poſsit tibi ma-
ledicere.

ledicere.Qui es vigilantiſsimus ſupra animas,curator & amicus peregrinantium,conſecrator
magiſter & prædicator fidei, & earum rerum hoſtis quæ conſcientiam offendunt, amator
optimorum morum,vir ſanctus quem omnes laudant,& benedicunt. O fœlix ſancte pater,
ego tibi reuerenter obedio,quum ſis pax omnium, & cuncta bona merearis, & ita æquum
vt omnes tibi obedientiam præſtent,ſicuti ſancti Apoſtoli præcipiunt apud Deum,hoc verè ve
ſtrum eſt, ita etiam præcipiunt vt venerentur Epiſcopos,Archiepiſcopos & Prælatos. Simili-
ter,vt loco patris amemus,& loco Regis vereamur,& tibi vti Deo fidem habeamus.Propter-
ea dico ego humiliter ad terram genibus flexis tibi pater ſancte,ſincero admodum corde,quod
tu pater meus es,& ego filius tuus.O pater ſancte potentiſsime,cur neminem vnquam ad nos
miſiſti,vt certius de vita ſalutéque mea cognoſceres?Quum tu ſis paſtor,& ego ouis tua.Bo-
nus etenim paſtor ſui gregis nunquam obliuiſcetur,nec tibi à regionibus veſtris nimium ſe-
motus debeo exiſtimari,vt nuncij ad me nequeant peruenire, cùm ex remotiſsimis terrarum
regnis Portugalliæ Rex Emanuel filius tuus oratores ad nos commodiſsimè miſerit,& ſi Deus
eum ad ſe in cœlum euocare diſtuliſſet,ea quæ tum agitabamus proculdubio fœlicem exitum
habuiſſent,nunc verò maximè opto proſpera & ſalutaria de ſanctitate veſtra per certos nun
cios audire,neque enim vnquam verbum à ſanctitate veſtra recepi, quum aliqua tantùm à
noſtris,qui ex voto peregrinantur audierim, ſed hi cùm neque meo nomine proficiſcantur,
neque quidquam literarum à vobis afferunt,in certa fide nobis percunctantibus dicunt ſe ab
Hieroſolyma,deinde ſolutis votis ad viſitanda Apoſtolorum limina Romam perueniſſe, cùm
intelligant ea loca facilè peti,quod à Chriſtianis teneantur,& certè ſummam capio ex eo-
rum ſermonibus voluptatem, quoniam dulciſsima cogitatione ſancti vultus tui imaginem
intueor,quæ mihi angeli formæ ſimillima videtur,& illam ſicuti angelicam me diligere ve-
nerarique fateor,ſed profectò mihi eſſet gratius atque iucundius verba tua,tuáſque literas
deuotiſsimè contemplari. Atque ita nunc te oro vt nuncium tuum cum benedictione ad me
mittere velis ad exhilarandum cor meum.Nam cùm in religione & fide conſentiamus, id
mihi ante omnia videtur expetendum,ſupplicitérque item oro,vt amicitiam meam ad inſtar
annuli quem induis in digitum,& torquis aurei quem humeris imponis, in intimum cor re-
ponere velis,vt mei memoria nunquam ex animo veſtra deleatur.Gratis etenim verbis & li
teris amicitia maximè creſcit,quum eam ſancta pax complectitur,è qua omnis humana læti-
tia facilè prouenit.Quemadmodum enim is qui vehementer ſitit, frigidam maximè aquam
deſiderat,vt in ſacris ſcripturis habetur,ita animus meus ex nunciis,& literis,quæ ex remo-
tiſsimis terris deferuntur,incredibile gaudium concipere ſolet,neque tantummodo de ſancti-
tate veſtra,ſi aliqua audiero,verum ſi certa de ſingulis terræ Chriſtianæ Regibus referen-
tur,mirum in modum lætabor,ſicuti his accidit qui præliando opima ſpolia reperiunt & le-
gunt.Hęc enim facillimè fieri poteſt,poſtquam Rex Portugalliæ totum id iter aperuit,qui ad
nos iampridem legatos ſuos miſit,cum ſtrenuiſsimis equitibus,dum pater meus Rex Emanuel
adhuc eſſet in humanis, neque tum aut demum à quoquam alio Rege Chriſtiano, vel ipſo
pontifice aut nuncium,aut omninò literas recepimus.Quamquam in noſtris Archiuiis proaui
noſtri earum literarum memoria conſeruetur,quas Papa Romanus,nomine Eugenius ad has
terras miſit,quum regnaret ſemen Iacob Rex regum in vniuerſa AEthiopia Rex metuen-
dus.Præſcriptio autem literarum hæc erat,Eugenius Romanus pontifex filio dilecto noſtro
regi ex ſemine Iacob regi regum in vniuerſa AEthiopia maximè metuendo,&c. In ſumma
autem literarum ſignificabat filium ſuum Ioannem Palæologum,qui biennio ante eſſet mor-
tuus regem regum Romæorum ad ſacroſanctam ſynodum celebrandam euocatum fuiſſe, &
cum eo Ioſephum Patriarcham Conſtantinopolitanum veniſſe cum magno numero Archie-
piſcoporum & Epiſcoporum & omnis generis Prælatorum,in quibus etiam fuiſſent procura-
tores Patriarcharum Antiocheni,Alexandrini,& Hieroſolymitani. Qui omnes ſecum ſanctæ
fidei & religionis amore firmiter ſe coniunxiſſent, conſtitutáque vnitate eccleſiæ ſublatas
fuiſſe antiquì temporis difficultates non ſine diuino auxilio,quæ erroneæ & religioni contra-
riæ videbantur,quibus rebus ritè ſancitis & conſtitutis ipſe Papa omnibus ſingularem læti-
tiam peperiſſet.Hunc autem librum Papæ Eugenij ad vos mittimus,quem incorruptum ſer-
uauimus,totum etiam Pontificiæ benedictionis ordinem & poteſtatem miſiſſemus, niſi ha-
rum rerum nimis magnum volumen eſſe videretur,quum magnitudine librum Pauli ad gen
tes omninò ſuperet.Legati verò qui hæc à pontifice ad nos detulerunt,fuere Theodorus, Pe-
trus,Dydimus,& Georgius ſerui Ieſu Chriſti.Tu verò Sanctiſsimè pater rectè feceris, ſi e-
uolui veſtros libros iuſſeris,vbi harum rerum,de quibus ſcribimus,vti facilè arbitror aliqua

memoria reperiatur. Itaque ſancte pater ſi aliqua ad nos perſcribes, firmiter exiſtimato cuncta in noſtros libros diligentiſſimè fore conſcripta, vt poſteris noſtris earum rerum ſempiterna memoria relinquatur. Et certè is mihi beatus eſſe videtur, cuius memoria cuſtodita literis in vrbe ſancta Roma, & in ſede ſanctorum Petri & Pauli conſeruatur. Hi enim ſunt domini regni cœlorum, & totius mundi iudices: & quoniam ita credo, propterea has mitto literas, vt mihi gratia paretur apud ſanctitatem veſtram, & veſtrum ſanctiſſimum ſenatum, vt inde ſancta benedictio mihi proueniat, & bonorum omnium incrementum. Obnixè etiam precor ſanctitatem veſtram, vt mihi mittere velit aliquas ſanctorum imagines, & præcipuè beatæ Mariæ virginis, vt ſepiſſimè ſit in ore atque memoria mea nomen veſtræ ſanctitatis, & continuam ex muneribus veſtris capiam voluptatem. Idcirco etiam vehementer poſtulo, vt mihi artifices mittatis qui imagines fabricent, atque item enſes & arma bellica omnis generis, itémque cælatores auri atque argenti, & fabros lignarios præcipuè architectos, qui domos ex lapide conſtruant, & tegulas ex plumbo cupróque ducere ſciant, quibus domorum tecta protegantur. Ad hoc etiam nobis admodum chari erunt, qui vitrum conflare, organáque muſica ſcitè facere & doctè pulſare ſciant. Itémque fiſtulatores & tibicines. Hos verò artifices ex domo veſtra præcipuè mihi mitti vellem, vel ſi horum domi veſtræ exigua erit copia, ab aliis regibus filiis veſtris eos ſanctitas veſtra poterit impetrare, quoniam veſtris imperiis & nutibus facilè obediunt. Hi cùm ad me peruenerint, pro meritis ſummo in honore habebuntur, ex liberalitate mea mercedem amplam accipient, & ſi domum aliquis redire concupiſcet, præmiis abundè ornatus abibit vti placuerit, quando nec inuitum quemquam ſim retenturus, cùm fructum aliquem ex eius induſtria percepero. Nunc ad alia tranſeundum eſt, & iam à te poſtulo ſanctiſſimè pater, cur non hortaris reges Chriſtianos filios tuos, vt arma deponant, & vti fratres decet inter ſe concordes eſſe velint? poſtquam ipſi oues tuæ ſunt & tu ipſe earum? optimè quidem tua ſanctitas nouit, quid euangelium præcipiat, quod dicit: Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Nam ſi Reges animis & fœdere certo conſentient, facillimè Mahumetanos omnes delebunt, & pſeudoprophetæ ſepulchrum, quod in vrbe Mecha eſt, fœlici irruptione diſturbabunt & diruent. Ob hanc rem da operam pater ſancte vt inter eos bona pax fiat, & certum fœdus amicitiæ percutiatur: hortaréque eos, vt mihi adeſſe atque opem ferre velint, cum in regnorum meorum finibus à Mahumetanis Mauris peſſimis hominibus ſim ex omni latere circundatus. Ipſi autem Mauri Mahumetani inter ſe mutuis auxiliis vtuntur: regéſque cum regibus, & reguli cum regulis aduerſus nos ſincerè & conſtantiſſimè conueniunt. Mihi Maurus quidam admodum eſt vicinus, cui finitimi alij Mauri arma, equos, atque inſtrumenta bellica ſuppeditant. Hi ſunt reges Indiæ, Perſidis, Arabiæ, atque AEgypti. Quibus de rebus ſingularem animo indies capio moleſtiam, cum hoſtes Chriſtianæ religionis fraterna charitate inter ſe coniunctos pace frui conſpiciam, Reges verò Chriſtianos fratres meos nihil omninò iſtis iniuriis commoueri, neque vllam opem mihi afferre, vti certè deceret Chriſtianos, poſtquam fœdiſſimi filij Mahumetis inter ſe mutuis opibus adiuuantur. Neque ego is ſum qui ad id militares copias poſtulem. cum milites mihi ſuperſint orationes & ſupplicationes tantùm peto, locúmque gratiæ apud ſanctitatem veſtram & reges fratres meos exopto: quærenda enim mihi eſt hæc vobiſcum amicitia, vt copioſè his rebus quas ſuprà poſtulaui, ad terrorem Maurorum ſim inſtructus, & Chriſtiani nominis vicini mei intelligant reges fratres meos ſingulari ſtudio mihi fauere, atque opem ferre. quod certè ad commune decus pertinet. poſtquam in vna religionis & fidei veritate conſentimus, & in eo conſilio ſumus permanſuri. Quod firmum ac abſolutum erit cum eo quod vtilius eueniet. Deus itaque deſideria veſtra impleat ſuper laudibus Ieſu Chriſti, & Dei patris noſtri, quem omnes laudant per omnia ſecula. & tu domine pater ſancte complectere me cum omnibus ſanctis Ieſu Chriſti, qui ſunt Romæ, & pariter in hos amplexus recipiantur omnes incolæ regnorum meorum, & qui AEtiopiam inhabitant, & reddatur gratia Domino Ieſu Chriſto cum ſpiritu veſtro. Has verò literas ſanctitas tua accipiet de manu fratris mei Ioannis Regis filij potentiſſimi Emanuelis per oratorem noſtrum Franciſcum Aluarez.

Hæc Epiſtola apud plures authores celebris eſt, ſed Pontificiæ ſedi celebrior, ipſique Clementi ſeptimo omnium celeberrima, qui tanti regis obedientiam plauſibili vultu excepit. Erat enim Pontifex ſtudioſiſſimus Apoſtolicæ ſedis honoris, & pio zelo in eius dignitate æſtuabat. Fuit hac in re Leone diſſimillimus, quod minus liberalitatem coleret. Dedit tamen omnia (inquit) Iouius vel ſemper nolens quæ ſuis parum benigna facie denegauit. Nunquam infimorum etiam hominum vel preces vel ſpes ipſas iratus aut faſtidiens abrupit.

PAVLVS

PAVLVS TERTIVS.

Alexander Farneſiorum antiqua & nobili Romæ familia oriundus Petri Aloyſij filius Leone X. ex Diacono S. Euſthachij Epiſcopus Tuſculanus à Clemente ſeptimo Oſtienſis, Senatúſque princeps inſtitutus, Septuagenarius Comitiis Vaticanis Patrum ſuffragiis electus & Non. Nouemb. An. M. D. XXXIIII. Summus Pontifex coronatus eſt. Carolum V. Imperatorem & Franciſcum regem Galliæ principes Potentiſſimos ad Pacem adhortatus eſt. Regem Henricũ Schiſmatis Anglicani fautorem & hæreſum acerrimum defenſorem anathemate damnauit. Concilium Generale indixit. Fœdus cum Imperatore & Venetis aduerſus Turcas percuſſit. Societatem nominis Ieſu confirmauit.

I.

Hæreticos & infideles in Regno Portugalliæ & Algarbiorum degentes, ad fidem reuocat, & redeuntes abſoluit, condemnationes remittit, & priuilegiis & exemptionibus quibus alij Chriſtifideles vtuntur, eos gaudere poſſe decernit.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

ILLIVS vices in terris gerentes, qui non vult mortem tranſgreſſorum, ſed potius conuerſionem: tranſgreſſoribus huiuſmodi ianuam pietatis, & miſericordiæ libenter aperimus. Dudum ſiquidem, poſtquam per fœlicis recordationis Clementem Papam Septimum prædeceſſorem noſtrũ, accepto quod in pleríſque partibus Regni Portugalliç, & dominiis chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis illuſtris, nonnulli ex Hebraica perfidia ad Chriſti fidem conuerſi, Chriſtiani noui nuncupati, ad ritum Iudęorum, à quo diſceſſerant, redire, & alij qui Hebraicam ſectam, nunquam profeſſi erant, ſed Chriſtianis parentibus procreati, ritum eundem obſeruare, & alij Lutheranam, & alias deprauatas hęreſes, & errores ſequi, ac ſortilegia hęreſim manifeſtè ſapientia inſtigante humani generis inimico committere non verebantur, in grauiſſimam Dei offenſam, & orthodoxę fidei ſcandalum, dictus prędeceſſor dilectum filium Didacum de Sylua fratrum minimorum Sancti Franciſci de Paula profeſſorem, in ſuum & Apoſtolicę ſedis Commiſſarium, ac ſuper pręmiſſis inquiſitorem in Regno, & dominiis prędictis, cum plena facultate contra de huiuſmodi criminibus reos, aut ſuſpectos inquirendi, eóſque carcerandi, puniendi, & corrigendi, per quaſdam conſtituerat, & deputauerat. Et deinde ex certis rationabilibus cauſis prędictas, & quaſcunque alias literas ſuas: ac ſuper illas eatenus eidem Didaco, & quibuſuis aliis etiam locorum ordinariis ſuper pręmiſſis conceſſas facultates, & commiſſiones per alias ad ſuum beneplacitum ſuſpẽderat, ac venerabili Fratri Marco Epiſcopo Senogallien. noſtro tunc ſuo, & dictę ſedis apud dictum Regem Nuntio inter alia mandatis dederat: Vt Didaco, & ordinis prędictis, ac aliis exiſtentibus poſteriores literas prędictas intimaret, & ſuſpenſionem huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari faceret. Ac poſtmodum per eundem prędeceſſorem, etiam accepto: quod nonnulli ex ſuſpectis de criminibus prędictis à quadraginta annis, vel circa ex Iudaiſmo, & Mahometica, & aliis ſectis quibus tunc obcęcati erant, ad fidem Chriſti, & illius ſacrum baptiſma ſuſcipiendum coacti fuerant, alij verò licet ſponte ſua conuerſi, ſeu de parentibus Chriſtianis procreati fuiſſent, tamen ob prædictorum indiſcreta commercia, vel alia diabolica inſtigatione perſuaſi, etiam in prædictas, & alias diuerſas hæreſes, & errores eodem inſtigante inimico lapſi fuerant, aliáque quam plurima crimina commiſerant, & in dies committebant, idem prædeceſſor, Motu pro-

Temporibus Ioannis ſereniſſimi regis Portugalliæ quidã ex hæbraica perfidia ad Chriſti fidem conuerſi in vanas ſuperſtitionis & falſi cultus hæreſes prolapſi ſunt in quos conſtitutio decernitur.

Aduerſus nouas hæreſes; horum pſeudochriſtianorumq́ deputatur Frater Didacus commiſſarius & Inquiſitor.

prio,

prio,& ex certa ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,per alias ſuas ſub plumbo literas omnes,& ſingulos vtriuſque ſexus, tam nouiter conuerſos, quàm alios quoſcunque de præmiſſis culpabiles,aut ſuſpectos ex dictis regnis, & dominiis oriundos,ac in eis degentes forenſes,& alienigenas vndecunque veniſſent, qui tempore publicationis ipſarum poſteriorum literarum per eundem Marcum Epiſcopum,& nuntium, vel ab eo deputandos in ſingulis ciuitatibus, & diœceſis regnorum,& dominiorum huiuſmodi faciendæ in illis domicilium, vel habitationem habuiſſent,ac etiam illorum filios, nepotes, & deſcendentes, tam tunc præſentes,quàm abſentes,ſeu qui ab eiſdem regnis,& dominiis alias receſſiſſent,etiam ſi exules,& banniti forent,qui eidem Marco Epiſcopo,& Nuntio, vel alicui alteri ex ſacerdotibus, & confeſſoribus per ipſum Marcum Epiſcopum, & Nuntium, ad id deputandis,præſentes videlicet in regnis: & dominiis prædictis infrà tres à die eiuſdem publicationis,abſentes vero ab eis infrà quatuor,ſeu plures aut pauciores qui arbitrio dicti Marci Epiſcopi, Nuntij, viderentur eſſe neceſſarij à die eatundem poſteriorum literarum per eos habendæ notitiæ computandos menſes, prædicta,& alia quæcunque,quotcunque,& qualiacunque ſua crimina,exceſſus, delicta,& peccata, confeſſi forent,ac quorum nomina, & cognomina in aliquo libro vel memoriali per eoſdem confeſſores deſcripta forent,etiam ſi illi Eccleſiaſtici ſæculares, aut quorumuis ordinum regulares militiarum milites, ac in quibuſuis gradibus,dignitatibus,& ordinibus conſtituti,& tam illi quam alij laici, & vtriuſque ſexus perſonæ cuiuſuis ſtatus,& ordinis exiſterent, etiam ſi illi eatenus, & in futurum dictis menſibus durantibus in regnis,& dominiis prædictis, vel extrà illa tanquam hæretici ſententialiter condemnati,& vt tales ipſi, & illorum bona publica aut pro talibus accuſati,inquiſiti,publicè vel occultè diffamati,& vt tales reconciliati, & contra eos ſententiæ deſuper latæ, & exequutæ, vel illi propterea carcerati extitiſſent ab omnibus,& ſingulis per eos eatenus perpetratis, etiam hæreſes,& ab eadem fide apoſtaſias,blaſphemias, & alios quoſcunque, etiam maximos errores ſapientibus,etiam quantumcunque grauibus, & qualificatis peccatis, criminibus,exceſſibus, & delictis,etiam ſub generali expreſſione de iure vel alias non venientibus,& ſpecialem notam requirentibus, necnō excommunicationum, ſuſpenſionum,interdictorum,& aliis Eccleſiaſticis,& temporalibus, corporalibus etiam capitalibus ſententiis,cenſuris,& pœnis à iure vel ab homine, etiam à præfatis,& qui pro tempore forent,Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis huiuſmodi præmiſſorum,& alia occaſione vel cauſa latis,& promulgatis, etiam ſi in illis ab eiſdem quadraginta,& vlterioribus annis inſorduiſſent, ac illorum abſolutio eidem prædeceſſori,& pro tempore exiſtenti Romano Pontifici,& eidem ſedi,etiam iuxtà illarum quæ in die Cœnæ Domini legi conſueuerant,& aliarum literarum, & proceſſum Apoſtolicorum tenorem, & alias quomodolibet reſeruata exiſteret, quorum omnium qualitates,quantitates,& circunſtantias,etiam haberi voluit pro expreſſis,à prauitatis videlicet hæreticæ huiuſmodi in vtroque foro ciuili, criminali,& contentioſo conſcientiæ;& animæ penitus,& plenariè, à reliquis vero criminibus prauitatem huiuſmodi non ſapientibus in foro conſcientiæ duntaxat, ex tunc prout ex ea die,& è contra præuia, quoad forum conſcientiæ, cordis contritione,& oris confeſſione, auctoritate Apoſtolica abſoluit, ac eoſdem carceratos, vel alios detentos & exules etiam à carceribus,exiliis,& bannis,quibus occaſione criminum hæreſis,& apoſtaſiæ,ac blaſphemiæ huiuſmodi detenti exiſtebant, relaxauit,& liberauit,ac relaxari,& liberari mandauit.

Clement ſeptimus abſoluit & à pœnis ſoluit conuertentes ſe ad fidem infra terminum eis præfixū & hoc vt non clementia ſic & iuris ratione comitatur nam qui veniunt infra tempus gratiæ,licet cùm fuerint moniti non tamen ſunt coacti ſi à nemine ſunt præuēti ad quod bene facit. ff. ad Tertul. l. 1. §. remater. cum ſeq. Fertur etiam quod poſt tempus gratiæ admittendi ſunt re integra vt pote qui aliquis non fuit perſonaliter requiſitus nec etiam cōtra eum probationes ſint receptæ qui tamen poſt hæc tempora venerit indignus eſt profectò quo reiiciatur,& veniam conſequatur hic,licet errorem detegat. l. 1. C. de his qui latro. occul.

Et tam illis quam aliis alia occaſione vel cauſa detentis,vel exulibus, donec ab eis à quibus detinebantur relaxarentur, & ab eis ad quos id ſpectaret, ſaluus conductus, & aliæ neceſſariæ ſecuritates eis concederentur, dicti menſes currere non inciperent,dummodo ipſi à die notitiæ poſteriorum literarum, in aliquam hæreſim cecidiſſe, vel in veteri errore perſtitiſſe non conuincerentur, conceſſit. Necnon cum eis,tam præſentibus,quàm abſentibus,ac etiam cum clericis, & aliis ſæcularibus,& quorumuis ordinum regularibus,Eccleſiaſticis perſonis,etiam quæcunque,quotcunque,& aliacunque beneficia Eccleſiaſtica ſæcularia,& quorumuis ordinum regularia, etiam ſi ſæcularia canonicatus, præbendas,dignitates, etiam maiores

maiores poſt Pontificales,& principales,ac conuentuales,perſonatus, adminiſtrationes,& officia etiam curata,& electiua in cathedralibus, etiam Metropolitanis, & collegiatis,Eccleſiis, regularia verò beneficia huiuſmodi monaſteria etiam dignitates Conuentuales,præceptoriæ etiam curatæ,& electiuæ,& alias cuiuſcunque qualitatis eſſent obtinentibus,etiam ſi Archiepiſcopali,Epiſcopali,Abbatiali, Magiſtrali,& alia quacunque dignitate præfulgerent,ſuper irregularitate per eos præmiſſorum hæreſis,& apoſtaſiæ, & blaſphemiæ criminum occaſione, vel cauſa: ac etiam quia ſic ligati miſſas,et alia diuina officia forſan, nō tamen in contemptum clauium celebraſſent,aut alias illis ſe immiſcuiſſent contracta, et cum iis qui promoti non erant,vt ad omnes etiam ſacros, et preſbyteratus ordines promoueri, et in illis,tam illi,quam qui tunc, etiam poſt dicta crimina perpetrata, & abſolutionem huiuſmodi promoti erant, etiam in altaris miniſterio miniſtrare ac beneficia Eccleſiaſtica,etiam vt præmittitur,& alias qualitercunque qualificata, eis canonicè conferenda recipere,illáque,& alia per eos tunc obtenta retinere,ac etiam tam ipſi Eccleſiaſtici,& regulares, ac milites, quam laici, ac mulieres,eorúmque filij, nepotes,& deſcendentes, ad gradus,honores,ordines,officia,& alia aſſumi, illáque ſuſcipere, & exercere, ac illis, & aliis ſimilibus, & diſſimilibus iam ſuſceptis vti; necnon veſtes ſericeas,& panni cuiuſcunque,etiam rubei coloris,ac aurum,argentum,gemmas,et alia iocalia,necnon enſem,et arma eorum ſtatui condecentia deferre,ſuper equos,et mulas equitare,ac aliis omnibus,et ſingulis priuilegiis exemptionibus,fauoribus,gratiis,immunitatibus,libertatibus,et conceſſionibus, quibus alij Chriſtifideles, eorúmque filij,& nepotes, ac ab eis deſcendentes vtebantur, potiebantur,et gaudebant,ac vt,potiri, et gaudere poterant quomodolibet in futurum,vti,potiri,et gaudere liberè,et licitè valerent in omnibus,et per omnia,perinde ac ſi ipſi,eorúmque aui,proaui,parentes,et alij genitores veri Chriſtiani fuiſſent,et nunquam à fide deuiaſſent,diſpenſauit,eíque pariter indulſit.

Conuerſi maturè ad fidem Eccleſiæ fœdis priſtinorū errorum maculis purgantur, illique & eorum ſucceſſores ad honores & dignitates habilitantur

Reſtituuntur priuilegiis quibus veri Chriſtiani & fidei Orthodoxæ cultores gaudent.

Necnon omnem inhabilitatis et infamiæ maculam ſiue notam circa eos præmiſſorum occaſione,tam ex propriis,quam illorum parentum,conſanguineorum,et affinium culpis,et ſententiis,eorúmque executionibus,et alias quomodolibet inſurgentes,ab eis penitus,et omninò aboleuit: ac confiſcationes bonorum ſi quæ eatenus factæ fuerant, quorum tamen poſſeſſio pro eodem fiſco apprehenſa non fuerat, necnon proceſſus contra eos formatos, ſententiaſque latas, ac dictis menſibus durantibus formatas, et ferendas, necnon informationes,et alia quæcunque acta,et geſta ordinaria, et extraordinaria in iudicio, et extra contra eos eatenus facta, ac ex tunc prout ex ea die,et è contra,eiſdem menſibus facienda, quorum omnium tenores,ei merita ſimiliter haberi voluit pro expreſſis, caſſauit, irritauit,aboleuit, & annullauit,ac caſſata, irrita, deleta & anullata fore decreuit, ipſáque bona ſic confiſcata, & confiſcanda eis à quibus ablata fuerant, ſi eidem fiſco incorporata non eſſent,remiſit, donauit,& reſtituit, illóſque,& illa in priſtinum, & eum in quo ante præmiſſa, & tempore baptizati fuerant, erant, ſtatum reſtituit,repoſuit,& plenariè reintegrauit.

Confiſcationes bonorum fiſco incorporatorum & proceſſus,& ſententias cōtra eos latas deleuit.

Necnon ſtatuit & ordinauit, quod omnes & ſinguli confeſſores prædicti quibuſuis eis durantibus menſibus ſupradictis, confeſſis etiam de dictis criminibus, non culpabilibus neque ſuſpectis in dicto libro deſcribendis, ſi id petiiſſent, pro illlorum ſuper præmiſſis tutiori cautela aliquam cedulam, vel ſcripturam authenticam manu propria ſubſcriptam, vel ipſius Nuntij ſigillo munitam,in teſtimonium præmiſſorum gratis, & abſque alia exactione concedere poſſent, & deberent,quæ perpetuis futuris temporibus per eos exhibita vel oſtenſa illam habentes,vel etiam abſque illa in dicto libro deſcripti, & annotati, tuti & ſecuri permanerent,& de prædictis criminibus hæreſim apoſtaſiam, & blaſphemiam ſapientibus, per ipſos culpabiles, vel ſuſpectos perpetratis vſque ad diem Datæ eiuſdem cedulæ,vel teſtimonij,ſeu in eodem libro annotationis,& deſcriptionis nullatenus inquiri poſſent,ac quod præmiſſorum occaſione ipſis deſcribendis, vel ſuas cedulas prædictas habituris,& illorum filiis,& deſcendentibus in nullo præiudicari, nec præiudicium afferri, nec reconciliati recenſeri, etiam ex eo quod dictorum delictorum, ſeu aliquorum ex eis veniam petiiſſent, vel ab eis abſoluti fuiſſent, nec etiam

Habentes fidem à confeſſoribus vel in eorum libris annotatos vt hic ſecuros eſſe declarauit.

etiam ſi forſan in aliquem prędictorum errorem in poſterum reïncidiſſent, vel alias quomodolibet deprehenſi extitiſſent, relapſi viderentur, neque aliquod indicium etiam minimum contra eos oriri, allegari, vel deduci poſſe in iudicio, vel extra, indulgentia, remiſſio, & alia in damnum, iniuriam, vel aliud incommodum illorum retorqueri nequirent. Quodque ſi aliqui iam eſſent condemnati de criminibus hęreſis huiuſmodi, vel eorum crimina iam eſſent in iudicio omnibus notoriè probata, ipſi ſecundum Eccleſiaſtica ſtatuta errores ſuos abiurare, illiſque publicè renuntiare deberent. Quibus abiuratis, & renuntiatis idem Nuntius eius arbitrio pœnitentias eius iniungendas, vel iniunctas, non tamen in alias publicas ſed ſecretas pœnitentias commutare: ac reconciliatis quibus aliqua publica pœnitentia per quoſcunque iudices, & inquiſitores fuiſſet iniuncta, etiam illam veluti ipſi inquiſitores etiam commutare potuiſſent, vel conſueuiſſent in alia pietatis opera commutare, & cum illis diſpenſare valeret: Ac quod ſi ex ſupradictis condemnatis, vel inquiſitis accuſatis, aut reconciliatis, ſeu relapſis fuiſſent aliqui qui ſe contra iuſtitiam grauatos eſſe aſſererent, ac propterea cuperent, vt iterum eorum cauſę audirentur, liceret eis ad dictum Nuntium recurrere, & perſonaliter coram eo comparere. & ſe ipſos in eo ſtatu in quo tunc eſſe reperirentur, de integro defendere, ſic tamen quod ſi iterum in defenſione ſua ipſos ſuccumbere contingeret tunc tanquam ob cauſam delictorum huiuſmodi relapſi legitima pœna punirentur, cæteri vero ſecretam pœnitentiam ſuſciperent, quæ loco legitimæ, & canonicæ pœnæ quam pati debuiſſent ipſius Nuntij arbitrio ipſis imponeretur. Et nihilominus ij qui relapſi nõ eſſent, dictis literis, & illarum effectu gauderent, ac quod dicti condemnati, aut inquiſiti accuſati vel recõciliati ſi iterum in hæreſis crimen relabi eos contingeret, pro relapſis puniri poſſent, habita tamen diligenti deliberatione, quod ſi ex ipſis aliqui eſſent, qui ſe violenter ad fidei ſacramentum ſuſcipiendum pertractos eſſe docerent, illis non ita imputentur culpæ, vt in poſterum relapſorum pœna tenerentur.

Hereſum & errorum abiuratio fieri debet ab his qui duce pœnitẽtia matri Eccleſiæ reddi cupiunt.

Relapſi legitimis plectuntur pœnis.

QVÓDQVE ij qui publicè de crimine hæreſis diffamati non tamen conuicti, ſeu accuſati eſſent, quorum perfidia ex publica voce, & fama ad aures ipſius Nuntij perueniret, proprio iuramento, & duobus vel tribus teſtibus compurgatoribus fidedignis per eundem diffamatum eligendis ſeipſos ſecretè, & extraiudicialiter coram eorum Nuntio, ſeu deputato aliquo in præſentia duorum teſtium, vel proprij ſacerdotis loco eorum abiurare poſſent; Qui omnes accuſati, inquiſiti, condemnati, reconciliati, & publicè diffamati modo, & forma præmiſſis, cæteri vero præmiſſa tantum confeſſione, & abſque aliqua publica pœnitentia eis iniungenda, plenariam, & totalem veniam, & alia ſupradicta conſequi, & obtinere, ipſéque Nuntius omnia, & ſingula ſupradicta, & quæcunque alia quæ alij Inquiſitores, Commiſſarij quicunque per quaſcunque prædicti prædeceſſoris, & dictæ ſedis literas, ac etiam de iure, vel conſuetudine facere, gerere, & exercere poſſent, facere, gerere, & exercere liberè; & licitè valeant: Ac quod ſi aliqui ex prædictis omnibus, tam nouiter conuerſis, quam aliis prę ſentibus, & abſentibus reperirentur, qui gratiam modis præmiſſis durantibus dictis menſibus ſuſcipere nollent, lapſis eiſdẽ menſibus, gratiis per dictas poſteriores literas conceſſis, nullo modo gaudere poſſent. Qui tamen ad ſui excuſationem aliquid afferre vellent benignè & ſecundùm Chriſtianam manſuetudinem audirentur, & eorum iura, & defenſiones ad eundem prædeceſſorem per dictum Nuntium ſub ſuo ſigillo clauſa mitterentur.

Diffamati publicè de crimine hæreſis.

QVÓDQVE contra nouiter conuerſos, ac filios, & deſcendentes eorum, confeſſos, vel non confeſſos, quorum tamen excuſationes, per Nuntium, aut deputatos præfatos, ſiue eorum aliquem receptæ, & ad dictum prædeceſſorem tranſmiſſæ eſſent, in negotio inquiſitionis ordinariæ, vel extraordinariæ ſuper criminibus prædictis iuxtà formam literarum prædictarum vſque ad annum à die ipſarum publicationis, etiam ſuperſederetur, quia interim dictus prædeceſſor, tam ſuper eodem negotio quam etiam circa illorum futuram vitam opportunè prouidere intendebat: Diſtrictius inhibens omnibus, & ſingulis etiam iudicibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus, ac prælatis inquiſitoribus ordinariis, ſeu delegatis quacunque auctoritate, poteſtate, & dignitate, etiam Pontificali, Archiepiſcopali, Principali, & Patriarchali,

De nouiter conuerſis ac eorum filiis & ſucceſſoribus.

Patriarchali, ac ſtatu, gradu, conditione, & præeminentia, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, ac tali qualitate de qua expreſſa mentio fieri deberet pollentibus, à præfato prædeceſſore, ſeu ſede prædicta, etiam ad inſtantiam eiuſdem Regis deputatis, ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiis, ac beneficiorum, & officiorum per eos obtentorum priuationis pœnis, ne aliquos de præmiſſis hæreſis, apoſtata, aut blaſphemia culpabiles, aut ſuſpectos, qui gratiis prædictis iuxtà poſteriorum ſub plumbo literarum tenorem gaudere deberent, ſi quos ſub aliqua cuſtodia, vel carceribus tenerent, aut in exilium miſiſſent, amplius detinerent, aut contra eos ad vlteriora procederent, immo captos relaxarent; & exules ad patriam ſecurè redire permitterent, & in eorum ſtatu in quo erant ante occaſiones, condemnationes, carcerationes, exilia, & bannimenta huiuſmodi exiſtebant, reponerent, accuſatoribus verò, denuntiatoribus teſtibus inquiſitoribus iudicibus, promotoribus, & aliis quibuſuis ſub ſimilibus cenſuris, & pœnis, ne contra ſupradictos, etiam nonculpabiles nec ſuſpectos præmiſſorum occaſione ſe intromittere, neque aliquos ad teſtificandum, vel accuſandum, ſeu denunciandum inducere, vel aliàs illos ſuper præmiſſis, vel illorum occaſione moleſtare quoquo modo præſumerent: Ac decernens omnes, & ſingulos in præmiſſis inobedientes, vel contrauenturos eaſdem ſententias, cenſuras, & pœnas eo ipſo incurrere, & beneficia per eos tunc obtenta eo ipſo vacare, & ab ipſo prædeceſſore, ac quibuſuis illorum ordinariis collatoribus impetrari, & conferri poſſe, ipſáſque impetrationes, & collationes, ac alias diſpoſitiones, alias legitimè factas valere, plenámque roboris firmitatem obtinere, ac eaſdem poſteriores literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis defectu notari, vel impugnari non poſſe, nec ſub quibuſuis reuocationibus, modificationibus, limitationibus, & ſuſpenſionibus quarumcunque ſimilium vel diſſimilium literarum, ac etiam per eundem prædeceſſorem, & ſedem præfatam factis, & faciendis nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe; & quoties reuocatæ, vel limitatæ eſſent, toties in priſtinum & eum in quo tunc exiſtebant ſtatum reſtitutas, & reintegratas exiſtere: Necnon illarum tranſumptis manu notarij publica ſubſcriptis & ſigillo eiuſdem Nuntij munitis eandem prorſus tam in iudicio, quã extra illud fidem adhibere debere, quæ ipſis poſterioribus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Præmiſſis inobedientium pœnæ.

SÍCQVE in præmiſſis omnibus per præfatos, & quoſcunque alios inquiſitores, & iudices etiam S.R.E. Cardinales in quacunque inſtantia, ſiue in iudicio coram eis etiam nunc, & in futurum penden. iudicari, ſententia, & definiri debere ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi; ſententiandi, & definiendi facultate: Ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, etiam per ipſum prædeceſſorem, ſcienter vel ignoranter contineret attentari. mandans prælato Nuntio, vt per ſe, vel alium, ſeu alios poſteriores literas huiuſmodi, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando, ac quoties opus eſſet ſolenniter publican. ac in præmiſſis efficaciter aſſiſtens, faceret eaſdem literas poſteriores literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, et quando, ac quoties opus eſſet firmiter obſeruari, ac ſingulos quos prædictæ poſteriores literæ concernebant, illis pacificè gaudere. Nec permitteret eos deſuper per inquiſitores, et iudices præfatos, ſeu quoſcunque alios quomodolibet impediri, moleſtari, vel perturbari: ac contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, et pœnas Eccleſiaſticas, et alia opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſceret: inuocato etiam ad hoc ſi opus fuiſſet auxilio brachij ſecularis. Ioannem vero Regem præf..tum rogans, et hortans in domino, vt pro ſua in hanc ſanctam ſedem deuotione, et obſeruantia ipſi Marco Nuntio ſuis auctoritate, et fauore aſſiſtens, non permitteret ipſum Marcum Nuntium circa prĕmiſſorum exequutionem: aut illos qui ſub eiſdem poſterioribus literis comprehendebantur, quo minus iuxtà ipſarum literarum tenorem gaudere poſſent, quomodolibet turbari, aut impediri. Non obſtantibus præmiſſis, ac pię memoriæ Bonifacij Papæ VIII. et aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum ſuorum, ac aliis apoſtolicis, necnon in generalibus, ac prouincialibus, et ſynodalibus conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, et ordinationibus, etiam ab eiſdem prędeceſſoribus, etiam pluries emanatis, legibus imperialibus,

Iudiciis & ſententiis quibuſcunque aduerſus præmiſſa latis derogatur.

Clauſulæ derogatoriæ.

Expreſſæ apponuntur clauſulæ derogatoriæ.

libus, necnon etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, officij inquiſitionis, & eccleſiarum, ac regnorum, & dominiorum prædictorum, illorúmque ciuitatum, & locorum, etiam municipalibus ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, etiam in corpore iuris clauſis, ac etiam in forma breuis literis, etiam per dictos prædeceſſores, & ſedem huiuſmodi, etiam inquiſitoribus prædictis, tum ad inſtantiam eiuſdem Ioannis, & aliorum quorumcunque Regum, & Reginarum, aut etiam Motu proprio, & de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, etiam apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis conceſſis, & innouatis, etiamſi in eis caueretur expreſsè, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis inibi expreſſis modis, & formis derogari poſſet: quibus omnibus, etiam pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores: ac ſi de verbo ad verbum, ac forma in illis tradita obſeruata inſerti eſſent, pro ſufficienter expreſſis habens illis alias in ſuo robore permanſuris, ea vice duntaxat, Motu ſimili ſpecialiter, & expreſsè derogauit, contrariis quibuſcunque, ſeu ſi inquiſitoribus, & iudicibus prędictis, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim eadem eſſet ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſent per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Pontifex editis aliis literis conſtitutionem ſuã publicari prohibuit, & deinde illius non ſolum publicationem ſed & exequutionem fieri mandat.

Et deinde poſteriores literas prędictas non alia ratione, niſi vt præfato Regi qui multa ad Chriſti gloriam pertinentia ſuper huiuſmodi abſolutionis conceſſione eidem prædeceſſori per ſpecialem eius oratorem ſignificare velle præmonuerat ſatisfaceret, edi, & per dictum Marcum Epiſcopum, & Nuntium publicari per alias in forma breuis literas prohibuit.

Iubet ne noui iſti Chriſtiani pœnitentes inquiſitione vexentur vel moleſtentur.

AC poſtmodum tam dilecto filio Henrico de Meneſes eiuſdem Regis Nuntio ad ipſum prædeceſſorem ob hanc cauſam ſpecialiter deſtinato, quam venerabili Fratri Martino Archiepiſcopi Funchallen. ſuo apud eundem prædeceſſorem oratore auditis, ac omnibus, & ſingulis quæ per eos aduerſus prædictæ abſolutionis conceſſionem acta, & in ſcriptis data fuerant, maturè conſideratis, ſufficientíque ad omnia ex vrbanitate dato reſponſo, & quid ad ea per eundem Regem replicaretur, per quatuor menſes, & plus eo expectato, per alias in forma breuis literas ſtatuit, declarauit, & voluit, quòd literæ abſolutionis huiuſmodi in omnibus, & per omnia eam vim, & auctoritatem haberent, ac ſi in regno prædicto iuxta illarum tenorem publicatę fuiſſent. Addens quod ſi per eundem Regem, ac per eius miniſtros, aut populum effectum foret, vt prędicti noui chriſtiani ſecurè non poſſent ea adimplere, quæ dictus prædeceſſor in prędictis abſolutionis literis adimplenda eſſe mandauerat, vt prædictam abſolutionem conſequi valerent, ipſi nihilominus in eis, quę ad poteſtatem ipſius prędeceſſoris temporalem pertinebant, quo ad forum contentioſum abſoluti, & liberi eſſe cenſerentur, ac nullo modo ratione prędictorum delictorum extunc per viam inquiſitionis, ſeu viſitationis ordinariè, vel extraordinariè moleſtari, vel inquietari valerent.

Paulus Pontifex ex cauſis hic expreſſis mandat ſuperſedere executionem dictæ conſtitutionis Clementis 7.

Mandans eidem Marco Epiſcopo, & Nuntio quam ad id ſocialiter executorem conſtituerat, quod eius, & dictę ſedis nomine illius declarationem, & voluntatem huiuſmodi ſub eiſdem comminationibus, & cenſuris exequi faceret, quæ in prędictis venię literis ſub plumbo datis continebantur. Non obſtantibus dictis, tam ſub plumbo, quam in forma breuis emanatis literis, quibus illorum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis habens ipſe Clemens prędeceſſor derogauit, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Poſtmodum autem cum dicti Martinus Archiepiſcopus, & Henricus etiam apud nos oratores nobis expoſent, quod licet poſtea præfatus Rex reſponſiones ſuas ad cauſas prędictas miſiſſet, putarétque per eas conſtare ad abſolutionem prędictam ſub forma prefata, etiam cauſis quæ dictum prędeceſſorem ad id induxerant, non obſtantibus procedi non debuiſſe, tamen quia prefatus prędeceſſor, cui cum infirmitate grauaretur, ipſi Martinus Archiepiſcopus, & Henricus, oratores ipſius reſponſiones quę tempore dictę infirmitatis ad eorum manu peruenerant, tradere

non

non potuerant, neſciens reſponſiones prædictas relatas eſſe, ac putans ipſum Regem ex eo, forſan quod cauſæ prædictæ ad eum miſſæ ita validæ viderentur, vt congruè ad eas reſponderi non poſſet, ipſas reſponſiones tanquam non vrgentes miſſas non eſſe, præmiſſa in vltimo datis literis contenta ſtatuerat, & ordinauerat.

Doctiſſimorum hominum cõſilio adiutus Pontifex fuit in hoc negotio.

Quódque nos reſponſiones ipſas debite attendere, & conſiderare, ac maturare in hoc negotio, ex quo dictorum regnorum quies non parum pendebat prouidere vellemus, apud nos nomine ipſius Regis inſtetiſſent, nos reſponſiones prædictas per ipſos oratores nonnullis viris doctrina, integritate, grauitate, experientia decoratis examinandas tradidimus, ea intentione, vt habita illorum relatione, in hoc negotio, prout ad noſtrum ſpectabat officium, prouideremus, præfato Marco Epiſcopo, & Nuntio ne etiam vigore prędictarum, & quarumcunque aliarum literarum à præfato prædeceſſore emanatarum; ac vniuerſis, & ſingulis de hæreſi, & à fide apoſtaſia culpabilibus, ſeu ſuſpectis, ne modo aliquo literas abſolutionis publicare, aut ſi publicatę forent eis vti, inquiſitoribus autem prædictis, ne vigore literarum per ipſum prędeceſſorem ſuper eorundem deputatione; vt pręfertur conceſſarum, ordinariis vero ne facultates eis de iure, vel conſuetudine conceſſę vigore aliquem ex dictis de hęreſi, & apoſtaſia culpabilibus, & ſuſpectis occaſione criminum per eos commiſſorum modo aliquo moleſtare auderent, vel pręſumerent, donec aliud per nos deſuper ordinatum foret, per quaſdam interim inhibentes.

Relaxantur incarcerati data cautione.

VOLVMVS quoque, vt ſi qui ob crimina huiuſmodi carceribus mancipati inuenirentur, niſi relapſi forēt, data idonea cautione de ipſos carceres quoties per eos, ad quos ſpectabat deſuper requiſiti forent intrando, et ſi eorũ bona manib. fiſci deueniſſent, aut ad eius inſtantiã ſequeſtrata eſſent, abſq; alia cautione ex præfatis carceribus relaxarentur.

Pontifex ſuperſeſſoriam reuocauit & ad illius conſtitutionis executionem procedi mandauit.

Et demũ cum prędicti viri diſcuſſis, & maturè conſideratis per eos rationibus huiuſmodi, & aliis quæ conſideranda erant, literas abſolutionis per dictum prædeceſſorem, vt præfertur, cõceſſas executionis debitæ demandandas eſſe nobis retuliſſent, nos præfato Marco Epiſcopo, & Nuntio per alias noſtras, etiam in forma breuis literas dedimus in mandatis, quatenus ad executionem dictarum abſolutionis literarum iuxta illarum tenorem in omnibus, & per omnia perinde ac ſi earum literarum executionem per dictas literas non ſuſpendiſſemus & vt ſupra dictum eſt, non inhibuiſſemus procedere, prout in eiſdem literis, quarũ omnium tenores hic pro ſufficiẽter expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

CVM autem ſicut accepimus literę abſolutionis huiuſmodi, ſi illa forma quoad nonnulla in ipſis literis contenta ſeruetur, de facili abſque ſcandalo executioni demandare non poſſent, pręſertim cum pro nonnullis ſedem apoſtolicam concernentibus cauſis dictum Marcum Epiſcopum, & Nuntium qui ſuper præmiſſis executor, vt præfertur, deputatus fuit, breui ad nos vocare intendamus: Nos ex præmiſſis, & aliis cauſis animum noſtrum mouentibus literas ipſas ſuum prout conuenit, ad obuiandum animarum periculis, effectum ſortiri volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus, & decernimus, quod literæ veniæ prædictę, quę vt accepimus iam diu ordinariis regni, & dominij prædictorum, vel eorum officialibus pro maiori parte intimatę fuerunt,

Confirmatio & innouatio conſtitutionis.

quo ad abſolutionem, & omnia alia in eis contenta eam vim, & auctoritatem habeant perinde ac ſi in regno, & dominiis prædictis iuxta ipſarũ literarum formam in omnibus & per omnia publicatæ, & noui Chriſtiani ab eíſque deſcendentes, omnéſque alij ab Hebræis originem quomodolibet trahentes in præfatis literis comprehenſi de hæreſis, & aliis prædictis criminibus culpabiles, & ſuſpecti, & in regnis, & dominiis præfatis, vel extra illa tanquam hæretici inquiſiti accuſati, publicè vel occultè diffamati, etiam ſi eorum crimina in iudicio notoriè probata fuiſſent, & tanquam hæretici ſententialiter condemnati, & vt tales ipſi habiti conuicti reconciliati, & eorum bona publicata, & contra eos ſententiæ deſuper latę, & executæ, & pœnę publicè iniunctæ, vel illi propterea carcerati confeſſiones, abiurationes, renunciationes, purgationes, pœnitentias iniunctas, & iuxta dictarum literarum formam iniungendas, omniáque alia in dictis literis contenta adimpleuiſſent, & per eos realiter adimpleta, & cum effectu completa fuiſſent. Decernentes quod in foro temporali ciuili & criminali, etiam contentioſo, de omnibus & ſin-

O gulis

gulis criminibus per dictas literas venię eis, vt pręmittitur, remiſſis, etiam hactenus quomodolibet per eos, qui tempore Datę dictarum literarum ſub plumbo in regno, & dominiis prædictis morabantur, & alios ab Hæbreis deſcendentes in dictis literis venię comprehenſos perpetratis, plenarie abſoluti, & liberati ſint, & intelligantur, prout nos etiam eos Motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus plenariè abſoluimus, & liberamus. Volentes quod quo ad forum fori ad aliquam confeſſionem, abiurationem, renuntiationem, purgationem, pœnitentiam, aliorúmque in dictis literis contentorum executionem, paritionem, & diligentiam non teneantur, tam quo ad hæreſis, apoſtaſię, blaſphemię, & alia prædicta crimina, quam in foro conſcientię, duntaxat quoad ea, & omnia alia delicta, & exceſſus prauitatem huiuſmodi non ſapientia, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque fuerint, dummodo eorum errata, & exceſſus alicui per eos eligendo confeſſori ſacramentaliter corde contriti, & ore confeſſi fuerint, abſque aliqua publica pœnitentia eis iniungenda, in omnibus & per omnia ſuffragari volumus.

A publica pœnitentia cui ob hæreſim tenebantur ſoluuntur, dummodo errores & exceſſus confeſſori ſacramentaliter corde contrito confeſſi fuerint.

DECERNENTES quod ob confeſſionem, & contritionem prædictas quomodolibet omiſſas nullo pacto temporaliter, & in foro contentioſo, & ciuili quominus plenarium præmiſſorum effectum liberè conſequantur, impediri, moleſtari, ſeu perturbari poſſint, ac per eos eligendis confeſſoribus ipſos, & eorum ſingulos à præmiſſis abſoluendi plenariam, & generaliſſimam poteſtatem, & facultatem concedimus & impartimur: Necnon eoſdem carceratos, vel alios detentos, & exules etiam à carceribus, exiliis, & bannis quibus occaſione criminum hæreſis. & apoſtaſię, ac blaſphemię huiuſmodi detenti, & condemnati exiſtunt, relaxamus, & liberamus, ac relaxari, & liberari mandamus, ac omnibus & ſingulis aliis priuilegiis, exemptionibus, fauoribus, gratiis, immunitatibus, libertatibus, & conceſſionibus in dictis literis venię contentis, & quibus alij Chriſtifideles, eorúmque filij, & nepotes, ac ab eis deſcendentes vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant in omnibus, & per omnia perinde ac ſi ipſi, eorúmque aui, proaui, parentes, & alij genitores veri Chriſtiani fuiſſent, & nunquam à fide Catholica deuiaſſent, de ſpecialis dono gratię pleniſſimè diſpenſamus, eiſque pariter indulgemus, omnémque inhabilitatis. & infamię maculam ſiue notam circa eos pręmiſſorum occaſione tam ex propriis, quam illorum parentum, conſanguineorum, & affinium culpis, & ſententiis, earúmque executionibus, & aliis quomodolibet inſurgentes, ab eis penitus, & omninò abolemus: Ac confiſcationes bonorum ſi quę hactenus etiam poſt dictas literas venię in dictis regnis, & dominiis factę fuerint, quorum tamen poſſeſſio pro fiſco ante datam literarum venię ſub plumbo per eundem Clementem prędeceſſorem noſtrum conceſſarum apprehenſa non fuerit: Necnon proceſſus contra illos, & illorum ſingulos formatos, ſententiáſque latas, necnon informationes, & alia quæcunque acta, & geſta ordinaria in iudicio, & extra contra eos hactenus ſimiliter, etiam poſt dictas literas facta, quorum omnium tenores, ſtatus, & merita, etiam pręſentibus haberi volumus pro latiſſimè expreſſis caſſamus, irritamus, delemus, & annullamus, ac caſſata, irrita, deleta, & annullata fore decernimus, ipſáque bona ſic confiſcata eis à quibus ablata fuerint, & eis mortuis eorum hęredibus, & ſucceſſoribus, ſi eidem fiſco vt pręmittitur incorporata non ſint, pleniſſimè remittimus donamus, & reſtituimus, eóſque, & illa in priſtinum, & eum in quo ante pręmiſſa, & tempore quo baptizati fuerant, erant, ſtatum reſtituimus, reponamus, & plenariè reintegramus: Et inſuper auctoritate, & tenore ſupradictis ſtatuimus, & ordinamus, Volumus, & mandamus quod prædicti liberi, & plenariè abſoluti, tuti & ſecuri remaneant, & de hæreſim, & apoſtaſiam, ac blaſphemiam ſapientibus, ac aliis criminibus, & exceſſibus ſupradictis per ipſos vſque ad diem Datæ præſentium quomodolibet perpetratis nullatenus inquiri, accuſari vel moleſtari poſſint, ac quod præmiſſorum occaſione ipſis, vel illorum filiis, & deſcendentibus in nullo præiudicari, nec præiudicium afferri, nec reconciliati cenſeri, etiam ex eo quod dictorum delictorum, ſeu aliquorum ex eis veniam petierint, vel ab eis abſoluti fuerint, nec etiam ſi forſan in aliquem prædictorum errorum in poſterum reincinderint, vel alias quomodolibet deprehenſi extiterint,

Condemnati carceribus, exiliis pro quibuſcūque criminibus hæreſis vel blaſphemiæ aut apoſtaſiæ liberantur.

Indultis quibus Chriſtiani gaudent reſtituuntur illíſque confiſcationes remittuntur.

titerint, relapſi videantur, neque aliquod ex præteritis indicium, etiam minimum contra eos oriri, allegari, vel deduci poſſe in iudicio vel extra, indulgentia, remiſſio, & alia in damnum, iniuriam, vel aliud incommodum illorum retorqueri nequeant.

DISTRICTIVS inhibētes omnibus & ſingulis etiam iudicibus eccleſiaſticis & ſæcularibus, ac prælatis, inquiſitoribus ordinariis, ſeu delegatis, quacunque auctoritate, poteſtate, & dignitate, etiam Pontificali, Archiepiſcopali, Primitiali, & Patriarchali, ac ſtatu, gradu, conditione, & præeminentia, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & tali qualitate de qua expreſſa mentio fieri deberet pollentibus etiam à nobis ſeu ſede prædicta, etiam ad inſtantiam eiuſdem Regis deputatis, & pro tempore deputandis, ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiis, & beneficiorum, ac officiorum per eos obtentorum priuationis pœnis eo ipſo niſi paruerint incurrendis, ne aliquos de hæreſi, apoſtaſia, aut blaſphemia, & aliis pręmiſſis culpabiles, aut ſuſpectos, qui gratiis prædictis iuxtà præſentium tenorem gaudere debent, ſi quod ſub aliqua cuſtodia, vel carceribus teneant, aut in exilia miſerint, amplius detineant, aut contra eos ad vlteriora procedant, immò captos relaxent, & exules ad patriam redire permittant, & in eorum ſtatu in quo fuerunt, & ante accuſationes, condemnationes, carcerationes, exilia, & bannimenta huiuſmodi exiſtebant, reponebant, accuſatoribus, vero denunciatoribus, teſtibus, inquiſitoribus, iudicibus, promotoribus, & aliis quibuſuis ſub ſimilibus cenſuris, & pœnis, ne contra ſupradictos delictorum hæreſim, à fide apoſtaſiam, ac blaſphemiam, ſapientium hactenus commiſſorum occaſione ſe intromittere, nec aliquos ad teſtificandum, vel accuſandum, ſeu denunciandum inducere, vel alias illos ſuper præmiſſis, vel illorum occaſione moleſtare quoquo modo preſumant: Ac decernentes omnes, & ſingulos in præmiſſis inobedientes, vel contrauenientes eaſdem ſententias cenſuras, & pœnas eo ipſo incurrere, & beneficia per eos vacare, & à nobis, & quibuſuis illorum ordinariis collatoribus impetrari, & conferri poſſe, ipſáſque impetrationes, & collationes, ac alias diſpoſitones alias legitimè factas valere, plenámque roboris firmitatem obtinere, ac eaſdem præſentes literas de ſubreptionis vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari vel impugnari non poſſe, nec ſub quibuſuis reuocationibus, modificationibus, limitationibus, & ſuſpenſionibus quarumcunque ſimilium vel diſſimilium literarum, ac etiam per nos & ſedem eandem factis, & faciendis nullatenus comprehenſas, ſed ab illis ſemper exceptas eſſe, & quoties reuocatæ, vel limitatæ fuerint, toties in priſtinum, & eum in quo ad præſens exiſtunt ſtatum reſtitutas & reintegratas exiſtere: Necnon illarum tranſumptis manu notarij publici ſubſcripti, eandem prorſus tam in iudicio, quam extra illud fidem adhiberi decere, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ: Sicque in præmiſſis omnibus per præfatos, & quoſcunque alios inquiſitores, & iudices, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quacunque inſtantia ſiue iudicio coram eis etiam nunc & in futurum pendente, iudicari, ſententiari, & defini ri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, ſententiandi, & definiendi facultate, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Tranen. & Vlixbonen. Archiepiſcopis, ac Epiſcopo Ferrarien per hæc ſcripta mandamus, quatenus ipſe vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios eaſdem præſentes pro maiori prædictorum notitia, & in eis contenta quæcunque, vbi & quando, ac quoties opus fuerit, etiam in Romana curia, ac eius locis ſolitis, & conſuetis publicantes, & in præmiſſis efficaciter aſſiſtentes faciant præſentes, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando, ac quoties opus fuerit firmiter obſecrari, ac ſingulos quos ipſæ præſentes concernunt, illis pacificè gaudere necnon quibuſcunque habentibus intereſſe inſtrumentum intimationis huiuſmodi cum inſertione earundem præſentium omni contradictione & excuſatione ceſſante tradant, & concedant, ſeu tradi & concedi faciant: Non permittentes eos deſuper per inquiſitores, & iudices præfatos, ſeu quoſcunque alios quomodolibet impediri, moleſtari, vel perturbari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, & alia iuris opportuna

Contrauenientium pœnæ hic deſcriptæ.

Beneficia aliis dantur & conferuntur, eorúmque collationes ac diſpoſitiones pro validis habentur.

Tranen. Vlyxbonen. Archiepiſcop. ac Epiſcopus Ferrarienſis huius conſtitutionis executores deputantur.

remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Ne autem ſuper anno in quo futuræ vitæ dictorum nouorum Chriſtianorum modus iuxtà voluntatem dicti Clementis prædeceſſoris dari debet, aliqua dubitatio oriatur, volumus, & dicta auctoritate decernimus ipſum annum à die Datæ præſentium incipere. Non obſtantibus præmiſſis, ac etiam

Executorum facultas potestas & Iuriſdictio in huius Constitutionis procurando effectu.

fe. re. Bonifacij Papæ VIII. & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & aliis apoſtolicis, necnon in generalibus, ac prouincialibus, & ſynodalibus conciliis æditis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus etiam ab eiſdem vel à nobis etiam pluries emanatis, legibus imperialibus, necnon etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, officij, inquiſitionis, & eccleſiarum, ac regnorum, & dominiorum prædictorum, illorúmque dignitatum, & locorum, etiam municipialibus ſtatutis, & conſuetudinibus, ſententiis, priuilegiis quoque, indultis, etiam in corpore iuris clauſis, ac etiam in forma breuis literis etiam per nos, & prædeceſſores noſtros, & ſedem huiuſmodi, etiam inquiſitoribus prædictis, etiam ad inſtantiam eiuſdem Ioannis, & aliorum quorumcunque Regum, & Reginarum, aut etiam Motu proprio, & de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, etiam apoſtolicæ poteſtatis, plenitudine, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis conceſſis, approbatis, & innouatis, etiam ſi in eis caueatur expreſsè, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis inibi expreſſis modis, & formis derogari poſſit: quibus omnibus (etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis illorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habendi, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, ac forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat harum ſerie, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine prędictis ſpecialiter & expreſsè derogamus) contrariis quibuſcunque. Seu ſi inquiſitoribus, & iudicibus prædicti ſi, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod carcerati, vel ſub cautionibus relaxati, qui de hæreſi, aut à fide, apoſtaſia, ſeu blaſphemia hæreſim ſapiente condemnati, aut conuicti fuerint, aut deſuper confeſſionem fecerunt, abiurationem ſuper hoc coram aliquo iuriſdictionem habentes per eos eligendo publicè facere omnino teneantur. Et abiuratione huiuſmodi facta, etiam abſque publica pœnitentia per eos facienda, iuxtà formam prædictarum ſub plumbo confectarum literarum omninò relaxentur. Datum Romę apud ſanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die duodecima Octobris, milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, Pontificatus noſtri anno primo.

Clauſulæ derogatoriæ.

II.

Henricus Octauus Rex Angliæ ob hæreſes & iniuſtum vxoris repudium cum complicibus atque fautoribus excommunicatur, regno priuatur, eius cum Anna Bolena ſuſcepta ſoboles illegitima & infamis declaratur.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM redemptor noſter ideò illum, qui ipſum negauerat, Petrum videlicet, vniuerſę Eccleſię pręficere voluerit, vt in ſua culpa diſceret aliis eſſe miſerendum: non immeritò Romanus Pontifex, qui ipſius Petri in dignitate ſucceſſor exiſtit; debet etiam in officio exercendę miſericordię ipſius eſſe ſucceſſor. Sed cùm in eum dirigitur miſericordia, qui ex hoc fit inſolentior, et obſtinatior, alióſque ſecum trahit in perditionem, debet eſſe Romanus Pontifex poſtpoſita in eum miſericordia omnem ſeueritatem adhibere, quo membrum illud putridum ita à corpore ſeparetur, vt reliqua membra abſque metu contagionis ſalua remaneant, præſertim cum pluribus curis adhibitis, & multo tempore in hoc conſumpto morbū

Cauſæ huius conſtitutionis.

quotidie magis inualeſcere, ipſa experientia comprobat. Alias cum nobis relatum fuiſſet, quod Henricus Angliæ Rex, præter ea, quæ matrimonium de facto, & contra prohibitionem eccleſiæ temerariè contractum, concernebant, quaſdam leges ſeu generales conſtitutiones ſubditos ſuos ad hæreſim, & ſchiſma agentes ædiderat, & bonæ memoriæ Ioannis tt. ſancti Vitalis preſbyterum Cardinalem Roffen. publicè damnari, & cap. puniri, ac alios quamplures prælatos, necnon alias perſonas eccleſiaſticas hæreſi. & ſchiſmati huiuſmodi adhærere nolentes: carceribus mācipari fecerat. Nos licet illi, qui talia nobis retulerant tales eſſent, vt nullo modo de veritate ſuorum dictorum ambigendum eſſet, Cupientes tamen reſpectu ipſius Henrici Regis, quem antequam in has inſanias incideret, peculiari quadam charitate proſequebamur, prædicta falſa reperiri, de eis informationem vlteriorem habere procurauimus, & inuenientes clamorem ad nos delatum verum eſſe: ne noſtro officio deeſſemus, contra eum procedere decreuimus, iuxtà formam quarundam literarum noſtrarum, quarum tenor ſequitur. Et eſt talis.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Pontifex vir magni animi ſummæq; prudentiæ cum videret in dies Regem Angliæ debacchari crudelius in pios atque Catholicos multóſque ob veritatis & conſcientiæ confeſſionem eius Tyrannia occidi Cardinalem præcipuè Roffenſem, ad hanc ferendam conſtitutionem quaſi inuitus compulſus eſt. Illum enim non latebant pia præſtita officia Regis Angliæ ſedi apoſtolicæ vt dilucidè conijcitur ex eo quod in præmium & inſigne veluti grati & Chriſtiani ſui obſequij à Leone decimo defenſor fidei dictus eſt vt ſup. diximus.

EIVS qui immobilis permanens ſua prudentia ordine mirabili dat cuncta moueri, diſponere clementia vices, licet immeriti gerentes in terris, & in ſede iuſtitiæ conſtituti, iuxtà prophetæ quoquæ Hieremiæ vaticinium dicentes, Ecce te conſtitui ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, ædifices, & plantes, præcipuum ſuper omnes Reges vniuerſæ terræ, cunctóſque populos obtinentes principatum, ac illum qui pius, & miſericors eſt: & vindictam ei, qui illam præuenit paratam, nec quos impœnitentes videt ſeuera vltione caſtigat, quin prius comminetur, in aſſiduè autem peccantes, & in peccatis perſeuerantes, cum exceſſus miſericordię fines prętereunt, vt ſaltem metu pœnę ad cor reuerti cogantur, iuſtitię vires exercet, imitantes: ex incumbenti nobis apoſtolicę ſolicitudinis ſtudio perurgemur, vt cunctarum perſonarum noſtrę curę cœlitus commiſſarum ſalubri ſtatui ſolertius intendamus, ac erroribus, & ſcandalis, quæ hoſtis antiqui verſutia imminere conſpicimus, propenſius obuiemus, exceſſúſque, & enormia, ac ſcandaloſa crimina cōgrua ſeueritate coerceamus, & iuxta apoſtolum inobedientiam ouium promptius vlciſcendo illorum perpetratores debita correctione ſic compeſcamus, quod eos Dei iram prouocaſſe pœniteat, & ex hoc aliis exemplum cautelę ſalutaris accedat. Sanè cum ſuperioribus diebus nobis relatum fuiſſet, quod Henricus Anglię Rex, licet tempore Pontificatus fel. rec. Leonis Papę X. prędeceſſoris noſtri diuerſorum hęreticorum errores ſępe ab apoſtolica ſede, & ſacris Conciliis pręteritis temporibus damnatos, & nouiſſimè noſtra ætate per perditionis alumnum Martinum Lutherum ſuſcitatos, & innouatos zelo Catholicæ fidei, & erga dictam ſedem deuotionis feruore inductus, non minus doctè, quàm piè per quendam librum, per eum deſuper compoſitum, & eidem Leoni prædeceſſori, vt eum examinaret. & approbaret oblatum confutaſſet, ob quod ab eodem Leone prædeceſſore, vltra dicti libri cum magna ipſius Henrici Regis laude, & commendationes approbationem, titulum Defenſoris Fidei reportauerit, à recta fide, & apoſtolico tramite deuians, ac propriæ ſalutis fame, & honoris immemor, poſtquam chariſſima in Chriſto filia noſtra Catherina Angliæ Regina Illuſtri ſua progenie coniuge, cum qua publicè in facie Eccleſiæ matrimonium contraxerat, & per plures annos continuauerat, ac ex qua dicto conſtante matrimonio prolem pluries ſuſceperat, nulla legitima ſubſiſtente cauſa, & contra eccleſiæ prohibitionem dimiſſa, cum quadam Anna Bollena muliere Anglica dicta Catherina adhuc viuente, de facto Matrimonium contraxerat, ad deteriora proſiliens, quaſdam leges, ſeu generales conſtitutiones ædere non erubuit, per quas ſubditos ſuos ad quoſdam hæreticos, & ſchiſmaticos articulos tenendos, inter quos & hoc erat, quod Romanus Pontifex Caput Eccleſiæ, & Chriſti Vicarius non erat, & quod ipſe in Anglica Eccleſia ſupremum caput exiſtebat, ſub grauibus etiam mortis pœnis cogebat, & his non contentus diabolo ſacrilegij crimen ſuadente, quamplures prælatos etiam Epiſcopos aliáſque perſonas eccleſiaſticas, etiam regulares, necnon ſæculares ſibi vt hæreticos, & ſchiſmaticos adhærere, ac articulos prædictos ſanctorum patrum decretis, & ſacrorum Conciliorum ſtatutis, immo etiam ipſi euangelicę veritati

contrarios,& tanquam tales alios damnatos approbare,& ſequi nolentes,& intrepidè recuſantes capi, & carceribus mancipari, Hiſque ſimiliter non contentus mala malis accumulando, bonæ memoriæ Io.tt. ſancti Vitalis preſbyter Cardinalis Roffen.quem ob fidei conſtantiam, & vitæ ſanctimoniam ad Cardinalatus dignitatem promoueramus, cum dictis hęreſibus: & erroribus conſentire nollet, horrenda immanitate, & deteſtanda ſęuitia publicè miſerabili ſupplicio tradi, & decollari mandauerat,& fecerat,excommunicationis,& anathematis,aliáſque grauiſſimas ſententias cenſuras,& pœnas in literis:ac conſtitutionibus recolendę memorię Bonifacij VIII.& Honorij III. Rom.Pont. prædeceſſorum noſtorum deſuper æditis contentas, & alias in tales à iure latas damnabiliter incurrendo, ac regno Angliæ,& dominiis,quæ tenebat,necnon regalis faſtigij celſitudine,ac pręfati tituli prærogatiua, & honore ſe indignum reddendo. Nos licet ex eo, quod prout non ignorabamus Henricus Rex in certis cenſuris eccleſiaſticis, quibus à pię memoriæ Clemente Papa VII. etiam prædeceſſore noſtro poſtquam humaniſſimis literis, & paternis exhortationibus, multíſque nuntiis, & mediis, primo, & poſtremo,etiam iudicialiter,vt pręfatam Annam à ſe dimitteret,& ad prædictæ Catherinæ ſuæ verè coniugis conſortium rediret fruſtra monitus fuerat, innodatus extiterat, Pharaonis duritiam imitando longum tempus in clauium contemptum inſorduerat, & inſordeſcebat, quod ad cor rediret vix ſperare poſſe videremus: ob paternam tamen charitatem, quia in minorib. conſtituti donec in obedientia, & reuerentia ſedis prædictę permanſit cum proſequuti fueramus, vtque clarius videre poſſemus, an clamor qui ad nos delatus fuerat (quem certe etiam ipſius Henrici Regis reſpectu falſum eſſe deſiderabamus) verus eſſet, ſtatuimus ab vlteriori contra ipſum Henricum Regem proceſſu ad tempus abſtinendo huius rei veritatem diligentius indagare

Omnem mouit lapidem ſummus Pontifex vt aiunt, nullámque præter miſit operã qua poſſet Rex anglus repudij mutare conſilium tot legatis tot literis tot precibus vſus eſt ad flectendum Regem in æquioris cõſilij rationem vt nihil ſupra. Satius enim ducebat eum Eccleſiæ obſequentem addictum vt antea fuerat retinere quam contumacẽ immorigerum & porro hoſtem quod peſſimi exempli eſſet & infinita mala ex ſe pareret. Verum cum nihil proficeret piis monitionibus cenſuris Eccleſiaſticis in eũ vſus eſt, Rex verò inſordeſcendo deterior euaſit,

CVM autem debitis diligentiis deſuper factis clamorem ad nos,vt præfertur delatum,verum eſſe,ſimulque,quod dolenter referimus,dictum Henricum Regem ita in profundum malorum deſcendiſſe,vt de eius reſipiſcentia nulla penitus videatur ſpes haberi poſſe, reperiremus. Nos attendentes veteri lege crimen adulterij notatum lapidari mandatum,ac authores ſchiſmatis hiatu terrę abſorptos,corúmque ſequaces cœleſti igne conſumptos, Elimámque magum viis Domini reſiſtentem per apoſtolum æterna ſeueritate damnatum fuiſſe, volentéſque ne in diſtricto examine ipſius Henrici Regis & ſubditorum ſuorum,quos ſecum in perditionem trahere videmus, animarum ratio à nobis expoſcatur, quantum nobis ex alto prouidere contra Henricum Regem,eiúſque complices, fautores, adhærentes,& ſequaces, & in præmiſſis quomodolibet culpabiles, contra quos ex eo quod exceſſus,& delicta prædicta adeò manifeſta ſunt, & notoria,vt nulla poſſint tergiuerſatione celari, abſque vlteriori mora ad executionem procedere poſſemus benignius agendo decreuimus infra ſcripto modo procedere. Habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum conſilio, & aſſenſu præfatum Henricum Regem, eiúſque complices,fautores,adhærentes, conſultores, & ſequaces, ac quoſcunque alios in pæmiſſis, ſeu eorum aliquo quoquo modo culpabiles,tam laicos, quam clericos, etiam regulares, cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus, ordinis,conditionis, præeminentiæ, & excellentiæ exiſtant,quorum nomina,& cognomina perinde ac ſi præſentibus inſererentur pro ſufficienter expreſſis haberi volumus per viſcera miſericordiæ Dei noſtri hortamur, & requirimus in Domino, quatenus Henricus Rex à prædictis erroribus prorſus abſtineat,& conſtitutiones,ſeu leges prædictas,ſicut de facto eas fecit, reuocet,caſſet,& annullet, & à coactione ſubditorum ſuorum ad eas ſeruandas,necnon carceratione,captura,& punitione illorum,qui ipſis conſtitutionibus, ſeu legibus adhærere,aut eas ſeruare noluerint,& ab aliis erroribus prædictis penitus,& omninò abſtineat,& ſi quos præmiſſorum occaſione captiuos habet relaxare, Complices verò, fautores, adhærentes, conſultores, & ſequaces dicti Henrici Regis in præmiſſis,& circa ea ipſi Henrico Regi ſuper his de cętero non adſiſtant, nec adhæreant: vel faueant,nec ei conſilium,auxilium, vel fauorem deſuper præſtent. alias ſi Henricus Rex, ac fautores, adhærentes, conſultores, & ſequaces,

hortationibus

hortatoribus,& requiſitionibus huiuſmodi non annuerint cum effectu; Henricum Regem, fautores,adhærentes, conſultores,& ſequaces,ac alios culpabiles prædictos,auctoritate apoſtolica,ac ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, à qua etiam prætextu cuiuſcunque priuilegij vel facultatis,etiam in forma confeſſionalis,cum quacumque efficaciſſimis clauſulis,à nobis,& ſede prædicta quomodolibet conceſſis,& etiam iteratis vicibus innouati,ab alio,quam a Romano Pontifice,præterquam in mortis articulo conſtituti, ita tamen quod ſi aliquem abſolui contingat,qui poſtquam conualuerit, niſi poſt conualeſcentiam,monitioni,& mandatis noſtris huiuſmodi paruerit cum effectu in eandem excommunicationis ſententiam reincidat,abſolui non poſſint. Necnon rebellionis,& quo ad Henricum Regem, etiam perditionis regni, & dominiorum prædictorum,& tam quo ad eum,quam quod ad alios monitos ſupradictos ſupra & infraſcriptis pœnis, quas ſi dictis monitioni,& mandatis,vt præfertur, non paruerint,eos,& eorum ſingulos, ipſo facto reſpectiuè incurrere volumus, per præſentes monemus,eíſque,& eorum cuilibet diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus Henricus Rex,per ſe, vel procuratorem legitimum, & ſufficienti mandato ſuffultum,infra nonaginta,complices,verò,fautores,adhærentes,conſultores,& ſequaces,ac alij in præmiſſis quomodolibet culpabiles ſupradicti ſeculares, et eccleſiaſtici, etiam regulares, perſonaliter,infra ſexaginta dies compareant coram nobis ad ſe ſuper præmiſſis legitimè excuſandum, et defendendum, alias videndum,et audiendum contra eos,et eorum ſingulos,etiam nominatim; quos ſic monemus,quatenus expediat,ad omnes, et ſingulos actus, etiam ſententiam diffinitiuam,declaratoriam, condemnatoriam, & priuatoriam; ac mandatum executiuum procedi.

Põtifex iterum atque iterum per viſcera miſericordiæ hortatur Angliæ regem vt tandẽ caligine ab oculis libidine fedè faſcinatis remota ad cor redeat, à prædictis ſceleribus & erroribus reſipiſcat, iniquas leges abroget, Tyrannidis impetus cõpeſcat, aulam cruore innocentiũ non aſpergat, & ſuos ad improbitatẽ comprobandam non cogat. Deinde ſub pœna perditionis regni Rex inter nonaginta dies, cæteri ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ inter ſexaginta ad Tribunal Romanũ vel per ſe vel per procuratores citantur.

QVOD ſi Henricus Rex,& alij moniti prædicti intra dictos terminos eis,vt præfertur,reſpectiuè præfixos non comparuerint, prædictam excommunicationis ſententiam per tres dies,poſt lapſum dictorum terminorum animo,quod abſit,ſuſtinuerint indurato, cenſuras ipſas aggrauamus,& ſucceſſiuè reaggrauamus. Henricúmque Regem priuationis regni, & dominorum prædictorum, & tam eum quam alios prædictos monitos prædictos,& eorum ſingulos, omnes ſingulas alias pœnas prædictas incurriſſe,ab omnibúſque Chriſtifidelibus cum eorum bonis perpetuo diffidatos eſſe. Et ſi interim ab humanis decedat, eccleſiaſtica debere carere ſepultura,& auctoritate & poteſtatis plenitudine prædictis decernimus, & declaramus, eóſque anathematis maledictionis,& damnationis a ternæ mucrone percutimus: Necnon quæ Henricus Rex quomodolibet, & ex quauis cauſa tenet,habet,aut poſſidet, & quandiu Henricus Rex, & alij moniti prædicti, & eorum ſinguli in aliis per dictum Henricum Regem non tentis,habitis, aut poſſeſſis permanſerint,& triduo poſt eorum inde receſſum,& alia quæcunque,ad quæ Hẽricum Regem, & alios monitos prædictos poſt lapſum dictorum terminorum declinare contigerit,Dominia,Ciuitates, Terras, Caſtra, Villas,& Oppida,Metropolitanáſque,& alias Cathedrales,cæteráſque inferiores Eccleſias,necnon Monaſteria,Prioratus,Domos,Conuentus,& loca religioſa, vel pia cuiuſcunque, etiam ſancti Benedicti, Cluniacen. Ciſtercien. Præmoſtraten. ac Prædicatorum, Minorum,Eremitarum ſancti Auguſtini,Carmelitarum,& aliorum ordinum, ac Congregationum,& Militiarum quarumcunque in ipſis dominiis, Ciuitatibus, Terris, Caſtris,Villis,Oppidis,& locis exiſtentia: Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, ita vt illo durante in illis etiam prætextu cuiuſcunque apoſtolici indulti eccleſiis,monaſteriis,Prioratibus,domibus, Conuentibus,locis ordinibus, aut perſonis, etiam in illis alias quam clauſis ianis, & excommunicatis, & interdictis excluſis nequeant Miſſæ,aut alia diuina officia celebrari. Et Henrici Regis, complicúmque, fautorum,adhærentium.conſultorum,ſequacium, & culpabilium prædictorum filij pœnarum,vt in hoc caſu par eſt,participes ſint omnes,& ſingulos eiuſdem Hẽrici Regis ex dicta Anna,ac ſingulorum aliorum prædictorum filios natos: & naſcituros,alióſque deſcendentes,vſque in eum ad gradum quem iura pœnas in caſibus huiuſmodi extendunt (nemine excepto, nulláque minoris ætatis,aut ſexus,

vel

occultè, directè, vel indirectè, tacitè vel expreſsè, per ſe vel alium ſeu alios ſuper præmiſsis, vel aliquem præmiſſorum præſtent, ſeu præſtari faciant quoquo modo.

PRÆTEREA ad dictum Henricum Regem facilius ad ſanitatem, & præfatę ſedis obedientiam reducendum, omnes Chriſtianos Principes, quacunque etiam Imperiali & Regali dignitate fulgentes, per viſcera miſericordię Dei noſtri (cuius cauſa agitur) hortamur & in Domino requirimus, eis nihilominus, qui Imperatore & Rege inferiores fuerint, quos propter excellentiam dignitatis à cenſuris excipimus, ſub excommunicationis pœna mandantes ne Henrico Regi eiúſque complicibus, fautoribus, adhęrentibus, conſultoribus, & ſequacibus, vel eorum alcui per ſe vel alium ſeu alios, publicè vel occultè, directè vel indirectè, tacitè vel expreſsè etiam ſub prætextu confœderationum aut obligationum quarumcunque etiam iuramento, aut quauis alia firmitate roboratarum, & ſæpius geminatarum, à quibus quidem obligationibus, & iuramentis omnibus, nos eos & eorum ſingulos eiſdem auctoritate & ſcientia, ac plenitudine per præſentes abſoluimus, ipſáſque confœderationes, & obligationes tam factas, quam in poſterum faciendas, quas tamen (inquantum Henricus Rex & complices, fautores, adhęrentes, conſultores, & ſequaces prædicti circa præmiſſa, vel eorum aliquod ſe directè vel indirectè iuuare poſſent) ſub eadem pœna fieri prohibemus, nullius roboris vel momenti, nulláſque, irritas, caſſas, inanes ac pro infectis habendas fore decernimus & declaramus conſilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præſtent, quinimò ſi quis illis, aut eorum alicui ad præſens quomodolibet aſſiſtant, ab ipſis omninò, & cum effectu recedant. Quod ſi non fecerint poſtquam præſentes publicatę & executioni demandatę fuerint, & dicti termini lapſi fuerint omnes, & ſingulas ciuitates, terras, oppida, caſtra, villas, & alia loca eis ſubiecta, ſimili eccleſiaſtico interdicto ſupponimus, volentes ipſum interdictum donec ipſi principes à conſilio auxilio, & fauore Henrico Regi & complicibus, fautoribus, adhærentibus, conſultoribus, & ſequacibus prædictis pręſtando, deſtiterint perdurare.

Cæterorum Regum & Principum cum Henrico confœderationes, contractus pacta & conuẽta omnia quouiſmodo ſtabilita irrita omninò facit & nulla eoſdémque vt Henricum & cæteros Eccleſiæ rebelles ſacris armis proſequãtur donec Apoſtolicæ ſedi ſe ſubmiſerint erroreſq; agnouerint in Domino hortatur Pontifex.

INSVPER tam principes prędictos, quam quoſcunque alios, etiam ad ſtipendia quorumcunque Chriſtifidelium militantes & alias quaſcunque perſonas, tam per mare, quam per terras, armigeros habentes, ſimiliter hortamur, & requirimus, & nihilominus eis in virtute ſanctę obedientię mandantes, quatenus contra Henricum Regem, complices, fautores, adhęrentes, conſultores, & ſequaces prędictos, dum in erroribus prędictis, ac aduerſus ſedem prędictam rebellione permanſerint, armis inſurgant, eóſque & eorum ſingulos perſequantur, ac ad vnitatem eccleſię, & obedientiam dictę ſedis redire cogant, & compellant, & tam eos quam ipſorum ſubditos, & vaſſallos, ac ciuitatum, terrarum, caſtrorum, oppidorum, villarum, & locorum ſuorum incolas, & habitatores, aliáſque omnes, & ſingulas perſonas ſupradictis mandatis noſtris, vt præfertur, non obtemperantes, & quæ pręfatum Henricum Regem, poſtquam cenſuras, & pœnas prędictas incurrerit, in domum quomodolibet, etiam de facto recognouerint, vel ei quouis modo obtemperare pręſumpſerint, aut qui eum ac complices, fautores, adhęrentes, conſultores, ſequaces, ac alios non obtemperantes prędictos, ex regno & dominiis prędictis, vt pręfertur, expellere noluerint, vbicunque eos inuenerint, eorúmque bona mobilia & immobilia, mercantias, pecunias, nauigia, credita, res, & animalia, etiam extra territorium dicti Henrici regis vbilibet cõſiſtentia, capiant. Nos enim eis bona, mercantias, pecunias, nauigia, res, & animalia prędicta ſic capta, in proprios eorum vſus conuertendi, eiſdem authoritate, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, plenariam licentiam, facultatem, & authoritatem concedimus: illa omnia eoſdem capientes plenariè pertinere, & ſpectare, et perſonas ex regno, et dominiis prædictis originem trahentes, ſeu in illis domicilium habentes, aut quomodolibet habitantes, mandatis noſtris prędictis non obtemperantes, vbicunque eos capi contingerit, capientium ſeruos fieri decernentes, pręſentéſque literas quo ad hoc ad omnes alios cuiuſcunque dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui ipſi Henrico Regi, vel eius complicibus, fautoribus, adhęrentibus, conſultoribus, et ſequacibus; aut aliis monitionibus, et mandatis noſtris huiuſmodi, quo ad commercium non obtemperantibus; vel eorum alicui: victualia

Vt prædictæ perſonæ rebelles & infideles Hẽrici ſequaces vbicunque terrarum apprehendi ac intercipi poſſint in ſeruos ipſi, & omnia ipſorum bona capientibus cedãt.

arma

arma, vel pecunias ſubminiſtrare, aut cum eis commercium habere, ſeu auxilium, conſilium, vel fauorem, per ſe, vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè, directè vel indirectè, quouis modo contra tenorem præſentium præſtare præſumpſerint extendentes.

Prælatis omnibus mandatur, vt dictum Henricum & ſuos cõplices, in ſuis Eccleſiis publicè excommunicatos denuncient.

ET vt præmiſſa facilius iis quos concernunt innoteſcant, vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Patriarchalium Metropolit. & aliarum cathedralium, & collegiatarum eccleſiarum prælatis, capitulis, aliíſque perſonis eccleſiaſticis ſæcularibus, ac quorumuis ordinum regularibus: necnon omnibus, & ſingulis, etiam mendicantium ordinum profeſſoribus, exemptis, & non exemptis, vbilibet conſtitutis, per eaſdem præſentes ſub excommunicationis, & priuationis Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac aliorum beneficiorum eccleſiaſticorũ, graduum quoque & officiorum, necnon priuilegiorum, & indultorum quorumcunq;, etiam à ſede prædicta quomodolibet emanatorum, pœnis ipſo facto incurrendis, præcipimus, & mandamus, quatenus ipſi, ac eorum ſinguli, ſi, & poſtquam vigore pręſentium deſuper requiſiti fuerint, infrà tres dies immediatè ſequentes præfatum Henricum Regem, omnéſque alios & ſingulos, qui ſupradictas cenſuras, & pœnas incurrerint: in eorum Eccleſiis, & Dominicis, & aliis feſtiuis diebus, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, cum crucis vexillo, pulſatis campanis, & acenſis, ac demùm extinctis, & in terram proiectis, & conculcatis candelis, & aliis in ſimilibus ſeruari ſolitis ceremoniis ſeruatis, excommunicatos publicè nuncient, & ab aliis nunciari, ac ab omnibus arctius euitari faciant, & mandent: necnon ſub ſupradictis cenſuris, & pœnis, præſentes literas, vel earum tranſumptum, ſub forma infraſcripta confectum, infrà terminum trium dierum, poſtquam vt præfertur, requiſiti fuerint, in eccleſiis, monaſteriis, conuentibus, & aliis eorum locis, publicari, & affigi faciant.

Omnes denique excommunicat, qui huius Apoſtolici contra Henricũ ſcripti præſentem publicationẽ ſiue executionem poſtea cùm aſſignatum tempus completum fuerit quouiſmodo impediuerint.

VOLENTES omnes, & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis præeminentiæ, dignitatis, aut excellentiæ fuerint, qui quominus præſentes literæ vel earum tranſumpta, copiæ, ſeu exemplaria, in ſuis ciuitatibus, terris, caſtris, oppidis, villis, & locis legi, & affigi, ac publicari poſſint, per ſe, vel alium, ſeu alios, publicè vel occultè, directè, vel indirectè impediuerint, eaſdem cenſuras & pœnas ipſo facto incurrere. Et cum fraus, & dolus nemini debeant patrocinari, ne quiſquam ex his, qui alicui regimini, & adminiſtrationi deputati ſunt, infra tempus ſui regiminis, ſeu adminiſtrationis, prædictas ſententias, cenſuras, & pœnas ſuſtineat, quaſi poſt dictum tempus ſententiis, cenſuris, & pœnis prædictis amplius ligatus non exiſtat, quemcunque qui dum in regimine, & adminiſtratione exiſtens, monitioni, & mandato noſtris, quo ad præmiſſa, vel aliquid eorum obtemperare noluerint, etiam depoſito regimine, & adminiſtratione huiuſmodi, niſi paruerit, eiſdem cenſuris, & pœnis ſubiacere decernimus. Et ne Henricus Rex, eiúſque complices, fautores, adhærentes, conſultores, & ſequaces, aliíque quos præmiſſa concernunt, ignorantiam earundem præſentium literarum, & in eis contentorum prætundere valeant: literas ipſas (in quibus omnes, & ſingulos, tam iuris, quam facti, etiam ſolennitatum, & proceſſuum: citationúmque omiſſarum defectus, etiam ſi tales ſint: de quibus ſpecialis, & expreſſa mentio facienda eſſet: propter notorietatem facti, authoritate, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſupplemus) in Baſilicæ Principis apoſtolorum: & Cancellariæ Apoſtolicæ de Vrbe: & in partibus, necnon, & in collegiatæ beatæ Mariæ Brugen. Tornacen. & parochialis de dunKerKe oppidorum Morinenſis Diœceſis, eccleſiarum valuis affigi, & publicari mandamus, decernentes quòd earundem literarum publicatio ſic facta, Henricum regem, eiúſque complices, fautores adhærentes, conſultores, & ſequaces: omnéſque alios, & ſingulos, quos literę ipſæ quomodolibet concernunt, perinde eos arctent, ac literæ ipſæ eis perſonaliter lectæ: & intimatæ fuiſſent, cum non ſit veriſimile, quòd ea, quæ tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere. Cæterùm quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, ad quæ neceſſariũ eſſet deferri: volumus, & dicta authoritate decernimus, ꝙ earũ tranſumptis manu publici notarij confectis: vel in Alma vrbe impreſſis: ac ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, vbique eadem fides adhibeatur: quæ originalibus ad hi-

Atque ne Henricus ac ſui, ignorantiam vllam prætendant earum rerum, quæ in his litteris cõtinentur, decernit, vt vicinioribus Angliæ locis, præſertim Tornaci, Brugis, Dunkirki, quæ Belgij ciuitates ſunt, & Eccleſiarum primariarum valuis affigantur, & in iiſdem Eccleſiis publicè recitentur.

 beretur

mus, te Dominum confitemur. *Quem hymnum vbi totum abſoluiſſet, ceruicem ſecuri ſubiecit, animam Deo reddidit, iuſtitiæ coronam accepit. Caput haſtili affixum, & in ponte Londinenſi omnium oculis expoſitum, quo diutius ibi ſuſpenſum manebat, eò magis floruiſſe, ac venerabilius factum eſſe dicitur, ob quam cauſam loco amotum traditur.*

Rexit Roffenſis Eccleſiam triginta tribus annis, eámque ſanctiſsimis inſtitutis, vitæque ſuæ in continuis vigiliis, laboribus, ieiuniis, Eleemoſynis, omnibúſque Epiſcopo dignis operibus tranſactæ memorabilibus exemplis, ita ornauit, vt tanquam virum Dei, cum omnes vbique amarent & ſuſpicerent. Charitate verò Epiſcopali ac plene Apoſtolica ita ardebat, vt & ſæpe alias, & maximè in celebrioribus ieiuniis, ac ſingulis ferè ſextis feriis, ipſe non ſolum carceres & publica Xenodochia viſitaret, ſed omnium in ciuitate ſua pauperum, ægrotorum, ac quouiſmodo afflictorum priuatas ædes circuiret, conſilióque conſolatione, ac copioſa pecunia vbi opus eſſet ſingulos ſubleuaret. In quibus officiis, & in peregrinos, præſertim verò literatos, hoſpitalitate ſua, omnia lubentiſsimè expendit.

Cùm eſſet Regio mandato primùm apprehenſus & in carcerem ducendus, ſatellites mox in omnem ſupellectilem inuoluentes, in pecuniam quoque, quam putabant hominem ſenem & longæuum Epiſcopum copioſam recondidiſſe, inquirunt diligentiùs; cumque omnes loculos, arcáſque cæteras curioſè luſtraſſent, nec quicquam nummorum inueniſſent, tandem incidunt in ciſtam ferreis laminis benè munitam, variiſque ſeris ac peſſulis ſeptam, quam magna ſpe & auiditate perfringunt: ibique cilicium, flagellum, ac cætera diſciplinæ inſtrumenta, tantummodò reperiunt, quibus vir Dei ſolebat corpus ſuum, alioquin ſenio ac laboribus ſatis confectum caſtigare, cum aliquot nummulis, quos ſemper poſt pœnitentiam factam ſolebat pauperibus erogare, ita expectatione ac præda fruſtrati, cum magno pudore ac admiratione abierunt.

Vixit hic grandæuus confeſſor, difficillimo in carcere, viribus etiam omnibus ſenio & ſollicitudinibus penè iã exhauſtis, additis præterea voluntariis & aſſuetis caſtigationibus corporis ſui, ſupra omnem expectationem, ac ſanè non ſine miraculo, quindecim totos menſes, conſeruatus à Deo, vt tam glorioſo martyrio, tanquam ſancti ſanguinis effuſione Romanæ Sedis prærogatiuam contra iniqui Regis tyrannidem propugnaret.

De illo die quo Roffenſis ad mortem ducebatur, Morus, (quod tamen Rex vetuerat) certior factus cùm vehementer timeret ne fortè ipſe martyrij corona excideret ad Deum conuerſus. Confiteor (*inquit*) tibi domine quòd tantam gloriam non ſum meritus: non ſum ego iuſtus et ſanctus ſicut Roffenſis tuus, quem de vniuerſo regno iſto tibi ſecundùm cor tuum eligiſti, ſed tamen ſi fieri poteſt, particeps fiam domine calicis tui. *Hæc & alia his ſimilia cum lachrymans diceret, nec vultu (quem alioqui placidiſsimum habeat) dolorem diſsimulare iam poſſet, putabant illum filij huius ſeculi mortem timere, & ideò vt Regi obediret, adduci poſſe. Venerunt ad eum hac de cauſa multi principes, viri, ſed cum nihil proficerent, ad poſtremum vxori Aloyſiæ mandatum eſt negotium, vt viro ſuaderet, ne ipſam, ne liberos, ne patriam & vitam, qua diu adhuc frui poſſet, pro derelictis haberet. Cum verò vxor Mori hæc apud eum occineret: Et quàm diu Aloyſia mea (inquit Morus) potero hac vita frui: Tum illa, totis viginti annis mi vir, ſi Deus voluerit. Vis ergò (ait Morus) vt æternitatem viginti annis commutem? Næ tu imperita es mercatrix, mea vxor: nam ſi annorum viginti millia diceres, aliquid tu quidem diceres: ſed tamen ad æternitatem quid eſſent?*

Itaque cum Morus de ſententia dimoueri non poſſet, allati ſunt ei omnes libri, tanquam inſtrumenta quæ illum ab amore ſeculi abductum, æternæ vitæ deſiderio inflammabant, atramentum quoque & calamos abſtulerunt, ne cum vllo in poſterum, literarum haberet commercia. Tunc ille feneſtris cubiculi perpetuò clauſis, nihil aliud quam Deo & ſanctis meditationibus vacabat. Porrò cum carceris cuſtos ab eo quæreret, quid ita in tenebris ſederet quid (*inquit*) facerem? nónne ſublatis mercibus, claudenda eſt officina? *Merces ſuas dixit libros ſuos, ac verè quidem officinam in carcere aperuit Morus, in qua propoſuit omnia ſua venalia, vt pretij loco cœlum acciperet. Scripſit in carcere duos elegantiſsimos libros, vnum idiomate Anglicano, quem inſcripſit.* Deſolatio in tribulatione, *alterum latinè*, de paſſione Chriſti. *Cúmque ad illa Euangelij verba perueniſſet*, Et iniecerunt manus in Ieſum, *in ipſum quoque iniectæ ſunt manus, nec vltra ei licuit quicquam addere.*

Porrò hoc anno menſe Iulio eductus ex arce Londonienſi, ſiſtitur iudicibus à Rege deſignatis. Ibat debilis ſcipione fultus longo itinere, ſed vultu animum minimè perturbatum præ

ſe

ſe ferente, donec ad locum ventum eſt. Ibi primum hortari eum cœperunt ad reſipiſcentiam ſed ille Deum rogat, vt in ſententiam ipſum confirmet. Deinde obiecta diluit, licet multũ iam debilitato corpuſculo ex carceris diuturnitate & morbo: quæ res permouit iudices, vt allata ſella anni ſe purgat, ſedendi habeat facultatem. His peractis, vocati ſunt ex gentis inſtituto Duodecim viri, vt inter ſe conſultarent, num Morus in decretum Parlamenti malitioſè peccaſſet. Illi breui inter ſe habita deliberatione, reuerſi ad Iudices aiunt, Reus eſt mortis. Mox à Cancellario in eum prolata ſententia eſt. Tum ille mentem ſuam coram omnibus explicauit de Decreto Parlamenti, quòd rex eſſet habendus caput Eccleſiæ Anglicanæ, atque totis ſeptem annis ſe diligentiſsimè veterum ſcripta & concilia euoluiſſe, nec tamen vſquam inuenire potuiſſe, hominem laicum vel ſecularem caput eſſe poſſe Eccleſiæ in rebus Eccleſiaſticis, ſed interſtrepebant quidam, nec oratione eius permoueri potuerunt, licèt eſſet ſolidiſſima. Inde reducitur in carcerem, vbi priuſquam ad turrim ventum eſſet, miſerandum accidit ſpectaculum. Erat Moro filia Margareta eleganti forma, optimis moribus, rara eruditione. Ea vbi cognouit in patrem mortis prolatam ſententiam, pietate in parentem & acerrimo animi dolore permota, per medios ſatellites via qua poterat perrupit, & in patris amplexus ruens, quod voce non poterat, nimio præpedita mœrore, lachrymis vbertim teſtata eſt, nempè ſummam pectoris ſui ægritudinem & angores. Verùm pater, ſatellitum permiſſu, conſtanti vultu iuſſit eam miſſos facere eiuſmodi ſingultus, & animo inpacto ferre præſentem rerum ſtatum. Sic enim, inquit, viſum eſt Deo: & tu iamprìdem conſcia es arcanorum pectoris mei. Iam verò Patre ab illa decem vel duodecim paſsibus progreſſo, illa non ferens immodicos doloris aculeos, ex tam præſenti parentis amantiſsimi periculo eius animum vehementer pungentes, rurſus accurrit ad Patrem, amplectitur abeuntem, ſed ab illo neque lachrymas vllas fundente, neque faciem in rugas aut mœrorem contrahente, hoc ſolum audit, Vale, & Deum ora pro ſalute animæ meæ. Fuit haud dubiò grauis tentatio tanto viro, ſed qui iam pro veritate ſemel vitam cum ſanguine profundere prorſus deliberarat, Chriſti amori omnem quantumuis propinquorum amorem poſthabuit, vt ſe verum & inuictum Chriſto martyrem conſecraret. Ita quidem nos de tali viro ſentire congruum eſt, qui cùm poſſet in illo regno rebus omnibus eſſe florentiſsimus, tamen ne Deum offenderet, ipſam quoque vitam perdere maluit. Idem autem ipſe, cum eſſet regni Cancellarius, quandiu rex Catholicam tuebatur religionem, ſeuerè in eos animaduertere ſolitus erat, qui Lutheri aut alterius dogma hæreticum ſequerentur. Deinde ſeptima Iulij caput illi præciſum eſt.

Non in Roffenſem & Morum ſolos diram effrenati animi ſui crudelitatem teſtatus eſt: Carthuſtenſes, Brigittani, Frãciſcani, quotidie ſpectaculum triſte hominibus dabant. Nihil paſsim auditur præter frequentes piorum cædes ab Arce Londinenſi ſingulis fermè diebus noua crudelitatis exempla erumpebant. Hinc Hæreſis audacius è ſpecubus Anglicis imo Cerbereis cœpit attollere caput. Hic videre eſt verum Paulus Pontifex maximus iure ne an iniuria hanc conſtitutionem in Henricum ediderit, aut quicquam feſtinanter nimis hac in re fieri voluerit. Expectatur, rogatur, adhortatur. Sed fruſtra, rex effaſcinatus, à Deo derelictus & exciſus à membris Eccleſiæ quotidiè labebatur in peiora conſilia. Bona Eccleſiaſtica ſacrilegiis inultè decoxit, aulicis dedit, & ganneonibus monaſteria repleuit. Interdum Anna Bolena exteros amplexus rege inſcio adamabat eóque peruenit infanda voluptas vt & Georgium Bolenum fratrem quo occultaretur magis crimen ad venereũ congreſſum compulerit. Qua de cauſa à Rege alienatur & ob inceſtum ac adulterium damnata cum eodem fratre, & certis aulicis quibus ad libidinem explendam vſa fuerat ſecuri publicè percuſſa eſt. Rex vxorius Ioannæ Semeiræ nupſit. Antiquas regni leges violat, & nouis conſtitutionibus ad denegandum omnem religionis, pacis & fidei cultum ſuos miſeros ſubditos adigit. Has hæreſes poſt Papæ eccleſiæ abrogatum primatum inſtituit primum in ipſis ſacramentis immutabat omnia pro ſua libidine: nam primò affirmabat cum Catholicis, ſeptem eſſe Eccleſiæ ſacramenta: ſed cum Lutheranis dicebat, tria eſſe tantùm à Chriſto inſtituta, Baptiſmum, Euchariſtiam, & Pœnitentiam, cætera quatuor, vt minoris momenti minúſque neceſſaria, ab Eccleſia eſſe poſtea adiuncta. Deinde in ſacrificio altaris & in ipſo canone multa peruertebat: nam expungebat vbique Pontificis nomen, & ſuum, loco eius ſupponebat omnes etiam orationes in Miſſa pro ſummo paſtore prohibebat. In ſacramento autem Pœnitentiæ, etſi confeſſionem neceſſariam eſſe diceret: tamen à Chriſto inſtitutam eſſe negabat, ſatisfactionis nomen omninò abolebat. Orare quidem pro defunctis iubebat, purgatorij tamen nomen nullo modo permittebat. Ordinis ſacramentum fatebatur, ſed in eo tractando & tradendo infinita permiſcebat: imò nouam for-

mam

mam ordinandi epiſcopos ipſe præſcripſit. Sacerdotes à coniugio prohibebat, monachis tamen multis qui ſacerdotes non eſſent, vxores permittebat. Votorum caſtitatis & viduitatis neceſſariam eſſe perſolutionem volebat: cum ipſe nihilominus omnes qui viginti quatuor annis minores eſſent, à Monaſteriis exire & ad ſæculum reuerti cogeret, grandæuos etiam quoſcunque permitteret. Poſtremò, vt plura huius generis non percurram, cum ipſe in ſancta ſanctóſque omnes, & in eorum memoriam beneuolus ac deuotus videri vellet, interea tamen, Eccleſiarum ornamenta, ſanctorum reliquias ac donaria, & quicquid erat precioſum, expilabat, & in ſuũ fiſcum redigebat: adeò vt vel nullam plenè religionem aut fidem coluiſſe eum reuera exiſtimes: vel vt alterum quendam Mahometem, profanum quoddam Alcoranum ex diuerſarum opinionum ac religionum aſſuturũ, ingenio proprio voluiſſe conſtituere. Qui aduerſabantur iniquis cœptis Tyranni his mors erat præſentiſſima. Martyrum tumulos D. D Albani Edmundi & Thomæ Cantuarienſis expilat, ſed in D. Thomam crudelius efferaſcit. Illum enim etiam mortuum ingenti odio proſequebatur & in ius vocat.

AEſtimari difficulter poteſt, quantam ſtragem ſacrarum ædium, monaſteriorum ac templorum, profanus iſte Nabuchodonoſor in hac vltima ſua vaſtatione ediderit. Vir quidam doctus illius temporis his duobus verſiculis, ſic rem expreſſit.

Millia dena vnus templorum ſuſtulit annus.
Quàm timeo in pœnas, vix ſatis vnus erit.

Vtcunque tamen fuerit de numero, qui ſine controuerſia maximus erat: illud certè conſtat monaſteria Anglicana eo tempore fuiſſe ornatiſſima, non ſolum monumentorum antiquitate, rerúmque ſacrarum præſtantia, verumetiam opum affluentia & ædificiorum ſplendore quodam ſingulari: quæ omnia Henricus direpta prius ac deuaſtata, ſolo æquauit, nec vel Bibliotecis, vel vllis literarum antiquitatíſve monumentis pepercit, illud barbarum, ſubinde vſurpans: Coruorum nidos eſſe penitus diſturbandos, ne poſtea iterum ad cohabitandum conuolent. Quicquid igitur maiorum noſtrorum pietas, induſtria, religio, aut deuotio, à primo die quo fides Chriſti ſedem fixit in illo Regno, per tot retro ſæcula condiderat, conſtituerat, congregauerat aut elargita fuerat in religionis Chriſtianæ cultum, ſub viris monaſticis, aut fœminis regularem vitam profitentibus: id totum abſorpſit Henrici libido, breuiſſimo temporis ſpatio terminata. Ad vnius enim anni voluptates non ſufficiebat, vt poſt explicabitur: nunc autem cætera proſequemur. Cum iam rex grauiori ægritudine premeretur de reconciliatione cogitauit ſed timore innatæ ſuæ crudelitatis nemo fidele conſilium dare audebat. Et ſi quis aliquid pium conſulebat, aderat illico impius paraſitus aut dehortator.

Ne nihil tamen boni in vniuerſa vita feciſſe videretur, néve iam moriens nullam ſui memoriam apud pauperes relinqueret, voluit, beneficium quoddam egregium, vt videbatur, in ciuitatem Londinenſem conferre. Itaque tertio nonas Ianuarij, vigeſimo nempe & quinto die ante mortem, iuſſit aperiri ac purgari Eccleſiam Fratrum ſancti Franciſci, quæ poſt euerſionem monaſterij ad eum vſque diem clauſa, omníque ſpurcitie oppleta remanſerat, voluitq; Miſſam in ea celebrari, eamque parochialem fieri: quo ipſo die Epiſcopus de Rocheſter Regis eleemoſynarius, pro concione ad populum, Regis pietatem ac munificentiam collaudauit, literáſque protulit, quibus ſua maieſtas in vſus pauperum perpetuos, prædictam Eccleſiam Franciſcanorum, iam Regia authoritate parochialem factam, vna cum ſancti Bartholomæi hoſpitali eidem annexo, annuiſque cenſibus aureorum fere mille duabúſque aliis parochialibus Eccleſiis, ſancti Nicolai & ſancti Eduini, ciuitati Londinenſi dono dabat ea conditione, vt omnes iſtæ tres Eccleſiæ, in vnam illam quæ monachorum erat, cohaleſcerent, eaque perpetuis deinde temporibus hac inſcriptione notaretur: Eccleſia Chriſti ab Henrico Octauo Angliæ Rege fundata. Atque hæc fuit illa inſignis reſtitutio quam Henricus pro mille plus minus monaſteriis dirutis, & pro decem millibus Eccleſiarum direptis ac diſſipatis, mortis hora aduentante fecit. Vnam ſcilicet Eccleſiam parochialem erexit alienis ex bonis, nec eam abſque duarum aliarum ſublatione, hoſpitale quoque adiecit, quod ſuum non erat, atque ita vitæ exitus reliquo vitæ curriculo reſpondit.

Vt autem ingenium, ſtudium & mores Henrici, paucis perſtringamus: à bonis quidem literis nunquam alienus fuit, imò liberalium artium Doctores fouit, & quibuſdam Profeſſoribus auxit ſtipendia. Epiſcopos (præter vnum Craumerum Cantuarienſem, qui ad hoc factus eſt, vt in diuortij negotio illius libidini ſubſeruiret) & doctos nominauit, & minimè malos: adeò vt plærique eorum poſtea tam Edouardo quam Elizabetha regnante, ob Catholicæ fidei confeſſionem carceres & vincula ſubierint. Sacramentum Euchariſtiæ ſummo ſemper in honore

nore

nore habuit. Itaque cum paulò ante mortem ſub vnica ſpecie (quòd ſemper obſeruauit) communicaturus, de cathedra in qua ſedebat, aſſurgeret, vt genibus in terram defixis, Saluatoris noſtri corpus adoraret: Zuingliani autem qui aſtabant, dicerent, poſſe maieſtatem ſuam in hac imbecilli valetudine ſedentem in cathedra Euchariſtiam percipere, illis reſpondit: ſi me non modò vſque ad terram adiicerem, ſed & ſub ipſam terram ſubmitterem, ne ſic quidem ſatis honoris huic ſanctiſſimo Sacramento mihi viderer delaturus: Denique nulla ferè in re à fide Catholica diſceſſit: præterquam libidinis & luxuriæ cauſa. Penitus enim à carne ſua victus & ſuperatus, ob repudium Catharinæ non permiſſum, Pontificiam poteſtatem abiecit: Monaſteria etiam euertit; partim quòd monachi & religioſi Fratres maximè omnium repudio eius aduerſarentur: partim quòd bonis Eccleſiaſticis inhiaret, quo ſuppeteret, vnde ſumptus effuſiores in epulas, meretrices, & inſanas ſubſtructiones faceret.

Nec ingenij acumen, nec iudicij grauitas ei deerat, ſi quando alicuius negotij ſeriæ inueſtigationi ſeipſum dediſſet, maximè horis matutinis. Nam in prandio vt inebriaretur ſæpiſſimè ei contigit; id quod lenones, adulatores, atque hæretici, (quibus aulam atque etiam cubiculum eius Anna Bolena, & aliæ iam vxores quam concubinæ repleuerant) cum animaduertiſſent: nihil ei præterquam pomeridiano tempore, aut ſuggerebant in aliorum perniciem, aut in ſuam rem commendabant. Et alij quidem obſeruabant momenta in quibus aluum copioſiùs exonerauerat, quòd tunc hilarior ſolito eſſet: alij dum alea luderetur, ſponte damnum & fraudem ab illo inferri ſibi patiebantur: vt cum viderent illum ob victoriam omnibus lætitiis perfuſum, illi viciſſim ſe omnia ſua iam perdidiſſe ſubinferentes, vel innocentis alicuius bona, vel plumbum quo monaſterium aliquod tegeretur, vel alicuius Eccleſiæ campanas, vel ſimile quippiam maximi pretij emendicarent. Alius etiam ob porcellum egregiè aſſatum (quo genere cibi libentiſſimè veſcebatur) alius ob Exedram regiam commodiori ab igne diſtantia dextrè locatam, alius denique quòd in luſu aleæ elegantius ſe ac facetius gereret, non beneficio ſolum, ſed etiam honore auctus dicitur.

Mortuus eſt Henricus Londini ad quintum Calendas Februarij anno Daminicæ incarnationis milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, quo etiam in tempore moritur Lutherus in Germania: & ad duos inde menſes, Franciſcus Galliarum Rex Chriſtianiſſimus. Fuit Henrici mors tum Anglis grata, qui eum iam oderant, tum externis etiam principibus vtilis, maximè Carolo Cæſari; qui bellum Germanicum ingreſſus, ex inſigni victoriarum ſuarum frequentia, certiſſimum hoſtem habiturus fuiſſet illum, qui tam proſperam eius fortunam æquo animo nunquam tuliſſet, Scotiæ etiam percommodè accidit, quæ Iacobo Rege quinto paulò ante orbata, iam eius filiæ Mariæ, quatuor tantummodo annos natæ parebat. Gallis præterea res erat iucunda, quia maior nouo ipſorum Regi Henrico dabatur commoditas, ſui regni principia bene conſtituendi. Hæc fuit vita Henrici Anglorum regis deploratiſſima futuris ſæculis hiſtoria.

III.

Inſtitutio & confirmatio ſocietatis nominis Ieſu.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

REGIMINI Militantis eccleſiæ, meritis licet imparibus, diſponente domino, præſidentes, & animarum ſalutem, prout ex debito paſtoralis officij tenemur, ſolicitis ſtudiis exquirentes fideles quoſlibet, qui vota ſua in id exponunt apoſtolici fauoris gratia confouemus, aliáſque deſuper diſponimus, prout temporum & locorum qualitate penſata, id in domino conſpicimus expedire. Nuper ſiquidem accepimus, quòd dilecti filij Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Iacobus Lyauez, necnon Claudius Iayus, Paſchaſius Broet, ac Franciſcus Xauyer, necnon Alfonſus Salmeron, & Simon Rodericus, ac Ioannes Coduri, & Nicolaus de Bobadilla, preſbyteri Pampilonen. Gebennen. Seguntin. Toletan. Viſen. Ebredunen. & Palentin. Ciuitatum & Diœc. reſpectiuè in artibus magiſtri in vniuerſitate Pariſien. graduati, & in Theologicis ſtudiis per plures annos exercitati Spiritu ſancto (vt piè creditur) afflati, iamdudum è diuerſis mundi regionibus deſcendentes in vnum conuenerunt, & ſocij effecti, abdicatis huius ſeculi illecebris, eorum vitam perpetuò Domini noſtri IESV CHRISTI, atque noſtro & aliorum ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſeruitio dedicarunt, & iam quam pluribus

Prima auſpicia Societatis Ieſu.

Q bus

bus annis laudabiliter in vinea domini ſe exercuerunt, Verbum Dei præuia ſufficienti licentia, publicè prædicando, fideles priuatim ad benè beatéque viuendum exhortando, & ad pias meditationes excitando, hoſpitalibus inſeruiendo, pueros & perſonas rudes ea quæ ad Chriſtianam hominis inſtitutionem ſunt neceſſaria, docendo,& demum omnia charitatis officia, & quæ ad animarum conſolationem faciunt,vbique terrarum vbi peregrinati ſunt,multa cum laude obeundo. Cúmque ad hanc almam Vrbem ſe contulerint, & in charitatis vinculo perſiſtentes ad perficiendam & conſeruandam eorum ſocietatis in Chriſto vnionem, quandam viuendi formulam iuxtà ea quæ ad propoſitum ſibi finem conducere vſu dedicerunt Euangelicis conſiliis, & Canonicis patrum ſanctionibus conformem ediderunt, factum eſt,vt ipſorum ſociorum vitę inſtitutum ſub dicta formula comprehenſum non ſolum à multis probis viris & Deum zelantibus laudetur,verum etiam à quibuſdam ita approbetur,vt illud etiam ſequi velint. Formulæ autem prædictæ Tenor ſequitur,& eſt talis; Quicunque in ſocietate noſtra quam IESV nomine inſigniri cupimus, vult ſub crucis vexillo Deo militare, & ſoli domino,atque Romano Pontifici eius in Terris Vicario ſeruire,poſt ſolenne perpetuæ caſtitatis votum,proponat ſibi in animo ſe partem eſſe ſocietatis, ad hoc potiſſimum inſtitutæ,vt ad profectum animarum in vita & doctrina Chriſtiana & ad fidei propagationem per publicas prædicationes,& verbi Dei miniſterium ſpiritualia exercitia & charitatis opera, & nominatim per puerorum, ac rudium in Chriſtianiſmi inſtitutionem, ac Chriſtifidelium in confeſſionibus audiendis ſpiritualem conſolationem præcipuè intendat,curétque primo Deum,deinde huius ſui inſtituti rationem quæ via eſt quædam ad illum ſemper ante oculos habere,& finem hunc ſibi à Deo propoſitum totis viribus aſſequi.

Vnuſquiſque tamen ſecundum gratiam ſibi à Spiritu ſancto ſubminiſtratam, & vocationis ſuæ proprium gradum, ne quis fortè zelo vtatur, ſed non ſecundum ſcientiam,cuius proprij, cuiuſque gradus iudicium & officiorum diſcretio, ac diſtributio tota ſit in manu præpoſiti ſeu prælati per nos eligendi,vt congruus ordo ſeruetur in omni bene inſtituta communitate neceſſarius.

Quiquidem Præpoſitus de conſilio conſociorum conſtitutiones, ad conſtructionem huius præpoſiti nobis finis conducentes in conſilio condendi auctoritatem habeat,maiori ſuffragiorum parte ſemper ſtatuendi ius habente.

Conſilium vero intelligatur eſſe in rebus quidem grauioribus, ac perpetuis maior pars totius ſocietatis quæ à prępoſito commodè conuocari poterit,in leuioribus autem & temporaneis,omnes illi,quos in loco vbi præpoſitus noſter reſidebit,præſentes eſſe contigerit.Iubendi autem ius totum penes præpoſitum erit.

Sint omnes ſocij & non ſolum in primis profeſſionis ſuæ foribus, ſed quoad vixerint quotidie animo voluant ſocietatem hanc vniuerſam & ſingulos ſub ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & aliorum Romanorum Pontificum ſucceſſorum eius,fideli obedientia Deo militare,& quamuis Euangelio doceatur,& fide orthodoxa cognoſcamus,ac firmiter profiteamur omnes Chriſtifideles Romano Pontifici tanquam capiti,ac Ieſu Chriſti Vicario ſubeſſe,ad maiorem tamen noſtræ ſocietatis humilitatem, ac perfectam vniuſcuiuſque mortificationem, & voluntatum noſtrarum abnegationem ſummopere conducere, Iudicauimus ſingulos nos, vltra illud commune vinculum,ſpeciali voto aſtringi:Ita vt quicquid modernus & alij Romani Pontifices pro tempore exiſtentes iuſſerint, ad profectum animarum & fidei propagationem pertinens, & ad quaſcunque prouincias nos mittere voluerit, ſine vlla tergiuerſatione aut excuſatione illicò quantum in nobis fuerit,exequi teneamur,ſiue miſerit nos ad Turcas, ſiue ad quoſcunque alios infideles etiam in partibus, quas Indias vocant,exiſtentes, ſiue ad quoſcunque hæreticos, ſeu ſchiſmaticos ſeu etiam ad quoſuis fideles. Quamobrem qui ad nos acceſſuri ſunt, & antequam huic oneri humeros ſupponant, diu multúmque meditentur an tantum pecuniæ ſpiritualis in bonis habeant, vt turrim hanc iuxtà conſilium dominicum poſſint conſummare,hoc eſt an Spiritus ſanctus,qui illos impellit, tantum illis gratiæ polliceatur,vt huius vocationis pondus, illo adiuuante ſe laturos ſperant,& poſtquam Domino inſpirante, huic Ieſu Chriſti militiæ nomen dederint, die

die noctúque ſuccincti lumbos, & ad tam grandis debiti ſolutionem prompti eſſe debebunt.

Ne qua autem poſſit eſſe inter nos miſſionum, ac prouinciarum huiuſcemodi, aut ambitio vel detractio,profiteantur ſinguli ſe nunquam directè aut indirectè de huiuſmodi miſſionibus quicquam cum Romano Pontifice curaturos, ſed omnem hanc curam Deo & ipſi Pontifici tanquam eius Vicario, & ſocietatis Præpoſito dimiſſuros. Qui quidem præpoſitus ſicut cæteri etiam profiteatur, ſe nihil de ſuimet ipſius miſſione in alterutram partem,niſi de ſocietatis conſilio,cum dicto Pontifice eſſe curaturum.

Voueant ſinguli ſe in omnibus, quæ ad regulæ huius noſtræ obſeruationem faciunt,obedientes fore ſocietatis præpoſito.

Ille autem iubeat ea quæ ad conſtructionem propoſiti ſibi à Deo & à ſocietate finis cognouerit eſſe oportuna.

In prælatione autem ſua benignitatis,ac manſuetudinis, charitatíſque Chriſti Petri Paulíque formulę ſemper ſit memor,tam ipſe quam conſilium ad normam hanc aſſiduè ſpectent.

Et nominatim commendatam habeant inſtitutionem puerorum ac rudium in Chriſtiana doctrina decem præceptorum, atque aliorum ſimilium rudimentorum quæcunque ſecundum circunſtantias perſonarum, locorum,ac temporum illis congrua videbuntur.Etenim maximè neceſſarium circa prouidentiam huius rei diligenter præpoſitum & conſilium inuigilare, cum & in proximis ædificium fidei ſine fundamento non poſſit conſurgere,& in noſtris periculum ſit,ne vt quiſque erit doctior ita prouinciam hanc tanquam primo aſpectu minus ſpecioſam forſitan detractare conetur. Cum tamen re vera nulla ſit fructuoſior vel proximis ad ædificationem vel noſtris ad charitatis & humilitatis ſimul officia exercenda.Subditi verò tum propter, ingentes ordinis vtilitates,tum propter nũquam ſatis laudatum humilitatis aſſiduum exercitium prępoſito in omnibus inſtitutum ſocietatis pertinentibus parere ſemper teneantur, & in illo Chriſtum veluti præſentem agnoſcant,& quantum decet venerentur.

Cum autem experti fuerimus iucundiorem,puriorem,& ad proximi ædificationem aptiorem eſſe vitam ab omni auaritiæ contagione quam remotiſſimam & euangelicæ paupertati quàm ſimillimam:Cúmque ſciamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſeruis ſuis regnum Dei ſolum inquirentibus neceſſaria ad victum & veſtitum eſſe ſubminiſtraturum.

Voueant ſinguli & vniuerſi perpetuam paupertatem, declarantes, quòd non ſolùm priuatim, ſed neque etiam communiter poſſint pro ſocietatis ſuſtentatione aut vſu ad bona aliqua ſtabilia,aut ad prouentus ſeu introitus aliquos, ius aliquod ciuile acquirere, ſed ſint contenti vſu tantum rerum ſibi donatarum, ad neceſſaria ſibi comparanda recipere.

Poſſint tamen habere in Vniuerſitatibus, Collegium ſeu Collegia habentia redditus cenſus ſeu poſſeſſiones, vſibus, & neceſſariis ſtudentium applicandas, retenta penes præpoſitum & ſocietatem omnimoda gubernatione, ſeu ſuperintendentia ſuper dicta Collegia & prædictos ſtudentes, quoad Gubernatoris, ſeu Gubernatorum, ac ſtudentium electionem, ac eorundem admiſſionem remiſſionem receptionem, excluſionem, ſtatutorum ordinationem circa ſtudentium inſtructionem, ædificationem, ac correctionem victus veſtitúſque eis miniſtrandi modum, atque aliam omnimodam gubernationem,regimen ac curam,Sic tamen vt neque ſtudentes dictis bonis abuti, neque ſocietas in proprios vſus conuertere poſſit,ſed ſtudentium neceſſitati ſubuenire.

Quiquidem cognitionem in ſpiritu & literis eorum profectum, & poſt ſufficientem probationem in ſocietatem noſtram admitti poſſint.

Socij omnes quicunque in ſacris fuerint,quamuis beneficia eccleſiaſtica, aut eorum redditus non habeant, teneantur tam ſinguli priuatim,ac particulariter,& non communiter ad dicendum officium ſecundum eccleſiæ ritum.

Hæc ſunt quæ ſub præfati domini noſtri Pauli, & ſedis apoſtolicæ beneplacito,de noſtra profeſſione typo,quodam explicare potuimus,quod nunc fecimus,vt

 ſummatim

ſummatim ſcriptione hac informaremus tum illos qui nos de noſtro vitæ inſti-tuto interrogant, tam etiam poſteros noſtros, ſi quos, Deo volente, imitatores vnquam habebimus huius viæ, quam cum multas magnáſque habere annexas dif-ficultates fuerimus experti, opportunum iudicauimus etiam ſtatuere.

Ne quis in hac ſocietate recipiatur, niſi diu ac diligentiſſimè fuerit probatus. Cúmque prudens in Chriſto, & vel doctrina, ſeu vitæ Chriſtianæ puritate appa-ruerit conſpicuus tunc demum admittitur ad Ieſu Chriſti militiam, qui tenuibus cœptis noſtris fauere dignetur ad gloriam Dei Patris: cui ſoli ſit ſemper decus, & honor in ſæcula, Amen. Cum autem nil in præmiſſis reperiatur quod pium non ſit, aut ſanctum.

Nos (vt iidem ſocij, qui nobis ſuper hoc humillimè ſupplicari fecerunt, in eo-rum pio viuendi propoſito eo promptiores exiſtant, quo ſe maiori ſedis apoſtoli-cæ gratia complecti cognouerint, & præmiſſa per nos approbari viderint) præ-miſſa omnia & ſingula tanquam ad ſpiritualem profectum eorundem ſocio-rum, & reliqui Chriſtiani gregis opportuna, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ex certa ſcientia approbamus, confirmamus, & benedicimus, ac perpe-tuæ firmitatis munimine roboramus, ipſóſque ſocios ſub noſtra & huius ſanctæ ſedis apoſtolicæ protectione ſuſcipimus: eis nihilominus concedentes, quòd par-ticulares inter eos conſtitutiones, quas ad ſocietatis huiuſmodi finem, & Ieſu Chriſti domini noſtri gloriam, ac proximi vtilitatem conformes eſſe iudicauerint, condere liberè & licitè valeant. Non obſtantibus generalis Concilij, & felicis re-cordationis Gregorij Papæ X. prædeceſſoris noſtri, ac quibuſuis alijs conſtitutio-nibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quòd in ſocietate huiuſmodi vſque ad numerum ſexaginta perſonarum formulam viuendi huiuſmodi profiteri cupientium, & non vltra admitti, & ſocie-tati præfatæ aggregari duntaxat valeant. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, Anno incarnationis dominicæ milleſimo quingen-teſimo quadrageſimo, quinto Cal. Octob. Pont. noſtri anno ſexto.

Fluctibus variis & ſumma temporum Tyrannide agitatam Eccleſiam ſponſam Chariſſi-mam Chriſtus nunquam deſerit, ſed miris ſolatur donis, innumeris illuſtrat gratiis ac fauo-ribus nullo turbine, nullis procellis nullo hæreticorum ariete turris hæc firmiſſima in qua la-pis lapidi fide ac charitate firmiſſimè coheret atque coniungitur percelli aut concuti potuit. Præualuerunt ſæpius infideles exilem numerum Chriſtianorum, numeroſiores & locuple-tiores fuerunt hæreſes grege catholico, nunquam tamen Eccleſiæ fax & lampas extincta eſt. Emicuit ſemper inter cædes, odia, perſequutiones lumen illud quod nunquam deficiet. Mi-rum ecce bonitatis diuinæ in Eccleſiam ſuam ſpecimen quod his temporibus in quibus præ-cipiti exitio videbantur duci, eo certior gratior effulſit amor ille cœleſtis, eò promptius no-ſtris miſertus eſt incommodis. Dum deridetur paſſim nomen Papæ, Petri claues contemnun-tur. Lutherus peſſimi dogmatis vocis per Germaniam peſtilenti lingua effundit, Rex Angliæ turbulentiſſimæ mentis inauditam crudelitatem in Catholicos exercet, dum ſacri cultus pie-tas, religionis feruor penitus extinctus videtur, dum ſuperſeminat inimicus hoſtis zizania, adſunt diuino pneumate acciti Patres ſocietatis Ieſu qui Petri ſedem illuſtrant in Lutherum arma diuini eloquij parant, Tyrannos aggrediuntur, lolium ab agro dominico euel-lunt & fidei Chriſtianæ præclariſſimi buccinatores verbo & exemplo cunctis prælucent. Fruſtra aduerſus hæc propugnacula conatur. Lutherus, fruſta multiplicantur qui veritatem Chriſti premium, fruſtra Rex Anglus muros Syonis euertere contendit, adſunt nobis noua hæc præſidia quorum Dux & anteſignanus veluti Clariſſimus & natalium ſplendorum con-ſpicuus IGNATIVS LOYOLA Cantaber extitit. Is cum valido lacerto pro regis & patriæ ſalute arcem Pompeiopolitanam à Gallica obſidione defenderet, bombardæ ictu altero crure comminuto, altero grauiſſimo vulnere accepto ab hoſtibus capitur, qui tamen paucis in-nata humanitate & beneuolentia commoti hominem tam male Martis premiis donatum do-mum paulo poſt remiſerunt. Ab his vulneribus ſummum pharmacum animæ exiliit. Hoc bel-lum gratæ pacis auſpicia dedit, tutus nauigat. Ignatius poſt naufragium, iam non abſimilis vi-detur Zenoni qui cum multo ditatus lucro ab exteris rediret in patriā, poſtea quam naufragio bona periiſſent dixiſſe legitur εὖγε ποιεῖ ἡ τύχη προσελαυνουσα ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ. Bene facit fortuna

fortuna cum nos ad Philoſophiam admonet. Age fortuna ſentio quid velis, ad Philoſophiam me vocas, venio quò vocas. Vt hæc iactura ceſſit huic Philoſopho in maximum lucrum, ſic la-chrimoſum & funeſtum bellum Ignatio ſummum dedit animæ gaudium. Ex milite factus eſt Dux inſignis illius ampliſſimæ ſocietatis quæ ſub nomine Ieſu per vniuerſum orbem pro-pagata eſt. Hæc mutatio dexteræ excelſi. Cum iaceret in grabato velut Lemnius ille eiulator, annum integrum, & ingentes pateretur dolores, nullum præſentius ſolamen piis meditationi-bus vel amicorum ſalutari colloquio habuit. In hoc triſti ocio, vitas ſanctorum è capite ad calcem reuoluit quibus ſumma Philoſophiæ Chriſtianæ exempla traduntur. Hic docetur ſper-nere mundi illecebras, hominem in homine ſuperare, totis votis ad beatas cœli ſedes & ad ſum-mum illud bonum eniti. Hic plauſibiles audit ſanctorū choros ſuis cœptis fauere. Virum æta-te florentem (vix enim vigeſimum ſextum vitæ annum attigerat pulſis) ambitus, honoris, & opum illiciis aſperæ & rigidæ pœnitentiæ decreta ſibi ſponte ſtatuere nonne his temporibus corruptiſſimis mirum eſſe dixeris. Curatis vulneribus loricam in humile pallium commuta-uit, ad celeberrimum Montis ſerrati templum ſe contulit vbi veſtibus lautioribus & ſericis exutus quas pauperi cuidam dedit laceras rurſus induit. Non adulatur aut blanditur carni, ſummam Pœnitentiam nullis modis fucatam inſtruxit. Literis aſſiduò inuigilat. Hieroſoly-mam ſe confert. E Hieroſolyma primò Complutum, poſt Salmanticam viſitat ibique literis dat operam. Lutetiæ Pariſiorum multis exhantlatis laboribus Theologiæ laurea illuſtratur, in Hiſpaniam rurſus proficiſcitur anno ſalutis M.D.XXXVI. illius pietate, pœnitentia, opti-mis moribus & vitæ ſanctitate allecti viri clariſſimi illud vitæ inſtitutum ſequuti ſunt. Ex his fuere Petrus Faber, Franciſcus Xauier, Iacobus Laynes, Claudius Haius, Ioānes Codurius Alphonſus Salmeronius, Simon Rodericus Luſitanus, Nicolaus de Bouadilla, Paſchaſius Broet. Hinc optimo zelo æſtuātes, per vrbes primū Venetæ ditionis ſacra iecerunt ordinis rudimēta incredibili diuini honoris & fidei catholicæ ſtudio. Flagrantibus votis Hieroſolymam verſus peragrare cupiebant vt infidelibus euangelij lumen prædicarent, ſed fracto fœdere quod Ve-netorum reſpublica cum Turcis percuſſerat tutus ad ſacra Paleſtinæ loca aditus non patuit. Lætabatur ſummus Pontifex videns nouos hoſce operarios miſſos ad excolendam vineam Do-mini nullis laboribus nullis periculis aut animo frangi, aut à cœptis retardari, ideò publico di-plomate hanc ſodalitatem nomine Ieſu conſpicuam confirmat variis priuilegiis commendat, vt in omnibus officiis pietatis ac religionis Romano Pontifici peculiariter ſe ſuámque operam pollicerentur, ipſiúſque iuſſu quiduis periculorum ac laborum in religione propaganda ſubi-rent & quocunque demum terrarum, ac infidelium errantium, ac peccatorum inſtructionē & conuerſionem ab eo mitterentur, mox abſque omni contradictione etiam non petito via-tico, tanquam à Chriſto miſſi proficiſcerentur, & ab his pulcherrimis inſtitutis edocti voca-runt ſocietatem Ieſu eiuſque nomen ad extremos vſque Indos AEtyopes, atque Antipodes dif-fuderunt. Huius ſodalitij præclariſſima trophea domi foriſque parta teſtantur noſtri tempo-ris omnes penè hiſtoriographi immortali autem laude dignus ab hac patrum ſocietate ef-fulſit miraculis clarus Franciſcus Xauerius. Conſtat enim ex Indicis literis, quas ij, qui cum eo verſabantur, huc miſerunt, ab eo paralyticos, ſurdos, mutos, cæcos eſſe curatos, mortuum quoque ad vitam reuocatum, & cùm mortuus deferretur ad Inſulam Goam ex Malacca, ma-ris tempeſtatem ſedatam, denique corpus eius poſt XV. menſes à morte integerrimum, & ſuauiter olens repertum, cùm tamen iacuiſſet per multos menſes calce obrutum: nec dubium eſt, quin vſque ad hanc diem integrum & incorruptum conſeruetur.

Vidit hæc noſtra ætas duos è diametro diſſimiles Beatum Xauerium, & infœlicem Lu-therum. Conferantur hæc Xauerij præconia cum Lutheri vita, & morte: Lutherus deſerit monaſterium, ducit vxorem poſt votum continentiæ, bellum indicit Papæ: Franciſcus ingre-ditur ordinem religioſum, ſeruat diligentiſſimè votum continentiæ: obligat ſe Papæ voto o-bedientiæ peculiari, & ab eo miſſus in extremas mundi oras proficiſcitur. Certè iſti con-trariis itineribus incedunt, vt neceſſe ſit alterum eorum aberrare à recta via. Quis poterit melior eſſe iudex, quàm Deus, qui ſcrutatur renes, & corda? Quomodo autem potuit Deus apertius ſententiam ſuam explicare, quàm tribuendo vni donum ſingulare miraculorum, & conſeruando corpus eius præter naturæ ordinem perpetuò incorruptum: cùm interim alter ne vnam quidem muſcam excitare potuerit, & corpus eius præter naturæ etiam ordinem ſubito putreſcere cœperit, idque in hyeme, quando gelu omnia rigebant, & ita putreſcere, vt intra arcam ſtanneam fœtor contineri nequiuerit?

Si quid reparatæ pietatis & diſciplinæ Eccleſiaſticæ habent Germani, Galli, & Angli id profectò

profectò debent piiſsimis patribus ſocietatis Ieſu, illis grates referat India, quod tenebris ſepulta iubar Sydereum Euangelij conſpexerit. Quibus verò ac quantis rerum diſcriminibus perfungantur ſatis intelligit qui noui orbis hiſtorias legere dignatur. Hæc Iuſti voluminis magnitudinem deſiderant. Interim grati animi pignore hoc diploma confirmationis ſocietatis Ieſu à R. P. Claudio Aquauiua præpoſito Generale acceptum in poſteritatis gratiam & huius operis commendationem hic acceſsiſſe fatemur.

IIII.

Fratribus Capuccinis mandat, ne fratres de obſeruantia abſque licentia eorum prælatorum recipiant neque retineant.

PAVLVS Epiſcopus &c. Ad futuram rei memoriam.

ROMANI Pontificis Prouidencia circunſpecta, vt illa quæ per eum ſunt rationabiliter ordinata, firmiter obſeruentur, cum opus eſt, remediis prouidet opportunis Dudum ſiquidem per nos accepto, quod ex eo quod nonnulli ordinis fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum profeſſores, ad domos & loca fratrum dicti ordinis minorum Capucinorum nuncupatorum, abſque Prælatorum ſuorum licentia, ſe transferebant, graues contentiones & lites quibus eorum ſtatus perturbabatur, exortæ fuerant. Nos cupientes huiuſmodi contentiones & lites noſtræ prouiſionis remediis terminari, matura ſuper his cum nonnullis ex venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, quibus cauſam huiuſmodi examinandam commiſeramus, deliberatione præhabita per alias noſtras in forma breuis literas, ſub diuerſis cenſuris & pœnis in eiſdem literis contentis inhibuimus, ne dicti fratres Capucini quempiam ex dictis de obſeruantia profeſſoribus, quouis prætextu abſque Prælatorum ſuorum licentia in ſcriptis habita recipere & retinere, nec dicti de obſeruantia ad eos ſe transferre præſumerent, prout in eis literis latiùs continetur.

Primam illam conſtitutionem qua prohibuerat Capuccinis Pontifex ne fratres Obſeruantes reciperent abſque licentia eorum ſuperiorum hic non habes.

Cum autem (ſicut accepimus) dicti fratres Capucini nuncupati, præfatos de obſeruantia profeſſores contra dictarum noſtrarum literarum tenorem, prætextu cuiuſdam aſſertę licentię à nobis viuę vocis oraculo (vt prætendunt) in antiquarum diſcordiarum & litium ſuſcitationem & ſcandalum plurimorum paſſim recipere non vereantur; Nos in præmiſſis opportunè prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, omnibus & ſingulis congregationis Capucinorum huiuſmodi profeſſoribus, in virtute ſanctę obedientię, & ſub excommunicationis, aliiſque in eiſdem literis noſtris appoſitis cenſuris, & pœnis eo ipſo facto incurrendis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, diſtrictè præcipimus, & mandamus ne de cætero quempiam ex dictis de obſeruantia profeſſoribus, etiam ſi in ſeculari vel cuiuſuis alterius religionis habitu ad eos confugerent, huiuſmodi aſſertę licentię viuę vocis oraculo à nobis obtentę, aut alio quouis prætextu, abſque huiuſmodi Generalium, ſeu Prouincialium Prælatorum ſuorum licentia in ſcriptis habita, contra dictarum literarum continentiam & tenorem recipere ſeu retinere præſumant.

Executores iſtius conſtitutionis.

Quocirca dilectis filiis Gubernatori almę Vrbis noſtrę, ac Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę generali Auditori, in dictáq; Vrbe in ſpiritualibus generali Vicario noſtro, necnon vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filiis eorum in ſpiritualibus Vicariis generalibus, firmiter committimus & mandamus, quatenus ipſi vel eorum aliqui ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, necnon omnia, & ſingula in eis contenta firmiter, ac inuiolabiliter obſeruari faciant; non permitten. aliquid per quoſcunque, quacunque dignitate, præeminentia, & auctoritate fungentes, contra pręſentium tenorem quomodolibet attentari, contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, eoſque quotiens eis cenſuras, & pœnas prędictas incurriſſe conſtiterit, legitimis ſuper his habitis proceſſibus, cenſuras, & pœnas huiuſmodi incurriſſe publicè declaran. ſeu declarari facian. Inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtant. pręmiſſis, ac Fœl. Rec. Bonifacij Papę VIII. prędeceſſoris noſtri de vna, & in concilio generali de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore pręſentium ad iudicium non trahatur ac quibuſuis aliis conſtitutionibus,

conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegiis quoque indultis & litteris Apoſtolicis, etiam in forma breuis, per quoſcunque Rom. Pontifices prędeceſſores noſtros, & nos ac Sedem Apoſtolicam, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis quomodolibet conceſſis confirmatis & innouatis; quibus, etiã ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, & indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quęuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cęteríſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod pręſentium tranſumptis ſigillo alicuius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę ſignatis, ac manu alicuius publici Notarij ſubſcriptis, eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur, quę originalibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitę vel oſtenſę. Datum Romę, apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris. Die V. Auguſti Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo, Pontificatus noſtri anno Septimo.

V.

Proponentes in ſuis concionibus falſas propoſitiones & ſcandaloſas Inquiſitorum Iuriſdictioni ſubmittuntur.

PAVLVS Epiſcopus, &c. Ad futuram rei memoriam.

IN Apoſtolici culminis ſpecula diuinæ gratiæ munere collocati, nihil magis eſſe noſtri officij duximus, quam ſedulò ac diligenter omnia circunſpicere, quæ catholici nobis commiſſi gregis cuſtodiæ, ac conſeruationi conferant, illámque in primis curam ſuſcipere, & quæ materiam ſcandali præbere poſſent penitus ſuccidantur, ac radicitus extirpentur; nec ea vſque pullulare ſinantur. Cum itaque ſicut accepimus in noſtræ Bononiæ ac Mediolani, & quamplurimis aliis Italiæ ciuitatibus & locis, nonnulli ſeculares ac etiam religioſi prætextu quorundam indultorum, ac conceſſionum priuilegiorum & exemptionum, à ſede apoſtolica per ipſos obtentorum, & ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, in eiſdem ciuitatibus & locis per ſedem apoſtolicam aut illius auctoritate deputatis illorum iuriſdictione exemptos, prætendentes varias propoſitiones ſcandaloſas & erroneas, ac piarum mentium offenſiuas, & quandoque etiam hæreſim ſapientes, ac catholicæ fidei minus conſonas, Chriſtianæque pietati & bonis moribus minimè conformes publicè proponere, ac diſputare, & pro viribus ſuſtinere, necnon populis prædicare non ſine magno Chriſtifideium animarum periculo, ipſiúſque fidei detrimento, & totius religionis opprobrio temerè audeant & præſumant Nos qui deſideranter in votis gerimus, vt fides præfata noſtris proſperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fidelium extirpetur, attendentes non ideo ab apoſtolica ſede priuilegia & exemptiones concedi ſolitas eſſe, vt per ea ſcandala & fidei diminutio generenter, ſed potius ad ea tollendum & ipſam fidẽ augendum, volentéſq; ne de cætero per propoſitiones & prædicationes huiuſmodi in perditionẽ (quod abſit) animæ fideliũ prolabantur, obuiare, & ne exemptionũ prædictarũ prætextu valeant taliũ præſumptores in eorũ tam deteſtabili temeritate perdurare, eorúmque iniquitas remaneat impunita, morbo huiuſmodi neceſſariã adhibere medelã, Motu proprio & ex certa noſtra ſciẽtia, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ inquiſitores pręfati in tota Italia, & in inſula Chij deputati, & in poſterũ deputãdi, cõtra omnes & ſingulos tam ſeculares quàm religioſos, quorumuis ordinum etiam Mendicantium profeſſores, cuiuſcunque ſexus, gradus, ſtatus, conditionis, dignitatis, & pręeminentiæ, non tamen Epiſcopalis exiſtant; qui propoſitiones ſuſpectas, ſcandaloſas, periculoſas, errores continentes, hæreſim ſapientes, ac alias catholicæ fidei minus conſonas, Chriſtianæque pietati, & bonis moribus minime conformes huiuſmodi, vel earum quaſlibet in poſterum aſſerere, ſeu publicè proponere, & populis prædicare audeant, vel pręſumant, iuxtà auctoritatem & poteſtatem eis inquiſitoribus à iure aut alias quomodolibet traditam & conceſſam procedere & inquirere,

Solenne illud debet eſſe cõcionatoribus vt toto conatu attendãt ne incautè quidquam ab eorum ore euolet quod vel ſcandalũ vel hæreſim inter concionãdum ſapiat, tales enim Inquiſitorũ Iuriſdictioni & authoritati ſubſunt nõ obſtantibus eorũ priuilegiis aut exemptionibus.

rere,ſuámque iuriſdictionem exercere debeant. Necnon eis contra illos iuxtà præ-
dictam poteſtatem, vt præfertur procedendi & inquirendi, & iuriſdictionis huiuſ-
modi exercendæ facultatem quatenus opus ſit eadem auctoritate de nouo conce-
dimus: decernentes præſentibus noſtris literis, niſi per ſignaturam manu noſtra ſi-
gnatam minime derogari poſſe, irritúmque & inane quidquid ſecus ſuper his à
quoque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: diſtrictiúſ-
que inhibentes locorum ordinariis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ & ſuſpenſio-
nis à regimine, & adminiſtratione ſuarum eccleſiarum, necnon ciuitatum & lo-
corum quorumlibet dominis Gubernatoribus, & Rectoribus, & aliis quibuſcun-
que ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac bonorum ſuorum priuationis pœ-
nis, eo ipſo ſi contra fecerint incurrendis, ne inquiſitores præfatos, quominus con-
tra propoſitiones præfatas; vel earum quaſlibet ſub indultorum conceſſionum,
priuilegiorum, & exemptionum eorundem, & quouis alio prætextu aſſerentes,
proponentes & prædicantes huiuſmodi procedere, inquirere, eorúmque iuriſdi-
ctionem exercere liberè poſſint & valeant quouis modo per ſe vel alium ſeu alias
directè vel indirectè impedire præſumant: Non obſtan. præmiſſis & apoſtolicis in
prouincialibus, & ſynodalibus conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, conſti-
tutionibus & ordinationibus, necnon ordinum eorundem iuramento, confirma-
tione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus,
priuilegiis quoque & exemptionibus prædictis quibuſuis, ſeu quibuſcunque teno-
ribus & formis, & per nos & ſedem apoſtolicam conceſſis, confirmatis & innoua-
tis: quibus etſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis illorúmque totis teno-
ribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem im-
portantes mentio habenda foret, tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis ha-
bentes, hac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & ex-
preſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficile foret pręe-
ſentes noſtras literas originales ad ſingula loca quo opus foret deſtinare, volumus
& decernimus, quod earum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigil-
lo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides indu-
bia, in iudicio, & extra vbicunque exhibitæ fuerint, detur, ac eiſdem ſtetur, ac ſi ori-
ginales literæ ipſæ exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Pe-
trum ſub annulo piſcatoris, die 14. Ianuarij, Milleſimo quingenteſimo quadrage-
ſimo ſecundo, Pontificatus noſtri anno octauo.

Idem ſtatuit Pius 4.

Pœnæ impedientium inquiſitores ſuper præmiſſis.

Clauſulæ derogatoriæ.

VI.

Spolia prælatorum & aliarum Eccleſiaſticarum *perſonarum facultate ſine teſtandi decedentium ad* Reuerend. *Cam. apoſtol. ſpectare & pertinere declarat.*

Hæc conſtitutio confirmatur, & ampliatur per Iul. III. Pium. 4. & Pium V.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
ROMANI Pontificis prouidentia circunſpecta, dubia quæ litium di-
ſpendia afferre poſſent, in ſuæ declarationis arbitrio tollit, ac deſuper ſtatuit, &
ordinat, prout rerum qualitate penſata, conſpicit in Domino ſalubriter expedire.
Cum itaque, ſicut accepimus, à nonnullis nimium curioſis, qui iura Cameræ apo-
ſtolicæ vſurpare, ac Cameram præfatam illis defraudare vellent, in dubium redi-
gatur, an res, & bona, ſpolia nuncupata Prælatorum, etiam Pontificali, vel alia ma-
iori dignitate fulgentium, cæterarúmque perſonarum eccleſiaſticarum ſæcularium
& regularium, tempore obitus ipſorum remanentia, ex eo quod Romano Pontifi-
ci pro tempore exiſtenti, & Cameræ præfatæ reſeruata fore, aliqua generali apo-
ſtolica conſtitutione, forſan non caueatur ad Cameram prædictam iurelegitimo
ſpectare, & pertinere debeant. Nos, & ſi ſatis euidenter conſtet, & appareat, præ-
deceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, & noſtram indubiam intentio-
nem, & voluntatem ſemper fuiſſe, vt ſpolia huiuſmodi, ad dictam Cameram, &
non ad alios ſpectarent, & pertinerent, & quod pro eadem Cameræ exigerentur,
& recuperarentur, cum prædeceſſores præfati diuerſos dictorum ſpoliorum, vt ad
Cameram predictam ſpectanium, & pertinentium collectores, & exactores in va-
riis prouinciis & locis deputauerint, & conſtituerint, & nos deputauerimus, & con-
ſtituerimus,

ſtituerimus, varię quoque literæ ab eiſdem prædeceſſoribus, & à nobis ſuper exa-
ctione aliquorum eorundem ſpoliorum in quibus ſpolia huiuſmodi ad præ-
fatam Cameram ſpectare expreſsè continebatur, emanauerint, ac ſemper de
illis dicti prædeceſſores per pleráſque alias literas, tanquam de rebus ad Cameram
prædictam pertinentibus, donando, vel tranſigendo, aut alias diuerſimode diſpo-
ſuerint, & nos diſpoſuerimus necnon ea ab antiquiſſimo tempore citra, dictæ Ca-
meræ noſtræ nomine exacta: & inter iura ipſius Cameræ connumerata fuerint: ne
tamen præmiſſorum veritas deprimi, & mendacium deſuper in præfatæ Cameræ
præiudicium, locum ſibi vendicare valeant: attendentes quod iniquum eſſet, ſi ex
apoſtolicæ ſedis benignitate, vel alia rationabili cauſa, ad ſingula quæque loca
collectores non deſtinantur, iura ipſius Cameræ propterea depereant, dubium hu-
iuſmodi enucleare, ac in præmiſſis opportunè prouidere volentes, Motu proprio,
& ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus res
& bona huiuſmodi, ſpolia, vt præfertur, nuncupata, in quibuſuis regnis, ac domi-
niis, tam citra, quam vltra montes, & mária conſiſtentia, quæ pro tempore poſt
obitus Prælatorum, & perſonarum prædictarum, quantumcunque etiam, vt præ-
fertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatus honore ful-
gentium, qui vel nullo condito teſtamento, vel abſque ſufficienti facultate, aut vl-
tra quantitatem, de qua facultatem habuerint, condito, deceſſerunt, decedent, re-
manſerunt, remanent, & remanebunt, etiam quod ad illa recuperandum aliqui
Collectores deputati non fuerint, ad Cameram apoſtolicam: & non ad alios, etiam
cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Collegiatis, ac aliis eccleſiis, monaſteriis,
cæteríſque beneficiis eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura ſecularibus, & quorum-
uis ordinum regularibus vtcunque qualificatis ſucceſſores illa in titulum, com-
mendam, adminiſtrationem, & alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam
ſi ad illa vigore prioris tituli, ius regrediendi, ſeu accedendi, vel ingrediendi, con-
ceſſum fuerit, ſpectaſſe, & ſpectare: illáque tanquam ad ipſam Cameram ſpectan-
tia, perpetuò colligi, & recuperari potuiſſe, & poſſe, atque debere, ac ita, vt præfer-
tur, eorundem prædeceſſorum & noſtram intentionem, & voluntatem ſemper fuiſ-
ſe, fidem facimus, & atteſtamur per præſentes. Decernentes ſic, & non aliter per
quoſcunque tam ordinaria, quam delegata & mixta auctoritate fungentes iudi-
ces & perſonas, vbique in quacunque inſtantia iudicari, diffiniri, & decidi debere,
ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, interpretandi, ac decidendi,
facultate, necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis
auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio
Guidoni Aſcanio Sfortię Sancti Euſtachij Diacono Cardinali, Camerario no-
ſtro, eiúſque in Camerariatus officio ſucceſſoribus committimus & mandamus,
quatenus exactioni: & recuperationi ſpoliorum huiuſmodi incumbant, & illa ad
Cameram apoſtolicam prouenire, ac præmiſſa ab omnibus inuiolabiliter obſerua-
ri faciant, nec permittant Cameram ipſam: vel eius agentes deſuper modo aliquo
moleſtari, impediri, vel inquietari, contradictores, &c. compeſcendo, inuocato
etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis,
& quibuſuis apoſtolicis, ac in prouincialibus & ſynodalibus cóciliis editis genera-
libus, vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, necnon quarumcunque
eccleſiarum & monaſteriorum, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel
quauis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque
indultis, & literis apoſtolicis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis,
quibus illorum tenores, præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro
ſufficienter expreſſis habentes hac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore perman-
ſuris, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteríſque contrariis quibuſcunque, aut
ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab apoſtolica ſit ſede indultum, quod inter-
dici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facien-
tes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentio-
nem. Volumus autem quod præſentes literæ in Cancellaria apoſtolica, & Camera
prædicta publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes ad perpetuam rei me-
moriam valiturę conſcribantur. Nulli ergo, &c. declarationis, atteſtationis, decreti
mandati,

Dubitatur an ſpolia eccleſiaſticarũ perſonarũ decedentium Papæ debeantur, nec parua dubitandi curioſis eſt occaſio, cum vt inquit Pontifex forte non caueatur, nec conſtitutionibus Põtificiis liquet ſedem Apoſtolicam ante Paul. 3. ſibi reſeruaſſe & ſuæ cameræ prædicta ſpolia verbũ enim forſan ſignificat dubitationi l. 1. §. 1. ff. de reued. & quamuis reſponderi poſſit quod caſualiter iuxtà materiã ſubiectam ſignificat certitudinẽ vt reſoluit Felin. in c. accedens. 1. col. 5. vt lite non conteſt. non tamen videtur occurrere hic talis materia ſubiecta ratione cuius verbum prædictum debeat impropriari.

mandati, derogationis, & voluntatis infringere, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, tertio nonas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno octauo.

Anno à natiuitate Domini 1542. die Lunæ, vigeſima Martij, præſentes retroſcriptæ literæ lectæ & publicatæ fuerunt in plena Camera apoſtolica & ex maturo ipſius decreto regiſtratæ libro de curia &c.

Lecta & publicata fuit in Cancellaria Apoſtolica die 23. Martij 1542. anno Pont. D.N. octauo.

Lectionum varios anfractus in huius ſcholij de ſpoliis collectione non ſequar, nec omnium Iuriſperitorum ſcripta reuoluam vnius duntaxat Nauarri *opera & conſilio vſus, qui hanc* Papæ Conſtitutionem *doctiſſimè interpretatus eſt & omnibus ferme apiculis aliquid diſcutit dubij aut aſperioris intellectus. Primum omnium notat illa verba* Regulariũ *&c. & Inferius* quorumuis ordinum regularibus *& miror cur regulares hac conſtitutione comprehendantur cum omnia quæ acquirit prælatus vel alius beneficiarius regularis acquirat monaſterio vel* Eccleſiæ *cuius eſt beneficiarius cum non poſſit perſonæ ſuæ quicquam quærere c.cum olim. 2. de priuileg. vbi latè* Innocent. *c. in præſentia de probat.* Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. *c. non dicatis* 12.q.1. *Vt ergo vitemus hos ſcopulos multis videtur quod extrauagans hæc ſolum habeat locum in beneficiariis regularibus habentibus menſas ſeparatas, & reditus ſeparatos à menſis, & reditibus* Monaſteriorum *& conuentuum, & eccleſiarum ſuarum, & non in aliis, quæ tamen reſponſio, non videtur firma, tum quia eadem ratio idem videtur concludere in iſtis, ſicut in illis, quia etiam iſtis habentibus menſas ſeparatas, & reditus ſeparatos, omnia quæ illi quærunt, quæruntur* Monaſteriis, *vel eccleſiis per prædicta. Tum quia conſequeretur nulla ſpolia, relinquere prælatum regularem, qui ſolus adminiſtraret aliquam abbatiam ampliſſimam, & tempore mortis ſuæ ſuſtentato conuentu ſuo, & omnibus oneribus, relinqueret decem millia ſcutorum reliquata.*

Conſequeretur item, quòd commendatarius cui commendata eſſet huiuſmodi Abbatia *quam ipſe ſolus gubernaret, nulla poſſet relinquere ſpolia, quia nullam menſam, nec reditus ſeparatos à menſa, vel reditibus conuentus &* Eccleſiæ *haberet, quod videtur contraire menti huius extrauag. Quare videtur dicendum hanc extrauagantem intelligendam eſſe de omnibus prælatis, & beneficiariis regularibus, tam non habentibus menſas ſeparatas, quàm habentibus, qui ſoli ſine capitulis, & diſcretis vel deputatis ab eis in conſiliarios, ſeu diſcretos eorum poſſunt diſpendere reditus ſuos abſque limitatione. Et poteſt aſſignari illa ratio diuerſitatis, quòd licet quæſita per hos, quærantur* Monaſteriis, *& eccleſiis, ſicut quæſita per illos, hi tamen poſſunt in vita pauperibus, & operibus piis impendere illa ſoli, ſine vllius alicuius conſenſu, & ita ſunt reuocabiliter quæſita. Alij vero non poſſunt diſpendere illa iam quæſita, quod facit vt non cenſeantur ſpolia, ſicut in ſimili, bona ſtabilia, ſiue immobilia quæſita per beneficiarium ſecularem, & donata eccleſiæ in vita eius non cenſentur ſpolia, licet quæſita & nondum donata eccleſiis, vt latè concluſimus in Apolog. prædicta. q. 1. Mon. 37. Et ratio huius rationis eſt, quòd libertas illa quam habet beneficiarius regularis diſpendendi quæſita ex reditibus ſuis dum viuit, ſine vllius alterius conſenſu, facit, vt quadam tenus non videantur quæſita ſuis* Monaſteriis, *&* Eccleſiis, *quamuis reuera ſint quæſita, ſicut & res legata nondum acceptata, quæritur quidem legatario ipſo iure, à morte teſtatoris, ſequuta hæreditatis aditione. l. à* Titio. *ff. de furt. ſed reuocabiliter ante acceptationem, poſt eam vero, irreuocabiliter.*

Ne *autem nimis arctentur verba conſtitutionis, animaduertit quod ibidem dicitur* Variis Prouinciis, & locis, *per quæ docetur, non ſolùm ſpolia* Eccleſiaſticorum Italiæ, *ſed etiam aliarum prouinciarum, fuiſſe, ac eſſe reſeruata* Papæ, *quod confirmatur, eo quòd eadem ratio, idem iuris in omnibus ſuadet. l.* Illud. *ff. ad legem aqui. c. 2. de tranſlat. præl. Clarius hoc exprimitur paulò poſt ibi, in quibuſcunque* Regnis, *&* Dominiis, *tam citra, quam vltra montes, & maria, &c.*

Rurſus notanda ſunt illa verba, Variæque literæ *certo apparet quod licet* Romani Pontifices *per conſtitutionem generalem expreſſam non reſeruauerint ſibi ſpolia, per alias tamen literas declararunt illa ad ſe pertinere, quod ſufficere videtur, argu. cap. ſi* Romanorum. 19. *diſtinct. & §. ſed & quod* Principi *placuit, legis habebat vigorem. inſtit. de iure natu. gent. & ciuil.*

& ciuil Qui. *§. tanto magis locum habet in* Papa *totius* Eccleſiæ Romanæ Principe, *quàm in aliis ſæcularibus* Principibus, *quanto immediatius accipit ipſe ſuam poteſtatem à* Deo, *quàm illi, & quanto liberiorem, quam illi. c.* Quodcunque. *24. q. 1. c.* In nouo. *21. diſtin. & c. cuncta per mundum. 9. q. 3. cum notatis in c. 1 de conſtit.*

Poſtremo concludit ex mente Pontificis *quod omnia ſpolia eccleſiaſticorum non ſolum ſecularium, ſed etiam regularium, non ſolum minorum & maiorum, ſed etiam maximorum etiam patriarcharum, &* Cardinalium *non ſolum in* Italia, *ſed etiam vbique gentium, citra & vltra montes, & maria etiam ſi relinquunt ſucceſſores per regreſſum & coadiutorias, ſpolia inquam, non ſolum futura, ſed etiam præterita & præſentia ſpectare, ac ſemper ad S. Sedem Apoſt. & ita ſpectare, vt non ſpectent ad alios.*

VII.

Tridentini ſacri Oecumenici Concilij Indictio, ſuſpenſio tranſlatio & proſecutio.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Turcæ Solimani furor inter Principum Chriſtianorum diſſidia rurſus Pannoniam ingreditur: Peſtũ recipiunt cum multa & horrenda Chriſtianorum ſtrage. Feruntur eò bellò ſupra viginti milia ex noſtris interempta. Budã deinde ſurripit & ſublatis aris Mahometi ſacrificat. Mox miſit è ſuis qui Auſtriã & Morauiã rapinis incendiis & cædibus vaſtarent.

INITIO noſtri huius Pontificatus, quem non ob merita noſtra, ſed propter ſuam bonitatem Dei omnipotentis prouidentia nobis commiſit: cernentes iam tum in iniquas perturbationes temporum, quotque incommoda rerum ferè omnium noſtra paſtoralis ſolicitudo, & vigilia eſſet vocata, cupiebamus quidem mederi chriſtianæ reipublicæ malis, quibus illa iamdudum vexata, & propemodum oppreſſa eſt. Sed ipſi etiam, vt homines circundati infirmitate, ad tantum onus tollendum impares vires noſtras eſſe ſentiebamus. Nam cum pace opus eſſe intelligeremus ad liberandam, & ſeruandam à plurimis impendentibus periculis rempublicam, omnia inuenimus odiis, & diſſentionibus plena diſſidentibus præſertim principibus iis inter ſe, quibus ſumma rerum penè omnis à Deo permiſſa ſit. Cum vnum ouile, & vnum paſtorem dominici eſſe gregis ad integritatem chriſtianæ religionis, & ad cæleſtium bonorum ſpem in nobis confirmandam neceſſarium duceremus, ſchiſmatis, diſſidiis, hæreſibus erat chriſtiani nominis diuulſa iam pene, & lacerata vnitas. Cum tutam, atque munitam ab infidelium armis, atque inſidiis rempublicam optaremus, noſtris erratis, noſtráque cunctorum culpa, Dei videlicet ira, peccatis noſtris imminente Rhodus fuerat amiſſa, Vngaria vexata, conceptum, & meditatum contra Italiam, contráque Auſtriam, & Illyricum terra maríque bellum, cum impius, & immitis hoſtis noſter Turca nullo tempore requieſceret, noſtrorúmque inter ſe odia, & diſſenſiones ſuam bene gerendæ rei occaſionem duceret Igitur (vt dicebamus) in tanta hæreſum diſſenſionum, bellorúmque tempeſtate, tantíſque excitatis fluctibus, cum eſſemus ad moderandam, & gubernandam Petri nauiculam vocati, nec viribus ipſi noſtris ſatis fideremus, primum coniecimus in Domino cogitatus noſtros, vt ipſe nos nutriret, animúmq; noſtrum firmitate, & robore, mentem conſilio, ſapientiáque inſtrueret. Deinde animo repetentes maiores noſtros ſapientia admirabili, & ſanctitate præditos ſæpe in ſummis chriſtianæ reipublicæ periculis remedium optimum, atque opportuniſſimum œcumenica Concilia & Epiſcoporum generales conuentus adhibuiſſe: ipſi quoque animum ad generale habendum Concilium adiecimus: exquiſitíſque Principum ſententiis, quorum nobis videbatur vtilis in primis, & opportuna ad hanc rem eſſe conſenſio, cum eos tunc non alienos ab hoc tam ſancto opere inueniſſemus, œcumenicum Concilium, & generale omnium Epiſcoporum, aliorúmque patrum; ad quos pertineret, conuentum in ciuitate Mantuæ indiximus, anno incarnationis Domini (ſicut literis, & monumentis noſtris teſtatum eſt) milleſimo quingenteſimo trigeſimo, Pontificatus noſtri tertio decimo Cal. Iunij inchoandum ſpem prope certam habentes fore, vt cum illic in nomine domini eſſemus congregati, ipſe ſicut promiſit Dominus, in medio noſtrum affuturus, & bonitate, ac miſericordia ſua omnes temporum procellas, omniáque pericula ſpiritu oris ſui facilè depulſurus eſſet. Sed vt ſemper inſidiatur piis actionibus humani generis hoſtis, primum contra omnem ſpem, & expectationem noſtram denegata fuit nobis Mantuana ciuitas, niſi aliquas conditiones ſubiremus ab inſtitutis maiorum noſtrorum, & conditione temporum noſtráque, ac huius ſanctæ ſedis, ac nominis eccle-

Ad pacem Chriſtianorũ Principum firmãdam & reſtituẽdam antiquam Eccleſiæ Catholicæ religionem generale Conciliũ Mantuæ celebrãdum indixit & 10. Cal. Iunij. 1537. inchoandum indixit.

Pontifex mutato loco Conciliũ Vincentiæ deſignauit quæ eſt ad Meduacum citra Apenninũ Venetæ ditionis ciuitas.

ſiaſtici dignitate, libertatéque prorſus alienas, quas in aliis noſtris literis expreſſimus. Quapropter alium inuenire locum, aliámque deligere ciuitatem neceſſe habuimus, quæ cum non ſtatim nobis occurreret idonea, & apta, ad ſequentes Calendas Nouembris prorogare Concilij celebrationem fuimus coacti, Interim ſæuus, & perpetuus hoſtis noſter Turca ingenti claſſe Italiam adortus, aliquot oppida in littoribus Apuliæ cepit, vaſtauit, dirupuit, prædas hominum adegit. Nos in maximo timore, & periculo omnium muniendis littoribus noſtris, finitimíſque auxilio iuuandis fuimus occupati. Nec tamen interea deſtitimus conſulere, & hortari chriſtianos Principes, vt de idoneo ad habendum Concilium loco, quid ſentirent, nobis exponerent: quorum cum eſſent incertæ, varięque ſententiæ; tempúſque diutius, quam erat opus, videretur extrahi, nos optimo animo, atque, vt arbitramur, etiam conſilio, Vicentiam elegimus, Vrbem copioſam, & Venetorum qui eam concedebant, virtute, auctoritate, potentia, cum aditum patentem, tum ſtationem omnibus liberam, atq; tutam in primis in ſe habentem. Sed cum iam tempus longius progreſſum eſſet, nouæque Vrbis electionem omnibus ſignificari conueniret, iámque calendæ Nouembris appetentes facultatem huius diuulgationis excluderent, hyémſque eſſet propinqua: rurſus altera prorogatione tempus Concilij differre in proximum ſequens ver, Maiíque futuras calendas compulſi fuimus.

Carolo & Franciſco officioſè ſe offert Pontifex ſenio fractus & pollicetur Niciã pro pacis ſtudio venturum. Omnes ergo adæquè menſe Iunio 1538. quo præſcriptũ erat coierunt. Vbi cum neque multorũ dierum opera neque vlla ratione tunc quidem à bello ad integrã pacem, quo ipſe Pontifex reſpiciebat, eos quiuiſſet traducere nouiſſimè rem eò deduxit, vt non ſine ſummo honore ſui & magna omnium bonorum voluptate, induciæ fierent decennales.

Quare firmiter conſtituta, atque decreta, cum & nos ipſos, & cætera omnia ad eum bene agendum Deo iuuante, celebrandúmque conuentum pararemus: plurimum reputantes intereſſe cum celebrationis Concilij, tum vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ Chriſtianos Principes pace inter ſe, & concordia conſentire, chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imperatorum ſemper Auguſtum, & chriſtianiſſimum Regem Franciſcum duo pręcipua chriſtiani nominis firmamenta atque ſubſidia orare atque obſecrare inſtitimus, vt ad colloquium inter ſe, & nobiſcum vna conuenirent, quorum quidem apud vtrunque literis, Nunciis, & à latere noſtro miſſis ex venerabilium fratrum noſtrorum numero Legatis ſæpiſſimè egeramus, vt ex ſimultate, & diſſidiis ambo in vnum fœdus, & piam amicitiam vellent conuenire, labentibúſque ſuccurrere chriſtianis rebus, quarum ſeruandarum cum eſſet illis poteſtas à Deo præcipuè tributa, ſi id non agerent, & ad commune chriſtianorum bonum ſua conſilia non dirigerent, acris, & ſeuera ratio eidem Deo ab ipſis reddenda eſſet. Qui aliquando precibus noſtris annuentes, Nicæam ſe contulere, quo nos quoque longum iter, & ſenili ætati noſtrę vehementer contrarium Dei, & pacis conciliandæ cauſa ſuſcepimus. Neque prætermiſimus interea cùm tempus Concilij præſtitutum, calendæ videlicet Maiæ appropinquarent, tres legatos ſummæ virtutis, & auctoritatis à latere noſtro de numero eorundem venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Vincentium mittere, qui initium concilij facerent, Prælatóſque vndique venientes exciperent, & ea, quę iudicarent eſſe opus, agerent, & tractarent, quoad nos ab itinere, & negotio pacis reuerſi omnia accuratius dirigere poſſemus. Interim verò in illud ſanctum opus, maximéque neceſſarium, tractationem videlicet pacis inter Principes incubuimus, & quidem omni animi ſtudio, omni pietate, ac diligentia. Teſtis eſt nobis Deus, cuius freti clementia noſmetipſos itineris, & vitæ periculo expoſuimus. Noſtra teſtis conſcientia, quæ nihil habet re quidem, in quo nos arguat, aut prætermiſſæ, aut non quæſitæ ad pacificandum occaſionis: Principes ipſi teſtes, quos iam ſæpe, támque vehementer nunciis, literis, legatis, monitis, hortatu, precibúſque omnibus obſecraueramus, vt ſimultates deponerent; vt ſocietatem coirent, vt chriſtianę reipublicę in maximum, & propinquum iam adductę diſcrimen communibus ſtudiis, & ſubſidiis opitularentur. Iam verò teſtes illę vigilię, atque curę, illi diurni, nocturníque animi noſtri labores, graues ſolicitudines, quas ob hanc rem, & cauſam plurimas iam ſuſcepimus: nec tamen ad optatum exitum noſtra conſilia, & acta adhuc perducta ſunt. Ita enim viſum Domino Deo eſt, quem tamen non deſperamus aliquando optata noſtra benignius reſpecturum: ipſi quidem, quantum in nobis fuit, nihil quod eſſet noſtro paſtorali officio debitum, in hac re omiſimus. Quod ſi qui ſunt, cui actiones pacis noſtræ in aliam interpretentur partẽ, dolemus equidẽ, ſed tamen in dolore noſtro gratias Deo omni-

Induciæ decennales vix quinquennium durarunt anno enim 1543. Rex Gallus ſcribit ad ſummum Pontificem quibus vehemẽtiſſimè perſtringit Carolum Cæſarem iámque animo totius in bellum inclinatus, ſuis extraordinarium imperat ſtipendium quinquaginta millia peditum. Copiis omnibus equitum & peditum coactis in Pannoniam proficiſcitur Landreſiũ capit mirificè communit & Landæ viro egregiè militari ſeruandum committit.

potenti agimus, qui ad exemplum, & doctrinam patientię noſtrę ſuos voluit Apoſtolos haberi dignos qui pro nomine IESV, qui pax noſtra eſt, contumeliam paterentur. Verum in illo congreſſu, colloquióque noſtro, quod Nicææ habitum eſt, etſi peccatis noſtris impedientibus inter duos Principes vera, & perpetua pax non potuit confici, inducię tamen decennales factę ſunt, quarum opportunitate nos ſperantes & ſacrum Concilium commodius celebratum iri, & deinde ex Concilij auctoritate perfici poſſe pacem apud Principes, inſtituimus vt & ipſi venirent ad Concilium, & Pręlatos ſuos pręſentes ducerent, abſentéſque accerſerent. Qui cum de vtroque ſe excuſaſſent, quod & ipſis redire in regna ſua tum neceſſe eſſet & Pręlatos quos ſecum habuiſſent, itinere, atque impendiis feſſos atque exhauſtos recreari, & refici oporteret, nos hortati ſunt vt aliam quoque prorogationem temporis habendi Concilium decerneremus. Qua in re concedenda cum eſſemus aliquantum difficiles; literas interim à legatis noſtris, qui Vicentię erant accepimus, tranſacto iam, & longius pręterito Concilij ineundi die, vnum vix, aut alterum ex externis nationibus Pręlatum Vicentiam ſe contuliſſe. Quo nuncio accepto cum videremus eo tempore nulla iam ratione haberi Concilium poſſe, ipſis Principibus conceſſimus, vt differretur tempus agendi Concilij vſque ad ſanctum Paſcha, diémque feſtum futurę dominicę reſurrectionis. Cuius noſtri pręcepti, expectationíſque decretę literę Genuę anno incarnationis Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo octauo, quarto Cal. Iulij factę, publicatéque ſunt: atque hanc dilationem eo propenſius fecimus, quod pollicitus eſt nobis vterque Princeps legatos ſuos Romam ad nos ſe miſſurum, vt ea, quę ad perfectionem pacis reliqua eſſent, neque Nicæę ob breuitatem temporis potuerant omnia confici, Romæ commodius coram nobis agerentur, & tractarentur. Et ob hanc rationem etiam à nobis ambo petierunt, vt hæc pacificationis procuratio Concilij celebrationi pręponeretur, cum ipſum Conciliũ pace facta, multo deinde vtilius, & ſalutarius chriſtianę reipublicę futurum eſſet. Semper enim hęc pacis ſpes nobis inducta, Principum nos voluntatibus aſſentiri hortata eſt. Quam ſpem vehemẽter auxit poſt diſceſſum à Nicęa noſtrum ipſorum duorum Principum inter ſe beneuola, amicáque congreſſio quę maxima noſtra cum lætitia à nobis intellecta, confirmauit nos in bona ſpe, vt tandem aliquando noſtras preces apud Deum exauditas, & vota pacis accepta eſſe crederemus. Hanc igitur pacis concluſionem cum & expectaremus, & vrgeremus, nec ſolum duobus antedictis Principibus, verum etiam chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Regi Romanorum videretur actionem Concilij, niſi pace facta, ſuſcipi non oportere, cunctíque à nobis per literas, ſuóſque Oratores contenderent: vt alias rurſus temporis prorogationes faceremus, præcipuè autem inſtaret Sereniſſimus Cæſar promiſiſſe ſe demonſtrans his, qui à catholica vnitate diſſentiunt, ſe operam ſuam apud nos interpoſiturum, vt aliqua concordiæ ratio iniretur, quod ante ſuam in Germaniam profectionem aptè non poſſet fieri.

Miſit tres Cardinales legatos Paulus Pontifex ad Concilium, ſed feruente bello inter Cæſarẽ & Gallum in aliud tempus prorogatum eſt.

Nos eadem ſemper ſpe pacis, & tantorum Principum voluntate adducti, cum præſertim cerneremus ne ad dictum quidem Reſurrectionis feſtum aliquos alios Prælatos Vicentiam conueniſſe, prorogationis nomen iam fugientes, quod tam ſæpe fruſtra fuerat repetitum, celebrationem generalis Concilij ad noſtrum & ſedis apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendere maluimus: itaque fecimus; & de ſuſpenſione huiuſmodi literas ad ſingulos ſupradictorum Principum decima die Iunij milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono dedimus, ſicut ex illis perſpicuè poteſt intelligi. Ea itaque ſuſpenſione neceſſariò per nos facta, dum tempus illud magis idoneum à nobis, pacíſque aliqua concluſio expectatur, quæ & dignitatem poſtea, frequentiámque Concilio, & chriſtianæ reipublicæ præſentiorem ſalutem erat allatura, chriſtianæ interea res in deterius quotidie prolapſæ ſunt Vngaris Rege ipſorum mortuo Turcarum vocantibus: Ferdinando Rege bellum in eos mouente: Belgis ad defectionem à Cæſare ex parte quadam incitatis, cuius defectionis comprimendæ cauſa per Galliam amiciſſimè, & cum Rege chriſtianiſſimo concordiſſimè magno beneuolæ inter eos voluntatis iudicio tranſiens in Belgas Sereniſſimus Cæſar, & illinc deinde in Germaniam profectus conuentus Germaniæ Principum, & ciuitatum tractandæ eius, quam dixerat, concordiæ cauſa

cunctis quidem in rebus conſiciendis ſi illæ ſtatuto tempore terminari nequeunt, temporis opportunitatem attendere expedit, id tamen in grauioribus reipublicæ chriſtianæ cauſis,& negotiis,& per Romanos Pontifices cum ad eum ipſorum negotiorum explicatio pertinet,maximè conuenit obſeruari,vt per opportunitatem ipſam eadem negotia proſperum valeant habere ſucceſſum. Quam enixè nos ſemper œcumenici & generalis Concilij celebrationem concupiuerimus , & quo propterea ſtudio & animi ſollicitudine huic rei,ac inter chriſtianos principes paci & concordiæ incubuerimus,tot labores per nos(præſertim cum ea de cauſa Niceam nos contulimus)ſuſcepti tot Nuncij & Legati ad eoſdem Principes propterea à nobis miſſi,tot ſuper ea re à nobis ad illos datę literę , totiens per nos denique in dictum Concilium huiuſmodi,tótque prælatis,& aliis,qui ad illud venire tenentur, vt omninò accederent,tranſmiſſa mandata & hortationes , reddunt teſtimonium veritatis. Concilium enim ipſum Matuę primo,deinde Vicentiæ ad quam propterea tres à latere noſtro ex venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium numero legatos miſimus , & nouiſſime Tridenti per noſtras literas ſub Datum Romę apud Sanctum Petrum vndecimo Kal. Iunij anno incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo,in quibus neidem reputamus,cur in Mantuan.& Vicentin. Ciuitatibus prædictis Concilium huiuſmodi celebrari nulla ratione valuerit,explicauimus, ad Kalendas Nouembris, quę proximè præterierunt incipien. & proſequen. & Domino adiuuante ad ipſius gloriam,& laudem,ac chriſtiani totius populi ſalutem abſoluen. indiximus, annunciauimus , & conuocauimus omnes ex omnibus locis tam venerabiles fratres noſtros Patriarchas,Archiepiſcopos,Epiſcopos,quam dilectos filios Abbates,& alios quoſcunque,quibus iure,aut priuilegio in Conciliis generalibus reſidendi & ſententias in eo dicēdi permiſſa poteſtas eſt,requirentes,hortantes,& admonentes;ac eis in vim iuramenti nobis,& ſedi apoſtolicę prædictę & virtute ſanctæ obedientię ac ſub certis tunc expreſſis pœnis,mandantes,vt ipſimet,niſi forte iuſto detinerentur impedimento,aut per ſuos procuratores:& nuncios huic ſacro Concilio omninò adeſſe, & intereſſe deberent , Necnon chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Imperatorem ſemper Auguſtum,& Franciſcum Regem Chriſtianiſſimum cæteróſque Reges,Duces,& Principes,chriſtianos , ne Dei cauſam & negotium deſererent,ſed ipſimet ad ſacri huiuſmodi Concilij celebrationem venirent, & ſi venire poſſent , ſaltem graues viros legatos , cum auctoritate, qui perſonam Principis ſui & prudentia,& dignitate poſſent in Concilio referre,mitterent, curaréntque,vt ex ſuis cuiuſque regnis & prouiniciis Epiſcopi,& Prælati ſine tergiuerſatione & mora ad Concilium proficiſcerentur,rogauimus,& obſecrauimus , ſperantes œcumenici Concilij celebrationem huiuſmodi,ad quam pro agri Dominici purgatione,ſæpe antea deuenire(vt præfertur)fruſtrà conati eramus,eo ſaltem tempore Dei benignitate,ac clementia omnino ſucceſſuram eſſe. Literiſque noſtris prædictis publicatis , cùm poſtquam nuncios noſtros ſpeciales pro pace inter dictos Principes tractanda deſtinaueramus , odia & ſimultates inter eoſdem Principes augeri , & iam cum ab vnoquoque eorum per alterum ab induciis noſtro interuentu Niceæ inter eos facti diſceſſum eſſe prætenderetur, arma tractari & bellum moueri cerneremus,duos ſummæ auctoritatis viros inter cætera animi ornamenta pacis ſtudioſiſſimos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales à latere legatos ad eoſdem Carolum Imperatorem,& Franciſcum Regem miſimus Qui ipſis noſtro nomine in quæ pericula ex eorum diſcordiis vniuerſa reſpublica chriſtiana breui eſſet ventura, exponerent, eóſque per viſcera Domini noſtr. Ieſu Chriſti ad pacem inter ſe mutuò complectandam, & rempublicam chriſtianam à tot, tantiſque imminentibus periculis liberandam quam maximè poſſent hortarentur. Ac apparente iam die,pro qua (vt præfertur) Concilium indixeramus , quum in eodem propoſito,& deſiderio illud omnino celebrandi perſiſteremus , dilectos filios noſtros Petrum Paulum ſanctæ Balbinæ Pariſium,& Ioannem ſancti Vitalis Moronum,titulorum preſbyteros,ac Reginaldum ſanctæ Mariæ in Coſmedim,tunc ſanctorum Nerei , & Achilei Diaconum , Polum , nuncupatos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales noſtros & dictæ ſedis legatos de lateræ ſummæ virtutis , doctrinæ,

Mantuæ primùm deinde Vicentiæ Concilium generale celebrãdum indixit Paulus tertius.

Vt ſimultates & tumultus , poſt inducias exortos frangeret Pontifex duos Cardinales ad Ceſarem & regem Galliæ miſit.

ctrinæ ; & auctoritatis viros ad ipſam ciuitatem Tridentinam, vt Epiſcopos, Prælatos,& alios ad Concilium venientes exciperent , atque ea quæ ad concilij celebrationem huiuſmodi neceſſaria eſſent , ſeu opportuna facerent , deſtinauimus. Necnon quam plures ex eiſdem Prælatis , ſingulis ad illos noſtris datis literis admonuimus, vt frequentes Concilio huiuſmodi intereſſe vellent. Demùm cum ſpe pacis per dictos Legatos noſtros inter eos componendę ex iis quæ ab eiſdem Legatis acceperamus , ferè deſtitueremus , ne quod reliquum erat in facultate noſtra omitteremus , pręfatos Carolum Imperatorem , & Franciſcum Regem diuerſis noſtris ad eos datis literis hortati ſumus, vt pro concilianda inter eos aliqua concordia nobiſcum in aliquo commodo loco ad quem Ætati noſtrę non parcentes, nos profecturos eſſe pollicebamur , conuenirent , vtq; deſiderium noſtrum pacis colloquij , & Conclij celebrationis huiuſmodi re ipſa comprobaremus , è noſtra propria ſede profecti Bononię venimus vt motis (quod ſperamus per appropinquationem noſtram)ipſorum principum animis,concordię ſtatui,celebrationíque ipſius concilij ſecuriùs,& feruentiùs inſtari: & fluctuanti reipublicę chriſtianę aliquod ſalutare remedium afferri poſſet. Iterúmque poſt aduentum noſtrum huiuſmodi Prælatos prædictos per diuerſas alias noſtrãs literas admonuimus,vt exemplo quam plurimum Prælatorum qui ex Vrbe noſtra ad locum concilij de mandato noſtro ſe contulerant,ad illud accedere amplius non tardarent. Cum autem dicti Carolus Imperator,& Franciſcus rex ſuorum Regnorum , & dominiorum tuitioni intenti , cum ſe propter vigentia inter ipſos bella vacare oportere aſſerebant,nobiſcum conuenire recuſauerint:ac licet poſtmodo Petrus Paulus, & Ioannes,ac Reginaldus Cardinales,& Legati prædicti pro pręd.cto concilio ad ipſam acceſſerint,ac inibi ſex menſes & vltra non ſine aliqua dictę ſedis indignitate expectando permanſerint,nihilominus præter eos,qui ex alma Vrbe(vt præfertur) venerant,admodum pauci Prælati inibi conuenerint,quinimmo ſicut prouinciarum diuerſitas affert,diuerſimodè ſe excuſauerint, & alij bellorum motus alij , itinera non tuta,ac viarum pericula,alij diuerſa alia impedimenta attulerint:Nos propterea prædictos Petrum Paulum,& Reginaldum Cardinales,& Legatos,vt ab eis,quo in ſtatu res eſſent,& quid ſuper celebratione concilij ſperari poſſet,intelligeremus accerſiuimus. Cúmque Carolum Imperatorem Germaniam petere,& per Italiam iter facturum eſſe intelligeremus,Nos apud eundem Carolum Imperatorem cum quo in oppido Buſſeti conuenimus,tam per nos ipſos , quam per venerabiles fratres noſtros Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales qui tunc nobiſcum aderant, pro pace huiuſmodi omni cura,& diligentia,quod etiam cum præfato Franciſco rege non minori ſtudio antea pluribus literis egeramus,inſtetimus. Cum vero nihil hactenus proficere potuerimus,& à Petro Paulo,& Reginaldo Cardinalibus, & Legatis prædictis,ac ex præfati Ioannis Cardinalis,& Legati,necnon cæterorum Prę latorum in dicta ciuitate Tridentina exiſtentium literis,quorum fere ſingulorum ſuper ea re ſententiam exquiſiuimus,cognouerimus,& nos ipſi clarè perſpiciamus vigentibus tot in locis inter eoſdem Principes bellis , ac immaniſſimo Turcarum Tyranno cum validiſſimo exercitu Vngariæ regnum inuaſurum , eiúſque copioſa,& munitiſſima claſſe iam mare inferum ingreſſa, cuius conatibus quantum vires noſtræ(licet impares)ſuppetent, reſiſtere(vt tenemur)intendimus,non poſſe ad præſens (Domino forſan ob peccata noſtra ſic permittente) noſtram ſuper huiuſmodi concilio intentionem impleri. Quinimmo eandem actionem Concilij in aliud opportunius,& commodius tempus, quo dignitas & frequentia concilio, & reipublicæ chriſtianæ præſentior ſalus afferri poſſit, differendam eſſe,ſperantes ex Dei bonitate,& miſericordia poſt tenebras lucem, & aliquando tandem,quod breui futurum ſperamus, & optamus , Concilium ipſum celebrari poſſe. Volentes interim generalem chriſtianorum defenſionem à periculis propter infidelium mare & terram infeſtantium impetus imminentibus quantum in nobis erit procurare & almæ Vrbi ſedi noſtræ,ac orbis capiti omniúmque perfugio,quæ nobis ab ea diutiùs abſentibus , ob ipſorum infidelium incurſiones non leue periculum ſubire poſſet,noſtra præſentia quod neceſſe eſt,cæteriſque præſidiis ſuccurrere : ac concientiis,& commoditatibus Prælatorum,qui ad ipſum concilium venire tenentur

Pontifex prouectioris ætatis incendium bellorũ extinguere cupiens Bononiam pficiſcitur ſpeq; componendæ pacis cum Cæſare collocuturus, ſed colloquium renuere videbatur Imperator nimiũ laceſſitus. Quamobrẽ Pontifex tantum Principẽ demulcendum ratus, Alexandrũ Farneſium Cardinalem magnis itineribus Genuã miſit , breuique eius iuuenis opera ingenióque cũ ſumma quoque ad perſuadendum ineſſet auctoritas, Cæſar adductus eſt vt ad Buxetum cum Pontifice iungeretur M.D.XLIII. Pontifex prior Buxetum venerat ad vndecimum Cal. Iulij , poſtridie totius aulæ cõcurſu Cæſar oppidum ingreſſus fuerat vbi ſane Pontifex id vel maximè conatus eſt à Cæſare impetrare,vt pace cum Gallo cõpoſita in Turcam arma conuerteret.

ne propter ipſius Concilij celebrationis incertitudinem, moleſtia aut incommodo afficiantur, paterna charitate conſulere, habita ſuper his cum eiſdem fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione, de eorum conſilio & aſſenſu celebrationem concilij huiuſmodi vſque ad aliud opportunius, & commodius tempus per nos declarandum, apoſtolica auctoritate tempore præſentium ſuſpendimus, & ſuſpenſum eſſe nunciamus, ac pœnas contra Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & alios in poſterioribus literis indictionis concilij huiuſmodi comprehenſos inflictas, vſque ad tempus prædictum, quo concilium ipſum omninò proſequi intendimus, relaxamus: Necnon eoſdem Petrum Paulum & Reginaldum Cardinales Legatos, ac Ioannem Cardinalem, & Legatum præfatum ab eodem Concilio ad nos, & ſedem prædictam reuocamus, ac Prælatis in eadem ciuitate occaſione Concilij huiuſmodi exiſtentibus inde vſque ad tempus pet nos declarandum prædictum, quo eoſdem Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates, ac alios in literis poſterioris indictionis Concilij huiuſmodi comprehenſos ſub periurij, ac aliis in eiſdem literis contentis pœnis Concilio prædicto iuxta formam ipſarum literarum adeſſe, & intereſſe voluimus, recedendi licentiam concedimus. Decernens ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nos enim vt hæ noſtræ literæ, & in eis contenta quæcunque ad notitiam omnium, quorum intereſt, perueniant, ſciántq; cuncti, ſe ad tempus declarandum prædictum quo Concilium huiuſmodi proſequi, & continuare ac dante Domino perficere intendimus, præſto eſſe debere, & ad id ſub pœnis prædictis teneri, nec aliquis illorum ignorantiæ excuſationem prætendere poſſint: Volumus, & mandamus, vt in baſilica ſancti Petri de Vrbe, cum inibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, palam clara voce per Curiæ noſtræ curſores, aut notarios aliquos publicos legantur, lectæque in dictæ baſilicæ, necnon cancellariæ apoſtolicæ valuis affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu expoſitæ pendeant. Cúmque inde amouebunt, earum nihilominus exempla in eiſdem locis remaneant affixa: tranſumptis quoque earum quæ manu publici notarij ſcripta, aut ſubſcripta, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitæ fuerint, vt fides certa, & indubitata habeatur, pariter mandamus, atque decernimu. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Bononiæ anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio. Pridie nonas Iulij, Pontificatus noſtri anno nono.

Reuocatur atq; ſuſpenditur Synodus vſque ad oportunius & commodius tempus per Pontificem declarandum.

Forma publicandi hanc conſtitutionem.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimotertio, indictione prima, die verò Mercurij decimanona menſis. Septemb. Pont. ſanctiſſ. in Chriſto patris, & D.N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. anno nono, retroſcriptæ literæ apoſtolicæ, lectæ, publicatæ, & affixæ fuerunt in baſilica principis apoſtolorum de Vrbe dum diuina celebrarentur, & populi multitudo ad diuina audien. conuenerit, & valuis, ſeu portis Cancellariæ apoſtolicæ, dimiſſiſque eiſdem retroſcriptis literis in eiſdem locis per multum temporis ſpatium affixis, dimiſſiſq; copiis earundem retroſcriptarum literarum in eiſdem valuis ſimiliter affixis per nos Io. Dolatoris, & Mathurinum Menardi prælibati S. D.N. Papæ curſores.

Facultas Legatorum transferendi Concilium.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri, Ioanni Mariæ Epiſcopo Præneſtino, & dilectis filiis Marcello tit. S. crucis in Ieruſalem presbytero, ac Reginaldo S. Mariæ in Coſmedin Diacono, Cardinalibus noſtris, & apoſtolicæ ſedis Legatis de latere, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Regimini vniuerſalis eccleſię, meritis licet imparibus diſponente Domino, pręſidentes, noſtri officij partes eſſe putamus, vt, ſi quid grauius cauſa Reipublicæ chriſtianæ conſtituendum ſit, id non modo tempore opportuno, verum etiam loco commodo, & idoneo perficiatur. Cum itaque nos nuper, poſtquam ſuſpenſionem celebrationis ſacri œcumenici, & vniuerſalis concilij, alias per nos in ciuitate Tridentina ex cauſis tunc expreſſis, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium concilio & aſſenſu indicti, ex certis aliis etiam tunc expreſſis cauſis, vſque ad aliud opportunius,

Initio anni illius fœliciſſimi quo Cæſar perduelles hæreticos Germaniæ ſuperauit Legati Pontificis aeris intemperiem excuſantes monente Pontifice relicto Tridento Bononiam ſe contulerunt.

opportunius, & commodius tempus per nos declarandum, de ſimili conſilio, & aſſenſu factam, audita pace inter cariſſimos in Chriſto filios noſtros, Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Francorum Regem chriſtianiſſimum: conciliata, pari conſilio, & aſſenſu ſuſtuleramus, & amoueramus nequeuntes ipſi tunc legitimè impediti ad dictam ciuitatem perſonaliter accedere, & eidem concilio intereſſe, vos noſtros, & apoſtolicę ſedis legatos de latere, in eodem concilio de ſimili conſilio conſtituerimus & deputauerimus, vóſque ad eandem ciuitatem, tanquam pacis angelos, deſtinauerimus, prout in diuerſis noſtris deſuper confectis literis pleniùs continetur. Nos, ne tam ſanctum celebrationis concilij huiuſmodi opus ex incommoditate loci, aut alias quouis modo impediatur, aut plus debito differatur, opportunè prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia ac de apoſtolicę poteſtatis plenitudine, paríque conſilio & aſſenſu, vobis in ſimul, aut duobus ex vobis reliquo legitimo impedimento, ſeu inde fortè abſente, quandocunque vobis videbitur, concilium prædictum de eadem ciuitate Tridentina ad quamcunque aliam commodiorem, & opportuniorem, ſeu tutiorem ciuitatem de qua vobis etiam videbitur, transferendi, & mutandi, ac illud in ipſa ciuitate Tridentina ſupprimendi, & diſſoluendi, necnon Prælatis, & aliis perſonis concilij huiuſmodi ne in eo ad vlteriora in dicta ciuitate Tridentina procedant, etiam ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis inhibendi, ac idem concilium in alia ciuitate huiuſmodi, ad quam illud transferri, & mutari contigerit, continuandi, tenendi, & celebrandi, & ad illud prælatos & alias perſonas concilij Tridentini huiuſmodi etiam ſub periurij & aliis in literis indictionis concilij huiuſmodi expreſſis pœnis reuocandi, eidémque ſic tranſlato & mutato concilio, nomine & auctoritate prędictis, pręſidendi, ac in eo procedendi, cęteráque in prᴇmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna, alias iuxtà priorum vobis directarum literarum continentiam & tenorem faciendi, ſtatuendi, ordinandi, & exequendi plenam & liberam apoſtolica auctoritate tenore pręſentium concedimus poteſtatem, & facultatem, ratum, & gratum habituri, quidquid per vos in præmiſſis factum, ſtatutum, ordinatum, executúmque fuerit, idque facturi, authore Domino inuiolabiliter obſeruari: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c Datum Romę apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, octauo Cal. Martij, Pontifica. noſtri anno vndecimo.

Viuente Paulo Tertio biennij ſpatio, annis M.D.XLVI & ſeq quibus concil. Tridenti & Bononiæ celebratum fuit decem Seſſiones habitæ octo priores Tridenti duæ reliquæ Bononiæ. primaq; ibidem Seſſio die 21. Aprilis M. D. XLVII. celebrata fuit.

Sub Clemente ſeptimo Cæſar nullum aliud promptius remedium excogitauit aduerſus Lutheri hæreſes, & Germanorum ſchiſmata quam ſi Oecumenicum Concilium cogeretur. Quamobrem literas ad ſummum Pontificem miſit vt huius rei perficiendæ curam ſuſcipere vellet ſimul capita aliquot miſerat Reipublicæ Chriſtianæ vtilitati conſona & ad hæreticam prauitatem, corrigendam ad Turcicos furores reprimendos & diſſidia inter Principes Chriſtianos componenda pertinebant. Clemens acceptis literis Cæſaris, viris quos apud ſe à conſiliis habebat doctrina & eruditione præſtantibus imperat vt demum legant & examinent, deinde ſententiam ad ſe referant quo videat quid ad ea reſponderi operæpretium ſit. Re propenſi & vigili animo conſiderata, in hanc communem deſcenderunt ſententiam, vt quod primum attinet de reformandis & refutandis hæreſibus, illud ſalutare imprimis videretur, quum concilium totius Eccleſiæ nominatim & priuatim huius rei cauſa inſtitueretur, ſi quidem illuc admitterentur hæretici, vt poteſtas illis diſputandi fieret, quò impias opiniones defenſarent, quæ à ſacroſanctis conſiliis iampridem damnatæ eſſent: rem perniſſi exempli fore, & periculum non obſcurum eſſe vt in poſterum licere putarent, quæcunque conſtituta antiquitus, decreta & diuturna obſeruatione confirmata eſſent, ea in dubium & quæſtionem reuocare. Ita principia ipſa & capita fidei controuerſiis nouis ſubinde agitari & verſari, neque vllum doctrinæ cuiuſquam certum fundamentum conſtitui poſſe. Ex quibus tum nouæ & innumeræ occaſiones extarent vel recentium errorum, vel veterum, qui interpellati rurſus prodirent. Sin autem nullus illis ad concilium aditus neque dicendi facultas daretur, ſola concilij authoritate ſe conuinci non paterentur, imò palàm ſe in dicta cauſa damnatos eſſe dicerent, ſecum durius quàm cum Arrianis agi conquererentur, quibus Patres conciliis veteribus coactis audientiam fecerint, quum quæ de fidei capitibus ſentirent, exponere concederent.

Huiuſmodi expoſtulationibus non expectato concilij exitu deſcederent, atque ita quos in fraudem & errorem induxiſſent, his verbis eorum contumaciam fouerent. Præterea, inquiunt, ſi illis non eſt religio conciliis vetuſtis repugnare, iiſque authoritatem derogare, qui ſperandum eſt eos futuri concilij iudicio acquieturos? Qui contradicere ſemel audebunt, quam grauis offendiculi res noſtro ſeculo erit, concilium nequicquam coactum fuiſſe, maximè ſi Papæ & Cæſari vel propter Turcicas incurſiones vel propter principum Chriſtianorum diſſenſiones, deſit facultas armis exequendi quæ aduerſus inobſequentes iſtos & rebelles conſtituta fuerint? Tertiò loco, quum omnium hæreticorum præfracta ſemper fuerit contumacia, hodierni iſti, omnes qui vnquam fuerunt obſtinati animi pertinacia ſuperant, qui ſe ſcripturæ verba ſectari prædicant, ſacrorum Conciliorum authoritatem & Patrum interpretationes repudiant, qui tamen Spiritu diuino afflati ea illuſtrarunt quæ ex ſolo & mero diuinorum librorum ſcripto flexiloqua videbantur & ambigua. Quæ quum ita ſibi, verendum eſſet, ne ſi res Sacramentaria & Eccleſiæ auhoritas in dubium & in quæſtionem caderent, nunquam eò adducerentur vt manus darent: quo non ſolùm fieret vt nihil conuocando concilio profectum eſſe videretur, verùm etiam vt grauiſſimè eorum mentes percellerentur qui ab eo longè maiora ſperaſſent. Ad hæc ſi iſtorum, quum concilium conuocari poſtulant, ea mens eſt, vt tantiſper in ſuis prauis dogmatibus maneat dum conuocetur & omnibus præfectis dimittatur (quòd palàm ex iis intelligi poteſt quæ in comitiis Imperialibus Auguſtæ habitis adduxerunt) quum poſtquam etiam in diem certam indictum fuerit, nec maturius anno conuocari queat, nec conuocatum dimitti ante aliquot annos nedum menſes, intra quòd ſpatium aliquid turbarum oriturum eſſe ſperant, vt illud vel infectum dirimatur, vel ſi abſoluatur, præſtari non poſſint quæ conſtituta fuerint; quis non videt interim eos inde praua doctrina perſeueraturos, & pœnas quas Cæſari luere deberent, non luituros.

QVOD alia cauſa conuocandi concilij adfertur, vt impetus Turcæ infringantur, docebant, quum illius copiæ adeo magnæ & paratæ ſint ad Chriſtianorum fines infeſtandos, nimirum lõgum fore Concilij habendi tempus expectare: potius id dari operam oportere, qua ratione illius impetus ſuſtineri & repelli poſſint: quæ omnia nimis ſerò factum iri, ſi hoc tempus expectaretur. Quinetiam multos, qui quum debeant, nolunt tamen ad propulſandum hunc hoſtem operam & opes conferre, materiem hanc ſpecioſam negligentiæ & moræ nactos dicturos eſſe morem ſe concilio geſturos, atque auxilium quantum ex omnium ſententia viſum fuerit, laturos. Præterea Turcam ipſum, vel ſi nondum tam maturè Chriſtianis bellum inferre cogitaſſet, tamen hanc conuocationem aduerſus ſe haberi certiorem factum, & magis feſtinaturum & maiores copias adducturum eſſe quò huius concilii ſententiam, quam ad ſe opprimendum conſtitutam arbitraretur, opprimeret. Poſtremò ſi hæretici ad ſanitatem & concordiam Eccleſiaſticam reduci non poſſent, ſicque à concilio re non perfecta diſcederent, periculum eſſe ne cum Turca ſe coniũgant (quemadmodum Vaivoda apud Tranſſyluanos fecerit) ea ſpe vt opes Eccleſiaſticas occupare & teneret, vt libertatem verbo (vt iactant) Euangelicam, re Mahumetanæ impietati perſimilem vſurpare liceat. Hinc verò Chriſtianæ gentis interitum & perniciem conſequuturam, aut certè perpetuum nobis cum illis bellum conflatum iri, non ſecus ac Turcis aduerſus nos interceſſerit ac etiam num extet.

His itaque rebus tanta conſilij varietate nutantibus diem obiit Pontifex Clemens. Flagrãt eò vehementius incendia, quo ſegnius nullum extinguendi paratur remedium. Cæſar tandem animo impauidus & conſtans Comitia Imperij Ratiſponæ habenda conuocat, ibique Principibus Germaniæ pollicetur ſe curaturum cum Pontifice Paulo 3. vt intra bienniũ generale Concilium celebraretur. Annuit votis Cæſaris Pontifex. Multa aguntur colloquia Induciæ nimium fragiles tractantur, quæ ad grauiorem internecionem tantummodo parandam aliquid ſolaminis præſtabant. Conuentus quoque procerum Imperij Vormatiæ celebratus eſt, cui Lutherus in hac Tragædia pulchrè perſonatus interfuit. Celebratur deinde Norimbergẽſis omnium penè Principum & liberarum Germaniæ ciuitatum legatis illuſtris, in quo cum de dogmatum diſſidiis & religionis controuerſiis tractatum eſſet, quærentibus locum Concilio idoneum rerum nouatoribus à Pontifice nouo loco medio propemodum inter Italiam & Germaniam delecto Tridenti generale Conciliũ, circiter Caled. Nouembris, tertio indictum eſt, & tres Cardinales eo delegati vt fœliciter auſpicaretur. Expectabantur illic proteſtantes quorum precibus Cæſar ſacrum illum conuentum apud Pontificem impetrarat, ſed lenti veluti debitores ſubterfugia quærunt, & circuitus amant, ad Synodum venire noluerunt, non ob fidei publicæ defectum, data enim fides, ex voto, & ſententia, Germanorum confecta eſt; vt

ipſime

Ipſimet Germaniæ Principes reſponderunt, quando ſummus Pontifex hac de re ad eos Legatos miſit, petens vt ipſi ſuo arbitrio fidem publicam, qua vellent forma, conficerent: ſe illas libenter eſſe ſubſcripturum. Cæterùm cauſſa non veniendi fuit ſcelerum magnitudo, vulnerata & meticuloſa conſcientia, quæ omnia etiam ſecuriſſima reformidat: propoſitum in veteri errore pertinaciter permanere, nec ſacri Concilij admonitionibus, nec Eccleſiæ doctrinis acquieſcere velle. Principes tamen Catholici hortatu ſummi Pontificis per legatos optatiſſimis concilij Oecumenici auſpiciis non defuerunt, ex ipſius ſynodi actas videre eſt quanto oratorum apparatu iidem optimam eorum mentem in ſedem apoſtolicam fidémque ac obedientiam profeſſi fuerint. Aliquot ex eorum orationibus ſingularia excerpſit Sanderus.

Anno M.D.XLV. Didacus à Mendocia coram legatis Pontificiis itaque fatetur, & narrat, Dominum de Granuela Epiſcopum Atrebatenſem & ſeipſum à Carolo V. Romanorum Imperatore Auguſto Tridentum miſſos fuiſſe, vt generali Concilio Tridentino, quod Paulus 3. Summus Pontifex indixiſſet, Cæſareę Maieſtatis nomine intereſſent. Qua etiam in Oratione idem Didacus agnoſcit, Summi Pontificis munus atque pręcipuum officium eſſe, vt indicto Concilio Chriſtianę Reipublinę non deſit.

Anno Domini 1546. Franciſcus à Toleto ad eandem Synodum Tridentinam à Carolo 5. miſſus, teſtatur Cæſaream Maieſtatem illud tempus vehemẽtiſſimo animi gaudio amplexatam eſſe, quo per ſanctiſſimum Dominum Paulum 3. Publicati patefactiq; Concilij Oecumenici dies populo Chriſtiano fauſtiſſimus primùm illuxiſſet.

Ioannes 3. Portugalliæ Rex in literis ſuis ad Paulum tertium Papam: Nulla (inquit) res conceptam de Sanctitate tua opinionem æquè, vt Oecumenici Concilij indictio confirmauit. Quamobrem ſupplex ipſe Sedis Apoſtolicę filius, Sanctitatem tuam oro, atque obteſtor, quàm modeſtiſſimè poſſum, vt ad omnem ſe difficultatem confirmet, ne animum contrahat, ac remittat.

Francorum Rex Franciſcus Petrum Daneſium ad Synodum Tridentinam à Rom. Pontifice indictam allegauit. Daneſius autem in Oratione, quam ad Synodum habuit, ſic habet: Cùm Franci Romanam Eccleſiam, cui ille Apoſtolorum Princeps præſediſſet Petrus, orbis terrarum Principatum ſemper obtinuiſſe, eiuſque Epiſcopum capitis loco, reliquis magno conſenſu Epiſcopis habitum eſſe didiciſſent, piè hoc quoque ac pręcloſè fecerunt, vt qui & Eccleſiam & Epiſcopum præcipuè ſibi colendos propoſuiſſent, vtriuſque & opes opibus ſuis augerent, & quum res poſceret, pericula periculis item ſuis propulſarent.

Et iterum poſtea: Ab his profectus Maioribus Chriſtianiſſimis Rex Franciſcus cùm animaduerteret, quantam ſemper vim habuiſſet ad res continendas, eſſe vnum in Eccleſia Romanum Epiſcopum, vtpote Petri Succeſſorem, reliquorum & dignitate, & authoritate Principem, ad quem cæteri vt ad Caput referrentur, qua maximè re, noſtra hęc in terris militans Eccleſia, illius in cœlo triumphantis effigies quędam agnoſceretur: non minori cura ac ſtudio prouidit, ne qua inde ſeceſſio defectione vllam ob cauſam accideret.

Anno Domini 1550. Iulius 3. Pontifex factus mox celebrat Iubileum. Ac primo Pontificatus ſui anno Concilium œcumenicum, quod antea inchoatum fuerat Tridenti, ſed ad tempus aliquod intermiſſum, de nouo indixit. Cui Concilio Pius demum quartus finem impoſuit. Cuius tempora etſi cum Iulio tertio minimè concurrunt, tamen ne ea, quæ ad Tridentinum Concilium pertinebant, nimium diſiungerentur: hunc in locum cætera Imperatorum & Regum Chriſtianorum mandata viſum eſt aggregare.

Mandatum Ferdinandi Imperatoris. Cùm Beatiſſimus in Chriſto Pater D. Pius 4. S. Romanę ac vniuerſalis Eccleſię Pontifex maximus ad id nos hortatus ſit: Oratores noſtros conſtituimus, vt vices noſtras in Concilio Tridentino gererent, ratum habituri, quicquid per illos actum fuerit, &c.

Mandatum Sebaſtiani Portugalliæ Regis. Conſtituimus N. noſtrum Oratorem ad ea noſtro nomine Tridenti agenda, quę ad cęterorum membrorum cum Romano Pontifice Catholicę Eccleſię ſupremo pręſide, & Chriſti Vicario, Sanctáque Sede Apoſtolica omnium Eccleſiarum parente & Magiſtra, vnionem, hęreſum errorumque extirpationem, & morum reformationem, & reliqua, quę ad Catholicę religionis augmentum fidei exaltationem & Chriſtiani nominis hoſtium debellatio-

nem,expedire & conducere Sacro Concilio & eidem noſtro Oratori videbuntur.

*Carolus Gallorum Rex ad Concilium Tridentinum à Pio 4. indictum miſit Guidonem Fabrum, qui teſtatur in Oratione ſua,*eundem Carolum Regem allegaſſe Ludouicum Sangeleſium ad Pium 4.Pontificem Magnum,vt ipſum Pontificem currentem quidem ſponte ſua ad Concilij procurationem acrius incitaret: Galliæq; vulnera ita nudaret ita detegeret Pontifici ceu parenti bono: vt tamen ea ipſa ne deduci quidem alia ratione,niſi libero Concilio, nedum curari penitus,aut ſanari poſſe contenderet.

Mandatum Philippi Hiſpaniarum Regis. Cùm beatiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter D. Pius diuina prouidentia Sacroſanctæ Romanæ ſedis Pontifex Maximus, *vniuerſale Concilium Tridentinum continuandum indixerit:illuſtrem Dominum N.Procuratorem conſtituimus,*vt coram Reuerendiſſimis S.R.E.Cardinalibus, à Beatiſſimo Pontifice Legatis nominis,*aliiſque patribus ibidem congregatis noſtro nomine compareat.*

Literæ Ducis Florentiæ ad Legatos *Concilij Tridentini.*Cum ſummo effectu,ſummâque pietate iam inde à Maioribus noſtris Sanctam ſedem apoſtolicam ,ſummóſq; Pontifices Ieſu Chriſti Domini noſtri Vicarios, & Catholicam Eccleſiam in fide ac ſinceritate patrum noſtrum coluerim ſemper ac ſtudioſè obſeruauerim: officij ac reuerentiæ meæ fore arbitratus ſum, ne in ſancta iſta tantorum Patrum vniuerſali Syndo,authore Deo, Summóque Pontifice pientiſſimo congregato, ceſſarem, quin pro virili mea per Ioannem hunc ſtudioſiſſimum Legatum nobilitate natalium,fide,moribus, ac doctrina inſignem, reuerendiſſimis atque illuſtriſſimis DD.v. ſtris adeſſem,qua optimum ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ fidei alumnum decet promptitudine atque obſequio.*Sequitur mandatum eiuſdem Coſmi Medices Florentiæ ac ſenatum Ducis in eandem ſententiam.*

*Literæ Reipub. Venetiarum ad Concilium Tridentinum.*Cum Pio 4 digna Dei prouidentia Sacroſanctæ Romanæ atque vniuerſalis Eccleſiæ Pont.Max.(vt chriſtiani gregis incolumitati ſalutique conſuleret) vniuerſali placuerit in iſta vrbe Tridento haberi concilium, quod ſanctum & venerabile omnibus ſemper habitum eſt, ac propterea eò mandauerit conuenire tot ſingulari ſapientia ac Religione pręditos viros,qui chriſtianam diſciplinam diuina imprimis cura fauente,in ſuam reſtituant integritatem ad nos etiam pertinere viſum eſt, pro ſumma noſtra in Chriſtum Seruatorem ac Dominum pietate,ac iuuandæ Religionis deſiderio próque ea,quæ eundem Pont.Max.Chriſti Vicarium in terris gerentem proſequimur, obſeruantia,quæ omnia à Maioribus noſtris edocti, perpetuò retinere & volumus & debemus:pręter eccleſiaſticos noſtræ ditionis viros;quos iſtuc ſe conferre quàm primùm curauimus, noſtros certos ac graues homines eodem legare, qui noſtro nomine ſancto iſti conſilio interſint ac faueant.

Mandatum ſeptem Cantonum Heluetiorum. Nos ſacroſanctæ apoſtolicæ ſedis obedientes filios ac defenſores oſtendimus ab antiquo.

*Adamatus Orator ſeptem Cantonum Heluetiorum.*Pius Pontifex Maximus œcumenicum concilium in hac Tridentina ciuitate aperuit.Itaque Lucernenſes,Vranienſes, Sutthienſes,Syluanienſes ſuprà, & ſubtus Syluam, Turgienſes, Friburgenſes, & Solodorienſes,qui erga ſedem Apoſtolicam,& veſtrum hunc ſanctiſſimum ordinem bene ſemper fuerunt affecti, noluerunt & ipſi in re tam neceſſaria,& in publica quaſi totius orbis cauſa ſuos Oratores deſiderari. Cupiunt enim maximè, & vehementer exoptant, hoc vobis teſtatum relinquere, ſe quidem,quòd ad fidem, Religionem & obedientiam attinet,itémque alacritatem & ſtudium iuuandi Romanam Sedem,nullis populis,qui chriſtiani cenſentur,cedere. Gratias enim Deo agunt, quòd eius munere ſibi datum eſt,quod iis viribus, quibus inuicti ferè ſemper extiterunt,in huius ſedis beneficium ſemper vſi ſunt. Quorum fidem ſatis erit hoc tantùm argumento comprobaſſe, quòd cùm ſint ipſis fide, hoſtibus coniunctiſſimi: nunquam tamen adduci potuerunt; vt in eorum peruerſa dogmata aliquando concederent, quin potius eis ſemper conſtantiſſimè reſtiterunt: Et hoc apertiſſimè declararent, quando initio cum ipſis fide hoſtibus Religionis cauſa bello, immaniſſimum ac nephandiſſimum Eccleſiæ hoſtem Zuinglium Hære-

ſiarcham peremerunt,exactúmque è cadaueribus combuſſerunt.Hęc autem teſtari placitu, vt quique exploratiſſimum & perſuaſſimum habeant, Heluetios erga Romanam ſedem tales ſemper fore,quales omnibus pro ſæculis fuerint.

*Sigiſmundus Poloniæ Rex ad Tridentinam Synodum miſit Valentinum Præmiſsienſem Epiſcopum,qui loco ſuo,eidem Synodo aſsiſteret,cum literis inſcriptis,*ad S.R.E.Cardinales Concilij Legatos. *Valentinus autem indictionem Concilij Deo primùm, deinde* Beatiſſimo ac Maximo Pontifici Pio 4.*acceptam fert.*

Philibertus Sabaudiæ Dux in literis ad Synodum Tridentinam. Et Pontifici Summo qui hoc tam ſalubre medicamentum adhiberi voluerit,& vobis omnibus maximę ſunt agendæ gratiæ.

Reynaldus Ferrerius Orator Chriſtianiſsimi Regis in oratione apud Concilium habita. Vos Itali,vos Hiſpani Patres,appello: periculum ex aliis facite, vobis quod ex vſu fiet, cuius magis interſit, hanc veram & ſeriam diſciplinæ Eccleſiaſticæ emendationem fieri, quàm Romani Epiſcopi Pontifici Maximi, ſummi Chriſti Vicarij, Petri ſucceſſoris,in Eccleſia Dei ſupremam poteſtatem habentis.

*Martinus Royas Portalenbeus Magni Magiſtri ac totius Orbis Hieroſolymitani Orator in generali congregatione:*De magiſtro & ſocietate noſtra id vobis,ampliſſimi Patres ſanctè præmitto, quæ ab hoc ſanctiſſimo conuentu decreta emanabunt,pro iis omnibus non fortunas modò & facultates,ſed etiam vitam & ſanguinem,ſi opus fuerit, eſſe effuſuros. Cùm in Hoſpitalitate & chriſtiana militia,piè ac fortiter exercendis Ordo noſter perpetuò incumberet, omnipotente Deo, ſummorum Pontificem Principum,aliorúmque piorum hominum animos permouente)tandem effectum eſt, vt non exiguum facultatum atque fortunæ acceperint incrementum, *Et quæ ſequuntur.*His *præclariſsimis hominum vndequaque Doctiſsimorum functionibus illuſtris fuit Tridentina Synodus & omnibus ſolennis. Horum autem omnium ſententiæ vergebant vt Sedis Apoſtolicæ decus eò altius emineret quo magis à Chriſto commendatur,aduerſus ingruentes hæreſes & ſchiſmatum monſtra. Plaudamus ergo Tridentino Concilio à Romanis Pontificibus non ſine diuini numinis impulſu indicto. Veneremur Tridentinam Sinodum à Legatis Eccleſiæ Romanæ gubernatam, ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis ex omni gente confluentibus celebratam,ab Imperatoribus Romanis,primum Carolo 5. deinde Ferdinando agnitam, & in magno pretio habitã,à Regibus Galliæ,Hiſpaniæ,Luſitaniæ,Poloniæ, Hungariæ,Bohemiæque per Legatos ſuos frequẽtatam,à Rebuſpub.Venetorum & Heluetiorum,itémque à Ducibus Sabaudiæ, Florentiæ, & aliis Regnorum Præfectis, Ordinúmque Magiſtris,ſtudioſè ac ſummo cum honore obſeruatam. Aderant præterea inſignes Theologi,de quorum dictis paulo antea nonnihil, eruditiſsimis,quæ ad noſtrum propoſitum accommodari queãt, ſumpſimus. Porrò vt tot viri omnium Ordinũ ac generum in vna,eadémque fide non ſemel,ſed ter ſub diuerſis Pontificibus & Imperatoribus Romanis tanto cum ſumptu & labore ſuo conuenirent, vt tot annis poſt interualla etiam plura & impedimenta grauiſsima tamen ſimul perſiſterent, vt in tanta linguarum,morum, & ingeniorum varietate omnes idipſum in Domino ſaperent ac ſentirent, vt tot quæſtiones quot aliãs nunquam in vllo Concilio propoſitæ fuerint,tanta cum diligentia & doctrina deciderent,vt poſtremò tantum Concilium fœliciter abſoluerent, finémque & manum vltimam, idque oblatrantibus vndique Hæreticis, imponerent; hoc quale opus ſit,ille cogitet,qui oculis ſuis videt nihil ſimile vel in vna quapiã Prouincia per Proteſtantes vnquam effici potuiſſe, etiamſi illud ſæpiſsimè,fruſtrà tamen ſemper,tentauerint.Conuenerunt Lutherani & Caluiniſtæ quot vicibus,quot in locis, quanta cum quorundam Optimatum cura & impenſa? Et tamen quis neſcit, nunquam eos aut in tanto etiam infimæ ſortis Theologorũ numero conueniſſe, quantus Epiſcoporum Tridenti affuit? Aut tot menſibus ſimul perſtitiſſe, quot annis Tridentina Synodus perdurauit, aut ita diſceſsiſſe ad poſtremum,vt acquieſcerent vni ſententiæ,ac eandem fidem de Euchariſtia cæteriſq; articulis inter ipſos agitatis,vel reciperent ipſi,vel alios docerent.*

Nihil obfuit illuſtri ſplendori Patrum Tridentinorum hæretica petulantia,qui de literarũ diuinarum veritate ſaluteque labantis Reipublicæ in conſenſu gẽtium omnium diſputabant. Inuidia ſoli Lutherani crepebant & famoſis libellis apud imperitos Pontificiam poteſtatem & Concilij authoritatem detrahebant, modo locum, modò præſides, modò aliud atque aliud criminabantur, vt celerius præcipites ruerent quo omnes ruunt qui Eccleſiæ Catholicæ & apoſtolicæ authoritatem non ſuſpiciunt.

VIII.

Ieiuniorum & ſupplicationum pro pace Chriſtianorum Principum exoranda publicatio.

Hæc conſtitutio deſumpta eſt ex praxi beneficiorum Petri Rebuffi Iuriū Doctorū & Comitis in vniuerſitate pariſienſi publici profeſſoru.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

QVO in ſtatu reſpublica chriſtiana conſtituta ſit, & quæ pericula extremæ calamitatis immineant, ſatis ab omnibus cognoſci arbitramur. Non enim ſolum vno malo premimur, ſed multis externis, & internis mixtis. Hinc enim perpetuus chriſtiani nominis hoſtis noſtris imperiis, ac regnis ditatus, & potentior ac vicinior iam factus, reliquis afflictæ chriſtianitatis inhians, diſſenſiones noſtrorum principum lætus aſpicit. Neque aſpicit ſolum, ſed fouet, & ad ſuum lucrum vertit. Habet namque domeſticum exemplum occupati hoc aſtu & via per maiores ſuos, Orientalis Imperij, quod tunc Græci eodem quo nunc nos laboramus morbo, hæreſibus & inteſtinis bellis laborabant. Illinc verò nos quamuis ex tanto chriſtianorum populorum numero pauci admodum relicti, tamen hoc non valente, tenues virium noſtrarum, reliquas aſſiduè inter nos conſumimus, & paratiores ad prædam reddimus, miſcendoque omnia, ac Deum magis ac magis in dies offendendo, omnem operam damus, vt pericla ipſa ſatis per ſe ceruicibus noſtris imminentia maturentur & augeantur. Quorum malorum omnium radix & principium quoniam eſt diſcordia, ideo nos vſque ab initio noſtri Pontificatus hoc per Dei gratiam præuidentes, rectum iter tenere & ęquum patrem nos omnibus præbere ſtuduimus.

Diſcordia omnium malorum principium & fomes.

Neque aliquid inquam, omiſimus quantum in nobis fuit: quod ad pacem inter Principes chriſtianos conciliandam attineret à qua re etſi labores noſtri toties ante hac incaſſum ſuſcepti deterrere nos poterant, volentes tamen cum Apoſtolo Paulo perſeuerare, dum licet, in omni patientia & doctrina, nouiſſimè intelligentes chriſtianos exercitus in hyberna deductos eſſe, ſtatim noſtrum & apoſtolicæ ſedis legatum de latere, ad chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum quintum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Francorum Regem chriſtianiſſimum iterum pro pace miſimus. Verum quum omne datum optimum deſurſum proficiſcatur à Patre luminum, & pax ſpeciale donum ſit Dei.

Studium pontificis in procuranda pace & concordia inter Regē Chriſtianiſſimū & Cæſarē.

Eam deſuper petendam & orandam cenſentes, ac conſiderantes, quod ad vnius preces diuina prouidentia non concedit, id eam aliquando multiplicatis interceſſoribus largiri, & quod per prophetam conqueritur, quod nemo eius iræ Precibus & orationibus ſe opponeret, necnon edocti in ſacris literis patres noſtros ieiunio & fletu ac orationibus diu pura fide & ſyncera charitate factis, Dei iram ſæpius placaſſe, & quo diſſidio concordiam, pro bello pacem, & victoriam impetraſſe. Idcircò cùm multum valeat oratio eccleſiæ aſſidua, omnes vtriuſque ſexus fideles tam in alma vrbe noſtra, quam in quibuſcunque regnis, dominiis, prouinciis, ciuitatibus, oppidis, terris, & locis, per vniuerſum orbē conſtitutos requirimus & hortamur in domino, vt ad eundem dominum noſtrum ſe conuertendo, Poſtquam ex publicatione per ordinarios locorum facienda præſentium notitiam habuerint quarta ac ſexta feriis immediatè ſequentibus, orationibus, & eleemoſynarum erogationibus vacent, & qui ętatis legitimæ fuerint, niſi iuſto impedimento teneantur, ſabbathi ſequenti etiam ieiunent, interim cordis contritione & oris confeſſione ſuam conſcientiam exonerare omni ſtudio procurantes. Etſi ipſa die ſabbathi aliàs ieiunium ab eccleſia indictum fuerit, illud aliquanto arctiore victus ratione, & cibi potúſque abſtinentia quàm eccleſiæ ritus communiter conſueuit, pro cuiuſque tamen viribus obſeruent. Vtque Deum ſibi magis propitium reddant, die dominica; dictam diem ſabbathi immediatè ſequentis ſacratiſſimum corporis Chriſti deuotè percipiant, Deum ex intimo cordis exorantes, vt calamitates populi ſui pretioſo filij ſui ſanguine redempti, tandem miſeratus toti orbi chriſtiano pacem, vnitatem, & concordiam largiri dignetur, vt ſic eius fideles ab omnibus aduerſitatibus liberati, & in tranquillitate conſtituti diuinæ maieſtati eius deuotum exhibeant famulatum. Vt dictum ſacramentum tranquilliori conſcientia recipere valeant, nec ab hoc ex abſolutionis difficultate retrahantur, atque etiam vt eorum oratio quanto puriori animo, tanto ad impetrandam miſericordiam & gratiam diuinæ

Modus & ratio conſequēdi has indulgentias.

diuinæ bonitatis ſit acceptior, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus ſupradictis, vt confeſſores ſibi eligere valeant, presbyteros ſeculares, vel cuiuſuis ordinis regulares, qui confeſſionibus eorum diligenter auditis, Eos & eorum quemlibet à quibuſcunque eorum peccatis, criminibus & delictis quantumcunque grauibus & enormibus, etiam ſedi apoſtolicæ reſeruatis, etiam in bulla quæ in die cœnę Domini legi conſueuit, contentis, & à cenſuris propterea incurſis.

Præuia tamen emendatione cum pœnitentia & debita ſatisfactione hac vice duntaxat abſoluere, ac pro commiſſis ſibi pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac vota quæcunque per eos emiſſa, caſtitatis & religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeant, facultatem dicta auctoritate apoſtolica impartimur. Et inſuper vt eoſdem Chriſtifideles etiam præmiis cœleſtibus ad hoc inuitemus, omnibus & ſingulis chriſtifidelibus ſupradictis qui præmiſſa adimpleuerint ac proceſſionem deſuper indicendam & ordinandam in oratione & abſque ſtrepitu ac contentione ſecuti, aut qui aduerſa valetudine, ſeu alio legitimo impedimento detenti, huiuſmodi proceſſioni intereſſe nequeuntes, eleemoſynam iuxtà eorum deuotionem alicui pauperi Chriſti eis bene viſo piè elargiti fuerint, vel ſi indigentes exiſtant, quinquies orationem dominicam & toties ſalutationem angelicam pro pace & fœlici ſtatu militantis eccleſiæ, orantes deuotè recitauerint, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi pleniſſimam peccatorum ſuorum remiſſionem in domino concedimus & elargimur.

Indulgentia ab omnibus peccatis reſeruatis ſedi Apoſtolicæ.

Et vt hæc omnia ad multorum vtilitatem peruenire valeant, ſimul & miſericors dominus pluribus exoretur, omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis eccleſiarum prælatis, vt quamprimum præſentes literæ ad eorum manus peruenerint, eas ſiue earum tranſumptum manu alicuius prælati ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſubſcriptum, vbique per eorum prouincias diœceſes vel eccleſias, abſque vlla fraude vel quæſtu cum gratiis, conceſſionibus, facultatibus & indulgentiis ſuis, gratis publicari faciant in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Præſentibus poſtquam in vrbe ac ciuitatibus & diœceſibus prædictis publicatæ fuerint, aut ad ſupradictorum chriſtifidelium aures peruenerint, & quartæ ac ſextę ferię ac dominica dies, præfati elapſi fuerint, minimè valituris. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domini 1543. 5. Id. Decembr. Pontificatus noſtri anno X.

Fraus & quæſtus prohibentur.

Pacis ſtudium omnibus Reipublicæ moderatoribus Principibus potiſſimum ſeriò curari debet ne eorum ſubditi bellico furore rapiantur lacerantur & miſeram degant vitam. Infœlix enim patri: illa habetur in qua Principes tranquillitatis contemptores mutua internecione gaudent. Inturbas & diſcordias peſſimo cuique plurima vis, pax & quies bonis artibus indigent. In pacem cauſa & merita ſpectantur, vbi bellum ingruit, innocentes & noxij iuxtà cadunt. Omnium rerum & parens & nutrix eſt pax, Bellum repente ſemélque quicquid eſt pulchrum, obruit extinguit abolet omniúmque Iliadim & Lernam malorum in vitam mortalium effundit. Gratæ pacis inſignis vt in vere ipſo omnia virent ſic omnia vigere videntur, creſcunt opes, vigent leges floret reipublicæ diſciplina, feruet religio, valet æquitas, pollet humanitas, vberior eſt quæſtus pauperum ſplendidior opulentia diuitum. His omnibus pacis fructibus carebat ætas Paul III. Pontificis, ob crudeles & indies exaſperatas Cæſaris & Regis Gallorum diſcordias. Vbique terrarum ſæuiebat Mars horum potentiſſimo Principum ſatellitio, cū Martem dico non vnum aliquod malum dico, ſed malorum omnium oceanum. Implicabiles illæ Principum rixæ ingentem farraginem calamitatum inuexerant rebus humanis, & multò grauiora minabantur. His diſſidiis gaudebant omnes, nouis opinionibus diſtrahebant & ſubinde nouas ſtruebant Eccleſiæ inſidias, Turca vigil prædam huius diſcordiæ hiabat. Quid faceret optimus parens Pontifex in tanto natorum tumultu inter has plagas quid cogitaret niſi de placandis numinibus iuſtè in homines iratis. Quid ergo? Omnes ad Domini miſericordiam confugere precipit, publicas ſupplicationes & ieiunia omnibus Catholicis iniungit, & è theſauro Eccleſiæ locupletiſſima dona elargitur. Deinde per legatos has literas ad Cæſarem & Francorum regem Franciſcum pro pace ineunda ſcripſit.

Extant autem apud Onuphrium ex cuius monumentis decerptæ ſunt, illáſque hic apponimus vt omnibus conſtet quanto ſtudio paſtor gregis Chriſtiani ſollicitus pacis commodi, quantumque à factionibus & diſsidiis alienus fuerit.

PAVLVS III. PAPA DILECTO FILIO CAROLO V. ROMANORVM IMPERATORI AVGVSTO.

CHARISSIME *in Chriſto fili noſter, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Mirum fortaſſe Maieſtati tuæ videri poterit, nos hunc laborem procurandæ inter te & Chriſtianiſsimum Francorum Regem pacis, toties à nobis aliàs, ac nouiſsimè per Legatum ad te miſſum fruſtra tentatum, nunc repetere: Sed ſi eadem Maieſtas tua officium noſtrum, quale in hoc eſſe debeat, recordata fuerit, ſi ſtatum afflictum Chriſtianitatis reſpexerit, profectò eadem maieſtas tua, quæ æquitate & ſapientia pollet, & nos quod agimus valdè neceſſariò agere fatebimur, & æquiori animo has noſtras literas leges: quas nobis Dei honor, ſalus populi Chriſtiani, proximique, ac grauiſsimi periculi omnibus imminentis, metus ac dolor expreſsit. Quamuis iam inde ab initio pontificatus noſtri, ſicut tuæ maieſtati notum eſt, nihil antiquiùs nobis fuerit, quàm lenire veſtras iras, per quas viam infenſiſsimo hoſti aperiri ad Chriſtianitatis exitium videbamus, atque ob eam cauſſam literas, nuncios, legatóſque noſtros ſæpiùs ad vos miſerimus. Nóſque etiam ipſi Nicæam nauigauerimus, licet hactenus à Deo (noſtris forſan peccatis obicem, inter nos & illius gratiam ponentibus) non meruerimus obtinere, vt noſtræ preces & hortationes ad pacem à vobis exaudirentur. Tamen quo ad nobis ſuppetet vita, nunquam à noſtro officio, captáque via ceſſandum nobis putabimus. Sancta enim inſtantia (fili chariſsime) & pia opportunitas, & tuæ Maieſtati videri debet, nos non cedere labori aut repulſæ, ad ſalutem omnium communem, quæ ſi vnquam antea, hoc maximè tempore & communi hoſte Turca in maximum eſt adducta diſcrimen. Siquidem ille per ſe potentiſsimus, occaſione etiam noſtrarum diſcordiarum fretus, & mari inualuit qua parte antea inferior putabatur, & Hungariam propè occupauit. Magna etiam nunc elatus fiducia, ex iis quæ nouiſsimè geſta ſunt, ita vt viribus noſtris attritis, ſuis adauctis, valdè timendum ſit, nec omninò dubitandum, quin ſequenti anno graue vulnus Chriſtianitati infligat, niſi Dei miſericordia nos iuuerit, ad quæ mala impendentia cum remedium die noctúque conquireremus, nullum ſanè aliud poſt opem diuinam nobis occurrit, niſi veſtra concordia, & vniuerſale Concilium. Quod cum iam dudum indictum, nuperrimè Tridenti conuocauerimus tanquam loco omnibus idoneo, & præcipuè ad tranquillandam Germaniam apto, cuius quidem inclytæ nationis præcipuam curam hæc ſancta ſedes ſemper habuit, vt debuit: miſerimúſque eò iam tres S.R.E. Cardinales, alterum nobis reſtat, vt veſtræ conciliationis curam, quam nis hactenus infeliciter tentatam, nunc acriùs repetamus, quam cum æqua hinc inde charitate, animique noſtri ſynceritate & erga vtrunque veſtrum beneuolentia ſemper tractauimus, nullúmque noſtri laboris retulimus, quemadmo dum ex literis legati ad te miſsi moleſtiſsimè intelleximus, parte autem altera, certiſsimis nuntiis & literis cognouimus, ipſum Turcam maximos apparatus terra maríque facere, ad nos proximo vere inuadendos. Nos conſiderantes, quod ſtante hoc inter te & Regem Chriſtianiſsimum bello, nulla eidem Turcæ poterit ratione obſiſti: poſtea autem prouidentia ſera futura eſt: Statuimus enim Dei adiutorio vt nihil intentatum relinquamus, experiri iterum per nos ipſos, id quod hactenus per literas, nuntios, & legatos noſtros aſſequi non potuimus, nulláque ætatis noſtræ vel temporis, aut alterius ratione habita, prodire ipſi ex noſtra Sede, verſúſque vos iter facere, colloquij vobiſcum habendi cauſa, ſperantes ſi non noſtra, ſaltem eius cuius vicem gerimus reuerentia, vos noſtrum congreſſum pro ſalute præſertim publica non eſſe recuſaturos, ſed aliquem ad locum nobis propriorem venturos, in quo cum vtriuſque veſtrum commodo, & ſecuritate congredi nobiſcum, vt ea in hoc, vtinam non extremo Chriſtianitatis periculo, explicare vobis poſſemus, quæ Deus omnipotens inſpirauerit, ad publicam omnium fidelium, veſtrámque etiam priuatam vtilitatem. Quamobrem ita nos vrgente noſtri officij debito, Maieſtatem tuam per Dei miſericordiam rogamus, vt nobis facultatem huius colloquij præbere, interímque ab armis ceſſare, & viam tabellariis, & aliis per nos ad hoc mittendis, aperiri, facere Dei & Chriſtianitatis cauſſa velis. Decreuimus enim poſteaquam qualicunque Dei iudicio, nos tali tempore, talibus periculis, in hoc loco reperimus, nullas prætermittere partes vel parentis, vel iudicis, quæ ad nos noſtrúmque officium pertineant: ſperare tamen volumus, quod vos pro bonitate, & ſingulari veſtra prudentia, huiuſmodi periculis animaduerſis, quódque*

nos nullo alio reſpectu monemur niſi ſalutis publicæ, quæ ad veſtram propriam redundat. cum tanquam potentiſsimi principes plus quàm cæteri in communi ruina amittere poſsitis, & plus Deo debeatis quàm cæteri: propterea memores veſtræ dignitatis atque officij, & conuenire alicubi nobiſcum, & noſtris fideliſsimis monitis aures præbere non recuſabitis: Cum iam dudum proſpicere potueritis, quod ad æqualitatem noſtri in vos amoris pertinet, nos omni affectu vacuos eſſe, atque hunc laborem noſtræ certè ætati non leuem, nulla alia niſi noſtri officij ac diuini obſequij, communiſque ſalutis cauſſa ſuſcipere. Hortamur inſuper Serenitatem tuam, vt velit pro ſua pietate curare atque perficere, vt omnes prælati tuorum regnorum tam Hiſpaniæ quàm Neapolis & Siciliæ, aliorumque tuorum dominiorum, ad Concilium quàm tò citius proficiſcantur, ſicut ex officij ſui debito, ac noſtra etiam iuſsione facere tenentur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris. Die XII. Nouembris, anno M.D.XLII. pontificatus noſtri anno nono.

PAVLVS III. PAPA DILECTO FILIO FRANCISCO FRANCORVM REGI CHRISTIANISSIMO.

CHARISSIME *in Chriſto fili noſter, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Etſi vereri poſſumus, ne hoc noſtrum officium ſuadendæ inter te, & ſereniſsimum Cæſarem pacis, toties iam à nobis fruſtra tentatum, quódque his literis nunc repetere inſtituimus, nimis crebrum aut immodicum tuæ Maieſtati videatur, propterea quod iam inde, & ab initio pontificatus noſtri continuata, & nunquam intermiſſa cura, literis, nuntiis, & legatis, & noſtris antea & nuperrimè ob eam rem miſsis, demúmque nos ipſi Nicæam profecti, nihil aliud egimus: tametſi eadem tuæ Maieſtatis pro tua ſapientia animum ad noſtrum officium, neceſsitatémque Chriſtianitatis, & pericula illi impendentia retulerit ſperamus eam, & boni conſulturam eſſe hanc noſtram toties repetitam inſtantiam, & æquo animo has noſtras literas perlecturam quod vt facere velis, ſtudioſè abs te petimus. Si enim vnquam antea (fili Chariſsime) pax inter vos expetenda, & omnibus modis procuranda fuit, hoc certè tempore magis eſt, Cùm hoſtes Turcæ, illi quidem antea potentiſsimi, nunc etiam opinione maritimarum virium aucti, & iis, quæ proximè apud Peſtum in Hungaria ſunt geſta, elati, maximos, terra, maríque exercitus in dies apparerere dicuntur, ſicut nobis certiſsimè ſignificatum eſt: nec verò poſſumus dubitare, quin his copiis afflictam diſſenſionibus & attritam viribus Chriſtianitatem, & ipſam præcipuè Italiam Vere proximo inuadant, nec ſperare ſi inuaſerint, eis poſſe alia ratione obſiſti, quàm ſi Dei clementia, per huius quem ſuademus pacis beneficium, nos à potentiſsimo hoſte tueri voluerit. Quamobrem nos hanc curam die noctúque voluentes, vt ſi qua poſſumus ratione his malis occurramus, nullum aliud remedium poſt diuinam opem, niſi in Concilio vniuerſali, veſtraqúe concordia, reperimus. Cùm ipſum Concilium iàm pridem, vt tua Maieſtas nouit indictum, nuperrimè Tridenti conuocauerimus, loco tam omnibus idoneo, tum ad tranquillãdam Germaniam, cuius rei ſummo deſiderio tenemur (vt debemus) maximè apto, illuc etiam tribus legatis noſtris S.R.E. Cardinalibus tam deſtinatis. Reſtat nobis alterum, vt pacis inter vos curam repetamus, eò nunc acriùs, quo magis & propius vrget periculum, vt ſicut facere debemus, nunquam ab officio noſtro deſiſtamus. Conſiderantes igitur omnem poſtea operam ſeram nobis & incaſſum futuram, ſi ad veſtram diſcordiam externum bellum & potentiſsimi hoſtis impetus acceſſerit: ſtatuimus (Deo adiuuante, priuſquàm omnia corruant, experiri iterum per nos ipſos id, quod per noſtros legatos obtinere non potuimus, nulla neque temporis, neque noſtræ ætatis, aut alterius reſpectus ratione habita, prodire ipſi ex noſtra Sede, itérque verſus vos arripere, colloquij vobiſcum habendi cauſſa, ſperantes vos, ſi non noſtra, at illius cuius vices gerimus reuerentia, noſtrum congreſſum præſertim pro ſalute publica non eſſe recuſaturos, ſed aliquem ad locum nobis propiorem venturos, & cætera, vt in præcedenti.* His lector æquus erit exiſtimator ſtudioſiſſimi pacis procurandæ animi quo ſummus Pontifex ducebatur.

IX.

Declaratio exemptionum ob numerum duodecim filiorum.

PAVLVS Papa Tertius Motu proprio, &c.

CVM, ſicut accepimus, dilecti filij Sebaſtianus de Monteacuto, & Benuenutus Oliuerij, mercatores Florentini, à nobis in Camera noſtra apoſtolica,

dohanas almæ vrbis noſtræ,necnon Graſciæ,ac Ripæ,& Ripettæ,ad certum tempus nondum finitum,& pro certa annua notabili pecuniarum ſumma, ac cum pactis, & capitulis in inſtrumento deſuper celebrato latius contentis; & inter cætera quod nullus prætorquam S.R.E. Cardinales,ac Præſidentes,& clerici Cameræ & qui in dictis capitulis comprehenduntur pro eorum vſu à ſolutione dohanæ huiuſmodi ſit exemptus conduxerint, nonnulli etiam foreſes, & qui in ipſa Vrbe cum eorum familia nequaquam habitant,ſub certis coloribus, & præſertim quod plures filios procreauerint,& quandoque numerum duodecim filiorum ſuppleri, quandoque etiam defunctos filios in dicto numero duodecim connumerari ſatagentes, & nonunquam numerum prædictum filiorum excedere aſſerentes,& ſiue ſub prætextu paupertatis,ſiue ex aliis cauſis,& occaſionibus,etiam per fauores & mendicata ſuffragia,exemptiones,& immunitates à ſolutione pedagij, paſſus,& gabellæ almæ Vrbis prædictæ extorſerunt,& in dies extorquere quamplures nituntur, & huiuſmodi affectatas exemptiones,& pro rebus etiam mercimoniis, ad almam Vrbem conductis,vt vendant extendi,& ſibi obſeruari debere prætendunt: quo fit vt appaltatores prædicti contra formam dictorum capitulorum plures lites,& controuerſias ſuſtinere & quandoque etiam fiſcum noſtrum pro obſeruatione capitulorum huiuſmodi,& emendatione damnorum in iudicium trahere,& non modica damna ſufferre,& expenſas ſubire cogantur: idque tandem in noſtrum Cameræ noſtræ apoſt.damnum redundare dignoſcatur,tum ex huiuſmodi refectione damnorum,tum etiam quod ceſſantibus huiuſmodi moleſtiis,niſi prouentus dictæ dohanæ diminuti,ſed illæſi,& intracti exiſterent, in futuris locationibus meliorem conditionem Cameræ prædictæ pro ſubleuandis ipſius oneribus afferrent. Nos itaque cupientes quod ea placita ſunt & dictis appaltatoribus etiam cum iuramento promiſſa,& in inſtrumentis,& capitulis quomodolibet, etiam ſucceſſiue quandocunque cum Camera apoſtolica initis,& celebratis contenta,inuiolabiliter obſeruentur,eorumque; & Cameræ noſtræ apoſtolicæ prædictæ indemnitati quantum poſſumus conſulere,ac ne etiam huiuſmodi excogitatis artibus via fraudibus aperiatur aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere: Motu proprio, &c. ac ex certa noſtra ſcientia,& de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine de præmiſſis certam notitiã haben.& habere in teſtan omnes & ſingulas cauſas huiuſmodi ad nos aduocantes, illáſque penitus extinguentes,declarantéſq; intentionis noſtræ fuiſſe & eſſe,quod quo ad ſolutionem dictarum dohanarum,capitula conuentiones,& pacta cum Camera noſtra celebrata obſeruentur: Exemptiones vero, & immunitates quæcunque hactenus quomodolibet conceſſæ,pro illis duntaxat,qui numerum duodecim filiorum ſuperuiuentium habent quouſque in communi viuunt,ac in ipſa Vrbe cũ eorum familiis continuo degunt,etiam pro vſu ſolum eorum,non autem pro mercimoniis,& aliis rebus, quæ ad ipſam vrbem vt vendant, per eos vehuntur, & ſeu vehi, & aportari faciunt,pariter obſeruentur: Omnes & ſingulas exemptiones, immunitates,& priuilegia aliàs à nobis conceſſa & emanata, quo ad dictas dohanas almæ Vrbis,illis alias in ſuo robore permanſuris,reuocamus,caſſamus,& annullamus, ac pro caſſis,irritis,& nullis habẽtes,eis nullatenus ſuffragari: Sicque per quoſcunque,etiam ſacri palatij apoſtolici cauſarum Auditores, & S.R.E. Cardinales, & alios,etiam Romanæ Curiæ officiales,& iudices, quocunque nomine nuncupentur,& dignitate fungantur,ſublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi & interpretandi facultate,iudicari, diffiniri,& interpretari debere,irritum quoque & inane quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate,ſcienter,vel ignoranter attentari contigerit,decernimus. Mandantes dilecto filio noſtro Guidoni Aſcanio Sforciæ S.R.E. Cardinali Camerario noſtro,necnon Præſidentibus,& Clericis Cameræ prædictæ vt præmiſſa obſeruent,& ab aliis inuiolabiliter obſeruari faciant mãdent, Non obſtantibus præmiſſis, conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis quomodolibet deſuper conceſſis,tam ſub plumbo,quam per breue, & ſub quibuſuis verborum expreſſionibus,& clauſulis etiam fortiſſimis derogatoriarum derogatoriis,irritantibus & aliis decretis, ac ſingulorum præmiſſorumque omnium & aliorum hic forſan latius generaliter vel ſpecialiter de neceſſitate exprimendorum tenores,nomina & cognomina,qualitates,prærogatiuas ſingulorum in dictis priuilegiis

Cauſæ quibus impulſus eſt Pontifex ad ferendam hanc conſtitutionem.

Exemptio ob numerum duodecim filiorum declaratur.

Reuocatio præcedentium exemptionum.

Executores huius conſtitutionis.

Clauſulæ derogatoriæ.

priuilegiis comprehenſorum,ac cauſas, & circunſtantias, & compendia, perinde ac ſi ſpecificata mentio,& indiuidua,ac de verbo ad verbum expreſſio facta foret, & non per clauſulas generales idem importãtes,pro plene ſufficienter expreſſis habentes,cæteriſque in contrarium facientibus,non obſtantibus quibuſcunque &c.

Etſi omnibus ipſius naturæ gratia liberos gignere conceſſum eſſe videatur mutiſque ſobolis multitudo auxilii ſit,commendantur tamen apud hiſtoricos parentes multæ prolis;qui iure optimi coniugij illa fœcunditate locupletati ſunt,nam extra illud nihil vel fœlicis vel fauſti vel legitimi expectari poteſt. Zonaras Annalium thomo ſecundo Lamech Poligamiæ Inſtitutorem ob numeroſam liberorumcongeriem retulit, Artaxerxes pariter vt refert Iuſtinus lib. 10. ex pellicibus centum & quindecim ſuſcepit liberos ex vxore tres tantum. Apud eundem Iuſtinum libro trigeſimo nono legimus Hyerotimum Arabum Regem prole fortunatiſſimum Regem & antiqui & ſui ſeculi Principes ſuperaſſe prolis copia, ſexcentos enim filios vario Pellicum congreſſu habuit. vulgaris eſt apud Plutarchum hiſtoria Scyluri Scytharum regis cui ſuperſtites octaginta liberos maſculos reliquit. Embracius Britanniæ Rex, Bruti qui primus ibi regnauit abnepos viginti quinque filios & triginta filias generauit: ſed vt parum laudis promerentur qui vel ſcortis vel illicitæ veneris impetu plures excipiunt ſpurios ſic mea ſententia qui ex legitimi matrimonij copula domum, vel vrbem chara prole fœcundant digni ſunt qui & priuilegiis conſtitutis gaudeant & ab omnibus proſequantur amore hic etiam Ethnicis antiquo vſu comparatum eſſe ſcimus, Romanos magiſtratus ad connubium & prolem excitandam non ſolum pœnis coercere ſolicitos fuiſſe repugnantes, ſed & præmiis inuitare iuuentutem Perſæ ingentia munera his qui plures habebant filios proponebant quorum Reges ſi quando Perſidem adirent ſingulis mulieribus ad ſobolis inuitamenta ſingulos aureos dare conſueuerunt, prægnantibus verò duplices, vt pulchrè legitur apud Herodotum lib. 1. & Strabonem lib. 15. mulieribus vero quæ trium liberorum natos ſolent etiam viuo patre teſtari, & bonis diſponere & negotia gerere ex Senatuſconſulto Tertuliano § 10. Inſt. permiſſum fuiſſe conſtat. Hac de cauſa voluerunt Cæſares numerum liberorum parentes excuſare à muneribus municipalibus ex reſcriptis diui AElij Pertinacis vt habetur. l. ſemper. §. legem. ff. de iur. immun. cuius verba hic adſcripſimus.

Εἰ καὶ μὴ πάντων λειτουργιῶν ἀφίησιν τοὺς πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ ἑκκαίδεκα παῖδας ἔχειν διὰ τοῦ βιβλίου ἐδήλωσας, οὐκ ἔστιν ἄλογον, ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ παιδοτροφίᾳ, καὶ ἀντὶ τῶν λειτουργιῶν, *id eſt; Etſi non ab omnibus muneribus dimittit patrem natorum numerus: tamen quia ſedecim pueros habere te per libellum notificaſti: non eſt irrationabile, vt concedamus filiorũ educatione remitti tibi munera. Eiuſdem argumenti & roboris legem tulit Leontius conſularis Paleſtinus his verbis, Si quis decurio pater ſit duodecim liberorum honoratiſſima munerum quiete donetur quam habes C. de decur. lib. 10 cui aſtipulatur gloſ. in verbo oneribus. l. 1. C de his qui nu. bel. prop. paup. à muner. excuſ. lib. 10. Ex pluribus Ciuitatum ſtatutis ſingulare illud Mediolanenſe omnium veluti Pontificis conſtitutioni conuenientiſſimum referam quo immunitas datur parentibus, ob numerum duodecim liberorum illudque clarius explicat Plotus in ſuo docto repertorio ad legem ſi quando. C. vnde vi. Huius ſcholij ampliorem lucem qui deſiderat animum diſcendi cupidum explebit apud Alexand. conſil. 129. colum. penult. & vel lib. 5. & Mat. in conſil. 208. nu. 15. lib. 30. Rip. in l. ex facto num. 13. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.*

X.

Qui tempore Naufragij, vocati à Patronis Nauium vel Barcarum, auxilium eis, ad bonorum præſeruationem vel recuperationem præſtiterint, quartam partem bonorum præſeruatorum: aut recuperatorum lucrantur. Perturbatores autem & occupatores multas pœnas incurrunt.

PAVLVS Papa III. Motu proprio. &c.

ACCEPIMVS Per ſtatuta noſtræ Ripæ ſalubrem diſpoſitionem factam extitiſſe, tenoris, quod ſi pro tempore Mercatores ſeu Nautæ mari nauigantes, & eorum naues & barcæ vinis,& aliis mercibus, rebus,& bonis, pro vſu Curialium, oneratæ verſus noſtram Almam Vrbem ſeu dictam Ripam du entes, & miſerabiliter caſu inopinato naues & barcæ huiuſmodi ſic oneratæ naufragium paterentur nauéſque & barcas huiuſmodi naufragas, ſeu bona in eis exiſtentia, aliqui ab eorum

rum dominis & patronis ad id requiſiti,per ſe ipſos recuperauerint, vel in recuperatione auxilium præſtiterint,tales recuperatores & auxiliatores quartam partem bonorum,& rerum mercantilium huiuſmodi, in dictis nauibus & barcis , ſic naufragium paſſis exiſtentium,eorum ope & auxilio recuperatorum lucraretur,& aliæ tres quartæ remanentes ad dominos & patronos dictarum nauium & barcarum ſpectarent & pertinerent,& hoc quidem per fe.re.Nicolai.V. prout in ſuis literis deſuper confectis & in libris ſtatutorum dictæ Ripæ regiſtratis, plenius continetur conceſſu fuiſſe. Accepimus etiam quod tempoee diuturnitate ſtatutum,& gratia huiuſmodi in diſſuetudinem abierunt: Et domini locorum , & Terrarum ſiue temporales ſiue eccleſiaſtici,ad quorum Terras,& loca,naues, & barcæ huiuſmodi propter naufragium perueniebant,illas ad ſe ipſos appropriabant,& illorum domini bonis propriis priuabantur,propter quod Mercatores,& Nautæ cum eorum mercibus ad dictam Ripam venire ſe retrahebant,& ſic noſtræ Almæ Vrbi , & illius Curialibus non modicum præiudicium inferri videbamus. Propterea huiuſmodi inconuenientiis per aliam noſtram gratiam proximè præinſertam opportunè prouidimus, per quas ſi aliquam ex dictis barcis naufragium pati , vel propter violentiam maris ad loca prædicta caſu peruenire,vel iactum bonorum alleuiandæ nauis gratia fieri pro tempore contingat,illis tantummodo,qui à dominis nauium,& barcarum,illarum perſonis curam , & gubernium tantum habentibus ſuper tali naufragio in auxilium vocati fuerint,& huiuſmodi perſonis, ſic vocatis,ſi ab imminentis,& præſentanei naufragij periculo, aut bona iam deperdita recuperauerint,his caſibus quartam partem bonorum,& rerum in huiuſmodi barcis exiſtentibus & illorum auxilio ſiue opera ſic recuperatorum conceſſimus, & donauimus: Sed quia in dicta præinſerta gratia noſtra non ſit mentio ſpecifica de dicta quarta parte bonorum,ſed quod dictæ perſonæ,ſic vocatæ,tantum ſtatuta,& conſuetudinem allegare poſſint continetur. Et propterea etiam accepimus quod non nulli iudicant, & dictam noſtram gratiam praue intelligentes, ad perſonas etiam non vocatas extendunt , & ſic intelligi debere prætendunt , & illum non habere locum niſi in caſibus meri naufragij,& iactus , ſed ſi naue & barcæ huiuſmo di integræ vi tempeſtatis ad littus maris peruenerint , & terram dominorum aliquorum,& attigerint , maximè ſi pro officialium ipſorum præſentium & iuſſum eorum dominorum nomine ſit illis auxilium præſtitum, tunc præſtari debere,loci conſuetudine debere allegant, & ſic intelligi debere ſatagunt. Nos volentes inconuenientiis huiuſmodi obuiare Motu proprio,& ex certa ſcientia,ac plenitudine poteſtatis,declaramus noſtræ intentionis in conceſſione præinſertæ noſtræ gratiæ fuiſſe,& eſſe quod tantummodo vocati,& requiſiti ab illis dominis, & perſonis pro prædictorum recuperatione quartam partem,pro modo bonorum , & rerum recuperatorum,in dictis nauibus,ſiue barcis,ſic naufragium paſſis , alleuiatis , ſiue aliter ad littus integrè peruentis, & arenæ commiſſis , vel alio inopinato caſu deperditis,exiſtentium,& eorum opera,& induſtria,ac auxilo cum prædictis mercibus recuperatis, lucretur , ſi tamen prædictæ recuperationi actualiter cum eorum perſonis,non per præſentiam tantum incubuerint,& recuperauerint (aliis perſonis ſiue dominis locorum quocunque titulo nuncupatis, ſiue Cardinales S.R.E.& prædictorum locorum officiales,& aliæ quæcunque perſonæ priuatæ,ſiue eccleſiaſticæ,ſiue ſeculares ſint,vel pro tempore fuerint, penitus excluſis)(alias autem tres quartas remanentes,fuiſſe,& eſſe,ac reſtitui & remanere debere ipſorum dominorum,vt prius fuerant: Et pro pleniori firmamento de nouo talibus perſonis , tantummodo & forma quibus ſupra,& non aliter,quartam illam pro modo , & rata bonorum recuperatorum,à die dictæ præinſertæ gratiæ naufragium paſſorum,ſiue alleuiatorum,vel aliter integrè ad littus peruentorum,& in futurum præuenien dorum,alleuiandorum,& naufragium patiendorum, quoquomodo donamus , ac capiendi facultatem concedimus.Alias vero perſonas modo,& forma præmiſſis nō vocatas quacunque dignitate etiam Cardinalatus honore & dignitate fulgentes, & eccleſiaſtica dignitate inſignitas,quorumcunque locorum vel terrarum,vel mediatè vel immediatè Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectorum fures,raptores,latrones,ac rebelles ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ eſſe cenſemus,ac pœnis, & cenſuris iuxtà

Vt Pontificio decreto Cæſareum reſpondeat ſubiiciam Honorij & Theodoſij l. de ſubmerſis. C. de naufragant. lib.11. cuius hæc verba ſunt. De ſubmerſis nauibus decernimus vt leuato velo iſtæ cauſæ cognoſcantur & ſi quiſpiā de talibus negotiis aliquid accepiſſe detegitur iudex apud quem conſtiterit , his conquerentibus qui nudantur pro qualitatibus perſonarum multādi remouendi, proſcribendique habeat poteſtatē. Idémque annotauit Bald.& Barbat.tractatu de præſtantia Cardinali.q.11. nu.5. verſ. facit elegans.

iuxta ſeriem, & tenorem præinſertæ gratiæ aliarum literarum puniri mandamus Decernentes irritum & inane quicquid in contrarium attentari contingerit in futurum : Volumus etiam quod præſenti noſtro motui proprio per quamcunque noſtram ſignaturam etiam motu proprio emanatam , & in futurum emanandam etiam ſi de eorum clauſulis derogatoriis mentio fiat niſi illius expreſſa mentio , de, verbo ad verbum habeatur nullatenus derogatum cenſeatur. Præcipientes Clericis Cameræ apoſtolicæ,Gubernatori, Auditoribus ſacri palatij,Senatori Vrbis , Cameræque noſtræ Auditori,ac quibuſcunque officialibus,& iudicibus quauis auctoritate fungentibus quatenus in præmiſſis,Dominis,& patronis, ſeu nautis nauium & barcarū, ſic naufragio oppreſſarum,aduerſus quaſcunque perſonas etiam eccleſiaſticas,aliterque,vt præfertur,ſe gerentes,aſſiſtant,& pœnis dictis afficiant , cum inuocatione brachij ſecularis,quatenus fuerit: Conſtitutionibus & ordinationibus apſtolicis nec non priuilegiis, & indultis ipſorum locorum ſtatutis & conſuetudinibus , quas tanquam corruptelas , & abuſus iudicamus,indultiſque quibuſcunqe ſpecialiter conceſſis quibuſcunque aliiſque in contrarium facien.non obſtan.omnium præmiſſorum tenores,& formas pro expreſſis habentes.

XI.

Coniugatæ mulieres non habitantes in aliquo honeſto loco,cautiones de non offendendo à maritis petere aut ex alia cauſa cum illis litigare nequeunt.

PAVLVS Papa III. Motu proprio,&c.

CVM,ſicut accepimus,diuerſæ mulieres coniugatæ almæ Vrbis , ſeu in ea commorantes tam Romanæ,quam forenſes,forſan affectantes vitam ad earum libitum inhoneſtam ducere,vbi ſe ab earum maritis ſuper earum inhoneſta vita,aut prauis moribus argui vident,eos à quibus ſe amari ſciunt,maritis ſuis in fideiuſſores quod ipſæ eos non offendent,nec offendi facient,pro diuerſis pecuniarum ſummis etiam exceſſiuis iudicialiter , aut alias ſimilem cautionem ab eiſdem maritis ſuis exigant:& illis eam quandoque præſtare nequeuntibus illos carceribus mancipari,& quandoque ad triremes delegari procurent & faciant, vel ſi earum mariti prædicti cautionem huiuſmodi eis præſtent,illius clypeo fretæ vitam ad earum libitum inhoneſtam ducant, in diuinæ maieſtatis offenſam, ac ſcandalum plurimorum. Nos volentes ex debito noſtri officij paſtorali præmiſſis occurrere, Motu ſimili modernis,& pro tempore exiſtentibus almæ Vrbis prædictæ Gubernatori,& Senatori,ac curię cauſarum Camerę apoſtolicę generali Auditori, & quibuſuis aliis Romanę Curiæ officialibus ſeu iudicibus vel mareſcallis , quacunque auctoritate etiam ſeculari fungentibus, diſtrictiùs inhibemus,ne de cętero ad cuiuſuis mulieris coniugatę inſtantiam eius virum ad fideiubendum, & ſibi ſub aliqua quantumuis modica pecuniarum ſumma de eam non offendendo,nec offendi faciendo, cauendum cogere,aut monere,ſeu ipſam mulierem coniugatam ad quouiſmodo cum viro ſuo quauis occaſione litigandum admittere prę́ſumant,niſi ipſa mulier in loco honeſto,aut apud mulierem honeſtam bonę conditionis & famę, aut in domo ſanctę Marthę de Vrbe,in qua quęlibet mulieres coniugatę ſeu ob earum malam vitam & violatum thorum offendi timentes recipiuntur,& donec cum earum maritis reconcilientur,charitatiuè tractantur, & ſuſtentantur,cum effectu habitauerit,& vixerit.Nos enim exnunc omnes & ſingulas cautiones & fideiuſſiones per maritos vxoribus ſuis alibi quam in loco honeſto, & apud mulierem honeſtam, ſeu in dicta domo S.Marthę habitantibus hactenus pręſtitas,vnica tamen pręcedēte monitione,& in poſterum pręſtandas,nullas,irritas,& inanes, nulliuſque roboris vel momenti fore , & illarum , etiam ſi iuramento vallatę ſint, executionem fieri non poſſe ac dictos maritos , ſi qui in exilium relegati , vel ad triremes tranſmiſſi propter pręmiſſa fuerint dictos triremes exire,& ad Vrbem libere redire poſſe,ac irritum,&c.decernimus.Mandantes venerabili frati Philippo Epiſcopo Saluatiarum moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro in eadem vrbe eiuſque diſtrictu in ſpiritualibus Vicario generali,quatenus inhibitionem & decretum noſtrum huiuſmodi perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari faciat cum effectu:

Libidine ſuccenſæ mulieres nōnullæ contra maritos agebāt pro cautionibus de non offendendo vt liberiore pede ad illecebras ferrentur.

Romę mulieres fœdifragæ & adulteræ iniuriæ vindictam fugientes,donec cū eorum maritis reconciliarentur in domum ſanctæ Marthæ ſe recipiebant.

Cautiones de nō offendendo præſtitas vel præſtandas reuocat.

Vicarius Papæ eſt executor huius conſtitutionis.

ctu: contradictores quoſlibet & rebelles, ac ſibi in pręmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris & facti remedia appellati non poſtpoſita compeſcendo, ac cenſuras & pœnas ipſas ipſas etiam iterũ tis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac ſtylo palatij, & curiarum Gubernatoris, Senatus, & Auditoris Cameræ huiuſmodi, necnon earundem curiarum etiam iuramẽto & c. roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, et literis apoſtolicis ſub quibuſcũque tenoribus, et formis, ac cum quibuſuis clauſulis et decretis in contrarium quomodolibet conceſſis et pręſentium, etiam abſque eo quod regiſtrentur, aut illius data opponatur, ſolam ſignaturam ſufficere, et vbique fidem facere in iudicio et extra, regula contraria non obſtantibus, decernentibus.

Quod Paulus tertius de mulieribus vrbis decernit ad cæteras quaſcunque regiones extendi poteſt cum vnum idémque imperium in vxores omnibus viris ſacris matrimonij legibus datum ſit, quamuis quidam ex hiſtoricis nimis videantur indulſiſſe muliebri officio quaſdamque referant mulieres à Semiramide (vt reor) edoctas quæ in homines ipſos ſceptra geſſerũt, Spartarum enim mulieres minime muliebris animi viris imperant & œcumenicis negotiis vt ſcribit Ariſtoteles Politicon *lib. 2. c. 7. præſunt, id autem iure vix probatur tanquam è diametro ipſi naturæ iuri repugnãs nec ita cenſeo vxores ſubeſſe viris vt tyrãnidem potiuſquam officioſum imperium patiantur, viri enim dominentur vxoribus vt corpori animus non vt corpus lædat, ſed vt ab omni iniuria ratione duce illud tueatur.* Nam *ius vxorium vt pulchre tradit* Chriſoſtomus *Iauellus tract. 2. lib. 5. in* Etic. *Ariſtot. de iuſto polytico œcumenicum eſt eum vxor magis ſit ſocia quam ſerua, idcirco prudenter vxori male tractationis contra virum dabatur actio illaque frequentiſſima erat apud antiquos vt videre licet apud* Senecam *lib. 3. decl. 7. &* Plutar. *in* Lyſandro *pariter in vxoricidas iracundo impetu,* Plato *lib. 9. de legib. ſic ſtatuit. Si vir vxorem aut vxor virum ex ira necauerit purgatur ſimiliter vt dictum eſt de homicida ex ira & triennium integrum exulet & cum redierit nec ſacris cum liberis communicet nec vna menſa vtatur. Quod ſi genitor aut filius non ſeruet impietatis reus à volente quolibet accuſatur.* Nulla *iura tam fauent vxoribus vt eas à virili poteſtate eximant, quinimo caſtigationis moderatam poteſtatem maritis in eas concedunt vt pulchrè differit* Signorol. Homod. *conſ.* 63. Titus Calce. *num.* 3. *ex l. ſi adulterium.* §. Imperator. *ff. de adulter.* Alex. *conſ.* 115. *nu.* 2 *lib.* 4. Decius *in l.* Vt *vim. num.* 22. *de* Iuſt. *&* Iur. *nec videntur ratione optima & veriſſima deſtitui cum mulier virili* Imperio *& legibus deuicta ſit: vt fusè legitur apud* Tiraquel. *de legib. connub. l.* 1. *nu.* 8. *&* 12. *&* Menoch. *caſ* 364. *num.* 8. *lib.* 2. *Centur.* 4. *de arbitr. iud.* Hic *ergo ſpectare videtur* Pontificis *conſtitutio qua licentiores vxorum affectus coercentur ne impoſterum audeant iugum ab officio excutere cum vt liberius eorum libidini conſulant contra maritos agunt pro cautionibus de non offendendo in cuiuſquidem conſtitutionis elucidationem occurrit primum quod habetur cap. ex tranſmiſſa. §. ſi autem de reſtitut ſpol. ext.* Si *autẽ capitali odio ita mulierem vir proſequatur quia merito de ipſo diffidat, alicui probæ & honeſtæ mulieri vſque ad cauſæ deciſionem cuſtodienda ſtudioſius committatur in loco vbi vir vel parẽtes eius mulieri nullam poſſint violentiam inferre vbi gloſſ. in verb. ſufficienti cautione vult ſufficientem cautionem dici ſi pignora vel fideiuſſores dentur. ff. manda. l. ſi mandato* Titij. *§. vlt. &* Iudicem *accipere cautionem in ſecuriorem mulieris tutelam. cap. quoniam §. vlt. vt lit. non conteſt. ext.* Capitale *autem odium illud intelligi volunt.* DD. *quod contractum eſt ex accuſatione capitali inſtituta, vt poſt* Bart. *in l: 3. § vlt. num. 3. verſ. ſi non item occidit. ff. de adimend. legat. affirmant multi.* Quo *autem liberius penſum creditum abſoluimus communi* Doctorum *conſenſu profitemur vxorem non reſtitui viro capitali odio eam proſequenti & refert* Abb. *in cap. 1. nu. 2. vt lit. pend. præpoſ. in cap. de illis colum. penult. verſ. duodecimus. propter capitalem, & colum. vlt. verſi. 19. caſus de ſponſ.* Neque *etiam ſub cautione quam hic* Pontifex *reuocat cum muliebri fragilitati fidendum non ſit, ſicut reſponderunt* Bald. *in conſ. 4. lib. 3. &* Crauet. *conſ.* 31. *nu.* 4. *quos conſulendos in promptiorem huius conſtitutionis enarrationem.* Ea *enim præſtitimus tantum quæ perfectam glaciem oſtendunt vt liberius* Lector *doctiores adeat à quibus optimis exuuiis onuſtus ampliſſima commentaria reportabit.*

Prohibitio

XII.

Prohibitio ne quis bona naufragantium in portibus aut ripis locorum maritimorum ad euitandum periculum tempeſtatis iacta diripiat vel occupet etiam ſub prætextu & conſuetudine.

PAVLVS Papa III. Ad perpetuam rei memoriam.

ACCEPIMVS Nuper, quod dudum, cum fe. re. Iulius Papa II. prædeceſſor noſter, plurimorum lamentabili querela didiciſſet, quibus chriſtifideles maris periculo, ſe & eorum merces exponebant, vt Curię Romanę, & illius Curialium commodis, & mercibus per eos ad eandem curiam mari aducctis, prouideretur: quia tamen quandoque eorum naues vegetibus vini, & aliis mercibus, rebus & victualiis onuſtę, contrariis ventis impulſę, & tempeſtatibus actę, miſerabiliter naufragium patiebantur, ac fluctibus maris violenter eiectę integrę quandoque ad littus perueniebant, aut terram alicuius Domini, etiam temporalis, attingebant, nonnũquam etiam aliquarum mercium, & rerum iactum faciebant, alleuiandę nauis gratia, ne naufragium paterentur, animo illa recuperandi, non pro derelictis habentes, ac cum ab incolis & habitatoribus, ac Gubernatoribus ciuitatum, terrarum, & locorum; iuxtà quorum litrora naues ipſę, naufragium huiuſmodi patiebantur vel bona iactata peruenirent: ſperent eorum calamitati auxilia meritoria præſtari, ac in re tam luctuoſa, & pietate & miſeratione digna opem ferri, propriis oculis cernebant in calamitatem ſuam conſolatione, ſeipſos mercibus, ac vegetibus, quæ beneficio Dei, & maris periculo ad littus ſaluę peruenerant, damnabili & execranda cupiditate ſpoliari & priuari, ipſiq; ſpoliantes & rapientes, & locorum domini, illa ad eos ex antiqua conſuetudine ſpectare, eáque licet retinere poſſe affirmari pręſumebant, quo fiebat, vt nautę ipſi ab huiuſmodi mercium ad vrbem noſtram vectione retrahi cogebantur, non abſque Curię Romanę & Vrbis iactura, niſi deſuper opportunè prouideretur: Idem Iulius prædeceſſor, conſiderans, tam ciuili quam canonica lege licere vnicuique naufragium ſuum impunè colligere, ac iacta in mari, alleuiandi oneris cauſa, recuperare, illáque diripientes furtum committere, & grauiter delinquere, ac chriſtianos naufragium patientes, rebus ſuis ſpoliantes, diuerſis pœnis puniri: & propterea conſuetudinem prædictam, tanquam contra regulam fidei, qua vnus alteri auxilio eſſe tenentur, merito corruptelam appellari, neminíque ſuffragari debere, cuiuſcunque temporis curſu munitam: Voléſque (ſicut eius incumbebat paſtorali officio) omnium mari terráque ad almam Vrbem noſtram venientium ſecuritati & tranquillitati prouidere, periculiſque huiuſmodi obuiare, ac venientium ad almam Vrbem ex omnibus mundi partibus, tanquam ad matrem de neceſſariis cum opulentia prouidere, nec non animarum eorundem Chriſtifidelium ſaluti conſulere, Motu proprio non ad alicuius ſibi ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de eius mera deliberatione, & ex certa ſua ſcientia: conſuetudinem capiendi, & retinendi bona, per naufragium vel iactum, leuiandi nauis gratia, aut alia neceſſitate vrgente factum ad littora maris, ciuitatum, terrarum, & locorum Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectorum pertinentia, allegari non poſſe, illámque nulli, in iudicio vel extrà illud, ſuffragari debere, auctoritate apoſtolica decreuit & declarauit: Et vltra pœnas tam à lege, quam à canone contra tales ſpoliantes bonis ſuis chriſtianos naufragium patientes, & raptores in littore maris, ciuitatum, terrarum & locorum, Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectorum, hactenus inflictas, quas pro potiori cautela innouauit & confirmauit, talium ſpoliantium cuiuſcúnque auctoritatis, & dignitatis forent, bona, & iura quæcunque præmiſſa, confiſcauit & publicauit, illáque Cameræ apoſtolicæ confiſcata, & publicata, & locorum dominos id fieri permittentes, excommunicatos eo ipſo fore decreuit, & etiam declarauit: Dictóſque raptores in flagranti crimine repertos, vt latrones, & graſſatores, puniri poſſe, alias vt fures (præterquam ſi nautis in manifeſto naufragij & ſubmerſionis periculo conſtitutis) eorum opem & auxilium implorantibus, & expoſcentibus: non abſque vitæ diſcrimine, in perſonarum, & rerum conſeruatione auxilio fuerint, vel alias ab imminentis, & præſentanei naufragij periculis, ipſorum

Ludouicus Lopez *inter* Theologiæ Scholaſticæ *profeſſores minime gregarius aſſerit in prima par.* Inſtr. Conſcient. *c.* 145. *peccare cum reſtitutionis obligatione qui ſurripit aliqua eorũ quæ in mari amittuntur neq; enim ſunt pyratarum neque infidelium ſiue ex mari ſiue ex littore accipiat. c. excõmunicatio. de raptor. ſi quis ff de incendi nu. & naufrag. & l. ἀξίωσις εὐδαίμονος.* Deprecatio Eudæmonis. *ff ad l* Rhodiam *de iactu.*

labore

labore, & omnia liberauerint, & ſaluos reddiderint, aut bona iam deperdita recuperauerint. His enim caſibus, eos ſtatuto, & conſuetudine iuuari, illáque allegari poſſe, ac illis ſtari debere decreuit. Et vt Chriſtifideles ad præmiſſa allicerentur, ac ab eis naufragium huiuſmodi patientibus, promptiora ſubſidia præberentur, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus chriſtifidelibus, qui auxilium, conſilium & fauorem, naufragium patientibus, in reparatione, & conſeruatione ſuorum bonorum præſtiterint decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis, miſericorditer in Domino relaxauit. Et nihilominus Camerario, Clericis, & Præſidentibus ac auditori Cameræ, præfatæ commiſit, & mandauit; quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præmiſſa, vbi, quoties, & quando opus foret, publicantes, facerent illa à quibuſuis perſonis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus inuiolabiliter obſeruari, ac pro illorum ſubſiſtentia firmiori, etiam ſcripturas deſuper neceſſarias expedirent: contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, aliáque iuris remedia (appellatione poſtpoſita) compeſcendo, prout in literis apoſtolicis eiuſdem Iulij prędeceſſoris noſtri deſuper confectis: plenius dicitur contineri. Cum autem, ſicut ex plurimorum Ripæ & Ripettæ almæ Vrbis noſtræ mercatorum, ac etiam nautarum, non ſine lamentabili querela, ac noſtra moleſtia intelleximus, præinſertæ literæ à Iulio præfato prædeceſſore noſtro editæ in abuſum, in non modicum tam ipſorum mercatorum & nautarum, quam ciuium Romanorum, & Curialium, & dictam Vrbem incolentium tranſiuerint: Quamobrem nos veſtigiis eiuſdem Iulij prædeceſſoris noſtri inhærere volentes, Motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus; tenore præſentium, pręfati Iulij prędeceſſoris noſtri literas, in omnibus & per omnia, ac ſub pœnis & cenſuris de quibus in ipſis literis, & prout in eis continetur, quatenus opus ſit, confirmantes, & innouantes, illas ab omnibus ad quos quomodolibet ſpectat, & pertinet ac ſpectare, & pertinere poterit in futurum, ſub pœnis de quibus in eis, inuiolabiliter obſeruari mandamus. Et nihilominus dilectis filiis noſtro Guidoni Aſcanio, S.R.E. Cardinali de Sancta Flora nuncupato, Camerario noſtro, necnon Pręſidentibus, & clericis Camerę apoſtolicę, ac Dominico de Nigris, ad pręſens dictę Ripę Pręſidenti, ſeu Camerario, moderníſque & pro tempore exiſtentibus, quatenus literas Iulij prędeceſſoris noſtri pręfati inuiolabiliter, prout in eis continetur, ab omnibus ad quos ſpectat, illas per edictum publicum denuò publicantes, & publicari in locis eis viſis mandantes; inuiolabiliter obſeruari mandent & faciant. Contradictores quoſlibet & rebelles, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, aut dignitatis fuerint, per pœnas & cenſuras, de quibus in eis compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon priuilegiis, & indultis, quibuſuis perſonis contra tenorem literarum Iulij prædeceſſoris huiuſmodi forſan conceſſis, confirmatis & innouatis: quibus illorum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſerentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, quoad effectum præſentium, ſpecialiter & expreſsé derogamus, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die tertia decima Martij, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Naufragium patientibus qui auxiliares & opitulares manus præbent indulgentiis his expreßis ditantur.

Executores huius conſtitutionis.

XIII.

Obſeruanda ab his qui impetrant beneficia tanquam certo modo vacantia.

SANCTISSIMVS, in Chriſto Pater, & D.N.D. Paulus diuina prouidentia Papa III. qui in craſtino aſſumptionis ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicem, cupiẽs eorum fraudibus obuiare, qui viuentium beneficia, illorum præſertim, quibus aut propter ſenium, aut propter infirmitatem imminebat vitæ periculum, impetrabant, vt illis decedentibus, tanquam collitigantes in illorum iuribus facilius ſurrogarentur, per quãdam eius conſt. inter alia voluit, vt deinceps nullus in iure, vel ad ius, in beneficio defuncti, quod illo viuente in caſib. præmiſſis, vel ſimilibus impetrauit, aliquo modo ſurrogetur, ac ſurrogatio, & gratia ſi neutri, ſi nulli, ſeu nouæ prouiſioni, aut perinde valere, taliter impetrãti nullatenus ſuffragaretur: quod etiam ſtrictiſſimè obſeruari mandauit in impetrationibus beneficiorum, per priuationem & amotionem ex quibuſuis criminibus, & exceſſibus forſan perpetratis, etiam ſi vſque ad diffinitiuam ſententiam, quæ tamen in rem non tranſiuiſſet iudicatam, proceſſum foret. Ac per alias conſtitutiones ſuas ſeu Cancellariæ apoſtolicæ regulas, voluit ſtatuit, & ordinauit, quod quicunque beneficium eccleſiaſticum, tunc per annum immediatè præcedentem pacificè poſſeſſum, & quod certo modo vacare penderet, ex tunc deinceps impetraret, nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem, & quot annis illud ipſe poſſediſſet, ac ſpecificam, & determinatã ex qua clare conſtare poſſet, quod nullum ipſi poſſeſſori in dicto beneficio ius cõpeteret, cauſam in huiuſmodi impetratione exprimere, & infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere, cauſámque ex nunc deſuper infra annum, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè proſequi deberet, & teneretur, alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde ſecuta, nullius exiſterent firmitatis, & idem impetrans, de damnis, & intereſſe poſſeſſorem prædictum propterea contingentibus ei ſatisfacere. Et ſi poſſeſſorem ipſum iniuſtè, friuolè, & indebitè moleſtaſſe repertus exiſteret, quinquaginta florenos auri perſoluere Camerę apoſtolicę eſſe aſtrictus, nec aliud quam præmiſſę vacationis modus, etiam per literas ſi neutri, aut ſurrogationis, vel alias ſibi quoad hoc, vt beneficium huiuſmodi ea vice conſequi, vel obtinere valeret, quomodolibet ſuffragaretur, illudque nullatenus inantea litigioſum propterea cenſeretur. Et cui fidedignorũ relatione innotuit quod huiuſmodi voluntate, ſtatuto & ordinatione non obſtantibus, multi cæca cupiditate ducti, ab beneficia eccleſiaſtica, alios, etiam quandocunque multo antea tempore canonicè eis collata, & poſſeſſa, quos valetudinarios, ſeu ſenio confectos conſpiciũt, aut alias certo modo, cito defecturos, vel eorum beneficia dimiſſuros ſperant improbè, ac per media illicita aſpirantes, huiuſmodi beneficia tanquam certo modo vacantia, & abſque alio titulo, ſeu minus canonico detenta, à ſede apoſtolica impetrabant, & illorum poſſeſſoribus, litem ſuper dictis beneficiis ſic poſſeſſis, mouebant, & cauſas huiuſmodi contra eos committi faciebant, & alias illos nunc titulos fingendo, nunc crimina impingẽdo, in ipſis beneficiis inquietabant, & moleſtabant, nec cauſas ipſas (prout etiam iuxta conſtitutionem prædictam tenebantur) expediri facere curabant, ſed in longum protrahebant, expectãtes obitum dictorum poſſeſſorum, vt in iure eiſdem poſſeſſoribus in dictis beneficiis, vel ad illa competente ſurrogarentur. Sicque per indirectum eiſdem impetrantibus votum captandæ mortis dictorum poſſeſſorum præbebatur, ipſique poſſeſſores indebitè vexabantur, ac laboribus & expenſis fatigabantur. Et ſæpenumero vexationem huiuſmodi illicitis mediis redimere cogebantur, & quandoque deſtituti, ſeu deſperati in anxietatem ducebantur, eorumque beneficia reſignare ſeu permutare, ac etiam illorũ collatores, quominus de beneficiis per obitum dictorum poſſeſſorum vacantibus, & propter lites huiuſmodi malitioſè, & fraudulenter motas ſeu confictas, liberè diſponere, & ſua ordinaria auctoritate in præmiſſis vti poſſent, impediebantur, in animarum ipſorum impetrantium periculum, & dictorum poſſeſſorum graue præiudicium, & ordinariæ poteſtatis huiuſmodi collatorum læſionem: Attẽdentes malitiis hominum non eſſe indulgendum ſed potius obuiandum, ac volentes ipſorũ beneficia obtinentium quieti, & ſecuritati prouidere, conſtitutionem prædictam innouando, & ad impetrantes beneficia illorum, qui aliquo euidenti impedimento detinerentur, quamuis ſenio confecti, aut infirmitate detenti non forent, extendendo, etiam voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod de cætero impetrantes beneficia eccleſiaſtica cuiuſcunque qualitatis, per priuationem, & amotionem vel alias propter commiſſa exceſſus, & crimina, vacantia vel vacatura in ſupplicatione deſuper porrecta, exceſſus, & crimina ipſa, ac eorum qualitates, necnon modos, & cauſas tales, ex quibus de iure priuatio incurſa, aut facienda cenſeatur, & ſimiliter impetrantes etiam per modum deuolutionis beneficia, tanquam certo modo vacantia, & ab aliis etiam non ſenio confectis, nec infirmitate aut impedimento detentis tanquam nullo ſeu minus canonico titulo poſſeſſa, modum vacationis illorum in ſupplicatione deſuper porrecta, ſpecificè, & determinatè, ac diſpoſitiuè exprimere te-

Beneficia ab aliis per annum poſſeſſa impetrantes exprimere debẽt quæ hic habentur.

Multi cæca ambitus & cupiditatis ſtimulis perciti impetrabant beneficia illa tanquam certo modo vacantia, ante obitum eorum quæ illa poßidebant.

Vexationem redimere illicitè medio.

Nemo antequã ſit certus de morte, beneficiũ poſſidentis impetrare non debet aut poteſt. Dec. conſ. 398. in tanta Dominic. c. circa ſi. & l. in fin. col. 5. C. de pactis.

neantur, & antequam decretum citationis à iudice, cur cauſa commiſſa fuerit per ſe vel procuratorem eorum petant, coram eo iuramentum, quod credunt ea, quæ ſic expreſſerunt, vera eſſe, & poſſe ea probare, corporaliter præſtare, & deinde exceſſus, & crimina aut modum vacationis huiuſmodi proponere, & deducere, & intra octo dies obſeruationem termini ad articulandum, per eum vel per procuratorem ſuum, ſuo ordine, & loco ita quod ſi ipſe terminus ſic non ſeruetur, dicti octo dies, poſt obſeruationem termini ſecundo loco ſeruati, quicũque is fuerit, cucurriſſe cenſeatur, factam immediate ſequentes probare necnon ex tunc infra annum ſimiliter à die impetrationis eorum computandum, cauſam contra eoſdem poſſeſſores, vſque ad diffinitiuæ ſententiæ prolationem incluſiuè proſequi debeant, & teneantur. Quodque impetrationes de beneficio tanquam per priuationem, & amotionem vel alias propter commiſſa exceſſus, & crimina vacantibus, vel vacaturis, abſque cauſæ ſeu cauſarum priuationis, & amotionis, aut exceſſuum, & criminum vacationem huiuſmodi cauſantium, necnon tanquam de certo modo vacantibus, etiam per modum deuolutionis, abſque modi vacationis ſpecifica expreſſione, etiã prætextu quarumcunque clauſularum quomodolibet implicitarum, & quantumcunque prægnantium etiam quod cauſæ, & exceſſus, ac crimina necnon modi vacationum huiuſmodi in literis pro expreſſis habeantur, vel etiam diſpoſitiuè exprimi poſſint diſponentium in ſupplicationibus inſertarum eiſdem impetrãtibus nullatenus ſuffragentur, & quæcumque ſurrogationes per ipſos impetrantes de beneficiis, quæ etiam cum huiuſmodi expreſſione impetrauerint, tanquam litigioſis, in iure, vel ad ius eorum quos huiuſmodi exceſſus, & crimina perpetraſſe, aut quorũ beneficia per deuolutionem, aut alias, certo modo vacaſſe narrauerint, à ſede apoſtolica, vel Legatis eius quomodolibet impetrandæ ſeu etiam Motu proprio concedendæ, niſi quod impetrantes exceſſus, & crimina, aut modum vacationis huiuſmodi intra dicto dies obſeruationem dicti termini ad articulandum factam, quo ad excludendos poſt dictos dies ipſos impetrantes approbatione exceſſuũ, ſeu criminum, aut modi vacationis prædictorum nihil operari volumus contra poſſeſſores beneficiorum, quæ impetrauerint, probauerint, etiam ſi alia exceſſus, & crimina, priuatione aut priuationis declaratione digna, etiam ante lapſum dictorum octo dierum probauerint, nullius ſint roboris vel momẽti. Quodque ſurrogationes huiuſmodi, ſi ij contra quos huiuſmodi, impetrationes fient, in itinere propter id ſuſcepto, quod poſt executionem citationis, etiam per edictum factæ, etiam ſi de dictorum citatorum notitia aliter non apparuerit, propterea attentatũ præſumatur, defuncti fuerunt etiam ſi ſenes aut valetudinarij, ſeu impediti, vt præfertur, non extiterint, aut etiam ij, contra quos huiuſmodi impetrationes fient, morte violenta deceſſerint licet nullum penitus argumentum, aut nulla coniectura habita fuerit, quod collitigans id fecerit, aut de tali morte culpabilis, ſeu conſcius fuerit locum non habeant. Et ſi poſt lapſum dicti anni vel etiam eo durante, & iſtis octo diebus poſt dicti termini ad articulandum, abſque probatione prædictorum exceſſuum ſeu criminum aut modi vacationis per ipſos impetrantes, vel eorum procuratores obſeruationem ipſis, contingat poſſeſſores dictorum beneficiorum, ſeu aliquos ex eis decedere aut eorũ beneficia ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, aut alias quomodolibet, in Romana Curia, vel extra eam, vacare non cenſeantur propterea beneficia ipſa litigioſa, de huiuſmodi beneficiis ſic vacantibus prouideri, & alias libere diſponi poſſit in omnibus & per omnia, ac ſi contra dictos poſſeſſores aliqualis modo præmiſſo mora non fuiſſet, Et nihilominus impetrantes prædicti ad ambita beneficia huiuſmodi obtinenda cenſeantur perpetuo inhabiles, necnon vexatæ parti omnia damna, intereſſe & expenſas perſoluere teneantur, ac omnibus & ſingulis beneficiis eccleſiaſticis, per eoſdẽ impetrantes obtentis, ſe triennio ſuſpenſos inuenerint. Quibus, ſi ſe in eis propria temeritate iniecerint, ipſo iure priuati ſint ac calumnioſè de periurio, iuxta canonicas ſanctiones, puniantur. Decernens nouas prouiſiones ſuper impetrationibus prædictis pro tempore, etiam antequam dicti octo dies elapſi fuerint, ijs in quorum fauorem emanauerint, in fraudẽ huiuſmodi conſtitutionis non ſuffragari. Et ſi ijs qui impetrationes modo prædicto fecerint, beneficia ſic impetrata reſignauerint, quandocunque id fecerint illis, quib us de beneficie

Forma de cætero ſeruanda in impetraionibus beneſici.rum.

Occurrit Pontifex variis nundinationibus quæ in beneficiis impetrandis obſeruantur eorum præcipuè qui vel ſenio vel ægritudine tabeſcunt tanquam vacantium. Ideo per cap. I. de cõceſſ. præbẽd. qui in viuorum ſacerdotum loco ponuntur hoc ipſo ſunt ab Eccleſiaſtica communione pellendi qui ſe paſſi ſunt ſucceſſores viuis ſacerdotibus adhiberi, vbi Panorm. dicit quod ſi aliquis occuparit beneficium viuentis & poſtea illud impetrauerit à Papa cum vacaret non habita mentione primæ occupationis non valet collatio tãquam ſubreptitia Bertrand. cõſil. 19. ex themate. in 2. vol.

neficijs huiuſmodi per reſignationem de eis factam & admiſſam prouiſum fuerit, præſenti conſtitutioni ſubiacere, & in eodem ſtatu in quo dictus reſignans tempore huiuſmodi reſignationis erat, quo ad hoc cenſeri & eſſe Sicque in præmiſſis omnibus iudicandum fore, ſublata &c. irritum quoque &c.

Præclaris Pontificatus muneribus functus Paulus tertius grandeuus námque ſenex & iniuriarum turbulentiſſimi ſui ſæculi impatiens in grauem febrim incidit, à qua paulatim deuictus corpus languidum animus rebus magnis & reipublicæ Chriſtianæ vtilibus deditus reliquit & ad ſuperos vnde venerat remeauit ætatis ſuæ anno octuageſimo primo, ſalutis M.D.XLIX. Pontificatus vero XV. Die vero XXVIII. Suprema eius vox fuit Cardinalibus vt optimum ſibi ſucceſſorem deligerent ampliore commendatione hic non indiget Pontifex quem ſatis commendant prædictæ conſtitutione in totius Eccleſiæ commodum, iuris tutelam & principum Chriſtianorum concordiam editæ.

IVLIVS TERTIVS.

Ioannes Maria de Monte à caſtello Monte S. Sabini vnde maiores ſuos duxerunt ortus patre Vincentio Iuriſconſulto dictus eſt. Celebriores Italiæ Academias illuſtrauit, iiſdẽ inſigni doctrinæ munere illuſtratus, vnde cum in Concilio Lateranenſi ſub Iulio II. adoleſcens orationem habuiſſet omnium animos fauore & beneuolentia ſibi deuinxit, & in his maximè Pauli tertij à quo inter patres purpuratos adſcribitur eóque mortuo circa ſexageſimũ quintum ætatis annum M. D. LVIII. Cal. Martij die Cathedræ S. Petri Apoſtolorum Principis Summus Pontifex coronatur. Pro Placentia & Parma bellum ſuſcepit. Oecumenicam Synodum cuius ipſe ſub Paulo 3. præſes fuerat inchotam & aliquanto poſt tempore ſuſpenſam ad ipſas Calend. Maij. M.D.LI. eadem in Ciuitate continuauit Iudæorum librum Thalmud blaſphemiis & pudendis commentis refertum aboleuit. Hæreticos ad hæreſis abiurationem inuitauit. IVBILÆI ANNVM CELEBRAVIT ANNO M.D.L.

I.

Beneficiorum fructus, tempore obitus Beneficiatorum in exactis, ad ſucceſſores in Beneficiis ſpectant.

IVLIVS Papa III. Motu proprio, &c.

CVM, Sicut nobis nuper innotuit, diuerſi diuerſorum beneficiatorum etiam Epiſcoporũ, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, ac Sanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium pro tempore decedentium hęredes non ſolum bona relicta ſpolia nuncupata ſic decedentium Beneficiatorum Epiſcoporũ, Archiepiſcoporum, Patriarcharum & aliorum Prælatorum, ac etiam Cardinalium verumetiam fructus &c. eccleſiaſticos, ac pecunias & res alias per ipſos beneficiatos epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios Prælatos, ac etiam Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam ſi eorum ſolutionis dies ante obitum ipſorum non aduenerit, ſub eo forſan prætextu quod pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo debebantur exire, & quandoque ſolutionem debitorum per ipſos beneficiatos, & Cardinales dum viuerent contractorum, & legatorum per eos in ſua vltima voluntate etiam ad pias cauſas factorum ſubterfugere, ac hęredes Cardinalium huiuſmodi paramenta, & ornamenta capellæ ipſo-

De ſpoliis clericorum vide ea quæ ſuperius ſub Paulo 3. fol. 314. diximus.

læ ipſorum Cardinalium, quæ iam tempore quod eius initij hominum memoria non habetur, capellæ apoſtolicæ, in qua miſſæ papales celebrantur, & ex qua pauperibus Pręlatis ad Romanam curiam pro tempore confluentibus, & paramenta eccleſiaſtica cum quibus in proceſſionibus, & aliis ſolennitatibus per Romanos Pontifices fieri ſolitis incedere poſſint, non habentibus ſubuenitur, deuolui conſueuerunt, occupare, ac ſolutionem quingentorum ducatorum auri de Camera, qui poſt obitum ſingulorum Cardinalium pro pretio annuli eis in eorum ad Cardinalatum aſſumptione adhiberi ſoliti, Cameræ apoſtolicæ perſoluuntur, declinare contendant, & ſatagant. Nos attendentes fructus, &c. & pecunias ac res alias occaſione eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum pro tempore prouenientes, licet poſtquam ad manus Beneficiatorum peruenerunt, & cum aliis ipſorum Beneficiatorum fructibus, &c. & pecuniis, & rebus commiſſi, ſeu ipſis Beneficiis incorporati, ſunt non vlterius in eccleſiaſticis, ſed potius ipſorum Beneficiatorum propriis, & ab eis acquiſitis bonis iudican. & propterea quodãmodo pro ſecularibus, & profanis haberi, & de eis teſtandi aut alias diſponen. facultas eiſdem Beneficiatis per ſedem Apoſtolicam concedi conſueuerit, nihilominus donec in manibus eorum, qui illos tanquam eccleſiaſticos, ſeu ex eccleſiis, monaſteriis beneficiis prædictis prouenien. & pro talibus conſeruant aut vt tales detinent, ipſique beneficiati pecunias huiuſmodi realiter non exegerint, & fructus, &c. non perceperint, necnon aliis eorum bonis commiſcuerint, & ſibi incorporauerint, ſemper ipſarum eccleſiarum quarum ipſi Beneficiati ſunt, ac verè eccleſiaſticos eſſe & cenſeri debere, & propterea iuri non congruere, vt ipſi beneficiati de rebus certis ipſarum eccleſiarum quæ omni iure alienari prohibentur diſponere, etiam in eorum vltima voluntate poſſint, nec ipſis Beneficiatis etiam epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis & aliis, ac Cardinalibus pro tempore defunctis, eorum hęredes, qui vt plurimum ſunt laici, in præiudicium ſucceſſorum Beneficiatorum fructus, &c. ac res, & pecunias inexactos huiuſmodi, os boni trituranti alligando exigant, & hęredes Cardinalium mala malis addendo, bona capellæ apoſtolicę debita occupent, ſeu quod Cameræ, & creditoribus, ac legatariis debent, Volentes in pręmiſſis opportune prouidere, motu ſimili, &c. declaramus noſtrę intentionis nunquam fuiſſe, nec eſſe, quod quiuis quorumcunque Beneficiatorum etiam, vt pręfertur, epiſcoporum Archiepiſcoporum, Patriarcharum & aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium vbilibet, etiam in Romana curia, aut diſtrictu, pro tempore decedentiũ, ſiue ex teſtamento, per ipſos Beneficiatos etiam vigore facultatum quarumcunque eis in ſpecie, vel in genere, etiam pretextu quorumcũque capitulorum, ac ſtatutorum, & ordinationum, etiam noſtrorum, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet conceſſorum condito, ſiue ab inteſtato hæredes, fructus, &c. ac pecunias, & res alias per ipſos ſic defunctos Beneficiatos, etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos Patriarchas, & alios Prælatos ac Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam ſi pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo debeantur, ac eorum ſolutionis dies Beneficiatis, & Cardinalibus viuentibus aduenerit, & per ipſos beneficiatos, & Cardinales non ſteterit quominus illos exegerint, quinimmo omnem pro illo exactione neceſſariam diligentiam, etiam iudicialiter agendo fecerint, quoquo modo exigere, aut etiam ſponte oblatos percipere? Aut cruces, candelabra, imagines, patenas calices, & alia cuiuſuis ſartis, tum aurea, quam argentea vaſa, & iocalia, ac quæuis ornamenta, & alia vtenſilia capellæ ſingulorum Cardinalium pro tempore decedentium, cæteraque tam ad ipſam capellam, quam eius miniſtros circa altaris miniſterium, & celebrationem miſſæ pertinentia pro ſe retinere: aut ſolutionem quingentorum ducatorum huiuſmodi euitare poſſint, ſed quod de cętero perpetuis futuris temporibus fructus, &c. ac pecunię, & res, vt pręfertur, inexacti huiuſmodi ad ipſorum ſic defunctorum beneficiatorum, etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & aliorum prçlatorum, & Cardinalium in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis prędictis ſucceſſores, qui ex illis, quorum ſolutionis dies ante obitum Beneficiatorum huiuſmodi aduenerit, omnia ipſorum Beneficiatorum etiam, vt præfertur, Epiſcoporum, Archiepiſcoporum Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium debita, & ad pias cauſas facta legata, ſi aliunde ex aliis

Hæredes beneficiatorum actionem inſtruebant pro exigendis fructibus beneficiis, tempore eorum obitus inexactis.

Ad diſcutiendas omnes huius rei controuerſias Pontifex declarat huiuſmodi hæredes tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato fructus inexacto exigere, nec poße, ſed illis ſpectare ad beneficij ſucceſſores qui inde debita & legata ſoluere delent ſi aliunde perſolui nequeant.

aliis ipſorum Beneficiatorum bonis ſolui non poſſint, ſoluere teneantur, liberè deuenire, & in poſterum deueniant, ac per eos, & non hæredes prædictos exigi poſſent, & in poſterum poſſint, necnon cruces candelabra, imagines, patenas, calices, vaſa, iocalia, ornamenta, paramenta vtenſilia, & alia ad capellam ſingulorum Cardinalium, & eius miniſtros, vt præfertur, pertinentia & ad eandem capellam apoſtolicam pertinerent, & ſpectarent, ac in poſterum pertineant, & ſpectent, & per agentes pro ea realiter, & cum effectu capi, & apprehendi poſſent, & deberent, ac in poſterum poſſint, & debeant, Ac hæredes Cardinalium tam hactenus defunctorum, quam pro tempore decedentium quingentos ducatos huiuſmodi eidem Cameræ perſoluere tenerẽtur, & in poſterum teneantur. Et propterea ſucceſſores in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis huiuſmodi fructus, &c. ac pecunias, & res per eorum ſucceſſores non exactos, liberè, & licitè percipere, exigere, & leuare, ac ſolutis, ſi aliunde vnde ſoluant non erit, vt præfertur, debitis, & legatis prædictis, quod reſiduum fuerit in ſuos vſus, & vtilitatem conuertere, Necnon agentes pro capella apoſtolica, cruces, candelabra, imagines, patenas, calices, vaſa, iocalia, ornamenta, paramenta, vtenſilia, & alia prædicta propria auctoritate liberè capere & apprehendere poſſe. Ac hæredes Cardinalium, tam hactenus defunctorum, quam aliorum pro tempore decedentium, ad cruces, candelabra, & alia prædicta agen. pro dicta capella apoſtolica realiter, & cum effectu conſignandum. Et eoſdem quingentos ducatos agentibus pro eadem Camera, vt præfertur, ſoluendum teneri & obligatos eſſe, ac ad id omnibus iuris, & facti remediis cogi, & compelli poſſe, ſicq; in præmiſſis omnibus, & ſingulis caſibus ad præſens occuren. ſeu penden. per quoſcunque, &c. in quauis cauſa, & inſtant. ſublata &c. iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, &c. decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ſtatutis &c. priuilegiis quoque indultis, ac teſtandi, & alias de dictis rebus, & bonis diſponendi facultatibus, capitulis & literis apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam per modum ſtatuti, & ordinationis perpetuorum, Motu proprio, &c. aut alias quomodolibet etiam per nos ac dictam ſedem conceſſis, initis, & emanatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, &c. eorum tenores, &c. hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Volumus autem hæredes ipſorum beneficiatorum qui iam ante præſentium publicationem pecunias, ac fructus per ipſos beneficiatos exactos huiuſmodi exegerint, per ſucceſſores in beneficiis huiuſmodi amplius pręſentium vigore moleſtari non poſſe, necnon præſentes in Cancellaria apoſtolica, vt moris eſt publicari, & in illius quinterno inter alias conſtitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam deſcribi. Placet motu proprio. I.

Ornamenta ſpectare ad reuerẽdam Cameram Apoſtolicam decernit.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta regula, conſtitutio, & ordinatio, Romæ, in Cancellaria apoſtolica, anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo, die vero vigeſima ſexta menſis Iunij, Pontificatus prædicti ſanctiſſimi in Chriſto patris, & D.N.D. Iulij diuina prouidentia Papæ III. anno Primo.

A. Lomellinus Cuſtos

Prima declaratio dictæ conſtitutionis.

DVDVM ex certis tunc expreſſis rationabilibus cauſis per quandam conſtitutionem noſtram perpetuò duraturam, inter alia Motu ſimili declarauimus, noſtræ intentionis nunquam fuiſſe neceſſe, quod quiuis quorumcunque beneficiatorum etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium vbilibet etiam in Romana curia aut eius diſtrictu pro tempore decedentium ſiue ex teſtamento per ipſos beneficiatos etiam vigore quarumcunque facultatum eis in ſpecie vel in genere, etiam prætextu quorumcunque capitulorum ac ſtatutorum, & ordinationum etiam noſtrorum ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet conceſſorum condito, ſiue ab inteſtato, hæredes fructus, &c. ac pecunias, & res alias, per ipſos ſic defunctos beneficiatos etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios Prælatos, ac Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam ſi pro tempore

Declarat hac breui appendice ſuperiorẽ conſtitutionem.

pori ante obitum huiuſmodi decurſo deberentur, ac eorum ſolutionis dies Beneficiatis,& Cardinalibus viuentibus adueniſſent,ac per ipſos Beneficiatos, & Cardinales non ſtetiſſet quominus illos exigiſſent,quinimmo omnem pro illorum exactione neceſſariam diligentiam etiam iudicialiter agendo feciſſent,quoquo modo exigere aut etiam ſponte oblatos percipere tunc , vel in poſterum poſſent , ſed quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus fructus , &c. ac pecuniæ,& res,vt præfertur inexactos huiuſmodi ad ipſorum ſic defunctorum beneficiatorum etiam Epiſcoporum Archiepiſcoporum,Patriarcharum,Prælatorum,& Cardinalium in eccleſiis,monaſteriis,etiam beneficiis eccleſiaſticis,quorum fructus,&c.ac pecuniæ & res huiuſmodi eſſent ſucceſſores , qui ex illis quorum ſolutionis dies ante obitum beneficiatorum huiuſmodi adueniſſent , omnia ipſorum beneficiatorum etiam Epiſcoporum,Archiepiſcoporum,Patriarcharum,Prælatorum,& Cardinalium debita. & ad pias cauſas facta legata, ſi ex aliis ipſorum beneficiatorum bonis ſolui non poſſent , ſoluere tenerentur, liberè deuenirent,ac per eos & non hæredes prædictos exigi poſſent,& propterea ſucceſſores in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis huiuſmodi fructus,&c.ac pecunias,& res per eorum prædeceſſores non exactos licere & licitè percipere,exigere,& leuare,ac ſolutis ſi aliunde vnde ſoluerentur non eſſet, debitis, & legatis prædictis,quod reſiduum foret in ſuos vſus , & vtilitatem conuertere poſſe, ſicque in præmiſſis caſibus etiam tunc occurrentibus ſeu pendentibus iudicari & definiri debere,ac irritum &c.decreuimus prout in eadem conſtitutione,quam in Cancellaria apoſtolica,vt moris erat, publicari , & in illius Quinterni inter alias conſtitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam ſcribi voluimus,plenius continetur.

Tenor prioris cōſtitutionis.

Succeſſores beneficiatorū poſſunt fructus ex beneficiĳ huiuſmodi non exactos licitè percipere exigere & leuare.

Cum autem ſicut plurium fidedignorum relatione nobis nuper innotuit,conſtitutioni noſtræ prædictæ per Beneficiatos,ac hæredes prædictos diuerſæ fraudes fieri poſſint per Beneficiatos videlicet fructus &c. ac pecunias & res alias, vt præfertur, non exactos,legatos per eos in extremo eorum vitæ,& dum alterius viuere deſperant,ad pias cauſas pro tempore factis abſorbendo,per hæredes verò diuerſa debita iam extincta,& de quorum extinctione ſucceſſores in beneficiis informati eſſe non poſſunt,pro validis & veris ſupporendo,Sicq; ſucceſſores præfatos fructibus, &c.ac pecuniis,& rebus aliis non exactis fruſtrando in animarum ſuarum periculum , & ſucceſſorum prædictorum detrimentum non modicum. Nos fraudibus huiuſmodi occurrere , & ne verbis & non rebus legem impoſuiſſe videantur,prouidere volentes,Motu ſimili &c. Conſtitutionem noſtram prædictam, ſolum legata quæ per ipſos Beneficiatos etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos,Patriarchas,Prælatos,& Cardinales dum in ſanitate conſtituti extiterint , ad pias cauſas facta fuerint, & debita quæ occaſione beneficiorum ad quæ fructus, &c. ac pecuniæ ,& res inexacti huiuſmodi pertinuerint. contracta extiterint, de quibus ſucceſſores in beneficiis informationem veriſimiliter habere poſſunt,& debent,comprehendere,& in eis tantum intelligi debere,ac ſucceſſores præfatos ad aliorum quam,vt præfertur, ad pias cauſas factorum legatorum , & occaſione ipſorum beneficiorum contractorum debitorum ſolutionem minimè teneri , nec ad id etiam vigore conſtitutionis noſtræ prædictæ cogi aut compelli poſſe. Sicque in omnibus & ſingulis etiam ad præſens occurrentibus ſeu pendentibus caſibus per quoſcunque &c.in quauis cauſa,& inſtan.ſublata,&c.iudicari & diffiniri debere,ac irritum,&c.decernimus,& declaramus Non obſtantibus omnibus quæ in dicta conſtitutione noſtra voluimus non obſtare. Decernentes præſentes in dicta Cancellaria,vt prefertur,publicari,& deſcribi debere.

Ne Legata pia ſumma iniuria defraudarentur huius cōſtitutionis declarationē fiendam eſſe cenſuit Iulius tertius.

Quomodo hæc conſtitutio ſe habeat circa legata & debita declaratur.

Placet & ita Motu proprio decernimus. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria apoſtolica anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo,die verò quarta menſis Auguſti,Pontificatus prælibati ſanctiſſimi D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ III. Anno primo.

Lomellinus Cuſtos.

Secunda declaratio eiuſdem conſtitutionis.

DVDVM ex certis tunc expreſſis rationabilibus cauſis per quandam conſtitutionem noſtram perpetuò duraturam inter alia Motu ſimili declarauimus

noſtræ

noſtrę intentionis nonnunquam fuiſſe nec eſſe,quod quiuis quorumcunque beneficiatorum etiam Epiſcoporum , Archiepiſcoporum , Patriarcharum,& aliorum Prælatorum ac S.R.E. Cardinalium vbilibet etiam in Romana Curia aut eius diſtrictu pro tempore decedentium,ſiue ex teſtamento per ipſos beneficiatos etiam vigore quarumcunque facultatum eis in ſpecie vel in genere etiam prætextu quorumcunque capitulorum , ac ſtatutorum , & ordinationum etiam noſtrorum ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet conceſſorum condito, ſiue ab inteſtato hæredes fructus , &c. ac pecunias & res alias per ipſos ſic defunctos beneficiatos etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos,Patriarchas,& alios Prælatos, ac Cardinales ante eorum obitum non exactos,etiam ſi pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo deberentur , ac eorum ſolutionis dies beneficiatis, & Cardinalibus viuentibus adueniſſet,ac per ipſos beneficiatos , & Cardinales non ſtetiſſet quominus exegiſſent, quinimmo omnem pro illorum exactione neceſſariam diligentiam etiam iudicialiter agendo feciſſent , quoquo modo exigere, aut etiam ſponte oblatos percipere tunc vel in poſterum poſſent,ſed quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus fructus,&c ac pecuniæ & res, vt præfertur, inexacti huiuſmodi ad ipſorum ſic defunctorum Beneficiatorum etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum,Prælatorum, & Cardinalium in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis eccleſiaſticis quorum fructus &c.ac pecunias, & res per eorum prædeceſſores non exactos liberè,& licitè percipere, exigere,& leuare,ac ſolutis,ſi aliunde vnde ſoluerentur non eſſet debitis, & legatis prædictis,quod reſiduum foret in ſuos vſus,& vtilitatem conuertere poſſe,ſicq; in pręmiſſis caſibus,etiam tunc occurrentibus,ſeu pendentibus iudicari,& diffiniri debere, ac irritum &c.decreuimus,prout in eadem conſtitutione quam in Cancellaria apoſtolica publicari , & in illius quinterno inter alias conſtitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam deſcribi voluimus,plenius continetur.

Coheret argumenti fermè ſeriè cum priore conſtitutione hæc declaratio.

Cum autem , ſicut nobis nuper innotuit,licet nos per conſtitutionem noſtram prædictam,ſolum eccleſiis,monaſteriis, & beneficiis in locis in quibus collectores fructuum, & prouentuum Cameræ apoſtolicæ debitorum deputari,ſeu eſſe non conſueuerant conſiſtentibus & circa quæ ius commune ſeruari debet,prouidere intellexerimus,nihilominus diuerſæ perſonæ eandem conſtitutionem noſtram ad eccleſias , monaſteria , & beneficia, etiam in locis in quibus collectores huiuſmodi deputari,ſeu eſſe conſueuerunt,conſiſtentia,& in quibus diuerſæ conſuetudines diuerſaque particularia iura, ſeu priuilegia vigent,trahere,& extendere conentur contra mentem,& intentionem noſtras , ac in fraudem,&detrimentum quam plurium.Nos fraudibus,& detrimentis huiuſmodi occurrere, ac mentem,& intentionem noſtras in præmiſſis declarare volentes, Motu ſimili,&c.conſtitutionem eandem ſolum eccleſias , monaſteria,ac beneficia eccleſiaſtica in locis in quibus collectores prædicti deputari,ſeu eſſe non conſueuerant comprehendere, & ad tantum extendi,nec in eccleſiis,monaſteriis, & beneficiis in locis in quibus iidem collectores deputari,ſeu eſſe conſueuerunt conſiſtentibus locum habere,aut effectum aliquem ſortiri poſſe , aut debere. Et omninò ea non obſtante , conſuetudine, & particularia iura , ſeu priuilegia cuiuſlibet loci in quo collectores huiuſmodi deputari, ſeu eſſe conſueuerunt , in præmiſſis vigentia obſeruari,& executioni demandari,Sicque in præmiſſis omnibus,& ſingulis etiam ad pręſens occurrentibus , ſeu pendentibus cauſis per quoſcunque &c. ſublata &c. iudicari,& diffiniri debere,ac irritum &c.decernimus,& declaramus.Non obſtantibus omnibus quæ in eadem conſtitutione noſtra volumus non obſtare, præſentes in præfata Cancellaria,vt pręmittitur publicari,& deſcribi debere decernentes.

Cauſa huius declarationis.

Hæc conſtitutio non ſe extendit ad beneficia locorum in quib. collectores à camera deputantur.

Placet,& ita declaramus.

Lecta & publicata fuit ſupradicta regula , ſiue declaratio Romæ in Cancellaria apoſtolica Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo , die verò Iouis decima octaua menſis Iunij , Pontificatus prælibati ſanctiſſimi D.N.D.Iulij diuina prouidentia Papæ III. anno Secundo.

Reſolutio eſt eorum omnium qui egregiis lucubrationibus quæſtionem illam de diuiſione fructuum beneficiĳ eius anni quo mortuus fuerit qui beneficium habuit elucidarunt vt fructu

X ſtu

ctus ante obitum collectos ad hæredes defuncti, pertinentes verò ad Eccleſiam vel ſucceſſorem integrè pertineant. l. ſi vſufructuarius. ff. quibus mod. vſufruct. amit. hoc ſanè placuit gloſſ. & ibi Doctor. in capitulo ſi propter de reſcript. & in capit. præſenti. de offic. ordina. in 6. præſertim Domi. & Franco. ibi gloſſ. in l. 1. C. de annonis ciuilibus. libro 11. Hoſtien. Henri. Cardi. Imolæ & aliis in capitulo vltimo. de pecu. clerico Corſet. in ſingul. in verbo, clericus. tradit Matthæ. de Afflic. in capit. 1. § his conſequenter. hic finitur lex. probat id optimus textus, in pragmatic. ſanct. tit. de annatis. §. item quot. atque ita hanc opinionem fatetur communem eſſe Alberic. in l. diuortio numero 12. & licet gloſſ. in dicto cap. præſenti. exigat fructus eſſe collectos & in horrea reconditos, vt defuncto debeantur, & eius hæreditatis ſint. idem gloſſ in dicto cap. ſi propter, & in l. ſi fur. in princ. ff. de vſufruct. & in l. ex diuerſo. in princ. ff. de rei vend. verius tamen eſt ſatis eſſe quod fructus ſint à fundo ſeparati, licèt non fuerint reconditi. Cardina. Imol. & Barba. in dicto cap. vltimo, ad finem. Alberi. in dicto numero 12. Domi. in dicto cap. ſi propter. Franc. in dicto capit. præſenti. Salic. in l. ſi pater. C. de vſufruct. Flori. in l. qui ſcit. §. ſi alieno. ff. de vſur. quorum opinio communis eſt ſecundum Tiraquell. in lib. 2. de retract. §. 5. gloſſ. 4. in princip. Sic etiam ſi agri pertinentes ad eccleſiaſticum beneficium, aut domus aliáve prædia ad penſionem annuam locata fuerint; mortuo poſſidente beneficium penſiones eius anni ad eum pertinebunt, iuxtà diſtinctionem l. defuncta. ff. de vſufruct. ſuperius traditam, verſic. de penſionibus, vt in hac ſpecie ſcribit Ange. conſilio 345. num. 7. verſi. ſexto. Cui adde Cardi. conſi. 110. Sed in hac ipſa quæſtione, cum apud me compertum ſatis ſit, non eſſe æqualem vſufructuarium clerico habenti eccleſiaſticum beneficium: quemadmodum oſtendi in dicto capitulo cum in officiis, & videam reditus, ac fructus beneficiorum à iure dati ſacerdotibus ob miniſterium, quod eccleſiis exhibent in earum regimine & cura, aliiſve diuinis obſequiis. c. cum ſecundum. de præb. exiſtimo æquius, & iure verius eſſe, fructus eius anni quo mortem clericus obierit indiſtinctè pro rata temporis ad defuncti hæredes pertinere, quod expreſſum adſerit Albe. in dicto num. 12. & quamuis Barto. & alij ibidem, & glo. in pragm. ſanct. dicto. §. item quod hoc idem aſſerere tentauerint: nihilominus auſi non ſunt ab ea ſententia, quam communem eſſe diximus, diſcedere: mihi ſane probatiſſima illa eſt Alberici opinio: præſertim ex ratione dictæ l. diuortio. Imo eam procedere, conſtanter arbitror etiam in renunciante beneficio eccleſiaſtico: ob eandem rationem aduerſus Alberic. qui in eo caſu communem ſententiam veram eſſe exiſtimat, his quæ diximus, accedit non incongrua ratio, quam adſumpſimus à Dominico cap præſenti. § porro. ſuprà citato: vbi ex eo tex. not. fructus agrorum, & prædiorum ipſius eccleſiaſtici beneficij, eiúſque reditus conſtitutos, ac deſignatos eſſe à canonibus pro oneribus ſuſtinendis totius anni: donec noui fructus collecti fuerint, atque inter alia eccleſiæ onera connumerantur ſtipendia ipſis miniſtrantibus debita, quod palam expreſſum eſt in dicto §. porrò. rationi igitur conueniens eſt pro rata temporis fructus eccleſiaſtici beneficij diuidendos eſſe inter defuncti hæredes & ſucceſſorem, aut ipſam eccleſiam.

II.

Impedientes officium Inquiſitorum hæreticæ prauitatis pœnis hac conſtitutione expreſſis multantur.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Pius V. huius conſtitutionis tũ piæ tum neceſſariæ inquiſitorum officij memor pœnas præſcripſit in turbulentos quoſcunque huius flagitij fautores.

LICET à diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris etiã per ſpeciales conſtitutiones in corpore iuris inſertas fuerit rite & ſalubriter ſancitum atque decretum, vt ſæculi poteſtates & Domini temporales ac prouinciarum ciuitatum, terrarum & locorum quorumcunque rectores, quibuſcunque dignitatibus vel officis aut nominibus cenſeantur, diœceſanis Epiſcopis & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, in ipſo inquiſitionis negotio faueant & aſſiſtant, nemoque ex prædictis poteſtatibus, dominis, & rectoribus eorumque officialibus, de crimine hæreſis, cum merè ſit eccleſiaſticum, quoquo modo cognoſcat vel iudicet, neque diœceſano Epiſcopo vel Inquiſitori ipſius inquiſitionis negotio incumbẽti ſe opponere aut ipſum aliquatenus impedire vel impedientibus auxilium, aut fauorem ſcienter dare audeat, perpetuæ damnationis ſententia in eos qui contra prædicta fecerint promulgata, quam ſi per annum animo ſuſtinuerint pertinaci, ex tunc velut hæretici condemnentur: vſque adeo tamen in omnibus fere non ſolum Italiæ, verumetiam aliis prouinciis, ciuitatibus, terris, & locis complurium laicorum, vt acc-

pimus

pimus, mundanæ gloriæ proceſſit ambitio, vel ſacrorum Canonum inſcitia, vel eccleſiaſticæ diſciplinæ contemptus, vt in animarum ſuarum perniciem atque interitum diœceſanos epiſcopos & inquiſitores à ſede Apoſtolica inſtitutos inquiſitionis officium exercentes, alij ſub iuſtitiæ prætextu ne vlli ſcilicet fiat iniuria, impedire, alij vero ſub pietatis colore vt ſontes ſcilicet ſeuerius puniãtur, ſe ipſis diœceſanis epiſcopis & inquiſitoribus adiungere, & vna cum eis de ipſo hæreſis crimine cognoſcere, proceſſus formare, formatoſque ſuo iudicio ſubmittere non erubeſcant, Cui ſane morbo iam nimis late progredienti, ſolitam ac ſalutarem Eccleſiæ medicinam pro noſtra paſtorali ſolicitudine afferre cupientes, ſæculi poteſtates dominos temporales, ac prouinciarum ciuitatum, terrarum & locorum rectores ſupradictos, necnon quaſcunque alias ſeculares perſonas, tam priuatas quam publico quouis munere fungentes requirimus & monemus, ac eis Ieſu Chriſti redemptoris noſtri (cuius vices, licet immeriti, gerimus in terris) nomine præcipimus, ne diœceſanos epiſcopos & inquiſitores ipſos in ſuo inquiſitionis negotio vllo modo impediant ſeu perturbent, neque ſe in hæreſis crimine cognoſcendo vel iudicando, quouis etiam aſſiſtentiæ & fauoris colore, cauſa vel occaſione (niſi quatenus ab ipſis diœceſanis epiſcopis aut inquiſitoribus ſpontanea & libera eorum voluntate fuerint requiſiti) ſe ingerant ordinationes, prouiſiones & leges quaſcunque de ipſius criminis cognitione latas ſacris Canonibus obſiſtentes, & eccleſiaſticam iuriſdictionem impedientes, ſine mora abrogent & deleant, prout etiam nos eas omnes inualidas fuiſſe & eſſe decernimus, & declaramus, ac ex nunc pro abrogatis & deletis haberi volumus & mandamus. Qui monitis his noſtris non obtemperauerint, quíve ſcienter in prædictis conſilium, aut fauorem dederint, nouerint ſe nõ ſolum per ſacras dictorum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, verumetiam per hanc noſtram ſanctionem ſiue ſententiam & declarationem perpetuo duraturam (quam auctoritate omnipotentis Dei ac beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtra in ipſos non obtemperantes, quacunque illi præfulgeant dignitate, in his ſcriptis proferimus) communione fidelium & omnium eccleſiaſticorum ſacramentorum perceptione priuatos: ac maledictionis, ac execrationis æternæ vinculo ligatos, anathematiſque & maioris excommunicationis mucrone percuſſos, ita vt nemo vnquam in præmiſſis delinquens, niſi à nobis & ſucceſſoribus noſtris canonicè intrantibus, etiam prætextu quarumcunque facultatum, conceſſionum & gratiarum, etiam confeſſionalium nuncupatarum, etiam à nobis & dicta ſede hactenus emanatarum, vel in poſterum emanandarum, ſpecificam & expreſſam ac alias quam per verba generalia de præſentibus literis noſtris mentionem non facientium, præterquam in mortis diſcrimine abſolui poſſit. Quibus etiam cenſuris ipſos diœceſanos epiſcopos & inquiſitores ſubiacere volumus ſi laicos ſecum quomodocunque de ipſo crimine cognoſcere aut iudicare permiſerint. Vt autem præmiſſa omnia ad eorum quorum intereſt notitiam deducantur, nulluſque de eis ignorantiam iuſtè prætendere poſſit, volumus & apoſtolica auctoritate decernimus quòd præſentes literæ per aliquos Curſores noſtros aut Notarios publicos in Baſilicæ principis apoſtolorum de Vrbe & Eccleſiæ Lateranen. ac Cancellariæ apoſtolicæ Valuis, necnon acie campi Floræ, vt moris eſt publicentur, earum exemplo in ſingulis valuis & acie huiuſmodi affixo & dimiſſo. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo, Quintodecimo Calendas Aprilis Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis impedient es officium inquiſitoris pœnis hic expreſſis multantur. De hac re. Dec. in c. 1. num. 6. de offi. deleg. Card. in Clem. 2. de hæret. Alber. de Roſat. in tract. ſtatutorũ. parte 3. q. 10. verſ. eſt tamen aduertendum.

Variæ ſummorum Pontificum leguntur conſtitutiones in directorio Inquiſitorum quibus cauetur ne quis eorum obſit officio quo minus Eccleſiaſticæ diſciplinæ authoritas effulgeat, & hæreſis ſtirpitus euellatur. Multi nihilominus dubitant an contra tales ſtatuta ſit pœna legitima. Quibus breuiſſima hæc paradigmata proderũt. Quamuis certò conſtet Iuriſdictionem & poteſtatem delegari ſolummodo ad cauſas hæreſis ſeu de his quæ pertinent ad fidem vt extr. in c. per hoc, & in c. accuſatus. §. de quæſtion. de hære. lib. 6. & propter hoc non videatur ſuam iuriſdictionem extendere ad alia ſibi non commiſſa iudex non attentet, vt 25 q. 6. amputato. & C. ſi à non compe. iudi. per totum tamen ſi aliquis impedierit verbis, vel factis

inquiſitorem circa executionem ipſius officij, quòd ipſe inquiſitor poterit circa talem impdientem procedere, & eum punire, quod probatur, & oſtenditur multis rationibus. Prim quia tales impedientes officium inquiſitionis incidunt in ſuſpitionem hæreſis, ſeu fautoriæ, & excommunicationem incurrunt, vt d. c. inquiſitionis. §. fi. & c. vt officium §. denique, de hæreti. lib. 6. vt dictum fuit ſupra de fautoribus, cum ergo inquiſitor habeat ſuam iuriſdictionem contra hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos, nimirum ſi contra impedientes ſuam iuriſdictionem ſe extendit. Secundò quia ſi non poſſent impedientes punire, iam non poſſent ſuum officium explicare, rectè ergo poterunt punire impedientes, quaſi etiam hoc eis videatur eſſe commiſſum: nam quotiens aliquid alicui demandatur, demandatur etiam illud, ſine quo illud nequeat explicari ff. de iuriſdic. om. iudi. lib. 2. & caſus extra de of. deleg. c. præterea, & c. paſtoralis Tertiò quia ex quo mandata eſt inquiſitoribus iuriſdictio, videtur eis etiam mandata coertio. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſd. l. fi. imò rectè faciunt ſi impedientes puniant, quia tenentur defendere ſuam iuriſdictionem in pœnali iudicio. vt ff. de offi. præſi. l. obſeruandum. ſi quis ius dicen. non obtem. l. 1. Quartò quia iudex poteſt punire exceſſus commiſſos circa officium, & ideò non mirum ſi inquiſitores puniant delinquentes circa eorum officium impediendo illos, vt C. de teſti. l. nullum, & ff. de pœnis. l. minor. extra de offic. deleg. c. præterea. Quod autem inquiſitores hoc poſſunt, habetur text. expreſſus extra eo. vt officium. §. denique, lib. 6. & in quadam extrauag. Clemen. quæ incipit, ab omnibus, vnde dictus. §. denique ſumptus fuit. quæ quamuis non ſit in libris, tamen quia eſt iuri conſona, & in fauorem fidei, & in ſuſtentationem officij, eſt ſeruanda, in d. c. vt officium habetur, & nota quòd admonentur omnes rectores, & poteſtates qui circa executionem dicti officij fuerint requiſiti, quòd debeant inquiſitoribus præſtare auxilium, conſilium, & fauorem, vt in d. c. vt officium. §. ſtatuimus, clarius habetur.

III.

Concilium Tridentinum à Ciuitate Bononiæ, ad Ciuitatem Tridentinam reuocat, & Prælatos monet vt eius proſecutioni aßiſtant.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

E Bononia iterum Tridentum Sanctam Synodum indixit Pontifex, quo multi Catholici doctores, Sacerdotes Epiſcopi, Archiepiſcopi, & in his tres Imperij electores Cæſaris iußu conuenerunt. Nam ex Lutheranis nemo vnquam adduci potuit vt eò proficiſceretur. Annuo tamen ſpatio ſeßiones ſex habitæ, quædam decreta in his promulgata quæ reformationē clericorum reſpicerent 16. Seß. anno M.D.LII. turbulentißimo auctore Mauritio Saxonum duce rebellium multorum acie ſtipato Oenipontéque (quod tridui ſpacio à Tridentino abeſt occupato diſſolutum eſt paſtréſque vicini hoſtis furore perterriti Tridento diſceſſere.

CVM ad tollenda religionis noſtræ diſſidia, quæ in Germania longo tempore non ſine totius Chriſtiani orbis perturbatione, & ſcandalo viguerunt, bonum opportunum, & expediẽs eſſe videatur, ſicuti etiam chariſſimus in Criſto filius noſter Carolus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, nobis per ſuas literas, & nuncios ſignificari fecit, vt ſacrum œcumenicum generale concilium per felicis recordat. Paulum Papam III. prædeceſſorem noſtrum indictum, & per nos tunc Cardinalatus honore fungentes atque ipſius prædeceſſoris nomine, vna cum duobus aliis S.R.E. Cardinal. ipſi concilio præſidentes inceptum, ordinatum, & continuatum, in quo plures publicæ, & ſolemnes habitæ fuerũt ſeſſiones, pluráque tam in cauſa fidei, quam reformationis promulgata decreta, multáq; etiam ad vtramque cauſam pertinentia examinata, & diſcuſſa, ad ciuitatem Tridentinam reducatur. Nos ad quos, & ſummos pro tempore Pontifices ſpectat generalia concilia indicere, & dirigere, vt eccleſiæ pacem, & Chriſtianæ fidei, atque orthodoxæ religionis incrementum ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam procuremus, & quantum in nobis eſt tranquillitati Germaniæ, quæ ſanè prouincia retroactis temporibus in vera religione, ac ſacrorum conciliorum, & ſanctorum patrum doctrina excolenda, exhibendáque maximis Pontificibus Chriſti redemptoris noſtri in terra vicariis, debita obedientia, & reuerentia nulli chriſtianorum prouinciæ fuit vnquam ſecunda paternè conſulamus, ſperantes per ipſius Dei gratiam, & benignitatem futurum, vt Reges omnes, ac Principes Chriſtiani iuſtis, piíſque noſtris in hac re votis annuant, faueant, atque aſſiſtant, venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & dilectos filios Abbates, omnéſque alios & ſingulos, qui de iure, vel conſuetudine vel priuilegio, conciliis generalibus intereſſe debent, quoſque idem prædeceſſor noſter in ſuis indictionis, & aliis quibuſcunque deſuper confectis, & publicatis literis concilio intereſſe voluit, per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti hortamur, requirimus & monemus, vt proximis futuris Calendis Maij, quem diem ad ipſum concilium in eo, in quo nunc reperietur, ſtatu, reſumendum, & proſequendum, præuia matura deliberatione, ex certa

noſtra ſcientia & de apoſtolicæ auctoritatis plenitudine, ac venerabilium fratrum noſtrorum eiuſdem S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, in ipſa ciuitate Tridentina legitimo ceſſante impedimento conuenire, & ſe congregare; ac ipſius Concilij continuationi, & proſecutioni omni mora poſtpoſita, incumbere velint. Nos enim operam ſedulò daturi ſumus, vt eodem tempore, in eadem ciuitate noſtri omnino adſint Legati, per quos, ſi per ætatem noſtram, valetudinémque, & ſedis apoſtolicę neceſſitates perſonaliter adeſſe nequiuerimus, Spiritu ſancto duce ipſi concilio præſidebimus. Quacunque ipſius concilij tranſlatione, & ſuſpenſione, cæteríſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque, ac præſertim illis quæ idem prædeceſſor noſter in ſuis literis prædictis, quas cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis in ſuo robore permanere volumus, atque decernimus, & quatenus opus ſit innouamus, voluit non obſtare. Irritum nihilominus decernentes & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo, 18. Cal. Decemb. Pontificatus noſtri anno primo.

IIII.

Iudæorum priuilegia & indulta.

IVLIVS Papa III. Vniuerſis & Singulis Hebræis in Ciuitatibus, Oppidis, Terris, Caſtris, & Locis, Prouinciarum, Campaniæ, maritimæ Latij, & Sabinæ ac Ciuitatibus Caſtellan. & Neneſin. necnon Caſtris Fani Scrofani, Arignani, Caſtri noui, & Formelli degentibus viam veritatis agnoſcere, & agnitam cuſtodire.

Exceptis leſæ Maieſtatis, homicidij, & falſæ monetæ piaculis abſolutio à quibuſcunque delictis Hebræis cõceditur contra reos autem tantorum criminũ procedatur iuxta formam iuris & conſtitutionum locorum.

CVM ſicut accepimus, vos ratam vigeſimæ per Sedis Camere Apoſtolicæ neceſſitatibus omnibus & ſingulis Hebræis totius ſtatus Eccleſiaſtici per nos nuper impoſitæ vos tangentem in dicta Camera integrè perſoluere promiſeritis, & ad id ſufficienter in eadem Camera per ſiniorem quondam Benedicti de Ciuitalauinia & Salamonetum Magiſtri Gaij dt Mareno, ac Vitalem Manaſci de Anania, necnõ Sanctorum Appulum habitatorem Carpineti Hebræos tanquam Procuratores veſtros pro vobis de rato promittentes vos obligaueritis prout Inſtrumento per dilectum filium Hieronymum de Tarano ipſius Cameræ Notarium deſuper rogato plenius dicitur contineri Nos volentes more pij patris benignè vobiſcum agere, vt noſtram manſuetudinem ſæpius agnoſcentes ad ſaniorem ſpiritum aliquando redeatis, Vos & quemlibet veſtrum ab omnibus & ſingulis criminibus exceſſibus & delictis quantuncunque grauibus & enormibus homicidij & læſæ maieſtatis, ac falſæ monetæ criminibus duntaxat exceptis, per vos vel aliquem veſtrum hactenus perpetratis etiam ſi de illis inquiſiti ſeu condemnati eſſetis, vel aliquis veſtrum inquiſitus vel condemnatus eſſet, dummodo pœnæ propterea depoſitæ ſeu exactæ non fuerint Apoſtolica auctoritate tenore præſentium abſoluimus & liberamus atque pœnas exinde per vos incurſas quo ad fiſcum, vobis gratioſè remittimus & relaxamus, & inſuper omnes & ſingulo Commiſſarios tam occaſione criminum & delictorum quam vigeſimæ huiuſmodi hucúſque contra quos quomodolibet deputatos reuocamus & pro reuocatis haberi volumus & mandamus, Decernentes etiam ac ſtatuentes quod de cætero contra vos & veſtrum quemlibet in cauſis criminalibus niſi iuxta formam iuris communis ac conſtitutionum Prouinciarum Ciuitatum & locorum prædictorum & per iudices competente procedi nequaquam poſſit. Quodque nulla communitas ac vniuerſitas, vobis coniunctim ſiue diuiſim aliquas collectas datiuas aliáue onera ordinaria ſiue extraordinaria etiam per viam ſtatuti conſuetudinis imponere ſeu impoſita à vobis exigere poſſit nec debeat, ſed ſeruetur ibi & alibi vbique locorum prædictarum Prouinciarum Ciuitatum Terrarum & locorum generalis conſuetudo eorundem, & non alias: Quodque commiſſarij ſeu officiales, & Iudices ac perſonæ etiam Epiſcopali aliáve eccleſiaſtica dignitate vel officio fungentes vos ad delationem alicuius ſigni per Hebræos geſtari ſoliti contra tenorem veſtrorum & cuiuſque veſtrum Capitulorum & tolerantiarum nullo modo compellere ſeu moleſtare aut quicquam innouare,

Paulus 4. Iudæis ſignum glauci coloris deferre iußit.

care, nec vos ad ſibi præſtandum ſeu commodandum equos aut aliquod genus ſupellectilium cogere:ſeu vexare, nec ex dictis Prouinciis Ciuitatibus terris & locis expellere, nec vobis aliquem nouum viuendi modum imponere, nec ad recipiẽdum ſeu hoſpitãdum equos milites vel alios, niſi id tam Chriſtianis quam hebræis generaliter pro tempore imponatur, & neceſſitas vrgeat cogere & compellere præſumant, nec debitoribus veſtris & cuiuſlibet veſtrum qui modum reorum debita vobis ſatisfaciendi habuerint ceſſiones bonorum per eos pro tempore faciendæ nec dilationes moratoriæ aut ſaluiſconductis triennales vel ad aliud longius ſeu breuius tempus illis per nos ſeu alios ſuperiores pro tempore conceſſis ſeu concedendis quas & quos pro expreſſis habentes ex nunc quo ad vos & veſtrum quemlibet reuocamus. Ita quòd quo ad conceſſa reuocatio huiuſmodi prius intimetur aliquo competenti termino vnum menſem non excedente debitori aſſignato nullatenus ſuffragetur Et inſuper Epiſcopis eorumque Vicariis & officialibus, ac quibuſuis aliis perſonis tam eccleſiaſticis quam ſecularibus dictarum Prouinciarum ciuitatum & locorum ſub ſuſpenſionis à diuinis, ac Mille ducatorum auri ipſo facto per quemlibet ipſorum contrafacient. incurrendis & præfatæ cameræ applicãdis pœnis expreſſè inhibemus ne filios veſtros tam mares quam fæminas vobis inuitis violenter auferre ſeu ſubducere, nec præter formam ſacrorum canonum quomodolibet baptizare debeant vel præſumant, ac vobis & veſtrum cuilibet, quod Notarij chriſtiani de omnibus cõtractibus per vos tam inter chriſtianos quam hebræos ſuper rebus & negotiis veſtris ex forma capitulorum veſtrorum toleratis & permiſſis pro tempore faciendis abſque alicuius conſcientiæ ſcrupulo & pœnæ incurſu ac iuxtà formam capitulorum, & tolerantiæ vobis deſuper per nos ſeu cameram præfatam conceſſæ rogari & inſtrumenta deſuper publicata conficere poſſint necnon quod ad habitandum domus per dictas ciuitates Terras & loca' paſſim inter chriſtianos conducere valeatis, ac chriſtiani ipſi vobis domus prædictas liberè, & impunè abſque alicuius conſcientiæ ſcrupulo locare poſſint concedimus, & nihilominus Legato Vicelegato ſeu Gubernatori dictarum Prouinciarum in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub indignationis noſtræ Locatenentibus verò poteſtatibus, Iudicibus ac aliis officialibus & perſonis ad quos ſpectat & pro tempore ſpectabit, necnon cõmunitatibus & vniuerſitatibus Ciuitatum terrarum & locorum prædictorum ſub excommunicatonis latæ ſententiæ ac Mille ducatorum auri eidem cameræ applicandis pænis mandamus quatenus ſupradicta omnia, & ſingula vobis & cuilibet veſtrum obſeruent, & quantum in eis fuerit ab aliis per dictas & alias de quibus ſibi videbitur pœnas obſeruari faciant, & mandent, Præmiſſis ac cõſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ſtatutis & conſuetudinibus Prouinciarum ac ciuitatum' Terrarum & locorum huiuſmodi iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, Priuilegiis quoque ac indultis Apoſtolicis illis cõceſſis confirmatis & innouatis, Quibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes hac vice duntaxat illis alias in ſuo robore permanſuris ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die viij. Iunij. M.D.L I. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Reuocat dilationes quæ debitoribus Iudæorum antea conceſſæ erant.

Hoc habetur ex Cõci. Tholetano 4. ca. 56. & refertur d 45. ca. de iudæis. cuius verba hæc ſunt. De Iudæis autem præcipit S. Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri. Illos enim paruulos inuitis parentibus baptizare perinde eſt ac adultis vim inferre.

Acuta & celebris quæſtio ſuboriri poteſt ex huius Pontiſicis conſtitutione, vtrum pueri Iudæorum vel aliorum infidelium inuitis parentibus ſint baptizandi. Nec abſre putandum eſt hac copula diſiũctina Iudæos ab infidelibus diſcriminari. Infideles enim ſi quis velit vniuerſa deſcriptione complecti Iudæos, Turcas, hæreticos, ſic licet infidelem dicere eum, qui veritatem orthodoxam ignorat, ſed ſi velis ſeorſim infidelitatem ab hæreſi & apoſtaſia diſtinguere tum erit is, qui vel rerum Chriſtum (vt Iudæi) vel qui omnino verum Deum (vt Turcæ & Idololatræ) ignorat. Non enim par eſt ratio de omnibus. Primus ergo omniũ Scholaſticæ Theologiæ D. Thom. his dubiis aſſertt accurata diſtinctione namque medetur vel fidelium filios rationis vſum habere aut ſecus. Hinc duas elicuit concluſiones quibus diſcutiendis totum negocium verſatur, quorum prima hæc eſt infideles vſu rationis participes ad fidem Chriſtianam frequentibus admonitionibus amplectendam per baptiſmum induci poßunt etiam reclamantibus parentibus. Dilucida deinde probationum congerie locupletatur. Quamprimum enim quis vt aiunt exceßit ex Ephœbis aut annos quibus & diſcretionis & iudicij ratio firmior & ſenior adoleſcit nullus videtur ſubiici authoritati quantum ad ea quæ ſunt vel iuris diuini, vel naturalis, adeò vt & matrimonium contrahere reluctante parentum Imperio, quod eſt ius naturæ valeat, ſed inſtius & æquius poteſt in ſalutis præſidium baptiſmum ſuſcipere quod iuris eſt diuini. Secus de his quæ ſunt ciuilis iuris. Habetur enim rigidior ætatis conſideratio, & patriæ poteſtatis authoritas latiùs ſe extendit.

Secunda Concluſio, his incũbit fulchris. Filij infidelium rationis vſum impotes, nec ius liberi arbitrij habentes non debent inuitis parentibus baptizari, vt ex ipſius canonis Concilij Tholetani authoritate in annotationibus Conſtitutionis diximus. Cui opitulantur rationes aliquot non ieiunæ nec aniles. Prima, ne parentum violetur ius & officium, quibus cœleſti lege demandata eſt cura inſtruendæ & educandæ ſobolis, & ſumma viderentur iniuria affici; ſi hoc iure ſpoliarentur. Sic & antiquitus tanta erat parentum fidei efficacia vt illa pueri ſaluarentur.

Secunda fidei detrimentum hinc facilè exiliret, naturali namque vinculo coniuncti filij cum parentibus patriam infidelitatem non ſine Apoſtaſiæ periculo iterum inſequerentur.

Tertia ex ipſius Eccleſiæ ſtatuto ſtabilitur, quæ nunquam ſolita eſt paruulos inuitis parentibus baptizare. Dominicus de Soto in 4. ſent. diſt. 5. q. vnic. art. 10. hanc quæſtionem egregiè diſcutit, & poſtremò in hanc deſcendit ſententiam, his verbis. Reſpondeo (ſi mea illius ſit authoritatis aſſertio) quod propter hæc tria membra rationis facta, non auderem in tali caſu factum condemnare imò laudarem fortè & facerem ſaltem ſi furtim & clanculò parentibus inſciis, baptizari poßet. Imò etiam ſi illi ſcirent niſi ſic obſiſterent, vt ſine ſcandalo id fieri non poſſet Etenim iniuria hæc quam hactenus oſtendimus parentibus irrogari non eſt tam ſuperſtitiosè, ſed ſecundum prudentum iudicium intelligenda.

V.

In eos qui retinent beneficia ſeu eorum poſſeßiones apprehendunt literis apoſtolicis deſuper prius non expeditis.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & D.N.D. Iulius diuina prouidentia Papa III. Cui nuper innotuit quod licet alias fœ. re. Gregorius X. in generali concilio Lugdunen. ſua generali conſtitutione ſanciuerit quod nullus extunc de cætero adminiſtrationem dignitatis ad quam electus eſſet priuſquam celebrata de ipſo electio confirmaretur ſub œconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæſito colore in ſpiritualibus vel temporalibus per ſe; vel per alium pro parte vel in totum gerere vel recipere aut illis ſe immiſcere præſumeret, Omnes illos qui ſecus feciſſent, iure, ſi quod illis per electionem quæſitum foret decernens eo ipſo priuatos. Et piæ me. Bonifacius VIII. etiam ſua perpetua valitura conſtitutione ſanciuerit, vt Epiſcopi, & alij Prælati, Superiores, necnon Abbates, Priores, & cætera monaſteriorum regimina exercentes quocunque nomine cenſerentur, qui apud ſedem apoſto. promouerentur, aut confirmationis, conſecrationis, vel benedictionis munus reciperent, ad commiſſas eis eccleſias, & monaſteria, dictæ ſedis literis eorum promotionem, confirmationem, conſecrationem, ſeu benedictionem huiuſmodi continentibus non confectis, accedere, vel bonum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non præſumerent, nullique eos abſque dictarum literarum oſtenſione reciperent, aut eis parerent, vel intenderent. Quod ſi forſan contra præſumptum fuiſſet, quod per Epiſcopos, Prelatos, Abbates, Priores & alios monaſteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum foret, irritum haberetur, nec quicquam interim iidem Epiſcopi, vel Prelati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes de eccleſiarum vel monaſteriorum eorundem prouentibus perciperent. Et re. me. Paulus III. Rom. Pont. predeceſſores noſtri quibuſcunque tabellionibus publicis ſub excõmunicationis latæ ſententię pœna inhibuerit, ne ex tunc de cetero de tranſumptis ſupplicationum preterquam habentiũ clauſulam, quod earum ſola ſignatura ſufficeret ac decreto, & conceſſione literarum, ſeu mandatorum poſſeſſionem beneficiorum eccleſiaſticorum vigore ſupplicationum huiuſmodi apprehendi, rogari deberent neve illa ſcribere, vel ſubſcribere, aut quouis modo auctenticare, vel partibus tradere preſumerent, volens, & apoſtolica auctoritate ſtatuens inter cetera, quod partes tranſumptis, ſeu literis, aut mandatis

Gregorius X. in generali Concilio Lugdunenſi vt habetur cap. auaritiæ. de ele. & elect. poteſt in 6. ſtatuit electos ante confirmationẽ adminiſtrare nõ debere vel per ſe vel per alios in totum vel in parte ſub quocunq; colere, & qui contra fecerint ipſo iure priuari ſuo iure ex electione quæſito.

Fructus iure non recipiunt nec beneficij prouētibus gaudēt qui ante literarum expeditionem ſe ad beneficij poſſeſſionem intrudunt.

mandatis huiuſmodi, extunc deinceps vtentes, ac illorum prętextu poſſeſſionem huiuſmodi apprehendentes, fructus quos ex illis pro tempore perciperent ſuos nō facerent. Quinimò ad beneficia in eiſdem tranſumptis & literis, ac mandatis expreſſa efficerentur ipſo facto perpetuò inhabiles, & ad reſtitutionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum in vtroque foro tenerentur. Decernens ſic iudicari debere, ac irritum &c. Et ſucceſſiuè ſanctitas ſua attendens quod ante confectionem literarum gratia apoſtolica eſt informis, inter alia vniuerit, ſtatuerit, & ordinauerit, quod iudices in Romana Curia vel extra eam pro tempore exiſtentes, etiam ſi eſſent S.R.E. Cardinales, vel cauſarum palatij apoſtolici Auditores, aut quicunque alij iuxtà ſupplication. ſuper impetration. ſignatarum tenores, & formas iudicare deberent etiam decreto irritanti adiecto. Nihilominus diuerſi Epiſcopi & alij Prelati ſuperiores, & Abbates literis ſuper diſpenſation. retinendi beneficia per eos antequam promouerentur, aut eorum electiones confirmarentur obtenta per prędictam ſedem pro tempore conceſſis minimè confeſſis, beneficia per eos obtenta prędicta retinere, & diuerſę alię perſonę eccleſiaſticę peſſeſſionem beneficiorum eccleſiaſticorum eis dicta auctoritate conferri, ſeu commendari, vel in eorum fauorem vniri, aut alias diſponi conceſſion. literis apoſtolicis deſuper non expeditis, apprehendere pręſumunt, inhabilitatem & alias pœnas in ſanctionibus, & inhibitione, ac voluntate. & ſtatuto prędictis contentas damnabiliter incurrendo in animarum ſuarum periculum. Volens periculis animarum huiuſmodi latius occurrere, ſanctiones, & inhibitionem, ac voluntatem, & ſtatutum huiuſmodi, quorum tenores ſanctitas ſua, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur haberi voluit pro expreſſis, approbans, & innouans, ac perpetuo obſeruari debere decernens, & ſanctiones ipſas ad inferiora beneficia eccleſiaſtica quęcunque, & quomodocunque qualificata amplians, & extendens, hac ſua in perpetuum valitura conſtitutiones ſtatuit; & ordinauit quod omnes & ſingulę perſonę eccleſiaſticę tam ſeculares, quam quorumuis ordinum regulares, cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut Patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, quod de cætero literis ſuper diſpenſation. retinendi beneficia per eos antequam promoueantur, aut eorum electiones confirmentur obtenta, eis per ſedem eandem pro tempore conceſſis minimè confectis, beneficia ipſa retinere, aut poſſeſſionem alicuius, ſeu aliquorum beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, vel ſine cura ſecularium vel quorumuis ordinum regularium quæcunque, & qualitercunque qualificatorum eis dicta auctoritate apoſtolica conferri, ſeu commendari, aut in eorum fauorem, & commodum vniri, ſeu alias diſponi conceſſion. literis apoſtolicis ſuper collatione, ſeu commenda, aut vnione, ſeu alia diſpoſitione huiuſmodi non expeditis per ſe, vel per alium, ſeu alios eius nomine, etiam ſupplicationum ſeu ſumptorum vel tranſumptorum huiuſmodi, aut collationum eis poſtmodum de ipſis beneficiis tanquam etiam tunc certo modo in ſupplication. expreſſo vacantibus, ordinaria vel alia quauis auctoritate factarum prætextu, apprehendere præſumpſerint, aut per alios apprehenſam ratam, & gratam habuerint, ipſorum beneficiorum non poſſeſſores, ſed meri. & nudi detentores, ac violenti, & ſine aliquo titulo in eis intruſi cenſeantur, & pro talibus habeantur, & reputentur, nec fructus ſuos faciant, ſed ad illorum reſtitutionem vt præfertur, teneantur, & obligati exiſtant, conſtitutiones ſeu dictæ Cancellariæ regulæ de annali, & triennali poſſeſſore in illis locum non habeant, nec eiſdem detentoribus, & intruſis in aliquo ſuffragentur, quinimmo beneficia per eos tempore promotionis ſuæ, aut eorum electionis, confirmationis, obtenta, literis ſuper diſpenſatione ea retinendi ſibi conceſſa non expeditis retinentes, aut poſſeſſionem beneficiorum literis apoſtolicis ſuper illis non confectis apprehendentes, ſeu per alios apprehenſam ratam, & gratam habentes, beneficia ſic retenta, aut apprehenſa, & omne ius, quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipſo amittant illiſque, & illo priuari, ac ad illa de cætero obtinenda perpetuo inhabiles, nec illa vlterius, & prætextu noui tituli aut nouæ commendæ vel vnionis, ſeu alterius diſpoſitionis, etiam apoſtolica auctoritate facta aſſequi valeant, ſed beneficia ipſa tanquam de iure, & facto vacantia aliis conferri, ſeu commendari, &

In Epiſcopatibus & Abbatiis vt inquit Rebuffus. reg. de pub. reſig. gloſſ. 18. nu. 35. iure priuatus eſt qui adminiſtrat ante confirmationem, nec poteſt ſe opponere ne incidat in pœnā illius c. auaritiæ nec impetrare literas ſaiſinæ aut manu tenētiæ quia non habet ſolidum ius ante confirmationem d. c. auaritiæ, & c. fin. de elect. lib. 6.

Quamuis poſſeſſor triennalis non debeat moleſtari in poſſeſſorio nec in petitorio id tamen intelligendum eſt poſſeſſione literis Apoſtolicis cōfirmata alias irrita eſt poſſeſſio & fructuum reſtitutioni obnoxia. Vide Gomeſ. in reg. de triennal. q. 17.

per

per quoſuis tam ab eorum ordinariis collatoribus, quam à ſede prædicta liberè impetrari poſſint, & ſi beneficia ipſa litigioſa fuerint, collitigantes in omni iure, & ad omne ius quod beneficia retinentibus, aut poſſeſſionem apprehendentibus huiuſmodi in eiſdem beneficiis, vel ad illa quomodolibet competebat, aut competere poterat, eo ipſo abſque aliquo iuris, aut hominis miniſterio ſurrogentur & ſurrogari eſſe cenſeantur, ac in eorum fauorem cauſa deſuper pendens aduocata, & lis extincta fuiſſe, & ſimiliter eſſe cenſeantur. Quódque de cætero ſupplicationes, etiam manu noſtra, & motu proprio ſignatæ, niſi habuerint clauſulam, quod eorum ſola ſignatura ſufficiat, nullam aliam quam per literarum ſuper illis conficien. fidem aut probationem faciant, ſeu præſtent, nec vlla eis in aliquo alio caſu fides adhibeatur, aut adhiberi poſſit. Decernentes ſic & non aliter tam in eadem curia, quam extra eam, & in partibus per quoſcunque iudices, ac commiſſarios quauis etiam apoſtolica auctoritate prædicta fungentes, etiam cauſarum palatij huiuſmodi Auditores, & ipſius Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, &c.

Signatura in ſupplicationibus

Placet, publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, die verò Sabbathi vigeſima ſeptima menſis Maij, Pontificatus prælibati ſanctiſſimi in Chriſto patris, & D.N.D. Iulij diuina prouidentia Papæ III. anno quarto.

VI.

Pœnæ blaſphematorum, aleatorum & barattariorum.

IVLIVS Papa III. Ad futuram rei memoriam.

INMVLTIS Deprauatis moribus, vitiouſque conſuetudinibus, quæ in noſtram hanc Almam Vrbem propter eius amplitudinem magnumque aduenarum vndique in eam concurſum, ſimul cum pluribus eximiiſque virtutibus, atque egregiis veræ pietatis exemplis irrepſerunt ad quas nos tollendas, & extirpandas, omnem aciem mentis, & cogitationis noſtræ intendimus: nihil eſt quod animum noſtrum magis exulceret, & confodiat, quam horribilis, atque impia & chriſtianis auribus intolerabilis, diuini nominis blaſphemia. Cum audimus ſacratiſſimum Dei & IESV CHRISTI Domini noſtri nomen, quod ſuper omne nomen cœleſtia venerantur, terreſtria adorant, inferna contremiſcunt (quod ne temere quidem à quopiam propter eius ſublimitatem, ac maieſtatem, vſurpandum ſit) paſſim prauorum efferatorumque hominum vocibus ſcindi, vnaque cum eius ſanctiſſimæ & immaculatiſſimæ Genitricis, & venerabilium ſanctorum, & amicorum ipſius ſummi Dei nomine, deteſtantis blaſphemiis maledictiſque lacerari, vt minime mirandum ſit, ſi à chriſtianis populis in tantis calamitatibus conſtitutis, diuinæ iracundiæ flagella non amoueantur, *propterea quod iuxta ſapientis dictum, A viri multum iurantis domo, non diſceder plaga. Quare nos huiuſmodi execrandum abuſum ſimul cum cæteris omnibus, quantum cum eiuſdem Dei adiutorio fieri poterit extirpare volentes, vt hanc ipſam Vrbem domicilium, ac ſedem Spiritus ſancti, omnibus inquinamentis mundatam, ac purgatam, domino Deo per omnia placentem habeamus in hunc qui ſequitur modum, quo ad præfatum horrendum blaſphemię crimen, motu proprio, ex certa noſtra ſcientia, & voluntate, inuocata Dei omnipotentis, iuſtitia, decernimus, ſtatuimus & ordinamus, Blaſphemantes ſcilicet Deū patrem omnipotentem, vel eius filium vnigenitum Dominum, & redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum, ſeu Spiritum ſanctum, particulariter, & explicitè, vel generaliter, & implicitè attribuendo diuinæ maieſtati quæ illi minime cōueniunt, vel remouendo quæ eam decent, primo cōuicti, ſi diuites fuerint, compellantur ad ſoluendum ſcuta auri quadraginta, ſi verò pauperes, ſoluant decem, quæ ſi nequeant numerare, luant in corpore. Secunda vice cōuictis nobilibus ſiue diuitibus, ſiue pauperibus duplicetur pęna pecuniaria proportionabiliter ad primam huiuſmodi mulctam, Atque inſuper incurrant infamiam, & inhabilitatem ad beneficia quęcunque

** Cladium & miſeriarum potiores cauſæ ſūt execrandæ hominum blaſphemiæ. Robertue Capeti filius in æde S. Crucis Aurelienſis flexis genib. dum ſupplex coram crucifixi imagine preces funderet voce cœlitus demiſſa intellexit ſe fruſtra pacis et trāquillitatis expectare niſi prius è regno blaſphemos penitùs extingueret. Comment. prag. ſanct. in proleg. Pipin. ſec 3. Paſchæ. F. I. Benedicti in ſum. Gallica. peccatorum. I. lib. c. 13. in appendice.*

 ad

ad gradus,dignitates,& honores obtinendos. Vilibus conuictis perfodiatur lingua. Tertia vice conuictis nobilibus,tam diuitibus,quam pauperibus , triplicetur pœna pecuniaria reſpectiuè vt ſupra. Vlterius ſint ipſo iure p riuati beneficiis eccleſiaſticis,& officiis quibuſcunque,dignitatibus,titulis, magiſtratibus, honoribus ſint inteſtabiles tam actiuè, quam paſſiuè , Sint inhabiles ad ferendum teſtimonium. Sint banniti publicè per triennium ab Vrbe. Vilibus imponatur fuſtigatio aut deportatio ad triremes per triennium , & exulent perpetuo. Idem ſeruetur contra blaſphemantes ipſius D.N.Ieſu Chriſti matem beatiſſimam ſemper virginē mariam Blaſphemi in ſanctos vel ſanctas Dei,corrigantur ſeuerè arbitrio. DD.Iudicum, habita ratione qualitatis,& grauitatis criminis,cum cæteris circunſtantiis iure attendēdis. Volumus autem,& ſtatuimus,vt omnes pœnæ pecuniariæ exigendæ,applicentur,tantummodo ſuſtentatitioni Orphanorum vtriuſque ſexus Catechumenorum & puellarum. Iudices verò tam horrendi,& impij criminis deputamus,& inſtituimus RR.DD.Inquiſitores noſtros generales,quos volumus poſſe addere præſtitutis pœnis,& maximè in corpore,ſi modus blaſphemiæ ob grauitatem,impietatem, vel malitiam,id expoſcat. Partes eorūdem DD.Iudicum erunt,declarare ſi dubium occurrat,qui nobiles,qui plebei,qui diuites,qui pauperes ſint habendi. Inſuper ne ſacrilegia, & mortifera hæc peſtis,ſi lateat, minus curari vel præcidi poſſit, ex omnipotentis Dei auctoritate mandamus omnibus & ſingulis cuiuſcunque ſint gradus,& conditionis qui ſciuerint aliquos blaſphemaſſe vt ſupra, quod eos denuncient infra triduum Reuerendis Iudicibus vel per ſe ipſos,vel per chirographum, modo & ordine inferius exprimendo. Sicque omnes,& ſingulos indiſtricto Dei iudicio requirimus,& eorum conſcientias aggrauamus. Monendo tamen eos,quod ſi conſtiterit,aliquem ſcientem noluiſſe denunciare. cuiuſcunque fuerit ſtatus dignitatis,& conditionis,præter vltionem iuſtitiæ diuinæ,quam ei annūciamus,& præter culpam mortalem, quam incurret ob inobedientiam, & ob neglectum honorem Dei,punientur eiſdemmet pœnis,quibus blaſphemi,& ſic eos mulctari præcipimus:non enim ſolum digni ſunt pœna aut ſupplicio qui ea faciunt,ſed & qui nō corrigunt facientes. Cupientes denunciare ſecretè,ſcribant,in chirographo nomē Blaſphemi , ſpeciem , locum, & diem blaſphemię,& ſi placuerit apponere nomen proprium,addant duos vel ſaltem vnum teſtem,ſi vero maluerint ipſi denunciantes ſupprimere nomina propria , adſcribent tres vel ſaltem duos in chirographo qui ſint teſtes de blaſphemia,& illud per religioſam perſonam,per ſpiritualem patrem,cui confidant ,mittant vni cui voluerint ex Reuerendis. Iudicibus ordinatis quibus ita ad deferendum electis pręcipimus in virtute Spiritus ſancti & ſanctę obedientię.quod nemini habeant reuelare denunciantes teſtes,vel denunciatos, niſi tribunali iam decreto,in quo volumus ſeruari omnino ſecretos,tum denunciantes tum teſtes non ſecus ac ſeruantur in cauſa fidei. In condemnando pro hoc execrabili ſcelere,ſtabitur duobus teſtibus fidedignis poterit haberi loco teſtis vnius denuncians ſi medio iuramento denunciet,diligenter obſeruata qualitate,integritate,& reliquis circunſtantiis tum denūciantis,tum alterius teſtis. Si qui (quod Deus auertat) inuenti fuerint denunciantes,vel atteſtantes falſo, ſubeant pœnas blaſphemorum,& illomet ordine,& nihilominus ſeueriſſimis,& grauiſſimis pœnis, etiam in corpore affligantur,ac ad triremes perpetuo deputentur Blaſphemis non accuſatis,nec denunciatis,ſi epiſcopus humili & contrito corde accuſent , ſi de eorum iniquitate veniam putant,condonamus omnes pœnas à nobis impoſitas,interim tamen lachrimis,orationibus,& cęteris voluntariis pœnitentiis , peccatum maxime deteſtabile redimant in Miſericordia Domini. Quia vero compertum habemus,ludos quos baratarias vulgus appellat, pręter multas iniquitates quibus cauſam præbent,blaſphemiam maximè enutrire,gignere,& euomere,ideo auctoritate noſtra, in ſpiritu Domini,pręſenti decreto noſtro.& Motu proprio amouemus,dānamus, prohibemus omnes huiuſmodi baratarias tanquam ſemina plurium impietatum. Et qui in poſterum auſi fuerint eas manutenere vel exercere,volumus ac iubemus eos carceeibus mancipari de facto,& puniri pœnis à iure contra Aleatores ſtatutis Et inſuper arbitrio DD Iudicum pręfatorum & mulctari grauiſſimè pro trāſgreſſione huius noſtrę prohibitionis,à qua nullum excipimus, cuiuſcunque ſit gradus, dignitatis,

Blaſphemiæ pœna iure diuino eſt mortis, & lapidatio Leui.2.cap.24. Iure canonico blaſphemus cogitur ad publicā pœnitentiam ante fores eccleſiæ faciendam modo & forma poſita in cap.2. de maled. Iure autem ciuili eſt pœna mortis. text. eſt clarus in auth. vt non luxurientur contr. nat. in fi. & ita affirmāt & concludunt DD. *Lod. in prac. crim. c.*51. *num.*26. *& Iul. Clarus. prac. li.* 5. *§. blaſphemia verſ. ſed quæro, ſed hæc pœna licet diuina & humana lege conſtituta fuerit hodiernis tamen temporibus ob defectum religionis & iuſtitiæ non ſeruatur, vt dicit* Lucas de Ponna *in l. omnes. col.* 3. *verſic. ſecundò quæritur.* C. *de delatoribus. lib.* 10.

dignitatis,vel conditionis & pro hac cauſa duntaxat caſſamus,irritamus,annullamus quamcunque pretenſam licentiam, vel exemptionem. Volumus autem quod pręſentium tranſumptis manu alicuius notarij publici ſcriptis,& ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur tam in iudicio quam extra,quę pręſentibus originalibus adhiberetur,ſi forent exhibitę,vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die prima Februarij,milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto. Pontificatus noſtri anno quarto.

Ex pluribus flagitiis hac conſtitutione damnatis vnum omnium teterrimum ac fœdiſſimum tetrioribus coloribus depingendum hic ſelegi quo cognito illo nihil improbius , impudentius atque ſceleſtius cognoſcatur. Blaſphemia *eſt noua voce belluam circundatam videtis. Eius* Etymologiam *Græci deducunt* ἀπὸ τοῦ βλάβειν τῆς φήμης *id eſt à nocendo famæ. Alij* ἀπὸ τοῦ βάλλειν φήμας, *quia proiicit famam ſuam qui aliis detrahit.* Blaſphemia *autem eſt dicere tacite vel verbo aliquid, tribuendo* Deo *quod illi minime conuenit , aut auferendo ab eo quod illi conuenit, vel tribuendo creaturæ id quod ſolius eſt* Dei. Blaſphemiam *definit* Hugo *de Sancto* Victore *in libro de fructu carnis &* Spiritus *cap.6. ſic inquiens* Blaſphemia *eſt cum quadam probroſa irreligioſitate conuitioſorum iaculata in alium maledictio , aut eſt diuini vel humani nominis diminutio iurando vel exprobrando facta. In huius ſceleris veſtibulo adeſt* Spiritus Blaſphemiæ, *quem cum* Blaſphemia *aliquid maioris habere diſcriminis fatetur* Bonauentura *diſt.43. in comment. ſuper literam* Magiſtri: *habent enim ſe hæc duo vt ille ait tanquam generale & ſpeciale. Omnis ſpiritus* Blaſphemiæ *eſt blaſphemia non tamen è contrario* Spiritus *blaſphemiæ eſt affectus & deſiderium vituperationis diuinæ. Spiritus blaſphemiæ ſic ſpirat ad odium* Dei, *ſiue ſpiritus ſanctus ad* Dei *amorem. Immane & horrendum profecto ſcelus quod non ſine cauſa* Theologis *dicitur irremiſſibile , non quod non remittatur ſed quod ad illius expiationem vt inquit* Beda *nullam agit debitam pœnitentiam qui illud ſemel commiſit, quoniam propter illius nimiam malitiam* Deus *illi auxilium ſuum ſubtrahet ſine quo fores pœnitentiæ non patent vel ſecundùm* Alexandrum *de* Ales *ideo dicitur irremiſſibile quia prouocat oculos diuinæ maieſtatis ad non miſerendum vel non remittendum. Peccatum illud eſt contra* Spiritum *ſanctum vt ex ipſius* Græci *textus lectione docetur apud* Matthæum 12. *nam vbi latina verſio dicit* Spiritus Blaſphemiæ non remittetur in hoc ſæculo neque in futuro *Græci habet* ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις Blaſphemia *ſpiritus non remittetur hominibus. Syrus verò ſic legit* גודפא היו דעל הוהא נשתבק לבני בשא *id eſt* Blaſphemia *verò quæ eſt contra ſpiritum vel vt interpretatus eſt* F. Ioannes Benedicti *in ſumma peccatorum, Conuitium autem quod eſt contra ſpiritum ſanctum non remittitur filiis hominum. Pro blaſphemia,* Græcum *potius quam* Syrum *ſequutus poſuit conuicium , & ſuperaddidit* ſanctum *quod in hac* Syraica *ſententia non habetur ſed vir doctus præſidio fortaſſis non caret quo hæc ſua interpretatio probetur. Mutanda tamen non ſunt ea quæ ſemper certam interpretationem habuerunt vt ſcribit* Paul. Iuriſconſultus *in l. minimo l.22. de legib. lib.1. ff. tit.3. Sed vt cunque ſit nihil eſt quod* Scholion *& obtenebret, aut ſceleris grauitatem leniat, cuius formam & varia genera ſolerter inquirit eiuſdem ſummæ lib.1. cap.13 cui paucula hic ex* Galeno Cathecheſi. LXII. *addimus. Primum* Blaſphemiæ *genus eſt, dum* Deo *aſcribimus, quod ipſi non conuenit: vt ſi ego cum noſtri temporis hæreticis dicam* Deum *eſſe tam cyclopem, ac durum, vt nullo peccatorum diſcrimine, ſiue ſit immiſſio diabolica , ſiue aliumde nata cogitatio, ſeu plenus conſenſus, voluntariúmque nefas, æquè hominem gehennæ cruciatibus adiudicet. Huc reducuntur, quicunque affingunt* Deo, *quæ ſacræ ſcripturæ , aut ex illis deprompta ratio non agnoſcit. Deinde quando negamus* Deo, *quod illi eſt proprium, vtpote quòd ſit iuſtus : quòd velit homines inſtituere pœnitentiam, & lugere priſtinas impuritates : quòd minimè gratis peccatores in gratiam ſit recepturus, hoc eſt, niſi priùs de ſeipſis exigant pœnas. Si nunc igitur, cum huius tempeſtatis* Iouinianis, *Deum iniuſtum eſſe dicas: omnia peccata ſuſque dèque ferre: tam eſſe bonum, vt ſit ignoſcere paratus , cùm primùm filij* Dei *mortem otioſa quadam animi figuratione ſomniarint, ſiue interim illam imitentur viuendo , ſiue non: ſi denique veterno ſum, &* Epicureum *Deum facias: peccas in hanc partem. Tertiò, quando quis id , quod eſt* Deo *Peculiare, tribuit creaturæ, vel ſibi, vel aliis, vel cuipiam denique rerum creatarum: vt ſi crederemus: non* Deum *reuera, & propriè hominem iuſtificare, ſed vel aquam, vel verba, vel hominem ipſum id per ſe præſtare: quales erant olim* Iudaizantes, *ac* Pelagiani, *quo-*

runt, illi legem & opera humana: iſti liberum arbitrium ſine Dei gratia iuſtificationem adferre docebant: cùm ea omnia nil ſint aliud, quàm omnipotentiæ diuinæ inſtrumenta. Poſtremò quando palam maledicimus Deo, vel ſanctis, vel rebus ſacris: nam quicquid in iſta committitur, redundat in Deum. Cæterùm putant nonnulli non fore blaſphemiam, qui membra Chriſti nominaret: quem ego non puto liberatum iri à grandi ſacrilegio, ſi vel deierando, vel contumeliæ cauſa tale quid vſurpet. Vt omittam illorum immanem impietatem, qui Chriſti membra (horrendum ſcelus) quæ in nobis naturæ leges contegi volunt, arripiunt ad ſua flagitia. Ne quis autem iſta nimium ſtoicè dici cauſetur, libenter gradus hic quoſdam agnoſcimus. Nam blaſphemiarum alia eſt in mente tantùm: alia in impulſu, ac motu: quædam in ſermonem vſque prorumpit, idque vel ex praua conſuetudine, vel repentino furore, nulla aut minima intentione, móxque lapſum incautæ linguæ ſequitur dolor animi retractantis. Si quid horum fiat, putant veniale: niſi tanta ſit blaſphemia, vt materiæ grauitas formæ naturam induat. Sequitur, veluti præcedentis peccati germana ſoror, Tentatio Dei, quod nunc etiam vitium magnoperè regnat: vt omnia peccata poſt hæreſeon colluuiem ſolent exundare. Ea autem eſt, dum quis vult capere ſignificans experimentum poteſtatis, ſcientiæ, aut voluntatis Dei. Huius grauitas colligi poteſt ex interdicto: Non tentabis Dominum Deum tuum, ſicut tentaſti in loco tentationis, & ex Chriſti exemplo, qui nobis huius peccati fugam oſtendit. Si enim is, qui optimè norat, Dei filius, quanta eſſet Dei ſcientia, potentia, & quæ illius voluntas, noluit experimentum capere: multò ſanè diligentiùs id fugere debemus. Primus autem huius peccati modus eſt, ſi quis dicat: ſi Deus eſt omnipotens, agítque hominum curam, ſeruet me: actum ſe præcipitem è monte deiiciat. Quaſi verò Deus noſtræ libidini potentiæ ſuæ fidem allegarit. Idem ſtatuendum de aleatoribus, & eo hominum genere qui per auaritiam, & impietatem, vbi diſcrimen adeunt ſuarum diuitiarum, experiri ſe dicunt, ſi eſt Deus: aut ſe negaturos Deum eſſe, ſi contingat. Secundus eſt, quando tentat homo Dei ſcientiam, vúltque eius ſecretorum eſſe conſcius, aut experiri nunquid norit omnia Deus, quæ quanta ſit impudẽtia, quis non videt? Scilicet creatura vilis dicet ſui creatori: niſi te hoc ſcire iſto modo prodas, nil omnino ſcis: vel, ſi in anguſtiis poſitus, niſi hinc eripiar: neſcit me Deus ad hunc modum liberare. Tertius Dei voluntatem explorat, illúmque ſuæ cupiditatis velut addicit ſeruituti: vt ſi quis ſe non crediturum profiteatur Deum eſſe in ſacramento: niſi Deus illius ſe prodat oculis, & hoc indicio manifeſtet hæreticiſne, an Catholicis debeat fidem adhibere. Hic autem, ne quis infirmior percellatur, nemo cenſere debet eſſe nefarium in aliqua graui cauſa humiliter Dei voluntatem inquirere.

Ingrediamur iam legum ciuilium penates vt certius exploremus quomodo fœdiſſima hæc bellua cohibeatur, frenetur & pœnis meritiſſimis mulctetur. Iure itaque ciuili pœna blaſphemantium vt in annotationibus diximus capitalis eſt, illiſque mors indicitur, ſed in deſuetudinem abiit, tametſi aliquando obſeruatur in blaſphemos maligno deliberato, & doloſo propoſito ita Bald. & Salicet. in l. 2. C. de reb. cred. Alex. conſ. 233. nu. 7 lib. 6. Boer. q. 301. num. 11. Pius primus qui ſedit circa annum Salutis 142. vt eſt relatum in c. ſi quis per cap. illum. 22. q. 1. blaſphemos laicos, anathemate, clericos depoſitione puniendos eſſe ſanciuit. Poſtremò Leo X. in Concilio Lateranenſi hoc decretum edixit in blaſphemos quod nos huic Iulij conſtitutioni tanquam propriæ ſedi addendum eſſe oportunum fore duximus. Cuius hæc verba ſunt. Ad abolendam verum execrabilem blaſphemiam, quæ in maximum diuini nominis, & ſanctorum contemptum ſupra modum inualuit, ſtatuimus & ordinamus: vt quicunque Deo palam, ſeu publicè maledixerit, contumelioſiſq; ac obſcœnis verbis, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel glorioſam Virginem Mariam eius genitricem expreſsè blaſphemauerit: ſi munus publicum iuriſdictionémque geſſerit, perdat emolumentum trium menſium: pro prima & ſecunda vice dicti officij. Si tertiò deliquerit ille, eo ipſo priuatus exiſtat. Si clericus vel ſacerdos fuerit, eo ipſo quod de delicto huiuſmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum quæcunque habuerit, fructibus applicandis vt infra, vnius anni mulctetur & hoc ſi pro prima vice, qua blaſphematus ita deliquerit. Pro ſecunda verò ſi iterum deliquerit, & conuictus fuerit, ſi vnicum habuerit beneficium, eo priuetur: ſi autem plura quod ordinarius maluerit, id amittere cogatur. Quòd ſi tertiò eius ſceleris arguatur, & conuincatur, dignitatibus ac beneficiis omnibus quæcunque habuerit, eo ipſo priuatus exiſtat: ad eáque vlterius retinenda inhabilis reddatur, eáquo liberè impetrari, & conferri poſſit. Laicus verò blaſphemus, ſi nobilis fuerit, pœna vigintiquinque ducatorum mulctetur, & pro ſecunda vice quinquaginta fabricæ Baſilicæ principis Apoſtolorum, de vrbe ap-

plicandorum,

plicandorum, & aliis, vt infrà deducitur, pro tertia verò nobilitatem perdat. Si verò ignobilis ac plebeius fuerit, in carcerem detrudatur. Quòd ſi vltra duas vices publicè blaſphemus deprehenſus fuerit, mitra infami per integrum diem ante fores eccleſiæ principalis mitratus ſtare cogatur. Si verò pluries in hoc ipſum peccatum lapſus fuerit: ad perpetuos carceres, vel ad triremes, damnetur, ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem conſcientiæ, nemo blaſphemiæ reus, abſque grauiſſima pœnitentia, ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta, poſſit abſolui. Qui verò Sanctos reliquos blaſphemauerit, arbitrio iudicis rationem perſonarum habituri; mitius aliquando puniri volumus. Satuimus etiam vt ſeculares iudices, qui contra tales blaſphemiæ conuictos, non animaduerterint, eoſq; iuſtis pœnis minimè affecerint, quantum in eis fuerit, quaſi eidem ſceleri obnoxij, eiſdem quoque pœnis ſubiiciantur. Qui verò in illis inquirendis puniendiſque diligentes, & ſeueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam conſequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant. Quicunque verò blaſpemantem audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe continget, eundémque deferre, vel notificare apud Iudicem eccleſiaſticum; ſeu ſecularem intra triduum debeant. Quòd ſi plures dictum blaſphemantem ſimul audiuerint, ſinguli eum accuſare teneantur, niſi fortè omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute ſanctæ obedientiæ hortamur & monemus in Domino, vt pro diuini nominis honore ac reuerentia in ſuis domibus, ac cæteris præmiſſa omnia ſeruari, exactiſſimè exequi mandent, ac faciant, vberrimam ab ipſo Domino Deo tam boni operis, ac pij mercedem habituri Similémque annorum decem indulgentiam ab Apoſtolica ſede conſequuturi, cum tertia parte mulctæ, qua dictus blaſphemus plectitur, quoties tale ſcelus puniendum curauerint: quam quidem indulgentiam & reliquam tertiam mulctæ partem, accuſatori blaſphemiæ nomen deferenti, ſimiliter concedi & aſſignari volumus, aliis pœnis contra huiuſmodi blaſphemos; per ſacros canones expreſſis: nihilominus in ſuo robore manentibus. Hactenus Synodus Lateranenſis.

Huius Synodi decretum excerpſimus ex lib. 2. Variarum Reſolutionum Couarruuiæ & Menoch. De arbit. Iudicũ. apud quos fuſiore ſententiarum copia diſcutitur controuerſia Blaſphemiæ. Quanta vero ſit criminis huius grauitas & indignitas, D. Chryſoſt. de prouidentia Dei hom. 1. hoc exemplo declarat. In lege inquit veteri ſcriptum eſt, qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Hoc in veteri teſtamento quando puerilia præcepta, quando lac, quando pedagogus, quando figura & vmbra. Quid igitur dicemus de his, qui nunc in gratia & rerum ipſarum veritate ſunt, non patri aut matri maledicentibus, ſed ipſi vniuerſitatis rerum Deo? Quo enim ſupplicio afficientur? qualis animaduerſio? quis igneus amnis? quis vermis ſempiternus? quæ tenebræ exteriores? quæ vincula? quis ſtridor? quis ploratus ſcelerum magnitudini ſatis eſſe poſſit? Omnes cruciatus qui nunc ſunt, quique futuri ſunt, minores iuſto ſunt animo ira affecto, ac eo vſque improbitatis prolapſo. Hactenus ille. Quamobrẽ meritò dominus cum his ſimili oratione poterit expoſtulare. Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo, propter quod eorum vultis me lapidare? Quod perinde eſt, ac ſi diceret. Ego vos ad imaginem meam condidi, ego vos innumeris ſuppliciis veſtra cauſa toleratis, ad vitam reuocaui, ego bona ipſa quibus aduerſus gloriam meam abutimini, largitus ſum, ego os ipſum & linguam qua aduerſum me inſanitis, contuli: ego membra veſtra quibus mihi bellum infertis, & condidi, & condita ſeruo: propter quod igitur horum munerum vultis me lapidare? Quis autem hac iuſtiſſima domini expoſtulatione non erubeſcat? non elinguis fiat? non ſe innumeris ſuppliciis pro hoc tanto ſcelere dignum putet? Quanto rectius, quanto iuſtius, ſanctus martyr Polycarpus, qui ante iudicis tribunal poſitus, cum à perfido iudice hanc vocem audiſſet, iura fortunam Cæſaris, & dic conuicia in Chriſtum, & dimitto te: ille contra ſanctiſſime reſpondit, octoginta annis ſeruio Chriſto, & nil me læſit vnquam, quomodo poſſum maledicere regi meo, qui vitam mihi donauit?

Fabius Monteleo. de practica arbitrali, parte 4. nu. 739. ſcribit hodie pro iudicis arbitrio blaſphemos puniri, à quibus non diſſentit Iaſ. l. 3. §. iurari. nu. 14. de iureiur. idem placuit Io. Coraſio in Areſt. Toloſano annot. 36. Boſſius trac. cauſarum criminalium, tit. De inquiſitione. nu. 1. qui ſcribit, hoc caſu cum atrox eſt blaſphemia, iudicem poſſe ſtatuere pœnam mortis, & ſenſit Iacobus Simancas in praxi Hæreſeos, tit. 9. caſus aliquot eſſe arbitrarios oſtendit relata conſtitutio Lateranenſis. Iudex itaque pro perſonæ & facti qualitate, pœnam indicere poterit; nam is qui blaſphemare conſueuit, & qui incorrigibilis eſt, grauiter puniendus eſt, quod annotarunt Abbas & cæteri in cap. 2. de maledicis.

S. Ludouicus Rex Gallus linguam blaſphemorum ferro candenti adurere iuſſit. Anno 1254. Halian. annal. 11.

Lege antiqua vti ſuperius diximus homines audientes blaſphemiam in Deum obturabant aures ſuas & veſtimenta ſcindebant inſignum doloris vt patet Act. cap. 6. & Matth. c. 26.

Deciſionibus Boerij didicimus 301. pro blaſphemia quendam fuiſſe prius lingua perforata condemnatum ad ignem & alium decapitatum.

Anthonius Zanza vt refert Iulius Clarus. d. §. 5. lib. 5. pract. crim. propter atroces blaſphemias iuſſu fuit ſi aptus erat remo tranſmitti ad triremes perpetuo, ſin minus ſuſpendi 19. April. 1549.

Alphonſus Hiſpaniæ blaſphemos variis pœnis ſagaci prius facto indagine puniri voluit præſertim quod plebeius pro prima blaſphemia verberetur pro ſecunda notetur in labiis ferro candenti ſigno crucis, pro tertia lingua mutilus fiat eique abſcindatur.

Refert idem Boerius quantum exoſos habuerint Blaſphemos Reges Chriſtianiſſimi Ludouicus XII. & Carolus octauus quorum lege præter alias pœnas pro ſexta blaſphemia labium ſuperius, pro ſeptima inferius abſcinditur ita quidem vt dentes appareant, pro octaua verò blaſphemia lingua amputatur.

Nunc iure conſtitutionis Hiſpaniæ regum blaſphemus pro prima blaſphemia punitur carcere vnius menſis pro ſecunda exilio ſex menſium à loco habitationis. & mille quadrantum pœna in tres diſtribuendum partes quorum vna accuſatori alia Iudici tertia pauperibus competit. Pro tertia verò blaſphemia lingua clauo perforabitur. Huiuſmodi fuit edictum Caroli V. Imperatoris Tolet. an, 1525.

Sic Blaſphemos execrantur leges & Senatus vt blaſphemi teſtimonium non audiant in his cauſis quæ teſtes exigunt omni exceptione maiores, vt præclarè & ſapienter tradit Alex. in conſ. 15. 2. lib. 5. col. 4. Dec. conſ. 163. num. 10. Thom. Gram. voto 22. num. 5. & 6.

Sed quæſtio non inutilis prorumpit vtrum regibus aut principibus quibus datum eſt iuſtitia duce blaſphemos punire, iiſdem etiam liceat facere gratiam & remiſſionem blaſphemantibus Deum aut Virginem Mariam vel ſanctos? Id minime licere videtur. Nam ius diuinum vult, blaſphematorem debere acriter puniri, & hoc Deus Moyſi præcepit, dicens: Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur, vt ſcribitur in Leuit. c. 24. Ergo ipſe Imperator, Dux, & quilibet Princeps ſecularis inferior, non poteſt facere gratiam blaſphemo: quia eſſet tollere legem Dei, & ſuperioris, ſi pœna blaſphemo remitteretur per gratiam, cùm Imperator, & Princeps, & Dux non poſſit tollere legem Dei ſuperioris: vt ait Beatus Thomas 2. 2. q. 67. art. 4. ibi: Iudex enim inferior non habet poteſtatem abſoluendi reum à pœna contra legem à ſuperiore ſibi poſitam, &c. & probatur in l. formam. C. de offic. præfec. prat. Or. Iura enim diuina ſemper firma atque immutabilia permanent Inſtit. de iur. nat. gen. & ciuil. §. ſed naturalia quidem iura. Et cùm per blaſphemiam fiat iniuria Deo, ſiue blaſphemia fiat in Deum, ſiue in Virginem Mariam, ſiue in Sanctos, eſt clarum, quòd Imperator, Dux, & Princeps, non poſſunt per eorum gratiam remittere iniuriam, factam Deo, & ſic non poſſunt facere gratiam alicuius pœnæ blaſphemo, cum non ſit eis facta iniuria, nec eorum ſubditis, ſed Deo eorum ſuperiori: Et non poteſt inferior remittere iniuriam factam ſuperiori: per tex. in l. 1. ver. penſemus. c. ſi quis per mal.

Supereſt vt flagrantibus votis diuinum numen imploremus vt Iudices & Magiſtratus pertinaci fortaſſis ſopore lentos nimium in huius ſceleris punitione excitentur, ne diutius inultum maneat in commune Reipublicæ Chriſtianæ detrimentum, & ne cum iuſtè dominus in nos iraſcitur ſcelera noſtra puniens perdat iuſtum cum iniuſto. Cúmque illud crimen ſecum trahat multitudinis perniciem, ideo & à multitudine voluit illud obrui & lapidari Leuit. 24. vt omnes hoc typo intelligant (inquit Heſychius) homines blaſphemos non tantum ſibiipſis creare periculum ſed vniuerſam Rempublicam in commune ſalutis diſcrimen adducere.

VII.

Declaratio circa ſolutionem Annatarum.

IVLIVS Papa III. Motu proprio, &c.

CVM Sicut non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, dilectis filiis Officialibus Romanę Curiæ de annatis eis pro parte ſuorum emolumentorum in electio

ne

ne eorum Collegiorum aſſignatis participanribus annatas eis & Camerę noſtrę apoſtolicę de quindennio in quidēnium, ratione vnionum &c perpetuarum per ſedem apoſtolicam hactenus factarum pro tempore debitas non indagantibus, & earum exactionis poſſeſſionem ſeu quaſi adipiſci, ac eas congruis temporibus exigere non curantibus, ac in mora & negligentia eas exigendi diutius permanentibus, factum, ſit, vt quamplures ex annatis huiuſmodi, in obliuionem & deſuetudinem iurium dictæ Cameræ deuenerint, & exinde Officia dictæ curiæ eorum occurrente vacationes, longe minori emolumento in alios tranferri oportuerit, & adhuc oporteat, in ipſis Cameræ & aliorum quorum intereſt præiudicium, & detrimentum non modicum, Et inſuper debitas annatarum huiuſmodi eas non ſoluentes ſententias & cenſuras eccleſiaſticas, ac etiam diſſolutionis vnionum &c. huiuſmodi pœnas in conſtitutionibus à diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ſuper perſoluendis dictis annatis editis cōtentas incurrerint, & vnionibus &c. prædictis vt præfertur diſſolutis, in ipſis beneficiis antea vnitis intruſi remanſerint, & fructus eorundem beneficiorum ſuos non fecerint, quinimo ad eorum reſtitutionem nobis & dictæ Cameræ teneantur. Nos qui ſuperioribus diebus vt Cameræ & Officialium prædictorum, ac venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalium iura præſeruaremus, ac eorum indemnitati conſuleremus, quaſcunque conſtitutiones antea per dictos prædeceſſores pro annatis prædictis, & communibus eccleſiarum, & monaſteriorum quorumcunque ſemel tantum, aut de de quindennio in quindennium perſoluendis editas, per noſtra ſub plumbo confectas literas approbauimus, & innouauimus. Volentes cum debitoribus anna atarum & communium huiuſmodi non iuxta iuris rigorem, ſed paterno affectu agere: Motu ſimili &c. fructus, redditus & prouentus beneficiorum vnitorum huiuſmodi per debitores annatarum & cōmunium prædictorum, vt præfertur, indebitè præceptos, & propterea nobis & præfatę Camerę debitos, eiſdem debitoribus, (dummodo infra decem dies à die publicationis pręſentium in acie campi Florę, & valuis Cancellarię apoſtolicę faciendę computandos, de omni & toto eo de quo occaſione annatarum, & communium huiuſmodi vſque in pręſentem diem etiā pro rata temporis decurſi, debitores exiſtunt pręfatæ camerę, cui annatas & communia prędicta, quę officiales præfati per decem annos à lapſu primi quindennij computandos exigere quoquomodo ceſſarunt, loco fructuum &c. indebitè perceptorum ac nobis & pręfatę Camerę, vt pręmittitur, debitorum, ac in recompēſam expenſarum quę pro recuperatione annatarum, & communium huiuſmodi & ſatisfactione mercedis miniſtrorum ad recuperationem annatarum & communium prędictorum neceſſariò deputādorum faciendę erunt, ac refectione damnorum & intereſſe quę ob negligentiam Officialium huiuſmodi eidem Camerę hactenus obuenerunt, & aliis rationalibus cauſis animum noſtrum mouentibus, apoſtolica auctoritate per pręſentes applicamus, appropriamus, & incorporamus, & realiter cum effectu ſatisfacient pro tempore pręterito (omnibus, & ſingulis priuilegiis, indultis facultatibus iuribus, & gratiis, quę eiſdem Officialibus, ac eorum Collegiis ſuper perceptione annatarum, & communium huiuſmodi quomodolibet competit eis ſaluis, & integris ac in ſuis robore & efficacia quo ad futura remanentibus,) perpetuo dicta auctoritate gratioſè remittimus, & elargimur, eoſque ab illis etiam perpetuo liberamus & abſoluimus. Mandantes dilectis filiis Guidoni Aſcanio ſanctę Marię in via lata Diacono Cardinali de ſancta Flora nuncupato, Camerario & Magiſtro Franciſco Maſſario de Aſpra generali Theſaurario noſtris, per nos alias ad dictarum literarum noſtrarum & cōtentorum in eis executionem per alias noſtras in forma breuis literas deputatis, quatenus, coniunctim, & alias iuxta dictarum literarum in forma breuis cōtinentiam, & formam procedentes, per ſe ipſos vel alias perſonas ad hoc ab eis deputandas, annatas, & communia huiuſmodi exigant, & exigi faciant. Nos enim eiſdem Guidoni Aſcanio Cardinali & Camerario, ac Franciſco Theſaurario pro effectu exactionis annatarum & communium huiuſmodi omne & ſingulos illorum debitores, ſub ſingulis literis noſtris prędictis comprehenſos etiam per edictum publicum conſtituto ſummariè &c. de non tuto acceſſu tam in curia quam extra eam citandi, monendi, & requirēdi, ac eis & aliis quibus

Huius conſtitutionis declaratio à ſuperiorib. pendet, vt liquet ex conſt. ſub Paulo 2. fol. 131. Innocentio Octauo. fol. 35. Leone X. fol. 206.

Executores ad huius conſtitutionis effectum procurandum deputati.

liis quibus & quoties opus fuerit,etiam ſub ſententiis,cenſuris & pœnis eccleſiaſticis ac etiam pecuniariis,arbitrio eiuſdem Guidonis Aſcanij Cardinalis & Camerarij,ſeu alterius perſonę eccleſiaſticę ab eo deputãdę ferendis ſtatuendis ac applicãdis, etiam ſimili edicto inhibendi,ipſoſque debitores ad ſolutionem annatarum & communium,in quorum exactionis poſſeſſione ſeu quaſi eoſdem Officiales à dictis decem annis citra non fuiſſe repererint,vel ſi annatas & communia huiuſmodi in dicto termino non ſoluerint-fructuum,reddituum,& prouentuum,per eos, vt pręfertur,indebitè perceptorum, per ſententias & cenſuras eccleſiaſticas etiam interdicti tam localis quam perſonalis per eundem Guidonem Aſcanium Cardinalem & Camerarium,ſeu alias perſonas eccleſiaſticas ab eo vt pręfertur deputandas,quotiens opus fuerit,ferendas & promulgandas, necnon quaſcunque pœnas & alia iuris & facti remedia,tam per Guidonem Aſcanium Cardinalem & Camerarium,quam Franciſcum Theſaurarium pręfatos ſtatuenda & ordinanda,etiam cum inuocatione auxilij brachij ſecularis cogendi,& compellendi,ac cum eiſdem debitoribus ſuper eo quod ratione annatarum & communium huiuſmodi debebunt pro ea rata & quantitate quę eiſdem Camerario & Theſaurario videbitur, etiam citra medietatem debiti tranſigendi & componendi:& eos pro eo quod ſoluerint,ac etiam pro vniuerſo debito ſi illud ſoluerint, aut ſuper quo vt pręfertur tranſegerint & compoſuerint,pleniſſimè quietandi:& in quibuſlibet prouinciis & locis vnã,ſeu plures perſonas idoneas cum ſimili aut limitata poteſtate ſubſtituendi ac in pręmiſſis omnibus &ſingulis ſummariè & ſimpliciter,ac alias more Camerali procedendi:aliáque in pręmiſſis & circa ea quomodolibet neceſſaria vel opportuna faciendi,gerendi,& exercendi;necnon eiſdem Camerario per ſe, aut perſonas eccleſiaſticas ab eo vt pręfertur deputandas,omnes & ſingulos qui ſentẽtias & cenſuras prędictas vt pręmittitur incurrent in ab eiſdem ſententiis cenſuris & pœnis pręuia ſatisfactione aut compoſitione abſoluendi,& liberandi ampliſſimam facultatem & poteſtatem concedimus per pręſentes.Non obſtantibus fœlicis recordationis Bonifacij Papę VIII.de vna,& concilij generalis de duabus dietis,dummodo vltra tres aliqui auctoritate pręſentium non trahãtur,& quibuſuis aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cęteriſque contrariis quibuſcunque.

Pœnæ non ſoluentium annatas.

Derogatoriæ clauſulæ.

Placet & ita Motu proprio applicamus,remittimus,& mandamus.

Die ſeptima menſis Aprilis,1554.Præſentes retroſcriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt invaluis Cancellariæ Apoſtolicæ ac in acie Campi Floræ, iuxtà tenorem retroſcriptarum literarum per Medardum Nicolai S.D.N. Papæ Curſorem. Germanus Letus Magiſter Curſorum.

VIII.

Contra Hebræos retinẽtes libros Thalmudi & alios,in quibus nomen IESV *Saluatoris noſtri,cum blaſphemia,aut alias ignominioſè nominatur.*

VNIVERSIS & ſingulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis,ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

CVM ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, licet alias venerabiles fratres noſtri S.R.E.Cardinales hæreticæ prauitatis in vniuerſa republica Chriſtiana inquiſitores generales certum Hebraicorum librorum volumen Ghemarot Thalmud nuncupatum,nonnulla indigna & legem diuinam orthodoxámque fidem offendentia continens, de mandato noſtro damnauerint, & igne comburi fecerint, nihilominus inter ipſos Hebræos adhuc eſſe dicantur diuerſi libri diuerſas contra Chriſtum redemptorem noſtrum, eiúſque ſanctiſſimum nomen & honorem blaſphemias & ignominias continentes, Nos in præmiſſis opportunè prouidere volentes,vobis,& veſtrum cuilibet per præſentes committimus & mandamus, quatenus ſingulis vniuerſitatibus Hebræorum infra limites iuriſdictionis veſtræ conſiſtentibus ex parte noſtra intimetis & notificetis,quod elapſis quatuor menſibus à die intimationis,& notificationis huiuſmodi,omnes & ſinguli libri,in quibus nomen IESV Saluatoris noſtri,quod Ieſeui hanozri dicitur,cum blaſphemia,aut alias ignominioſè nominatur:tam in eorum Synagogis, & locis publicis quam priuatis domibus,& alias vbique locorum diligentiſſimè exquirantur,& qui libros huiuſmodi penes ſe quoquo modo habere reperti fuerint debitis pœnis,tam pecuniariis, & confiſcationis bonorum, quam ſi eorum contumacia, aut qualitas delicti id exegerit,corporis etiam vltimi ſupplicij,ac alias prout à fide Chriſti apoſtatantes puniuntur,irremiſſibiliter puniantur, & nihilominus eiſdem quatuor menſibus elapſis per vos, vel alium ſeu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos,libros huiuſmodi cum omni quos diligentia inquiratis,& ſtudioſè inueſtigetis,inquiríque & inueſtigari faciatis,& eos, quos libros huiuſmodi penes ſe habere repereritis,pœnis quibus apoſtatantes præfati puniuntur, omninò & irremiſſibiliter puniatis:Non permittentes de cætero eoſdem Hebræos (qui in memoriam paſſionis Dominicæ à Sancta matre Eccleſia tolerantur, vt aliquando manſuetudine noſtra allecti ad verum Chriſti lumen diuino afflante ſpiritu, conuertantur) à quibuſuis etiam apoſtolica auctoritate fungentibus occaſione cuiuſuis ſortis librorum apud eos exiſtentium (dummodo blaſphemiam, vt præfertur, non contineant) niſi de noſtro expreſſo mandato,quomodolibet vexari aut moleſtari: Contradictores quoſlibet & rebelles,ac vobis in præmiſſis non parentes per ſententias,cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas ac etiam pecuniarias arbitrio veſtro moderandas & applicandas,ac alia oportuna iuris remedia,appellatione poſtpoſita,compeſcendo ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis,ac ipſorum Hebræorum etiam iuramento, confirmatione apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque,indultis, & literis apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus & formis,ac cum quibuſuis clauſulis & decretis quomodolibet conceſſis, ac etiam iterum vicibus,approbatis & innouatis.Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat,ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ſi interdici,ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem: Et quia difficile foret,præſentes literas ad ſingula quæque loca,in quibus de eis fides facienda erit,deferri,volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod tranſumptis præſentium manu notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius curiæ eccleſiaſticę,ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,ea prorſus fides adhibeatur,quæ præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xxix Maij Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto,Pontificatus noſtri anno quinto.

De libro Thalmud Iudæorum ſuperius ſub Innocentio 4. dictum eſt.

Iudæi ideo tolerantur quia de eorum cõuerſione non deſperat mater Eccleſia.

! Innumeris portentis refertus eſt liber Iudæorum Thalmud qui eſt ipſorum verbum Dei non ſcriptum,in quo inueniuntur innumerabiles errores,de quibus vide Sixtũ Senenſem libro ſecundo bibliothecæ ſanctæ R.Salomon, quem Iudæi maximi faciunt, in comment. cap.2.Geneſ.in illud; (Hoc nunc os ex oſſibus meis;) dicit Adamum cum omnibus beſtiis & feris carnaliter congreſſum,nec potuiſſe libidinem explere quouſque ad Euæ amplexus, peruenit,idem in c.28. Num.in illud: (In Calendis autem offeretis holocauſtum Domino.(Ipſe legit holocauſtum Domini, & dicit præceptum eſſe offerri holocauſtum in die nouilunij pro peccato Dei, quod commiſit cùm diminuit lumen lunæ, quam fabulam narrat idem R.Salomon in cap.1.Gen. in illud.duo luminaria magna.Idem in cap.4. Deuteron.in illud,(Creauit Deus hominem dicit,)Adamum fuiſſe tam procerum,vt capite cœlum tangeret,dum eſſet in terra,ſimilia paſſim occurrunt in libris Iudæorum.

Iulium III. *Pontificem Maximum Eccleſia Orientalis officioſè Paſtorem gregis Chriſtiani & in terris Chriſti Vicarium recognouit,cum enim Aſſiriæ mortuo Simone Mama,totius orientis trans Euphratem vſque ad Indos Metropolitano,Patriarcha ſibi conſtituiſſet Simonem Sulakan, Danielis filium de familia Bellu monaſterij, de Hormiſd.ordinis S. Baſilij in vrbe Muxalana quæ eſt in inſula Tigridis fluminis eundem virum ad apoſtolicam ſedem, vt eius electio confirmaretur miſit, cuius fidei confeſſio apud Onuphrium pulchrè habetur. Litera-*

rum autem quas attulit Iulio tertio exemplar è Syraica lingua fidiſſimo interprete tranſlatum hic ſubiiciam.

EPISTOLA ECCLESIAE NESTORIANAE PRO PAtriarchæ Metropolitani confirmatione demandata & è Syriaco in Latinum ad verbum traducta per Andræam Maſium.

PATRI patrum, & paſtori maximo, concinnanti mitras, vngentique ſacerdotes, & cingenti zonis, Petro temporis noſtri, ac Paulo dierum noſtrorum, & cingulo comprehendenti vniuerſum cœtum Chriſtianorum. Qui es loco Chriſti domini noſtri, tu ſedes in ſede alta & ſublimi principis apoſtolorum, tenentis claues regni cæleſtis, cui ore ſuo ſalutari dominus noſter dixit; Quidquid ligaueris in terra, erit ligatum in cœlo; & quidquid ſolueris in terra, erit ſolutum in cœlo: & ſuper eam fundauit eccleſiam ſuam, aduerſus quam portæ inferni nihil valebunt in generatione generationum. Nunc porrò tibi eam dedit Chriſtus Deus noſter, & ſeruator noſter, vt ſedeas ſuper eam. Tu item es fons, cuius aquæ non deficiunt, & quiſquis ſitiuerit, æquum eſt vt ex te bibat aquas vitales, vt ſedet ſitim ſuam. Tu es lucerna quæ non extinguitur, ſed illuſtrat omnes creaturas, vt candela quæ eſt ſuper candelabrum. Et vt Ioannes Baptiſta, qui poſuit dexteram ſuam ſuper caput Chriſti Dei noſtri. Et in te videt lumen vniuerſa reſpublica Chriſtiana, quæ eſt proles eccleſiæ ſanctæ. Tu es murus fortis ciuitatis, & matris ciuitatum, Romæ magnæ, quam piſcatus eſt princeps diſcipulorum Petrus, & prudens architectus Paulus, qui lumen præbuerunt omnibus hominibus diſtentis atque implicatis errore Satanæ. Tu es caput omnium patrum, ſicut erat Petrus caput omnium diſcipulorum, cui vt eſt data ſedes alta & ſublimis in terra, ſic his vltimis temporibus alta excelſáque eſt ſedes tua, ipſa Roma magna & celeberrima. Sed quid extendimus verba coram tua ſublimitate, paruum eſt os noſtrum, & breuis lingua noſtra: te verò ipſe Chriſtus qui te elegit ad hanc functionem, exaltauit atque in ſublime extulit, fecitque ſibi vas quod conueniat gloriæ ſuæ. Quapropter ſcito domine pater noſter electe, hoc eſt Papa, (cuius vita cuſtodita ſit in domino, amen) quòd nos ſerui tui miſeri peccatores Neſtoriani ſumus pupilli abſque patre, & abſque gubernatore, nequeupereſt ſuper nos firmentum patrum, nullus Metropolita, ſed ſoli duo aut tres Epiſcopi. Habebamus enim quendam Patriarcham retrò ab annis centum, qui nullum conſtituebat Metropolitam, niſi de ſtirpe, ac genere, familiáque ſua, atque ea familia illam conſuetudinem vſurpauit inde à centum annis vſque adhuc. Nunc porrò vnus ſolus ſupereſt Epiſcopus ex ea proſapia, qui & ipſe conatus eſt per impudentiam ita agere, vt egerunt illi qui ipſum fuere. Verùm nos non acceptauimus, neque proclamauimus ipſum; ſed ſubitò conuenimus ex omnibus locis orientalibus, & ex omnibus ciuitatib. & pagis, quæ ſunt circum ciuitatem Mozal, hoc eſt Attur, in vicinia Niniues, ex Babylonia, ex Cartha, ex Arbela, ex inſula quæ eſt in medio Tygris fluminis Edem, ex Tauris Perſiæ, ex Niſibi, ex Marde, ex AEmed, ex Haſan Cepha (hoc eſt, arce petræ, aut rupe forti) & ex reliquis locis Orientalibus ad Mozal, viri magnates, & ſacerdotes, ac monachi reliquúſque in Chriſtum credens populus, pro more, & conſtitutionibus canonum antè obſeruatorum: atque interrogauimus ſcrutatíq; ſumus inter omnes: ſed non inuenimus vllum, præter hunc, præditum charitate, & ingenio, doctum, vt doctorem, ac temperantem, cælibémque excellentem, inſigni vitæ probitate, & reuerentia, cui nomen & appellatio, magiſter noſter Siud. Eum igitur per vim ex loco habitationis ſuæ deduximus in medium cœtus credentium, viſúmque eſt fœliciter omnibus hunc eſſe, & dixerunt hunc eſſe idoneum ad hanc viam. Poſtquam autem fœliciter ita nobis viſum eſt, ſubitò conſcripſimus ei has literas apertas ad tuam celſitatem, quamquam indigni, miſimúſque ipſum ad pedes tuos ſanctos, & vnà cum ipſo viros tres ſummos primates inter credentes, Adamum, Thomam & Caleph. Cæterùm aſcenderunt cum ipſo verſus Ieruſalem circiter ſeptuaginta animæ ex optimatibus ſelectæ, qui erant noſtræ profeſſionis, atque viatico comitatúque eos inſtruximus ſecundum veterem conſuetudinem. Proinde ſupplices petimus à paternitate tua ſublimi, vt ſimul atque peruenirent ad te, conficias negotia ipſorum, ne reſtet deriſio, & ludibrium inter gentes, & eos qui ſunt profeſſionis noſtræ: ita vt non audeamus quenquam hominum intueri. Obſecramus itaque te, & eum qui tibi conceſſit hoc donum altiſſimum, vt mox vbi ad te peruenerint, ordines eum nobis Patriarcham, hoc eſt, Catholicum, ne maneamus pupilli abſque patre, & gubernatore, ac paſtore, & perturbetur ordo noſter ob fermentum ſacerdotale, relinquamúrque velut oues ſine paſtore,

ne

nec pereat labor quem ſuſtinent ex Oriente in Occidentem. Nam Dominus noſter dixit in euangelio ſuo ad diſcipulos ſuos: Gratis accepiſtis, gratis date omnibus quibus opus eſt de fonte vitæ. Et ſcribas ipſi literas & epiſtolam, déſque ipſi viaticum benedictionis: & benedicito locis orientalibus, vt exultet cor noſtrum. Itaque diſcedant abs te gaudentes: ſicut gaudebant Magiſtri Perſæ in Bethlehem, & de natiuitate Domini noſtri, & ſicut deſcenderunt paſtores in ſpeluncam, atque vt imbuerint Angeli gaudio mulieres, & alios. Præterea hoc ſcito pater noſter excelſe, quòd ſacerdotium noſtrum à priſcis temporibus ex Roma ſit, quæ eſt ſedes Petri principis Apoſtolorum: verùm ex quo confuſus eſt ordo Chriſtianorum à filiis Hagar AEgyptiæ, interrupta eſt via noſtra ad vos inde à ſpacio trecentorum annorum vſque ad hunc diem. Nunc porrò quandoquidem miſimus hunc ad pedes tuos ſanctos, obteſtamur ne remoreris ipſos, ne nos maneamus confuſi. & relinquatur cor noſtrum apud ipſos, doleátque anima noſtra. Sed citò remittito ipſos, quia ſitimus ad videndum eos ſicut terra quæ ſitit aquas, conficitóque prorſus citò citò. Sed non eſt æquum vt multis vtamur verbis apud celſitatem tuam: neque enim digni ſumus. Et tu ipſe noſti quòd quando filij egent, parentes ipſorum explent illorum indigentiam. Cæterùm Chriſtus dominus & Deus noſter cuſtodiat & ſeruet Reges veſtros, & benedicat locis veſtris ad preces dominæ noſtræ Mariæ, quæ peperit lucem & vitam, & domini Ioannis Baptiſtæ. Ita fiat.

ALTERA NESTORIANORVM EPISTOLA QVI ELEctum Patriarcham ſuum vſque Hieruſalem deduxerunt, ad Pontificem Romanum cuius primatum & dignitatem obnixè venerantur.

PATER patrum, & paſtorum maxime, qui concinnas mitras, & vngis ſacerdotes, atque incingis zonis: Petrus temporis noſtri, & Paulus dierum noſtrorum, ac cingulum quod comprehendit vniuerſos Chriſtianos: qui es loco Chriſti domini & Dei noſtri: ſedéſque ſuper ſedem Petri Apoſtoli, & te tenentis claues altitudinis & profunditatis, ad quem dixit dominus noſter: Quod ligaueris, erit ligatum, & quod ſolueris, erit ſolutum, & ſuper eam petram ædificauit eccleſiam ſuam ſanctam. Nunc porrò dedit eam tibi Chriſtus Deus noſter, vt ex ea diſpenſes ordines eccleſiaſticos pro eo ac opus fuerit gregi Chriſti, quem tradidit tibi, ne perturbaretur per lupos, qui ipſi odio proſequuntur, perirétque grex Chriſti, atque incurreret in malum: quicquid autem perit repoſcitur à paſtore. Tibi tradidit ſanctam ſuam eccleſiam, vt eius egeſtatem expleas eo theſauro qui non deficit, & eo fonte cuius aquæ nunquam exhauriuntur, & quantumuis multi ex eo bibent, augeſcit non autem minuitur. Tu es loco Petri, & prudentis architecti Pauli, qui omnes mortales illuſtrant eo munere quod ipſis datum fuerat à Spiritu Sancto, & à paſtore cœleſti, qui ſuo ſanguine illos redemit ab errore diaboli, & mutorum idolorum. Quia tu es pater vniuerſi populi Chriſtiani, ſicut Petrus caput omnium diſcipulorum, cui obuenerat ſors docendæ Romæ magnæ & celebris. At hoc noſtro tempore tibi illam dedit Deus, & elegit te, collocauitque ſuper eam, tradiditque eam tibi, quia ita ipſi placuit. Et elegit te ſicut Hieremiam ex vtero matris ſuæ, & ſicut Ioannem filium Zachariæ, qui dignus fuit vt imponeret dexteram ſuam capiti Chriſti Dei noſtri, & ſicut Athanaſium & reliquos patres veteres. Sed quid longa facimus verba coram tua celſitate, quum ſimus indigni, qui te elegit, is te exaltauit. Cæterùm ſcias, ô domine pater, cuius vita cuſtodita eſto, quòd nos ſerui tui Neſtoriani Orientales ſumus pupilli abſque patre, electo qui dare poſſit ordines ſacerdotales. Neque ſuperſunt apud nos Metropolitæ, quorum eſt ordinare Catholicum: ſed ſoli pauci Epiſcopi, Epiſcopus Arbelæ, Epiſcopus Salmaſti, Epiſcopus Adurbeigan, Eneuoſtigi conuenimus in inſulam, quæ eſt intra Tigrim flumen Eden, fecimúſque compactum inter nos, & miſimus pro hoc monachum Siud, & deduximus ipſum per vim de ſua ſtatione in medium populi: atque vniuerſus populus teſtabatur de ipſo, eſſe eum vtilem ad hanc viam. Igitur cùm conſideraſſent, approbaſſéntque ipſum omnes greges, illico aſcenderunt cum ipſo ad Hieruſalem primates nobiles, magnificus Meſſiud, & Abdias Ephraim, ac magnificus Chabib, prætérque hos alij Monachi, & ſacerdotes, ac diaconi, laicique atque intrauimus, conuenimúſque ad Monachum benedictum, & gubernatorem probum, dominum Paulum: eiúſque ſodalitium ſpirituale in ſancta Sion, in cœnaculo benedicto in quo ille habitat, petiuimúſque ab ipſo epiſtolam ad dignitatem tuam, per Iacobum interpretem, & ſcripſit nobis tres epiſtolas ad tuam celſitatem, multúmque gaudebat de nobis. Nos verò de-

dimus

dimus magiſtro noſtro Siud, atque cum ipſo miſimus tres viros primates, Thomam, Adamum, & Caleph, ante pedes tuos. Nunc igitur petimus à celſitate tua, abſoluito negotium ipſorum, & ordinato illum in Catholicum, datóque ipſi poteſtatem per verbum tuum, vt poſsit conferre gradus eccleſiaſticos, prout opus habuerit grex, pro more Patriarcharum, & vt ligare poſsit, & ſoluere pro conſuetudine Patrum, & Canonum Apoſtolicorum. Itaque oramus te pater noſter ne ſis illis in mora, ne maneat cor noſtrum apud ipſos, ſed citò remitte ipſos, & ſcribito ipſi literas & epiſtolas, ac benedicito locis noſtris. Iam verò eſto ſaluus, & cuſtoditus in domino noſtro.

Arthride laborans Iulius III. cum ſeueriore victus regimine medicorum conſilio ad ſedandos dolores vteretur, grauiorem contraxit morbum (ſic fumum fugientes in ignem incidimus, currit quiſpiam ne pluuia madeſceret & in foueam præfocatus eſt) à quo diem obiit die Sab. X. Cal. Martij inter horam decimam nonam & vigeſimam. Pontificatus anno quinto, menſe primo, & die 16. Corpus conditum eſt in Sacello S. Andreæ Apoſt. apud Baſilicam Principis Apoſtolorum.

MARCELLVS SECVNDVS.

Etruſcum habuit parentem è Ceruina familia non minoris notæ, in agro Piceno natus, optimis diſciplinis præclarè eruditus Clementi VII. chariſſimus, à Paulo III. Doctorum æquiſſimo æſtimatore primum Epiſcopus Eugubinus, ac legatus in Belgium apud Cæſarem, decima Patrum ordinatione Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Ieruſalẽ creatus eſt, & poſt Iulium 3. ſolenni pompa Anno M.D.LV. Pontifex Maximus inauguratur. Marcelli nomen Adriani VI. exemplo allectus retinuit. Cibi ac vini parciſſimus. Omnium dignitatum ſublime quoddam, ſed æquè difficilimum in Pontificatu recognoſcebat. Affines & propinquos nec Romam venire, nec Petri patrimonio locupletari voluit.

I.

Prorogatio ſubſidij triennalis trecentorum millium ſcutorum ſuper fructibus beneficiorum à Paulo III. impoſiti ad Triennium.

MARCELLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

HIS proximis diebus quibus fel. rec. Iulius Papa Tertius prædeceſſor noſter, ſicut Domino placuit rebus eſt humanis exemptus; Camera Apoſtolica ea in egeſtate reperta fuit, vt neque ipſius prædeceſſoris exequiæ modo ſolito, neque Conclauis expenſæ commodè fieri potuerint, quinimo ad eas ſatis remiſſè faciendas oportuerit multum æs alienum cum graui ipſius Cameræ iactura contrahere. Verum cum ex ordinariis eiuſdem Cameræ redditibus huiuſmodi diſolui, & moles expenſarum, quæ pro orthodoxæ fidei defenſione, & ſtatus S.R.E. conſeruatione nobis indies ſubeũdæ ſunt, ſuſtineri nequeant cogimur ad ſolita præfatæ Cameræ ſubſidia, præter mentis noſtræ inſtitutum recurrere. Cum itaque alias de anno videlicet milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio proximè præterito piæ mem. Paulus Papa Tertius, etiã prædeceſſor, noſter animaduertens ex variis onerum impoſitionibus, tunc vigentibus nihil aliud magis euenire, quam Commiſſariorum, & aliarum perſonarum cum Camera Apoſtolica contrahentium lucra, ac ſubditis ipſis innumerabiles expenſas, ipſis forſan principalibus oneribus grauiores: Volens in præmiſſis opportunè prouidere, de fratrum ſuorum de quorum numero tunc eramus conſilio, cum laudabili rei directione cunctis impoſitionibus extraordinariis ſublatis vnum vnicuique

Aere alieno grauata Camera Apoſtolica ſubſidio leuatur.

cuique ſubſidium trecentorum millium ſcutorum per totam ditionem eccleſiaſticam pro triennio ſoluendum, & exigendum impoſuerit, & cum ſubſidium huiuſmodi ſpontanea ſubditorum voluntate acceptatum fuiſſet, & ex eo ſumma trecentorum millium ſcutorũ huiuſmodi ad Cameram præfatam annuatim præuenire non poſſet ad ſupplendam ſummæ deficienti, aliud quartæ partis fructuum à congregationibus regularibus Italiæ. & aliud vnius decimæ à ſæcularibus, ac aliud etiam quartæ partis fructuum eccleſiaſticorum à regularibus perſonis ab eiſdem cõgregationibus ſeparatis per totam Italiam exiſtentibus, necnon reliquum vnius vigeſimæ ab Hebræis ditionis eccleſiaſticæ exigenda, & per eos, ac omnes alios ad quos ſpectabat triennio durante dictæ Cameræ apoſtolicæ annis ſingulis integrè perſoluenda ſubſidia, etiã impoſuerit: Et ſubſidia huiuſmodi Paulus primo ad duo ſucceſſiuè, & deinde Iulius prædeceſſores præfati ad reliquum extunc immediatè ſubſecuta triennia prorogauerint, prout in diuerſis ipſorum prædeceſſorum deſuper confectis literis plenius continetur, ipſáque ſubſidia quiete, & ſine aliquo cõmiſſariorum, & expenſarum grauamine, & cum maxima ſubditorum, & perſonarum quæ illa ſoluerunt ſatisfactione exacta fuerint: Nos confidentes ſubditos, & congregationes, ac Hebræos præfatos ex notorietate noſtrarum, & dictæ ſedis neceſſitatum onus ſubſidiorum eos tangentium vt antea fecerunt libenti animo ſubituros, trecentorum millium ſcutorum his modo, & forma quibus vltimo loco exactum fuit, & quartæ partis fructuum congregationum regularium Italiæ, ac vigeſimæ Hebræorum ditionis eccleſiaſticæ ſubſidiorum impoſitiones huiuſmodi, necnon conuentiones deſuper cum eiſdem ſubditis per ipſorum prædeceſſorum agentes ſuper præmiſſis factas, & initas, earum ac omnium, & ſingularum perinde confictarum ſcripturarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus & eo ſufficienter expreſſis habentes, ad aliud triennium à fine vltimo dicti triennij computandum, & deinde neceſſitatibus noſtris prædictis durantibus ad noſtrum, apoſtolicæ ſedis beneplacitum, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium extendimus, & prorogamus, ac extenſas, & prorogatas, necnon trecentorum millium, iuxtà conuentiones prædictas, & quartæ partis fructuum congregationum, ac vigeſimæ Hebræorum huiuſmodi ſubſidia integrè & iuxta verum eorum valorem ad vltimo dictum triennium, vt præfertur, computandam ſolui, & exigi: ac Cameram prædictam pro neceſſitatibus huiuſmodi præuenire debere decernimus, & quatenus opus ſit ſingula vltimo dicta ſubſidia in locis, & terminis, ac ſub modis, & formis prædictis ſingulis annis exigenda pro vltimo dicto triennio, & ad beneplacitum huiuſmodi de nouo imponimus, & impoſita eſſe decernimus. Quocirca dilecto filio Guidoni Aſcanio, ſanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali de ſancta Flora nuncupato, Camerario noſtro (quem vltra ordinariam ſui Camerariatus officij auctoritatem ſubſidiorum huiuſmodi Collectorem generalem, cum facultate tot quot ſibi videbuntur neceſſarij Commiſſarios ad ſingula vltimo dicta ſubſidia exigentium deputãdos, necnon quæcunque dubia declarandi & quaſcunque compoſitiones & concordias cum ſingulis congregationibus, & Hebræis ſupradictis, etiam de nouo, ſi ſibi videbitur faciendi, & ordinandi, conſtituimus, & deputamus,) per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vltimo dicta ſubſidia iuxta eius prouidam ordinationem exigi, & ad dictam Cameram apoſtolicam peruenire faciat, contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & pœnas etiam pecuniarias eius arbitrio infligendas, & applicandas, ac appoſitionem interdicti, aliáque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcẽdo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis Decernentes ſubditos, ac congregationes. & Hebræos prædictos a vltimo dicta ſubſidia ſingulis annis, ac modis & formis præmiſſis vltimo dicto triennio, & beneplacito huiuſmodi durantibus integrè ſoluendum, omni contradictione ceſſante teneri. Ac declarantes quod omnes, & ſinguli penſionarij Congregationum earundem, ſeu ij quibus loco penſionum fructus Congregationum huiuſmodi in toto vel in parte reſeruati ſunt, cuiuſcunque, conditionis, vel dignitatis exiſtant (S.R.E. Cardinalibus & dilectis filiis fratribus hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani duntaxat exceptis) ad ſubſidij quartæ partis fructuum huiuſmodi præſtationem in omnibus,

Etſi Marcellus piiſsimus vt refert Onuphrius in mentem induxiſſet ſe vectigalia & onera publica per ſuperiores pontifices impoſita, vel abſoluturũ vel ad modeſtã quandam rationem reducturum, initio tamen Pontificatus ærario exhauſto, & magno ære alieno inſuper contracto: coactus eſt præter animi ſui ſententiam propoſitum mutare & ſubſidium illud triennale trecentorum millium aureorum à Paulo 3. indictum continuare, quod tempus præſcriptum exactum eſſet quo in maximis Romanæ Eccleſiæ neceſſitatibus ſubleuari poſſet. Sedis enim apoſtolicæ ſtabiles reditus ſunt CL. millia aureorũ, reliqui ex hoc ſubſidio, & XXX. millia qui cẽſibus hauriuntur, priori pecuniarum indictione quartã partem redditũum congregationum regularium ac vigeſimam Hæbreorum adiunxit.

Quod vectigal Cardinalium pauperum ſuſtentationi addicere decreuerat. Eius præcipua cura erat æs alienum Eccleſiæ ſoluere. Quo perfecto, quæ de vectigalibus minuendis, vel tollendis conſtituerat ocyſſimè exequi. Id vt faciliùs fieret ſe neque bella geſſurum: neque inſanis ſubſtrictionibus vacaturum aut propinquis ſuis principatus empturum publicè profeſſus eſt. Qua parſimonia illud ſibi certò perſuadebat, breui Eccleſiæ Romanam ære alieno liberaturum. Cum aliquando eius menſæ cochlear & alia inſtrumenta antea appoſita eſſent argentea ſufficere dixit. clibanũ pro argenteo æreum voluit & ex iis pecunias vſibus apoſtolicæ ſedis conflari iuſſit.

& per omnia periade, ac ſi illa eis nominatim, & expreſſè per præſentes impoſita fuiſſent, clauſulis, & decretis in literis apoſtolicis reſeruationum penſionum, & fructuum huiuſmodi appoſitis, etiam quod penſiones, & fructus huiuſmodi ab omni decima, ſubſidio charitatiuo, & quouis alio onere, tam ordinario, quam extraordinario quauis etiam apoſtolica auctoritate, etiam pro expeditione tam defenſiua, quam offenſiua contra Turcas, & alios Infideles, aut reipublicę chriſtianę ab illorum conatibus quauis defenſione, ac etiam pro recuperatione Terræ Sanctæ, ſeu fabricæ baſilicæ principis Apoſtolorũ de Vrbe, vel pro alia neceſſitate, ſeu inexcogitabili cauſa à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, etiam motu, & ſcientia ſimilibus impoſitis, vel imponendis, exempti ſint, diſponentibus nequaquam obſtantibus pro rata teneantur, & efficaciter aſtricti ſint Quodque congregationes ipſæ ſuper quarum fructibus pẽſiones, ſeu quarum fructus ſic aſſignati, ſeu reſeruati exiſtunt, poſſint ſatisfacere ratam penſionariorum ſuorum, ſeu eorum quibus fructus ſunt reſeruati, ac liberè poſtmodum ſua propria auctoritate penes ſe ſeu pro ſe retinere totum illud quod pro ipſis penſionariis, ſeu pro eis quibus fructus huiuſmodi ſunt reſeruati re ipſa, & cum effectu perſoluerint. Et nihilominus penſionarios, ac eos quibus fructus huiuſmodi reſeruati ſunt, per agentes dictæ Cameræ apoſtolicæ ad ſolutionem quartæ partis penſionum, ac fructuum reſeruatorum huiuſmodi reſpectiue vltimo dicto triennio durante, iuris, & facti remediis opportunis cogi, & compelli poſſe volumus, Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus. & ordinationibus apoſtolicis, necnon congregationum, & illarum ordinum huiuſmodi iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quibuſuis priuilegiis, indultis & exemptionibus, ac etiam in corpore iuris clauſis immunitatibus, & literis apoſtolicis eiſdem ordinibus & congregationibus, ac illorum locis, & perſonis generalieer, vel ſpecialiter ſub quibuſcunque verborum formis, & expreſſionibus ab eadem ſede conceſſis. Quibus, & literis apoſtolicis reſeruationum, penſionum, ac fructuum huiuſmodi, necnon quibuſuis obligationibus, etiam in forma Cameræ cum iuramenti, & cenſurarum, ac mandati executiui ſuſceptione, vel alias deſuper factis, etiamſi de illis eorũque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda ſit, & in eis caueatur expreſſè, quod per huiuſmodi clauſulas generales, etiã ſpecialem mentionem importantes eis derogatum non cenſeatur nec derogari videatur, niſi ſub certis modo, & forma in eis expreſſis tenores huiuſmodi pro expreſſis, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi penſionariis, vel aliis percipientibus fructus congregationum huiuſmodi, ac ipſis congregationibus, & ordinationibus, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultũ, quod ad ſolutionem, vel præſtationem alicuius ſubſidij minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu propter ea grauari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis priuilegiis indultis, & literis apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter nõ inſerta effectus earum impediri valet quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quoad præmiſſa volumus nullatenus ſuffragari. Vt autem præſentes ad omnium notitiam deducantur, eas in valuis Baſilicarum principis Apoſtolorum, & S. Ioannis Lateranen. de dicta Vrbe affigi, ſeu appẽdi volumus, quæ eas ſuo quaſi ſonoro præconio publicabunt, vt iis quos præmiſſa contingunt, quod ad ipſos non peruenerint: aut ea ignorauerint, nullam poſſint executionem prætendere ſeu ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile apud ipſos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus extitit publicatum. Ceterum quia difficile foret præſentes ad ſingula loca in quibus expediens fuerit deferre volumus, & auctoritate apoſtolica prædicta decernimus quod earundem præſentium tranſumptis manu alicuius ex dictæ Cameræ apoſtolicæ Notariis ſubſcriptis, & ſigillo Camerarij noſtri munitis, ea prorſus fides in iudicio & extra in omnibus, & per omnia adhibeaiur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ

hibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datnm Romæ apud ſanctũ Petrum Anno Incarnationis Dominicę, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto, quartodecimo Calendas Maij, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Vnicam huius Pontificis conſtitutionem hic retulimus. Fatis publico bono inuidentibus hunc citius poſt coronationem mors ſuſtulit. Cum enim parum eſſet proſpera valetudine, & publicis muneribus Comitiorum & rerum gerendarum pertinacius incumberet fatigatus duodecimo Pontificatus die febri corripitur à qua decimo poſtea occubuit. Magno ſui apud omnes relicto deſiderio, cadauer biduo inhumatum in baſilica S. Petri die Mercurij Cal. Maij. M.D.LV. conditum eſt.

PAVLVS QVARTVS.

Ioannes Petrus Caraffa Neapolitanus, Ordinis Diui Dominici inſtitutũ in ipſa pueritia petiit, ſed hinc à parentibus optimo propoſito reclamantibus vi abductus eſt, & ad Archigymnaſia frequentiora Italię literis inſtituendus demiſſus palmam retulit ſacræ Theologiæ, Latinis, Græcis iuxtà ac Hebræis literis apprimè edoctus. Quamobrem apud Pontificem ſui nominis ſplendor plurimum effulſit, à quo Archiepiſcopatu Theatino donatus eſt, ſed ſpretis orbis oblectamentis contemplationi penitus ſe addixit, infulas Epiſcopales relinquit, nouum collegium Patrum Theatinorum à Theate oppido ſic dictorum Clementi ſeptimo anno M.D.XXVIII. confirmatum, & hodie in Italia célebre inſtituit. Demum Pontificiis litteris Pauli III Romam euocatur, illicq; Cardinalis præsbyter tituli S. Clementis deſignatus Marcello I. ſucceſſit Anno M.D.LV. Cal. Iunij. Multa edicta tulit ad reparandam Eccleſiæ diſciplinam. Hiſpanorum nomen odit Gallorum ſtudioſiſſimus. Illi ſolenni decreto S. P. Q. R. ſtatuam marmoream in Capitolio initio ſtatim Pontificatus erexit.

I.

Annullatio alienationum quorumcunque bonorum Eccleſiaſticorum in damnum Eccleſiarum.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

De prohibitione alienationis bonorum Eccleſiæ primam habes totius huius operis conſtitutionem ſub Gregor. 9. fol. 1. Cor. 2. vol. conſ. 187. & Barb. in 5. vol. conſ. 6. in 2. col. & ſeq. Lud. Rom. conſ. 36.

INIVNCTVM nobis deſuper, meritis licet imparibus Apoſtolicæ ſeruitutis officium, mentem noſtram continuò pulſat vt bona eccleſiaſtica, quæ cæca hominum cupiditate occupata detinentur, noſtræ operationis miniſterio, ad ius, & proprietatem eorum, quorum antea erant, omninò reducantur. Cùm itaque (ſicut nobis innotuit licet alias fe. re. Symmachus Papa prædeceſſor noſter prædium Eccleſiæ pro aliqua neceſſitate quouis modo alienari, aut iura eccleſiæ in vſufructuum dari prohibuerit, & lege huiuſmodi omnes Cuſtodes aſtringi, ac donatorem, ac cenſuatorem, & venditorem honorem perdere, & qui præmiſſis ſubſcriberet, anathema eſſe cum eo, qui daret, ſiue reciperet, niſi reſtituerentur, & quaſlibet eccleſiaſticas perſonas contradicere, & cum fructibus alienata repoſcere poſſe, hócque non ſolum in Eccleſia Ro. conſeruari, verumetiam in vniuerſis per prouincias eccleſiis conuenire voluerit. Et piæ me. Paulus Papa 2. etiam prædeceſſor noſter omnium rerum, & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omnémque pactum, per quod ipſorum

ipſorum dominium transferretur,ac conceſſionem,hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium necnon infeudationem, vel contractum emphiteuticum,præterquam in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus,& bonis in emphiteoſim ab antiquo concedi ſolitis fieri prohibuerit. Et ſi quis contra huius poſterioris prohibitionis ſeriem de bonis,& rebus eidem quicquam alienare præſumeret,alienatio,hypotecha,conceſſio,locatio,conductio,& infeudatio huiuſmodi nullius omninò eſſent roboris,vel momenti,& tam qui alienaret, quam qui alienatas res,& bona reciperet ſententiam excommunicationis incurreret, & nihilominus res,& bona alienata huiuſmodi ad eccleſias monaſteria,& loca pia, ad quæ antea pertinebant, liberè reuerterentur. Nihilominus à nonnullis annis citra diuerſæ perſonæ,tam ſeculares,quam eccleſiaſticæ complura caſtra,terras,oppida, ciuitates,& loca,tam Romanæ prædictæ, quam diuerſarum cathedralium, etiam Metropolitan.& aliarum eccleſiarum necnon monaſteriorum,domorum,& aliorum regularium locorum,ac hoſpitalium,& aliorum piorum locorum,prætextu diuerſarum alienationum,eis de caſtris terris oppidis, ciuitatibus, & locis prædictis in euidens damnum eccleſiarum,monaſteriorum,domorum,hoſpitalium,& aliorum regularium,& piorum locorum,ſeu alias non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis factarum occupauerint,& occupata detinuerint, & detineant de præſenti, ac exinde factum ſit,vt non ſolum eccleſiarum,monaſteriorum,& domorum Prælati,ac hoſpitalium,& aliorum regularium, & piorum locorum huiuſmodi Rectores,qui ex fructibus,redditibus,& prouentibus caſtrorum,terrarum oppidorũ, ciuitatum, & locorum huiuſmodi eccleſias, monaſteria, & domos ,hoſpitalia, & alia loca prædicta gubernabant, &illuſtrabant, ac eorum miniſtris alimoniam præbebunt,notabiliter ſint damnificati, verumetiam Roman. Pontif. qui antea egenis,& miſerabilibus perſonis, præſertim nobilibus ad hanc almam Vrbem pro tempore confugientibus alimenta abundè ſubminiſtrare conſueuerat,vix ſe,& familiam ſuam ſuſtentare, ne dum aliis alimenta ſubminiſtrare poſſit. in diuinæ maieſtatis offenſam, & ordinis clericalis opprobrium , ac plurimorum Chriſtifidelium ſcandalum. Nos præmiſſa conniuentibus oculis pertranſire nequeuntes quinimò cupientes eis, quantum cum Deo poſſumus, opportunum remedium adhibere,Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,omnes & ſingulas alienationes,& in emphiteoſim,ſeu ſenſum perpetuum,aut tertiam,vel aliam generationem, ſeu hominis vitam , aut aliud tempus vltra triennium locationes,vel occaſiones,ſeu permutationes, hypothecas, & obligationes de quibus caſtris,terris,oppidis,ciuitatibus,& locis, aut aliis bonis immobilibus,ſeu rebus,& iuribus,tam ſpiritualibus quam temporalibus eiuſdem Romanæ,& quarumcunque cathedrarum , etiam Metropolitan. & aliarum eccleſiarum,necnon monaſteriorum,domorum,& aliorum regularium locorum,& quarumuis beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura,& ſine cura,ſecularium , & quorumuis ordinum regularium, necnon hoſpitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet, per quoſcunque etiam Rom.Pontif. prædeceſſores noſtros, ſeu eorum auctoritate,vel mandato Camerarios ſuos,& clericos Cam.apoſt. præſidentes,ac quoſuis eccleſiarum monaſteriorum,& domorum Prælatos,& beneficiatos necnon hoſpitalium,& aliorum regularium,& piorum locorum Rectores, cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus,ordinis,& conditionis exiſtentes,etiam ſi Cardinalatus honore pollerent,in damnum Eccleſiæ, ſeu non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis,aut alias nulliter hactenus factas,&contractus ſuperinde ſub quibuſuis formis,& verborum expreſſionibus habitos & celebratos, etiam ſi iuramento vallati exiſtant,* &quantumuis longa temporis præſcriptione robur ſumpſiſſe dici poſſint,ac ipſius Romanæ Eccleſiæ fauorem,aut commodum concernant, eorum omnium tenores,ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium reſcindimus, irritamus, caſſamus,& annullamus,ac viribus omninò euacuamus,ac pro reſciſſis,irritis,caſſis,& nullis,ac penitus infectis haberi volumus. Ipſoſque detentores ad caſtra,terras,oppida,ciuitates,& loca occupata,ac bona,res,& iura prædicta Rom & cathedralibus,etiam Metropolitan.ac aliis eccleſiis, necnon monaſteriis, domibus, hoſpitalibus

Iulius hic annullat alienationes quæ factæ ſunt à prædeceſſoribus in damnum Eccleſiarum vel non ſeruatis ſolemnitatibus. Sũt enim hæ duæ potiores cauſæ ſine quibus contractus labefactatur, & irritatur auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccleſ. Eccleſiaſticarum itaq; alienationes abſque diligenti cauſæ cognitione & negotij tranſactione, irritæ atque inutiles futuræ ſunt, Soc. conſ. 25. libr. 1. Dec. conſ. 142. Rebuff. in c ſine except. 12. q. 2.

**Minime talis cõtractus ſeu alienatio iuramento confirmatur, & conſequenter ſi iuramentũ præſtitum foret ab alienante nequaquam iure alienationis poſſet in emptorẽ trãſferri, cum iurãtis poteſt ſi non ſubſit. l. apud Iulianum § fin. ff. de leg. 1. & l. inter ſtipulantem. § ſacram. ff. de verb. oblig. ita voluit Bart. col. fin. in l. ſi quis eo. ff. de fideiuſſ.*

ſpitalibus,& beneficiis,ac regularibus,& piis locis relaxandum,& de fructibus,tam hactenus perceptis,quam in poſterum percipiendis realiter ſatisfaciendum teneri, & ad id etiam ſententiis,cenſuris,& pœnis eccleſiaſticis,ac etiam pecuniariis,omnibúſque aliis opportunis iuris, & facti remediis cogi, & compelli poſſe. Sicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque iudices,& commiſſarios, quauis auctoritate fungentes,etiam cauſarum Palatij apoſtolici Auditores,& ipſius Rom. Eccleſ.Cardinales,ac eorum collegium in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi auctoritate,& facultate iudicari,& diffiniri debere ac ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo,&c. Si quis autem,&c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum,anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto,Pridie Iulij,Pontificatus noſtri anno primo.

PAVLVS IIII. *Oeconomiam* Eccleſiæ Romanæ *multorum incuria diſſectam, & inopem ſubleuaturus edicto decreto prædia & bona* Eccleſiarum *malè & ſimoniacè alienata,quæ à multis aut occupata aut temerè empta fuerant, magno multorum damno poſſeſſoribus deturbatis reſtitui iuſſit. Simoniam & omnem prohibitum quæſtum ab Eccleſia* Romana *fugauit,nihilq́, apud eum minus gratiæ conſequutum eſt ipſa beneficiorum cauponatione.Oſio antiquo familiari* Datario *declarato* Datariatus *redditus ſuſpendit,eúmque ſeuerè monuit: vt nullas pecunias pro impetrandarum quarumlibet rerum, quæ conceſſione parum dignè viderentur,compoſitionibus acciperet,optimus enim* Pontifex *multa nefariè hoc munere cogi ab his quibus exulcerata erat conſcientia praua auri cupiditate exiſtimabat. Omnium enim* Pontificum *ſemper fuit animus ab illicitis illi abſolutionis diſpenſationis aut compoſitionis licitationibus alienus,variiſq; pœnis ſceleſti illis* Venditores *modo furcis, modo perpetuis carceribus tanquam* Simoniæ *& peculatus rei flagitium expiarunt. Inſciis tamen* Pontificibus *tanti abuſus flagrant, vt frequenter hæretici nobis obiiciant omnia eſſe venalia* Romæ *& omnium quantumuis grauiſſimorum criminum præſcripto pretio pœnis liberari flagitioſos.Quod vt indignum dictu ſic factu incredibile ſemper viſum eſt iis qui reuoluunt horum* Pontificum *conſtitutiones quibus nihil antiquius eſt quam pœnitentiariæ officium reformare, vt ſub* Pio V. *dicetur.* Hic *ergo* Pontifex *cum officiis omnibus conſuluiſſet, etiam ſibi &* Pontificiæ *ſedi prodeſſe voluit. Plurima erant temerè nimis alienata, ob belli,& cladium publicarum ſubſidium, quorum contractus irritos eſſe declarauit. Sciebat vir probè eruditus in vtraque iuris pagina alienationes rei* Eccleſiæ *regulariter prohiberi,non ignorabat res* Eccleſiæ *humanæ conuentioni nullatenus ſubiectas eſſe. Veruntamen non deſunt caſus quibus bona* Eccleſiæ *alienari poſſint. Vt ergo ex oppoſitis effulgeat lux huius conſtitutionis. dicamus primum quomodo hæc alienatio permittatur,& qua ratione irritetur & anulletur. Commune eſt omnium Iuriſperitorum conſultum res* Eccleſiæ *non poſſe alienari, niſi ex cauſa neceſſaria,vel vtili* Eccleſiæ, *vel ex cauſa pietatis,vel damni euitandi* Curt.Iun.conſ. 130.*num.3.*

Hæc dilucidè tractantur apud Menochium *& breuibus his verbis comprehendi poſſunt. Prima cauſa eſt neceſſitas vt cum æs alienum imminet. Secunda, cùm ob cauſam pietatis vt in redemptionem captiuorum vel alimoniam pauperum c.horum.*12.*q.*2.*Tertia vtilitas gl.in l.cùm hi.* §.*eam tranſactionem.in ver.alimentarius.& ibi* Bal. *&* Ang.*ff. de tranſact.* Abb. Sic.*&* Al.*in c.*1.*de his quæ fiunt à præl.gl. in c.*1.*ne ſede vacan. &* Alex. *in l.cum lex.de fideiuſſ.* Ro.*conſ. propoſitum.& conſ.*453. *Quarta cauſa incommoditatis vel minoris vtilitatis c.terulas.*12.*q.*2. Abb.*in c. nulli liceat. de reb.* Eccleſ. *non alien. Perpenſis cauſis iuſtis alienationis, vnum adhuc videtur ſummopere neceſſarium:nempe* Solennitas. *cap.*1.*de reb. eccl.non alien.in* 6.*& in clem.*1.*eod.tit.gl.in verb.redire.in c. extra de in integ. reſt.Spretis etenim nec obſeruatis ſolennitatibus contractus geſtus cum eccleſia infirmatur. auth. hoc ius porrectum.*C.*de ſacroſ. eccl. Quomodo ergo fieri debeant rerum eccleſiaſtic.alienat. & quæ requirantur ad earum alienationum ſolennitates,paſſim doct.in c.*1.*& in c.cum apoſtolica. extrà.de his quæ fiunt à præl. ſine conſenſu.c. & præſertim ibi* Io.*de* Imo. *& in conſ.* 115. *&* 116. *& gloſ & idem* Do.*de* S.Gemin.*in c.*1.*de reb.eccl. non alien. &* Maria Soci.Sen.*in conſ.*15.*& in conſ.*29.*in* 1.*vol.*Bart.Soc.*in conſ.*55.*in* 4.*vol.* Alex.*de* Imol.*in conſ.*17.*in* 4.

vol. conſ. & nouiſſimè Rolan. à Valle, in conſ. 15. in 1. to. tractant. Sed quæritur cùm tractatus de forma in alienatione rei eccleſiaſticæ ſit, an iſte tractatus pluries fieri debeat, an verò vnus ſufficiat? Ad hanc quæſtionem reſpondet dubitatione Speculator inquiens, quod iſte tractatus debet pluries fieri, ſaltem ter & de qualibet vice publicum debet fieri inſtrumentum: quod durum videtur in tit. de loca. §. ſequitur. verſ. & ſcias. lib. 4. parte 3. Verùm vnicum tractatum ſufficere firmat ibidem Io. And. in verbo, videtur: niſi in nigris monachis S. Benedicti, vigore conſtitutionum dicti ordinis, requirentium tractatus duorum dierum interpellatorum. Et hanc ſententiam approbant Domini. de S. Gemin. in d. c. 1. ibi gl. in verbo, tractatus. Maria. Soc. Sen. in d. conſ. 29. nu. 19. ver. & debet. Quare vnicum tractatum ſufficere com. opi. doct. receptum eſt. Io. de Imo. in d. c. nu. 15. verſ. an autem ſufficiat vnicus tractatus. ext. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu c. Maria. Soc. in d. conſ. 15. nu. 33 & in d. conſ. 29 nu. circa ſi. Cuius quæſtionis quoque mentionem facit Io. Bertach. in tract. de epiſc. in 4. par. §. de poteſtate epiſc. in temporal. circa res eccle. nu. 113. 38. q. in 2. vol. tract. doct. & Rol. in d. conſ. 15. in prin. 1. vol.

Ob defectum ſolennitatis itaque & cauſa legitima Pontifex declarat irritas & inanes priores quaſcunque annullationes in detrimentum Romanæ Eccleſiæ, quam leges omnium longiſſima præſcriptione bearunt. Centeſiana enim præſcriptio aduerſus eam requiritur: quod probatur in d. authe. quas actiones. & in cap. ad audientiam. ca. cum nobis. de præſcr. cap. nemo. 16. quæſt. 3. modò in præſcriptione principale damnum & præiudicium fiat Romanæ eccleſiæ: alioqui ſi principale damnum inferior fiat, licèt quodammodo ex hoc & Romanæ eccleſiæ præiudicetur, præſcriptio ordinaria ſufficiet: ſicuti innuit ipſe Romanus Pontifex in d. cap. ad audientiam. ibi, principaliter. quo in loco gl. ſenſit quòd poſſit quis tempore ordinario præſcribere ius vtile alicuius rei aduerſus obtinentem illud à Romana eccleſia quæ directum habet, cuique in ipſo directo non præiudicatur. Eandem opinionem ſequuntur Card. Imol. Abb. & Fel col. penult. in d. cap. ad audientiam Rom. conſi. 169. col. penul. Baldus de præſcriptio. 5. part. prin. col. 6. verſ. ſecundo limitat. & eſſe communem opinionem fatetur Soc. conſi. 166. lib. 2. col. 19. tametſi Hoſt. Ioan. Andre & Anton. in d. c. ad audientiam. exiſtiment adhuc in hac ſpecie requiri centum annorum præſcriptionem ipſo domino directo ignorante: nam ſciente, ipſe Hoſt. ſentit ſufficere triginta annorum præſcriptionem tex. in c. 1. §. atque per triginta ſi de feudo fuer. controuer. quod & Panor. atque Imol concedunt. Hoſtienſis diſtinctionem ſequuti: in quo aduertendum eſt, quia ſi dominus directus receperit à feudatario ſeruitia, aliáque directi dominij iura per triginta annos, nullam poterit allegare ignorãtiam, & ideò quo ad vtile dominium præſcriptio triginta annorum ſufficiet. iuxtà gl. & communem, quam etiam ſequuntur Iaſ. in l. 1. col pen. C. de ſer. fugiti. idem Iaſ. n. in l. vlt. C. de ſacroſ. eccl. col. 6. Ang. & Imo in l. vſucapionem. ff. de vſucap. Abb conſ. 18. & conſ. 62. lib. 2. col. vltim. & Aymon. Sauilli. in tract. de antiquit tempo. 4. parte. §. abſolutu num. 27. 28. Quòd ſi contigerit vera ignorantia domini directi, non ſufficiet hæc præſcriptio, qua ipſe valeat contradicere, & hunc præſcribentem vtili dominio priuare, cùm non cogatur dominus directus nouum feudatarium inuitus admittere: quemadmodum Hoſti. Ioan. Andr. Antoni. Abb. & Imola in d. c. ad audientiam. & Secin. in d. conſ. 266. ſignificare, & aſſerere videntur de his conſule Couarruuiam.

Pontificis conſtitutionem fultam iuris authoritatibus hoc ſcholio teſtati ſumus, vt ad illius explicationem nihil amplius deſiderari poſſit.

II.

In Trinitarios & Diuinitatem Ieſu Chriſti, aut eius Conceptionem de ſpiritu ſancto ex intemerata Virgine negantes.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam:

CVM quorundam hominum prauitas atque iniquitas eo vſque noſtris tẽporibus proceſſerit, vt ex illis, qui à catholica fide aberrant & deſciſcunt, plurimi quidem non ſolùm diuerſas hæreſes profiteri, ſed etiam ipſius fidei fundamenta negare præſumant, & eorum exemplo multos in interitum animæ deducant: Nos cupientes, pro noſtro paſtorali officio & charitate huiuſmodi homines, quantum cum Deo poſſumus, à tam graui & peſtilenti errore auocare, ac cęteros ne in talem impietatem labantur, paterna ſeueritate admonere, omnes & ſingulos, qui hactenus

aſſeruerunt, dogmatizarunt, vel crediderunt Deum omnipotentem non eſſe Trinum in perſonis, & incompoſita omninò indiuiſáque vnitate ſubſtantiæ, in vnum vnamet ſimplici diuinitatis eſſentia. Aut Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non eſſe verum Deum eiuſdem ſubſtantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu ſancto aut eundem ſecundum carnem non eſſe conceptum in vtero Beatiſſimæ ſempérque Virginis Mariæ de Spiritu ſancto, ſed ſicut cæteros homines ex ſemine Ioſeph. Aut eundem Dominum ac Deum noſtrum Ieſum Chriſtum non ſubiiſſe acerbiſſimam Crucis mortem, vt nos à peccatis & ab æterna morte rediineret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret. Aut eandem beatiſſimam Virginem Mariam non eſſe veram Dei matrem, nec perſtitiſſe ſemper in virginitatis integritate ante partum ſcilicet, in partu, & perpetuo poſt partum, ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Apoſtolica auctoritate requirimus & monemus quatenus infra ſpatium trium menſium à publicatione præſentium in Romana Curia, quo ad reſidentes in ea, modo infraſcripto, extrà eam vero: quo ad alios in illa non reſidentes, modo & forma diœceſanos ſtatuendis, facienda incipiendorum, quos pro primo, ſecundo, & tertio, ac peremptorio termino, ac monitione canonica eis & eorum cuilibet aſſignamus, ab eorum aſſertione, dogmatibus, & crudelitate huiuſmodi, ac quibuſcunque aliis in fide prædicta erroribus, in quos hactenus lapſi ſunt, reſipuiſſe, & ad vnitatem eccleſiæ redeundo: aſſertionem, dogmata, & crudelitatem, ac alios errores huiuſmodi in manibus inquiſitorum hæreticæ prauitatis, ciuitatum, & locorum, quibus ad præſens degunt, realiter & cum effectu abiuraſſe, & infra alios tres menſes à die abiurationis huiuſmodi inchoandos, de eadem abiuratione venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, dictę hæreticæ prauitatis inquiſitoribus generalibus plenam fidem feciſſe debeant: Nos enim eiuſdem Dei omnipotentis exẽplo, qui non vult mortẽ peccatoris, ſed vt cõuertatur & viuat, omnes & ſingulos, qui, vt præfertur, ab aſſertione, dogmatib. & crudelitate, ac aliis errorib. prędictis reſipuerint, & ad vnitatẽ eccleſię redeũdo, aſſertionẽ, dogmata, & crudelitatẽ, ac alios errores huiuſmodi ſponte abiurauerint, & de eadẽ abiuratione præfatis inquiſitorib. generalib. fidẽ fecerint, ac pœnitẽtiã priuatã per dictos particulares inquiſitores eis iniũctam cum effectu adimpleuerint, à prædictis & quibuſuis aliis quantũuis grauibus & enormibus hæreſibus, & à fide Chriſti apoſtaſiis, ac in eadẽ fide erroribus: necnon excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris & pœnis tam eccleſiaſticis, quàm temporalibus, etiam bonorum priuatiuis & corporis afflictiuis, ac capitalibus in tales à iure, vel ab homine latis & promulgatis, & per eos pręmiſſorum occaſione incurſis (dummodo delati, aut inquiſiti, ſeu relapſi non ſint) dicta auctoritate tenore præſentium in vtroque foro abſoluimus & liberamus, ac cum eis ſuper irregularitate, quam propterea contraxerint, etiam ſi ſic ligati Miſſas & alia diuina officia, etiam forſan in contemptum clauium celebrauerint, aut illis aliàs ſe immiſcuerint. Quòdque ea ipſa irregularitate & cæteris præmiſſis, non obſtantibus qui promoti non fuerint, ad omnes etiam ſacros & preſbyteratus ordines promoueri, & in illis tam ipſi, quàm qui iam etiam poſt incurſam hæreſim promoti fuerint, in altaris miniſterio miniſtrare. Necnon tam clerici, quàm laici, & vtriuſque ſexus perſonę, eorúmque filij, nepotes, deſcendentes, ad gradus, honores, ordines, & officia, ac alia quæcunque aſſumi: illáque ſuſcipere, & exercere liberè & licitè valeant, auctoritate & tenore prædictis, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus, eiſque pariter indulgemus, necnon omnem inhabilitatis & infamiæ maculam, ſiue notam circa eos præmiſſorum occaſione quomodolibet inſurgentem ab eis penitus & omninò abolemus. Et inſuper cum errores, quos ſupra narrauimus, ita graues & nefandi ſint, vt illi, qui in eos decidunt, excuſationem non habeant, ſed ſubuerſi potius atque immanes, quàm hæretici meritò dici poſſint. Hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſancimus, quòd tam illi, qui hactenus in ipſos errores, vel eorum aliquem, lapſi ſunt, & infra ſupradictum terminum non reſipuerint, & ea, quæ ſupradiximus non adimpleuerint, quàm omnes & ſinguli alij, qui in futurum in illos, vel illorum aliquem quomodolibet prolabentur, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, pro ſubuerſis & elapſis in hæreſim haberi

Primus omniũ qui de Chriſti diuinitate dubitarunt fuit Ebion Anno ſalutis octogeſimo ſub Domitiano Cæſare & Cleto Papa. Philaſter tamen hunc errorem Carpocrati cuidam tribuit tanquam primò illud patrono & poſt illud Cherinto & deinde Ebioni qui dicit fuiſſe Cherinti diſcipuli. Poſt iſtos vt idem Philaſter ait hunc errorem tutatus eſt Theodorus quidam Bizantinus qui in perſecutione poſitus Chriſtum Saluatorẽ negauit à quo tempore cœpit docere Chriſtum eſſe purum hominẽ & non Deum. Hinc deinde errorem tueri voluit Paulus Samoſatenus in Syria qui dixit Chriſtum fuiſſe quidem hominẽ iuſtum non autem Deum.

& vt relapſi Curiæ ſeculari tradi, & per ipſam curiam debitis pęnis in relapſos ſtatutis puniri poſſint,in omnibus & per omnia perinde acſi verè & realiter in hæreſim relapſi eſſent,& eos relapſos eſſe conſtaret. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis , ceteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem præmiſſa omnia ad eorum,quorum intereſt notitiam deducantur : nulluſque de illis ignorantiam prætendere,ac ſe legitimè excuſare poſſit. Volumus & dicta auctoritate decernimus,quòd pręſentes literæ, ſeu earum tranſumptum,cui,ſi manu Notarij publici ſubſcriptum,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitum fuerit ; eam prorſus fidem in iudicio & extra adhiberi ſtatuimus quæ ipſius literis adhiberetur.ſi originaliter exhiberentur, in eadem Curia per aliquos Curſores noſtros in Baſilicæ principis Apoſtolorum,& Eccleſiæ Lateranen. de Vrbe,ac Cancellariæ apoſtolicæ Valuis,& Acie campi Floræ,vt moris eſt : extrà Curiam verò prædictam , modo & forma per venerabiles fratres noſtros patriarchas,archiepiſcopos,& epiſcopos,ac alios eccleſiarum prælatos, quibus in virtute ſanctæ obedientiæ per eaſdem præſentes mandamus,vt literas,ſiue tranſumptum huiuſmodi vbique per eorum prouincias,diœceſes & eccleſias ſincera charitate publicent & publicari faciant,ſtatuendis,publicentur , earum exemplo in ſingulis locis,in quibus publicatio ipſa fiet,affixo , & dimiſſo. Nulli ergò, &c. Si quis autem.&c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum , Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinto. Septimo Id. Auguſt. Pont ficatus noſtri Anno Primo.

Publicatio huius conſtitutionis.

Egregium certamen ingredior aduerſus tria fœdiſſima hæreſis monſtra , à quo tuta mihi victoria laurea remanet ſub inſignis fidei & veritatis vexillo. Primū horum Trinitati,*alterum* Chriſto Deo *&* Dei *filio. Tertium* Virgini *Mariæ inſidiatur, ſed fruſtra. Vt ergo ſingulari manu conterantur,in* Trinitatem *impetus primò comeſcere oportet,qui variis modis eam lacerant.* Opus *hoc arduum & audax,hic labor meis viribus impar,multo difficilior ſe prebet exitus quam periocha,exclamare cogor cum* Poeta.

Si quis auet tanto ſua tradere vela profunda
Et facile tantas remum tentare per vndas
Vndiuomo det terga mari prope littoris oram
Radat,eat lex vela ratis tum ſpiritus aura
Ille ſacer,Cynoſura fides his cla ibus adnet.

Trinitatis myſteria quis digne valet perſcrutari? quis Ariſtotelicis *ratiocinationibus nixus audebit hos meandros ingredi,quis de his loquetur quæ* Chriſtiano *ſilentio adorari debent,non friuolis rimari quæſtiunculis.*

Antequam progrediar vlterius per hoc vaſtiſſimum pelagus occurrit mihi Auguſtinus lib.de trinitate c. 3. Nullibi errari peius, neque laborioſius inquiri , neque fœlicius inueniri, quam cum de Trinitate *agitur. Nam generationem* Dei *quis enarrabit? vt ait Eſaias c. 35. De ſuperſubſtantiali ſecretiſſimáque* Deitate *ait Dyoniſius Areopag. neque dicere quicquam, neque cogitare præſumendum eſt , aliter quam ſacra eloquia piè,admodúmque caſtè nobis tradiderunt.* Et *expoſitor ſymboli apud* Cyprianum *quomodo pater genuerit ſilium nolo diſcutias,nec te curioſius inſeras in profundi huius arcani ne fortè dum inacceſſæ lucis fulgorem pertinacius perſcrutaris exiguúmque ipſum qui mortalibus diuino munere conceſſus eſt perdas aſpectum.* Non *hic opus eſt ignaris* Palæſtritis Trinitariorum *inſultus non mearum eſſe virium,arbitror in hos arma parare,aliunde ſubſidium quærendum eſt. En adſunt acerrimi defenſores qui de* Trinitate *tam doctè tam pulchrè ſcripſerunt.*

Senex hic optimus Diſcipulus *Apoſtolorum D.Martialis Epiſtola ad Burgegalenſes,ſic ſcribit:.cap* 10. Scitote intelligentes,quòd vltrà omnem intelligentiam angelicarum poteſtatum,& virtutem vera diuinitas excellit,quam impoſſibile eſt etiam ab ipſis ſpiritus angelicis comprehendi. Sola Trinitas in diuinitate vnitatis ſeipſam nouit: hæc enim ante ſecula in claritate ſuæ æternitatis permanebat, nihil in ſe diminutum,vel quod augeri poſſit in ſe continens,ſed vnius æternitatis,vnius voluntatis, vnius eſſentiæ,vnius ſanctitatis,vnius puritatis,&c. *vides ibi* Trinitatem *perſonarum in vnitate ſubſtantiæ exprimi.*

D.Dionyſius Areopagita , libro de diuinis nominibus ;cap.3. ex D.Hierotheo, de oratione ſcri-

ne ſcribens ſic loquitur : Quando ſuper bonum & bonorum principium perfectiſſimam Dei trinitatem inuocamus caſtiſſimis precibus & intellectu tranquillo affectúque ad diuinam vnionem apto , precamur , tunc nos etiam ipſi Trinitati adſumus.

Audiamus iam Athanaſium lib. de definitionibus. Si quis de diuinitate quærat, quot confiteris naturas? reſponde,vnam, Hypoſtaſes autem tres , Pater, Filius, & Spiritus ſanctus,quorum tantum vna natura eſt & eſſentia,vna poteſtas,regnum & potentia. Tres autem ſunt hypoſtaſes, tres characteres, & tres perſonæ. Atque eſſentia quidem genus,natura & forma,idem ſunt:perſona,item caracterer,hypoſtaſis,indiuiduum & proprium,etiam ipſa vnum ſunt. Naturam cuiuſque rei dicas & eſſentiam & genus,vt homo,arbor,&c. Hypoſtaſim,vt Petrus natus,primus.

Tertullianus verò aduerſus Praxeam,ſic ſcribit. Monarchiam,hoc eſt,vnicum imperium Dei, hæretici tenentes, Trinitatem perſonarum negabant in Deo, falſum tamen hoc,quia ſermo vel verbum ſemper fuit apud Deum,& nunquam ſeparatus à Patre,tamen prolatus Filius à Patre,ipſe enim dixit, Ego & Pater vnum ſumus, protulit autem Filium Pater , ſicut radix fruticem, fons fluuium, ſol radium,nam iſtæ ſpecies probolæ ſunt,id eſt,producentes earum ſubſtantiarum ex quibus prodeunt. Nec dubitauerim dicere, Filium & radicis fructum,& fontis fluuium, & ſolis radium:quia omnis origo parens eſt , & omne quod ex origine profertur, progenies eſt; Multò magis ſermo Dei , qui etiam propriè nomen filij accepit:. Nec frutex tamen à radice,nec fluuius à fonte, nec radius à ſole diſcernitur, ſicut nec à Deo ſermo. Ideòque ſecundum horum exemplorum formam , profiteor me duos dicere , Deum & ſermonem eius , Patrem & Filium eius. Nam & radix & frutex duæ res ſunt,ſed coniunctę, & fons & fluuius duæ ſpecies ſunt,ſed indiuiſæ: Sol & radius,duę formę ſed cohęrentes : omne quod prodit ex aliquo,ſecundum ſit eius neceſſe eſt de quo prodit:non ideò tamen eſt ſeparatum. Secundus autem vbi eſt, duo ſunt & tertius vbi eſt,tres ſunt. Tertius autem eſt Spiritus à Deo & Filio. Sicut tertius à radice fructus à fructice : & tertius à fonte riuus ex flumine : & tertius à Sole apex ex radio. Nihil tamen à matrice alienatur,à qua proprietates ſuas ducit. Ita Trinitas per conſertos & connexos gradus à Patre decurrens , & monarchię nihil obſtrepit: οἰκονομίας,id eſt,diſpenſationis ſtatutum protegit. Sic alius Pater, alius filius,alius Spiritus ſanctus. Alium intellige non ſubſtantię , ſed perſonę nomine. Hæc *Tertullianus.*

Iuſtinus *qui ſecundo à Chriſto nato ſeculo eximium Triadis poſteris documentum reliquit in libro de recta ſidei explicatione,initio:* Vnus.(*inquit*,) reuera eſt vniuerſitatis huius Deus,qui in Patre, Filio, & Spiritu ſancto agnoſcitur: cùm namque ex ſubſtantia ſua Pater Filium genuerit , atque ex eadem Spiritum produxerit , iure optimo,quę vnam habent eandẽque eſſentiam,vna, atque eadem dignantur Diuinitate. E*t infrà probat,non eſſe creaturam* Filium *&* Spiritum,*ſed vnum* Deum *creatorem cum* Patre. *In apologia ad Senatum , & ad* Antoninum, *Atheos illos cenſet qui perſonarum* Trinitatem *in diuinitate conſiſtere negant.*

Ignatius in epiſtola ad Antiochenos , *Abiiciendos erores* Gentilium , *vt nec multitudo* Deorum *introducatur , nec prætextu vnius* Dei *negetur* Ieſus Chriſtus. *Hic euertenda ſunt gigantea illa propugnacula furentium in* Chriſti *diuinitatem.*

Non Arrianorum *aut* Samoſatenorum *perſidiſſimam hæreſim hic* Paulus Quartus *ſua conſtitutione, ſed ipſis peiores & terriores nouos quoſdam hæreticos diuinitatem* Chriſti *oppugnantes anathema is fulmine damnat.* Arrianus *&* Samoſatæ *manes torqueantur pro infandi ſceleris pœnis. Aſt quam odibile & odioſum eſt noſtra tēpora homines aluiſſe qui horum dementiam ſectentur. Ex his fuit Dux veluti* Michael Seruetus,*qui è* Schola Lutherana *primum exiliens turbulentiſſimo & audaci ſpiritu inaudita ſchiſmata ſpargere cœpit: prophetico ſpiritu ſua verba duci gloriabatur , ſed cum ſolenne illi fuiſſet nouis hæreſibus commendari non diu inter diſcipulos* Caluini *numerari voluit : ægrè ferebat quod inter* Caluiniſtas *nihil adhuc tentatum eſſet in* Trinitatis *vituperium ,* Deorum Trinitatem *ſuis edocuit.hinc ad* Arianiſmum *delapſus eſt omnibus hæreſiarchis ſui temporis inuiſus extitit, nec vnquam apud* Primæuos *ſuos communiones allicere aut ad ſui ſceleris defenſionem attrahere potuit.* Non *dubito illum pœnituiſſe* Caluinianam *coluiſſe neceſſitudinem publicis rogis.*

Geneuæ. Iniquo atque Impatienti animo tale ſupplicium pertulit, duobus propemodum annis ante huius conſtitutionis decretum. Exitus flagitioſi huius Pſeudodoctoris non deterruit plures diſcipulos, quominus extincti Magiſtri renouaretur hæreſis. Georgius Blandrata, Paulus Alciatus, Letius Socinus, Franciſcus Dauid, & omnis illa miniſtrorum colluuies. Valentinus Gentilis eiuſdem fuit notæ, Italiæ oriundus ex Conſentia Geneuam ad Caluinum quem Tertium veluti Eliam venerabatur ob inſigne nominis decus quod apud exteros conſequutus fuerat, curioſitas & præſumptio illum fecere exulem Italiæ vt ranas coleret Lemani lacus.

Cùm igitur inſano illo ſpiritu impulſus, in renouando Arianiſmo pertinax occupatus eſſet, interim ab alio ſpiritu Caluinus agitur, vt ſe Valentino opponat, ſic inter ſe dæmonibus colludentibus. Valentinus fit reus hæreſeos apud tribunal hæretici magiſtratus, vbi metuens Valentinus Caluini ſeueritatem, & ad memoriam reuocans incendium illud formidoloſum, quo in eadem vrbe, eodem auctore Caluino, Seruetus paulò antè perierat, vt tempori ſeruiret, errorem ſe ſuum agnoſcere ſimulauit. Itaque ex ſententia Iudicum ad pœnitentiam publicam datus, depoſitis veſtibus, ſolo excepto induſio, nudis pedibus, detecto capite, facem accenſam manu geſtans, præeunte præcone, totam vrbem ſic obiuit: deinde à magiſtratu ſupplex veniam petiit, librum ipſe ſuum in ignem abiecit: ac iure iurando promiſit, non abiturum ſe Geneua, niſi prius à magiſtratu veniam impetraret.

Sed præclarus iſte Apoſtolus Arrianus, poſtquam tam inſigni palinodia & inconſtantia renaſcentem Arianiſmum decorauerat, voluit etiam eundem ornare periurio. Quare Geneua clanculum ſe proripuit, & cum apud Gallos, Heluetios, Polonos, aliáſque gentes Arianiſmum ſuum ſeminare conatus eſſet, & ad primum periurium, alterum, ac tertium addidiſſet, tandem anno vndecimo à morte Serueti apud Bernam Heluetiorum à Zuinglianis comprehenſus, & capitis damnatus meritas ſuæ temeritatis pœnas dedit, qui tametſi, dum in vinculis & carcere ſeruabatur, ſe Martyrem primum ſuæ ſectæ eſſe iactaret, ac diceret, Martyres cæteros pro Chriſti gloria mortuos, ſe autem primum omnium pro eminentia Dei Patris mortem oppetere, tamen, vbi nuncium mortis accepit, ita expauit, atque expalluit, vt omnes omninò aditus ſupplicij euadendi quæſierit, paratus etiam doctrinam ſuam contemnere, ſi iudicum animos inflectere potuiſſet. Exſtant acta publica Geneuenſium in cauſſa Valentini, necnon integra hiſtoria de ſupplicio eiuſdem à Bernenſi Paſtore conſcripta. Ex quibus hæc pauca, quæ ſunt commemorata, colligimus.

Superiora ergo omnia eò reducantur, vt Trinitarij omnes duræ ceruicis conuincantur, & legitimis huius conſtitutionis pœnis ſubiaceant. Faxit Deus Opt. Max. vt poſteritas tam nephanda ſomnia non experiatur. Peſſimè conſultum eſt regionibus, vbi hæc monſtra graſſantur. Fides Catholica clypeus nobis eſt aduerſus renaſcentes illas hydras. Habemus ſacram ſcripturam. Concilia ſuffragantur nobis. Fauent Patrum decreta. Leges Cæſareæ non deſunt. Iuſtin. Cæſar in l. incipiente. τὸν σωτῆρα καὶ δεσπότην, &c. tit. de ſumma Tri. C. ſic inquit πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα κύριον ἰησοῦν χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς πνεῦμα τὸ ἅγιον, μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνοῦντες, μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, τριάδα ὁμοούσιον, &c. id eſt, credimus itaque vnum Deum omnipotentem, & in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei & in Spiritum ſanctum; vnam eſſentiam in tribus hypoſtaſibus ſiue ſubſiſtentibus perſonis adorantes vnam Deitatem, vnam poteſtatem, trinitatem conſubſtantialem.

Iuſſit Conſtantius Cæſar in omnibus locis & vrbibus, claudi templa idolatrarum ſeu Paganorum, vt refert Nicepho. Calliſtus lib. 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c. 18. & 25. cuius conſtitutio extat in Codice Theodoſiano lib. 16. tit. 10. l. 4. & in c. Iuſtinianeo, in l. 1. titulo de Paganis & ſacrificiis & templis eor.

Vnum adhuc latentium myſteriorum Hæbreæ linguæ deſumptum. Moſes meminit Sãctiſſimæ Trinitatis 1. Geneſeos בראשית ברא אלוהים את השמים ואת הארץ Bereſcit bara elohim & haſchamain veet haaretz. Quæ verba latinu ſic reddita habes. In principio creauit Deus cœlum & terram. Occultum autem & magnũ quid habetur ipſis literis Hæbreis, nam ſi iuxtà regulas quas ipſi Hæbrei tradunt ſi elementa eadem diuulſa cupiamus & quæ de eis conflari dictiones poſſunt ritè coagmentemus, fulgebunt nobis mira quædam & arcana Trinitatis myſteria, vt pulchrè colligunt Rabini ברא bara id eſt, Trinitas Pater, Filius, Spiritus ſanctus, nam litera prima ברא, eſt ב ſignificat בן Filium: ר verò רוח ruach Spiritum, & אב ab, Patrem. vbi ruach Spiritum, poni in medio Patris & Filij, tanquam ab vtroque procedentem non ſine myſterio videmus.

Adſunt

Adſunt tertij agminis hoſtes qui Beatiſſimam Virginem Mariam variis commentis dilacerant, eiúſque intemeratam Virginitatem proſcindunt & ipſam grauiſſimis criminibus onerant. Quid ais ô caſtiſſima Virgo generis lætitia noſtri, & ſalus? Quid ceſſas cœli regina. Quomodo horum ſceleſtiſſimorum inſaniam pateris, cur hiatu terræ non abſorbentur qui tantam iniuriarum farraginem, & peſtilentiſſimi animi virus euomunt. Quidam te importunam clamitant, vt Caluinus & Muſculus in 12. cap. Matth. Quidam Eulogium ſanctiſſimum quo ſalutata es ab Angelo magicum exorciſmum exiſtimant vt Gualterus in 3. Marci. Quidam indignè ferunt quod ſpecioſo & meritiſſimo illo titulo Reginæ cœli & Dominæ mundi diceris vt Marlorat. Caluini in 1. cap. Luc. Alij miſerrimæ ſortis vt Brent. in 1. Luc. & Bur in 2. Luc. te Chriſtum naturali ratione peperiſſe vociferantur, téque per incogitantiam eò delapſam garriunt vt te Deo aliquando prætuleris. Nec poſſum nec debeo Centuriatorum Magdeburgenſium infanda ſomnia referre quum non erubuerint ſcribere te ô execrandum commentum ſtatuto tempore more aliorum coniugum Ioſephi exoptaſſe amplexus. Impudentiora his multa dixit Beza in Colloquio Poiſſiacenſi. Nónne hæc ſunt inſignia maniſeſtiſſima doctrinæ eorum? Quid habet receſſus impiiſſimi huius frontis? Quanto melius quanto ſanctiùs tuis laudibus concinendis gloriantur patres tum Græci tũ Latini. Opponantur tua præconia his impuriſſimis blatteronibus. Quis non credet potius ſacræ ſcripturæ quam libellis iſtis famoſis hæreticorum? Proferam teſtes omni exceptione maiores. Præter Anſelmum Rupertum, Bernardum, Andræam Hieroſolymitanum, Fulgentium alioſque ſummos buccinatores Virgineæ laudis, Petrum Chriſologum audite effaſcinatæ Hæreticorum mentes. Quantus ſit Deus, ait ille ſatis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur: pauet cœlum, tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit: & vna puella ſic Deum in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vt pacem terris, cœlis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenũ cum cœleſtibus parentelam, ipſius Dei cum carne cõmercium, pro ipſa domus exigat penſione. Dictis vix conſequi poſſum, quãtis refulgeat Beatiſſima Virgo laudũ, & honoris titulis, ſoli Hæretici cæco impetu digladiãtur in huius Deiparæ celſitudinem, qua in re ipſis Turcis meo iudicio ſceleſtiores videntur. Quandoquidem Turcæ Deum, Deique filium eſſe negent illum tamen Prophetam maximum de Maria Virgine natum fatentur ſed miſſa faciamus teſtimonia eorum qui veluti membra putrida è Chriſti corpore exciſa ſunt. Conſulamus potius veterum ſententias, ingrediamur ſacros lares Cyrilli Alexand. qui lib. 6. in Ioh. ca. 15. & lib. 1. de fide recta ad pientiſſimas reginas ſtultos eos vocat, qui Virginem ſanctam non eſſe Deiparam audacius aſſerunt, eóſque incidere in turpiſſimas hæreſis latebras vt dicant duos eſſe filios Dei.

Chriſoſtomus Liturgiam præclaris hiſce Virginis encomiis illuſtrat Sanctiſſimæ incontaminatæ, ſuper omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ noſtræ Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriam agentes, omnem vitam noſtram Chriſto Deo noſtro commendemus. Et poſtea: Verè dignum & iuſtum eſt glorificare te Deiparam & ſemper beatiſſimam, & penitus incontaminatã matrem Dei noſtri, &c. Idem hom. de Ioanne Babtiſta: Vult ſcire quomodo de Virgine natus ſit, & poſt natiuitatem mater ipſa ſit Virgo? Clauſa erant oſtia, & ingreſſus eſt Ieſus. Habebat carnes, habebat oſſa: & clauſa erant oſtia. Neſcis quomodo factum ſit, & das hoc potentiæ Dei. Da potentia Dei quia de Virgine natus ſit & tamen ipſa Virgo fuerit Virgo poſt partum, &c. Nazianzenus. Si quis ad Sanctam Mariam Deiparam non credit extra diuinitatem eſt. Quòd autem omnes ſacri doctores ſentiant beatam Dei genitricem fuiſſe ſemper virginem, res eſt tam aperta, vt non ſit opus eorum teſtimonia impræſentiarum adferre, quoniam vix aliquem librum ſermonum ad populum reperies, in quo non ſint plurima ſacrorum doctorum pro hac re teſtimonia. Et hoc non ſolùm ſenſere Latini, ſed idem etiam clamant Græci ſcriptores. Hoc enim ſentit Theophylactus Græcorum recentiſſimus, idem ſæpe clamat Damaſcenus, idem docet Chryſoſtomus, idem ſentit Baſilius, præcipuè in quodam ſermone de humana Chriſti generatione. De Origene non eſt opus dicere, quum in pleriſque locis eam prædicet virginem perpetuam. Beatus Ireneus Lugdunenſis epiſcopus temporibus Apoſtolorum valdè vicinus, qui fuit diſcipulus Polycarpi martyris: is inquam nunquam Dei genitricem (quod ſciamus) appellat niſi nomine virginis.

Ad colophonem vſque bonis auibus deuexit nos fœlix hæc Beatæ Virginis Mariæ laus cui tanquam indiuiſæ Triadis dilectiſſima laus & gloria decantetur in æternum.

Pœnæ

III.

Pœna Religioſorum extra clauſtra vagantium & Apoſtatarum pœnæ.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

In huius Conſtitutionis confirmationem vide Concilium Tridentinum Seſſ. 14. c. 11. de reformatione. Et Seſſ 25. cap. 19. de regularibus.

POSTQVAM diuina bonitas, nos (licet immerito) ad ſummi apoſtolatus faſtigium aſſumere dignata eſt, nunquam ceſſauimus abuſus qui in Eccleſia Dei, ſeu nimia ſedis apoſtolicæ indulgentia, ſeu hominum malitia irrepſiſſe cernuntur, pro viribus tollere, & Eccleſiam ipſam in priſtinum candorem reſtituere, diuerſas ad hoc ſaluberrimas conſtitutiones edendo, & inuiolabiliter obſeruari mandãdo. Verum cum non omnia vno & eodem tempore excogitari, ne dum perfici potuerint, quinimo circa ea ſit nobis ſingulis fermè diebus aliquid enitendũ, abuſui Apoſtaſiæ, quæ per regulares perſonas ſub diuerſis falſis prætextibus quotidie incurritur, vlterius parcendum non eſſe cenſuimus. Nam licet diuerſi Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, per eorum conſtitutiones complura contra Apoſtaſiam huiuſmodi ediderint ſtatuta & ordinationes, nondum tamen eſt plenum contra eam adinuentum remedium. Quinímo diuerſi diuerſorum, etiam Mendicantium ordinum religioſi, propriæ ſalutis immemores, Deique timore poſtpoſito, ſub prætextu alij videlicet, quod religioni & ordini in genere ob varias confictas cauſas aſtricti non ſint & ſuperinde ſententiam declaratoriam obtinuerint, Alij quod beneficium eccleſiaſticum curatum aſſecuti ſint, Alij quod extra regularia ſui ordinis loca ſtandi, & alicui beneficio eccleſiaſtico deſeruiendi à ſuis ſuperioribus licentiam habeant & alij diuerſis aliis confictis coloribus, Alij vero nullo ſuffulti prætextu, ſed temeritate propria contra proprium iuramentum per eos in eorum profeſſione præſtitutum, & regularia ſui ordinis inſtituta extra clauſtra ſuorum regularium locorum degunt, & in ſeculo aliqui habitu ſui ordinis retento, aliqui illo abiecto in habitu preſbyterorum ſecularium, & complures in habitu laicali temerè vagantur. Et poſtquam Deo fidem fallere non ſunt veriti, cætera omnia quantumuis grauiſſima, & deteſtanda, leuia & licita reputantes, Alij parochianos eorum curæ commiſſos falſam doctrinam docere, & prauis opinionibus, ac hæreſibus replere, aliis vxores ducere, alij ſiue paupertate eos cogente ſiue diabolico inſtinctu ſecularibus, & mechanicis negotiis ſe dare, Alij ſeditionibus popularibus, coniurationibus contra principes, & alios, ac quibuſuis aliis ſceleris actibus ſe implicare, & omnia nequiſſima facere præſumunt, in grauiſſimam, diuinæ maieſtatis offenſam, & religionis opprobrium, ac animarum ſuarum perniciem, & aliorum Chriſtifidelium ſcandalum, Quamobrem conſiderantes Apoſtatas huiuſmodi infinitis erroribus in eadem Dei eccleſia cauſam præſtare & propterea volentes contra apoſtaſiam ipſam plenius prouidere & eam quantum nobis ex alto conceditur de medio tollere, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes & ſingulos, qui poſt profeſſionem per eos in ætate legitima conſtitutos: in aliquo approbato, etiam militari ordine purè, & liberè emiſſam vel ſi ante ætatem legitimam profeſſi fuerint, poſt illam per eas in ipſa ætate legitima conſtitutos purè, & liberè, ratam, & gratam habitã temeritate propria, aut quouis prætextu, vel cauſa, etiam ſi ſe religioni & ordini non aſtrictos eſſe ſine cauſæ cognitione, & his quæ à iure requiruntur, ſeruari omiſſis, vel non legitimè probatis, declarari obtinuerint, aut beneficium eccleſiaſticum, etiam curatum non procedente legitima diſpenſatione poſſideant, vel alicui beneficio eccleſiaſtico, etiam curato alterius nomine deſeruiant, extra clauſtra ſuorum regularium locorum degunt, aut in poſterum degent, omnibus & ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, ſecularibus, aut ſui, vel cuiuſuis ordinis regularibus per eos quomodolibet obtentis, & de cetero obtinentibus cuiuſcunque qualitatis fuerint, ac fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis, eis quomodolibet reſeruatis ſeu aſſignatis, necnon Baccalariatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magiſterij, ac quibuſuis aliis in iure canonico, vel Ciuili, aut Theologia, ſeu Medicina, vel artibus aut quauis alia facultate gradibus, per eos etiam antequam religionem ingrederetur obtentis, ſeu aſſecutis, necnon quocunq; miniſterio eccleſiaſtico, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium penitus & omnino priuamus, ac ad illa, & alia, quæcunque

Religioſi diuerſorum ordinum non ſine Apoſtaſiæ crimine & grauiſſimo ſcãdalo extra clauſtra religionis vagantur.

Pœnæ in eos qui poſt ordinis inſtitutum ſolenni voti profeſſum & confirmatum, atque probatum religionem derelinquunt liberioris vitæ cupidi.

quæcunque, & qualiacunque in poſterum obtinenda, ſeu fructus, redditus & prouentus eccleſiaſticos percipiendos, aut gradus aſſequendos perpetuò inhabilitamus & ab executione quorumcunque eccleſiaſticorum, etiam ſacrorum, & præſertim Preſbyteratus ordinum, necnon omni miniſterio eccleſiaſtico prędicto perpetuò ſuſpendimus priuatóſque, & inhabiles, ac ſuſpenſos eſſe, Necnon beneficia ipſa de iure, & de facto etiam ad hoc vt eorum ordinarij collatores ea aliis liberè conferre poſſint, & niſi ea infra tempus à Lateranenſi Concilio ſtatutum contulerint: collatio beneficiorum eorundem ad immediatum illorum ſuperiorem, & demum ad nos, ac pro tempore exiſtentem Rom. Pont. deuoluatur Patroni quoque eorundem beneficiorum perſonas idoneas infra tempus à iure ſtatutum ad ipſa beneficia præſentare poſſint, & niſi præſentauerint, eorum libera collatio ad ordinarium ſpectet & pertineat, vacare, ac reſeruationes fructuum reddituum, & prouentuũ huiuſmodi expirare decernimus, ita vt de cætero ipſi apoſtatæ, quamdiu vixerint, aliqua beneficia eccleſiaſtica obtinere vel aliquod officium eccleſiaſticum exercere aut fructus, & redditus, & prouentus eccleſiaſticos, ſeu ſuper illis penſiones annuas percipere vel exigere, ſeu curam animarum, vel aliquod miniſterium eccleſiaſticum exercere, aut ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare, ſeu miſſam celebrare, aut prætextu ordinum in quibus conſtituti erunt, aliquid facere, vel exequi nequeant, & prouiſiones, ſeu commendæ, ac reſeruationes fructuum, reddituum, & prouentuum eccleſiaſticorum, necnon aſſignationes penſionum annuarum eis etiam dicta auctoritate, etiam cum præſentium toto earum tenore inſerto plenaria derogatione pro tempore factæ nullæ ſint, & irritæ, ac viribus omninò careant, nec aliquod eis ius, aut titulum beneficia poſſidendi, aut fructus redditus, & prouentus ſeu pẽſiones huiuſmodi exigendi, vel percipiendi tribuant. Ipſíque ſic priuati inhabiles, & ſuſpenſi fructus ſuos non faciant, ſed ad illorum reſtitutionem teneantur. Et nihilominus ſi curam animarũ exercere vel eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrare, ſeu miſſam celebrare aut prætextu ordinum ſuorum prædictorum aliquid facere, aut aliquid miniſterium eccleſiaſticum exequi præſumpſerint: tanquam ſuſpenſi ab executione ordinum ſuorum, & in illis contra ſuſpenſionem ipſam, & in contemptum clauium miniſtrantes condignis pœnis omninò puniantur. Et vt omnis vagandi occaſio apoſtatis huiuſmodi tollatur, volumus & ſancimus, quod quæuis tam eccleſiaſticæ, quam ſeculares perſonæ cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis conditionis, & preæminentiæ etiam ſi Archiepiſcopali, Patriarchali, aut alia maiori eccleſiaſtica dignitate, etiam Cardinalatus honore, ſeu mundana, etiam Marchionali, Ducali, aut alia maiori auctoritate, ſeu excellentia præfulgeant, aliquem Apoſtatarum eorũdem receptare, ſeu nutrire, vel illis quominus ad eorum monaſterium, ſeu domum vel alium locum regularem redeant, fauorem, aut auxilium, ſeu conſilium præſtare non præſumunt, & ſi eos receptauerint, vel illis vt præfertur, fauerint aut auxilium, ſeu conſilium præſtiterint & per Ordinarium loci ſub quo moram trahent committi à præmiſſis non deſtituerint, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrant. Et ſi patroni alicuius beneficij eccleſiaſtici ſiue ſint laici, ſiue clerici, aliquem ex eiſdem Apoſtatis ad beneficium de eorum iure patronatus exiſtens tunc vacans præſentauerint, præſentationes huiuſmodi ſint eo ipſo nullæ, irritæ, & inanes, ac viribus careant, & ipſi patroni iure præſentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum priuati exiſtant Quodque ſuperiores Ordinum quos ipſi profeſſi fuerint & ordinarij locorum in quibus ipſi Apoſtatæ pro tempore degent, tam cõiunctim quam diuiſim eoſdem Apoſtatas vt ad eorum monaſteria redeant requirere, & ſi ad dicta monaſteria redire ceſſauerint, diſtulerint, vel recuſauerint, eos ſecundùm ordinis diſciplinam monitione præuia, per cenſuras eccleſiaſticas. & pœnas etiam corporis afflictiua ad redeundum cogere, & compellere poſſint, inuocato etiãad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Quod ſi regularis ordo hoc non patiatur auctoritate noſtra prouidere valeant, vt talibus apud eadem monaſteria in locis competentibus, ſi abſque graui ſcandalo fieri poterit, alioquin in aliis religioſis domibus eiuſdem ordinis ad agendam inibi pœnitentiam vitæ neceſſaria miniſtrentur. Si vero apoſtatæ huiuſmodi ſe in his inobedientes præſtiterint, ſint etiam auctoritate noſtra maioris excommunicationis ſentẽtia eoipſo innodati,

Religioſi vagantes aa ſacramentorum adminiſtrationem non recipiantur.

Pontifices Romani exoſos ſemper habuerunt inconſtantes & errones illos religioſos quibus nullum vitæ Inſtitutũ placet, & apud omnes omnia experiri ſatagunt. Leo Papa in Bulla vnionis excommunicat fratres de obſeruantia qui trãſmigrant ad conuentuales itẽq; conuentuales eoſdem receptãtes. Compend. priuil. vel conuent.

nodati,

Ne lectoris intentio diſtrahatur in huius nominis Apoſtaſiæ repetitione ſciendum eſt, religioſos extra clauſtra vagantes pro Apoſtatis & infidelibus non haberi, Apoſtaſia eſt enim triplex, perfidiæ ſcilicet qua quis recedit à fide vt Iulianus Apoſtata de hac habetur 2. q.7. non poteſt. Item alia eſt Apoſtaſia inobedientiæ qua ſcilicet tranſgreditur ſpontanea voluntate præceptum. Similiter & qui ſacris canonibus obedire cõtemnit de hac habetur 3.q.4. alieni & extr. de maior obed. Item irregularitatis & hæc eſt duplex vna eſt qua quis recedit à ſtatu religionis aſſumptæ 47. diſt. quantumlibet. 26.q.1.

nodati,& ſuperiores ſui eos excommunicatos eſſe declarent,& nuncient, ac vt tales ab omnibus ſuis ſubditis nunciari,& publicari faciant. Teneanturque ipſi Apoſtatæ cuiuſcunque ordinis congregationis,& habitus fuerint, Biretum nigrum duabus lineis albis ex tela confectis,& digito humano latis ab vna extremitate ad aliã extremitatem circunductis diſtinctam,& per totam eius circunſtantiam ſimili linea alba ſuffultum, ita vt omnes lineæ præfatæ oculis intuentium manifeſtè appareant, continuè geſtare. Etſi ſine bireto huiuſmodi deprehenſi fuerint poſſint pro huiuſmodi inobedientia non ſolum per ſuos ſuperiores, verumetiam per quoſcunque, tam eccleſiaſticos, quam ſeculares Iudices,& Magiſtratus condignis pœnis puniri,& ad delationem ipſius Bireti, vt præfertur, diſtincti,& ſuffulti omnino compelli. Decernentes quod de cætero, qui aliquem ordinem approbatum, vt præfertur tacitè, vel expreſsè proceſſus fuerit, & ſe illi ordini non aſtrictum eſſe contenderit, vel alias quouis modo, ſiue retento, ſiue dimiſſo habitu extra regularia loca ipſius ordinis de iure aliquo caſu ſtare poſſe putauerit, vel quauis ratione, aut prætextu ſuper hoc poſtulauerit, ſeu ſuplicauerit, literas quas à nobis ſeu officio Pœnitentiariæ noſtræ obtinebit Cardinali Protectori, ſeu viceprotectori ipſius ordinis in curia reſidenti,& procuratori generali ordinis dirigi,& præſentari facere, ac coram eo in hoc negotio, cum plena cauſæ cognitione procecedere teneatur. alias omnia & ſingula, per ipſum profeſſũ in præmiſſis geſta, nullius ſint roboris vel momenti, literæque aliis directæ nullam iuriſdictionem tribuant. Quodque omnes & ſingulæ tranſlationes] de Apoſtatis ipſis ad alium ordinem etiam per nos aut prædeceſſores noſtros, ve per officium pœnitentiarię huiuſmodi hactenus factę, quas deinceps fieri contigerit, niſi ad arctiorem, vel parem ordinem factę fuerint & ipſi ſic tranſlati in monaſteriis in quibus regularis obſeruantia vigeat, actu maneant, nullę ſint, & irritę, ipſique ſic tranſlati, ad priſtinum ordinem etiamſi in ordine ad quem tranſlati fuerint profeſſionem in eo emitti ſolitam emiſerint, redire teneantur. Et ſi poſt vnam & ſecundam monitionem ſibi à Pręlatis ſeu ſuperioribus ordinum è quibus tranſlati ſunt, factam redire diſtulerint, aut neglexerint, liceat ipſis Pręlatis ſeu ſuperioribus procedere contra eos modo,& mediis contra Apoſtatas ſtatutis. Et nihilominus pręfatos ſic tranſlatos,& vt pręfertur, non redeuntes, adminiſtratione cuiuſcunque eccleſiaſtici beneficij, ſeu officij,& pręlaturę perpetuò priuamus,& priuatos eſſe, necnon bona quęcunquę mobilia, ſeu immobila, ac cenſus, redditus,& prouentus iura,& actiones per eoſdem fratres, tam egreſſos,& eiectos, quam ad alium ordinẽ, vt pręfertur, tranſlatos, ſeu de licẽtia ſuorum ſuperiorum extra eorum monaſteria ſtantes, tempore quo extra monaſteria ſui ordinis ſteterint accquiſita, etiãſi acquiſitiones huiuſmodi ab ipſis fratribus ex redditibus beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura ab ipſis obtentorum, ſeu detentorũ, aut ex propria induſtria ſeu artificio, mercatura, vel ex teſtamento, ſeu ſucceſſione ab inteſtato quorumuis conſanguineorum affinium, vel amicorum ſuorum, aut quoruncunque aliorum factę ſint, non Fiſco noſtro, aut Camerę noſtrę apoſtolicę ſed religioni, aut monaſteriis in qua ſeu quibus primo profeſſi fuerint eo ipſo applicata eſſe,& cenſeri debere decernimus,& declaramus, ita vt iuxta regularia religionis monaſteriorum huiuſmodi inſtituta omnino diſtribui,& diſpenſari, Nec ſuper illis per protectores, aut ſuperiores religionis & monaſteriorum prædictorum, aut quoſuis alios quacunque auctoritate fungentes aliqua compoſitio, ſeu concordia, aut remiſſio fieri poſſit, Sicque & non alias aliter nec aliomodo in prędemiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque Iudices,& Cõmiſſarios, quauis etiã dicta Apoſtolica auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,& S R.E Cardinales in quauis cauſa & inſtantia ſublata eis & eorum quilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi auctoritate,& facultate iudicari,& diffiniri debere, ac ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Et quoniam experientia rerum magiſtra docente, cognouimus priuilegia cunctis fere ordinibus conceſſa recipiẽdi profeſſos aliorum ordinum in eorum monaſteriis, domibus,& regularibus locis materiam prꝑſtare apoſtatis huiuſmodi per ſęculum euagendi, præſertim cum diuerſi ordinum huiuſmodi ſuperiores Prælati apoſtatas huiuſmodi recipiãt & poſtquam

& poſtquam illis eorum habitum regularem exhibuerint, eis ſtandi extra monaſteriũ licentiam concedant: nos abuſui huiuſmodi occurerre volentes, omnia & ſingula priuilegia,& indulta apoſtolica quibuſuis ordinibus monaſteriis & domibus, ſeu aliis regularibus locis (Cartuſienſis & Eremitis Camaldulenſi eremo realiter degentibus duntaxat exceptis) ſuper recipiendis Canonicis regularibus, ſeu Monachis, vel fratribus aliorum ordinum per quoſcũque Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros ſub quibuſuis verborum formis,& tenoribus, & etiam motu proprio, aut alias quomodolibet conceſſa, etiam Mare magnum nuncupara, quoad facultatem recipiendi eoſdem canonicos regulares, ſeu Monachos, & fratres pœnitus, & omninò reuocamus, caſſamus, irritamus,& nullatenus,& viribus pœnitus & omninò vacuamus. Mandantes vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis,& Epiſcopis, aliiſque Diœceſanis, & locorũ ordinariis, ne ipſi per ſe vel alium ſeu alios præſentes literas,& in eis contenta quæcũque, vbi,& quomodo, ac quotiens opus fuerit, ſolenniter publicantes, faciant dicta auctoritate noſtra eaſdẽ præſentes literas plenariæ,& totali executioni demandari eos qui illis contrauenerint, iuxtà ipſarum literarum continentiam,& tenorem cõdignis pœnis plectendo & puniendo: ac contradictores quoſlibet,& rebelles, eiſq; in præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas aliáque opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras,& pœnas prædictas etiam iteratis vicibus, aggrauando, inuocato ad hoc etiam ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis, ac monaſteriorum,& aliorum regularium locorum necnon ordinum quorumcũque etiam iuramento, cõfirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboraris ſtatutis,& conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis,& literis apoſtolicis, etiam Marimagno, ſeu bulla aurea, aut alias quomodolibet nuncupatis, ſeu per officium pœnitentiariæ huiuſmodi expeditis, eiſdem Apoſtatis, ſeu tranſlatis, ac noſtro ſancti Spiritus in Saxia de Vrbe ordinis ſancti Auguſtini,& quibuſuis aliis Hoſpitalibus necnon B. Mariæ redemptionis captiuorum,& de Mercede, ac quibuſuis aliis monaſteriis,& regularibus locis, ſub quibuſcũque tenoribus & formis: ac cum quibuſuis etiam derogatorum derogatoriis, aliiſque efficatioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus,& aliis decretis, etiam motu, ſcientia,& poteſtatis plenitudine ſimilibus, aut alias quomodolibet conceſſis ac etiam iteratis vicibis approbatis,& innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa,& indiuidua, ac verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo,& forma in illis tradita obſeruata inſerta forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter,& expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Vt autem præſentes literæ ad omnium quorum intereſt notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere, aut contra eas ſe excuſare valeat, dicta auctoritate apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, vt ipſęmet literæ vel earũ tranſumptũ (cui manu Notarij publici ſubſcripto,& ſigillo alicuius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtiturę munito eam prorſus fidem in iudicio & extrà adhiberi debere volumus, quę ipſis originalibus literis adhiberetur ſi facto & realiter exhiberentur) in Baſilicę principis Apoſtolorum, ſi eccleſia S.Ioan. Lateran. ac Cancellarię apoſtolicę valuis,& acie campi Florę per aliquos ex curſoribus noſtris publicentur, earum exemplo in ſingulis valuis, & acie prędictis affixo, & dimiſſo. Nulli ergo,&c. Si quis autem,&c. Datum Romę apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octauo, tertiodecimo Calend. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Except. Cartuſian. & Eremit. Camaldulenſ. reuocantur priuilegia recipiẽdi fratres aliorum ordinum.

Locorum ordinariis publicandi hanc conſtitutionem cura, demandatur.

Clauſulæ derogatoriæ.

Publicationis forma.

IIII.

Contra eos qui pro obtinendis beneficiis,ſeipſos pro aliis in examine ſupponunt , vel annuas penſiones offerunt,aut beneficia impetrant pro aliis, vt ab eis aliquid conſequantur , vel pro ſeipſis,vel vt aliis poſtea cum penſione reſignent.

PAVLVS Papa Quartus Motu proprio,&c.

INTER cæteras curas,quibus ex apoſtolatus officio aſſiduè vrgemur & præmimur,ea continuè animo noſtro fixa fuit,vt beneficia eccleſiaſtica,præſertim curam animarum habentia,perſonis conferantur idoneis,quæ vellent , & poſſent apud ea perſonaliter reſidere,ſcirentque eis laudabiliter deſeruire. Et ad hoc dilectos filios noſtros Bernardinum ſancti Matthæi Tranen. & Scipionem ſanctę Potentię de Piſis,ac Ioannem ſancti Ioannis ad portam Latinam titulorum Reumanum,nuncupatos preſbyteros Cardinales,quia vna cum venerabili fratre Franciſco Epiſcopo Gebenen.Datario noſtro diſtributioni & prouiſioni beneficiorum huiuſmodi pręeſſent,iam dudum deputauimus.Verum cum audiamus eoſdem Cardinales,& Datarium,licet in his eam,quam poſſunt,maiorem ſemper adhibuerint & indies adhibeant diligentiam , perſonas quibus beneficia ipſa conferenda ſunt, ſuper literatura examinando,de eorum vita,& moribus , ac beneficiis per eos obtentis, aliiſque ad pręmiſſa facientibus accuratè inquirendo , diuerſimodè tamen circumueniri,&falli,ac diuerſas eis fraudes in pręmiſſis fieri,aliquibus ſe alios eſſe ſimulantibus , & tanquam tales ſe in examine ſupponentibus , aliis beneficia pro perſonis ſibi cognitis,& id ignorantibus,vt poſtmodum cum eis beneficia , etiam per ſimoniacam prauitatem contractare,& ſuper eis paciſci poſſint, aliis beneficia tam pro ſe,quam aliis perſonis cum oblatione diuerſarum penſionum annuatum diuerſis perſonis , etiam familiaribus, continuis commenſalibus noſtris,aut aliis quos ipſi nobis gratos,& acceptos eſſe exiſtimant,annuatim perſoluendarum , & ſic Simoniacā hęreſim incurrendo,aliis beneficia huiuſmodi pro diuerſis aliis ſub ſpe penſionem annuam,aut aliud commodum temporale,ab eis conſequendi, aliis beneficia ipſa pro ſeipſis animo & intentione,& interdum pacto expreſsè firmato de eis poſtmodum in fauorē aliorum qui aliquando minus idonei & non benemeriti exiſtunt , cum ſimili penſione,aut commodo aut ſine illa , vel illo reſignandis &dimittendis maxima cū inſtantia obtinere procurantibus,Nos præmiſſis fraudib. & dolis,ac hæreſi ſimoniacæ quantum cum Deo poſſumus efficaciter occurrere volentes,apoſtolica auctoritate,tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus,atque decernimus,quo de cætero omnes & ſinguli , qui poſt publicationem præſertim in locis infrà ſcriptis faciendam,occaſione beneficiorum obtinendorum ſe alios eſſe ſimulauerit,& tanquam tales ſe in examine ſuppoſuerint,aut beneficia pro perſonis id ignorantibus,ſeu pro ſe , vel pro aliis cum oblatione alicuius penſionis annuæ,aut pro aliis,cum ſpe penſionem annuam,aut aliud quantumuis modicum tēporale commodum ab eis conſequendi vel pro ſeipſis principaliter,animo & intentione ea poſtmodum in fauorem aliorum,etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum,cum ſimili penſione,aut commodo,aut etiam ſine eo reſignandi obtinere procurauerint,cuiuſcunque ſtatus gradus ordinis , & conditionis exiſtant, etiam ſi Epiſcopali,aut alia maiori dignitate eccleſiaſtica,vel Cardinalatus honore ſeu mundana,etiam Regia,Ducali,aut Marchionali preæminentia præfulgeāt, excommunicationis & anathematis,ac maledictionis æternæ ſententiam à qua niſi à nobis,aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente pręterquam in mortis articulo conſtituti abſolui nequeant,necnon priuationis omnium & ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura, ſecularium,& quorumuis ordinum regularium per eos in titulum,vel commendam aut alias quomodolibet obtentorum,& inhabilitatis ad illa,& alia in poſterum obtinenda pœnam eo ipſo abſque alia deſuper facienda declaratione incurrant,ita vt conſtito ſolum ſummariè & extraiudicialiter,quod ipſi contra tenores præſentium, aliquid fecerint, per curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem Auditorem,ſeu Viceauditorem, vel eius locumtenentem,pro talibus & vt tales publicari poſſint. Et nihilominus, ſic vt præfertur,obtentę prouiſiones,& commendæ,aliæque diſpoſitiones nullæ ſint irritæ,&

Non in muneribus,publicis nec in Magiſtratuū electionibus rigidior habenda eſt examinis ratio,quam in his qui Eccleſiæ miniſtri haberi volunt. Hac in re tamen multi variique abuſus committuntur, alij fauores ambiunt, alij perſonis interpoſitis examen refugiunt,alacres tamen & prompti ad ſuſcipiendos beneficij prouentus. Poſt morum puritatem neceſſaria eſt etiam doctrinæ commendatio c. ordinationes 9. q. 1. c. cum in cūctis. de elect. cap. graue. Idem docet Gratian. per integras quatuor diſtinct. à trigeſima ſexta ad trigeſimam nonam,oſtendens ignorantiā cunctorum errorum matrem.

tæ,& inanes,nullumque alicui ius in ipſis beneficiis,vel ad illa tribuant,nec aliquis earum vigore fructus ſuos faciat,ſed ad eorum reſtitutionem teneantur poſſintque beneficia,tam ſic impetrata quam per eos antea obtenta,tanquam modo præmiſſo vacantia nobis , & Rom. Pontifice pro tempore exiſtente duntaxat liberè impetrari. Volumuſq. ſtatutum,ordinationem,& decretum noſtra huiuſmodi,etiam quoad monaſteria monialium,& alia beneficia per moniales, aut alias mulieres obtineri ſolita locum habere,Non obſtant. conſtitutionibus,& ordinationibus,ac quibuſuis priuilegiis,indultis & literis apoſt. quibuſuis perſonis,etiam vt præmittitur,qualificatis,etiam in forma confeſſionalis. & quod interdici,ſuſpendi, vel excommunicari nequeant quomodolibet confeſſis,quæ eis contra præmiſſa in aliquo ſuffragari non poſſe decernimus,ceteriſque contrariis quibuſcunque. Cæterum ne quiſpiam ſtatuti,& ordinationis,ac decreti noſtri huiuſmodi ignorantiam prætendere poſſit,volumus præſentes quarum ſolam ſignaturam ſufficere decernimus , in ædium reſidentiæ præfati Datarij, & Cancellariæ apoſt. valuis,& acie campi Florę per aliquem ex curſor. noſtris publicari,& earum exemplum inibi,affigi, & dimitti,publicationemque & affixionem huiuſmodi omnes & ſingulos arctare perinde, ac ſi eædem præſentes illis perſonaliter intimatæ,& inſinuatæ,fuiſſent,contrariis non obſtan. quibuſcunque.

Placet Motu proprio. I.

V.

De Ambientibus,Papatum,aut viuente Papa,de futuro Pontifice eligendo tractantibus eorúmque complicum,ac fautorum pœnis.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ſecundum Apoſtolum , nemo debeat ſibi honorem aſſumere, ſed qui tanquam Aaron vocatur à Deo,facile ab omnibus iudicari poteſt, quam grauiter excedant,errent & peccent qui tam inferiores,quam ſuperiores dignitates eccleſiaſticas,& ipſam denique beati Petri,ſedem apoſtolicæ dignitatis culmen & apicē à Deo Optimo Maximo,è quo omnia bona procedunt, nulla prorſus humana ope,nec cuiuſuis auxilio,conſilio,vel fauore interueniente,prouenire non arbitrantur , ſed illas tanquam venales aut alias in diſpoſitione mortalium conſtitas,diuerſis modis,& mediis ambire,& aſſequi,ſeu potius vſurpare præſumunt. Nam vt Romanæ & cuiuſlibet alterius,tam ante,quam poſt Domini Dei, & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti in terris aduentum,benè inſtitutæ reipublicæ de ambitu,& contra ambitus reos ſanctiſſimè promulgatas,& inuiolabiliter obſeruatas leges,ad præſens omittamus,nonne huiuſmodi deteſtabile ambitus ſcelus,etiam iure diuino grauiſſimè punitur,cum Abſalon, qui regnum genitoris ſui adhuc viuentis ambiebat, ex mulo cui inſederat eleuatus,capillis capitis ſui quercui ſuſpenſus remāſit,& à Ioab tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonne illud ſacrorum Conciliorum à ſancta Dei Eccleſia receptorum. & approbatorum auctoritas diuerſimodè deteſtatur & punit,cum quemcunque preſbyterum,aut diaconum,ſeu clericum,qui Papa incolumi,& eo incōſulto ſubſcriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pictatia promittere,ſeu ſacramentum præbere tentauerit , aut aliquod ſuffragium polliceri,vel de hac cauſa priuatis conuenticuli factis,aliquid deliberare,& decernere præſumpſerit,loci ſui dignitate,&communione priuandum,anathematiſque pœna plectendum cenſeat,& propter occultas fraudes , & coniurationum huiuſmodi ſecretas inſidias ſi quis harum actionum particeps , conſilia eorum , qui de Pontificali agunt ambitu,ad notitiam eccleſiæ deferat & rationali probatione conuincat,eum non ſolum ab omni culpa purgatum remanere,verumetiam remuneratione non indigna ſubleuari velit,& ſtatuat,& exinde non modo ſacrorum canonum,ſed etiam ſecularium legum interpretes peritiſſimi & probatiſſimi,ambientes Papatum,aut ſuper eo Papa viuente,& inconſultò tractantes ſeu conuenticulas facientes,crimen læſæ maieſtatis in primo capite,& ſimoniacæ heræſeos incurrere decreuerint,non ſine clara & aperta ratione , cum omnis tractatus de loco,dignitate,& bonis alicuius viuentis,eo non conſentiente, ab vtroque iure prohibeatur,&

Aduerſus Ambitus reos, Cæſares ſuas etiam tulerunt leges teſtis eſt titul. 26. C. lib. 9. in quo ambitioſus per obreptionem officia impetrans caſſatur & etiam deportatur. Bald. Pœna eſt etiam centum aureorū & infamiæ. ff. eod. tit. XIII. Cuius etiā meminit Suet. in Aug. Paul. lib. 5. ſent. c. 32.

reprobetur præſertim cum inde præſtetur votum captandæ mortis, quod ſacri canones, & venerandæ leges paſſim abhorrent & deteſtantur. Accedit quod cum inter Pontificem, & eccleſiam contrahatur ſpirituale coniugium, quod fortius eſt carnali, grauiſſimæ pœnæ ex vtriuſque iuris cenſura imponuntur iis, qui conſtanti matrimonio, de alio coniuge tractare præſumunt. Quare cum peccatis exigentibus, plures indies beati Petri ſedem, nobis viuentibus, & inconſultis, ambire, & conuenticulas ſuperinde facere dinoſcantur, & ad hoc ſuffragia S.R.E Cardinalium obtinere, & quodam modo ſubharrare procurent, & ſatagant: Nos cupientes huiuſmodi deteſtabilis ambitus, & illi coniuncta ſimoniacæ hæreſeos, & læſæ maieſtatis crimina, non ſolum noſtris, ſed etiam ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium temporibus perpetuò abolere, & non ſolum ex vſu, ſed etiam ex mentibus hominum, præſertim in electione Romani Pontificis, qui Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti in terris vicarius exiſtit, radicitus euellere, & in præmiſſis pro tantæ rei neceſſitate, & periculi magnitudine, vt tenemur, ſalubriter prouidere habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ipſius S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura de eorum conſilio, & vnanimi aſſenſu, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, apoſtolica auctoritate, & de noſtræ apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac priuationis, & quaſuis alias ſententias, cenſuras & pœnas dudum à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, aut ſacris Conciliis, ſeu ſanctorum Patrum noſtrorum decretis ſtatutis, capitulis, canonibus, conſtitutionibus, & ordinationibus contra ſic ambientes quomodolibet latas, & promulgatas, approbamus, & innouamus, ac perpetuo obſeruari, & in viridi obſeruãtia, ſi forſan in ea non ſint, reponi, & eſſe debere. Necnon quoſcunque in præmiſſis, tam noſtro, quam ſucceſſorum noſtrorum prædictorum tempore, publicè, vel ocultè, aut alias quomodolibet delinquentes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, aut alia eccleſiaſtica dignitate, ſeu Cardinalatus honore, vel mundana etiam Ducali, Regali Reginali, aut Imperiali auctoritate, ſeu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere volumus, atque decernimus: Et nihilominus conſiderantes dignum eſſe, vt quos Dei timor a malo non reuocat, eccleſiaſticæ ſaltem coherceat ſeueritas diſciplinæ, de ſimilibus conſilio, & aſſenſu, ac auctoritate, & plenitudine poteſtatis volumus, & declaramus ſtatuimus, ordinamus, & decernimus, quod ſententiis, cenſuris, & pœnis prædictis in ſuis robore, & efficacia remanentibus, ac effectum ſuum ſortientibus, omnes, & ſinguli, tam clerici, quam vtriuſque ſexus laici, qui per ſe, vel alios nobis viuentibus, & inconſultè, verbis, vel ſcriptis, aut nunciis cum aliquo de futuro Pontifice eligendo, hactenus tractarunt, vel tentarunt ſeu in poſterum Romano Pontifice viuente, & inconſulto tractabunt, vel tentabunt, etiamſi vt præfertur, qualificati, & dignitate, honore, & auctoritate, & excellentia prædictis præditi exiſtant, ſint ipſo iure, & facto, abſque alia deſuper ferenda ſententia excommunicati excommunicatione maiori & maledictione æterna damnati, & ab excommunicatione, & maledictione huiuſmodi per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, præterquam in mortis articulo, abſolui non poſſint, incurrerintque & incurrant reſpectiuè crimen ſimoniacæ hæreſeos, & læſæ maieſtatis in primo capite, ac priuationem omnis etiam Epiſcopalis, Archiepiſcopalis, Patriarchalis, cuiuſuis alterius maioris, vel minoris dignitatis ac Cardinalatus honoris, necnon Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritas, & excellentiæ ac omnium & ſingularum eccleſiarum cathedralium, etiam Metropolit. & patriarchalium, monaſteriorum quoque ac prioratuum, aliorumque beneficiorum, et officiorum eccleſiaſticorum cum cura, et ſine cura ſecularium ac quorumuis ordinum regularium per eorum quemlibet obtentorum, necnon quorumuis fructuum reddituum, et prouentuum eccleſiaſticorum, ac penſionum annuarum ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, et prouentibus reſeruatorum, et aſſignatorum, ac Regiorum, Dominiorũ, feudorum, et bonorum ſpiritualium, et temporalium, vel miſtorũ, etiam patrimonialium, et allodialium, necnon iuriũ patronatus, et iuriſdictionum quarumcunq;

Quemadmodũ indignum eſt eius ambire cõiugium cuius maritus nondũ è viuis ſublatus eſt ſic & ſedem beati Petri vario ambitionis circuitu viuente Pontifice optare periculoſum eſt, & ſimoniacum.

Confirmatio & innouatio pœnarum contra ambientes Papatum.

Pœna electionẽ Pontificis, procurantium ante ipſius ſummi Pontificis obitum eoque inconſulto.

careántque

careántque voce actiua, et paſſiua, ac effecti ſint, et efficiantur reſpectiuè perpetuò inhabiles et incapaces omnium dignitatum, honorum, bonorum iurium, et legitimorum actuum, perpetuáque infamia vbique gentium ſint notati, et notentur reſpectiuè, nec infamia huiuſmodi ab eis aboleri, neque ipſi vllo vnquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, iura, et actus huiuſmodi, niſi ex ſpeciali verbo, et mãdato noſtro, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, noſtra, ſeu illius manu propria ſubſcripto, ac ſpecifica, et indiuidua reatus, et culpę ſuę qualitate expreſſa reſtitui poſſint. Quodque ſimiles ſententias cenſuras, & pœnas reſpectiuè incurrerint, & incurrant ipſo iure & facto, ac ſine alicuius ſententiæ prolatione, omnes, & ſinguli, etiam vt præmittitur, qualificati, & dignitatibus huiuſmodi præditi, cuiuſuis ſexus, & ordinis exiſtant, qui per ſe, vel alium, ſeu alios à die noſtræ ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptionis vſque in hanc diem in præmiſſis, aut eorum aliquo quoduis auxilium, conſilium vel fauorem, ſeu operam verbis vel ſcriptis, aut re, vel facto, ſeu promiſſione, pollicitatione, ſuaſione, vel his omnibus inſimul, aut quouis aliomodo directè vel indirectè, vel incidẽtaliter præſtiterunt, ſeu in futurum quouis etiam ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum tempore præſtabunt, aut in præmiſſis mediatores proxenetæ, nuncij, mandatarij procuratores, ſeu trapezitæ fuerunt, vel in poſterum, vt præfertur, erunt ſeu alias ſe in præmiſſis quouis modo intromiſerunt vel immiſcuerunt, ſeu in poſterum etiam tempore ſucceſſorum huiuſmodi habebũt, niſi ea nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, quorum tempore id continget, vel alteri, cui id per nos, vel ſucceſſores prędictos cõmiſſum fuerit, per ſe, vel alium ſeu alio cum primum commodè potuerunt reuelauerint etiam ſi in pręmiſſis aliquod aliud auxilium, conſilium, vel fauorem, aut opem non præſtiterint. Nos enim iis qui pręmiſſa reuelauerint, etiam ſi complices fuerint, non ſolum veniam, ſed etiam gratiam, & pręmia pollicemur, prout etiam ſucceſſores noſtros pręfatos facturos eſſe confidimus, ad hoc vt eorum iudicio, participes tanti criminis valeant coerceri: Et ſi quis vllo vnquam etiam dictorum ſucceſſorum noſtrorum tempore pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque iniuſta, illicita, vel iniqua exiſtere, aut in toto, vel in parte non valere, ſeu aliquo tempore non valitura eſſe, vel à nobis ſic fieri non potuiſſe, aut non debuiſſe, auſu temerario aſſerere pręſumpſerit, cuiuſcũnque dignitatis exiſtat, etiam ſi Cardinalatus honore, aut Regia, vel Imperiali pręeminentia, & excellentia pręfulgeat, ipſo iure & facto anathematis mucrone percuſſus ſit, & contra eum, tanquam vere ſchiſmaticum & hęreticum, inquiri, & tanquam talis puniri, eiúſque memoria damnari poſſit. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis necnon cuiuſuis conclauis capitulis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quibuſuis perſonis ſub præſentibus comprehenſis, per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicam etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ſimili poteſtatis plenitudine, aut conſiſtorialiter ſeu alias quomodolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autẽ per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio, habenda, aut exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſeruata inſerta forent præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permãſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus ceteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem pręſentes literæ ad omnium quorum intereſt notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere valeat, volumus eas in baſilicæ principis apoſtolorum de Vrbe & Cancellariæ apoſtolicæ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquos ex Curſoribus noſtris publicari, earumque copiam inibi affixam dimitti necnon publicationem, & dimiſſionem copiæ affixæ huiuſmodi ſufficere, & omnes quos eædem

Pœnæ complicum & fautorum.

Præmia reuelantium.

Clauſulæ derogatoriæ.

literæ

literæ tangunt arctare perinde, ac eis perſonaliter intimatæ, & notificatæ fuiſſent. Nulli ergo, &c. Si qui autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octauo: decimoſeptimo Kal. Ianuarij, Pontificatus noſtri Anno quarto.

Quo plus altiora & difficiliora ſunt honorum faſtigia eò magis hominum mentes ad illa æſtuant. Pontificiam ſedem omnium dignitatum excellentiſſimam ambiunt, qui à Spiritu ſancto non vocati repulſam patiuntur, exiles verò pauperes, docti tamen & vitæ integritate inſignes Petri cathedrā conſcendunt: quæ diuites indoctos, faſtuoſos, & Sybaritici cultus ſtudioſos ſemper odit & præſertim ambitioſos, qui iniquitate aut iniuſtitia ſæpiſſimè comitantur. Colludunt ad inuicem mater & filia iniquitas & ambitio. Vtinam multorum penetralia ingrederetur ſententia Diui Bernardi. Quoties (inquit) hominibus præeſſe deſidero toties Deum meum præire contendo tunc verè non ſapio quæ Dei ſunt. Idcircò cum nullis vigiliis nullis laboribus parcat animus aliquid magni & decoris ambiens, ſanctis canonibus cauetur ne quis Papatum ambire audeat, nec prece nec precio. Lucrentur alibi multorum ſuffragia hic nihil electioni ſuffragetur niſi quod cœleſti numini beneplacitum eſt. Nullos quod ſciam inuenio, per vim aut largitionem ingreſſos fuiſſe tantum munus. Seuientibus Tyrannidis furoribus in Eccleſia nemo niſi coactus volebat paſtoris ſummi officium. Nunquam legimus iure hæreditario Pontificiam ſedem ad cognatos deueniſſe, vel conſanguineorum ambitu ſucceſſores electos fuiſſe. Res hæc maiorem & ampliorem hiſtoriæ narrationem quam breuiſſimæ annotationis locum deſiderat, ſed hoc duntaxat illuſtrabitur, vt omnibus compertum ſit, Pontifices Romanos nunquam id iuris habuiſſe, vt ad eos decretum inſtituendi ſucceſſorem aliquando pertinuerit. Primùm Clero electionis ratio delegata fuit, deinde Cardinalibus, nihil vnquam profuit, vel ſtirpis auctoritas, vel fauor vel opulentia. Huius præcepti referta ſunt Conciliorum decreta, & leges, Summis etiam Pontificibus non ignotum qua via eundum ſit ad electionē tanti honoris. Bonifacius II. inſtituit ne quiſpiam ſibi in Pontificatu ſucceſſorem deligeret quod poſtea multi Pontifices confirmarunt. Bonifacius deinde III. habita Synodo Epiſcoporum duorum & LXX Presbyterorum XXX Diaconorum trium ſtatuit ne quis ſub tremendo anathematis fulgure in locum demortui Pontificis ſubrogaretur, niſi tertia ſaltem poſt obitum eius die, vtque pari pœna abdicarentur qui largitionibus & gratia Pontificatum venari ſtuderent. Nemo hactenus conqueſtus eſt de illegitima Pontificis electione, niſi hæreticus & Pontificiæ laudis hoſtis. Excempta clero eligendi Pontificem poteſtate, Cardinales ſemper id pro ſummo ſacramento habuerunt, vt nemo niſi multis annis antea probatus & omnium voce dignus exiſtimatus admitteretur.

Refert Platina ſub Gregorio VII. verba quibus in Pontificibus eligendis olim vterentur Cardinales quæ nos hic adiunximus. Nos Sanctæ Romanæ Cardinales, clerici, acolyti, ſubdiaconi, presbyteri, præſentibus Epiſcopis, Abbatibus, multiſque cum eccleſiaſtici tum laici ordinis elegimus hodie, decimo Cal. Maij in Baſilica S. Petri ad vincula, anno ſalut. M. LXXIII. in verum Chiſti Vicarium Hildebrandum Archidiaconum, Virum multæ doctrinæ magnæ pietatis, prudentiæ, iuſtitiæ, conſtantiæ, religionis, modeſtum, ſobrium, continentem, domum ſuam gubernantem pauperibus hoſpitalia in gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ liberè à teneris annis vſque ad hanc ætatem educatur: doctum quodquidem cum ea poteſtate Eccleſiæ Dei præeſſe volumus qua Petrus Dei mandato quondam præfuit. Addamus his ea quæ habentur, lib. 1. Decretal. tit. 6. de electione quæ Alexander III. apud Lateranum ſtatuit pro legitima & vera Pontificis electione hoc fermè verborum tenore. Licet de vitanda diſcordia in electione Rom. Pontificis manifeſta ſatis à prædeceſſoribus noſtris conſtituta manauerint, quia tamen ſæpe poſt illa per improbæ ambitionis audaciam grauem paſſa eſt eccleſia ſciſſuram, nos etiam ad malum hoc euitandum de conſilio fratrum noſtrorum & ſacri approbatione Conſilij aliquid decreuimus adiungendum. Statuimus ergo, vt ſi fortè (inimico homine ſuperſeminante zizaniam) inter Cardinales de ſubſtituendo ſummo Pontifice non poterit eſſe plena concordia, & duabus partibus concordantibus pars tertia concordare noluerit: aut ſibi alium præſumpſerit nominare, ille abſque vlla exceptione ab vniuerſali Ro. Pontifex habeatur, qui à duabus partibus concordantibus electus fuerit & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confiſus (quia de ratione eſſe non poteſt) ſibi nomen Epiſcopi vſurpauerit, tam ipſe quàm ij qui eum receperint, excommunicationi ſubiaceant, & totius ſacri ordinis priuatione multentur, ita vt viatici etiam eis (niſi tantum in vltimis communio denegetur: & ſi non reſipuerint, cum Datan & Abiron (quos terra viuos abſorbuit) accipiant portionem. Prætereà ſi à paucioribus quàm à duabus partibus aliquis electus fuerit ad Apoſtolatus officium, niſi maior concordia interceſſerit, nullatenus aſſumatur, & prædictæ pœnæ ſubiaceat ſi humiliter noluerit abſtinere. Ex hoc tamen nullum canonicis conſtitutionibus & aliis eccleſiis præiudicium generetur, in quibus debet maioris & ſanioris partis ſententia præualere: quia quod in eis dubium venerit, ſuperioris poterit iudicio definiri. In Romana verò eccleſia ſpeciale aliquid conſtituitur, quia non poterit ad ſuperiorem recurſus habere. Ex quibus quidem Alexandri verbis intelligimus diſcordiam vitandam in electione Epiſcopi vrbis, déque ea fugienda iam decretum à prædeceſſoribus fuiſſe. Quin & illud aſſequimur ad ſolos Cardinales iam redactam eligendi facultatem, quæ prius Cleri populique Romani fuit.

VI.

Hæreticorum & Schiſmaticorum pœnæ.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM ex apoſtolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura Dominici gregis nobis immineat generalis, & exinde teneatur pro fidei illius cuſtodia, & ſalubri directione, more vigilis Paſtoralis, aſſiduè vigilare, & attentius prouidere, vt qui hac ætate, peccatis exigentibus, propriæ prudentiæ innitentes licentiùs & pernicioſiùs ſolito contra orthodoxæ fidei diſciplinam inſurgunt, & ſuperſtitioſis, ac fictitiis adinuentionibus ſacrarum ſcripturarum intelligentiam peruertentes, catholicæ eccleſiæ vnitatem & inconſutilem Domini tunicam ſcindere moliuntur, ab ouili Chriſti repellantur, nec magiſterium erroris continuent, qui diſcipuli veritatis eſſe contemnunt: Nos conſiderantes rem huiuſmodi adeò grauem, & periculoſam eſſe, vt Romanus Pontifex, qui Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti vices gerit in terris, & ſuper gentes, & regna plenitudinem obtinet poteſtatis, omneſque iudicat, à nemine in hoc ſeculo iudicandus, poſſit ſi deprehendatur à fide deuius redargui, & quod vbi maius intenditur periculum, ibi eſt plenius & diligentius conſulendum, ne pſeudoprophetæ, aut alij etiam ſecularem iuriſdictionem habentes ſimplicium animas miſerabiliter illaqueent, innumerabileſque populos eorum in ſpiritualibus, aut temporalibus curæ & regimini commiſſos ſecum in perditionem, & damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat nos abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta in loco ſancto videre, cupientes quantum cum Deo poſſumus pro noſtro munere paſtorali vulpes vineam Domini demoliri ſatagentes capere, & lupos ab ouilibus arcere: ne canes muti videamur nequeuntes latrare, & perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur, Habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, deliberatione matura, de eorum cōſilio, & vnanimi aſſenſu omnes & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac priuationis, & quaſuis alias ſententias, cenſuras, & pœnas à quibuſuis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris aut pro talibus habitis etiam per eorum literas extrauagantes, ſeu ſacris Conciliis ab eccleſia Dei receptis, vel ſanctorum Patrum decretis, & ſtatutis, aut ſacris canonibus, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis contra Hæreticos, aut ſchiſmaticos quomodolibet latas, & promulgatas, apoſtolica auctoritate approbamus & innouamus, ac perpetuò obſeruari, & in viridi obſeruantia, ſi forſan in ea non ſint, poni, & eſſe debere, necnon quoſcunque qui hactenus à fide catholica deuiaſſe, aut in aliquam hæreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe, aut excitaſſe, ſeu commiſiſſe deprehenſi, aut confeſſi, vel conuicti fuerint, ſeu (quod Deus pro ſua clementia, & in omnes bonitate auertere dignetur) in poſterum deuiabunt, ſeu in hæreſim incident, aut ſchiſma incurrent; vel excitabunt, ſeu cōmittent, & deuiaſſe, ſeu incidiſſe, aut incurriſſe, vel excitaſſe ſeu commiſiſſe deprehendentur, aut confitebuntur, ſeu conuincentur, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali Patriarchali, primatiali, aut alia maiori dignitate eccleſiaſtica, Cardinalatus honore & apoſtolicæ ſedis vbiuis locorum, tam perpetuæ, quam tēporalis legationis ma-

De Pœnis hæreticorum vide quæ ſcripta ſunt ſup. ſub Innocentio 4. fol. 4. cum legib. Imperialib. fol. 20.

Confirmatur cōſtitutionum Pontificum in hæreſes & hæreticorum fautores.

Quibus pœnis hæreſis plectatur docent ſacri canones & legum ciuilium ſtatuta. Hæreticum autem illũ dicimus qui pertinaciter errat in fide, tria autem neceſſaria ſunt, , vt quiſpiam propriè dicatur hæreticus, vnum quod fuerit Chriſtianus alterũ quod erret in fide Catholica, tertium quod ſciens erret, eligens errorem contrarium catholicæ veritati & in ea electione includitur pertinacia. c. dixit apoſtolus. 24. q. 3. Turrecremata lib. 4. de Eccleſia, parte ſecunda, cap. 23.

nere, vel mundana etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate, ſeu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere volumus; atque decernimus. Nihilominus conſiderantes dignum eſſe, vt qui virtutis amore à malis non abſtinent, metu pœnarũ ab illis deterreantur, & quod Epiſcopi, Archiepiſcopi; Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges & Imperatores, qui alios docere, & illis bono exemplo, vt in fide catholica contineantur, eſſe debẽt, præuaricando grauius ceteris peccant, cum nõ solùm ſeipſos perdant, verumetiam alios innumerabiles populos eorum curæ & regimini creditos, ſeu alias eis ſubditos, ſecum in perditionem & puteum interitus trahant, de ſimilibus conſilio & aſſenſu hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione, in odium tãti criminis, quo nullum in eccleſia Dei maius, aut pernitioſius eſſe poteſt, de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſancimus, ſtatuimus, decernimus, & diffinimus, quod ſententiis cenſuris, & pœnis prædictis in ſuis robore & efficacia remanentibus, ac effectum ſuum ſortientibus omnes & ſinguli epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui hactenus, vt præfertur, deuiaſſe, aut in hæreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe, excitaſſe, vel commiſiſſe deprehenſi, aut confeſſi, vel conuicti fuerint, & in poſterum deuiabunt, aut in hæreſim incident, ſeu ſchiſma incurrent, vel excitabunt, aut committent, & deuiaſſe, ſeu in hæreſim incidiſſe, vel ſchiſma incurriſſe, aut excitaſſe, ſeu commiſiſſe deprehendentur, aut confitebuntur, ſeu conuincentur, cum in hoc inexcuſabiliores cæteris reddantur, vltra ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas, ſint etiam eo ipſo abſque aliquo iuris, aut facti miniſterio ſuis ordinibus, & cathedralibus etiam Metropolitan. Patriarchalibus, et Primatialibus eccleſiis, ac Cardinalatus honore, et cuiuſuis legationis munere, necnon voce actiua et paſſiua, omnique auctoritate, ac monaſteriis, beneficiis & officiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus & quorumuis ordinum regularibus, quæ ex quibuſuis conceſſionibus, & diſpenſationibus apoſtolicis in titulum, commendam, et adminiſtrationem, aut alias quomodolibet obtinuerint, et in quibus vel ad quæ ius aliquod habuerint, necnon quibuſuis fructibus, redditibus et prouentibus annuis ſuper ſimilibus fructibus redditibus, et prouentibus eis reſeruatis: et aſſignatis; Dominatibus quoque. Baroniis, Marchionatibus, Ducatib. Regnis, et Imperio penitus, et in totum perpetuo priuati, et ad illa de cætero inhabiles, et incapaces habeanturque pro relapſis, et ſubuerſis in omnib. et per omnia perinde, ac ſi prius hęreſim huiuſmodi in iudicio publicè abiuraſſent, nec vllo vnquam tempore ad eorum priſtinum ſtatum aut cathedrales Metropolitanas, Patriarchales, & Primatiales Eccleſias, ſeu Cardinalatus honore ſeu mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate & excellentia pollentibus haberi, tractari, & reputari, & vt tales euitari, omnique humanitatis ouxilio deſtitui debeant. Et qui ius patronatus, aut nominandi perſonas idoneas ad cathedrales etiam Metropolitanas & Patriarchales ac primatiales eccleſias ſeu monaſteria, vel alia beneficia eccleſiaſtica per priuationem huiuſmodi vacantia habere prætenderint, nec illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, ſed de ſeruitute hæreticorum erepta, perſonis concedantur idoneis, quæ illarum populos in ſemitas iuſtitiæ fideliter dirigant, teneantur, ad eccleſias, monaſteria, & beneficia huiuſmodi alias perſonas idoneas infra tempus à iure, vel ex eorum concordatis ſeu compactis cum dicta ſede initis ſtatutum, nobis ſeu pro tempore exiſtenti Romano Pontifici præſentare, alioquin tempore huiuſmodi elapſo plena & libera eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum diſpoſitio ad nos, & Romanum Pontificem prædictũ eo ipſo pleno iure deuoluatur & inſuper qui ipſos ſit deprehenſos aut confeſſos, vel conuictos ſcienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis fauere, vel credere ſeu eorum dogmata dogmatizare præſumpſerint, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrant, efficiantúrque infames, nec voce perſona, ſcriptis, vel nuncio aut procuratore aliquo ad publica, ſeu priuata officia, aut conſilia, ſeu ſynodum, vel concilium generale, vel prouinciale, nec conclaue Cardinalium, aut aliquam fidelium congregationem, ſeu electionem alicuius, aut teſtimonium perhibendum

Pœna Prælatorum, Regum & magnatum à fide Catholica deuiantium.

Fautores defenſores & receptatores hæreticorũ ſatis proximi ſunt hæreticis & credentibus non tamen ſunt tales nec puniũtur paribus pœnis cum eiſdem hæreticis & credentibus. Quiſpiam ergo tribus modis fautor dici poteſt hæreſis Io. Calderi. de hæreti. c. 5. de ſauto. videlicet ſola cõmiſſione, vel negligentia, vel cooperatione, & facto ſeu cõſilio vel verborum probatione.

bendum admittantur, nec admitti poſſint. Sint etiam inteſtabiles, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedãt: nullus præterea cogatur eis ſuper aliquo negotio reſpondere. Quod ſi forſan iudices extiterint, eorum ſententiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliquæ cauſæ ad eorum audientiam deducantur, & ſi fuerint aduocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: ſi verò tabelliones extiterint inſtrumenta confecta per eos nullius penitus roboris, vel momenti. Et inſuper clerici omnibus & ſingulis eccleſiis, etiam Cathedralibus, Metropolit. Patriarchalibus, & Primatialibus, ac dignitatibus, monaſteriis, beneficiis, & officiis eccleſiaſticis, etiam vt præfertur qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, & tam ipſi, quam laici, etiam vt præmittitur, qualificati & dignitatibus prædictis præditi quibuſcunque Regnis, Ducatibus, dominiis, feudis, & bonis temporalibus per eos poſſeſſis priuati exiſtãt eo ipſo, Regnàque, Ducatus, dominia, feuda, & dona huiuſmodi publicentur, & publicata ſint efficiantúrque iuris & proprietatis eorum qui illa primo occupauerint ſi in ſinceritate fidei, & vnitate S. R. E. ac ſub noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium obedientia fuerint. Adiicientes quod ſi vllo vnquam tempore apparuerit aliquem Epiſcopum etiam pro Archiepiſcopo ſeu Patriarcha, vel primate ſe gerentem, aut prædictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem etiam vt præfertur, Legatum, ſeu etiam Romanũ Pontificem ante eius promotionem, vel in Cardinalem, ſeu Romanum Pontificem aſſumptionem à fide catholica deuiaſſe, aut in aliquem hæreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe vel excitaſſe, aut commiſiſſe, promotio, ſeu aſſumptio de eo etiam in concordia, & de vnanimi omnium Cardinalium aſſenſu facta, nulla, irrita, & inanis exiſtat, nec per ſuſceptionem muneris, conſecrationis, aut ſubſecutam regiminis, & adminiſtrationis poſſeſſionem, ſeu quaſi, vel ipſius Romani Pontificis inthronizationem, aut adorationem, ſeu ei præſtitam ab omnibus obedientiam, & cuiuſuis temporis in præmiſſis curſum conualuiſſe dici, aut conualeſcere poſſit, nec pro legitima in aliqua ſui parte habeatur, nullámque talibus in Epiſcopos, ſeu Archiepiſcopos, vel patriarchas aut primates promotis, ſeu in Cardinales, vel Romanum Pontificem aſſumptis in ſpiritualibus, vel temporalibus adminiſtrandi facultate tribuiſſe, aut tribuere cenſeatur: ſed omnia & ſingula per eos quomodolibet dicta, facta, geſta, & adminiſtrata, ac inde ſecuta quæcunque viribus careant, & nullam prorſus firmitatem, nec ius alicui tribuant ſintque ipſi ſic promoti, & aſſumpti, eo ipſo abſque aliqua deſuper facienda declaratione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio, & poteſtate priuati, liceatque omnibus & ſingulis ſic promotis, & aſſumptis, ſi à fide antea non deuiaſſent, nec hæretici fuiſſent, neque ſchiſma incurriſſent, aut excitaſſent: vel commiſiſſent, ſubditis perſonis, tam clericis ſecularibus & regularibus, quam etiam laicis, necnon Cardinalibus, etiam qui electioni ipſius Pontificis antea à fide deuij, aut hæretici, ſeu ſchiſmatici interfuerint, ſeu alias conſenſerint, & ei obedientiam præſtiterint, eumque adorauerint, ac caſtellanis, perfectis, capitaneis, & officialibus etiam almæ Vrbis noſtræ, & totius ſtatus eccleſiaſtici, etiam eiſdem ſic promotis, vel aſſumptis homagio, ſeu iuramento, vel cautione obligatis, & obnoxiis ab ipſorum ſic promotorum, vel aſſumptorum obedientia & deuotione impunè quandocunque recedere, eoſq; vt magos, ethnicos, publicanos, & hæreſiarchas euitare, eidem ſubditis perſonis fidelitati, & obedientiæ futurorum Epiſcoporum, Archiepiſcoporum: Patriarcharum, Primatum Cardinaliũ, & Romani pontificis canonicè intrantis nihilominus aſtricti remanentibus, ad maiorem ipſorum ſic promotorum, & aſſumptorum, ſi eorum regimen, & adminiſtrationem cõtinuare voluerint, confuſionem, contra eoſdem ſic promotos, & aſſumptos auxilium brachij ſecularis implorare, nec propterea tales ab ipſorũ ſic promotorũ & aſſumptorum fidelitate, & obedientia præmiſſorum occaſionum recedentes, tanquam tunicæ Domini ſciſſores aliquarum cenſurarum, ſeu pœnarum vltioni ſubiaceant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon priuilegiis, indultis, & literis apoſtolicis eiſdem Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, Primatibus, & Cardinalibus, ac quibuſuis aliis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcienia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu etiam conſiſtorialiter, aut alias quo

Diſſentit ab hac Pontificis conſtitutione factum Pij 2. Pontificis qui quanuis hæreſim Baſilienſis Concilij tutaſſet poſt aſſumptionẽ eius ad pontificatum retractationem fecit.

modolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, ac etiam in corpore iuris clauſis, necnon quibuſuis capitulis, conclauis, etiam iuramento, aut confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & per nos ipſos iuratis. Quibus omnibus eorum tenores pręſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſò derogamus cæteríſque contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentes literæ ad omnium quorum intereſt, notitiam deducantur, volumus eas, ſeu earum tranſumptum (cui manu Notarij publici ſubſcripto, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munito plenam fidem adhibere debere decernimus) in baſilicæ principis apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ apoſtolicæ valuis, atque in acie cāpi Floræ per aliquos ex curſoribus noſtris publicari, & affigi, eorumq; copiam inibi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, & copiæ affixæ dimiſſionem huiuſmodi ſufficere, & pro ſolemni & legitima haberi, nec aliā publicationem requiri, aut expectari debere. Nulli ergò, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octauo, quinto decimo Calendas Martij; Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Publicatio conſtitutionis.

VII.

Reuocatio facultatum reuidendi, & expurgandi Libros Hebræos, quibuſcunque conceſſarū.

PAVLVS Papa Quartus, ad futuram rei memoriam.

APOSTOLICAE Sedis prouidentia circunſpecta nonnunquam ea quæ conſultè ſtatuerat, ex ſaniori iudicio conſultius reuocat, prout ex rerum euentu cōſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem fel. rec. Iulius Papa III. prædeceſſor noſter, dilecto filio Iacobo Giraldini laico Maceraten. qui vt dictus prædeceſſor acceperat, in Italia linguæ & legis Hæbraicæ profeſſor exiſtebat, & de Iudaica cæcitate, ad veri luminis agnitionem ſacrum Baptiſma ſuſcipiendo, diuina diſpoſitione peruenerat, in honorem & augmentum religionis Chriſtianæ, & vt dictus Iacobus quoad viueret in ea commodius ſuſtentari valeret, omnes & quoſcunque, nullis prorſus exceptis, libros, ſcripturas, & documenta Hæbræorum, tam in Synagogis, & archiuiis, quam aliis publicis, & priuatis locis almæ Vrbis, & aliarum ciuitatum, terrarum, & locorum eidem prædeceſſori, & S.R.E. mediatè vel immediatè ſubiectorum exiſtentia, tam manuſcripta, quam impreſſa, & ex tunc de cætero imprimenda, reuidere poſſet, apoſtolica auctoritate conceſſit, eumque in quacunque controuerſia, ſeu differentia, quæ in expurgatione dictorum librorum inter Chriſtianos & Hebræos occurrere, interpretem elegit, & deputauit, necnon ſub excommunicationis pœna vnicuique etiam in libris, ſeu lingua huiuſmodi perito, ne in reuiſione, & interpretatione huiuſmodi ſe intromittere, aut dictum Iacobum quouis quæſito colore impedire, vel perturbare auderet, vel præſumeret inhibuit, ac tunc & pro tempore exiſtenti Cameræ apoſtolicæ Theſaurario mandauit, vt omnibus iuris & facti remediis Hebræos huiuſmodi, & illorum ſuperiores, atque vniuerſitatem, tam coniunctim, quam diuiſim ad libros, ſcripturas, & dogmata ſua hebraica in medium exhibendum. Et eidem Iacobo de ſalario competenti, ſeu alij ſibi alias pro lectura in Ciuitate Maceraten. aſſignato ſimili reſpondendum cogeret, prout in noſtris inde confectis literis, cum dictus prædeceſſor antequam eius literæ deſuper conficerentur, ſicut Domino placuit, rebus fuiſſet humanis exemptus, plenius continetur. Cùm autem inconueniens & periculoſum exiſtat, vt reuiſio & expurgatio librorum huiuſmodi particulari perſonæ committatur, præſertim cum aliqui inde occaſionem arripere poſſint, præſumendi quod errores, ſuperſtitiones, & deliramenta in ipſis libris contenta, ſi per expurgationem huiuſmodi abolita non fuerint, per nos, & dictam ſedem approbentur. Nos pręmiſſis occurrere volentes, prædictas & quaſcunque alias ſimiles conceſſiones, electiones, & deputationes quibuſuis aliis, tam Chriſtianis, etiam clericis ſecularibus, vel quorumuis ordinum regularibus cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & preæminentiæ exiſtentibus, quam Hebræis etiam ad fidem Chriſti cōuerſis

Iacobus Giraldinus Hebraicæ linguæ profeſſor priuilegio legendi libros hæbreos Iudæorum donatus.

per dictum prædeceſſorem, & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem eandem ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet factas, earum & literarum ſuper eis confectarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis & inſertis habentes, dicta auctoritate, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac viribus penitus euacuamus, & pro reuocatis, caſſis irritis, & nullis viribúſque penitus vacuis habemus, & ab aliis haberi, eáſque nemini ſuffragari poſſe, aut debere decernimus. Diſtrictiùs inhibentes Iacobo & aliis tam Chriſtianis, quam Iudæis Pręfatis, ne conceſſionibus, electionibus, & deputationibus huiuſmodi vti, aut in aliquo ſe iuuare vel earum prętextu aliquid facere, aut attentare pręſumant. Nō obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die quartadecima Aprilis, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Inanibus iterum Iudæorum fabulis remoramur, quibus diſcutiendis labor eſt non ingratus variis ſalibus permixtus. Quæ ergo in vltima Iulij III. conſtitutione non præſtitimus in Thalmud inſaniam hoc ſcholio reſarcietur vt ambæ conſtitutiones inuicem coaleſcant. Mihi autem longè latéque per antiquas Hiſtorias peruaganti, & in priſcorum monumentis penè defatigato occurrit ex noſtri ſæculi authoribus clariſsimus Doctor Granatenſis offerens librum Hiſpanum introductionis fidei, quem ob elegantiorem phraſis ἐνέργιαν excellenti modo Iudæorum & Atheorum commenta damnarent illico amplexus ſum, & licet Idioma Hiſpanum non ita bene calleam ita me tamen iuuit dilucida, & iocunda hiſtoriæ ſeries, vt abſque Delio natatore & interprete faciliatem in dicendo & fidelitatem in interpretando ſequutus ſim. Introductionis ergo fidei parte 4. tractatu 2. cap. XXII. ſomnia Talmudiſtarum ſic exorditur.

Temporibus Benedicti XIII. Medicus quidam è Iudæo Chriſtianus factus & in ſancto lauachro Hieronymus de ſancta fide dictus Hæbreorum doctrina eminentiſsimus iuſſu ſummi Pontificis librum edidit quo ſacræ ſcripturæ teſtimonio Chriſti Meſsiæ aduentum explicatiſsimè probabat, cui & adiunxit aliquot inſignia fabularum & ſomniorum libri illius quem Iudæi Thalmud vocant. Hoc abſolutum opus Papæ & piis omnibus multum placuit, quod è Latino poſtea in Luſitanum ſermonem cæcis animabus & deluſis ex hac paganitate hominibus illas Hiſpaniæ oras habitantibus conſulturus Fœl. record. Gaſparus Archiepiſcopus de Goa tranſtulit. Ex quo quædam ſelegi quibus limpidiſsimo veluti è ſpeculo videre fas fuerit qua dementia irretiti ſint qui tanto errori inſeneſcunt. Illud Thalmud (quod doctrina interpretatur) annis circiter CCCC à Chriſto paſſo cœtu in Babylone congregato Hæbreorum Rabini compoſuere Rabana, & Rab Aſe legis peritiſsimi qui Euangelia Ieſu Chriſti igni cremandá cenſuerunt, & pro vero & inſtructiſsimo volumine tale commentum habendum, in quo omnia quæ verbo Deus Moſi loquutus eſt comprehenſa eſſe nugarentur. Sed vt quamplurima alia fingunt ſic & hoc adinuenere quod nec ratione, nec ſcripturæ authoritate quantumuis tenuiſsima apricentur.

Hæc Iudaica ſomnia Decies exuperant Biblia ſacra codicis craſsitie citra Gloſſarum tum antiquarum tum nouarum profuſiſsimam congeriē. Vt autem noui iſti ſomniatores apud rudem plebeculam maioris & locupletioris fidei præſidio fulcirentur ſua dogmata edicto inſſerunt, ne quis ea non ſecus ac decalogum aſpernaret aut irrita diceret. In hoc autem Lex Moſis ab hac noua traditione interfuit quod mitius punirentur contemptores legis diuinæ quam Rabinorum. Illius rei leuiter puniebantur, huius non niſi extremo ſupplicio flagitium expiabant.

Sed antequam auſpicemur huius pſeudodoctrinæ narrationem, Chriſtianum lectorem præmonitum velim nihil eſſe adeo iniquum, ſceleratum, fanaticum quod facilè non credatur ab his qui diuino præſidio caret, & eo facilius quo execrandum aliquod blaſphemiæ genus in Chriſtum continet, quo tamen & lux, ianua & iter, ad veritatis cognitionem, ſine quo homo cæcus, deuius & erro in Laberinthos inextricabiles ruit, & quemadmodum appetituum & paſsionum carnis nullus equè furentior aut durior eſt illo qui ad generationem humanam ratione duce naturaliter ſuffragatur, cuius ſtimuli minime vinci & contundi poſſunt niſi

gratiæ diuinæ ope, ſic & homines libidine illa animi æſtuantes huius egeni & inermes præſidij in turpes & abominabiles ruunt hæreſes. Hæc dicta ſunto, vt omnibus notum ſit, librum Thalmud *vt pote compoſitum ab egenis ſpiritus & gratiæ donis, tanta ſalebroſæ narrationis ſpurcitia ſcatere vt verius lenociniũ aut lupanar aliquod miſerarum animarũ quam quidquam aliud eſſe dixeris. Exhorret animus referens. Inuitus feror ad hanc lectionem quã caſtæ aures vix ferre poterunt, ſed his perpenſis facilius corruet nephanda hæc ſcriptura, & clarius damnabitur iniqua ipſa errorum & blaſphemiarum congeries. Et ne videamur aduerſariorum ignorare locos quos arguimus, ſingulis obiectionibus ſingularem & libri & capitis diſtinctionem non obliuiſcamur, ne quidquam commentitiũ aut inuentione doloſa confictum à nobis eſſe opinetur Chriſtianus lector* Ridicula *iſta quamuis &* Agelaſtis *ipſis cachinnum mouerent, illum potius ad fletus & lachrimas vrgeant. vt mecum miſeram cæcorum iſtorum vicem doleamus qui quo magis deluſi ſunt eò pertinaciùs ſe verè in* Dei *præceptis & voluntate edoctos profitentur.*

Elementa ergo Thalmudicæ *doctrinæ primum inquirentibus mox impia* Blaſphemiæ *incendia flagrare videmus. Illic modo* Deo *tollitur potentia, modo ſapientia excutitur, deluditur veritas, damnatur* Iuſtitia, *modo fœdè traducitur ſanctitas.*

In libro qui BERACHOT *inſcribitur primi cap.* Nox *diuiditur in tres partes, in quacunque harum affirmant* Deum Leonis *rugitu in hæc verba erumpere* Væ *mihi qui deſtruo domum meam, & templum meum & inter gentes mundi captiuo filios meos. In eodem capite ſequentia cornicatur* Rabi Ioſeph. *Domum deſertam aliquando apud Hieroſolymam ad preces fundendas ingreſſo obuius mihi factus eſt* Elias, *qui me hac ſalutatione ſuſcepit,* Pax *tibi* Magiſter. *ego vero eum iſta* Pax *tibi* Domine Magiſter. *Et dixit mihi fili quæ eſt illa vox quam audiui in hac domo deſerta? Reſpondi autem. Vocem audiui* Inſtar *columbæ clamantem & dicentem.* Væ *mihi qui deſtruo domum meam, & comburo templum meum* Elias *reſpondit mihi. Fili* Deus *non ſemel tantum ſed ſingulis diebus hæc dicere ſolitus eſt: Cum* Iſrael *orationis cauſa* Synagogam *ingreditur,* Deus *hæc verba præfari ſolet.* Beatus *ille* Rex *quem filij ita glorificant in ſua domo, ſed væ* Patri *qui filios captiuat & eiicit à* Menſa *paterna. Hæc ſunt verba ſupradicti capituli, quibus* Spiritus Blaſphemiæ Iudæorum *aperitur qui* Deo *manus & poteſtatẽ auferre illúmque ſceleri ſubiicere conatur.*

Vt eum impotentius à potentiæ ſuæ diuinæ arbitrio arcere ſatagunt, ſic omnem eius ſapientiam infirmam veluti & debilem arguunt, illique anile & fatuum quoddam exercitium tribuunt, ſic in ipſo ſtatim veſtibulo libri Hauoda Saza *nuncupati,* Percunctantibus *quid agat* Deus, *cui operi vacet? an totos dies torpore ſiue labore tranſigat parum feriatè reſpondent tribus primis diei horis illum legi ſtudere, tribus deinde ſequentibus edocere eos qui ante rationis vſum moriuntur tribus aliis, iudicio totius mundi præeſſe, tribus deinde poſtremis luctari cum dracone* Leuiath. *Noctu verò ſuper* Cherubinum *leuiſſimũ equitare & decem & octo mundis ſuo opificio creatos viſitare.* Tales *eſſe labores & lucubrationes* Dei *poſt orbem conditum narrant antequam verò conderetur illum tum ſtruendis, tum ſtructis deſtruendis mundis ſedulam nauaſſe operam concionantur.*

In Berachot *prin.cap. dicunt poſt templi* Hieroſolymitani *ruinam, non ſuper fuiſſe* Deo *præter quatuor cubitos ſpatii in quibus poſſet* Ha'ar, Lectionis *quoddam* Talmudicæ *genus ediſcere. Credúntque illũ primas & beatoires diei horas in reuoluendis* Thalmud *canonibus dicare. O pudenda commenta.*

Veritatem pariter apud Deum *non inueniri docere contendunt cum in libr.* Baua Meriha *cap.1. quod incipit* Meca Haboet *hæc dicat* Rabi Iſmael. *Maxima eſt res pax, quia* Deus *mentiri non erubuit, vt poneret pacem inter* Abraham *&* Saram.

Quis putaret tantam errorum Lernam *apud homines hoſpitari? fuerunt* Abſurdiora *ſomnia, dum ipſum* Deum *peccatis obnoxium faciunt, vt ſcribitur in* Hulin *in cap.* Elloc Torephot *ſup.* Gen. *illa verba.* Creauit Deus *duo luminaria magna, quæ quidem purulentiſſimis commentis cingunt, vt nemo non miretur, vbi phanatici iſti talia excogitarint. Scribit* Rabi Simeon *quod in inſtanti creationis vtriuſque lampadis mundi* Sol & Luna *erant æquales.* Deum *autem, his verbis alloqui volui* Luna. Domine *decet ne duos reges vna & eadem corona vti? Quamobrem iuſſit* Deus, *vt aliquantulum* Lunæ *lux deficeret. Sed illa id impatienti animo ferens dixit? En* Domine *cur tale lucis meæ deliquium fieri iuſſiſti cum vera dixerim? Tunc* Deus *vt illius votis obſequeretur, dixit.* Non *eſt quod mandato ſucenſeas vbi pœnæ idnonertitur.* Sol *die tantum ſuos emittet radios tu noctu & interdiu apparebis.*

Luna *verò pertinatius repugnans, dixit* Domine *quid* Soli *& candelæ, quid prodeſt fax in conſpectu* Solis?

Tunc dixit Dominus: *Ego faciam populum meum tuis menſibus ſua notare tempora His noluit placari* Luna, *adeò vt coactus ſit* Deus *culpã fateri, præceperitq́; Moyſi, vt in illius expiationem ſub nouilunio pro holocauſto hircus offerretur. Volúntque in hac hæreſi opitulari auctoritate 28. cap. Numer. vbi hircus pro peccato offerri iubet* Dominus. *Videant iam illi quibus eſt ſal in pectore virum iuſtè conſtituta ſit pœna mortis in eos qui tanta portenta non credunt.*

Pari veſania perciti dicunt in Baua Bratua *in cap.* Hamor *quod* Raba *filius* Rabhana *cum peregre proficiſceretur rogatus fuit à quodam agazone ad illi oſtendum montem* Sinai, *quod minimè renuit, cúmque ſimul progredirentur ſe vocem audiuiſſe teſtatur dicentem, Heu me miſerum! Quis me liberabit à Iuramẽto quod feci? Cúmque reuerteretur ad ſtudiorum paleſtram retulit* Archirabinis *quod audiuerat, qui eum diris minis obiurgarunt damnantes impiam negligentiam, quæ cum audiſſet querulam vocem* Domini *iuramentum conquerentis non reſpondiſſet* Domine, *Ego te ab hoc iuramento abſoluo. Quod iuramentum* Rabi Salomon *in gloſſa dicit obſtrinxiſſe* Deum *propter* Iſraelis *captiuitatem. Quis vnquam nouit magis futiles fabulas?*

His ſcurrilibus nugis adeò ſeſe dederunt Thalmudiſtæ, *vt glorioſum eſſe ducant his implere* Thalmud *paginas in contemptum legis diuinæ. Sic & in* Cahedrin *cap. incip.* Arbamitor *ſuper illa verba Leuit. 20.* Homo de filiis Iſrael & de aduenis qui habitant in Iſrael ſi quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch morte moriatur, populus terræ lapidabit eum. *Volunt ea pro fatuo mentis arbitrio ita torqueri vt cum loquatur textus de ſemine intelligendus ſit, hominẽ non peccare niſi cum vnicum dat filium* Idolo, *ſecus cum omnes offert. Id erat cõſecrare filios cũ parentes illos ſacerdotibus dabãt qui incenſo igni in conſpectu idoli cremandos iniicerent. Cum ergo textus dicat, Si quis dederit, innuit peccatum eſſe filium dare ſacerdoti ad offerendum,* Moloch, *nullum eſſe autem peccati reatum cum ipſimet patres illos propriis manibus ſacrificant, & pro eo quod dixit* Semen, *minimè potant comprehendi eos aut peccati legi ſubiici, qui vel patres, vel fratres, vel cognatos, vel ſeipſos* Idolo *deuouent.*

In eiuſdem libri & capitis ſerie docent eos non peccare qui vel amore, vel timore pulſi idolatriam committunt. Declarat iſta Rabi Salomon, Amore, *cum quis à potentiore precatur: timore, cum minis ad adorandum adigitur. Sed quis non videt hæc quaqua verſum repugnare ſcripturæ authoritati. Nónne pulchritudine mulierum* Madianitarum *ſuccenſi* Iſraelitæ *adorantes idolum* Phogor *ſceleris tanti luunt pœnas. Nónne diuino edicto occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum. Nónne laqueo ſuſpendi iuſſit* Dominus Principes *&* Duces *ſceleris populi conſcios. Quod ſi* Phinees *iram* Domini *non auertiſſet, actum erat de tota* Iſraelis *progenie. Cúmque res ita ſe habeat, vt teſtatur* Numeri 25. *Hiſtoria vnde in tantam audaciam efferaſcunt iſti nebulones, vt velint ſententiam* Domini *labefactari eorum commentis.*

Sic & Ioſephi *caſtitatem in fœdam libidinem commutare in* Hulici *cap.* Colhabazar *dicunt illum ex deſiderio explendæ libidinis cubiculum introiſſe vxoris* Pharaonis, *ſed cum in optatos amplexus ſe daret* Angelum Gabrielem *exciſis teſtibus eum ad venerem impotentem reddidiſſe. Longè aliud cum ſacra ſcriptura ſentiunt* Chriſtiani *omnes, ſciunt animum* Ioſeph *muliebri illicio frangi non potuiſſe & reginam* AEgyptiam *primo congreſſu fuiſſe inferiorem, fruſtráque* Cupidinis *telum in* Ioſeph *torſiſſe quod cum irritum vidiſſet, alia aggrediendum via putabat, haud quaquam animum deſpondens, ſed totam* Veneris Panopliam *in* Ioſeph *ſtruxit. Videtis quantam iniuriam in* Ioſeph *innocuum eiaculentur peſſimi* Siccophantæ.

His næniis obſcuriores addentes fabulas gloriantur miris verborum fucis cuiuſdam doctoris Rabi Simeon *filij* Ioax *ſic apud 3.cap.* Iora *Thraſonum in more ſuperbientis. Dignus ſum adeò & iuſtus vt nihil bonitati meæ refragetur, ita vt multis placeret omnes homines à natiuitate mea exortos vſque ad hodiernum diem ſaluos fore in extremo iudicio minimè dubitem. Et ſi filius meus* Alazar *mecum eſſet, nobis liceret liberare â die iudicij omnes quot quot nati ſunt ab orbe condito vſque ad hæc tempora. Poſtremò ſi* Ionathas *filius* Huſiel *nobiſcum iungeretur poſſemus tres ſimul omne genus humanum redimere à creatione, vſque ad finem mundi. Proh* Deum *atque hominum fidem quis credet vnquam impiam ventoſam,*

& acidam iſtam doctrinam habuiſſe aliquando diſcipulos. Habet profectò, & plus æquo maiorem ſectatorum numerum. Sic enim incantant Thalmudiſtæ mentes ſuorum ſequacium vt dicant huius Hæreſis inſcios & ignaros apud inſeros cruciari.

Omnis pietatis & Iuſtitiæ expers eſt Talmud doctrina, ad malos mores lata illic patet via, non ſolum maledicere licet parentibus verumetiam & Deo, vt iubetur in Carihedrin *cap.* Arba mihot. *Qui maledicit Deo culpæ non reus eſt, niſi in quantum nomen* Domini *proprium* Sem ha mephoras *ſingulare ſumit, quod ſi illud iungat vni ex his tribus* Adonai, Elohim, Sabaot *impunitus eſto. In eiuſdem libri cap.* Ellu *multa ſunt homicidia. & cap. 9. Reus communi Iudicum ore damnatus liberatur, aſſerunt enim impoſſibile eſſe ſine æquitatis iniuria quempiam nemine diſcrepante damnare.* Et libr. Hulin. *Accuſans quempiam iniuſtè iniqui teſtimonij ſi ante accuſati ſupplicium accuſatio falſa componatur pœna falſi plectetur, inſonte cæſo liber eſt impius accuſator. O pulchra iuſtitiæ Phariſaicæ iudicia. Non ergo temerè ſancitum eſt Pontificis Innocentij quarti, Iulij tertij, & Pauli quarti ne quis lectione Iudæorum librorum delectetur à qua nihil niſi impium & peſtilentiſſimum exhauriri poteſt. Genus hoc hominum ſuperis & mortalibus inuiſum vbique ſuas ſparſit inſanias, & ſanctæ Chriſtianorum doctrinæ inſidiatur. Tanto odio Iudæos Chriſtiani nominis flagraſſe ſcribit Iuſtinus Martyr in Dialogo, vt ex ſacris Biblis plurima deleuerint quibus Chriſtum crucifixum Deum verum & hominem eſſe, vnicúmque orbis redemptorē & Meſſiam promiſſum adeo diſertè docebatur vt ea nullis gloſſematibus poſſent alio detorquere qualia ſunt quæ ibidem ſubnectit de Eſdra, Hieremia & Pſal. 96. è cuius verſu decimo deleuerunt, à ligno, cum prius eſſet* Dicite *in gentibus qui* Dominus *regnauit à ligno.* Docet *Irenæus quomodo oracula Prophetarum Rabbini detorſerint ad impia ſomnia vt tenebris ſepeliretur Lux Euangelij, & Chriſti gratia. Archiſinagogus Tripho apud eundem Iuſtinum dicit Meſſiam nullam poteſtatem habiturum imò ne ſe ipſum quidem agniturum donec venerit Elias qui vnctione ipſum inauguret. Primo homini affingebant duas vxores (ait Auguſtinus lib. 2. contra aduerſ. legis cap. 1.) ex quibus genealogias infinitas texebant & infructuoſiſſimas quæſtiones.*

VIII.

Archiepiſcopi & Epiſcopi cuiuſcunque ordinis profeſſores, ad clauſtra ſuorum ordinum redeuntes, ad officia, & dignitates aſſumi non poſſunt.

PAVLVS Papa Quartus, Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſacra beati Petri ſede, meritis licet imparibus, diuina diſpoſitione collocati, ad ea per quæ ſub religionis iugo, Domino famulantium quieti conſulitur, & ambitionis via præcluditur, diligenter intendimus, & in his noſtris paſtoralis officij partes fauorabiliter impartimur, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut nobis innotuit, nonnulli Epiſcopi, & Archiepiſcopi diuerſorum ordinum profeſſores, dignitates, & officia, etiam ſuperioritates nuncupata ſuorum ordinum ambientes, ad hoc vt ad illa aſſumi, eaque obtinere valerēt, ab eorum eccleſiis, quibus præerant, etiã munere conſecrationis per eos ſuſcepto, per ſedem apoſt. abſolui procurauerint, & ad clauſtra ſuorum ordinum redeuntes, ſe ad dignitates, & officia, ac ſuperioritates huiuſmodi diuerſis modis viis aſſumi, eaque conſequi ſategerint, & exinde quamplures diſſenſiones & contentiones, ac religionis inobedientiæ exortę fuerint, & indies exoriant in animarum ſuarum periculum & dictorum ordinum opprobrium ac ſcandalum plurimorum, Nos præmiſſis, prout ex debito paſtoralis officij tenemur prouidere volentes, Motu proprio & ex certa noſtra ſcientia volumus, & apoſt. auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullis cuiuſuis ordinis, ſeu religionis profeſſor Epiſcopus ſeu Archiepiſc. poſtquam munus conſecrationis huiuſmodi ſuſceperit (etiam ſi à vinculo eccleſię cui præfuerat per ſedem eandē abſolutus, eique quòd in ſuo ordine remanere, & ad dignitates ac officia, & ſuperioritates huiuſmodi aſſumi, eaque obtinere poſſet per ſedem eandem ſeu illius auctoritate conceſſum foret) ad dignitates, aut officia, ſeu ſuperioritates huiuſmodi cuiuſcunque qualitatis exiſtant, & quouis nomine nuncupentur eligi ſeu aſſequi, aut obtinerę nullatenus poſſit, & ineligibilis, ac ad ea obtinenda perpetuò inhabilis exiſtat; Ac quæuis indulta, conceſſiones, diſpen-

Archiepiſcopi & Epiſcopi ſuſcepti paſtoralis muneris infulis ad officia ſuorū ordinum aſſumi non poſſunt.

ſationes,

ſationes, & facultates, ac aliæ gratiæ ei, tam à nobis & ſede prædicta, etiam per literas apoſt. etiam in forma breuis, vel alias ab eius legati, ſeu nunciis, aut maiori pœnitentiario noſtro, quam à ſuperioribus dictorum ordinum, ac quibuſuis aliis etiam ad id poteſtatem & auctoritatem habentibus ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliíſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibúſque, & aliis decretis, etiam motu & ſcientia ſimilibus, & deſuper hactenus conceſſa, & in poſterum conceden. nulla & inualida, nulliúſque roboris vel momenti ſint & eſſe cenſeantur. Et ſi quis eum de cætero ad dignitates ſeu officia, aut ſuperiores huiuſmodi ſcienter elegerit, iure eligendi perpetuò careat: ac voce actiua & paſſiua eo ipſo priuatus exiſtat. Reuocãtes & caſſantes, & annullantes, omnia & ſingula indulta, conceſſiones, diſpenſationes, facultates, & gratias huiuſmodi, quorum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus haberi volumus pro expreſſis: Ac decernentes irritum & innane quicquid ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon dictorum ordinum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus priuilegiis quoque indultis, & literis apoſtolicis Epiſcopis & Archiepiſcopis prędictis, ac quibuſuis alias conceſſis, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus quod præſentium literarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius curiæ eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die decimanona Iulij, Pontificatus noſtri anno quinto.

Electionis iura amittunt qui eligunt ad dignitates & officia ordinis exemptos ab ordine.

IX.

De Lenonum, & eorum complicum pœnis.

EX ORDINE, & de mandato Reuerendiſſimi Domini Saluatoris Pacini huius almæ Vrbis Gubernatoris, per præſens bannimentum, & proclama omnibus denunciatur, & intimatur, quod Sanctiſs. D. N. D. Paulus diuina prouidentia Papa Quartus, volens ſceleribus, quæ ex vitio, & luxuria carnis in dicta Vrbe indies perpetrãtur, quantũ cum Deo poteſt occurrere, viuo vocis oraculo ſtatuit, & decreuit, ac ſua irrefragabili conſtitutione ſanciuit, quod omnes & ſingulæ vtriuſque ſexus perſonæ, quæ aliquam puellam, aut aliam iuuenculam ex eius patria, aut alio loco in quo tunc honeſtè viueret, veſtes, aut alia id genus bona eis pollicendo, ſeu quauis alia corruptione ſeduxerint, & ad ipſam Vrbem adduxerint, eaſque, aut aliquem puerum in eadem Vrbe quomodolibet proſtituerint tanquam omni priuilegio cuiuſcunque ordinis, vel dignitatis (iuxta conſtitutionem fel. rec. Innocencij Papæ Quarti prędeceſſoris ſui, quæ incipit pro humani generis) priuati, & nudati, ac per leges ſeculares ipſo iure & facto condemnati per ordinarios ſanctitatis ſuæ Iudices ſeculares, nulla ab eadem ſanctitate ſua deſuper expectata declaratione, ſeu mentis ſuæ intentione, irremiſſibiliter hoc modo puniantur, Lenones videlicet, & lenæ, circa proſtitutionem maſculorum verſantes, & cum eis circa præſtitutionem ipſam agentes, vel conſentientes necnon Lenones, & lenæ puellam, ſeu aliam iuuenculam inuitam aſſumentes, & ad neceſſitatem nutrientes, ac poſtmodum proſtituentes, & lucrum ex eius proſtitutione captantes, quotquot fuerint, vltimo ſupplicio afficiantur. Hi vero qui corrupto comite ſtuprum puero ſuaſerint, aut puellam viginem ſuper violatione eius pudicitiæ interpellauerint, ſeu ad hoc ei quicquam donauerint, vel prætium, vt id aſſequerentur dederint, aut domum ad hoc eis commodauerint, ſeu quicquid aliud ad effectum præmiſſorum fecerint, flagitio perfecto, capitali pœna plectantur, eo autem imperfecto, in aliquam Inſulam deportentur, & inibi perpetuo relegentur, & qui in præmiſſis comites corrupti fuerint, eiſdem pœnis ſubiaceant. In cæteris vero caſibus Lenones, & lenæ huiuſmodi qui de cætero lenocinij artem exercuerint, fuſtibus per Vrbem publice ceſi, ab

Hæc conſtitutio in lenones turpiſſimos qui quæſtum in proſtituendis virginibus corradunt eóſque qui præpoſteræ Veneris infandum vſum excolunt lata eſt. Lenones autem vt inquit Iul. Clarus lib. 5. Sent. Pract. crimin. §. fin. & lenæ puniuntur pœna mortis, vt eſt tex. in Auth. de læn. §. præconizamus. col. 3. ſed de conſuetudine non puniũtur pœna mortis, ſed tantummodo flagellantur cum mitra

hac

dicit Nunius de les corregi dores, fol. 204. nu. 15. vel affi- ciuntur aliqua alia pœna arbi- trio iudicis, & ita eſſe conſue- tudinem atteſta tur Pract. Iodo- ci, c. 89. nu. 43. Ita etiam in Re gno Hiſpaniæ ſolere practicari dicit Ant. Gom.

hac Vrbe perpetuò exulare cogantur. Et qui domos ſuis eiſdem Lenonibus vel le-
nis de cætero ſcienter locauerint, vel ſi ignorantes id fecerint, niſi poſtquam hoc
eis notificatum fuerit illos expulerint, domum ſic locatam eo ipſo amittant, & ea
realiter, & cum effectu priuentur, & ſpolientur & inſuper pœnam mille ſcutorum
auri ab eis auferendorum, & in pios vſus conuertendorum ipſo facto incurrant. Vo
luit quoque eadem ſanctitas ſua, & præfato Gubernatori ſimili viuæ vocis oraculo
mandauit, vt ſtatutum, & decretum, ac ſanctionem ſuam huiuſmodi, quæ perinde,
ac ſi ſub nomine ſanctitatis ſuæ in ſcriptis redactæ, & per eandem ſanctitatem ſuã
motu proprio ſubſcripta, & ſignata forent, & literæ apoſtolicæ deſuper ſub plum-
bo confectæ eſſent, plenariam fidem facere, & eis indubiam fidem adhiberi debere
decreuit, per publicum bannimentum, & proclama omnibus quorum intereſt de-
nunciari, & intimari faceret, decernens denunciationem, & intimationem huiuſ-
modi eos omnes ligare, & arctare, perinde ac ſi præmiſſa omnia eis ex parte ſanct.
ſuæ, aut per literas apoſt. perſonaliter intimata, & notificata, ac de verbo ad verbũ
recitata fuiſſent, in contrarium facien. non obſt. quibuſcunque.

X.

Lites cauſæ & inter Cardinales quomodolibet vertentes ſummi Pontificis deciſioni reſer- uantur.

PAVLVS Papa Quartus Motu proprio, &c.

CVM ſæpius etiam dum in minoribus eramus in mente reuoluentes quam
inducens & ſcandaloſum foret inter S.R.E. Cardinales iudicialiter coram alio, quã
ſummo Pontifice experiri, & poſtmodum ad ſummi apoſtolatus apicem aſſum-
pti cum diuerſis S.R.E. Cardinalibus colloquendo, conceptum & intentionem no-
ſtram præfatam explicantes huiuſmodi noſtrum propoſitum collaudauerint, & ad
inueniendum modum, per quem præmiſſis prouideretur nos exhortati ſint. Noſq;
etiam in publica ſignatura mentem noſtram fore, quod cauſæ huiuſmodi per nos
tantum terminarentur publicè declarauimus, licet ſuper hoc aliqua ſcriptura con
fecta non fuerit. Ac volentes omninò declarationem noſtram huiuſmodi plenum
effectum ſortiri debere, tenore præſentium, omnes & ſingulas lites & cauſas inter
quoſcunque S.R.E. Cardinales ſuper quibuſuis rebus & bonis tam eccleſiaſticis,
quám ſecularibus necnon eccleſiis monaſteriis, prioratibus hoſpitalibus, & piis lo
cis, ac aliis quibuſcunque beneficis eccleſiaſticis ſecularibus, vel quorumuis ordi-
num regularibus, ſeu illorum ſpolio, vel attentatis, aut innouatis, rebuſque aliis, &
illorum occaſione coram quibuſuis Iudicibus, etiam eiuſdem S.R.F. Cardinalibus
aut palatij apoſtolici cauſarum Auditoribus in quauis inſtantia, ac etiam in nego
tio exequutio, vel reſtitutionis in integrum quomodolibet vertentes, & pendentes,
etiam ſi ad illarum inſtructionem & concluſionem ſit proceſſum. Quorum om-
nium ſtatus, &c. pro expreſſis haberi volumus ad nos in eiſdem ſtatu & terminis
in quibus reperiuntur aduocamus, cognitionèmque & deciſionem illarum nobis
reſeruamus Deciſioníque & terminationi per nos ſuper illis faciendæ appellatione
quocunque etiam alias de iure admiſſibili reiecta & poſtpoſita, ſtandum acquieſ-
cendum, & patienter omninò parendum, & obediendum fore ſtatuimus, & ordina-
mus. Ac ſimiliter in litibus & cauſis quæ de cętero inter eoſdem S.R.E. Cardina-
les exoriri cõtigerint, obſeruari, volumus, & mandamus: Inhibentes omnibus & ſin
gulis Iudicibus tam ordinariis, quam delegatis ac quacunque auctoritate fungen-
tibus: in virtute ſanctæ obedientiæ, ne in cauſis inter Cardinales prælatos penden-
tibus, ipſiſque ordinariis ne in illis quæ de cætero coram eis introducerentur ad
aliquem actum abſque ſpeciali reſcripto, manu noſtra ſignato procedere, aut ali-
quid attentare audeant, vel præſumant: irritum quoque & inane quicquid in con-
trarium fieri contigerit, ſublata eis alias iudicandi, & interpretandi facultate, & au
ctoritate decernimus. Præſentéſque in Cancellaria apoſtolica publicari, & ab om-
nibus inuiolabiliter obſeruari mandamus. Non obſtantibus conſtitutionibus, &
ordinationibus apoſtolicis, priuilegiis quoque, & indultis eiſdem S.R.E. Cardina-
libus per quoſcunque Romanos Pontifices, ac nos in genere, vel in ſpecie cõceſſis,
confirmatis,

Cauſarum Cardinalium deciſiones ſummis Pontificibus reſeruatæ.

confirmatis, & innouatis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus expreſſa, ac de
verbo ad verbum mentio ſpecialis facienda foret, quorum omnium & ſingulorum
tenores continentias & formas pro expreſſis haberi volumus, & cæteris contrariis
quibuſcunque.

Placet Motu proprio. I.

Lecta & publicata fuit prę̨ſcript. conſtitutio Romæ in Cancellaria Apoſtolica,
Anno Incarnationis Dominicæ, mileſimo quingenteſimo quinto, die verò Iouis,
nona menſis Ianuarij.

XI.

Diſpenſationes matrimoniales in ſecundo gradu non conceduntur contrahentibus matrimo- nia ſcienter in gradibus prohibitis.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam
AB ea ipſa die, qua diuina bonitas nos (licet tanto oneri impares) regendæ
vniuerſalis eius Eccleſiæ præficere dignata eſt, nunquam ceſſauimus cogitare, quo
pacto ſinguli abuſus noſtra diligentia tollerentur, diuerſas ſuperinde conſtitutio-
nes, iuxta caſuum exigentiã quotidie promulgando, & publicando. Hinc eſt quod
cvm (ſicut nobis nuper innotuit) à nonnullis annis citra introductum ſit, vt qui ma
trimonium in ſecundo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu contrahere anhelant,
ſcientes ſe diſpenſationem à ſede apoſtolica ſuper eodem matrimonio contrahen
tes, poſtquam contractum fuerit, reportandi, matrimonium ipſum de facto contra
hant, & carnali copula conſument, excommunicationis ſententiam in Concilio
Vienen. contra matrimonia in gradibus prohibitis ſcienter contrahentes promul-
gatam damnabiliter incurrendo. Et deinde ſub prætextu, quod ſi diuortium fieret
inter eos, grauia exinde inter eos, & eorum conſanguineos, & affines ſcandala poſ-
ſent veriſimiliter exoriri, & mulier perpetuo diffamata remaneret, abſolutionem
neceſſariam, & diſpenſationem opportunam, quas ſibi debitas concedi expoſtulét,
ſicque abſolutionem, & diſpenſationem (quas alias non obtinerent) eo prætextu vt
plurimum reportent in ſcandalum plurimorum. Nos conſiderantes pręmiſſa cau-
ſam tribuere delinquendi, & inceſtum committendi, ac ex delicto, loco pœnæ,
commodum & appetitus ſatisfactionem reportari, malitiis hominum occurrere
volentes, per has noſtras omnibus innoteſcere volumus, quod nós lapſo tempore,
infra quod notitia præſentium in partibus, ex quibus ſimiles diſpenſationes peti
cõtinget veriſimiliter haberi potuerit, abſolutiones & diſpenſationes huiuſmodi
ex prætextu prædicto, etiam ſi proles ex matrimonio ſic contracto ſubſecuta fue-
rit, nullatenus ſed ſolùm ex cauſa vrgentiſſima pro bono publico, & à iure con-
ſiderata, per nos tantùm, & non alium approbanda, concedemus, & quod diſpen-
ſationes ex alia cauſa noſtris temporibus perpetuò exulabunt, quod nobis licere
non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicantes. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.
Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo
quingenteſimo quinquageſimo quinto, Idibus Decembris, Pontificatus noſtri
Anno primo.

Diſpenſatiò in gradibus affinitatis parciùs dari debet. Nam vt verum ſit matrimonium & legitimum neceſſariò requiritur vt ij contrahant qui iure non prohibentur contrahere & hoc merito vt loquuntur dici poteſt eſſe de ſubſtantia contractus.

Inter conſtitutiones huius ſummi Pontificis obliuioni non eſt prætereundum quod apud exteros ſingulari iure geſſit, dum multas celeberrimas eccleſias cathedrales fecit. Id muneris & gratiæ Pontificiæ excepit India in qua Malaclinenſem & Cochinenſem eccleſias Metropolitanas inſtituit precibus Regis Portugalliæ fretus. Sic & in Belgio Regiæ ditionis Prouincia idem præſtitit. Quod factum quia ſcitu periutile, & poſteritati non ingratum fore intelligamus hic ex Archiuis Romanis decerptum adſcripſimus.

Paulus Quartus Pontifex Maximus, cum mentis ſuæ aciem pro paſtorali officio, & Eccleſiarum omnium ſollicitudine conuertiſſet, ad eam inferioris Germaniæ partem, quæ Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici ditioni hæreditario iure ſubiecta eſt, ſciens meſſem quidem ibi multam eſſe, operarios autem paucos, propterea quod cum ea regio antiquitus erectionis Cathedralium Eccleſiarum ſuarum tempore ſparſim, & infrequenter admodum habitaretur, à tot iam tãtiſque populis, & gentibus incolitur, vt pro oppidorum celeberri-

morum, quibus vbique referta eſt frequentia, & caſtellorum, pagorúmque multitudine, paucæ admodum ibi ſunt Eccleſiæ Cathedrales. Quo fit, vt tam pauci Epiſcopi non ea, qua opus eſſet diligentia, tantam animarum multitudinem regere poßint, quod quibuſdam eorum hoc eſt etiam difficiliùs, quod ipſorum Diœceſani lingua inſtitutíſque differunt, & quidam eorum etiam eiuſmodi priuilegia habent, vt ipſos ad ſedem epiſcopalem non liceat euocare, ita nec fidei doctrina, & piè viuendi præceptis commodè inſtrui, nec ſi quid deliquerint, facilè corrigi ab Epiſcopis ſuis poßint. Ad ipſos verò Epiſcopos viſitandos, admonendos, & ita officio continendos, ne vna quidem in tota illa tam celebri, & tam longè, latéque patente regione Eccleſia eſt Metropolitana, ſed illæ, quibus ſubiecti ſunt extrà fines ipſius Philippi Regis ſunt, earúmque Archiepiſcopi propter multa, & varia impedimenta, nullis ſuffraganeis ſuis vſui iampridem fuerant, ad quæ tanta incommoda cum hoc quoque accedat, quòd cum ea regio omni ferè ex parte cincta ſit, & obſeſſa à populis ſchiſmaticis propter aßiduas hæreticorum inſidias, dolos, & fraudes, peſtiferáſque doctrinas, catholica illic fides, & animarum ſalus in maximo diſcrimine, ac periculo verſatur. His cauſis adductus, precibus etiam annuere volens, & pio deſiderio ſatisfacere ipſius Philippi Regis, qui pro ſua pietate: & Catholicæ fidei ſtudio, hac de re cum eo, & ſæpe, & per quam diligenter per literas, & nuncios egit: habita, ſicut rei magnitudo poſtulabat, cum S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, tam grauiter periclitanti in illis partibus fidei orthodoxæ: & animarum ſaluti aptißimum eſſe remedium duxit, ſi veterum Eccleſiarum in illa regione poſitarum diœceſes commodioris regiminis cauſſa diuideret, nouíſque erectis Cathedralibus Eccleſiis eiuſmodi præficerentur Epiſcopi, qui tum exemplo, tum verbo commiſſas ſibi oues paſcant, & proborum, eorúmque doctorum virorum copia muniti, ideoneorúmque opera miniſtrorum adiuti, illas aduerſus inſidiantium luporum rabiem tueantur, defendant, & cuſtodiant, & Metropolitanæ aliquot Eccleſiæ opportunis eius regionis locis erigantur, ad quas commodè adiri poßit, quibus qui præfuturi ſunt ſuffraganeos ſuos in officio contineant. Apoſtolica igitur auctoritate, & ex S. R. E. Cardinalium conſilio, ad Dei Omnipotentis honorem, & ipſius Sanctæ Eccleſiæ vtilitatem, Cameracenſem, Traiectenſem, Atrebatenſem, Tornacenſem Eccleſias, ciuitates, & diœceſes Remenſi, Colonienſiq; Eccleſiis, & prouinciis, quibus erant Metropolitico iure ſubiectæ: Item Mechlinienſe, Antuerpienſe, Harlemenſe, Dauentrienſe, Leouardienſe, Gruningenſe, Middelburgenſe, Buſcoducenſe, Ruremundenſe, Namurcenſe, Audomarenſe, Iperenſe, Gandauenſe, Brugenſe, frequentißima Cameracenſis, Traiectenſis, Tornacenſis, Leodienſis, Morinenſis, diœceſium oppida, à ſua quodque eorum diœceſi & Prouincia exemit. Auulſit quoque eas Colonienſis, Oſnaburgenſis, Monaſterienſis, & Padeburnenſis diœceſium partes, quæ in Philippi Regis diſtributione erant, quas Elcleſiis Cathedralibus ab ſe inſtitutis diſtribuit. Veteres verò epiſcopales ſedes, Cameracum & Traiectum ac Mechliniam oppidum Eccleſias archiepiſcopales conſtituit, reliqua tredecim oppida Cathedrales ſedes erexit, quas hac ratione trium Metropolitanarum ſuffraganeas eſſe voluit Cameracenſi quidem Metropolitanæ, Atrebatum, Tornacum, antiquæ Epiſcopales Eccleſiæ, ex nouis vero Audomarum, & Namurcum ſubiecit. Traiectenſi Archiepiſcopali nouas ſedes epiſcopales Harlemenſem, Dauentrienſem, Leouardienſem, Gruningenſem, Middelburgenſem attribuit. Nouam Mechlinienſem Metropolitanam nouis Epiſcopatibus Antuerpienſi, Gandauenſi, Brugenſi, Iperenſi, Buſcoducenſi, Ruremundenſi præeſſe voluit, cunctáſque has Epiſcopales & Archiepiſcopales ſedes iuris patronatus Philippi Regis, & hæredum eius eſſe conſtituit. Cum quo de ipſarum Eccleſiarum redditibus, quibus epiſcopi, & canonici ali poſſent, tranſegit.

Plurima alia celeberrima diplomata edidit quæ parui fuerant ponderis ob temporum tumultus & iniurias. Variis rebus geſtis poſteris inſignis fuit huius Pontificatus, quædam enim illo ſedente contigerunt quæ pluribus luctum quibuſdam gaudium tulerunt. Illis enim temporibus diem obiit Auguſtæ & fœlicis memoriæ Carolus V. Imperator. Pax Galliæ Philippi II. Hiſpaniarum, & Henrici II. Galliarum Regum fœderibus, & nouo Sydere effulſit, ſed noua hæc gaudia acerbum ſecum duxerunt dolorem. Cùm enim Rex Chriſtianiſſimus Iſabellæ filiæ Regi Hiſpano deſponſatæ, non ſolùm Principum frequentia, ac ſolemni pompa verumetiam Heroica ſua celſitudine exornare vellet, equeſtria certamina propoſuit, quibus non ſolùm interfuit, ſed ſummo totius regni, & principum luctu atque mœrore præfuit. Hæc omnia cùm breuius in Chronicis noſtris adnotata ſint hic liberiore calamo poſt multos Atticæ fidei ſcriptores narrabimus. Haſtiludia erant illa inprimis ſolennia, (vti Panathenæa altera) fatalia profectò; quibus erecto animo Rex vna cum Guiſano, Ferrario affi-

ne, atque Nemurte (quos ab vniuerſo equeſtris ordinis ſodalitio, & ſpectata virtute, & bellica gloria honoratos delegerat) manifeſta horum ludorum promulgatione, confidenter omneis haſtas Europæ (tanquam alter Achilles) prouocauerat. Contenderat verò primo atque item ſecundo decurſionum illarum die, Martis iſte pullus cum athletis, cataphractis, ſtrenuè acriter ac fortiter. Cum autem haſtas glorioſa lacertorum iactatione & brachio connitente iactaſſet, vi torſißet, vibraßétque, itaque in concurſu illo vno atque item altero, dum labori non parceret, ſibiipſi moleſtus atque iniurius, ex laßitudine, violentr motu, atque agitatione corporis (vti accidere neceſſe fuit) artus quodammodo dormire tertia haſtiludiorum die, ſenſit. quod vbi cõiunx Regina præ cæteris animaduertit, precibus inſtabat, atque blandißimè obſecrabatur, vt eo die maritus decurſione deſiſteret, inquiebat enimuero, honori ſuo tum nudiuſtertius cum pridie eum, laudatißimis duabus decurſionibus, quibus tot & taleis viros, equitéſque defatigaſſet Rex, ac viciſſet, feciſſe ſatis. id quod eius vxor tunc quidem enixius orabat, quam non ferunt, ſed aſſeuerant multi, in ſomnis eadem nocte viſam fuiſſe ſibi eum vulnere confoſſum & exanimem (ceu quandam ſubſequentis cædis imaginem) vidiſſe. Præterea cum Gallicus vates antea occultè pronuntiaſſet, ad vitæ eius periculum pertinere iſta ludicra haſtarum, (id quod in popularibus rumusculis ac ſermunculis non obſcurè circunferebatur) Regi etiam eius diei mane, familiarißimi quique & admißionales, cum exantlato labore defatigatum reperiſſent, (vti remores aues) amicißimis verbis diſſuaſerant, vt ne tertium ſe ludis committeret, ſatis enim ſupérque prioribus duabus eius contentionibus, vniuerſo equitatus ordini palmam laudis & gloriæ præreptam dixerant. Porrò bonorum conſiliorum tunc quidem (vt ſi quando alias) Rex negligens, ſomnium vxorium, & oracula contempſit. Quæ tamen omnia luctuoſo exitu probauit: vltro in occurſum fatorum irruens. Armatus ſiquidem (vt antea) & equo generoſo vectus in paleſtram cum ſplendore ſummo deſcendit: in eáque duabus amplius horis, ſumma contentione atque ardore egregiè eſt prœliatus. His rebus triduo ferè, & præclare ſemper geſtis, Pyruſtæ gaudium Henricus in concione circunſtantium equitum, eſt gauiſus, nam cum eo die finis haſtiludiis fuerit futurus, paucíque ei equis haſtis vibrarent, Mongomerium Gallum, Hordei Scoti Prætorianæ cohortis præf. F. nominatim euocatum, prouocauit. Hîc Mongomerius (in quem oculi omnium coniiciebantur) dum imperata facit, ad claßici ſignum, & tubarum clangorem equo admiſſo occurrentem Regem magna vi excepit. Verum (ô diram ſortem) cum haſtæ, in pectus regium duro brachio impactæ, cuſpis partim diſiecta, partim in multas minutißimas particulas, ramentáque dißipata, in aerem ſublime ferretur, ecce, ſimul cum ictu impreßionis violentæ, trunci (quem adhuc preſſa manu tenebat Mongomerius) acies, galeæ Regalis ocellum (ita anguſtum illam foraminum διαφάσιν neceßitati ſeruientes, appellamus, quibus radium viſus certius dirigunt ac iaciunt à lumine vndique circumcluſo armati equites) offendit neſcio qua incuria apertum itaque ſubleuato eo ocello (quem Rex, quòd ab illa concurſatione, finem facere ſuarum decurſionum deliberatum habebat, noluerat abditis clauiculis præcludi) per aduerſum galeæ hiatum labrúmve dextrum oculum Regis confodit Mongomerius, ſic vt contus cerebro hæſerit: letali accepto vulnere, priuſquam ſeminiuum animus deficeret, ſanguinolentúmque Regem delinqueret ſpiritus, occurrentes certatim admißis equis cuncti equites, (vt ne ſanguine atque tabo deformatus ex equo laberetur) ſuſtinuerunt, coniunctíſque dexteris, ex Ephippio atque ſtapedibus ſuſtulerunt, qui euentus præter expectationem, dici nequeat, quanto cum dolore, tum animarum conſternatione non modo vniuerſum theatrum affecerit, ac perturbarit, ſed ipſum etiam victorem. Cœlum pro re nata ruere videbatur: aut terra igni commiſceri. At Rex confeſtim detractis armis, in ſedecula primum deinde in triclinio eſt ſepoſitus Quo ſtatim vndique accerſita exquiſitorum Medicorum iudicia, letum, mortémque denuntiarunt, qui medici etſi omnem operam perinde atque Vnctores ei nauabant, alexipharmaca & cataplaſmata adhibuiſſent, tamen remediis neutiquam cederet plaga, letale malum ſucclamabant. idem vt perſpexit And. Veſalius, in Anatomice omnium, qui ad hanc ætatem vixerint, medicorum facile Princeps, quem Philippus gener, è Belgio citatis æquis, & magnis itineribus eò ad opem ſocero ferendam, allato nuntio miſerat, conſpecta plaga, ob perdolatas, concuſſáſque teſtulas, ac cuticulam cranei, Chironium (inquit) vulnus. Interea vero dum doloribus diſtraheretur Rex, nullius æquè eum pœnituit atque ſuæ temeritatis ac opinationis. etſi quando paululum ſe remittebat dolor, (id quod raro fiebat, pelliculis inteſtinis effluentis cerebri læſis ac colliſis) grauißimè ſuſpirabat, dolebátque, ſe fortunæ ſumma iniuria, in lecto, deſidioſa iſta morte incumbere.

ſemper enim aut in acie, aut in memorabili quodam conflictu potius mori conſtituiſſe. Porrò, poſteaquam nullis humanis adminiculis, nullis officiis Aeſculapiorum, nullis contentionibus Archiatrorum impendentis fati vis reprimi aut repelli potuit, nudius vndecim (vt inſanabile vulnus ei inflixit fortuna, aut voluntaria leuitas ſatius) VI. Id. Iul. vitam hanc cum morte commutauit, natus annos quadraginta, cum regnaſſet duodecim. Cuius *mors humanis iudiciis variè exaggerabatur, aliis immaturã illam, aliis horribilem,* acerbam, *miſerabilem, multis nominibus funeſtam, denique indignam tanto* Rege *exclamantibus.*

Regis G*allorum caſus omnes fermè ingenti pauore concuſſit, & ſummi* Pontifici cum *mœrore mortem intulit* XV. *Cal.* Septemb. *Anno* M. D. LIX. *ætatis* LXXXIII. *menſe* vno *diebus* XXII. Pontificatus *verò quarto ſupra menſem ſecundum & diem* XXIIII. Spiritus *aſtra petit terra cadauer habet.* Morientis *ſuprema vox fuit,* Lætatus *ſum in his quæ* dicta *ſunt mihi in domum* Domini *ibimus.*

PIVS QVARTVS.

Ioannes Angelus Bernardini Medicei Mediolanenſis filius ſummæ & admirandæ rebus gerendis prudentiæ Paulo IIII. mortuo ſummus Pontifex non ſine diuini Conſilij & bonitatis gratia poſt varias contentiones concordibus ſuffragiis eligitur in ipſis Natalis Domini feriis Anno M.D.LX. Epiphaniæ demum feſto de more coronatur, biennio maior ſexagenario. In pietatis inſigne decus cui pronus fauebat Pius IIII. vocari voluit. Ferdinandi Cæſaris legatos quos Paulus Quartus ſuſciperé neglexerat audiuit, & Caroli V. in fratrem tranſlata Imperij ſceptra probauit. Palicanum ditionem omnem (ex qua triennio ante Latino bello extruſus fuerat) M. Ant. Colummæ reſtituendam curauit. Carolum Caraffam Cardinalem leſæ maieſtatis reum & factionum facilè principem iudicibus capitis damnandum dedit. Concilij Tridentini Seſſionibus finem impoſuit. Philippum II. Hiſpaniarum Regem inuictiſſimum ad Bellum in Turcas gerendum precibus & præſidio oblato adhortatus eſt. Prælatos Græcos in Calabria Romanæ Eccleſiæ Epiſcopis ſubiecit. Rhodianis Militibus ob deuictũ hoſtem Chriſtiani nominis apud Melitam inſulam per literas gratulatus eſt. Virgini Chriſti Matri templum in colle Quirinali magnificentiſſimum ad Thermas Diocletianas ſtruxit.

I.

Declaratio conſtitutionis Pauli IIII. *editæ contra religioſos extrà clauſtra vagantes & Apoſtatas.*

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruuorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SEDIS Apoſtolicæ ſolertia dum ad ſalutare quorundam remedium extructa, in eorum detrimentum vrgere conſpicit, ne quod illis profuturum maturitate ſumma prodiiſſe comperitur noxium incauto miniſterio efficiatur, celeris prouiſionis opem afferre conſueuit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem poſtquam fel. rec. Paulus Papa Quartus prædeceſſor noſter rumore quodam apoſtaſiæ in pleróſque ordinis Fratrum Minorum profeſſores inualeſcentis excitatus per quaſdam ſuas in forma breuis literas venerabili fratri noſtro, tunc ſuo,

Rodulpho Epiſcopo Portuen. Cardinali de Carpo nuncupato dicti ordinis protectori dederat in mandatis, vt ipſius ordinis Magiſtros & Miniſtros moneret, eiſq; præciperet, quod in ſingulis prouinciis eorum iuriſdictioni ſubiectis, omnes & ſingulos eiuſdem ordinis profeſſores, qui ex quauis cauſa quantunque iuſta, & iuridica apparente propria temeritate, aut prætextu quarumuis etiam dicti Pauli, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum in ſimili forma, vel ſub plumbo confectarum, ſeu pœnitentiariæ apoſtolicæ literarum quorumcunque tenorum exiſterent, extra domos ſuas regulares eorum habitu regulari, ſiue retento, ſiue abiecto degebant, vel ex tunc in poſterum degerent, etiam per iudices & miniſtros ſeculares perſonaliter apprehendi, & detineri facerent, dummodo infra modicum tempus eorundem Magiſtrorum & Miniſtrorum arbitrio moderandum dictos apprehenſos, & detentos ipſis Magiſtris & miniſtris conſignare deberent, eorumq́ue qui prætextu literarum huiuſmodi domos ipſas exiuiſſent, tam Apoſtolicas, quam pœnitentiariæ literas prędictas pręfati Magiſtri & Miniſtri viderent, diſcuterent, & examinarent, ac tam ſuper veritate, quam ſuper ſufficientia cauſarum in dictis literis expreſſarum, & narratarum diligenter inquirerent, & tam eos quos falſum narraſſe, aut cauſam minus ſufficientem expreſſiſſe, vel in ſeculo iniquè verſatos eſſe, quam eos quos propria temeritate domos regulares prædictas exiuiſſe comperiſſent, perpètui carceris, vel ad tempus, ſeu aliis pœnis debitis punirent, & compeſcerent, & qui ex vera cauſa per eos approbanda literas ipſas ad tempus impetraſſent, ſi impedimento ſublato, ſeu alias ad clauſtrum redire vellent, nec aliquod canonicum obſtaret, eos benignè reciperent, & charitatiuè tractarent, Dictus Paulus prędeceſſor quod diuerſorum Romanorum Pontificum etiam prędeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, contra Apoſtatas èditis deerat ſupplere ſtudens, & apoſtaſię morbo peramplius mederi intendens, Motu proprio, & ex certa ſcientia ſua, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine certis aliis ſuis literis per quarum poſteriores priores quo ad ea in quibus poſterioribus abuerſabantur, reuocauit omnes & ſingulos cuiuſcunque religionis, ſeu ordinis regulares. qui poſt profeſſionem per eos in ętate legitima conſtitutos in aliquo approbato etiam militari ordine purè & liberè emiſſam, vel qui ante ętatem legitimam profeſſi fuiſſent poſt illam per eos in ipſa ętate legitima conſtitutos purè & liberè ratam, & gratam habitam, temeritate propria, aut quouis prętextu vel cauſa, etiam ſi ſe religioni & ordini non aſtrictos eſſe ſine cauſę cognitione, & illis quę à iure requiruntur, quo ad eaſdem ſeruari omiſſis, vel non legitimè probatis, declarari obtinuiſſent, aut beneficium eccleſiaſticum, etiam curatum non pręcedente legitima diſpenſatione poſſiderent, vel alicui beneficio eccleſiaſtico, etiam curato alterius nomine deſeruirent, extrà clauſtra ſuorum regularium locorum degebant, aut ex tunc in poſterum degerent, omnibus & ſingulis beneficiis eccleſiaſticis per eos quomodolibet obtentis cuiuſcunque qualitatis forent, & ex tunc de cetero obtinendis ac fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis eis quomodolibet reſeruatis, & aſſignatis, Necnon quibuſuis in quacunque facultate gradibus per eos etiam antequam religionem ingrederentur aſſecutis, necnon quocunque miniſterio eccleſiaſtico penitus & omninò priuauit, ac ad illa et alia quęcunque et qualiacunque ex tunc in poſterum obtinenda, ſeu fructus, redditus, et prouentus eccleſiaſticos percipiendos, aut gradus aſſequendos perpetuò inhabilitauit, et ab executione quorumcunque eccleſiaſticorum etiam ſacrorum et preſertim presbyteratus ordinum, necnon omni miniſterio eccleſiaſtico prædicto perpetuo ſuſpendit, priuatóſque & inhabiles, ac ſuſpenſos eſſe, necnon beneficia ipſa de iure & de facto, etiam ad hoc vt eorum ordinarij Collatores ea aliis liberè conferre poſſent, & niſi ea infra tempus à Lateranen. Concilio ſtatutum contuliſſent, collatio beneficiorum eorundem ad immediatum illorum ſuperiorem, & demum ad eum pro tempore exiſtentem Rom. Pontificem deuolueretur, patroni quoque eorundem beneficiorum perſonas idoneas infra tempus iure ſtatutum ad ipſa beneficia præſentare poſſent, & niſi præſentaſſent, eorum libera collatio ad ordinarium ſpectaret & pertineret, vacare, ac de illis ſolum per eum & ſedem præfatam diſponi poſſe, necnon reſeruationes fructuum redditũm & prouentuũ huiuſmodi extingui & expirare decreuit, Ita vt extunc de cætero ipſi Apoſtatæ quandiu

Pauli IIII. *conſtitutionem in religioſos vagantes habes ſup. fo. 376. conſt. poſtquam.*

Declaratio pœnæ à Paulo IIII *latæ in eos qui iugum ordinis profeſſi excutiunt.*

A Beneficiis *& muneribus etiam ante religionem ſuſceptam aſſecutis exuti & ad dignitates habendas inhabiles redduntur.*

quandiu viuerent aliqua beneficia eccleſiaſtica obtinere, vel aliquod officium ſeu
miniſterium eccleſiaſticum exercere vel exequi, aut fructus redditus & prouentus
eccleſiaſticos vel ſuper illis penſiones annuas percipere vel exigere, ſeu curam ani-
marum exercere, aut ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare, ſeu miſſam cele-
brare, aut prætextu ordinum in quibus conſtituti forent aliquid facere vel exe-
qui nequirent, & prouiſiones ſeu commendæ, ac reſeruationes fructuum redditũ
& prouentuum eccleſiaſticorum, necnon aſſignationes penſionum annuarum eis
etiam apoſtolica auctoritate, etiam cum dictarum literarum toto earũ tenore in-
plenaria derogatione pro tempore factæ, nullæ eſſent & irritæ, ac viribus carerent
nec aliquod eis ius aut titulum beneficia poſſidendi, aut fructus redditus & prouen
tus, ſeu penſiones huiuſmodi exigendi vel percipiendi tribuerent, ipſique ſic priua
ti inhabiles & ſuſpenſi fructus ſuos non facerent ſed ad illorum reſtitutionem te-
nerentur: Et nihilominus ſi curam animarum exercere vel eccleſiaſtica ſacramen
ta miniſtrare, ſeu miſſam celebrare, aut prætextu ordinum ſuorum prædictorum
aliquid facere, vel aliquod officium ſeu miniſterium eccleſiaſticum exequi præſu-
merent, tanquam ſuſpenſi ab executione ordinum ſuorum, & in illis contra ſuſ-
penſionem huiuſmodi contemptum clauiũ miniſtrantes, condignis, pœnis omni-
nò punirentur. Voluitque & ſanciuit quod quæuis tam eccleſiaſticę quàm ſeculares
perſonæ cuiuſcunque ſtatus aliquem Apoſtatarum eorundẽ receptare, ſeu nutrire,
vel illis quominus ad eorum monaſteriorum ſeu domum vel alium locum regu-
larem redirent, fauorem auxilium ſeu conſilium præſtare non præſumerent, & ſi
eos receptarent ſeu mitterent, vel illis vt præfertur fauerent ſeu auxilium vel con
ſilium præſtarent, & per ordinarium loci ſub quo moram traherent commonitũ à
præmiſſis non deſiſterent, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrerent, &
ſi patroni alicuius beneficij eccleſiaſtici ſiue laici ſiue clerici aliquem ex eiſdem
Apoſtatis ad beneficium de eorum iurepatronatus exiſtens tunc vacans præſenta-
rent præſentationes huiuſmodi eſſent eo ipſo nullæ irritæ & innanes ac viribus ca
rerent, & ipſi patroni iure præſentandi alios ad eadem beneficia pro ea vi-
ce tantum priuati exiſterent quodque ſuperiores ordinum quos ipſi profeſſi forẽt,
& ordinarij locorum in quibus ipſi Apoſtatæ pro tempore degerent tam con-
iunctim quam diuiſim eoſdem Apoſtatas vt ad eorum Monaſteria redirent, ſi eis
expedire videretur, charitatiuè requirere, etſi ad dicta Monaſteria redire ceſſarent
differrent vel recuſarent, eos ſecundùm ordinis diſciplinam monitione pręuia per
cenſuras eccleſiaſticas & pœnas etiam quoad penultimo dictas literas corporis af
flictiuas ad redeundum cogere & compellere poſſent, inuocato etiam ad id ſi opus
foret auxilio brachij ſæcularis. Quod ſi regularis ordo id non pateretur, auctorita
te ſua prouidere valerent, vt talibus apud eadem Monaſteria in locis competenti-
bus, ſi abſq; graui ſcandalo fieri poſſet, alioqui in aliis religioſis domibus eiuſdem
ordinis ad agendum inibi pœnitentiam vitæ neceſſaria miniſtraretur. Si vero Apo
ſtatæ huiuſmodi ſe in iis obedientes præſtarent eſſent Apoſtolica Auctoritate præ
dicta maioris excommunicationis ſententia eo ipſo innodati, & ſuperiores ſui eos
excommunicatos eſſe declararent & nunciarent, ac vt tales ab omnibus ſuis ſubdi
tis nunciari & publicari facerent. Tenerenturq; ipſi Apoſtatæ cuiuſcunque ordinis
cõgregationis & habitus forent Birretum nigrum cum duabus lineis albis ſub cer
ta ibidem expreſſa forma confertum continuè geſtare, & ſi ſine birreto huiuſmo-
di deprehenſi forent, poſſent pro huiuſmodi inobedientia non ſolum per ſuos ſupe-
riores, verum etiam per quoſcunque tam eccleſiaſticos quam ſeculares Iudices
& Magiſtratus condignis pœnis puniri, & ad declarationem ipſius birreti omnino
compelli. Decernens quod ex tunc de cętero qui aliquem ordinem approbatum, vt
præfertur, tacitè vel expreſſè prorſus foret, & ſe illi ordini non aſtrictum eſſe con-
tenderet, vel alias quouiſmodo ſiue retento ſiue remiſſo habitu extra regularia lo
ca ipſius ordinis de iure aliquo caſu ſtare poſſe putaret, vel quauis ratione vel præ
textu deſuper poſtularet vel ſupplicaret literas quas ab eos, ſeu officio dictæ pœni-
tentiariæ obtineret Cardinali protectori ſeu Viceprotectori ipſius ordinis in curia
reſidenti & procuratori generali eiuſdem ordinis dirigi & præſentari facere, ac co-
ram in eo illis negotio cum plena cauſæ cognitione procedere teneretur, alias
omnia

Omni iure fungẽdi officiũ exuti ſunt Apoſtatæ.

In Apoſtatarum fautores & receptatores.

Apoſtatæ vt internoſcantur à cæteris Birretum nigrum duabus lineis albis diſtinctum ferre tenentur.

omnia & ſingula per ipſum profeſſum in præmiſſis geſta nullius eſſent roboris
vel momenti, literæque aliis directæ nullam iuriſdictionem tribuerent. Quódque
omnes & ſingulæ tranſlationes de Apoſtatis ipſis ad alium ordinem etiam per ip-
ſum Paulum vel alios prædeceſſores noſtros, ſeu per Officium pœnitentiariæ hu-
iuſmodi eatenus factæ, & quas extunc deinceps fieri contingeret, niſi ad arctiorem
vel parem ordinem factæ forent, & ipſis ſic tranſlatis in Monaſteriis in quibus re-
gularis obſeruantia vigeret actu manerent, nullæ eſſent irritæ, ipſique, ſic tranſlati
ad priſtinum ordinem, etiam ſi in ordine ad quem tranſlati forent promiſſionem
in eo emitti ſolitam emiſiſſent, redire tenerentur, & ſi poſt vnam & ſecundam mo
nitionem ſibi à prælatis vel ſuperioribus ordinum è quibus tranſlati erant factam
redire diffrerent, aut negligerent liceret ipſis prælatis aut ſuperioribus procedere
contra eos modo & mediis contra Apoſtatas ſtatutis. Et nihilominus præfatos
ſic tranſlatos, & vt præfertur, non redeuntes adminiſtratione cuiuſcunque benefi-
cij eccleſiaſtici ſeu Officij & prælaturæ perpetuò priuauit & priuatos eſſe: Necnõ
bona quæcunque mobilia ſeu immobilia, ac cenſus redditus & prouentus iura &
actiones per eoſdem fratres tam egreſſos & eiectos quam ad alium ordinẽ vt præ-
fertur tranſlatos ſeu de licentia ſuorum ſuperiorum extra eorum monaſteria ſtan
tes, tempore, quo extra Monaſteria ſui ordinis ſtetiſſent acquiſita etiam ſi acquiſi-
tiones huiuſmodi ab ipſis fratribus ex redditibus beneficiorum eccleſiaſticorum
cum cura vel ſine cura ab eis obtentorum ſeu detentorum, aut ex propria indu-
ſtria ſeu artificio mercatura, vel ex teſtamento aut ſucceſſione ab inteſtato quorũ-
uis conſanguineorum affinium & amicorum, aut quorumcunque aliorum factæ
eſſent non fiſco ſuo aut Cameræ Apoſtolicæ, ſed religioni aut monaſteriis in qua
ſeu quibus primo profeſſi forent eo ipſo applicatas eſſe & cenſeri debere decreuit
& declarauit, Ita vt iuxtà regularia religionis ſeu monaſteriorum huiuſmodi in-
ſtituta omninò diſtribui & diſpenſari deberent, nec ſuper illis per protectores aut
ſuperiores religionis & monaſteriorum prædictorum ſeu quoſuis alios quacun
que auctoritate fungentes aliqua compoſitio, ſeu concordia, aut remiſſio fieri poſ
ſet. Sicque & non alias aliter nec alio modo in præmiſſis omnibus & ſingulis per
quoſcunque iudices & commiſſarios quauis etiam dicta apoſtolica auctoritate
fungentes, etiam cauſarum palatij apoſtolici auditores, & S.R.E. Cardinales in
quauis cauſa & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi &
interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, an ſi ſecus ſuper
his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irri
tum & inane decreuit, Necnon omnia & ſingula priuilegia & indulta apoſtolica
quibuſuis ordinibus, monaſteriis, & domib. ſeu aliis regularibus locis (Carthuſien.
& Eremitis Camaldulen. in Eremo realiter degentibus duntaxat exceptis) ſuper
recipien. canonicis regularibus ſeu monachis vel fratribus aliorum ordinum per
quoſcunque Rom. Pont. ſimiliter prædeceſſores noſtros, ſub quibuſuis verborum
formis & tenoribus etiam motu ſimili, vel alias quomodolibet conceſſa etiam Ma
remagnum, nuncupata, quo ad facultatem recipiendi eoſdem canonicos regulares
ſeu monachos vel fratres penitus & omninò reuocauit, caſſauit, irritauit, annulla-
uit, & viribus penitus & omninò euacuauit, Vniuerſis & ſingulis venerabilibus fra
tribus noſtris tunc ſuis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac aliis diœceſa-
nis & locorum ordinariis vniuerſarum literarum huiuſmodi executionem man-
dando, ac conſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis conſuetudinibus, priuilegiis, in
dultis, & tunc expreſſis derogando, Prout in ſingulis ipſius Pauli prædeceſſoris lite
ris prædictis reſpectiuè pleniùs continetur. Cum autem, ſicut accepimus, licet ſin-
gulæ literæ prædictæ à zelo religionis eiuſdem Prædeceſſoris emanauerint, nihilo
minus cum poſt illarum publicationem per ordinarios locorum ad earum execu-
tionem procedi cœptum foret, maximi in omnibus regnis & prouinciis rumores,
lites, & contentiones, ac grauia ſcandala multipliciter exorta fuerint cum propter
maximum ipſorum Apoſtatarum, & tranſlatorum numerum, tum etiam ex quo
multi prætenderent vel prætendebant damnari in dictis literis, omnes fere vnifor
miter nulla inter cauſam & cauſam, ac lepram, & lepram differentia & diſtinctio
ne habita damnabantur, cum tamen pleríque eorum præuiis diſpenſationibus, &
Ee inultis,

Tranſlationes Apoſtatarum ad alium ordinem laxiorem non valent.

Non redeuntes ad primarium religionis votũ ab adminiſtratione cuiuſcumque beneficij Eccleſiaſtici ſeu officij priuabuntur, Pauli 4. decreto.

Reuocatio priuilegiorum.

Grauiſſima ſcãdala, ab Apoſtatis excitata.

incultis,ac licentiis ab eorum ſuperioribus,& à ſede apoſtolica ex iuſtis & ratio
nabilibus cauſis conceſſis muniti forent, & nihilominus quamplures ex eis zelo
conſcientiæ aut pœnitentia ducti literis prædictis parere , & monaſteria à quibus
egreſſi fuerant redire ſeſe paratos exhiberent,ſed ab eorum ſuperioribus, nullate-
nus reciperentur,ſicque ob earundem literarum rigorem magis confuſionibus in
uoluti,ac miſeriis & calamitatibus oppreſſi,omnibus remediis deſtituti, ac perpe-
tuis,cenſuris innodati,ciboque ſpirituali &temporali priuati remanerent,ita quod
vel fame perire,aut in extremam deſperationem adduci cogerentur,aliique. Chri
ſtifideles ob magnam dictarum Apoſtatarum multitudinem vix eorum conuerſa-
tionem effugere,& exinde excommunicationis incurſum euadere poſſent , & pro-
pterea veriſimile ſit, quod ſi bonitati diuinæ eiuſdem prædeceſſoris vitam Paulo
vlterius prorogare placuiſſet,ipſemet literas ſuas huiuſmodi zelo charitatis,vt par
erat,ad iuſtam moderationis formam & æquitatem reduxiſſet. Nos igitur pro pa-
ſtoralis officij noſtri debito omnibus ius & iuſtitiam,vt decet,miniſtrare, nemini
que iniuriam inferre aut quemquam ſuis iuribus,ac legitimis defenſionibus priua
re,aut alias indebitè moleſtare volentes,ſed ſingulorum chriſtifidelium animarũ
ſaluti ante omnia proſpicere cupientes ſingularum literarum prædeceſſoris huiuſ
modi tenorem ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis ha
bentes,habita ſuper his cum nonnullis venerabilibus fratribus noſtri. S.R.E.Car-
dinalibus ſuper hoc negotio ſpecialiter deputatis deliberatione matura , Motu ſi-
mili ac ex certa ſcientia noſtris & de ſimili poteſtatis plenitudine omne & ſingu-
los Apoſtatas ſeu tranſlatos in dictis literis comprehenſos & ahuc in ſæculo va-
gantes,cuiuſcunque ordinis fuerint,à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis
& interdicti,ac aliis ſententiis,cenſuris & pœnis quas ob non paritionem literarũ
prædictarum,ſeu alias quomodolibet incurrerunt,hac vice duntaxat,ſpecialiter &
expreſſè abſoluimus & liberamus. Necnon ſuper irregularitate per eos contra te-
norem dictarum literarum miſſas celebrando ſeu alias ſe diuinis immiſcendo for-
ſan contracta,dummodo in contemptum clauium id non egerint , miſericorditer
in domino diſpenſamus,ac abſolutos, & liberatos ac diſpenſatos fore cenſemus,
ſingulaſque literas prædictas ac in eis contenta & inde ſequuta quæcunque ad for
mam iuris & ſacrorum conſtitutionum reducimus,& reducta fore,Sicque ab infra
ſcriptis,& quibuſuis aliis iudicibus ac prædictis auditoribus & Cardinalibus ſubla
ta eis & eorum cuilibet quauis iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate
iudicari &interpretari debere,ac quicquid ſecus à quoquã quauis auctoritate ſcien
ter vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane decernimus , Et nihilo-
minus omnes & ſingulas lites & cauſas hactenus coram quibuſuis ordinariis vel
delegatis iudicibus etiam in Ro. Cu. introductas.& in quacunque inſtantia contra
dictos apoſtatas vel tranſlatos vel alias inter quaſuis perſonas præmiſſorum occa
ſione pendentes,etiam ſi inſtructæ ſint, ad nos aduocamus, ac cauſas tam ad nos
aduocatas in ſtatu & terminis quibus reperiuntur reaſſumendas , necnon quam &
quas quæcunque perſonæ eccleſiaſticæ & regulares ac etiam ſæculares,necnon cõ
uentus, collegia,& vniuerſitates dicta occaſione ſua in præmiſſis communiter vel
diuiſim interſe putantes,contra dictos Apoſtatas,vel tranſlatos,aut alios quoſcun
que actiuè vel paſſiuè ciuiliter vel criminaliter,ac realiter & perſonaliter vel mix
tim habent & mouent,aut habere vel mouere volent &intendent,cum omnibus &
ſingulis incidentibus dependen. emergen. annexis& connexis totoque negotio prin
cipali , quo adprofeſſos videlicet in alma Vrbe & eius diſtrictu & alios in ea præ-
ſentes dilecto filio noſtro Iacobo tituli S. Mariæ in Coſme in præſbitero Cardina-
li Sabelio nuncupato noſtro in dictis Vrbe & diſtrictu Vicario generali,ſeu eius lo
cumtenenti,extra Curiam vero Ordinario loci,ac Superiori monaſterij in quibus
prima & originaria profeſſio per quemlibet ex Apoſtatis & tranſlatis prædictis e-
miſſa aſſeritur , nec non obtinenti primam dignitatem in eccleſia cathedrali,ſeu
Metropolitan. vel alij ſuperiori loci huiuſmodi,ſeu antiquiori canonico pro tem
pore reſidenti per eos coniunctim, viſis in primis & diligenter inſpectis & exami-
natis diſpenſationibus,facultatibus, licenciis , & indultis per eoſdem Apoſtatas &
tranſlatos quomodolibet obtentis, ac proceſſibus deſuper habitis , & cauſis in eis
al legatis

Præſenti Pontificis conſtitutione ſoluũtur pœnæ quas Paulus Tertius in Apoſtatas decreuerat.

Ab irregularitate ob ſacra celebrata diſpenſat, & Pauli 4. conſtitutionem mitiùs ad iuris formas interpretandam eſſe dicit.

Apoſtatarum cauſas coram quibuſcunque iudicibus introductas ad Vicarij vrbis Tribunal aduocat.

allegatis maturè diſcuſſis,ac prout iuſtum & æquum fuerit verificatis,& probatis,
ſummariè ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij,ac ſola veritate
inſpecta,appellatione poſtpoſita audien. cognoſcen. & iuxta iuris & ſacrarũ con-
ſtitutionum diſpoſitionem fine debito terminan. committimus & mandamus, Ac
eiſdem iudicibus omnes & ſingulos prædicta occaſione citandos etiam per edi-
ctum publicum, conſtito etiam ſummarie & extraiudicialiter de non tuto acceſſu
citandi,necnon illis & aliis quibus, vbi, quando,& quoties opus fuerit, etiam ſub
ſententiis,cenſuris,& pœnis eccleſiaſticis ac etiam pecuniariis eorum arbitrio im-
ponendis moderandis & applicandis etiam per edictum ſimile inhibendi , Nec-
non quoſcũque Apoſtatas &tranſlatos huiuſmodi qui ſine canonica diſpenſatione,
aut licentia in ſæculo vagari reperti fuerint , ad monaſteria à quibus exiuerunt,
aut alia regularia,vel alia honeſta loca , prout melius pro ipſorum animarum ſa-
lute eis viſum fuerit , ſuper quo ipſorum iudicum conſcientiam oneramus reuerti
ſeu intrare faciendi & compellendi , ac quæcunque alia quæ per eos in præmiſſis
ſtatuta & ordinata fuerint debitæ executioni demandandi , ac quaſcunque execu-
tiones per quoſuis iudices ordinarios vel delegatos in vim literarum prædeceſſoris
huiuſmodi alias contra iuris formam factas cauſa cognita retractandis & annul-
landis,& in priſtinum ſtatum reducendis,contradictores quoſlibet & rebelles per
cenſuras , & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendi , nec non
cenſuras & pœnas prædictas incurriſſe declarandi , atque illas legitimis deſuper
habendis ſeruatis proceſſibus etiam iteratis vicibus aggrauandi interdictum eccle-
ſiaſticum prout iuris fuerit apponendi,& auxilium brachij ſæcularis,ſi opus fuerit,
inuocandi, cęteráque in pręmiſſis & circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet oppor-
tuna faciendi & exequendi plenam & liberam concedimus facultatem. Non ob-
ſtantibus pręmiſſis literis prædeceſſoris , ac conſtitutionibus & ordinationibus
apoſtolicis,necnon priuilegiis,indultis,& literis apoſtolicis ſub quibuſcunque te-
noribus & formis,ac cum quibuſuis clauſulis & decretis quotieſcunque , & per
quoſcunque,ac quibuſlibet,& ex quibuſuis cauſis, necnon intuitu conſideratione
contemplatione,& ad inſtantiam quorumuis,aut etiam motu ſcientia ac plenitu-
dine ſimilibus,etiam quod nonnulli ex dictis ordinibus profeſſores ſe de cauſis eis
per ſedem ipſam delegatis , ni ſi ſub certis modo & forma ibidem contentis intro
mittere minimè teneantur,conceſſis,approbatis,& innouatis,quibus omnibus,illo-
rum tenores præſentibus pro expreſſis habentes,illis alias in ſuo robore permanſu-
ris quoad præmiſſa duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus,cæteriſque contra
riis quibuſcunque. Volumus autem quod ſinguli Apoſtatæ & tranſlati huiuſmodi,
vt præfertur,abſoluti,pœnitentiam per eorum confeſſorem ſibi pro exceſſibus prę-
dictis iniungendam facere omninò teneantur, Quocque ante quam ſententiæ ſeu
declaratoriæ per ſupradictos iudices à nobis deputatos ferendæ paruerint,à celebra
tione miſſarum & quocunque altaris miniſterio omninò abſtineant. Volumus au-
tem quod infra ſex menſes à die publicationis præſentium ipſi Apoſtatæ ſeu tranſ
lati licentias eorum ac diſpenſationes & indulta ſupradictis iudicibus pręſentent,
ſententiam declaratoriam deſuper ab eiſdem promulgari,ac cauſam realiter &
cum effectu totaliter expediri faciant , quo termino elapſo & cauſa , vt pręfertur
non expedita,dicti Apoſtatæ,& tranſlati in eaſdem cenſuras & pœnas in quibus an
te publicationem pręſentium erant , reincidiſſe eo ipſo cenſeantur, niſi per ipſos
iudices ſteterit , aut alio legitimo impedimento per ipſos iudices arbitrando dicti
Apoſtatę & tranſlati detenti fuerint. Ceterùm quia difficile foret pręſentes literas
ad ſingula quęque loca in quibus eis vtendum erit deferri,volumus ſimiliter & prę
dicta Apoſtolica auctoritate ſtatuimus atque decernimus , illarũ tranſumptis ſiue
manu ſcriptis,dicti Vicarij ſigillo,& illius , ſeu publici notarij ſubſcriptione mu-
nitis eandem prorſus fidem vbique locorum in iudicio & extra adibenda fore, quę
ipſis pręſentibus adhiberetur ſi forent exhibitę vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Si quis
autem &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum , anno incarnationis Dominicę
milleſimo quingenteſimo ſexageſimo,tertio,nonas Aprilis. Pontificatus noſtri an-
no Primo.

Vagantes vbi redire voluerint ad priora clauſtra recipi iubet.

Clauſulæ derogatoriæ.

Pœnitentia iniuncta à confeſſoribus exequenda eſt ab Apoſtatis.

Diſpenſationes & indulta præſentare debent Apoſtatæ iudicibus.

II.

A decimis, ſubſidiis & aliis oneribus exemptæ ſunt moniales.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DE ſtatu Eccleſiarum & Monaſteriorum quorumlibet curæ noſtræ diuina diſpoſitione commiſſorum paterna diligentia cogitantes, ad ea per quæ illorum, ac perſonarum præſertim fœminei ſexus in illis ſub regulari caſtimonia Altiſſimo famulantium ſtatui & oportunæ ſubuentioni valeat ſalubriter prouideri, ipſæque perſonę ſemotis perturbationibus vniuerſis in pacis, & quietis amænitate diuinis officiis liberius vacare vleant libenter attendimus, ac in iis noſtri paſtoralis officij partes fauorabiliter impartimur. Hinc eſt quod nos motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate omnes & ſingulas Abbatiſſas, Prioriſſas, Miniſtras, Moniales, & Sorores quorumcunque Monaſteriorum, Domorum, & regularium locorum Monialium, & Sororum quorumuis Ciſtercien. Præmonſtraten. ſanctæ Claræ necnon ſancti Benedicti, & ſancti Auguſtini, ac Tertij ordinis ſancti Franciſci, & aliorum quorumuis ordinum, etiam ſub cura & regimine, ac ſecundum regularia inſtitua Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum & Eremitarum eiuſdem ſancti Auguſtini degentium in Lombardia, & quibuſcunque aliis Italiæ partibus conſiſtentium, ipſaque monaſteria, domos, & loca deductis quatuordecim ducatis auri de Camera pro victu cuiuslibet Monialis ſeu Sororis alios redditus non habentia, eorumque poſſeſſiones, & alia quæcunque bona mobilia & immobilia quęcunque decimarum, & ſubſidiorum ac aliorum onerum quomodolibet nuncupatorum per nos, & ſedem apoſtolicam ſeu eius Legatos & Nuncios aut quoſcunque alios quauis auctoritate fungentes, etiam pro expeditione contra Turcas, vel fidei tuitione, ac Frabrica Baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe, aut quauis alia vrgentiſſima cauſa pro tempore impoſitorum ſolutione, ex certa noſtra ſcientia, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium in perpetuum prorſus eximimus, & liberamus. Et nihilominus omnibus & ſingulis Collectoribus, Subcollectoribus, ac Commiſſariis, necnon quibuſcũque alliis ad decimarum & ſubſidiorum huiuſmodi exactionem deputatis, & pro tempore deputandis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub noſtræ indignationis, ac excommunicationis latæ ſententiæ pœnę diſtirictius inhibemus, ne Abbatiſſas, Prioriſſas, Miniſtras, Moniales, & Sorores, Domos, Monaſteria, & loca prædicta, etiam vigore quarumcunque literarum à nobis, vel ſede prædicta pro tempore emanatarum, etiam ſi in eiſdem contineatur quod ad quæuis exempta Domos Monaſteria, & loca ſe extendant, vel alterius cuiuſcunque tenoris exiſtant ipſius ſedis ſibi conceſſæ facultatis, niſi de præſentibus earumque toto tenore, ac de dictis ordinibus & nomine eorum quibus dictorum ordinum cura, gubernatio, & protectio pro tempore commiſſa fuerint, plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes fecerint mentionem, ad ſoluendũ decimas, ſeu ſubſidia, aut onera huiuſmodi quouis modo cogere, aut compellere, ſeu alias præmiſſorum occaſione eas moleſtare, ſeu inquietare præſumant. Quocirca dilectis filiis Cameræ Apoſtolicæ Locũ tenenti, ac almę Vrbis noſtræ Vicario in ſpiritualibus generali, necnon vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & etiam dilectis filiis eorum in ſpiritualibus Vicariis generalibus, cæteriſque eccleſiarum Prælatis per præſenten committimus & mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eiſdem Abbatiſſis, Prioriſſis, Miniſtris, monialibus, & Sororibus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcunque inuiolabiliter obſeruari faciant, Non permitentes ea ac Domos, Monaſteria, & loca huiuſmodi per Collectores aut Subcollectores, & Commiſſarios præfatos, ſeu quoſcunque alios contra earundem præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras & pœnas eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſe-

Pius 4. à ſubſidiis & à ſolutione decimarum eximit Moniales. Declarationem autem huius conſtitutionẽ habes infra. in Pij V. & Gregorij XIII. conſt.

Prohibitio ne Commiſſarij monaſteria Monialium variis collectionibus exonerent.

Clauſulæ preſeruatiuæ.

Executores huius conſtitutionis.

cularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prędeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio generali de duabus dietis edita, dummodo non vltra tres dietas vigore præſentium ad iudicium non trahatur, & aliis conſtitutionibus priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis, etiam in forma breuis, aut aliis quibuſcunque per quoſcunque Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos & ſedem prædictam, etiam cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, reuocatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, aut derogatoriarum derogatoriis, aliíſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, etiam pluries, ac alias quomodolibet conceſſis confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi talia forent, quod pro eorum derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter et expreſsè derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod earundem præſentium tranſumptis ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſt. conſtitutę munitis, et manu alicuius Notarij publici ſubcriptis eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, Nonis Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Primo.

III.

Publicationes reſignationum beneficiorum.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & D.N.D. Pius diuina prouidentia Papa IIII. Qui in craſtinum ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionis prædeceſſorũ ſuorum veſtigiis inhærendo, inter alia ſtatuit, & ordinauit, prout etiam ſinguli prædeceſſores præfati ſtatuere, & ordinare conſueuerant, quod quæcunque beneficia eccleſiaſtica in Romana Curia reſignata, niſi de illis factæ reſignationes infra ſex menſes à die Dat. ſupplicationis, & non à die præſtiti conſenſus computandos, ſi verò extra dictam Curiam factæ ſint infra menſem extũc vbi beneficia ipſa conſiſterent, publicatæ forent, vel poſſeſſio illorum ab eis quos id contingeret petita extitiſſet, ſi reſignantes illa poſtmodum in eorundem reſignatorum beneficiorum poſſeſſione decederent, non per reſignationem, ſed per obitum huiuſmodi vacare ſencerentur: Collationes quoque, & quæuis aliæ diſpoſitiones, de illis tanquam per reſignationem vacantibus factæ, & inde ſequuta quæcunque nullius ſint roboris, vel momenti: Et cui nuper innotuit non nullos etiam iuris peritos, & dictæ Curiæ officiales, ac cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, contendere quod reſignationes de beneficiis in manibus prædeceſſorum expirauerint non ſubiiciantur, & ſub ſtatuto, & ordinatione Sanctitatis ſuæ, tamquam futura, & non præterita concernentibus non comprehendentur, & hoc occaſionem præſtare, vt fraus fiat legi, & reſignationes huiuſmodi infra dictos ſex menſes non publicentur, nec ipſorũ reſignatorum beneficiorum poſſeſſio ab eis quos id contingit petatur, quinimo reſignantes ipſi beneficia per eos reſignata, vſque ad eorũ obitum ſiue aliquo titulo detineant, & eorum fructus percipiant, in animarum ſuarum perniciem, & perſonarum de eiſdem beneficia tanquam per obitum vacantibus pro tempore prouiſarum detrimentum, Non immemor quod fe. re. Paulus Papa IIII. S.S. prædeceſſor per ſimilem eius conſtitutionẽ, ſub die Quinta menſis Maij, Pontificatus ſui Anno Tertio, in Cancellaria Apoſtolica publicatam, difficultates, quæ exinde oriebantur aut exoriri poterant declarauit, Volens periculis animarum occurrere, & indemnitati perſonarum huiuſmodi conſulere, declarationi prefatę dicti ſui prędeceſſoris inhęrendo, pręſentis ſuę conſtitutionis perpetuò valiturę tenore declarauit ſuę intentionis ſemper fuiſſe, & eſſe, vt quęcunque reſignationes de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis etiam in manibus prædictorum huiuſmodi eatenus factæ, & nondum ſuum plenarium effectum ſortitę, etiam ſi infra ſex menſes obitum eorũdem prędeceſſorum pręcedentes factę, nec ſuper illis conſenſus temporũ eorumdem prę-

Limitatur huius conſtitutionis decretũ quãdo publicatio nõ poſſet fieri eo loco vt pote ob periculũ belli peſtis ob inſidias inimicorum vel aliud iuſtum periculũ per text. in cap. vbi periculum. §. porro de electionib. in 6. & c. ſtatuimus de offic. deleg. libr. 6. Clemens. Caueant de elect. Clem. vna. de foro cõpet. Cle. vna. de conceſſ. præbẽd. & ſic docet Romanus conſ. 33. quia ſufficit aliquid fieri per æquipollens, quando ſic non potuit impleri pro forma.

ceceſſorum pręſtiti fuerint, ſtatuto, & ordinationi ſuis prędictis ſubiicerentur, &
ſubiiciantur de pręſenti, & ſub illis comprehenderentur, & comprehendantur prę-
ſenti, & in futurum Quodque ſi non ſapere iacto ſtatuto, & ordinationi ſuis huiuſ
modi, ij qui beneficia prędicta in manibus eorundem predeceſſorum pręſignaue-
rant, in eorundem reſignatorum beneficiatorum poſſeſſione decederent, ſiue de-
ceſſerint, beneficia ipſa non per obitum huiuſmodi vacare cauſarectur Collatio-
nes quoque & quęuis alię diſpoſitiones de illis tanquam per reſignationem va-
cantibus, factas, & faciendę, & inde ſecuta & ſequenda quęcunque, nullius eſſent,
& in poſterum ſint momenti. Decernens ſic non aliter per quoſcunque Iudices &
Commiſſarios quauis etiam apoſtolica authoritate fungentes etiam S.R.E. Cardi
nales & cauſarum palatij apoſtolici huiuſmodi Auditores, in quibuſuis etiam per
appellationem penden. & in poſterum moueri cauſis & quauis eorum ſubſtantia
ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi authoritate
& falcultate iudicari diffinire intepretari debere ac irritum. Placet publicetur & de
ſcribatur.

IIII.

Epiſcopalis reſidentia. Et non reſidentium pœna.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.
DE ſalute gregis Dominici nobis ex alto commiſſi, attentius cogitantes, eo
libenter intendimus, per quę grex ipſe continua ſuorum cum eo reſidentia Paſto-
rum præſeruetur à noxiis, & in deuium prolabens ad rectitudinis tramitem redu-
catur, vt Paſtores ipſi reſidentiam ipſam, prout tenentur, commodius facere, ac cu-
ca ipſius gregis curam libentius, ac feruentius inuigilare, & illum ab errorum præ-
cipitiis præſeruare, ac in fide orthodoxa, & deuotione noſtra continere valeant, o-
pem, & operam efficaces impendimus, prout rerum, & temporum qualitate penſa-
ta conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Hinc eſt, quod nos Motu proprio,
non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera
deliberatione, vniuerſos, & ſingulos venerabiles fratres noſtros Epiſcopos, Archie
piſcopos, Primates, & Patriarchas ab eccleſiis, & Diœceſibus ſuis abſentes in virtu
te ſanctæ obedientiæ, ac ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ pœna, eo ipſo, abſque a-
lia declaratione incurrenda, diſtrictè percipiendo monemus, vt omnibus poſtpoſi-
tis quanto citius, in Romana Curia videlicet moram trahentes, intra vnum, extra
eam vero in Italia intra duos, extra vero Italiam exiſtentes, intra quatuor menſes
à die publicationis præſentium in locis infraſcriptis faciendam computandos, ſe i-
tineri committere, & legitimis itineribus ad eccleſias ſeu diœceſes ſuas proficiſci,
& ſeſe perſonaliter conferre, ac ibidem, vt tenentur, reſidere, & paſtorale officium
exercere debeant. Si quis autem à Patriarchali, Prim. atiali. Metropolitan, ſeu Ca-
thedrali Eccleſia ſibi quocunque titulo, nomine ſeu iure commiſſa quacunque il-
læ dignitate, gradu & præeminentia præfulgeant legitimo impedimento, ſeu iu-
ſtis & rationabilibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus continuis extra ſuam Diœ-
ceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius Anni fabricæ Eccleſiæ, &
pauperibus loci per ſuperiorem eccleſiaſticum applicandorum pœnam ipſo iure
incurrant, Quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit, a-
liam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam, eo ipſo amittat; creſcente
verò contumacia, ac ſeueriori ſacrorum Canonum cenſuræ ſubiiciatur, Metro-
politan. Suffraganeos, Epiſcopos abſentes, Metropolitan. vero abſentem, Suffraga
neus, Epiſcopus antiquior reſidens, ſub pœna interdicti ingreſſus eccleſię ipſo iure
incurrenda, infra tres menſes per literas, vel nunciũ Romano Pontifici denunciare
teneatur: qui in ipſos abſentes, prout cuiuſque maior aut minor contumacia exi-
gerit, ſuæ ſupremæ ſedis auctoritate animaduertere, & eccleſiis ipſis de Paſtoribus
vtilioribus prouidere poterit, ſicut in domino nouerit ſalubriter expedire: Eoſdẽ
autem Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos mandatis noſtris parẽ-
tes, & apud ſuas eccleſias, ſeu in earum Diœceſibus perſonaliter reſidentes ſpeciali
bus fauoribus, & gratiis, proſequi volentes, vt liberiùs & commodiùs eorum officio
fungi

Reſidentiæ paſtoralis neceſſitas etſi omnibus modis hiſce temporibus exoptetur dirè tamen negligitur, paſtorum luxu & incuria qui profecto minime paſtoris nomine honorandi ſunt ſed potius mercenarij. Intelligant autem illos diuino iure obligari ad reſidentiam, & pontificio cuius teſtis eſt hæc conſtitutio cum variis decretis vt habetur c. Epiſcopus, de conſecrat. diſt. 3 Prælatus ergò debet intereſſe diuinis officiis in ſua eccleſia, vt in d. c. Epiſcopus. Nec poteſt per diœceſim vagare, niſi cauſa viſitationis, vt in c. placuit. 7.

fungi valeant, eis, & eorum cuilibet vt quando reſiderint, etiam prætextu quorum
cunque delictorum & exceſſuum atrociorum, etiam hæreſis, & leſæ maieſtatis cri
minum per eos quomodolibet commiſſorum, ad comparendum perſonaliter in
Romana Curia per quoſcunque Iudices ordinarios vel delegatos, etiam Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ Cardinales, niſi vigore ſpecialis commiſſionis manu noſtra, vel
Romani Pontificis pro tempore exiſtentis ſignatę, trahi, aut citari non poſſint nec
debeant, atque aliter factas citationes & cenſuras in eis appoſitas, ac inde ſecuta
quæcunque nulla & irrita, ac nullius roboris & momenti fore, ac eos minime affi-
cere aut arctare ſtatuimus & ordinamus. Necnon eos & eorum quemlibet ab om-
nibus & ſingulis decimis, ſubdiiis, & aliis oneribus ordinariis & extraordina-
riis quomodolibet nuncupatis, per nos & ſucceſſores noſtros Romanos Ponti-
fices pro tempore exiſtentes: ac Sedem apoſtolicam etiam Motu proprio & ex cer
ta ſcientia, ac etiam conſiſtorialiter etiam ad inſtãtiam Regum & Principum quo
modolibet, & ex quauis etiã quamtumuis vrgentiſſima, iuſtiſſima, ac pia, & neceſſa
ria cauſa, etiam pro defenſione fidei Catholicæ, ratione dictarum eccleſiarum nũc
& pro tempore impoſitis, illorúmque ſolutione, auctoritate apoſtolica, tenore præ
ſentium ex ſimili ſcientia penitus & omninò eximimus & liberamus, nec ad id di-
lectis filiis modernis & pro tempore exiſtentibus. S.R.E. Camerario. necnon Came
ræ Apoſtolicæ Theſaurario, Præſidentibus, & clericis, ac decimarum, ſubſidiorum,
& aliorum onerum huiuſmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ſeu Exactorib.
& Commiſſariis ad id pro tempore deputatis, etiam vigore quorumcunque priui-
legiorum, indultorum, & literarum; etiam præſentibus derogantium ac illarum to
tum tenorem de verbo ad verbum exprimentium eis quomodolibet conceſſorum
& concedendorum cogi, ſeu compelli, & ob non ſolutionem huiuſmodi aliquas
ſententias, cenſuras & pœnas incurrere poſſe decernimus, Illiſque & quibuſuis aliis
in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub noſtræ indignationis, necnon excommunica-
tionis, aut ſuſpenſionis, ac priuationis ſuorum officiorum & beneficiorum, quæ ob-
tinent, & pro tempore obtinebunt, eo ipſo incurrendis pœnis, eoſdem Epiſcopos,
Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas ſic in dictis Eccleſiis, vel earum Diœceſi-
bus reſidentes, quandiu in illis reſiderint, vt præfertur, ad ſolutionem decimarum,
ſubſidiorum, & onerum præfatorum cogere, ac propter illorum non ſolutionem
excommunicationis aut alias ſententias, cenſuras, & pœnas promulgare quoquo-
modo audeant ſeu præſumant diſtrictiùs inhibemus, Et in inſuper eiſdem epiſco-
pis, Archiepiſcopis, Primatibus & Patriarchis, ſic vt præmittitur, reſidentibus, vltra
priuilegia & indulta eis per quoſcũque Romanos pontifices prædeceſſores noſtros
ac Sedem apoſtolicam & Generalia, & Cancellariæ apoſtolicæ Regulas conceſſa,
quæ in ſuo robore permanere volumus, tãquam dicta Sede delegatis in quibuſcun
que ciuilibus criminalibus, vel miſtis cauſis contra quoſcunque clericos ſæculares
particulares, ac etiam extra eorum Monaſteria ſeu regularia loca degentes regula
res quomolibet exemptos auctoritate noſtra procedere, & cauſas ipſas cognoſce-
re, fineque debito terminare, ac quicquid terminauerint exequi & obſeruari face-
re, ipſoſque exemptos pro tempore delinquentes iuxta eorum exceſſus & delicta
punire, corrigere, & omnem iuriſdictionem in eos exercere, omniaque alia & ſin-
gula in præmiſſis & circa ea quomodolibet neceſſaria & opportuna quæ noſmet
facere, exercere, & exequi poſſemus. in omnibus & per omnia facere, exercere, &
exequi liberè licitè valeant, plenam & liberam licentiam ac facultatem auctoritatẽ
& tenore predictis concedimus. Decernentes ab eorum ordinationis, interlocutio-
nibus & decretis ante diffinitiuam ſententiam, vel vim diffinitiuæ habentem, & vbi
agetur de morum correctione nullatenus etiam ad nos & Sedem apoſtolicam ap-
pellari poſſe: & nihilominus per appellationes quaſcunque contra præſentum teno
rem quomodolibet interpoſitas minimè cauſas deuolui, aut etiam per quaſuis in-
hibitiones etiã quibuſuis cenſuris & pœnis eis a quibuſuis iudicibus ordinariis vel
delegatis forſan faciendas illarum vlteriorẽ cognitionem & expeditionem, & vbi
de morum correctione agetur etiam legitimam executionem minimè impediri,
aut cenſuris & pœnis huiuſmodi ligari aut irretiri cenſere, Sicque præmiſſis om-
nibus & ſingulis per quoſcunque Metropolitan. aut alios Iudices & Commiſſarios
etiam

q. 1. & c. placuit. 10. q. 2. ſeruato, quod dicitur de conſe. diſ. 3. c. Epiſcopus. & vide Panor. in c. magnæ, de voto, dicentem, quòd ſine conſenſu Capituli Epiſcopus non poteſt omittere votum peregrinationis quod tenet ibi etiam Inno. cum hoc ſit negotium magnum. not. in c. quanto, de his, quæ fiunt à præ lat. Notat ibi etiam Panor. Epiſcopũ non poſſe emittere votum longæ peregrinationis ſine licentia Papæ: ſecus autem vbi peregrinatio nõ eſſet longa. Vide ſanctum Thom. in ſecunda ſecundæ. q. 195. & ibi Cardinalem doctiſſimum dicentem quòd Epiſcopus tenetur ex præcepto diuini iuris ad reſidendum perſonaliter in ſuo epiſcopatu, licet ſit ſecretarius ſedis Apoſtolicæ, vel auditor Rotæ, vel conſiliarius Regis: quia non ideo excuſantur à reſidentia, & ſunt tales in eccleſia Dei, velut monſtra in natura. Dixit etiã ibi, quòd Epiſcopatus, & Car-

dinalatus ſunt de numero incompatibilium de iure allegat. tex. in c. bonæ memoriæ, id eſt de poſtula. præla. Quicquid ſit de conſuetudine quæ abuſus potius appellanda eſt, debet reſidere in eccleſia ſua, alias à communione ſuſpẽditur triennio. c. ſi quis in clero. 7. q. 1. ſed non eſt in vſu.

etiam palatij apoſtolici auditores & S.R.E. Cardinales ſublata eis aliter iudicandi & interpretandi, aut diffiniendi poteſtate iudicari, diffiniri, aut interpretari debere, necnon irritum & inane quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes venerabilibus fratribus noſtris Feltren. & Piſauren. ac Amerin. Epiſcopis per apoſtolica ſcripta, Motu ſimili quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorundem Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Primatum, & Patriarcharũ, ſeu alicuius eorum deſuper requiſiti fuerint ſolenniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant eadem auctoritate noſtra illos & eorum ſingulos omnibus & ſingulis præmiſſis pacificè frui, gaudere: non permittentes eos deſuper per eoſdem Camerarium, Theſaurarium Præſidentes & Clericos, necnon Collectores & Subcollectores & Exactores & Commiſſarios præfatos, ſed quoſcunque alios quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet & rebelles per ſimiles cenſuras & pœnas eccleſiaſticas; ac alia opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiã ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dũmodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, & aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac quibuſuis Cameræ præfatæ ſtatutis, decretis, & declarationibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitatę alias roboratis, necnon priuilegiis, indultis, exemptionibus etiam Marimagno, aut alias nuncupatis Conſeruatorum deputationibus, & eorũ ac aliis inhibitionibus, quibus dicti Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ, deferre minime teneantur, ſed illis reiectis, ac non obſtantibus in dictis cauſis, vt pręfertur procedere, & illas iure debito terminare poſſint, ac literis apoſtolicis eiſdem Cameræ Camerario, Theſaurario Præſiden. & Clericis, ac Collectoribus, Subcollectoribus & Commiſſariis, ac exemptis, necnon Regibus & Principibus præfatis, ac dilectis filiis Archipreſbytero, & capitulo eccleſiæ noſtræ Lateranen. necnon hoſpitali noſtro S. Spiritus in Saxia de Vrbe, & quibuſuis alis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſuiis, & decretis, etiam Motu & ſcientia ſimilibus conceſſis, approbatis & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorũmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua & expreſſa ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, & quæ aduerſus præmiſſas nemini ſuffragari poſſe volumus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, Et quia difficilè foret præſentes literas ad ſingula in quibus fides forſan facienda foret loca deferri, volumus & eadem auctoritate decernimus quod earum tranſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Curiæ eccleſiaſticæ vel perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio & alibi vbi opus fuerit, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Quod publicatio præſentium cum dimiſſione copiæ in valuis Baſilicæ principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ: ac in acie Campi Florę eoſdem præfatos, & eorum ſingulos etiam à dicta Curia abſentes, ſic vt præfertur monitos, arctet, & afficiat, perinde ac ſi præſentes literæ eis, ac eorum cuilibet perſonaliter intimatæ forent. Nulli ergò, &c Si quis autem, &c. Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſexageſimo Pridie Nonas Septembris, Pontificatus Noſtri anno primo.

Clauſula derogatoria.

Prælatorum

Prælatorum negligentiam quis neſcit præſtantiores dediſſe, cauſas tumultuum omnium quibus hodie tota Reſpublica flagrat, quis neſcit introductis Mercenariis & abſentibus paſtoribus lupos in ouile Chriſti ſæuiſſe. Priſcis non vtar exemplis, recentiora habemus apud nos qui hæreſis & perduellionum cohortibus vndique cingimur. In Comitiis Galliæ ad aquas vitreas quidam Epiſcopus eloquentiſſima oratione habita ſic viſus eſt omnem referre mali cauſam hominum negligentiæ. Et quia nobis hac in re multum conducit tres aut quatuor periodos ex illius lectione è Gallico in Latinum verſas hic adſcripſi. Regem itaque Gallorum his verbis poſt eximium Exordij apparatum alloquebatur. Religio & obedientia Rex optime ita ſibi inuicem adhærent, vt neutrum ſine altero ſubſiſtere poſſit. Multum autem doleo quod apud exteros diuulgatum ſit, quantum hæc populus tuus ſpreuerit, fregerit & violauerit. Variis hic opinionibus diſtractus reuerentiam debitam Eccleſiæ & iuſtitiæ miniſtris oblitus eſt. Magnatum & ſuperiorum authoritatem irridet, in tantúmque Cahos adductus cernitur, vt Iſaiæ vaticinium de regni Ieroſolymitani deſtructione optimè noſtris quadret diebus, tunc inquit erit ſicut populus, ſic ſacerdos, & ſicut ſeruus, ſic Dominus eius, ſicut ancilla, ſic Domina eius, ſic & emens, ſic ille qui vendit, ſicut fœnerator, ſic is qui mutuum accipit. ſicut qui repetit, ſic qui debet: Diſſipatione diſſipabitur terra & direptione prædabitur. Dominus enim loquutus eſt verbum hoc. Præpoſteri ordinis tumultum & confuſionem hoc vaticinio præuidebat. Plebs effrænata indies deterior euadit. Qui iura ſummo omnium metu, & reuerentia docebant ludibrio habentur, & Regis nomen quod olim militaria tormenta præcellebat multorum arrogantia contemnitur. O mores! ô mala tempora! quæ ſubita rerum viciſſitudo, nihil aliud paſſim auditur, quam ſeditio, rebellio, legis, Regíſque contemptus. Quod pace & iuſtitia obſeruari debet, manibus pedibúſque cum armorum rabie reiicitur. Eccleſiaſtica dignitas tali vituperio ab his nephariis deuenuſtatur, vt vix ſacerdos ordinem ſuum profiteri audeat. Innumera mala ſuperſunt, quæ remedio potius quam publicatione indigent. Verum quo facilius conualeſcant morborum cauſæ inueſtigandæ veniunt, lynceorum etiam oculorum iudicio, quas nemo Religioni imputabitur, ſed ipſa religio anſam præbuit iis qui ea probè vti neſcierunt. Cogor profuſiore eloquutionis ſerie vti in re potiſſimum longa & ampliſſimi thematis, quo rerum omnium typi explicatius, vobis aperiantur.

Doctrina illa Rex potentiſſime quæ tuorum ſubditorum deluſit imo incantauit mentes nòn vno aut altero die ſed triginta annorum curriculo propagata eſt. Hanc primum quidam Pſeudoprophetæ magno ſanctitatis apparatu, ſumma pietatis diſſimulatione, capite in humeros demiſſo, vitia omnia auaritiam potiſſimùm execrantes edocuerunt. Et quo facilius expiſcarentur incautos homunculos nihil ipſo nomine ſacro Ieſus ore proferebant, cuius dulcedo tanta eſt, vt obturatas quantumuis aures rimari & penetrare valeat. Quadringenti aut quingenti fermè huius farinæ Doctores, inuenta ſine paſtore oue, ſine duce grege, ſine doctore cathedra, ſtatim & facili acceſſu populorum rudium corda venati ſunt, eorúmque plùrimum valuit apud imperitum & nouitatis auidum vulgus noua authoritas. Mirari itaque deſinamus ſi tantis fallaciis miſeræ hæ auiculæ ineſcatæ ſint. Dicam autem quo pacto tanti mali calamitatibus occurſum ſit aſt à dignioribus exordiri ægre doleo quod æſtuantibus bellis ciuilibus, Principibus mutuo ſua regna dilaniantibus ſummi Pontifices (proteſtor me verbis nequaquam Romanam ſedem arguere) parum adeo operæ dederint ad ſedandos illos furores perniciem orbis noſtri ſeditione minantes. Reges Galliarum tui maiores ad euellendas hæreſis latè ſerpentes radices, exilia, cruces, rogos, confiſcationes, capitum diminutiones vltima denique ſupplicia conſtituerunt, ſed à ſpe exciderunt votis & cœptis ſuis delo malo decepti. Iuſtitiæ miniſtri huiuſmodi ſtatuta in priuatum commutarunt commodum. Senatus ſub nimio legis zelo talia exequi minus ſincerè voluerunt. Diuiderunt inuicem ſpolia prædarum. Iniuſtum impium ſub pallio iuſtitiæ & pietatis operati ſunt. Epiſcopi accepti talenti immemores & rationis reddendæ parum ſolliciti otio & genio curantes cuticulam diu oſcitarunt, & decoxerunt vanis ſumptibus, non ſine magno ſcandalo ſuos prouentus. Quadringenti viſi ſunt commorari Parrhiſiis effuſis & deductis magnificentiis quamdiu ignes & arma ouile & dioceſim deuorabant. Temporibus illis committebantur Eccleſiaſtica onera aut ignaris, aut pueris, aut pietati regulari penitus alienis, Eccleſiæ oculi Epiſcopi cæcutiebant, Eccleſiæ columnæ debiles grauem ruinam minabantur. Hæc fuerunt ampla argumenta ſchiſmaticis debacchandi in nos, ita vt nihil audiretur in eorum Synagogis quam mera ſcomata in turpem Eccleſiaſticorum contumeliam. Proh miſerè deluſa cohors (dicebant) ij qui tibi præficiuntur marſupium potiùs quam animum curant, vt habeantur optimi paſtores corporum

mortem

mortem, non animarum ſalutem expetunt. Quis niſi mentis impos talia audire potuit? quis Catholicus iuſto ſuccenſus dolore non fatebitur magnam noſtris ſæculis attuliſſe cladem Prælatorum negligentiam. Et quod dictu acerbius eſt, tempore quo viri graues lapſis debuerant ſuccurrere rebus nobis dati ſunt Paſtores inſulſi inepti, illecebris dediti, & ſacræ illius functionis ignari. Cardinales & Antiſtites non veriti ſunt vltrò etiam Oeconomis & Phaleratoribus opima conferre beneficia. Minoris claſſis Presbyteri ſe ſe exoſos fecerunt omnibus ob plebeium viuendi ritum, ignorantiam craſſam, ſordidum lucrum & ſcandala quam plurima quæ narrata, & mihi, & auditoribus faſtidium parerent. Hæc ſunt remedia quæ huius regni langoribus in initio morbi parata ſunt. Illa eſt occaſio quæ populos ab officio ſeparauit, quæue poteſtatem eccleſiaſticam atque ciuilem contempſit. Exploremus iam tandem quibus modis prouiſum iri neceſſe fuerat, quáve methodo deuios ad cultum catholicæ vnionis & regij diadematis honore reducere potis ſit. Hic labor hoc opus eſt. Parcat mihi tua Maieſtas inuictiſſime Princeps, ſi licentiore lingua quæ mea conſcientia ſuggillat eloquar, omnia enim eò vergunt, vt tua ſceptra maiore honore quam antea refloreant, pertinacéſque hominum inſaniæ conſopiantur.

Vtilius omnium remedium iuſtè indignatum nobis Deum precibus, vigiliis & piis mentibus flectere cenſeo. Maxima quandoquidem nos mala expectant niſi reſipiſcuerimus qualia regni Iuda amplitudinem minabantur tantis Prophetiis tot ſignis & portentis, vt prima fronte illa ſacra biblia lectori offerant. Gallia profectò iampridem ampliſſimum extitit Miſeriarum theatrum. Terra cum faſtidio parturit, antiquam vbertatem auara recondit multos ad exitia duxit. Mors inopinata, violenta & crudelis homines armis clariſſimos domi foriſque ſtrenuos trucidauit. Vrbes dirutæ raptæ exuſtæ ſunt, nec illis opitulari voluit magnanimorum Ducum fortitudo. Hæc tamen vix nos commouent ad flectenda numina, nos noſtris infirmitatibus gratulamur, nos inter enſes & ignes gaudemus rerum infortunatos euentus expectantes. Nullus eſt tandem qui propitium exoret Deum, nemo ſacras thuribus adolet aras, omnia iacent, omnia indies in peius ruunt. His verbis conquerebatur apud Gallum Regem Epiſcopus Monſlucius. Non minore autem gratia & lepore doctiſſimus Petrus de Bollo in 2. & 3. Oeconomiæ Canonicæ Claſſ. prælatorum à grege abſentiam cingentibus ſepta ouilis vndique diriſſimis lupis arguit. Varias excitant in Eccleſia Dei tragedias plus æquo prælati negligentes in paſtorum electione, Multi ex hac incuria turmatim & certatim non paſtores ſed mercenarij euaſerunt: ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales infructuoſæ, eradicatæ: fluctus feri maris deſpumantes confuſa ſcandala, ſidera errantia quibus procella tenebrarum æternis in ærumnis, niſi feſtinet ad reſipiſcentiæ portum ſeruata eſt, vt conqueritur ſanctus Iudas in epiſtola. Hi ſunt qui ſecuti impios filios Heli ſuum tantum in diuinis lucrum exigunt nihil interim curantes, quomodo cultus Dei præſtetur & ſic populum à pietate & charitate retrahunt, ſe ſolos ditare, & ocio torpentes beare ſatagunt, quidam magnatum coquinas inſeruiunt, alij aulicos ſequuntur luxus, alij venationibus, alij certo lucro, ſed ſordido, dant operam. Pauci eccleſias ouilis crediti venerantur, non vt eorum propagetur ſalus, ſed vt optimos prouentus recipiant. Aſt hic video quoſdam reſponſuros protritum illud excuſationis craſſæ dicterium, Qui per alios facit, per ſe facere videtur, ſic reges nauigant, ſic diuites ædificant. Fateor, verum nec illi vocantur naucleri nec hi architecti, at quidem iſti ſacerdotes quum nihil ſacerdotis ipſo nomine retineant, hoc inſigni titulo gloriantur, honorem ac cenſum veris ſacerdotibus debitum exigunt, dici volunt & haberi quod non ſunt, hinc fit vt mala noſtra non ſine lachrymis experta ſint paſtorum negligentiam multum commodi & decoris detraxiſſe gregi catholico. Sed quo colore? Quibus verſutiis excuſabuntur? Quo vultu? Qua audacia innatam illam animis deſidiam tuentur? Qui beneficia beneficiis accumulant, qui nec oues cognoſcunt, nec ab eis cognoſci ob turpia vitia volunt, qui operas inſulſorum hominum conducunt ad gerendas vices, qui vicariis inutilibus præſentiam apud gregem redimunt, ô dementiam inuincibilem! non agitur res ludicra, non de caprarum ouium, aut Taurorum cura agitur, ſed de animarum ſalutis ſtudio, periclitantur horum paſtorum negligentia tot animarum milia pro quibus liberaliter Chriſtus ſanguinem ſuum fudit, ſed in primis naufragatur ipſe paſtor de ſingulis ouibus domino rationem redditurus. Nec ſatis conſtant pertinacia iſta excuſationum deliria, habeo vicarios integros & eruditos. Si vſquam ſibi permittat paſtor ceſſare, alibi ceſſat potius; ſi delinquere, vbiuis delinquat potius quam in hoc negotio longè omnium periculoſiſſimo. Perſpiciat ergo amabo, vtrum ſi rex ſelectiſſimum medicum eligat, cui iuſta ſtipẽdia pro ratione ſuæ

ſuæ facultatis exoluat ferre queat, vt vbi corporis ſalus, vbi vita corporis periclitatur ei per alium ſeruiat, ſi ergo in medico corporali induſtria perſonæ expetitur & optatur quis neget tanto id iuſtius in medico ſpirituali, quanto temporali vitæ ſpiritualis præſtat? Eſt denique paſtor auriga, nauclerus, dux fideliſque ſeruus, ac diſpenſator myſteriorum Dei. Et tamen ſi ad Rempublicam ſpectes ciuilem, quiſnam mortalium permitteret hæc per vicarios exhiberi? Cur ergo Deus id permittet. Re vera naturæ ius id apertè reclamat? Sunt etiam ad arcendum hoſtes cuſtodes & vigiles, quod abſentes eſſe nequeunt. Quin verò non ſolum in paſtores ipſos prauos indignari ſolet Deus verùm & ob ipſorum prauitatem indignationes dimanant in populum, ſic enim legitur Num. 18. Excubate in cuſtodia ſanctuarij, & in miniſterio altaris ne oriatur indignatio mea ſuper filios Iſrael. Sed audiamus Ezechiæ oraculum poſtquam enim ait Deus. Væ paſtoribus Iſrael, eorúmque negligentiam in conſolandis infirmis, &c. recenſuit, ſubdit. Ecce diſperſæ ſunt oues meæ eò quod non eſſet paſtor & factæ ſunt in deuorationem omniũ beſtiarum agri, & ego de manibus paſtorum meorum oues meas requiram. His ſanè paſtoribus expediens fuerat vt mola aſinaria appoſita collo demergeretur in profundum maris. Non erat qui animam poneret, qui congregaret diſperſa, qui confracta conſolidaret, ſed bene qui tonderet. Imperantes cum auſteritate, impingentes cornibus, honores putantes ſe conſequutos non onera requiret ergo ea bonus paſtor & hæc erit mercenariorum pœna vel maxima, ne ſub occaſione omnium ſeipſos paſcant, & opes congregent, & requiret verus paſtor ouem centenariam quæ perierat. Huic ſententiæ adſtipulatur elegiographus Propheta Ieremias, Væ paſtoribus qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus, Hanc comminationem euitare nequeunt multi ex noſtris paſtoribus, quos idem alloquitur Dominus: Vos diſperſiſtis gregem, & eieciſtis eum, & non viſitaſtis eum ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum ſuorum, ait Dominus: O quam grauis eſt hæc mulcta quæ Deus terrorem incutit iis qui ſunt negligentiores. Idcircò nos rex magnus & clariſſimus philoſophus Salomon conſolatur in Prouerb. 27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui tuóſque greges conſidera, non enim habebis iugiter poteſtatem, ſed corona tribuetur tibi in generatione & generationem quod conſilium explicatiùs ore ſalutifero Chriſti domini noſtri apparet. Ego ſum paſtor, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Expreſſum autem & abſolutum ponit præceptum his qui curam paſtoralem ſuſceperunt dicens ter ad Petrum, Paſce oues meas, paſce, inquit, non paſcere fac oues meas.

Defectum proculdubiò charitatis & dilectionis erga gregem creditum hunc neglectum parere exiſtimo. Quos enim amarent eos diligentius & chariore affectu obſeruarent, ne rerum gurgitibus abſorberentur, aut inſidiis luporum perderentur. Addequod labor iſte digno præmio penſatur, & quanuis vt inquit Dominicus de Soto fructuum temporalium odor ſit ſuauis ſuauior tamen eſſe debet Chriſti charitas quæ rem imprimis difficlem dulcerare valet. Quod ſi parum momenti ſunt illa, minæ, & præcepta non deſunt. Tollitur ius beneficij, male receptorum prouentus reſtitutio indignè poſſidentem, noctè diéque lancinat, conſcientiam torpentem arguit, canoniciſque pœnis tandem ſubiiciũtur qui lanam & corium ouis abſque præſtiti officij ratione accipiunt imò vt verius dicam furantur.

In Concilio Calcedon. cap. 17. definitum fuit vt excommunicaretur Epiſcopus qui in ſuo Epiſcopatu non reſideret. In Antioch. Concilio vetitum fuit ne Epiſcopi ſuas omnino eccleſias exirent. In Sardicenſi canon. 14. conſtitutum ne Epiſcopi omninò vltra tres dies, dominicos abeſſe poſſent. In Lateranenſi cap. 32. & in decretalibus tit. de cler. non reſid. Multa citantur Pontificum decreta de reſidendo. Ac ne ſolo iure eccleſiaſtico putetur id firmatum accedit, tum naturæ vis, tum etiam diuinum quod non ſic accipiendum eſt, vt beneficia eccleſiaſtica putemus iure naturæ inſtituta, ſed quod poſteaquam iam inſtituta ſunt natura poſtulat, vt quiſque eccleſiæ, quam regendam ſuſcepit, adſit, hoc etiam modo venditio, & emptio etſi non natura ſed gentium iure introducta ſunt, tamen poſteaquam introducta ſunt: naturæ iure poſtulat, vt neque venditor emptorem, neque rurſum emptor venditorem fallat. Hoc autem modo poſtulare naturam, vt qui miniſterium habet eccleſiaſticum apud illud reſideat, licet nihil aliud vrgeret, vel ſolum tamen paſtoris nomen conuinceret, quod perſonalem planè actionem ſignificat, ſicut doctoris aut medici & cætera officiorum perſonalium nomina. Quemadmodum ergo nemo poteſt per alium docere aut curare, niſi velit doctoris & medici nomen amittere: Ita nec per alium poteſt quiſquam creditum ſibi gregem paſcere. Accedit quod paſtores ſeruator dicit lucem mundi, & ſalem terræ & quod nulla prorſus alia dictum eſt ratione niſi quia del et verbo doctrinæ, populo lucem afferre veritatis & exemplo

hominum mitigare & moderari affectus, quomodo igitur paſtorem dicemus cum qui ouibus non adeſt aut poſſe magis abſentem curare ſuas oues quam lux abſens aerem illuminare, vel ſal ea quæ nunquam attigit condire poterit Denique cum veriſsimum ſit illud, omnia eccleſiaſtica beneficia habere pro fundamento iuſtitiam commutatiuam vnde ſumpta eſt Apoſtoli ſententia Qui non laborat: non manducet, qui eccleſiæ ſuæ non adeſt, ac prouide non laborat nullos omnino fructus debet colligere. Nec quicquam facit ad rē quod rſpondent, ſatis eſſe per vicarium laborare, alioqui ſecundum eandem regulam ſatis eſſet per vicarium manducare. Iure autem diuino obſtringi ad reſidentiam paſtores frequenter ſacræ teſtantur literæ, Sic enim dictum eſt Leuitis & ſacerdotibus antiquis qui noſtrorum geſſerunt tipum Excubate in miniſterio tabernaculi, quod tamen nemo poteſt, niſi præſes quam autem expectent ſententiam qui gregem deſerant paſtores ex Propheta, immo ex Domino audiant, quod pinguerat occidebatis, et Gregem meum de manu eorum requiram, & iterum ſanguinem eorum de manu veſtrarum requiram. Et alius diſperſiſti gregem meum, & occidiſtis & non viſitaſtis. Accedit quod quatuor illæ boni paſtoris conditiones quas tanquam notas penit Dominus ſic eius apud omnes exigunt præſentiam, vt aliæ omninò præſtari poſſint. Primā enim, nimirum quod pro ouibus ſuis animam ponat, quomodo præſtabit abſens? Secundam quod veniente lupo non fugiat quomodò explebit qui abeſt, Tertiā quod omnes ſuas oues nominatim cognoſcat, quis abſens efficiet? Quartam quod oues vocem eius audiant, quomodo curabit qui nullam omnino audit apud eas vocem? huc facit quod paſtorem eccleſiæ Petrum Christus inſtituens non ait, tot in annos ſingulos repones prouentus, ſed, Paſce oues meas, & Paulus, Attendite vobis & vniuerſo gregi, Qui eſt abſens, nec paſcit nec gregi attendit? Conſimili etiam loco paſtoris erga eccleſiam, cum patrisfamilias in domum induſtria. Qui domus ſuæ curam non habet, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam adhibebit? domum ſuam quis bene regit niſi qui adeſt & rurſus, obedite (inquit) præpoſitis veſtris ipſi enim vigilant tanquam rationem reddituri, Si paſtoris eſt vigilare, quemadmodū non poteſt abſens quiſquam vigilem agere, ita nec paſtorem. Obſeruandum tamen tres à Theologis dici cauſas quibus abſque piaculo nonnunquam abeſſe licet paſtori.

Prima eſt, perſonæ propriæ impedimentum, vt pote ſi ægrotet, aut à tyranno ſit ad ſupplicium queratur: quod tamen ſemper intelligendum eſt antepoſita eccleſiæ vtilitate, ſi enim ſolus animarum & eccleſiæ vtilitas perſonalem eius requirit præſentiam: nullus omnino morbus, nec vlla perſecutio impedire debet, aut poteſt quo minus apud eam reſidere teneatur: eò quòd præcipuum ſit paſtoris munus vt animam ſuam, pro ouibus ponat, quemadmodum miles ſtipem accipit menſtruam, vt ſi opus fuerit pro principe mortem etiam oppetat, ſic etiam omnino facere debet & paſtor, qua de re extat integra B. Aug. ad Honoratum Epiſtola in qua inter cætera, ſic ait, Fugiant de ciuitate in ciuitatem cùm eorum quiſquam ſpecialiter quæritur, ne ab aliis qui non ita quæruntur, deſeratur eccleſia, ſed præbeant cibaria conſeruis ſuis, quos non poſſe aliter viuere norunt. Itaque cum petitur vita paſtoris, fugere licet, quando petitur vita omnium, non licet.

Secunda cauſa eſt emergentis alicuius negocij magnitudo quæ tamen vt ſuperior intelligenda eſt, nimirum ſi negocium quod paſtor gerit abſens, eccleſiæ tantam aut maiorem adferat vtilitatem quam adferret eius præſentia.

Tertia eſt perſonæ conditio vt notatur 21. q. 1. Canon. illud, id eſt, ſi quis ſit tam excellenti probitate, & doctrina vir, vt eccleſiam melius abſens quam alius fortaſſe præſens gubernare poſſit.

Præclarè ac ſapienter Tridentini Patres ſub huius Pontificis temporibus canones ſacroſanctæ Synodi reſidentiam epiſcopalem, his verbis commendarunt. Sacroſancta Synodus eiuſdem præſidentibus Apoſtolicæ ſedis Legatis, ad reſtituendam collapſam admodum eccleſiaſticam diſciplinam, deprauatóſque in clero, & populo Chriſtiano mores emendandos accingere volens, ab iis, qui maioribus eccleſiis præſunt, initium cenſuit eſſe ſumendum, integritas enim præſidentium ſalus eſt ſubditorum. Confidens itaque per Domini, ac Dei noſtri miſericordiam prouidámque ipſius Dei in terris Vicarij ſolertiam omninò futurum, vt ad Eccleſiarum regimen, onus quippe angelicis humeris formidandum, qui maximè digni fuerint, quorúmque prior vita, ac omnis ætas, puerilibus exordiis vſque ad perfectiores annos per diſciplinæ ſtipendia eccleſiaſticæ laudabiliter acta teſtimonium præbeat, ſecundum venerabiles beatorum Patrum ſanctiones aſſumantur, omnes Patriarchalibus, Primitialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus eccleſiis quibuſcunque, quouis nomine, ac titulo præfectos monet,

monet, ac monitos eſſe vult, vt attendentes ſibi & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus docuit eos regere eccleſiam Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vigilent ſicut Apoſtolus præcipit, in omnibus laborent, & miniſterium ſuum impleant, implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atque ouium ſuarum, quarum ſanguis de eorum eſt manibus à ſupremo iudice requirendus, cuſtodiæ minimè incumbant, cùm certiſſimum ſit, non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit ac nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer dolendum eſt, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam ſalutis immemores, terrenáque cœleſtibus, ac diuinis humana preferentes, in diuerſis curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium ſollicitudine ouili derelicto, atque ouium ſibi commiſſarum cura neglecta, ſe detinent occupatos, placuit ſacroſanctæ Synodo antiquos canones, qui temporum, atque hominum iniuria penè in deſuetudinem abierunt, aduerſus non reſidentes promulgatos innouare, quemadmodum virtute præſentis decreti innouat, ac vlterius, pro firmiori eorundem reſidentia, & reformandis in eccleſia moribus, in hunc, qui ſequitur, modum ſtatuere, atque ſancire. Si quis à Patriarchali, Primatiali: Metropolitana, ſeu cathedrali eccleſia ſibi quocunque titulo, cauſa nomine ſeu iure commiſſa, quacunque ille dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, ſeu iuſtis & rationabilibus cauſis ceſſantibus ſex menſibus continuis extra ſuam diœceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ Eccleſiæ, pauperibus loci per ſuperiorem eccleſiaſticum applicandorum, pœnam ipſo iure incurrat. Quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo amittat. Creſcente verò contumacia, vt ſeueriori ſacrorum canonum cenſuræ ſubiiciantur, Metropolitanus ſuffraganeos epiſcopos abſentes, Metropolitanum verò abſentem ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens, pœna interdicti ingreſſus eccleſiæ eo ipſo incurrenda infra tres menſes per literas, ſeu nuntium Romano Pontifici denunciare teneatur, qui in ipſos abſentes, prout cuiuſcunque maior, aut minor contumacia exegerit ſupremæ ſedis auctoritate animaduertere, & eccleſiis ipſis de Paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in Domino nouerit ſalubriter expedire.

V.

Clericorum bona ex illicita negotiatione acquiſita, veniunt ſub nomine Spoliorum, & ſpectant ad R. Cam. Apoſtolicam.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DECENS eſſe cenſentes, & æquum, vt nos, qui alios in ſua iuſtitia confouemus, Cameræ apoſtolicæ iura non negligamus quinimo, ne prætextu incertitudinis, illā ab aliquibus vſurpari, aut ſuper eis dubia aliqua oriri contingat, ita noſtræ declarationis remedio prouideamus, quod à nemine deſuper dubium aliquod aliquod deduci poſſit. Cum itaque, ſicut accepimus à nonnullis vertatur in dubiū an res, & bona per clericos, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos ex negotiatione illicita aut alias contra ſacros canones, acquiſita, vti Spolia, vel alias ad Cameram præfatam iure legitimo ſpectare & pertinere debeant, Nos omnes de ſuper hæſitationis materiam ſubmouere, ac cauilitationibus, & alterationibus, ac litibus viam præcludere, & denique malitiis eorum qui iura dictæ Cameræ vſurpare ſatagunt obuiare, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere volentes, Motu proprio & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus, & declaramus, omnia & ſingula res & bona cuiuſcunque qualitatis, & quantitatis exiſtentia, ac in quibuſuis regionibus, & regnis ac dominiis, tam citra, quam vltra montes, & maria conſiſtentia, per quoſuis clericos tam ſeculares quam quorumuis, etiam mendicantium ordinum, ac militiarum regulares, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos cuiuſcunque ſtatus, ordinis, & conditionis fuerint, ac Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, ex negotiatione illicita aut alias contra ſacros canones quomodolibet acquiſita quæ pro tempore poſt obitū eorum, qui etiam ex facultate quam habuerint teſtandi, condito teſtamento, vbiuis locorum deceſſerint, & decedent, aut quibus illos, etiam eis viuentibus priuari & eis deſtitui contigerit, & præſerim quondam Andreæ Iapiro de ſancto Ioanne Rotundo presbyteri, ſeu religioſi, extra Roman. Curiam ad illam forſan veniendo defuncti

Bona omnia clericorum per negotiationem illicitam quæſita, quæ tempore obitus eorū manſerint inconſumpta pertinent ad S.R. Eccleſiam conſequuta quoque per quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas via quacumque ſacris canonibus prohibita.

Hæc conſtitutio non indiſtinctè lata eſt ab hac enim tria genera perſonarũ ſoluũtur videlicet Cardinales & decedẽtes in Curia & ij qui priuilegio ſpeciali vel generali teſtandi ratione ſuorum officiorum, vel alias, haberent, etiam ſi extra curiam decederent: quorum tertium intelligendum videretur, dummodo teſtati decederent, vel haberent clauſulam qua fieret facultas cognatis eorum ſuccedendi eis ab inteſtato, facultas enim teſtandi nõ poteſt prodeſſe niſi teſtetur cui facta eſt illa, vt palam eſt, argu. l. ex imperfecto. & l. Hac conſultiſſima, C.

defuncti hactenus remanſerunt, remanent, & remanebunt ad eandem Cameram, & non alios, etiam in quibuſuis cathedralibus, etiam Metropolitan. & collegiatis, ac aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus: Militiis cæteriſque beneficiis eccleſiaſticis cum cura, ſecularibus & quorumuis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis ſucceſſores, illa in titulum, commendam, adminiſtrationem, commiſſionem, ac alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam ſi ad illa, vigore prioris, tituli, ius regrediendi, ſeu accedendi, aliquibus conceſſum fuerit, ſpectare, ac ſub nomine ſpoliorum venire, illáque vti ſpolia ad Cameram ipſam pertinentia perpetuo colligi, & recuperari potuiſſe, poſſe, ac debere. Et ita per quoſcunque Iudices quauis auctoritate fungentes in quacunque inſtantia, ſublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contiſterit attentari. Mandantes dilecto filio noſtro Guidoni Aſcanio Sanctæ Mariæ in via lata, Diacono Cardinali de Sancta Flora nuncupato, Camerario noſtro, & eius in camerariatus officio ſucceſſoribus, quatenus ſpolia ipſa, prout alia ipſius Cameræ iura, exigi, & recuperari, ac præſentes inuolabiliter obſeruari faciat, nec permittat cameram ipſam, vel pro ea agentes, deſuper modo aliquo moleſtari, perturbari, aut inquietari, Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, & appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus fe. re. Bonifacij Papę viij. prædeceſſoris noſtri de vna & Concilij generalis de duabus dietis, & aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, necnõ eccleſiarum monaſteriorum, ordinum militiarum, & beneficiorum prædictorum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis illis, & dilectis filiis illorum capitulis, conuentibus ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergò, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, nonis Nouembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Nullum antiquius negotium debet vrgere & ſollicitos reddere eos quibus commiſſa eſt cura paſcendi animas quam cœleſte, illud lucrum & fœnus talenti cœlitus illis crediti, id tamen multis incontemptum abiit iis qui diligentius ſtudent auaritiæ quam Deo ita vt non illos Dei miniſtros ſed ſiniſtros negotiorum trapezitas exiſtimes nec mirum ſit ſi tam fœdè Sacerdotij nomen apud vulgus laceretur aut creditu difficilè ſi plus obeſſe quam prodeſſe videantur. Dum inaugurantur ad miniſterium Eccleſiaſticum pollicentur ſe ſolum Deũ in hæreditatis partem accepturos, per ſidè tamen breuiſſimi lucelli gratia à fide data recedunt & in queſtus auiditate toto conatu inſudant clamat Euangeliſta neminem poſſe Deo & Mammonæ famulari, docet Paulus parum decere negotia ſæcularia eos qui ſpiritualibus dediti ſunt. Sic enim venalis non ſolum fertur anima ſed & ipſa ſacra in animarum perniciem venalia veluti locantur tum Sacerdotes hiſce cupiditatis & auaritiæ ſpiculis ſaucij, effrontes veluti ſcurræ, laicorum res ambiunt varia pacta tranſigunt, vt domus & familia augeantur. Hæc profectò lucri auiditas animos abſorbet mendacia nutrit, & doloſe elicit, at vt inquit S. Thomas hæc ars habet ſpeciem mali, & ideo interdicta eſt clericis. His ergò flagitiis optimè occurrit Apoſtolorum Canon 7. quem ſic accepimus Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus nequaquam ſæculares curas aſſumant, ſin autem, eiiciantur, & can. 27. Clericus fideiuſſionibus inſeruiens abiiciatur. Et can. 80. Dicimus quòd non oporteat Epiſcopum aut presbyterum publicis ſe adminiſtrationibus immittere, ſed vacare & admodum ſe exhibere

exhibere vſibus Eccleſiaſticis, animum igitur inducito hoc non facere aut deponitor. Et can. 82. Statuitur vt Epiſcopus aut presbyter aut Diaconus militiæ vacans deponatur. Concilium generale Calcedonenſe can. 3. ſic ſanxit. Peruenit ad ſanctam Synodum quod quidam qui in clero videntur Electi propter lucra turpia conductores alienarum profeſſionum ſiunt & ſecularia negotia ſub cura ſua ſuſcipiunt, Dei quidem myſterium paruipendentes ſæcularium verò diſcurrentes domos & propter auaritiam patrimoniorum ſuſcipientes ſollicitudinem. Prohibet itaque ſanctum hoc magnúmque Concilium nullum deinceps aut epiſcopum aut clericum aut monachũ poſſeſſiones conducere aut negotiis ſæcularibus ſe immiſcere præſertim pupillorum, ſi forte leges imponunt inexcuſabilem curam aut Ciuitatis epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum ſollicitudinem habere percipiat aut orphanorum & viduarum earúmque perſonarum omni defenſione carentium quæ maximè Eccleſiaſtico indigent adiutorio & propter Domini timorem cauſa depoſcat, ſi quis autem de cætero tranſgredi ſtatuta tentauerit qui eſt huiuſmodi eccleſiaſticis increpationibus ſubiacebit. Hactenus Concilium Calcedonenſe. Hac de cauſa Pius IIII. Variis editis conſtitutionibus, & ſuperiore potiſſimum omnem negotiationis curam Sacerdotibus interdixit, & facultatẽ diſponendi de bonis illicito illo negotiorũ abuſu partis abſtulit necnon huiuſmodi teſtamenta irrita declarauit & ſingula illa bona vice ſpoliorum haberi voluit quæſita præſertim tum illicita negotiatione, tũ ex beneficiis contra iura retentis, ex officiis ſecularibus contra iura exercitis, ex arte medica & chirurgica, vel alia eis prohibita, ex obſequiis item indecenter Regibus, & aliis ſecularibus perſonis contra ſtatuta canonum exhibitis, ſunt, reſeruata Papæ arg. cap. Præterea, &c. Cum iam dudum, &c. de multa. de præb. quæ de iniuſta retentione beneficiorum loquuntur, & c. 1. & 2. & c. ſed nec procuratores villarum, & c. Sententiam ſanguinis, & c. ſecundum. ne cler. vel mona. per quæ complura officia & contractus, & obſequia erga laicos clericis & monachis prohibeatur, argumento item ca. tua. de homici. per quòd & notata ibi vetantur eiſdem ars Chirurgiæ, & medicinæ, & c. 1. & 2. de poſtul. per quæ vetantur eſſe aduocati coram iudicibus ſecularibus, & aliorum, de quibus eſt armata militia c. clerici arma portantes, cum ei annotatis de vita & honeſt. cleri. & tradita Thom. 2. 2. q. 40. art. 2. quæ omnia videntur limitanda, ne procedant in clericis ſecularibus in minoribus tantum ordinibus conſtitutis, & carentibus beneficiis eccleſiaſticis ſaltem ſibi ad victum ſufficientibus, ij enim videntur poſſe iuſtè exercere officia & artes, præſtare obſequia Regibus, & aliis ſecularibus. Conducere item prædia, & villas, ſicut & alij laici arg. c. de poſtul. quod à contrario ſenſu probat ſecundùm gloſſ. eius receptam poſtulare poſſe coram iudicibus ſecularibus, etiam in cauſis profanis, licet id prohibeatur conſtitutis in ſacris, etiam ſi non habeant beneficia, & conſtitutis in minoribus, ſi habeant illa ſufficientia, eadémque ratione videntur limitanda ne procedant in conſtitutis in ſacris non habentibus vnde viuant, neque in habentibus beneficia tenuia victu ſuo imparia, quoniam etiam iſti poſſunt eiuſmodi officiis, & artibus, victum ſibi quærere arg. gloſſ. cap. clericus victum. 91. diſt. & glo. cap. canonum, 14. q. 4. iuxtà doctrinam Panor. in d. cap. 1. de poſtul.

VI.

Conſtitutio Pauli 4. ſuper alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum reducitur ad viam & terminos iuris communis.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

PROVIDA Romani Pontificis circumſpectio, ea quæ terris ſuadentibus cauſis emanarunt, ex aliis non minus attendendis rationibus, ad rationis tramitem reducit: prout rerum qualitate digeſta ſalubriter conſpicit expedire. Dubium ſiquidem fe. re. Paulus Papa IIII. prædeceſſor noſter ex certis tunc expreſſis & nobis notis cauſis Motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulas alienationes & in emphyteoſim ſeu cenſum perpetuum, aut tertiam vel aliam generationem ſeu hominis vitam aut aliud tempus vltra triennium, locationes vel conceſſiones ſeu permutationes, hippothecas & obligationes de quibuſuis caſtris terris oppidis ciuitatibus, & locis, aut aliis bonis immobilibus, ſeu rebus et iuribus tam ſpiritualibus quam temporalibus Romanæ Eccleſiæ, & quarumcunque Cathedralium etiam Metropolitanarum & aliarum Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum domorum, & aliorum regularium locorum, & quo-

Pauli 4. conſtitu. habes ſup. fo. 367. iniunctum nobis.

& quorumuis beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura, ſecularium & quorumuis ordinum regularium, necnon hoſpitalium & aliorum piorum locorum quorumlibet per quoſcunque Ro. Pontifices prædeceſſores ſuos, ſeu eorum auctoritate vel mandato per Camerarios ſuos & clericos Cameræ Apoſtolicæ præſidentes, ac quoſuis Eccleſiarum Monaſteriorum & domorum prælatos & beneficiatos, necnon hoſpitalium & aliorum regularium & piorum locorum Rectores cuiuſcunque dignitatis ſtatus gradus ordinis & conditionis exiſtentes, etiamſi Cardinalatus honore pollerent, in damnum Eccleſiæ, ſeu non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis, aut alias nulliter hactenus factas, & contractus ſuperinde ſub quibuſuis formis & verborum expreſſionibus habitos & celebratos, etiam ſi iuramento vallati exiſterent, & quantumuis longa temporis præſcriptione robur ſumpſiſſe dici poſſent, ac ipſius Rom. Eccleſiæ fauorem & commodum concernerent, per ſuas ſub plumbo expeditas literas reſcidit, irritauit, caſſauit, & annullauit, ac viribus omninò vacuauit. Voluitque detentores Caſtrorum terrarum oppidorum ciuitatum & locorum prædictorum ad illa ac bona res & iura præfata Rom. & Cathedralibus etiam Metropolitan. ac aliis eccleſiis, necnon Monaſteriis domibus & hoſpitalibus, necnon beneficiis piis locis relaxan. & de fructibus tam hactenus perceptis quam in poſterum percipien. realiter ſatisfacien. teneri, & ad id etiam ſent. cen. & pœnis eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis, omnibuſque aliis opportunis iuris & facti remediis cogi & compelli, ac quicquid ſecus ſuper iis à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari irritum & inane decreuit. Et deinde exequutionem dictarum literarum fieri cupiens, motu ſimili tunc Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori coram quo iam conſtitutio prædicta ſeu illius tranſumptum prædictum reperiebatur, tam ad tunc procuratoris fiſcalis pro iis, quæ Rom. Eccleſiam & ſedem & Cameram Apoſtolicam concernebant, quam ad ſingulorum aliorum Eccleſiarum Monaſteriorum domorum hoſpitalium beneficiorum & piorum locorum prædictorum, quod coram eo ad exequutionem huiuſmodi petendum comparerent, prælatorum ſeu procuratorum ſindicorum œconomorum aut alias quomodolibet ad id faciendum mandatum ſeu poteſtatem legitimam habentium inſtan. ſingulorum caſtrorum terrarum oppidorum aliorumque bonorum immobilium, ſeu rerum & iurium prædictorum detentores ad illos illas & illa, reſpectiuè relaxandum, & de fructibus præfatis ſatisfacien. vel quamobrem id facere non tenerentur docendum ſub excommunicationis latæ ſententiæ, necnon pecuniariis ipſius Auditoris arbitrio moderan. & applican. pœnis etiam per edictum publicum conſtito ſummariæ, &c. de non tuto acceſſu moneret, requireret, & elapſo tempore & termino in ſingulis monitoriis huiuſmodi per eum ſtatuendo, illiſque non comparen. illico, ſeu illis etiam comparentibus, & vt præfertur non docentibus, ſeu alias conſtituto ſibi ſummariè ſimpliciter, & plano, ſine vlla terminorum ſubſtantialium nuncupatorum, aut alterius cuiuſcunque telæ iudicialis obſeruatione, de alienationibus ſeu locationibus permutationibus hippotecis vel obligationibus præfatis, & qualibet earum, & qui in damnum Eccleſiæ ſeu loci à qua vel quo factæ fuiſſe prætendebantur, tenderet, ſeu non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis aut alias nulliter factæ forent, & quatuor terminis conſuetis ad docendum, tam ſuis quam ipſius Auditoris monitorialibus literis vt præfertur decernen. paruiſſe cen. & aduerſus ipſos non parentes ad declarationem incurſus cenſurarum & pœnarum prædictarum, & poſt declarationem huiuſmodi ad earundem cenſurarum & pœnarum aggrauationem, necnon interdicti, & brachii ſecularis inuocationem, etiam vnico contextu ſimul & ſemel procederet & totaliter exequeretur ac exequi mandaret, & faceret, quacunque appellatione remota commiſit & mandauit, cum poteſtate non ſolum detentores ipſos præſentes, ſed etiam anteriorum detentorum ſi qui forent pro fructibus perceptis, & alios quoſcunque tam in decretis quam in exequutionibus decernendarum monitorialium huiuſmodi nominandos, etiam ſub ſimilibus cen. & pœnis inhibendi, & contra inobedientes, ſeu contrauenientes ſimili modo vt ſupra proceden. & illos ſi qui ex monendis præfatis pupilli aut minores forent, ad legitime comparen. citandi, & eis non comparen. & abſentibus, & non parentibus de curatore ad litem

Alienationes locorum Eccleſiæ & locationes vltra triennium in damnum Eccleſiæ non ſeruatis ſolennitatibus factas annullauit & reſcindit Paulus 4.

Detentores & occupatores bonorum malè alienatorum ad reſtitutionẽ compelluntur.

Deputatio Iudicis pro deciſione controuerſiarum huiuſcemodi alienationis.

huiuſmodi

huiuſmodi prouidendi, & in præmiſſis etiam diebus & horis præterquam in honorem Dei feriatis, ac alias iuxta ordin. curiæ ſuæ in ſimilibus ſtilum, & in omnibus & ſingulis præmiſſis tam per ſe quam per ſuum in ciuilibus Locumtenentem ſeu alium ab eo ſubdelegatum procedendo, aliiſque facultatibus neceſſariis et opportunis, et forſan etiam alia fecit, prout in dictis literis et motu proprio deſuper manu propria ſignato plenius continetur. Cum autem ſicut accepimus occaſione literarum et motus proprij huiuſmodi diuerſæ lites quæſtiones et controuerſiæ ortæ, ac diuerſa grauamina læſiones perturbationes et incommoda diuerſis perſonis generata et illata, ac literæ et motus proprij huiuſmodi rigoroſæ exequutioni demandatæ fuerint, et earundem perſonarum animarum moleſtiam non modicam, plurimorum ad nos querelę delatæ fuerint, et indies deferantur, conquerentium potiſſimum de rigore vel potius iniuſtitia literarum et motus proprij prædictorum, præſertim facta interpretatione prout à nonnullis dicitur eſſe facta, quod contra illos, non poſſit opponi legitima præſcriptio temporis, neque compenſatio vel etiam pro melioramentis competens retentio, et pro fructibus bona fide perceptis et conſumptis excuſatio, neque fori declinatio, minuſque appellatio, aliáve iuris communis remedia, et quod alienationes factæ à Ro. Pont. ſolemnitatibus alias à iure requiſitis, et etiam ad commodum et fauorem et ex de neceſſitate S. R. E. non valeant, Nos arbitrantes indemnitati Eccleſiarum per anteriores Canones eſſe abunde prouiſum, ad quietem & tranquilitatem ſingulorum Chriſtifidelium noſtris potiſſimum temporibus, ſinceris exoptantes affectibus, ad tollen. omnem querelarum prædictarum occaſionem, literarum & motus proprij prædictorum veriores, necnon proceſſuum deſuper formatorum & ſententiarum latarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur Necnon quaſcumcunque litium deſuper forſan motarum & penden. ſtatus ac materia ac nomina & cognomina iudicum & collitigan. præſentibus pro expreſſis haben. volentes, conſideratione etiam dilectorum filiorum populi Romani, vbi propter literas & motum proprium prædict nouitates nullæ factæ eſſe dicuntur literas & motum proprium huiuſmodi quo ad penden. & futuras cenſuras, ac ſi nunquam emanaſſent ad ius commune & terminos & viam iuris communis ex certa noſtra ſcientia & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omninò reducimus, reuocamúſque, caſſamus, & annullamus, ac virib. vacuamus. Quo vero ad eas cauſas in quibus vigore literarum & motus proprij prædictorum ad ſententiæ prolationem eſt proceſſum, illos contra quos eſt ſententiatum, ſi ſint propterea cen. huiuſmodi abſoluimus, concedimúſque & volumus, quod etiam ſi ab eiſdem ſententiis non appellauerint, aut interpoſitas per eos appellationes deſertæ remanſerit, ac etiam ad earundem ſententiarum exequutionem proceſſum fuerit, poſſint nihilominus, firma remanente exequutione iam facta, præ eorum & cuiuſq; eorum libito voluntatis ſuper ſententiarum exequutionúmque huiuſmodi & quorumcunque inde ſecutorum iniuſtitia & nullitate coram ſuis competen. ordinariis ſiue ſpecialiter delegatis. Iudicibus agere, & expediri in cauſis quæ ipſis ſecundum iuris communis diſpoſitionem poſthabitis, bulla & motu proprio prædictis procedi, & ſententiari & diffiniri debeat, Ita vt ſi huiuſmodi ſententiarum cum inde ſecutis à dictis ordinariis vel Iudicibus ſpecialiter delegatis per viam nullitatis vel iniuſtitiæ reuocati contigerit, etiam quod vnica ſententia ſit in fauorem priorum poſſeſſorum exequutioni demandetur, firma manente appellatione, quo ad caput deuolutum. Et ita per quoſcunque Iudices quauis auctoritate fungen. etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales ſublata &c. Irritum quoque, &c. iudicari & diffiniri præſentiumque (quas vim legis in perpetuum habere volumus) ſolam ſignaturam ſufficere, & poſtquam per Curſores locis conſuetis more ſolito publicatæ fuerint, ſtatim omnes afficere, & earum tranſumptis vnius ex dilecti filij noſtri in alma Vrbe Vicarij Iudicibus manu ſubſcriptis, eiuſdémque Vicarij ſigillo obſignatis, non minus quam ipſis originalibus credi, & fidem adhiberi decernimus, & declaramus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis renunciationibus, & de non contrauenien. obligationibus deſuper factis etiam iuramento, quod quo ad hoc relaxauimus vallatis, priuilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum

Executionem conſtitutionis Pauli 4. varia multáque diſſidia comitabantur, quamobrem eam mitiore & dulciore iuris remedio declarauit Pius 4.

Abſoluit Pontifex condemnatos à cenſuris & cauſas decidendas mandat reuideri ſecũdum iuris communis diſpoſitionem.

motu proprio & ſcientia ſimilibus quomodolibet conceſſis,&c. Quibus omnibus & ſingulis in literis latiſſ.extenden.etiam ſi de illis &c.tenores,&c.hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus,cæteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis & conſuetis.

Datum Romæ apud ſanctum Marcum tertio Idus Septembris Anno Primo.

VII.

Indictio proſecutionis Sacri Concilij Tridentini.

Sub Paulo IIII. Concilium Tridentinum cum Germaniam armis & diſcordiis ardere videret, omnes fere Epiſcopos, Germanos præſertim principes electores ſuis cõſultũ Eccleſiis & Concilio abiiſſe, decreuit tantæ neceſſitati non reluctari & ad meliora tempora retinere vt patres quod eis agere nõ liceret ſuis ouibus proſpectũ ad ſuas Eccleſias regredi valerẽt. Hinc ſuſpenſa fuit ſacra Synodus per bienniũ. Tandem ſub Pio IIII. proſequuta.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

AD Eccleſiæ regimen,licèt tanto oneri impares,ſola Dei dignatione vocati,ſtatim circunferentes mentis oculos per omnes reipublicę Chriſtianæ partes cernentéſque non ſine magno horrore,quam longè latéque peſtis hæreſum,& ſchiſmatis peruaſiſſet, & quanta Chriſtiani populi mores correctione indigerent,in eam curam, & cogitationem, pro ſuſcepti muneris officio incumbere cœpimus quemadmodum ipſas hæreſes extirpare,tantumque, & tam pernicioſum ſchiſma tollere,moreſque adeo corruptos,& deprauatos emendare poſſemus: Cum autem intelligeremus ad hæc ſananda mala aptiſſimum eſſe remedium, quod ſancta hæc Sedes adhibere conſueuiſſet,œcumenici generaliſque Concilij eius congregandi, & Deo iuuante celebrandi,concilium cepimus. Indictum illud quidem antea fuit à fe.re. Paulo III.& eius ſucceſſore Iulio prædeceſſoribus noſtris. ſed variis de cauſis ſæpius impeditum,& interpellatum perfici non potuit. Siquidem Paulus cum illud primo in Vrbem Mantuam,deinde Vicentiam induxiſſet; quaſdam ob cauſas in literis eius expreſſas id primo ſuſpendit. poſtea Tridentum tranſtulit Deinde cum quibuſdã de cauſis ibi quoque eius celebrandi tempus dilatum fuiſſet:tandem ſuſpenſione ſublata,in eadem ciuitate Tridentina inchoatum fuit. Verum ceſſionibus aliquot habitis,nonnullis decretis factis, ipſum poſtea concilium aliquibus de cauſis accedente etiam Sedis Apoſtolicæ auctoritate, Bononiam tranſtulit. Iulius autem qui ei ſucceſſit,in eandem ciuitatem Tridentinam id reuocauit,quo quidem tempore facta alia quædam decreta ſunt Sed cum noui in propinquis Germaniæ locis tumultus excitati fuiſſent:& bellum in Italia, & Gallia grauiſſimum exarſiſſet,rurſus Concilium ſuſpenſum,& dilatum fuit,adnitente nimirum humani generis hoſte,aliáſque ex aliis difficultates,& impedimenta obiiciente:vt tantum Eccleſiæ commodum,quod prorſus auferre non poterat,ſaltem quam diutiſſimè retardaret. Quantopere vero interea auctæ fuerint,& multiplicatæ,ac propagatæ hæreſes,quantopere ſchiſma creuerit:ſine maximo animi dolore nec meminiſſe poſſumus,nec referre. Sed tandem pius,& miſericors Dominus, qui nunquam ita iraſcitur,vt miſericordiæ obliuiſcar,Regibus,& Principibus Chriſtianis pacem & vnanimitatem donare dignatus eſt. Qua nos occaſione oblata,maximam in ſpē venimus,ipſius miſericordia freti,forte vt his tantis quoque Eccleſiæ malis eadem Concilij finis imponatur. Nos itaque ad ſchiſma,hæreſéſq; tollendas, ad corrigendos, & reformandos mores,ad pacem inter Chriſtianos Principes conſeruandam,celebrationem eius non eſſe duximus diutius differendam. Habita igitur cum Venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, factis etiam concilij noſtri certiorib. cariſſimis in Chriſto filiis noſtris Ferdinando Romanorum Imperatore electo,& aliis regibus,atque Principibus,quos quidem,ſicut de eorum ſumma pietate,& ſapientia nobis pollicebamur:paratiſſimos ad ipſius Concilij celebrationem adiuuandam inuenimus. ad Dei omnipotentis laudem & gloriam atque Vniuerſalis eccleſiæ vtilitatem de eorundem fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu,Sacrum œcumenicum & generale Concilium,authoritate eiuſdem Dei & beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum,qua nos quoque in Terris fungimur, ſuffulti & ſub nixi in Ciuitate Tridẽtina ad ſacratiſſ. diem Reſurrectionis Dominicæ proxime futurum indicimus & ibi celebrandum ſublata ſuſpenſione ſtatuimus atque decernimus. Quocirca venerabiles fratres noſtros omnibus ex locis Patriarchas Archiepiſcopos Epiſcopos & dilectos filios Abbates cæteroſque quibus in Concilio generali accedere & ſententiam dicere iure communi vel ex priuilegio vel ex antiqua

**Matth.16.cap. quanto.de tranſlat.Epiſcop. ca. vlti.vt Eccl. beneſi.c.ad Apoſtolicæ.§.pen.de re iudic.in 6 c. 1. de homicid. & lib. Pelagius 2. in 1. Epiſt.circa princip.*

antiqua conſuetudine licet,vehementer in domino hortamur & monemus atque etiam diſtrictè præcipiendo mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ in vi quoq; iuramenti quod præſtiterunt & ſub pœnis quas in eos, qui ad Concilia generalia conuenire neglexerint ſacris ſciunt eſſe canonibus conſtitutas vt ad Concilium ibi celebrandum conueniant intra eam diem niſi forè fuerint impedimento legitimo præpediti, quod tamen impedimentum per legitimos procuratores Synodo probare debebunt. Monemus propterea omnes & ſingulos quorum intereſt in intereſſeve potuit in Concilio eſſe non negligant. Cariſſimos vero in Chriſto filios Romanorum Imperatorem electum cæteroſque Reges & Principes quos optandum ſanè eſſe Concilio intereſſe poſſent hortamur & rogamus vt ſi ipſi intereſſe Concilio non potuerint vt Oratores ſuos prudentes graues & pios viros vtique mittant quo ipſorum nomine illi interſint,curentque diligentes pro ſua pietate vt ex eorum Regis atque dominij prælati ſine recuſatione ac mora tam neceſſario tempore,Deo & Eccleſiæ officium ſuum præſtent,eoſdem etiam curatos eſſe minime dubitantes:vt per ipſorum regna,& dominia tutum,ac liberũ iter Prælatis,eorumque familiaribus,comitibus,& aliis omnibus ad Concilium euntibus, & ab illo redeuntibus pateat,benignéque, ac comiter omnibus in locis recipiantur,atque tractentur,ſicut ad hoc nos attinet,ipſi quoque curabimus; qui nihil omninò prætermittere decreuimus,quod ad tam pium,& ſalutare opus perficiendum à nobis in hoc loco conſtitutis præſtari poſſit:nihil,vt Deus ſcit,quærentes aliud, nihil propoſitum habentes in hoc Concilio celebrando, niſi honorem ipſius Dei, diſperſarum ouium reductionem,ac ſalutem & perpetuam Chriſtianæ Reipublicæ trãquillitatem,ac quietem. Vt verò hæ literæ,& quæ in eis continentur,ad omnium quorum oportet,notitiam perueniant:nec quiſquam ea excuſatione vti poſſit,quod illa ignorauerit:præſertim cum non ad omnes,quos de his literis certiores fieri oporteret,tutus forſitan pateat aditus,volumus & mandamus:vt in Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum,& in Eccleſia Lateranen.tunc cum in eis populus,vt Miſſarum ſolennibus interſit, congregari ſolet,palam,clara voce à curiæ noſtræ curſoribus , ſeu Notariis aliquibus publicis recitentur,& poſtquam recitatæ fuerint,ad valuas earum Eccleſiarum,itemque Cancellariæ Apoſtolicæ,& in loco ſolito Campi Floræ affigantur ibique quo legi,& omnibus innoteſcere poſſint, aliquandiu reliquãtur. Cum autem inde amouebuntur:earum exempla in iiſdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc,publicationem, & affixionem omnes,& ſingulos,qui his literis comprehenduntur, poſt duos menſes à die publicationis , & affixionis earum volumus perinde aſtrictos , & obligatos eſſe, ac ſi ipſiſmet illæ coram æditæ,& lectæ fuiſſent. Tranſſumptis quoque earum que manu publici alicuius Notarij ſcripta,ſubſcriptave,& ſigillo ac ſubſcriptione alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutæ munita fuerint vt ſine dubitatione nevlla fides habeatur,mandamus atque decernimus. Nulli ergo,&c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum,Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo,tertio Kal. Decembris Pontifiatus Noſtri Anno Primo.

Concil. carthag. 3.c.43. & Seſſ. 24.cum Trid.c. 2.in fin.de reformat.

Sublata quacunque ſuſpenſione auſpicata ſt proſequutio Concil. Trid. XVIII menſ. Ian. anno M.D.LXII. Prima Seſſ.16. Febr. eiuſdem anni habita eſt de librorum delectu & obminibus ad Concilium fide publica inuitandis.

VIII.

Proſtitutis & impudicis mulieribus ornatus pudicarum mulierum prohibetur.

PIVS Papa IIII. Motu proprio,&c.

CVM noſtræ intentionis ſemper fuerit,omni cura,ſolicitudine & diligentia , ea præſertim quæ ad ornatum & decorem huius almæ noſtræ Vrbis tendere dignoſcuntur,fouere, ampliare & augere, illiſque vndequaque proſpicere : cumque gratiæ & ſtatuta huiuſmodi quo ſæpius Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine & robore fuerint communita & confirmata , efficaciora & validiora reddantur , & ſint firmius perpetuis futuris temporibus permanſura : Cum igitur acceperimus per fe.rec.prædeceſſores noſtros Iulium III. & Paulum IIII. dilectis filiis pro tempore exiſtentibus Almæ Vrbis Conſeruatoribus ſpecialiter demandatum , ne muliebrem ornatum per pudicas & honeſtas mulieres Romanos deferri ſolitum,

materno ſermone (*il lenzolo*) nuncupatum, à meretricibus vel aliter impudicè & inhoneſtè viuentibus mulieribus intercipi vel deferri permitterent, & paterentur & vt rhedarum vſum (*dicti li cocchi*) quominus præfatæ improbæ vitæ mulieres in illis incederent, pariter interdicerent ſub pecuniariis & aliis eorum arbitrio infligendis applicandis & exequendis pœnis. Nos prædicta omnia & ſingula vitæ & morum honeſtati plurimum conferre, animaduertentes, motu ſimili, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædicta omnia & ſingula, et inde hactenus ſubſecuta approbamus, confirmamus, noſtrumque et Sedis Apoſtolicæ robur illis impartimur, et quatenus opus ſit de nouo concedimus et indulgemus, plenúmq; illi robur adiicimus. Et ne pudicis huiuſmodi ornatus, ab impudicarum manibus ereptus, à pudicis et honeſtis fortaſſe dim ſſis, deſtituti, et propterea derelinqui contingat, ſitque omninò inter pudicarum, et impudicarum habitus apparens differentia, volumus præcipimus et expreſſe mandamus, vt Matronæ et aliæ quibus ob probitatem vitæ, habitus et ornatus huiuſmodi conuenit, ſiue pedeſtres ſiue in rhedis per Vrbem incedentes ornatæ dicto habitu, deferendo vt dicitur (il lenzolo) publicè eant et progrediantur, illudque deferre debeant et teneantur: ſin autem excommunicationis, et latę, ſententię pœnas ipſo facto incurrant, non niſi à nobis, vel ad id ſpecialiter poteſtatem habente abſoluendis Priuilegiis, Indultis conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis cęteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

Mulierum pudicarũ ornatus à meretricibus diſtinctus.

Antiquis tanto precio habita eſt modeſtia vt nulli illius excedere metas vnquam fas fuerit. Diſcreta illis erant indumenta pro qualitatum & facultatum ratione & vt ridiculum eſt purpurea veſte induere ſimias ſic multi turpius honeſtæ mulieris aut virginis pallio putidum ſcortum incedere Hoc vt indignum ita & prohibitum hac Pij *quarti conſtitutione. Olim certum erat diſcrimen veſtium Matronæ etenim & ſpectatæ pudicitiæ mulieres caſlo & toga ad talos demiſſa diſcriminabantur à meretricibus, iſtis flaua coma, illis nigra data erat vnde* Iuuenalis.

Et nigrum flauo crinem abſcondente galero
Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Vbi Poeta loquitur de Meſſalina, *Claudij* Imperatoris *vxore, quæ matronalem pudicitiam mentiens, nigros crines ferebat: ſed, vt erat omnium impudentiſſima, cùm ad lupanar iret ſuam libidinem expletura, ne agnoſceretur, flauo galero caput tegebat. Et huc quoque ſpectare poteſt quod* Horatius *lib.1.*Car. Ode 5.*Pyrrhæ meretrici flauum crinem tribuit.*

Cui flagam religas comam
Simplex mundiciis?

Et ante eos Euripides *in* Electra, *introducit* Electram *hæc de* Clytemneſtra, *matre impudica, dicentem.*

Ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκεις κόμης. Id eſt.
Flauos ſpeculi iudicio cincinnos componebas.

Verumtamen his Ouidius *Faſtorum li.2. minimè conuenire videtur cum ornatum Lucreticæ matronæ caſtiſſimè his verſibus deſcribit.*

Forma places niueúſque color, flauíque capilli,
Quique aderat nulla factus ab arte decor.

Et Catullus *in* Argonauticis, *ſiue de* Nuptiis Pelei, *&* Thetidos *de* Ariadna *loquens.*

Non flauo retinens ſubtilem verticemitram.

Et in epig. de Coma Berenicis.

Fixa corona foret: ſed nos quoque fulgeremus
Deuotæ flaui verticis exuuiæ.

Fuit etiam toga talaris muliebris pudicitiæ indumentum quemadmodum meretrices ſuccinctiore veſte vterentur geſtabant etiam omnes matronæ pro capitis tegumento tenues vittas inſigne pudoris vt loquitur Ouidius, *denegabantur autem meretricibus vt colligitur ex* Seruio *lib.7.* Æneidos *in illum verſum.*

Soluite crinales vittas canite Orgia *mecum.*

Vittarum huiuſmodi plena ſunt varia Poemata. *De his* Tibullus *li.1. elegia 6. Sic cecinit.*

Sit modò caſta doce: quamuis non vitta ligatos
Impediat crines, nec ſtola longa pedes.

Ouidius *lib.3.* Faſtorum, *de* Rhea Syluia Veſtali.

Ignibus Iliacis aderam, cùm lapſa capillis
Decidit ante ſacros linea vitta focos.

Et lib.4. de Veneris *feſto.*

Rite deam colitis latiæ matréſque nurúſque,
Et vos quîs vittæ, longáque veſtis adeſt.

Et lib 2. de Triſtib. *volens oſtendere, ſe libros de* Arte, *non ſcripſiſſe grauioribus fœminis, poſt horum verſuum repetitionem.*

Eſte procul vittæ. *mox addit,*
Ecquid ab hac omnes rigidas ſummouimus arte,
Quas ſtola contingit, vittáque ſumpta vetat?

Colligamus iam ex ſcriptoribus prophanis quãtus olim fuerit ornatus mulierum, tum ex Chriſtianis quomodo ille damnetur & Chriſtiana profeſſione indignus cenſeatur. Conqueritur Clitipho *apud* Terentium *de ingenti illo muliebris cultus apparatu.*

Non cogitas (inquit) hinc.

Quibus verbis abundè inſectatus eſt fœminarum vitium in pulchritudine comparandi, quod alij longiore ſermone ac paſſim vituperare non deſinunt, namque omni tempore hoc vitium ſe extulit, magnúmque campum ſcriptoribus reliquit, vbi eloquentiæ vires excercerent, & Clemens *tantum* Alexandrinus, *cùm & vt philoſophus, & vt Chriſtianus ſuæ ætatis luxum amplius iam ferre non poſſet, ad huiuſmodi vitium coercendum multa præcepta ſibi exquirenda eſſe putauit, quæ in libros* παιδαγωγῶν *coniecit: ſed vt proprius ad* Latini *poetæ mentem accedam, exiſtimo ipſum illic* Sybaritarum *morem reſpexiſſe, apud quos legem fuiſſe produnt, anno priore mulieres inuitandi, ſi quas ad conuiuium, aut publicum aliquod ſacrificium intereſſe vellent, concedebant enim ipſis illud ſpacium, quo ſe comere, atque ornare per ocium poſſent: meminit autem huius legis* Plutarchus *in conuiuio ſeptem ſapientum, neque non* Athenæus δειπνοσοφιςῶν *lib.12. his verbis.* Συβαρῖται ἐξοκείλαντες εἰς τρυφὴν ἔγραψαν νόμον τὰς γυναῖκας εἰς τὰς ἑορτὰς καλεῖν, καὶ τὰς εἰς τὰς θυσίας καλουμένας πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν παρασκευὴν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου, τὰ θ' ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις, *hoc eſt, In delicias ſoluti Sybaritæ legẽ ſanxerunt, vt mulieres ad feſta vocarẽtur, atque eas, quæ vocarẽtur ad ſacrificia, oportebat per annum priorem apparatum comparare, quò dignum tempore veſtium, aliuſq; mundi muliebris facientes in conuentus adducerentur: neque verò hoc quicquam incredibile videbitur: qui de Sybaritarum luxu cognita habuerit, quæ apud diuerſos ſcriptores huius generis plura memoriæ prodita ſunt.*

Romanorum luxus vt in omnibus non vulgaris fuit: ſic & in veſtium profuſione ſuperbia notatur apud authores. Valerius *lib.5. tit. ſecundò ſcribit:* Sancitum fuiſſe à Romanis, *vt fœminæ purpurea veſte, & aureis ſegmentis vti poſſent. Et idem lib.2. tit.1. inquit, vini vſum olim* Romanis *fœminis fuiſſe ignotum, ne in aliquod dedecus prolaberentur, quia proximus à* Libero patre *tẽperantiæ gradus ad inconceſſam* Venerem *eſſe conſueuit. Cæterùm, vt non eſt faſtu earum, horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis genere temperata eſſet, indulgentibus maritis, & auro abundanti, & multæ purpura vſæ ſunt, quo formam ſuam concinniorem efficerent, ſumma cum diligentia capillos cinere rutilarunt, & hac potiſſimè cultus, & ornatus voluptate, gaudent fœminæ, vt ſuprà dixi. Hinc eſt, quòd fœminis cura cultus ſui eripi non poteſt, vt dicit* Cornelius Celſus, *lib.6.c.5. & ſunt duæ res, quæ nunquam ſatis ornantur, nauis, & mulier, vt ſcribit* Plautus *in* Penulo.

Etiam habetur apud Tit. Liuium *lib 34. Munditiæ ornatus & cultus fœminarum inſignia ſunt his gaudent, & gloriantur facit dictum* Saluſtij: *cum ait, Audiui ſæpenumerò à ſanctis viris munditias mulieribus laborem viris conuenire. Hunc mundũ muliebrem appellauere maiores noſtri, de quo* Vlpianus *in l. arg. §. mundus ff de auro & arg. l. ita ait: mundus muliebris eſt, quo mulier mundior ſit, & poſt aliqua ſit differentia inter mundum muliebrem, & ornamentum. Mulier enim poteſt eſſe munda, non tamen ornata, vt ſit in his, quæ ſe mundauerint lotæ in balneo, neque ſe ornauerint. Contra eſt aliqua poſt ſomnum ſtatim ornata, non tamen emundata, & amplè huiuſmodi differentia per* Tiraq. *in l.3. connubiali. § eſt & Valerij. & in d. l ſatis comprobat mulieres, maximè vxoratas, debere ornari cultu honeſtiori. teſtis eſt* Macrobi *lib.2.* Satur *loquens de* Iulia, Auguſti *filia, quæ, cùm aliquando propter profuſiorem ſeu licentiorem veſtium offendiſſet occulos patris tacentis, poſtera die*

mutauit cultus ſui morem, & lætum patrem, affectata ſeueritate, complexa eſt. At ille, qui pridie dolorem ſuum continuerat, gaudium continere non potuit. Et quantum hic ait, in filia Auguſti probabilior eſt cultus, non deſuit patrocinio ſuo Iulia, his verbis: Hodie enim me patris oculis ornaui, heri viri. Ideò dicit Bald. in conſ. 30. in c. viſo teſtamento excelſ. 4. in 5. vel. quòd viduæ, (quoniam maritis carent quibus ſunt caræ) non debent tam precioſa atque nitida veſtimenta ferre, quam quæ maritos habent, quaſi hic omninò liceat maritatis. Cùm ornatus mulierum fiat gratia viri. l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commedati.

Sed quanto rectiùs, ſanctius, iuſtius ſcribit Ambroſius. Dæmonum infernalium eſſe cætum, faſtum mulieris ornatæ, quanto ſapientius ſacri doctores hæc deteſtantur quantò verius Diuus Cyprianus contra immodicum fœminarum ornatum, citat illud Pauli, 1. ad Timoth. Sint mulieres cum verecundia, & pudicitia componentes ſe: &c. Et 1. Pet. 3. Sit in muliere non exterius ornamentum, &c. Non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, &c. Item illud Iſaiæ. 3. Pro eo quod exaltatæ ſunt filiæ Syon, & ambulauerunt erecto collo, decaluabit Dominus verticem, &c. deinde ſubdit. Quis nam id exceretur & fugiat, quod aliis fuerit exitio, quis id appetat, & ſumat, quod ad necem alterius pro gladio fuerit & telo, ſi hauſto poculo moreretur ille qui biberet, venenum ſcires eſſe lethale, quod acceptum potuit occideret nec ederes inde, nec biberet, vnde interiiſſe alios ante conſpiceres. Nunc quanta ignorantia veri, eſt id velle, quod & nocuerit ſemper & noceat: & putare quod inde ipſa non pereas, vnde alios periiſſe cognoſcas, Nec enim Deus aut purpureas, aut coccineas oues fecit, nec margaritis contexta ſerica, & numeroſa compage diggeſtis monilia Deus inſtituit, quibus ceruicem fecit, abſconderet, vt operiatur illud quod Deus in homine formauit, conſpiciatur deſuper id quod Diabolus adinuenit, An vulnerata inferri auribus Deus voluit, quibus & innocens adhuc infantia, & mali ſæcularis ignara crucietur, vt poſtea de aurium cicatricibus & cauernis precioſa grana dependeant. Cypr. de hab. Virg. vtinam inſanis iſtis mulieribus prodeſſent cùm tot doctis cõcionibus, ſed eiuſdẽ Cypriani monitio dicentis. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio eſt iſta diuini operis, præuaricatio veritatis. Non metuis oro quæ talis es, ne cũ reſurrectionis venerit dies artifex tuus te nõ cognoſcat? ne dicat, opus hoc meũ non eſt: & hæc imago noſtra non eſt. Cutẽ falſo medicamine polluiſti, crinem adulterino colore mutaſti, expurgata eſt mendacio facies, figura corrupta eſt: vultus alienus eſt, Deum videre non poteris, cum oculi tibi non ſint, quos Deus fecit, ſed quos Diabolus infecit. Illum tu ſectata es, rutilos atque depictos oculos ſerpentis imitata es de inimico tuo compta, cum illo pariter arſura. Hæc oro non cogitanda ſunt Dei ſeruis, non die ſemper atque nocte meditanda? Viderint quid ſibi nuptæ per placendi ſtudium, de ſolatio blandiantur: quos dum in excuſationem ſuam proferunt ad ſocietatem criminoſi conſenſus aſciſcunt.

Vox faucibus hæret quoties audio vocem illam Dei Apoc. 18. Væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat purpura & byſſo, & deaurata auro & omni lapide precioſo, &c. quomodo depopulata atque deſtructa eſt? &c. Nonne mulierum luxus præſentes clades molitur. Nonne Chriſtus diſſuaſit maximè ſolicitudinem illam vanam veſtimentorum Matth. 6. de veſtimentis quid ſoliciti eſtis? Conſiderare lilia agri, &c. Ob id precioſa quærere veſtimenta, res Gentilium eſt, non Chriſtianorum. Sunt enim qui putant non fore peccatum deferre precioſas veſtes. Quòd ſi hoc verum eſſet, Ioannes Baptiſta de vilitate veſtimenti non fuiſſet commendatus, Matth. 3. Cuius veſtis erat de pilis camelorum, neque Chriſtus diſſuaſiſſet ſolicitudinem veſtimentorum Matth. 6.

Paulus quoque 1. Ad Timoth. 2. tradens formam ornandi viris ac mulieribus, inquit de mulieribus: Mulieres in habitu ornato cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa, ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Non vult Apoſtolus vt ornatè mulieres intrent Eccleſiam, quemadmodum accedunt conuiuium vel choream. Nec ſic tortis crinibus, id eſt, precioſis velis, cathenis aureis in collo ſuſpenſis, aut margaritis in annulis, vel precioſa & ſumptuoſa veſte. Quid enim es niſi cinis & terra, & homo defectuoſus atque mortalis? Quam deuotionem mentis tibi vel alij poteſt conferre tam luxurioſus veſtitus in Eccleſiis? Aut quam pudicitiam & honeſtatem Chriſtianam præfert tam inſolens veſtitus? Quis non ſuperbum ac luxurioſum iudicet eum, quem ſic ornatum atque talem videt, qui malo illo ornatu atque exemplo multa mala prouocat?

Sunt prætere a tales communiter venditores corporum. Nam ſicut hædera pendens ante ta-

bernam, deſignat vinum vendibile: ſic hic notatur impudicitia. Vnde tales ſunt vna cum hypocritis ſimiles ſepulchris dealbatis, foris precioſis, & cætera, Matth. 23. Et ſimiles a ceruo ſimi, niue, cooperto. Nã mulier ornata, eſt deauratũ vel depictum quoddam fœtidũ interius ſepulchrum. Ob id etiam diues ille qui quotidie induebatur purpura & byſſo, apud inferos torquetur. Non ergo abſque peccato eſt precioſus veſtitus. Vnde Greg. Nemo veſtimenta precioſa, niſi ad laudem humanam deſert vt ſcilicet in cæteris honorabilior appareat. Nam nemo vult indui precioſis veſtimentis, vbi non videtur.

Sed quid de illis, qui tot ſciſſuras & formas habent veſtimentorum, tot coloribus incertis, vti videmus in domibus regum, ſic indui veſtimentis mollibus, & abundare maximum illum abuſum? Neſcitur iam præ nimia ambicione, quæ forma veſtitus nobis paranda ſit: nec ibi ſit reſpectus pauperum, nec adſpectus aliorum neceſſariorum, pro domo, vxore & pueris conſeruandis: totum in veſtimenta exponitur. Et ſic pauperes in pera, attamen diuites ſecundum veſtimenta apparemus. Omnes tales ſunt veneratores diaboli, qui per vnius veſtimenti formam & ſciſſuram multos alios capit. Sed ad mundi regnum & domos regum ſpectant, non ad cœlum. Nam qui mollibus veſtiuntur, inquit, Chriſtus, in domibus regum ſunt.

Apoſtolus ad Epheſios 6. Coloſſ. 3. docet, quòd parentes debent filiis duo: diſciplinam, id eſt, eruditionem, & correctionem, id quoque ſenes debent iuuentuti. Sed illa negligimus, & omnibus viribus inſudamus, quatenus ornati ſint, & diuitias habeant. Sic fouemus corpus & animam occidimus, peiores lictoribus qui ſolùm corpus occidunt, non autem animam. Ob id ſæpe priuentur parentes pueris propter nimiam illam ſuperbiam, &c.

Præterea Apoſtolus Petrus docet quoque vitare tam inhoneſtum habitum etiam legitimos, dicens. Sit honeſta conuerſatio mulieri ad virum, non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, vti in perlis, cingulis, marſupiis, cultellis, vaginis, annulis, coralliis, &c. calceamentis, tunicis, &c. hæc enim omnia exteriora ſunt. Non enim in iſtis exterioribus conſiſtit integritas interioris: nam cum pulchra ſit virtus in quolibet corpore in ſimplici ac humili ſpecioſior apparet. Cordis ergo pietas omnibus monilibus pyropis & margaritis locupletior exiſtit. Laudentur ergo illæ quæ depoſito meretricio cultu modeſto ornatu excellentem animi theſaurum teſtantur, & huic Pontificis conſtitutioni obſequuntur.

IX.

Prælati quandiu interſunt Concilio Tridentino gaudent priuilegiis Alternatiuæ quoad collationem beneficiorum, indulto exemptionis à ſolutione decimarum & aliorum onerũ.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam,

CIRCVMSPECTA Romani Pont. prouidentia, ſingulorum merita et obſequia debita meditatione cõſiderans, illos prout ęquũ eſt, ſpecialibus fauoribus et gratiis proſequitur, quos vniuerſalis Eccleſiæ obſequiis iugiter intentos laborare, ac diuerſas expenſas ſubire cognoſcit. Hinc eſt, quod nos, qui dudum omnia, et ſingula beneficia eccleſiaſtica cum cura, et ſine cura ſecularia, et quorumuis ordinum regularia qualitercunque qualificata & vbilibet exiſtentia, in ſingulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Auguſti, Octobris, Nouembris menſibus alias quàm per reſignationem extra Ro. Curiam vacatura, ad collationem prouiſionem, preſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, quorumcunque, collatorum & collatricum ſecularium & regularium, non tamen Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, aut aliorum ſub concordatis inter ſedem apoſtolicam & quoſcunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare & obſeruare debuerant acceptatis & obſeruatis, quæ lædere non intendebamus comprehenſorum, quomodolibet pertinentia noſtræ diſpoſitionis per conſtitutionem noſtram deſuper editam & in Cancellaria apoſtolica publicatam reſeruauimus, & deinde per eandem conſtitutionem venerabilibus Fratribus noſtris, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis apud ſuas eccleſias, ſeu in illarum diœceſium, pro tempore reſidentibus gratificari volentes, eiſdem Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis, quod quotieſcunque, & quandocunque apud eorum Eccleſias, ſeu in eorum diœc. reſiderent duntaxat, de quibuſuis dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, ac aliis beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, ac quorumuis ordinum regularibus, ad eorum collationem, prouiſionem,

Reſeruat ſibi Pontifex quorundam beneficiorum collationes.

uiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem perti-
nentibus, quæ in ſingulis Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris
menſibus vacare contingeret, dummodo alias diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter
reſeruata, vel ex generali reſeruatione apoſtolica, affecta non eſſent, etiam ſi præ-
ſentationes, nominationes, vel electiones eorum, quæ ſaluæ procedere conſueuiſ-
ſent, reſeruatione præfata non obſtante, quam quod ad eos locum habere nolui-

Facultas conceditur Epiſcopis & aliis prælatis apud eorum Eccleſias reſidẽtibus diſponendi de beneficiis reſeruatis non vacantibus.

mus, liberè diſponendi facultatem conceſſimus. Et ſucceſſiuè eoſdem Epiſcopos,
Archiepiſcopos, & Patriarchas, vt circa gregem ſibi commiſſum feruentius inui-
gilarent, vt quamdiu ipſi apud ſuas Eccleſias, ſeu in illarum diœc. huiuſmodi reſi-
derent, ab omnibus & ſingulis decimis, ſubſidiis, & aliis oneribus ordinariis, & ex-
tra ordinariis quomodolibet nuncupatis, per nos, & ſucceſſores noſtros Romanos
Pontifices pro tempore exiſtentes, ac ſedem apoſtolicam, etiam Motu proprio, &
ex certa ſcientia, ac etiam conſiſtorialiter, etiam ad inſtantiam Regum, & Princi-
pum, quomodolibet, & ex quauis etiam quantumuis vrgentiſſima, iuſtiſſima, ac
pia, & neceſſaria cauſa, etiam pro defenſione fidei catholicæ, ratione dictarum
Eccleſiarum, tunc & pro tempore impoſitis, illorúmque ſolutione, per alias no-
ſtras literas exemimus, & liberauimus, ad labores, & impenſas graues quas præ-
fati, & alij Epiſcopi, & Patriarchæ ſacro œcumenico & generali Concilio in ciui-
tate Tridentina indicto pro tempore intereſſentes ſuſtinere cogentur, debitum re-

Exemptio à ſolutione decimarum.

ſpectum habentes, ac animo reuoluentes eos inibi reſidentes vniuerſali Eccleſiæ
deſeruire, & cum cauſa reipublicæ chriſtianæ abſint ab Eccleſiis quibus præſunt,
aut in quibus beneficiati exiſtunt, præſentes, & reſidentes meritò reputari debere,
Motu proprio non ad eorundem Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcha-
rum, Abbatum, Generalium ordinum, cæterorúmque præfatorum, vel quorumuis
aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera

Paribus gaudẽt priuilegiis fratres qui interſunt Concilij Tridentini ſeſſionibus.

liberalitate, & ex certa ſcientia præfatis, qui apud ſuas eccleſias, ſeu in earum
diœc. reſidebant, ac alternatiua huiuſmodi gaudebant in dicto Concilio, quandiu
illud durauerit reſidendo, & inibi intereſſendo, necnon itinere ad illud accedendo,
& inde legitima ſubſiſtente cauſa recedendo, & ad eccleſias ſuas redeundo, alter-
natiua, & exemptione huiuſmodi vti, & gaudere liberè, & licitè valeant in omni-
& per omnia ac ſi apud ſuas eccleſias, ſeu in eorum diœc. præfatis perſonaliter re-
ſiderent in omnibus, & per omnia concedimus, & indulgemus, dictámque exem-
ptionem, & alternatiuam ad ipſos, ac vniuerſos & ſingulos alios venerabiles fratres
noſtros Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Patriarchas, etiam ad hoc vt illi, ac eorum
ſinguli, qui in dicto Concilio iam forſan ad præſens reſident, aut ad illud in poſte-

Executorum deputatio.

rum accedent, quod quandiu Concilium ipſum durauerit, & ipſi interfuerint, dicta
alternatiua gaudere poſſint, & occaſione Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, vel
Patriarchalium eccleſiarum, aut monaſteriorum, vel aliorum beneficiorum eccle-
ſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſecularium, & quorumuis ordinum regularium,
quæ etiam ex quibuſuis conceſſionibus, & diſpenſationibus apoſtolicis, in titulum,
& commendam, ac alias quomodolibet obtinent, in poſterum obtinebunt, quæ-

Clauſulæ derogatoriæ.

cunque, quotcunque, & qualiacunque ſint, quę omnia pręſentibus pro expreſſis ha-
beri volumus, ad ſolutionem quorumcunque ſubſidiorum, ſeu decimarum Colle-
ctoribus, ſeu Subcollectoribus, aut aliis executoribus, vel quibuſuis aliis perſonis
quauis auctoritate fungentibus cogi poſſint, Motu, & ſcientia ſimilibus extendi-
mus, & ampliamus. Mandantes vniuerſis, & ſingulis perſonis in dignitate eccleſia-
ſtica conſtitutis, quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum, per ſe vel alium, ſeu alios,
faciant auctoritate noſtra præſentes literas ab omnibus ad quos ſpectat inuiolabi-
liter obſeruari, contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris
remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus quibuſuis apoſto-
licis, necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus vel
ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, Aut ſi eiſdem Collectoribus, &
Subcollectoribus, & quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede in-
dultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apo-
ſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hu-
iuſmodi mentionem. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula, in quibus
de eis

de eis fides forſan facienda fuerit, loca deferre, Volumus & eadem auctoritate de-
cernimus, quod ipſarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, &
ſigillo alicuius Curiæ eccleſiaſticę, vel perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę
munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra, vbi opus fuerit adhibeatur, quę
pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſę. Nulli ergo, &c. Si quis
autem, &c. Datum Romę apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Milleſimo
quingenteſimo ſexageſimo primo, Calendas Martij, Pontificatus noſtri anno
ſecundo.

X.

Beneficiorum Apoſtolicæ ſedi reſeruatorum fructus à die vacationis vſque ad diem prouiſionis reſeruantur.

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

CVPIENTES malitiis nonnullorum, qui in poſſeſſione Mona-
ſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum diſpoſitioni Apoſtolicæ re-
ſeruatorum pro tempore vacantium, ſine iuſto titulo, ac ſine literis Apoſtolicis,
vt illorum fructus durante vacatione huiuſmodi vſurpent, ſe intrudere non veren-
tur, occurrere, & Cameræ noſtræ apoſtolicæ grauiſſimis oneribus in aliqua parte
ſubleuandis quantum cum Deo poſſumus conſulere, Motu proprio, & ex certa
ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine

Applicatio R. Cameræ Apoſtolicæ fructuum beneficiorum ſedi Apoſtolicæ reſeruatorum ſeu affectorum à die vacationis vſque ad diem prouiſionis.

omnes & ſingulos fructus reditus & prouentus, ac iura, obuentiones, & emolu-
menta quæcunque quomodolibet & qualitercunque nuncupata omnium & ſin-
gulorum Monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, & beneficiorum eccleſiaſtico-
rum cum cura, & ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium nobis
& ſedi Apoſtolicæ tam per conſtitutiones Apoſtolicas, quam Cancellariæ Apoſto-
licæ regulas editas & edendas, ſeu alias quomodolibet, & ex quauis cauſa genera-
liter, vel ſpecialiter reſeruatorum, ſeu affectorum in partibus Italiæ in quibus Col-
lectores, & Subcollectores ſpoliorum, & iurium Cameræ Apoſtolicæ prædictæ eſſe
conſueuerunt, ac earum Ciuitatibus & diœc. conſiſtentium, per obitum, & alias
quouiſmodo præterquam per deceſſum illa obtinentiũ pro tempore vacantium, à
die ipſorum Monaſteriorum & beneficiorum vacationis pro rata temporis uſque
ad diem prouiſionis ſeu commendæ de eiſdem beneficiis & Monaſteriis per nos
faciendæ, de qua per literas noſtras ſub plumbo, & non aliter conſtare debere vo-
lumus, eidem Camerę auctoritate apoſt. tenore præſentium reſeruamus, applica-

Inhibitio ne Epiſcopi audeant quidquã in beneficiorum reſeruatorum iuriam tentare.

mus, incorporamus, & appropriamus, illáque ei reſeruata applicata, incorporata &
appropriata eſſe, & fore, & ad illam ſpectare & pertinere, nullúmque præter nos, &
dictam Cameram aut dilectum filium Donatum Matthæum Minalem, ac pro
tempore exiſtente Theſaurarium noſtrum ac Spolorium & aliorum iurium ipſius
Cameræ Collectorem generalem vel eius Subcollectores ea percipere, exigere, &
recuperare, vt alias ſe in illis intromittere poſſe, aut debere tenore præſentium
ſtatuimus, & ordinamas. Et nihilominus ne aliquod impedimentum huic noſtræ
ordinationi occurrat, quibuſuis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordi-
nariis in virtute ſanctę obedientię, ac ſub ſuſpenſionis à diuinis, & interdicti in-
greſſus eccleſię qùo ad Archiepiſcopos & Epiſcopos, quoad verò alios inferiores
etiam ſub excommunicationis & aliis arbitrij noſtri, & quod omnes ſub priuatio-
nis facultatis conferendi beneficia in eorum menſibus pro tempore vacantia pœnis
diſtrictè præcipimus & inhibemus, ne beneficia diſpoſitionis Apoſt. reſeruata ſeu
affecta prædicta quouis prætextu cauſa aut quæſito colore cuiquam conferre ſeu
de illis prouidere, aut in illis vel eorum poſſeſſione ſeſe intromittere quoquomo-
do audeant vel pręſumant Sicque in pręmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcun
que quauis auctoritate fungentes Iudices, Commiſſarios, perſonas, ſublata eis &
quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & authoritate, iudicari, & diffiniri
debere. Irritum quoque & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his àquoquam quauis
auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes eidem Dona-
to Matthęo, & pro tempore exiſtenti Teſaurario, & Collectori, vt noſtro & dictæ

Cameræ nomine fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, et emolumenta huiuſmodi per ſe vel eius ſubcollectores prædictos, etiam propria auctoritate exigat, percipiat, et leuet, ſibíque nihilominus conſignari, et tradi ab omnibus ad quorum manus peruenerint prorata prædicta per cenſuras & pœnas eccleſiaſticas per perſonas eccleſiaſticas ab eo eligendas, fulminandas, & alia opportuna iuris & facti remedia quacunq; appellatione poſtpoſita, facias & curet, inuocato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, ſuper quibus omnibus & ſingulis plenam & liberam illi per præſentes conſedimus facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac Monaſteriorum & illorum ordinum, ac beneficiorum prædictorum etiam iuramento, confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis & literis apoſtolicis, illis & quibuſuis aliis perſonis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam deregatoriarum derogatoriis, aliíſque efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis, etiam motu & ſcientia ſimilibus conceſſis confirmatis & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa & indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter & expreſſè derogamus, illáque aduerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe, ſiue debere decernimus, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod ex fructibus, redditibus, & prouentibus per dictum Theſaurarium, & etiam Deputatos pro rata huiuſmodi percipiendis onera quæcũque dictis beneficiis incumbentia ſimiliter pro rata temporis ſupportari debeant. Quódque præſentium manu Notarij publici ſubſcriptis tranſumptis, ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eidem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 25. Aprilis M.D.LXI. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Reſeruationes beneficiorum huius conſtitutionis argumentum dederunt, & quamuis omnis deſinitio in iure periculoſa ſit reſeruationem tamen beneficij eccleſiaſtici vacaturi per poteſtatem habentem ad ſe factam auocationem poſt Aeneam de falcon. q. 1 princip. nu. 1 dicimus. Huius originem non incertum, ſed varium deprehendimus. Thomas Feltrius in tract. Reſeruat. ſua habuiſſe auſpicia reſeruationes ſcribit Nicolai primi temporibus anno Domini M.CCC.LX. Gomez. reſeruationes inuentas eſſe ſcribit in Proœmio Regularum Cancellariæ à Ioanne XXII. anno M.CCC.XXII. Sunt qui harum authorem Clementem V. anno DCCC.V. & à ſucceſſoribus Pontificibus ampliatas eſſe iudicet. Semper autem fiunt ex iuſta cauſa, & iniquum foret arbitrari Summum Pontificem aliorum iuriſdictiones impedire aut turbare velle, vt ex cap. non nos. 40. diſt. cap. quamuis. de reſcriptis. in 6. licet ſola Papæ voluntas ad conficiendam reſeruationem ſufficiat. cap. in memoria. 19. diſt. gloſſ. in verb. canonico. in fine. cap. olim de verb. ſignif.

Duplicia reſeruationum genera conſtituunt doctores ex quibus vna eſt generalis, alia verò ſpecialis. Temporibus autem Alexandri VI. Pontificis à quibuſdam Doctoribus excogitata fuit. & poſtea viſitata tertia ſpecies, videlicet reſeruatio mentalis, quia Papa reſeruabat beneficium vel in ſpecie, vel in genere per bullam, vel breue, vt perſonæ gratæ prouideretur, quam non exprimebat: ſed in mente retinebat, & ſic in nullius expreſſæ perſonæ fauorem facta erat reſeruatio, tunc enim dicebatur mentalis, quaſi in mente retenta, quoad promiſſionem perſonæ, de qua etiam infrà latiùs loquemur.

Rurſus generalis reſeruatio duobus modis à doctoribus conſideratur, vno, ratione loci, videlicet, vt illa cenſeatur, quæ beneficiorum pluralitatem comprehendit, vt ſi vnius Prouinciæ vel Diœceſis conceſſa ſit beneficiorum reſeruatio, prout dicimus de interdicto generali per cap. cùm in partibus, de verb. ſignif. & de iſta meminit Feder de Sen. in tract. de rer. permu. Alio modo dicitur generalis, regulariter ac propriè loquendo, quæ eſt ex diſpoſitione iuris communis introducta, vt de vacantibus in Curia, de qua loquitur tex. in cap. 2. de præb. in 6. vel. de

vel. de vacantibus per obitum venientium ad Curiam, iuxtà diſpoſitionem cap. præſenti. eod. tit. in 6. & de quibus loquitur extrauag. Ad regimen: atque de hac generali loquuntur iam dictæ deciſiones.

Item reſeruatio ſpecialis multipliciter conſideratur, aliquando eſt ſpecialiſſima ratione perſonæ obtinentis præpoſituram, V.G. quam tenet Sempronius. Ratione loci, vtputà in Eccleſia Cathedrali, & ratione perſonæ, cui prouidetur, vtputà Titio. Aliquando eſt perſonalis, ratione beneficij, loci, & perſonæ cui prouidetur, ſed non ratione perſonæ obtinentis beneficium, putà, ſit reſeruatio præpoſituræ primò vacaturæ in Eccleſia Mediolanen. pro Gaio. Et aliæ dantur ſpeciales ſecundùm caſuum varietatem, & de his loquitur Geminia. conſ. 12. in 1. col. & Aegid. conſ. 53. col. 5.

Alio modo dicitur ſpecialis reſeruatio: quæ ſecundùm deciſiones ſupradictas eſt introducta per Regulas Cancellariæ, vltrà illas, quæ ſunt à iure communi, vel extrauag. Ad regimen, in quantum vltrà ius commune diſponunt.

In generali beneficiorum reſeruatione non veniunt epiſcopatus, vt per gl. & doct. in c. 2. de præb. in 6. & ideò videmus; quòd lex ſimpliciter loquens de beneficiis, non intelligitur de Cathedralibus Eccleſiis, niſi de eis ſpecialem faciat mentionem, vt per Roman conſ. 340. in 1. col. volentem, quòd conſtitutiones quæ ſæpe fiunt à Pontificibus, vt literæ beneficiorum intra tres menſes expediantur, non habeant locum in epiſcopatibus. Tamen veniunt Abbatiæ, vt latè per Gemin in d. c. 2. improbantem gloſam ibi volentem contrarium, cum qua tandem tranſit Lap. alleg. 84. & Philip. in eo. c. 2. & Collectar. in c. fin. 2. col. in 8. q. de præb. ſimpliciter tranſit cum gl. Io. Andr. quæ opinio prius fuit Archidiaconi, & ibi Ioan. Monach in cap. inquiſitores, de hær. vbi refert, vidiſſe declarari, quòd appellatione generali dignitatum, non comprehenditur Abbatia niſi ſpeciali mentione excipiatur

Iam videndum eſt vtrum reſeruationes quæ fiunt viuente Pontifice eiuſdem morte extinguantur. Initio intelligendum erit quod ſi Papa reſeruauerit diſpoſitioni ſuæ aliqua beneficia, morte eius extinguitur reſeruatio: ſecùs, ſi reſeruauerit diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ, quia eſt perpetua, cùm Sedes non extinguatur: ita dicunt gloſſ. & Doctor. in Clement. 1. de probat. per text. in c. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. vbi per Archid. Io. Andr. & alios Federic. de Sen. conſil. 112. in princip. Quòd ſi facta fuerit reſeruatio ſub clauſula diſpoſitioni noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ, licèt præcedat diſpoſitioni noſtræ, tamen ſi facta fuerit motu proprio, largè intelligetur, vt morte non extinguatur, ita Domin. in d. c. ſi gratioſè, ad fin. de reſcript. in 6. & Deciſ. conſil. 168. in 3. colum. Non omitto, quod Lap. alleg. 85. ad fin. vlt. quòd ſi Papa conceſſerit ordinario collectori, vt poſſit quatuor beneficia reſeruare, quòd licèt Papa deceſſerit re integra, quòd per eius obitum talis gratia tanquam perfecta, quoad Papam, non expiret, per not. in c. ſi ſuper gratia de offi. deleg. in 6. & in c. ſi cui de præb. in 6.

Hæc paucula quæcunque appiculatim ſelegimus ex multis Iuriſconſultis vt reſeruationis locus impoſterum inſignior appareat. Sed notandum eſt quod ex illis tribus reſeruationis ſpeciebus S. Tridentina Synodus non modo has mentales reſeruationes abſtulit, ſed quaſcunque pariter gratias ad vacatura, mandatáve de prouidendo, & expectatiuas nemini amplius etiam Collegiis, Vniuerſitatibus, Senatibus, aliíſve ſingularibus perſonis, etiam ſub indulti nomine, neque Illuſtriſſimis adhuc Cardinalibus, aut ad tertiam ſummam, vel alio quouis colore concedi decreuit. Quinimmò hactenus conceſſis vti licere vetitum eſſe ſtatuit, atque penitùs abrogauit, in Seſſ. 14. c. 19. de reform. in c. decernit ſancta Synodus.

XI.

Birretum viride deferendum petentibus alternationes dilationes ſiue beneficium ex cap. Odoardus. & peruenit.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVPIENTES Mercatoribus & aliis perſonis tam Almæ Vrbis noſtræ ciuibus, quam forenſibus in ipſa Vrbe cum quibuſuis perſonis contrahendi omnẽ poſſibilem ſecuritatem concedere, & omnem viam, ac etiam omnes dilationes, per quas Mercatorum & aliorum perſonarum debitores à debitorum ſolutione ſubterfugere, ſeu ſe quoquomodo ſubtrahere, & creditores eorum creditis defraudare, aut ſupplantare poſſent, de medio tollere, ac remedium opportunum præmiſſa ne ſint adhibere, & vt debitores ipſi à præmiſſis, ſi non Dei omnipotentis, ſaltem hu-

manæ ignominiæ timore abſtineant,& ſic eorundem mercatorum & perſonarum firmitate prouidere volentes, & conſiderantes Motum proprium à fe. rec. Pauli Papa Quarto prædeceſſore noſtro quod ex tunc de cætero alternatiuæ,ſignificationes, & dilationes quæcunque niſi iuxtà iuris diſpoſitionem ac formam ſtatutorum ipſius Vrbis concedi nullatenus poſſent,& qui illas obtinuiſſent, & ex tunc in futurum obtinerent, ſemper Birretum Viride portare tenerentur emanatum, Circa ipſorum debitorum malitiam ſeu malos homines non ſufficere, Cum ipſum Birretum Viride niſi poſtquam ad alternatiuam vel alias dilationes admiſſi fuerint portare non teneantur, & ſic beneficio temporis in graue creditorum præiudicium & iacturam gaudeant. Nos igitur Motu ſimili,&c. Per præſentes perpetuò ſtatuimus, & ordinamus,quod de cætero quicunque debitores ſeu in forma Cameræ,aut alias quomodolibet obligati, quamcunque alternatiuam, ſignificationem, vel aliam quamcunque dilationem etiam ſecundum Capitulum Odoardus. vel Peruenit. ſeu inhibitionem aliquam à Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditore ſeu eius Locumtenente,aut almæ Vrbis Vicario,vel Gubernatore,vel Senatore,ſeu aliis ipſius Vrbis iudicibus etiam Commiſſariis,aut etiam Carcerum Vrbis Viſitatoribus petere non poſſint,niſi ſe prius coram illis dictum birretum viride geſtando præſentauerint,& ipſum birretum viride publicè & ſecretè ſub fuſtigation. per Vrbem pro prima vice,& triremium pro ſecunda,qua ſine dicto birreto reperti fuerint,deferre,per ſe vel ſuos legitimos procuratores ipſis abſentibus promiſerint, & medio iuramento affirmauerint,ac aliter à prædictis,& aliis quibuſuis iudicibus etiam vigore ſpecialis commiſſionis, noſtra aut ſucceſſorum noſtrorum manu ſignatæ, vel ſignandæ obtentæ & obtinendæ, alternatiuæ, & ſignificationes aut dilationes quæcunque etiam ſecundùm iuris formam nullæ ſint,& ipſis debitoribus etiam ſi Clerici exiſtant,nullatenus ſuffragentur, Mandantes eiſdem Auditori Cameræ, vt huiuſmodi conſtitutionem & ordinationem perpetuò & inuiolabiliter etiam in quibuſcunque litibus & cauſis hactenus motis obſeruari faciat,& mandet,contra omnes & ſingulos præmiſſis in aliquo contrauenientes per cenſuras & pœnas ac etiam pecuniarias & alia remedia opportuna ſibi viſa etiam manu regia procedendo, Præmiſſis ac quibuſcunque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,ac ipſius Vrbis ſtatutis & reformationibus,cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Volumúſque quod præſentium ſola noſtra ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula contraria non obſtante.

Paulus 4. ſtatuit debitores obtinentes alternatiuas vel dilationes teneri deferre birretum viride ſed Pius V. declarat debitores tenere geſtare dictum birretum coram iudicibus vrbis antequam inhibitionem obtineat & promittere ipſum de cætero deferre.

Vt facilius huius conſtitutionis efficacia comprehendatur, ſubiiciam duo illa capita à quibus dependet ex lib. 3. Decretal. decerpta. tit. quidem XXII. de fideiuſſoribus, & tit. 23. de ſolutionibus. Primum illud eſt quo clericus tenetur præſtare cautionem de ſoluendo cum venerit ad pinguiorem fortunam, his verbis,

Odoardus clericus propoſuit, quod cum P. clericus. D. laicus, & quidam alij ipſum coram officiali archidiacono Remen. ſuper quibuſdam debitis conueniſſent, idem in eum recognoſcentem huiuſmodi debita, ſed propter rerum inopiam ſoluere non valentem, excommunicationis ſententiam promulgaui,& infra.

Mandamus, quatenus ſi conſtiterit, quòd prædictus O. in totum vel pro parte, non poſſit ſoluere debita ſupradicta: ſententiam ipſam ſine difficultate qualibet relaxetis; recepta prius ab eo idonea cautione, vt ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit: debita prædicta perſoluat.

Alterum quod etſi prius ſit ordine in decretalibus poſterius tamen eſt in hac conſtitutione compellit clericos ſeruare fideiuſſorem indemnem per aſſignationem redditicum ſuorum & tale eſt.

Peruenit ad nos ex conqueſtione R. clerici, quod cum ipſe pro C. & F. clericis mercatoribus Bononienſibus fideiuſſerit, illis præſcriptam pecuniam non ſoluentibus, coactus eſt ſatisfacere de eadem. Ne igitur diſpendium patiatur, vnde videtur præmium meruiſſe: Bononienſi epiſcopo dedimus in mandatis, vt ſuper debitis illis, inſtrumenta, quæ ſunt apud creditores inſpiciat, & eorum tranſcripta ſuo ſigillo ſignata, vobis mittere non poſtponat. Mandamus itaque diſcretioni veſtræ, quatenus ſi ex confeſſione prædictorum clericorum, vel alias legitimè vobis rem ita ſe habere conſtiterit, moneatis eoſdem; vt memorato R. pecuniam, quam pro eis ſoluit, reſtituant, ipſumq́; ſeruent indemnem, alioquin de redditibus eorum, præſcripta debita faciatis exolui; & damna etiam, quæ propter hoc pertulit, reſarciri, aut prædictos redditus ſibi aſſignetis tandiu ſine moleſtia detinendos,

dos, donec ipſa damna reſarcita fuerint, & debita ſine diminutione ſoluta. Præfatos verò clericos, ſi religionem fidei & iuramenti ſui eos violaſſe conſtiterit, ab officio & beneficio ſuſpendatis.

De hac materia aptiſſimè ſcripſerunt, Bald. §. fin. Inſtit. de action. Lud. Gomeſ. in reg. cancell. de annali poſſeſſione & latius in tractatu ſignaturæ reg. 88.

XII.

Inſtitutio & erectio Militiæ S. Stephani ſub regula Sancti Benedicti per Coſmum Medicem Hetruriæ & Senarum ducem eiuſque priuilegia & confirmatio.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

HIS quæ pro Religionis propagatione, & fidei chatholicæ defenſione ac animarum ſalute, prouidè facta eſſe noſcuntur, vt firma perpetuo & illibata perſiſtant libéter apoſtolicis munitis rebus adiicimus & deſuper diſponimus, prout catholicorum Principum nobis & Apoſtolicæ Sedi deuotorum pia vota expoſcunt, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſi quidem pro parte dilecti filij Nobilis viri Coſmi Med. Florentiæ & Senarum Ducis nobis expoſito, quod ipſe ad Dei laudem & gloriam, ac fidei catholicæ defenſionem, Mariſque Mediterranei ab infidelibus tuitionem, ac poſteritati ſuæ decus & honorem cupiebat vnam Militiam ſub certo approbato ordine per eum eligendo cum dote competenti ex ſuis propriis bonis aſſignanda, pro vno Magiſtro, certóque Militum numero ac aliarum in Hiſpaniis vel alibi ritè inſtitutarũ Militiarum inſtar, in eius Dominio erigere,& inſtituere ſi ſibi ad id noſtra & Sedis prædictæ licentia ſuffragaretur Nos præfato Coſmo Duci, vt ad Dei honorem & gloriam, alióſque effectus præmiſſos in dicto dominio & loco ac æde ſacra ſibi bene viſis, vnã Militiam ſub Regula ſancti Benedicti, vel alterius approbati ordinis, ac ſub inuocatione,& cum inſigniis de quibus ſibi videretur decentibus, poſtea priuilegiis facultatibus & indultis à nobis & dicta Sede decorandam, cum dote conuenienti per eundem Coſmum Ducem arbitrio ſuo vt præfertur aſſignanda pro vno Magiſtro, qui videlicet ipſe Coſmus quoad viueret,& deinde pro tempore exiſtens Florentiæ Dux eſſe deberet,& certo militum per ipſum Magiſtrum pro tempore exiſtentem, tam primæva erectione huiuſmodi, quam ex tunc deinceps perpetuo inſtituendorum, ac habitu regulari donandorum,& ad regularem ordinis huiuſmodi profeſſionem admittendorum numero, ſub eiuſdem Magiſtri obedientia, ac cum pactis, capitulis, conditionibus,& ſtabilimentis, per dictum Coſmum Ducem edendis,& per nos & dictã Sedem poſtmodum approbandis, ad aliarum Militiarum prædictarum inſtar, ſine tamen alicuius præiudicio erigere,& inſtituere, ac pro Militiæ Militumq́; pręfatorũ ſalubri directione, quęcunq; ordinationes & ſtatuta per nos vt præfertur confirmandi, cõdere poſſet, licentiã & facultatẽ per alias noſtras in forma Breuis literas conceſſimus, Cum autẽ ſicut accepimus, idem Coſmus Dux omnipotentem Deũ, vt Chriſtianũ decet principẽ, honorare proximo prodeſſe, vitamq; beatam promereri deſiderans, in immenſę Maieſtatis diuinæ, acglorioſiſſimæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, totiuſque cœleſtis Curiæ gloriam & honorem earundem literarum vigore, vnam ſub inuocatione & protectione beati Stephani Militiam militum S. Stephani nuncupandorum. ſub regula eiuſdem ſancti Benedicti, erexerit,& inſtituerit, illique nonnullos fructus redditus & prouentus ac bona pro eius dote aſſignauerit: volueritque quod eius Milites præfati in ſua receptione charitatem, caſtitatem coniugalem & obedientiam expreſsè profitentur charitatem nempe cui tanquam ſolidæ baſi militia ipſa inniteretur, honorem Dei rebus vniuerſis præponendo ſacræ ſcripturæ præceptis parendo, ſedis prædictæ mandata ſeruando, pro fide catholica pugnando, iuſtitiam colendo, pauperibus ſubueniendo, captiuos ab infidelibus vinculis recuperando,& finaliter ſeſe vltroneos cuicunque periculo pro Chriſtianæ Religionis defenſione,& pro eius augmento non ſolum facultates, propriam vitam exponendo: Caſtitatem vero ſiue pudicitiam, nullam aliam fœminam præter propriam vxorem carnaliter cognoſcendo, obedientiam autem in omnibus ſibi per Magiſtrum vel eius Locumtenentem, alióſve militiæ ſuperiores, iuxtà illius ordinationes & ſtatuta iniunctis bono & hilari animo diligenter exequendis, ac ſalubri MilitiæMilitúmque prędictorum regimine,& perpetuitate,

Coſmus à Medices inſtitutũ militiæ quod propoſuerat noluit inſcio Pontifice erigere.

Pia officia quibus Militiã Sancti Stephani profitentes ſeſe deuouent, quorum præcipuum eſt captiuos redimere, quæcunque diſcrimina in Chriſtianæ religionis tutelam pati & caſtitatem ſeruare.

quamplura Canones,& ſtatuta ac ordinationes ſuper ipſorum Militum regula,ſuper Militiæ ſtatutis & conſtitutionibus,ſuper Militum officio ac profeſſione,ſuper pœna tranſgreſſoribus regulę ſtatutorúmq; infligẽda,ſuper modo milites,ad profeſſionem recipiendi,illorum habitu,eccleſia & cultu diuino,Hoſpitalitate cõmuni theſauro,Capitulo generali, Magno Magiſtro , officiis & dignitatibus Militiæ, Militũ officio exercitio,& cõmendis contractibus,alienationibus, & locationibus, necnon prohibitionibus & pœnis , ac ſuper aliis prouiſionibus rebúſque ad diuini numinis cultũ,Militię decus Religionis augmentũ,& animarum ſalutem facientibus ediderit atque ſanciuerit, prout in illis variſque capitulis deſuper Italico ſermone in vno quinterno diſtinctè conſcriptis, ac de noſtro mandato per dilectum filium noſtrum Ioannem Baptiſtam tt.S.Clementis preſbyterum Cardinalẽ Cicada nuncupatum diligenter examinatis ac perlectis & emendatis , ac per nos manu propria ſubſcriptis pleniùs continetur.

Statuta Dux Florentiæ condidit in ordinis inſtituti normam & perfectionem.

Nos præfati Coſmi Ducis pium & laudabile inſtitutum vt pote fidei catholicæ exaltationem,& alia pia opera concernens, plurimum in domino collaudantes,necnon erectionis,inſtitutionis ſtatutorum,canonum ordinationum,& capitulorum ac ſuper illis confecti quinterni prædictorum,& inde ſecutorum,veriores tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes,ac ipſum Coſmum Ducem,quem ſpeciali dilectione proſequimur , in hoc ſuo laudabili Militiæ Chriſtianę promouendæ propoſito confouere,ac ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequi volentes,Motu proprio non ad ipſius Coſmi Ducis vel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam,ſed de noſtra mera liberalitate erectionem,inſtitutionem,aſſignationem,aliáque omnia & ſingula canones,ſtatuta ordinationes & capitula prædicta,ac prout illa concernunt cætera in prædicto quinterno contenta,& inde ſecuta quęcunque,Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ex certa ſcientia confirmamus & approbamus , ac illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, necnon omnes & ſingulos iuris & facti defectus,ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus:

Statuta probantur & confirmantur Pontiſica authoritate.

Et nihilominus potiori pro cautela Militiam prædictam eiſdem modo & forma quibus per ipſum Coſmum Ducem erecta inſtituta eſt de nouo ex ſimili ſcientia eadem authoritate perpetuò erigimus & inſtituimus,illíque ſic erectæ,omnia & ſingula,fructus & alia mobilia & immobilia,res & bona illi per eundem Coſmum Ducem hactenus conceſſa,& deinceps tam per eum quam alios quoſcunque licite concedenda etiam perpetuo applicamus & appropriamus,Necnon canones , ſtatuta , ordinationes & capitula prędicta de nouo ſtatuimus & ordinamus.

Dux ipſe eiúſq; ſucceſſores Florentiæ Duces huius militiæ Archimagiſtri & ſummi præfecti creantur.

Ac eundem Coſmum , & pro tempore exiſtentem Florentiæ Ducem in Magnum Magiſtrum eiuſdem Militiæ, cum honoribus,oneribus prærogatiuis & facultatibus quibus alij aliarũ Militiarũ dicta auctoritate confirmatarum Magiſtri inter ſuos Milites quomodolibet vtuntur fruuntur & gaudent,ſimiliter perpetuo conſtituimus,& deputamus. Illíque prædicta immutandi & reformandi,ac alia quæcunque ordinationes & ſtatuta ad eiuſdem Militiæ directionem facieńtia licita & honeſta ac ſacris canonibus minime contraria quotiens ſibi videbitur condendi facultatẽ concedimus: Ac præmiſſa omnia & ſingula valida & efficacia fore, ſuóſque plenarios & integros effectus ſortiri,& per Milites fratres & alias eiuſdem Militiæ perſonas alióſq; quomodolibet inuiolabiliter obſeruari debere:

Decretum irritans.

Ac eoſdem Milites & religioſos ab illis nullatenus reſilire poſſe ſed ad illorum obſeruationem teneri & efficaciter obligatos fore,cenſuríſque & pœnis eccleſiaſticis ac etiam pecuniariis ad id compelli poſſe: Et ſic per quoſcunque iudices quauis auctoritate fungentes , ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate , & auctoritate,iudicari & diffiniri debere: Ac ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignorãter contigerit attentari,irritum & inane decernimus. Quocirca venerabili fratri noſtro Epiſcopo Amerin.& dilectis filiis Vicariis venerabiliũ fratrũ noſtrorum Floren.& Piſan. Archiepiſcoporum ſpiritualibus generalibus motu ſimili per apoſtolica ſcripta mãdamus:quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum, per ſe vel alium ſeu alios pręſentes literas & in eis contenta quęcunque vbi & quando opus fuerit, & quotiens pro parte dicti Coſmi,& pro tẽpore exiſtentis Florẽtiæ Ducis fuerint requiſiti ſolenniter publicantes , eíſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio

dio aſſiſtentes,faciant auctoritate noſtra pręſentes literas & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari. Ac Coſmum & pro tempore exiſtentẽ Florentiæ Ducem, necnon Milites præfatos,ac ſingulos alios quos ipſe literę concernunt & concernent in futurum,illis pacifice gaudere,non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari , Contradictores quoſlibet , & rebelles per cenſuras & pœnas eccleſiaſticas ac alia opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, Necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus,cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.

Rebelles & contradictores his Pontificis priuilegiis pœnis his expreſſis multantur.

Non obſtatibus fœlicis recordationis Bonifacij Papę VIII. prędeceſſoris noſtri,qua cauetur nequis extra ſuam ciuitatem vel diœceſim,niſi in certis exceptis caſibus,& in illis vltra vnã dietam à fine ſuę diœceſ. ad iudicium euocetur,ſeu ne Iudices à ſede prędicta deputati extra ciuitatem vel diœc. in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere aut alij vel aliis vices ſuas committere pręſumant,& de duabus non tribus dietis in Concilio generali edita,& quibuſuis aliis cõſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis, ac quarumcunque aliarum etiam Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitan. Militiarum iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus,priuilegiis quoq; indultis,& literis apoſtolicis illis ac dilectis filiis illarum Magiſtris concedentibus,& fratribus ſub quibuſcunque tenoribus & formis,ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliíſque efficacioribus & inſolitis clauſulis,necnon irritantibus,& aliis decretis etiam motu & ſcientia ſimilibus ac cõſiſtorialiter,etiam per viam contractus ac vniuerſæ legis,& ad Imperatorum, Regum,aut aliorum Principum inſtantiam,ac aliis quomodolibet conceſſis approbatis & innouatis,quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica indiuidua & expreſſa ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,tenores huiuſmodi pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,ac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus,contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergò,&c. Si quis autem,&c. Datum Romę apud ſanctum Petrum,anno Incarnationis Dominicę,milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo,Kalend. Februarij,Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Clauſulæ derogatoriæ.

Cæ. Glorierius

Sequitur conceſſio Priuilegiorum Milit.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Altitudo diuinæ prouidentiæ nullis præſcripta limitibus,nullíſque terminis comprehenſa, cœleſtia pariter,& terreſtria inſcrutabili ratione diſponit, & mortalium mentes,ad ea,per quæ beneuolentia, & feruenti deuotione Catholicorum Principum ad id tendentium,& quam in nos,& Romanam gerere comprobantur Eccleſiam mediante,perſonarum quarumlibet ſub regulari obſeruantia degentium optata ſalus vndique proueniat animarum, diuinúſque cultus ſuſcipiat incrementa , incitat.

Diuina prouidẽtia nullis arctatur limitibus.

Vnde nos,quibus meritis licet imparibus,vniuerſalis Eccleſiæ regimen eadem eſt prouidẽtia creditum,iuxta Sedis Apoſtolicæ officium,pro eorum meritis dexteram in eos liberalitatis noſtræ extendere cenſemus , quo ipſi in perſeuerantia laudabilium operum feruentius animentur,quorum exemplo prouocati,ad ſimilia facilius inducantur. Hinc eſt , quod nos dilectos filios nobilem virum Coſmum Medices Florentiæ,& Senarum Ducem, Magnum Magiſtrum Militiæ S. Stephani ſub regula S. Benedicti. & Conuentum eiuſdem Militiæ in Ducatu Florentiæ per eundem Coſmum Ducem de licentia noſtra inſtitutæ , ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes,eoſdem & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,aliíſque eccleſiaſticis ſententiis , cenſuris , & pœnis,à iure vel ab homine quauis occaſione,vel cauſa latis,ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt,ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluen-

abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes, Motu proprio non ad eorum, vel alicuius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate omnes & ſingulos ipſius Militiæ Milites, Priorem, cæteroſque miniſtros eccleſiæ dicti Conuentus,& alias perſonas, etiam in ſacris, & presbyteratus ordinibus conſtitutas, etiam quæcunque, quotcunque,& qualiacunque cum cura, & ſine cura beneficia eccleſiaſtica obtinentes, eorumque beneficia, commendas, res,& bona quæcumque ab omni iuriſdictione, ſuperioritate, viſitatione dominio, & poteſtate quorumuis Archiepiſcoporum, Epiſcoporum aliorúmque locorum ordinariorum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia perpetuò eximimus,& totaliter liberamus, illóſque dicto Coſmo Duci, & Magno Magiſtro in ſpiritualibus & temporalibus eis modo & forma quibus in ipſius Militiæ ſtatutis, & ordinationibus continetur, immediatè ſubiicimus, & ſupponimus, ita quo ipſi locorum Ordinarij nullam in eos iuriſdictionem, ſuperioritatem, dominium, vel poteſtatem, etiam ratione cuiuſcunque contractus delicti, vel alterius rei vbicunque iniatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat, exercere valeant, ſed milites, Prior,& aliæ perſonæ huiuſmodi de iuſtitia coram ſolo Magno Magiſtro prædicto, vel eius deputato reſpondere debeant. Decernentes quoſcunque proceſſus contra illos, vel eorum aliquem tam per ipſos locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, ſeu quoſuis alios, quam Magiſtrum, vel eius deputatum prædictos, pro tempore factos,& quaſlibet etiam excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aliáſque ſententias promulgatas nullas, & inualidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore. Ac ſingulis Militibus coniugatis, etiam bigamis, aliiſque presbyteris, vt ſingulas penſiones annuas vſque ad ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera ſuper quorumuis Cathedralium, etiam Metropolitan.& aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Canonicatuum, & præbendarum dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum,& officiorum aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, ſecularium,& quorumuis ordinum regularium, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis alias ſibi canonicè reſeruandas accumulatiuè, cum quibuſuis aliis penſionibus annuis, quas illos ex quouis alio priuilegio apoſtolico pro tempore percipere contigerit, & continget, ad vitam percipere, exigere,& leuare, ac in ſuos vſus,& vtilitatem conuertere, illaſque ad aliquam expeditionem contra infideles accedendo aut in ea exiſtendo, in toto, vel parte, ſimul, vel ſucceſſiuè quando ſibi videbitur etiam in mortis articulo in cuiuſuis perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, aut Canonici Cathedralis Eccleſiæ,& in dictæ Militiæ militum manibus, etiam quęcunque, quotcunque,& qualiacumque beneficia eccleſiaſtica obtinentium, & expectantium fauorem, abſque aliquo poſſeſſorum beneficiorum huiuſmodi habendo conſenſu, transferre in omnibus,& per omnia perinde prout militibus Sancti Pauli, & Piis nuncupatis per Sedem Apoſtolicam indultum extitit etiam citra Cruciatæ obligationem Necnon tam illis quam cęteris omnibus Militibus, ac Priori,& Miniſtris, etiam presbyteris,& beneficiatis eiuſdem Militię, vt de quibuſcunque tam ſtabilibus, quam mobilibus bonis pecuniarum ſummis, gemmis, & lapidibus, precioſis, aliiſque rebus cuiuſcunque qualitatis, & quantitatis, ac valoris exiſtant per eos etiam ratione beneficiorum eccleſiaſticorum quorumlibet per eos obtentorum, ac alias vndecunque,& quomodolibet acquiſitis, & ad illos quouis modo ſpectantibus dummodo quintam illorum partem Conuentui prędicto relinquant, inter quoſcunque conſanguineos filios etiam ſpurios,& alios illegitimos, aliáſque quantumuis incapaces perſonas teſtari, ac alias etiam per codicillos, donatione inter viuos cauſa mortis,& alia quacunque via, prout ſibi videbitur diſponere, ac illa in pias,& non pias, alias tamen licitas cauſas erogare, Ac priori Eccleſię dicti Conuentus pro tempore exiſtenti, vt quoties ſibi placuerit miſſam, ac alia diuina officia in prędicta, aliiſque dictę Militię Eccleſiis in habitu Pontificali cum mitra, & baculo paſtorali celebrare ac poſt miſſam, dummodo ibi non ſit præſens aliquis catholicus Antiſtes, vel de illius conſenſu, ibidem benedictionem Chriſti populo impartiri. Et tam ille, quam ſinguli presbyteri Milites eiuſdem Militiæ vnum curatum beneficium eccleſiaſticum à dicta Militia dependens ſeu illi vnitum, aut incorporatum,

Milites Sancti Stephani à Iuriſdictione ordinariorum liberantur.

Penſiones conceduntur coniugatis & bigamis militibus de beneficiorũ quorumcúmque Eccleſiaſticorum fructibus & prouentibus, illas tamen reuocauit Pius V.

Milites S. Stephani gaudebant indulto diſponendi de bonis quomodocunque acquiſitis & ad fauorem illegitimorum, quod tamẽ irritum & iuri diſſenum reuocauit Pius V.

incorporatum, etiam ſi parochialis Eccleſia, vel eius perpetua vicaria fuerit, ſi ad hoc ſufficientes,& idonei fuerint,& beneficium huiuſmodi alias ſibi canonicè conferatur, recipere,& retinere liberè,& licitè valeant, auctoritate, & tenore prædictis de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus, ſibique pariter indulgemus. Et inſuper quod nullus ex Magiſtro,& Militibus pro tempore exiſtentibus, aliiſque perſonis dictæ Militiæ propter eius regulam, ſtatuta, & capitula nunc & pro tempore edita non obſeruata, vel minus ritè adimpleta in peccatum mortale incidat, præterquam inobedientiam,& contumaciam pluries commiſſam, & continuatam,& ab ipſa religione rebellionem,& alios caſus peccatum huiuſmodi ex diuinis præceptis, ſacriſque Canonibus generantes. Quodque Religionis & Militiæ huiuſmodi bona, poſſeſſiones,& fructus, redditus, & prouentus quæcumque tam per Magnum Magiſtrum commendis, aliiſque beneficiis dictæ Militiæ, in illorum inſtitutione, quam deinceps, illis, dictoque Conuentui, & eius perſonis quomodolibet aſſignanda, concedenda,& applicanda, ſub quibuſuis decimis, ſubſidiis, aliiſque ordinariis, & extraordinariis oneribus per nos, & Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes ac Sedem Apoſtolicam ex quauis cauſa quantumuis neceſſaria etiam pro Cruciata Sancta,& defenſione contra infideles nullatenus comprehendantur, neque ad illorum annatarumque, ſeu illorum dimidiam fructuum, redditeum,& prouentuum beneficiorum, & in illorum prouiſionibus faciendam ſolutionem teneantur, ſed ab illis excepta ſint, & eſſe cenſeantur, niſi ea, quæ hactenus oneribus huiuſmodi fuerunt,& de præſenti ſunt obnoxia, Et quod nulla penſio annua ſuper alicuius commendæ, vel alterius beneficij militiæ huiuſmodi fructibus etiam ex reſignatione in manibus Ro, Pontificis, aut alia quauis probabili cauſa, niſi in perſona perſonæ dictæ militiæ, etiam per ipſum Pontificem reſeruari, neque commendæ,& alia beneficia dictæ militiæ penſionibus huiuſmodi aliter quam vt præfertur onerari poſſint. Et ſi penſiones deſuper aliter aſſignari contingat, aſſignationes ipſæ nullius ſint roboris, vel momenti, nec titulares beneficiorum huiuſmodi ad illarum ſolutiones teneantur, neque ad id cenſuris eccleſiaſticis aliiſve pœnis compelli poſſint, etiam perpetuò ſtatuimus,& ordinamus, Propterea vt ipſi Milites Eccleſiæ Catholicæ, fideliúmque defenſionem contra infideles animo feruentiori, minorique perdendæ lucis humanæ ſi æternam inde nanciſcendam proſpiciant, metu ſuſcipiant, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi, vniuerſis & ſingulis Militibus,& aliis eiuſdem militiæ, perſonis, qui expeditione tam maritima, quam terreſtri contra infideles, vel hæreticos nedum hoſtilibus armis, ſed etiam aliquo quouis mortis genere, de peccatis ſuis corde contriti, & ore confeſſi, vel ſaltem ſtatutis à iure temporibus confitendi propoſitum habentibus in virtute fidei Catholicæ deceſſerint, ac tam Militibus & perſonis præfatis, quam quibuſuis aliis vtriuſque ſexus, etiam vere pœnitentibus,& confeſſis ſeu confitendi propoſitum habentibus, vt præfertur, qui Eccleſiam Conuentus huiuſmodi, quæ ſub inuocatione S. Stephani Papæ, & martyris eſt conſecranda, in ſingulo die feſtiuitatis eiuſdem S. Stephani Papæ,& martyris ſecunda Auguſti à primis veſperis vſque ad occaſum ſolis feſtiuitatis huiuſmodi annuatim deuotè viſitauerint, ac pro pace inter Principes Chriſtianos confouenda ter orationem dominicam,& totidem ſalutationem angelicam recitauerint, plenariam omnium,& ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, Qui vero de bonis ſibi à Deo collatis vnam eiuſdem Militiæ commendam fundauerint, vel dotauerint, aut conuentui, & Militiæ prædictis ad eius ſubuentionem,& onerum illi incumbentium ſupportandorum faciliori ſupportatione aliquid iuxtà facultatum ſuarum modum, piamque intentionem donauerint vel ligauerint, eas omnes indulgentias, quas Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani benefactores conſequitur, ſine illorum præiudicio miſericorditer in Domino ſimiliter perpetuo concedimus.& elargimur, Ac indulgentias, priuilegia, exemptiones, ſtatuta, & alia præmiſſa nullo vnquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ defectu notari vel impugnari poſſe: neque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium indulgentiarum priuilegiorum, exemptionum, ſtatutorum, & aliarum gratiarum ſupenſionibus,

Exemptio à ſolutionibus decimarum & aliorum onerum.

Beneficia militum S. Stephani non poſſunt grauari penſionibus niſi pro perſonis eiuſdem militiæ.

Indulgentiæ cõcedantur militibus ad præliũ contra fideles accinctis.

reuocationibus,limitationibus, aliíſque contrariis diſpoſitionibus à nobis & ſucceſſoribus noſtris , ac ſede prędicta quauis de cauſa quantumlibet iuſtiſſima pro tempore ęmanatis,& emanandis comprehendi ſed ſemper ab illis excepta, & quotiens illa emanabunt,totiens in priſtinum ſtatum reſtituta,&de nouo conceſſa eſſe,& cenſeri. Et ſic in pręmiſſis per quoſcunque iudices ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate iudicari , & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quocumque quauis auctoritate ſcienter , vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Quocirca venerabilibus noſtris Muran.& Aretin,ac Piſtorien. Epiſcopis,per apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus,quatenus ipſi, vel duo aut vnus eorum per vel alium ſeu alios præſentes noſtras literas,& in eis contenta ſolemniter publicantes , dictiſque Coſmo Duci,& Magno Magiſtro,ac Conuentui in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra literas,& in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari,ac quos literę ipſę concernunt & concernent in futurum,& eorum ſingulos illis pacificè gaudere,non permittentes eos deſuper per quoſcunque contra earundem literarum tenorem quomodolibet indebitè moleſtari , Contradictores quoſlibet,& rebelles per cenſuras,& pœnas eccleſiaſticas auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo,necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus,cenſuras,& pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando , inuocato etiam ad hoc(ſi opus fuerit)auxilio brachij ſęcularis. Non obſtantibus fœlicis recordationis Bonifacij Papę VIII. prędeceſſoris noſtri , qua cauetur nequis extra ſuam Ciuitatem vel Diœceſim,niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur , ſeu iudices à ſede præfata deputati extra ciuitatem vel diœceſim,in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere,aut alij,vel aliis vices ſuas committere præſumant, Et de duabus dietis in Concilio generali edita , dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur:& aliis apoſtolicis ac in prouincialibus et ſynodalibus Conciliis editis.ſpecialibus,vel generalibus conſtitutionibus, et ordinationibus necnon dictæ Militiæ etiam iuramento,confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus,ſtabilimentis,vſibus,& naturis contrariis quibuſcunque,Aut ſi aliquibus communiter , vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum , quod interdici , ſuſpendi , vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem ſi alias viſitantibus dictam Eccleſiam erigendam modo præmiſſo aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, præſentes literæ quo ad indulgentiam in eis contentam nullius ſint roboris vel momenti,Quodque beneficia eiſdem Militibus conferenda huiuſmodi , debitis propterea nõ fraudentur obſequiis,& animarum cura in eis, ſi qua illis immineat nullatenus negligatur. Nulli ergò , &c. Si quis autem , &c. Datum Romæ apud ſanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ , milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Non.Iulij,Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Publicatio priuilegij ad Coſmum Ducem Florentinum.

Clauſulis præſeruatinis iungũtur Clauſulæ derogatoriæ.

Declaratio beneficiorum & indulgentiarum.

Equitum ſiue Militum duo ſunt diſcreta genera,quidam enim ſunt militiæ Eccleſiaſticæ voto caſtitatis deuincti,quidam ſæcularis , vt Equites Regij & Torquati : de his preſens non inſtituitur ſermo,ſed vt ſcholion cũ Pontificis conſtitutione conueniat de quibuſdam ordinibus militaribus qui Sancti Stephani ordinem erectum à Duce Florentino Coſmo à Medicis præceſſerunt enumerabimus.

Primi omnium antiquitate & nobilitate fulgidiores Hyeroſolimis claruerunt ſub nomine S.Ioannis Baptiſtæ,Templariorum,& S.Mariæ Teutonicorum diſtincti. Horum primi ſunt equites qui è Hieroſolima Rhodum inſulam , à Gotfredo Rege conceſſam ab anno ſalutis MCCCVIII. vſque ad MDXXI. habitarunt à qua tandem Turcico furore eiecti in Melitam inſulam ſe receperunt vbi hodie Chriſtianæ Reipublicæ propugnacula tuentur.

De templariis ſuperiùs diximus ſed vt eorum penè extincta memoria reficietur. Legimus IX. viros huius ordinis authores extitiſſe circa annum Domini M.CXVII. ſub Pontifice Gelaſio quorum Principes Hugo de Paganis Goffredus de S.Alexandro. Hi primum deuotionis

nis gratia Heroſolimis,non longè è ſepulchro Domini habitantes Chriſtianos peregrinos hoſpitio cum charitate ſuſcipiebant, eóſque ſacra loca adeuntes contra graſſatores armis defenſabant & pro religione pugnabant. Nullam tunc habebant amictus , vel regulæ formulam, incedebant ſimplici mantello rubea cruce exornato , ſumma abſtinentia & ieiunij obſeruatione commendati,Chriſtianorum præſertim Patriarchæ Hieroſolimitani eleemoſinis victitantes,quoquidem vitæ genere diu celebres permanſerunt,ſed ab illo recedentes diuitias ingentes amplexi ſunt quæ eorum excidij lugubres cauſas dederunt.

Teutonicorum ordo ex duobus prioribus exiliens , paulopoſt enituit in quo arma & hoſpitalitas beneficiorum exercentur. Huius inſtitutor fuit vir Teutonicus qui poſt Hieroſolimas à Chriſtiano exercitu receptas cum noua ſuæ gentis Colonia vxore & liberis remanere voluit, vt omnibus peregrinis è Germania ad ſanctum ſepulchrum aduolantibus opem ſuppetias & commeatum largiretur. Qui neque linguam noſcent , neque diuerſorium haberent domum ſuam Xenodochium conſtituit,addito mox Patriarchæ auctoritate,diuæ genitricis ſacello,cui paulatim turba ingens ſeſe curandis ægrotis dicauit. Nec ſolùm è plebe , ſed plerique nobiles,magníque viri,qui ſumpto demùm candido amictu cum atra cruce,in hanc hodie cernimus potentiam atque frequentia venere. Nec niſi è ſuo genere admittunt,barbámque nutriunt. Hi demùm deperditis Hieroſolymis vnà omnes patriam antiquam repetiere, eúmque locum quem nunc Prutentiam vocant pulſis infidelibus occupauerunt quoque ordines huiuſcemodi plures , conſpiciuntur. In Hiſpania Milites primum S. Iacobi de Spata ord. S. Auguſtini. In quo magiſter primus Petrus Ferdinandi ſub Alexandro III. Pont. qui rem probauit.cuius vectigal annuum CL. aureorum millia regum Hiſpaniæ munere conceſſum eſt.

Alios eſſe milites quos Calatrenenſes (à loco ſic dictos) ponit Polydorus in lib. inuent. rer. Iſtius militiæ fuit auctor Rex Sanctius ,in anno 1.160. nigrum amictum cum cruce rubra portant. Sub ordine Ciſtercienſi profitentur. Et iſtiuſmodi etiam ſunt in Luſitania, quam Portugalliam vocamus, milites Ieſu Chriſti,quos(teſte Platina) Ioan. xx. ſub Dionyſio Rege anno Domini 1325 inſtituit vt eſſent,qui ex officio Saracenorum inſultibus Bethicam id temporibus tenentibus reſiſterent: Crucem rubram affigunt pallio ſeu mantello: Huius ordinis eſt gubernator Abbas Alcobaſiani monaſterij,Ciſtercienſis congregationis, Vlisbonenſis diœceſis, & conſcribendi & exauctorandi milites habet poteſtatem.

Sunt etiam alteri apud Alcantaram oppidum in Regno Caſtellæ milites , de quorum initio parum recitant ſcribentes. Iacobus, Rex Aragoniæ, duos etiam ordines militum circiter annum ſalutis 1212. ordinauit: quorum alteros S. Mariæ de redemptione captiuorum : ſiue de mercede vocari voluit , quibus captiuos redimere onus incumberet. Pallio vtuntur albo cum nigra cruce. Alteros Monteſiæ milites, rubra cruce munitos nuncupauit, vtranque militiam Gregorius IX ſua auctoritate approbauit. De his militibus etiam,& ordine eorum, ponit Volaterranus in ſua antropologia, lib. 21. cap. ordines militares. quem videas.

Ordo Equitũ S.Mariæ mercedis, anno 1212. à Iacobo Arragoniæ Rege ſub regula Diui Auguſtini fuit inſtitutus, ad redimendos Chriſtianos captiuos è ſeruitute infidelium. Hi ſuper veſte alba nigram crucem ad pectus habent.

Ordo Equitum Montenſium eodem anno, & ab eodem Rege erectus,& vterque anno 1230. à Gregorio IX. confirmatus eſt.

Ordo Equitum Ieſu Chriſti in Regno Luſitaniæ anno 1320. à Ioanne Papa 22. (vt fertur) initium habuit ſuper Veſte nigra crucem ſemirubeam ferunt.

Ordo Equitum Stolæ, ab Alphonſo Hiſpaniarum Rege Ferdinandi filio, anno 1368. in Ciuitate Burgenſi erectus habet ſtolam rubeam, tres digitos latam, quam more Leuitarum ad altare miniſtrantium ſibi imponunt.

Ordo Equitum S.Lazari ante alios omnes, anno 360. à Diuo Baſilio Magno inſtitutus, & à Summis Pontificibus Damaſo primùm, deindè etiam Innocentio & Honorio tertiis in S. ſedis Apoſtolicæ protectionem receptus,& poſteà ab Alexandro Papa IIII. ſub regula Diui Auguſtini cum diuerſis priuilegiis confirmatus temporum iniuria defecerat, ſed noſtra ætate per Summum Pontificem Pium IIII. reſtitutus eſt in integrum, in ſuperiori veſte ad latus ſiniſtrũ & armigeri ad latus dextrũ geſtant crucẽ viridem, de quo ſuperius fol. 7. diximus.

Ordinem Equitum S. Stephani Papæ, ſub regula Diui Benedicti ex confeſſione & approbatione Pij IIII. Pont. Max. Anno 1561. Coſmus primus magnus Ethruriæ Dux inſtituit cum hoc ſigno , vt ſuper veſte non modò talari ordinis, verùm etiam ordinaria ad latus

ſiniſtrum rubeam crucem ferunt. Cuius priuilegia hac conſtitutione declarata ſunt. De *laudibus autem Ducis* Florentiæ *integra extat ſub* Pio *quinto conſtitutio quam nos locupletiore ſcholio illuſtrabimus in illius gratiam, & principis verè Chriſtiani & religioſiſſimi memoriã.*

XIII.

Officij Apoſtolicæ Pœnitentiariæ reformatio.

Aliam reformationem edidit Pius V. qua omnes Pœnitentiariæ facultates declarauit.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſublimi beati Petri Solio, meritis licet imparibus, ſuperna diſpoſitione locati, ſtatim ab ipſo noſtri Pontificatus initio, officij noſtri eſſe duximus, vt omni adhibita diligentia errores, quos circa omnes gradus & hominum conditiones, nimia forſan licentia, & impunitate magno cum animi mœrore hiſce potiſſimum temporibus committi animaduertimus, prouidentiæ noſtræ miniſterio corrigere, & emendare, ac ea, quæ hominum licentia creſcente, deformata eſſent, reformare, illaque præſertim circa Romanæ Curiæ officia, & tribunalia ad veram debitamque formam, & obſeruantiam reducere curaremus. Hinc eſt, quod nos ad pœnitentiariæ noſtræ officium in quo morum cenſura, & animarum ſalus præcipue vertitur, noſtræ conſiderationis oculos dirigentes, & attendentes in eo plures, & diuerſos abuſus propter ſuperiorum temporum licentiam, & incuriam irrepſiſſe, ne illi ſeſe latius diffundant, quantum in nobis eſt, occurrere volentes, habita deſuper cum ven. fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura ipſoque maiore Pœnitentiario, ac eius officialibus auditis, & eorum iuribus diligenter viſis, ac omnibus maturè conſideratis, de ipſorum concilio auctoritate apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus pro tempore exiſtens maior Pœnitentiarius, ac eiuſdem Penitentiariæ Regens: Correctores, Scriptores, Procuratores, ac alij quicunque eius officiales, & miniſtri ab eorum omnium, quæ in intraſcriptis Capitulis, & prohibitionibus continentur, conceſſione, & expeditione penitus ceſſare, & abſtinere debeant.

Et in primis idem Pœnitentiarius abſtineat à communicationibus vltimarũ voluntatum, & earum derogationibus.

Quæ cauere debet Pœnitentiarius.

Necnon ab vnionibus perpetuis, & ſuppreſſionibus, ac tranſlationibus beneficiorum eccleſiaſticorum, & applicationibus vnius beneficij alteri beneficio, & illarum confirmationibus.

Item à conceſſione iuriſpatronatus, ſeu præſentandi ad beneficia eccleſiaſtica propter augmentum fructuum, ſed tantum ex cauſa fundationis vel dotationis illud concedere poſſit.

Similiter abſtineat a licentiis ſtandi extrà pro monialibus ex quacunque cauſa.

Necnon à declaratoriis pro religioſis propter vim & metum, quos in ingreſſu religionis, vel emiſſione profeſſionis ſibi illatos fuiſſe prætendant, quando poſt emiſſam profeſſionem huiuſmodi ſuſceperunt ſacros ordines in religione, etiam ſi aſſeratur, quod eiſdem vi, & metu durantibus, illos ſuſceperint, In aliis autem caſibus declaratoriæ ipſæ comitantur ordinario loci & vocato Priore Monaſterij, in quo fuerit emiſſa profeſſio, & nunquam in curia, etiam ſi pars & teſtes præſentes eſſent.

Nec concedant Religioſis licentias ſtandi extra propter infirmitates & ſimilia impedimenta, & nec etiam pro ſubuentione parentum, aut pupillorum, vel aliorum conſanguineorum, niſi obtenta licentia ſuorum ſuperiorum, & in facultatibus pro religioſis eiſdem tranſeundi de ordine ad ordinem, etiam in caſibus à iure permiſſis apponatur ſemper clauſula, quòd perpetuò ibidem in clauſtro Domino famulari teneantur.

Apoſtatis vero abſolutionem non concedat, niſi ea lege expreſſa, vt ſtatim ad clauſtrum proprij ordinis redeant, vel ad alium ordinem tranſeant, æqualis, vel arctioris obſeruantiæ, vt ibi perpetuam vitam agant.

Nec illis, aut aliis tranſlatis prædictis indulgeatur, vt beneficia eccleſiaſtica obtinere, vel illis vti mercenarij deſeruire, aut alias etiam de ſuperiorum licentia extra

extra clauſtrum quoquo modo degere valeant.

Similiter non concedat commiſſiones alienationum, vel permutationum, aut affrancationum, aut illarum confirmationum de bonis eccleſiaſticis in forma, quæ dicitur, Si in euidentem pro rebus, quarum redditus annuus ſummam viginti ducatorum auri de Camera excedat, & commiſſiones huiuſmodi ſemper ordinario loci, & alteri perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ coniunctim committantur, Et ſi de ipſius ordinarij intereſſe, vel præiudicio agatur, tunc loco ipſius Committantur Metropolitano, Et ſi res ad ipſum Metropolitanum pertineat ordinario viciniori, & nunquam ſimiles concedantur commiſſiones quando agitur de alienatione iuriſdictionum, vel vaſſallorum ad eccleſiam quouiſmodo pertinentium.

Præterea ne ordinarij in corrigendis ſubditorum exceſſibus impediantur, & delicta impunita remaneant, nõ concedat abſolutiones, vel mãdata, de abſoluendo ab homicidiis, vel aliis grauibus delictis, etiam occultis, pro quibus de iure ciuili pœna capitalis impoſita ſit, præterquam in foro conſcientiæ duntaxat, In reliquis vero minoribus, & leuioribus exceſſibus, de quibus tamen delinquens non fuerit citatus, vel inquiſitus, committere poſſit ordinario, vt impoſita illi pœna eius arbitrio eum etiam in foro fori abſoluat, ipſúmque ab executione ordinum ſi ſecum ſuper irregularitate diſpenſatum fuerit, ſimiliter eius arbitrio ſuſpendat, Epiſcopis tamen, vel eorum ſuperioribus, aut aliis prælatis Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, & quibuſuis perſonis in terris Eccleſiæ, & multo minus in Vrbe delinquentibus, ab aliquibus delictis extra forum conſcientiæ abſolutionem minime concedere poſſit:

Caueat etiam Pœnitentiarius ne in abſolutionibus à Simonia reali, vel conuentionali, etiam occulta, vnquam concedat vt ipſi Simoniaci beneficia, ſuper quibus Simoniam commiſerunt ſeu pecunias, vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde poſt commiſſam Simoniam perceptos in toto vel in parte retinere, poſſint, quinimo in abſolutionibus huiuſmodi apponatur clauſula quod vterque ad beneficium, ſuper quo fuit commiſſa Simonia, perpetuo inhabilis exiſtat.

Et inſuper homicidæ voluntario, etiam alias canonicè abſoluto altaris miniſterium, aut aſcenſum ad ſuperiores ordines, & reſtitutionem, aut retentionem beneficiorum, quibus ipſo iure quis priuatus vel priuandus ſit, concedere minime valeat.

Nec minus literas de promouendo ad ſacros ordines, ac etiam ad primam tonſuram à quocunque Catholico Antiſtite, niſi allegetur iuſta cauſa, propter quam ab ordinariis ſuis promoueri, nec ab eis, aut eorum officialibus literas dimiſſorias obtinere valeant, & tunc concedi poſſint à quocunque ordinariò, vel pro eo Pontificalia exercente, & ſi cauſa allegata falſa fuiſſe deprehendatur, ſic promoto ab executione ordinum per ſuos ordinarios ſuſpendi, vel illa etiam perpetuo priuati poſſint.

Similiter idem Pœnitentiarius non concedat abſolutiones à iuramento, niſi ad effectum agendi duntaxat.

Nec diſpenſationes matrimoniales, in forma gratioſa, ſed ſemper committantur ordinariis prout alias fieri conſueuit.

Neque concedat religioſis licentiam ſuſcipiendi gradum doctoratus, vel magiſterij contra ſtatuta ordinis, niſi ex aliqua probabili cauſa, & niſi de licentia ſuorum ſuperiorum.

Nec abſolutiones à fructibus indebitè perceptis, ratione intruſionis beneficio, vel ob non promotionem, aut alium tituli defectum, etiam in foro conſcientiæ, niſi facta reſtitutione fructuum huiuſmodi.

Nec etiam abſolutiones concedat pro vſurpata iuriſdictione, vel violata libertate eccleſiaſtica etiam in foro conſcientiæ (niſi cum clauſula) Satisfacto prius de damnis, & expenſis parti læſæ.

Neque facultates teſtandi iuxta formã quinterni ſimpliciter, ſed cum clauſula, dummodo non ſupra ſummam centum ducatorum etiam ad pias cenſuras, ac pro ſeruientibus. Religioſis vero etiam extra clauſtrum, etiam cum apoſtolica diſpen-

 ſatione

diſpenſatione degentibus,facultates teſtandi nullo modo concedantur.

Et inſuper non confirmet geſta per ordinarios,aut alios inferiores illis de iure communi non conceſſa,nec ſuppleat eorum defectus:

Minus etiam diſpenſet ſuper ætate promouendorum ad ſacros ordines de iure requiſita,nec tempus præfatis ad munus conſecrationis ſuſcipiendum à iure ſtatutum vltra tres menſes,& terminum anni Rectoribus parochialium eccleſiarum & alios quibuſuis ac ſacros etiam preſbyteratus ordines ſuſcipiendos à iure,aut in fundatione beneficiorum quomodolibet conſtitutorum extra caſus à iure permiſſos vltra ſex menſes minime prorogare valeat.

Et vltrà præmiſſa abſtineat etiam ab expeditionibus quibuſcunque, quæ ſibi per literas ſuarum facultatum expreſsè non conceduntur, niſi alias de iure communi in caſibus, de quibus agetur ordinario conceſſæ reperiantur. Nec ſuffragetur prætextu conſuetudinis ſeu ſtili,aut quaſi poſſeſſionis ipſius maioris pœnitentiarij,& prædeceſſorum ſuorum in ſimilibus concedendis, etiam ſi conſuetudo aut ſtilus, vel quaſi poſſeſſio, huiuſmodi per literas ad facultátem ſuarum generaliter approbata reperiantur.

Volumus inſuper quòd officium ſacræ Pœnitentiariæ Sede Apoſtolica vacante in omnibus, & ſingulis quæ ad forum fori quomodolibet pertinent,penitus & omninò conquieſcat. Quódque earum tantum pro animarum ſalute expedire valeat,quæ forum conſcientiæ reſpiciunt.

Diſtrictius inhibentes moderno,& pro tēpore exiſtenti maiori Pœnitentiario in virtute ſanctæ obedientiæ,ac Regenti,Correctoribus,ſcriptoribus, procuratoribus,reuiſoribus,ſigillatoribus,aliiſque dictæ Pœnitentiariæ Officialibus quibuſcunque ſub noſtrę indignationis, & excommunicationis latę ſententię necnon priuationis,& amiſſionis ſuorum huiuſmodi,& aliorum Officiorum & beneficiorum quorumcunque per eos obtentorum,& inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda,aliiſque grauioribus noſtro & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis,& applicandis pœnis,ne de conceſſionibus, & expeditionibus ſibi per præſentes interdictis contra præmiſſorum tenorem etiam prætextu quorumuis priuilegiorum,& indultorum eis quomodolibet conceſſorum ſe intromittere quoquo modo audeant,ſeu præſumant.

Decernentes quaſcunque conceſſiones,gratiasq́; ac expeditiones deinceps ab eodem officio pœnitentię contra pręſentium tenorem(quod abſit)pro tempore emanatas, etiam ſi in illis aſſeratur, viuę vocis oraculo,ac de mandato noſtro & pro tempore exiſtentis Roman.Pont.ſpeciali,& expreſſo factas fuiſſe,nullas nihilominus,& inualidas,ac extortas,& ſurreptitias eſſe,& cenſeri,neminique propterea ſuffragari poſſe, & ita per quoſcunque locorum ordinarios,ac Iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,ac eiuſdem S.R.E. Cardinales,ſublata eis,& eo quilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate,iudicari,& diffiniri,debere,irritum quoque & inane,quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis priuilegiis quoque & indultis eidem Maiori Pœnitentiario,ac eius officio,etiam illius erectione,& inſtitutione etiam Motu proprio conſiſtorialiter, ac de fratrum eorundem conſilio & aſſenſu,ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis clauſulis,& decretis in genere,vel in ſpecie, & alias quomodolibet, etiam per fœlicis recordationis Eugenium Quartum,Sixtum etiam Quartum,& Paulum Tertium, ac alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos conceſſis approbatis,& innouatis,ac decretis,& cenſuris,in illis appoſitis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis,eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica,indiuidua & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda,aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris,hac vice duntaxat ſpecialiter,& expreſsè derogamus,contrariis quibuſcunque,

Aut

Aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quòd interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem,& quibuſlibet aliis priuilegiis,indultis,& literis apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus præſentium impediri valeant quomodolibet, vel differri,& de quibus quorumque totis tenoribus ſpecifica,indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum habenda eſſet in eiſdem literis mentio ſpecialis.

Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam deducantur, & omnes quorum intereſt,vel intereſſe poterit,omninò afficiant, Volumus, & mandamus illas in Palatij noſtri apoſtolici,ac officij Pœnitentiariæ huiuſmodi valuis,& acie Campi Floræ affigi,& per aliquod temporis ſpacium, relicta ibidem copia,detineri, vt ij quos literæ ipſæ concernunt,ſeu concernere poterunt, quomodolibet in futurum, quòd ad ipſorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quominus eos arctent perinde, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent,nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare. Cum non ſit veriſimile apud eos remanere incognitum, quod tam patenter extiterit publicatum. Nulli ergo, &c. Si quis autem,&c, Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ,milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo. Quarto Non. Maij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Literarum publicatio.

XIIII.

Indulgentiarum gratiæ ab omnibus officialibus gratis expediantur.

PIVS Papa IIII. Motu proprio,&c.

DECET Romanum Pontificem quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus Vicarium ſuum cęleſtibus theſauris diſpenſandis in terris conſtituit,prouidere,vt ſicut ipſe theſauros huiuſmodi et gratias cęleſtes gratis acceptas ad honorē Dei, et illius Sanctorum, animarúmque Chriſti fidelium ſalutem abſque lucro diſpenſat idem quoque à Romanę curię officialibus quibus literarum apoſtolicarum ſuper gratiis à ſede apoſtolica pro tēpore conceſſis expeditio incumbit,obſeruetur. Quapropter inconueniens eſſe cenſentes pro conceſſionibus indulgentiarum quę in ſolis meritis paſſionis eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti,et eius glorioſorum Martyrum,et Sanct. conſiſtunt,aliquid temporale exigere;nos premiſſis prout noſtro incumbit officio de remedio oportuno prouidere volentes, Motu proprio,et ex certa noſtra ſcientia,dilectis filiis modernis,et pro tempore exiſtentibus Sanctę Romanę Eccleſię Vicecancell eiuſque in Cancellaria Apoſtolica Locumtenen. necnon Summiſtę ſcriptoribus illorumque pro tempore Reſcribendario, Computatori, Receptori, et Defenſoribus,necnon Secretariis literarum apoſtolicarum,illarúmque tam maioris,quam minoris pręſidentię Abbreuiatoribus, ac ſollicitatoribus,plumbique et Regiſtri magiſtris Collectoribus, earumdemque literarum apoſtolicarum Regiſtratoribus,Bullatoribus, Fratribus barbaris nuncupatis, & illorum famulis,necnon in regiſtro ſuplicationum manu, & in præſentia noſtra ſignatorum nagiſtris,& ſcriptoribus,aliiſque Romanæ Curiæ officialibus, & perſonis etiam eorum officia ex cauſa quantumuis oneroſa obtinentibus cuiuſcunque qualitatis,& conditionis exiſtant, ac quocunque nomine appellentur, in virtute ſanctæ obedientię,& ſub maioris excomunicationis latæ ſententię,necnon amiſſionis ad ſemeſtre omnium emolumentorum eorum officiorum quæ ipſo iure quoties contrafecerint, fabricæ baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe applicata eſſe cenſeantur, & creſcente inobedientia etiam priuationis eorundem officiorum ipſo facto incurendis pœnis apoſtolica auctoritate tenore præſentium præcipimus, & mandamus, quatenus videlicet in regeſtro ſuplicationum magiſtri, & ſcriptores huiuſmodi vltra ſalarium inibi pro ſignaturis ordinariis exigi ſolitum alij verò officiales literas apoſt. tam ſub plumbo,quam in forma breuis ſuper gratiis indulgentiarum, & peccatorum remiſſion. etiam plenariarum tam pro viuis quam defunctis,tam ad tempus quam perpetuò,ad futuram ſeu perpetuam rei memoriam,

Chriſti paſſio eſt labrum veluti ex quo omnia bona effluunt in cuius meritis & glorioſorū martyrum ac ſanctorum indulgentiæ & omnis gratiæ dona conſiſtunt.

vel

vel alia forma, ac cum quauis narratiua pro quibuſuis particularibus perſonis, ſeu eccleſiis etiam Cathedralibus, & Collegiatis, Monaſteriis, Prioratibus, Capellis perpetuis, Cancellariis, Oratoriis Hoſpitalibus, Capitulis, Collegiis, Conuentibus, Confraternitatibus, Societatibus, Vniuerſitatibus, & quibuſcunque aliis piis locis à nobis, & ſucceſſoribus noſtris Roman. Pontificibus, etiam facultatem eligendi confeſſorem cum votorum commutatione in ſe continentibus pro tempore Citra tamen clauſulam porrectionis manuum adiutricum conceſſis, & concedendis conficien. gratis pro Deo vbique per eorum officia abſque aliquę taxæ regalium, ſeu iocalium, aut cuiuſuis alterius generis ſolutione, vel exactione quantumuis ordinaria, vel extraordinaria, omnibus recuſatione & contradictione ceſſantibus, illico nullo alio à nobis aut altero deſuper expectato mandato expediant, & proſequentibus illarum expeditionem, etiam ſi partes, quorum intuitu fuerint conceſſæ in Ro. Curia non ſint præſentes, ſed longè ab illa abſint, expeditas tradant & conſignent. Mandantes dilectis filiis noſtro & pro tempore Ro. Pont. Datario, & eiſdem Cancellariæ Regenti, quatenus ipſi, vel alter eorum per ſe vel alium ſeu alios præſens mandatum noſtrum per omnes, & ſingulos ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari faciant, Inobedientéſque & rebelles quoſcunque cenſuras, & pœnas antedictas incidiſſe declarent, dictáſque pœnas ab illis irremiſſibiliter perſolui, & in arcam collegij dictæ fabricæ inferri, & reponi, & ſi contra præceptum hoc noſtrum exactum aliquid fuerit, illicò eis qui illud ſoluerint, integrè reſtitui curent, pro celeriori huius mandati noſtri obſeruatione, dictarúmque pœnarum exactione & ablati reſtitutione, mandatum executiuum ſi eis videbitur contra eoſdem inobedientes, & rebelles quoties opus fuerit, decernant, & relaxent. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac dictorum officialium collegiorum inſtitutionibus & erectionibus, necnon ſtatutis etiam iuramento &c. roboratis, priuilegiis quoque indultis, & literis apoſtolicis eiſdem Vicecancellario Summiſtæ, officialibus, et perſonis, ac collegiis etiam in eorum inſtitutionibus et erectionibus huiuſmodi ſub quibuſcunque tenoribus, etiam formis derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus et inſolitis clauſulis, necnon irritantibus et aliis etiam vim contractus inducen. decretis conceſſis, confirmatis, et innouatis eis aut eorum alicui quo ad præmiſſa volumus nullateñus ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod præceptum, et mandatum noſtrum huiuſmodi ad hoc vt ad plenam & indubitatam notitiam deueniant, in dicta cancellaria publicentur, & in illius libro deſcribantur, ac perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruentur.

Pœnæ eorum qui huius conſtitutionis æquitatem & placitum contemnunt.

Affixum & publicatum fuit ſupraſcriptum mandatum Romæ in Cancellaria Apoſtolica, anno incarnationis Dominicæ 1562. die verò ſeptima menſis Nouembris, Pontificatus præfati Sanctiſsimi Domini noſtri Papæ anno tertio.

XV.

Prohibitio deferendi, retinendi, & vendendi Archibuſettos breuiores menſuræ duorum palmorum.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM vices eius, licet immeriti, geramus in terris, qui de cœlo ad ima deſcendens, pro ſalute humani generis ſcipſum ad Crucis patibulum obtulit, omni quo poſſumus ſtudio, continuo inuigilare debemus, vt omnis prorſus occaſio, homicidia, tanquam in eiuſdem humani generis perniciem tendentia, committendi, quantum in nobis eſt, ſubmoueatur. Et quia experientia cognouimus, quamplura ex illis tormentulis igneis, Archibuſetis vulgariter nuncupatis (quæ occulte, deferri poſſunt, & ad necem inferendam aptiora, & fere ineuitabilia eſſe videntur) in dies committi, & perpetrari, nec hactenus ob proclamata, etiam ſub grauiſſimis pœnis, à Rectoribus Prouinciarum, & terrarum, nobis & S.R.E. ſubiectarum, ab illis deferendis, ob ſicariorum copiam, & audaciam, ceſſari, aut abſtineri; quinimo paſſim, & indiſtinctè, non ſecus ac cætera arma minus prohibita, ab omnibus fere geſtari, Nos propterea volentes proditorium, & abominabile, & deteſtandum armorum genus

genus huiuſmodi penitus & omnino deſtruere, ac ab alma Vrbe, aliiſque terris noſtris prædictis, in totum eliminare, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, nemini cuiuſcunque ſit dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ, licere genus armorum huiusmodi, quod breuioris duorum palmorum menſuræ exiſtat publicè vel occultè, tam per Vrbem, ciuitates, & loca noſtra prædicta, quàm etiam in itineribus quoquomodo, aut quouis etiam militiæ, aut executionis iuſtitiæ prætextu deferre, minuſque in domibus, aut alibi retinere, vendere, emere, aut permutationis; in ſolutum dationis, pignoris, vel quacunque alio titulo recipere; quinimo quicunque illa habuerint, intra viginti dierum ſpatium, à die publicationis præſentis conſtitutionis in locis infraſcriptis faciendæ computandum, in alma Vrbe noſtra illius Gubernatori; in aliis vero locis prædictis, Rectori, vel Pręſidi, aut etiã Gubernatori, ſeu cuiuis alij ſuperiori loci in quo ea habentes fuerint, denunciare, & ad eum perferre, ſeu perferri facere, ac penes ipſum in loco ad id deputando, ſeruanda dimittere teneantur. Qui vero contrafecerit, dictumque genus armorũ, lapſis dictis viginti diebus, retinuerit; crimen læſæ maieſtatis, & rebellionis ac pœnas pro illo à iure inflictas, eo ipſo incurrat. Inhibentes (prout tenore præſentium inhibemus) omnibus, & ſingulis, etiam de latere noſtro Legatis, ne ſub indignationis noſtrę, & quibuſcunque Vicelegatis, Gubernatonibus, Rectoribus, Præſidentibus, ac aliis noſtris, & Sedis Apoſtolicæ, ſeu ciuitatum & terrarum prædictarum officialibus, ne ſub ſuſpenſionis à diuinis, ac excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque arbitrij noſtri pœnis, cuiquam tale genus armorum, ſub quouis colore deſerendi, vel alias vt præmittitur retinendi, licentiam, & facultatem ad quodcunque etiam breuiſſimum tempus, concedere audeant vel præſumant. Decernentes nihilominus licentias, & facultates ſic concedendas, nullas penitus & inualidas exiſtere, ac illis non obſtantibus, eos qui ſub illarum clypeo, dictum genus armorum detulerint, aut vt præmittitur retinuerint, pœnas predictas omninò incurſuros, illoſque irremiſſibiliter puniendos fore, & contra omnes, & ſingulos huic noſtræ conſtitutioni contrauenientes, ad Fiſci noſtri inſtantiam, & etiam ex officio procedi, & inquiri poſſe, ac ad pœnarum prędictarum executionem deueniri omninò debere. Vt autem prȩmiſſa ad omnium notitiam deducantur, nec aliquis prętextu ignorantię excuſari poſſit; volumus quod pręſentes literę per aliquos Curię noſtrę Curſores, ac Baſilicę Principis Apoſtolorum de vrbe, Eccleſię Lateranen. necnon Cancellarię Apoſtolicę valuas ac in acie Campi Florę affigantur, & publicentur. Quodque earum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, ſigillo alicuius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis certa, & indubitata fides adhibeatur, prout ipſis literis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Et tranſumpta huiuſmodi Legati, Vicelegati, Rectores, vel Pręſides aut Gubernatores, ſeu alij Superiores Prouinciarum, terrarum oppidorum, & locorum prędictorum, per publicum pręconem publicari, & valuis Cathedralis, ſeu Matricis Eccleſię loci, ac palatij eorũ reſidentię affigi faciant; publicationemque, & affixionem prędictas, lapſis dictis viginti diebus, perinde omnes arctare, ac ſi perſonaliter intimatę forent. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, priuilegiis quoq; & indulgẽtiis, quibuſcunque perſonis forſan conceſſis, confirmatis, & innouatis, aſſertis conſuetudinibus, quas (ſi quę forent) per pręſentes improbamus, nullaſque, & inualidas eſſe declaramus, Et quæ omnia (illorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes) reuocamus et annullamus, nullaque et irrita eſſe decernimus, cetęriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romę apud ſanctum Petrũ, Anno Incarnationis Dominice milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, pridie Non. Martij, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Pius quartus grauiſſimus corruptorum morum cenſor, hanc conſtitutionem contra deferentes pugiones cultellos & aliud genus, armorum breuioris menſuræ trium palmorum amplificauit.

Archibuſetti breuiores menſuræ duorum palmorum prohibentur.

Irritæ & inanes ſunt omnes licentiæ contra hanc conſtitutionem ab officialibus elargitæ.

Forma & effectus publicationis.

Eò vſque proceſſit hominũ dementia vt in ſeipſos varia cedis & excidij inſtrumenta excogitarint. Ferrum & reliqua metalla quæ natura in eorũ vſum ac vtilitatem denouerat ad horrenda tormenta conuertit. Hinc primùm ſtructa ſunt inſidiæ Sicca, enſibus, gladiis, ſed hæc non ſatis eſſe hominũ machinis viſa ſunt crudeliora quo liberiùs ſe mutuis enecarent ictibus petierũt. Quondã ante vſum armorũ pugnis vnde nomen habet pugna, deindè vnguibus,

dentibus, aut calcibus tertabant, vt ait Lucretius

Arma antiqua manus vngues, dentéſque fuerunt,

Exin fuſtibus pugnari ceptum eſt, vt ait Herodotus li. 4. poſtea Aries, Scorpio, Balliſta, Arcuballiſta, Carrobaliſta, Vineæ, Turres, Muſculi, Teſtudines, Plutei, Onager, Plumbata, Scala Sambuca, Exoſtra, Thelenum, Malleoli, antiquis ad hoſtes trucidandos in pretio habebantur, Sed hæc noſtris temporibus mitiora veluti neglecta ſunt, fulmen Iouis imo dæmonum boatus imitari voluerunt. Pugnatur ſiquidem machinis quales nulla vn-nam Ethnicorum feritas aut vlla Barbaries adinuenit. Execrabile prorſus & tremendum Bombardæ inuentum exerit.

Monſtrum damnabile terris,
Quod ferri, lapidúmque globos iaculatur & ignes,
Nube diem & tetra obtexens caligine ſoles
Inuentum Germane tuum.

Fato quodam Germanica ingenia cæteris præſtant in are tractando, vt abſoluta quæ quotidie edunt opera docent. Illis enim ingenuè inuentũ Typographiæ & Bombardæ debemus. Sunt tamen qui huiuſmodi apud priſcos etiam fuiſſe velint ex verſibus Maronis.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic inuectus equis & Lampada quaſſans
Per Graium populos, mediaq́; per Elidis vrbem
Ibat ouans: diuumq́; ſibi poſcebat honorem
Demens qui nimbos & inimitabile fulmen
Aere & quadrupedum curſu ſimularet equorum.

Certior tamen Hiſtoricorum ſententia eſt Monachum quendam Germanum circa annum Domini Milleſimum ſuprà Trecenteſimum octuageſimum, hæc belli tonitrua primùm protuliſſe. Quæquidem primùm à Germanis dono Venetis data cum hi apud Clodiam foſſam Genuenſes obſiderent fuerunt. Nobilitarunt tale inuentum proſa Pandulphus, Cathanæ verſu. Iacobus Stapulenſis congruum fuiſſe ait Authorem tantæ machinæ opus imbuiſſe. Ab hac enim innumera excidia promanarunt. Deindè hominũ maleuolentia has grãdiores machinas cruento compendio reduxerunt, vt in Catapultis Sclopetis videmus quibus inſidiatur plerunque hoſti. Quamobrem hic Pontifex vt graſſatorum tum proditorum perfidiæ occurreret, néve pallio aut pera tegerentur hæc nefarij conatus inſtrumenta reos facit maieſtatis & rebellionis qui deferunt, retinẽt ac vendunt Archibaſſetos ſiue Piſtoletos, vt vulgus Gallorum loquitur breuiores menſuræ duorum Palmorum.

XVI.

Reformatio Rotæ Palatij Apoſtolici.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

IN throno iuſtitiæ, ſuper omnes gentes, & regna, meritis licet imparibus ſuperna diſpoſitione conſtituti, ad ea quæ iuris & iuſtitiæ cultum, ac obſeruantiam concernunt, dirigimus potiſſimum aciem noſtræ mentis, vt vniuerſis nationibus ad ſedem Apoſtolicam omnium fidelium matrem, & magiſtram, pro litium, & cõtrouerſiarum inter eos vigentium deciſione recurrentibus longis iudiciorum curriculis ſublatis, ac minoribus quam fieri poterit diſpendiis, opportunè conſulatur. Sanè poſtquam nos circa Curiæ noſtræ reformationem ſolerti ſtudio intendentes, reliquorum eiuſdem Curiæ Tribunalium, & Officiorum emendationem, & correctionem cum Dei auxilio, & venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilium, fœliciter peregimus, demùm ad Palatij noſtri Auditorium, in quo vniuerſorum Chriſtifidelium grauiores cauſæ per duodecim ſummæ virtutis, & doctrinæ viros, ex omnibus mundi partibus magna cum diligentia conquiſitos maturè cognoſcuntur, & magna cum integritate, & iuſtitia terminantur, animum adiecimus, Et licet in eodem Tribunali pauca admodum correctione digna offenderimus, nihilominus vt nihil intactum relinqueremus, nonnulla potiùs pro litibus abbreuiandis, ac partium diſpendiis euitandis, vel ſaltem minuendis, vocatis ipſius Auditoribus, ac pluries tam in voce quam in ſcriptis auditis, prouidenda cenſuimus.

Iudices Rotæ Apoſtolicæ exquiſitæ fidei & integræ eruditionis.

Et idcircò de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ad tollendum multiplicationem commiſſionum, & parcendum laboribus, & expenſis litigantium, vnica commiſſio in qualibet inſtantia ſufficiat, & illius vigore auditor cauſam ſibi commiſſam cognoſcere, & cum omnibus & ſingulis dependentibus, & emergentibus, ac alias quomodolibet incidentibus decidere valeat. Poſſit etiam auditor ſine noua commiſſione præfigere terminum ad docendum de attentatis, ac nullitatibus, & cauſis propter quas quis in integrum reſtitui debeat, ac illo elapſo, & non docto, ad cauſę expeditionem procedere, necnon remiſſorias decernere, dilationes concedere, liquidationes fructuum in partibus delegare, ac omnia & ſingula alia vſque ad finalem ſententiarum ſuarum executionem incluſiuè facere, quæ de iure Ordinarij facere poſſunt.

Leges & ſtatuta reformationis Rotæ Palatij Apoſtolici.

Prorogationes autem fatalium ſæpiùs, & paſſim non concedat, ſed tantum ex aliqua præuia illius cognitione, arbitrio Rotæ.

Auditor tamen in aliqua honeſta cauſa, ſiue magni, ſiue parui momenti exiſtat, etiam ſi eius deciſio clari iuris eſſe videatur, diffinitiuam ſententiam, vel interlocutoriam vim diffinitiuæ habentem ferre non valeat, niſi cauſa in Rota propoſita, & habitis votis coadiutorum, niſi partes in actis expreſsè conſenſerint quod cauſa ſine voto eorundem Coadiutorum expediri poſſit. Idémque in aliis quibuſuis præiudicialibus decretis volumus, ſi actor vel reus negotium in plena Rota cognoſcatur, inſtiterit.

Item ſententiæ latæ per Auditores prout in cedula, vt moris eſt, vel per viam termini pro ſeruato ſubſcribantur & publicentur in actis intra quindecim dies, & in vltima anni audientia latæ, infra menſem, alioquin pronuntiationes huiuſmodi pro circunductis habeantur.

Termini etiam pro ſeruatis habiti, & cedulæ ipſarum ſententiarum, quæ interdum per alium Notarium actuarium ipſius cauſæ ad referendum accipi conſueuerunt, referantur ipſi Notario cauſę eadem vel ſequenti die qua recipiuntur. In vltimis verò audientiis, ſaltem infra triduum: & ſi Auditor qui pronunciauit prout in cedula, vel terminum habuit pro ſeruato, retinuerit citationem penes ſe, illam Notario cauſæ ſimiliter intra prædictos dies conſignare debeat, alias termini huiuſmodi circumducti, & irriti cenſeantur.

Auditor verò non pronunciet in cauſa, niſi perfecto regiſtro, & illo ad Rotam delato, vna cum dictis teſtium, illíſque ac iuribus in eadem Rota, prout res exegerit, lectis. In vltima verò anni audientia, ac quandocunque agetur de ferenda declaratoria contra contumacem, etiam regiſtro non perfecto, ex originalibus pronuntiare valeat. Ita tamen quod pars ad cuius inſtantiam pronunciatum fuerit: regiſtrum ipſum pro actorum conſeruatione quanto citiùs perfici curare teneatur.

Et inſuper Auditor partibus petentibus copiam deciſionis in cauſa factæ, cum iuribus, ac rationibus, tradere debeat, prout antiquitus laudabiliter fieri conſueuit.

Cauſæ autem propriæ Auditorum, & eorum familiarium, ac conſanguineorum, vel affinium vſque ad ſecundum gradum iuxtà ius Canonicum computandum, non cognoſcantur in Rota.

Nec Auditores in eorum domibus ſubſtitutos, vel Doctores, aut alios iuriſperitos, etiã conſanguineos, qui ſubſtituti, vel Aduocati, aut Procuratoris officio fungantur, aut in caſibus totalibus, vel eorum proceſſibus ſeſe quoquomodo intromittant, nec Aduocatos, & Procuratores, aut aliquos ex ſuis notariis habeant. Item Aduocati, aut Procuratores conſanguinei, vel affines vſque ad ſecundum gradum, alicuius Auditoris ac etiam illius Notarij, in cauſis coram eo pendentibus nullatenus patrocinari valeant.

Nec Auditores compellant, aut aliquomodo inducant partes per ſe, vel per alios, vt aſſumant certum Aduocatum vel Procuratorem, ſed electio huiuſmodi omninò ipſarum partium arbitrio relinquatur.

Item Decanus, & alij Auditores, præſertim antiquiores, attendant, ne aliquid non ſolùm contra ius, ſed nec etiam contra ſtilum, & deciſiones antiquas factas in

 Rota,

Rota, quæ impreſſæ habentur, quoquomodo decidatur, etiam prætextu æquitatis in iure non ſcriptæ, niſi maxima cum ratione, & diſcuſſione, omnibus votis, ſeu ſaltem illorum duabus tertiis partibus, aliter faciendum eſſe iudicauerit.

Deinceps etiam in cauſis pendentibus non attendantur aliquę nullitates, præterquam ex defectu iuriſdictionis, citationis, vel mandati, niſi cauſa nullitatis ſpecialiter ante datam præſentium commiſſa reperiatur.

Et à liquidatione fructuum, & expenſarum taxatione, ſemel tantum appellare liceat, ita quod duæ conformes rem iudicatam faciant.

Auditores verò caſus ſibi commiſſos, pro ſola partium importunitate ad Cancellariam remittere non poſſint, ſed tantum habita licentia à Summo Pontifice, vel ex iuſtis cauſis deductis in Rota, & ab ea probatis.

Et ſi Auditor cognouerit in actis adeſſe ſuſpicionem criminis, remittat acta huiuſmodi, vel illorum exemplum prout res exegerit ad iudicem ordinarium. Et ſi cauſa criminalis præiudicialis fuerit cauſæ ciuili, in eius cognitione ſuperſedeat. Et quandocunque Iudex ipſe ordinarius, in cauſis criminalibus coram eo pendentibus, indiguerit depoſitionibus teſtium, vel aliquibus ſcripturis ad cauſas criminales facientibus, teneatur Auditor illas, vel earum exemplum, vt præfertur, exhiberi facere.

Vt autem debitus modus ſportulis imponatur, non poſſint Auditores partibus per ſe vel alium quouiſmodo ſportularum nomine aliquid petere, vel exigere, ſed nec ſponte dantibus vltra taxam infraſcriptam accipere, videlicet. In cauſis pecuniariis ſeu prophanis, aut quæ alias pretio nummario quoquomodo æſtimari poſſint, ſi æſtimatio res de qua agetur non excedat ſummam mille ducatorum, vſque ad aureos decem; à mille verò vſque ad decem millia, vigintiquinque: à decem millibus vſque ad viginti millia, quinquaginta, abinde ſuprà vſque ad quamcunque ſummam, centum.

In beneficialibus verò, ſi redditus annuus de quo agetur non excedat ſummam centum ducatorum, ſimiliter decem: à centum verò vſque ad mille, vigintiquinque; à mille vſque ad tria millia, quinquaginta: abinde verò ſupra, centum aureos pro ſportulis cuiuſcunque ſententiæ diffinitiuæ duntaxat, vt præfertur, accipere valeant. Si verò cauſa æſtimationem non facilè recipiat, ſportulæ moderatæ pro rerum & perſonarum qualitate, iuxtà taxas prædictas recipi poſſint, nec aliquid vltrà non ſolùm ipſis Auditoribus, ſed nec eorum familiaribus, vel conſanguineis, aut aliis quibuſuis perſonis, directè vel indirectè, quouis quæſito colore vel ingenio, exceptis eſculentis & poculentis quæ triduo conſumi poſſint, ipſarum ſententiarum, aut Auditorum intuitu præſtari poſſit.

Quas quidem ſportulas iuxtà taxam prædictam, apud Notarium cauſæ poſt ſubſcriptam ſententiam, & Notario traditam, & non anteà, deponi, & Auditori conſignari volumus, quódque Notarius depoſitionem, & conſignationem huiuſmodi in actis notare. & ſpecificare teneatur.

Officia verò Notariorum Rotæ non conferantur niſi perſonis peritis, & idoneis, quæ per ſeipſos illa exercere ſciant, & exerceant, niſi aliqua legitima cauſa impediantur. Nec eo caſu officia aliquibus attentare, aut ſubſtitutos deputare valeant, niſi à proprio Auditore approbati fuerint, qui inſuper de officio fideliter exercendo arbitrio Auditoris cauere debeant. Et pro ipſorum ſubſtitutorum facto Notarij ipſi, quoad intereſſe partium, tanquam principaliter obligati omninò teneantur.

Diſtrictiùs præcipientes modernis, & pro tempore exiſtentibus Auditoribus, & eorum Decano in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, & excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſq; noſtro & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis pœnis, vt præſentem conſtitutionem noſtram ſingulis annis in prima audientia, vnà cum aliis conſtitutionibus antiquis legi & publicari faciant, & illam, ac omnia & ſingula in ea contenta diligenter obſeruent: ab eorum Notariis, & aliis quatenus ad eos pertinet, obſeruari curent cum effectu.

Decernentes nihilominus irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his ab ipſis: vel quibuſuis aliis, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac ipſorum Auditorum Collegij, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & facultatibus, eiſdem Auditoribus, & Collegio, etiam motu proprio, & conſiſtorialiter, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, in genere vel in ſpecie, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, aut etiam nos conceſſis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus etiam ſi pro illorum derogatione, de illis, eorúmque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio habenda, ſeu quæuis alia exquiſita forma ſeruanda foret, tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi præfatis Auditoribus, vel quibuſuis aliter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Clauſulæ derogatoria.

Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam deducantur, nullúſque illarum ignorantiam prætendere valeat, volumus, & mandamus, illas in eiuſdem audientiæ Palatij noſtri, ac Cancellariæ Apoſtolicæ valuis, & acie Campi Floræ, per aliquos curſoribus noſtris affigi, & per aliquod temporis ſpatium, relicta ibidem earum copia affixa, detineri. & exinde omnes, & ſingulos quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, afficere, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, ſexto Cal. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno tertio.

XVII.

Reformatio Conclauis in electione Romani Pontificis.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN eligendis eccleſiarum Prælatis, quibus & humana & diuina miniſteria committuntur, quantam adhiberi curam oporteat, teſtantur patrum noſtrorum ſacratiſſimæ conſtitutiones, quas illi magna ſeueritate de Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum qualitate ediderunt propterea quod à bonis bona omnia videlicet charitas, vigilantia, eccleſiaſtica diſciplina, denique animarum eis commiſſarum ſalus proficiſceretur, à malis vero contra non niſi mala, nempe auaritia, negligentia, faſtus, & animarum periculum poſſit expectari. Quod ſi in quibuſlibet eccleſiarum Paſtoribus tantopere prouidendum eſt, ne quis aſſumatur indignus, maiorem certe, & perſpicaciorem diligentiam in Roman. Pontifice eligendo, qui cæteris Paſtoribus eſt præfuturus, & totius dominici gregis curam habiturus, oportet adhiberi. Hac ſancta meditatione permoti prædeceſſores noſtri, & præſertim fel. recor. Alexander III. Gregorius X. Clemenens V. Clemens VI & Iulius II. nonnullas conſtitutiones ſanxerunt ad prouidendum, vt ſummorum Pontificum electiones liberè, & rectè, & maturè fierent. Sed quoniam res humanæ ſemper in deterius prolabuntur, niſi ſit qui eas aſſiduè retineat & conſeruet, verendumque ſit ne aliquando propter earum conſtitutionum trangreſſionem ſuborti abuſus longius ſerpant & progrediantur. Nos quantum cum Deo poſſumus futuris caſibus & periculis occurrere volentes, eorundem prędeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, tum innouando, tum declarando, & pro rerum & temporum neceſſitate ſupplendo, de fratrum noſtrorum vnanimi conſilio atque aſſenſu definimus, ſtatuimus, & declaramus, vt cum Pontificem de hac vita migrare contigerit, Cardinales præſentes decem tantummodo diebus iuxtà dicti Gregorij prædeceſſoris conſtitutionem in Concilio Lugdunen. editam, Cardinales abſentes expectare teneantur, & interim ſolitas nouem continuorum dierum exequias omninò peragant, nec vllo prætextu vlterius differant. Et quid impedimento eſſe poſſit quominus exequiæ ipſæ nono die abſoluantur, ſi quandoque per obſeruantiam alicuius magni, & præcipui feſti Cardinalibus videretur officium exequiarum intermitti

Apoſtoli Petri ſucceſſor, Chriſti Vicarius præuia maxima diligētia eligendus eſt, ne quid perperam fiat in huius electione quod in animarum perniciem vergat.

Pontificum variæ cōſtitutiones circa maturā & integrā Pontificis electionem.

Nouemdialia & exequiæ ſumm. Pontificis.

debere,

debere, dies illi ſic intermiſſi innumerum nouem dierum nihilominus computari debeant, & impenſa quæ in eis pro exequiis facienda eſſet, inter pauperes Chriſti diſtribuatur. Ac vt ſuperfluis quoque ſumptibus, qui iam in immenſum excreuerunt, modus imponatur, funus ſimplicius quam conſueuerit fiat: ita vt illius ratione

Exequiarum & Pompæ funebris expenſa.

(pæter regalia Populo Romano præſtari ſolita) decem millium ducatorum ſummam, pannis lugubribus, & regalibus tam Camerarij & Clericorum ac aliorum Cameralium, quam aliorum quorumcunque miniſtrorum & officialium, ac aliis omnibus omninò computatis impenſa non excedat. Summa autem decem millium huiuſmodi vel ſi collegio viſum fuerit etiam minor, ac nullo modo maior, per tres Cardinales antiquiores vnum videlicet de quolibet ordine & Camerarium proportionabiliter pro rata diſtributionis alias fieri ſolitæ, inter prædictos

Poſt decem dies ab obitu Pontificis cõclaue ingredi debent Cardinales.

omnes & ſingulos diuidatur. Lapſis vero decem diebus à die obitus Pontificis, ingreſſus Conclauis nullatenus prorogetur aut differatur, ſed ſequentis die miſſa de Spiritu ſancto celebrata, ſiue Cardinales abſentes venerint ſiue non, qui fuerint, præſentes ſtatim Conclaue ingredi teneantur, & ingredientes ipſi abſque mora aliqua omiſſa omninò Capitulorum confectione primis diebus fieri ſolitorum, in electionis negotio procedant, & ſingulis diebus ſcrutinium fiat, & in primo ſcrutinio etiam accedere liceat. Si qui vero forte intrare voluerint, vel ingreſſi abſque manifeſta infirmitatis cauſa iuramento medicorum & à maiori parte Cardinalium per ſecreta ſuffragia approbata exiuerint, dictæ conſtitutionis Gregorij X. pœnam incurrant: Declarantes nihilominus quod poſtquam Card. præſentes aliis Cardinalibus etiam de latere Legatis, aut alia quacunque etiam publica cauſa etiam cum licentia ſummi Pontificis abſentibus vlterius non expectatis, poſt tamen

Cardinalium abſentia nec repugnari nec obeſſe debet Pontificis electioni.

lapſum dictorum decem dierum à morte Pontificis electionem ſiue intra ſiue extra Conclaue fecerint, electio ſic facta ex itineris aut alterius etiam probabilis, & notorij ipſorum Cardinalium abſentium impedimenti prætextu impugnari minime valeat, quum publica vtilitas ex matura electione proueniens cuius alteri rationi præferri debeat. Sedis autem vacatione durante, collegium Cardinalium in iis que ad Pontificem maximum dum viueret pertinebant, nullam omninò poteſtatem aut iuriſdictionem habeat, neque gratiam neque iuſtitiam faciendi, aut factam per pontificem mortuum executioni demandandi, ſeu ea omnia futuro Pontifici reſeruare teneatur, Neque de ſtatu temporali Romanæ Eccleſiæ, neque de pe

Poteſtas Cardinalium ad quæ extendatur ſede vacante.

cuniis Cameræ Apoſtolicæ aut Datarij, vel pro ſolutione debitorum ante obitum Pontificis quomodolibet contractorum, aut alias ex quauis (caſibus infraſcriptis duntaxat exceptis) quicquam diſponere, nec contra dictam Gregorij conſtitutionem pro ſe ipſis aliquid percipere, nec æs alienum vltra neceſſarios ſumptus præſentibus comprehenſos contrahere debeat, neque Camerarius, Theſaurarius, Datarius, Depoſitarius, Caſtellanus arcis ſancti Angeli, aut alij Officiales contra harum conſtitutionum tenorem, Collegio obedire teneantur, ſiue debeant: quinimo ſi eis in talibus obtemperauerint, aut ipſi Cardinales vel officiales eorum officiis contra præmiſſa aliquid attentare præſumpſerint, de ſuo proprio Cameræ apoſtolicæ plenariæ ſatisfacere, & pecunias erogatas reſtituere, ac quæuis damna ad eligendi Pontificis arbitrium reſarcire cogantur. Quod autem expendi poſſit erit præfata decem millium ducatorum ſumma. Illud item quod pro victu familiæ Pontificiæ ante Conclauis ingreſſum, ac poſt ingreſſum pro pauperum Officialium palatij tanquam per Camerarium & Priores ordinum deſcribendorum victu ac etiam pro eleemoſynis ſede vacante fieri conſuetis, Itemque pro defenſione terrarum Eccleſiæ vel partis earum; Necnon pro regalibus Populo Romano, & illius Magiſtratibus, ac cuſtodia Vrbis, & Conclauis, illiúſque prouiſionibus opportunis neceſſarium erit. Quæ vero impenſa pro defenſione terrarum, & locorum Eccleſiæ, & ſecuritate ac prouiſionibus Conclauis facienda ſit, Cardinales præſentes per ſecreta ſuffragia ordinare debeant, ita vt maioris partis ſententia obtineat id, quod obſeruandum erit, etiam in Gubernatoribus Vrbis tam vltra pontem, quam citra, & aliis Officialibus etiam pro ſtatus Eccleſiaſtici regimine ſi opus fuerit eligendis, Si vero vltra prædicta aliquod grande periculum immineret, cui omnibus & ſingulis Cardinalibus præſentibus iuxtà ordinationem Gregorij X. aut ſaltem duabus

duabus illorum tertiis partibus per ſecreta ſuffragia videretur celeriter occurrendum, tunc Collegium iuxta maioris partis ſententiam ſimiliter per ſecreta ſuffragia de remedio opportuno, ac prouide de neceſſaria impenſa prouidere poſſit &

Cura conclauis penes quos eſſe debeat.

debeat. Statuimus etiam quod tres Cardinales antiquiores, vnus videlicet ex quolibet ordine vna cum Camerario poſt Pontificis obitum, reliquos Cardinales congregandi, & occurrentes neceſſitates in congregationibus generalibus proponendi, & vt Conclaue bene vndique claudatur curandi ius habeant. Ipſorum autem officium tertia die poſt Conclauis ingreſſum omninò expiret, eorumque loco tres

Officiales cameræ incumbant ſede vacante exactionibus pecuniarum.

alij ſequentes in ordine, quolibet tertio quoque die, cum eodem Camerario in eadem poteſtate ſuccedant. Camerarij quoque, & maioris pœnitentiariæ officia, quæ etiam Sede vacante durante, ita durare decernimus, & declaramus, vt non ſolum ea que præſenti conſtitutione prohibetur, & quæ Pontifice viuente exercere non conſueuerunt, ſeu à quibus pro eiuſdem Pontificis reuerentia aut alias quomodolibet abſtinebant, minime vſurpent, ſed Camerarius, ac Præſidentes, & Clerici, aliíque Miniſtri & officiales Cameræ Apoſtolicæ exactioni pecuniarum eidem Cameræ debitarum, ac prouiſionibus ratione Sedis vacantis iuxta præmiſſa neceſſario faciendis duntaxat incumbere, & propterea à ſolutione debitorum ante Pontifici obitum contractorum, aut illorum declaratione, rationum ſolidatione, extractionibus frumentorum, remiſſionibus delictorum aſſecutionibus delinquentium & quibuſcunque aliis expeditionibus tam gratiam quam iuſtitiam, aut illarum

Reformatio Pœnitentiariæ habetur ſupra 436.

executionem quomodolibet concernentibus omninò abſtinere debeant. Pœnitentiarius verò & eius officiales ea tantum facere & expedire valeant, quæ ad forum conſcientiæ pertinet, in reliquis officium eorum conquieſcat. Itaque à quibuſcunque matrimonialibus, & aliis diſpenſationibus, ac abſolutionibus, & declarationibus, necnon quibuſuis aliis expeditionibus forum (quod aiunt) fori, mixtim, vel ſeparatim quomodolibet reſpicientibus omninò abſtineant, Alioquin in quibus tam Camerarius Pœnitentiarius, & alij prædicti etiam de licentia aut mandato totius Collegij contrafecerint, ea nulla, & irrita ſint, ac nemini ſuffragetur. Et nihilominus eorum exceſſus & inobedientiæ rationem, Pontificis arbitrio quandocunque

Extincto Pontifice, ceſſat Datarij officium.

reddere teneantur. Literis etiam noſtris ſuper reformatione Cameræ, & Pœnitentiariæ huiuſmodi editis in ſuo robore permanſuris. Datarij verò miniſterium per eiuſdem Pontificis obitum omninò expiret, ita vt non ſolum datas per eum antea notatas extendendi poteſtatem minime habeat, ſed quaſcunque ſupplicationes gratiarum, & iuſtitiæ penes eum, aut eius miniſtros adhuc exiſtentes etiam ſi datatæ fuerint, Collegio Cardinalium ſtatim ſub ſigillo clauſas præſentare teneatur futuro Pontifici reſeruandas. Quod ſi contra præmiſſa quicquam ad cuiuſuis etiam Cardinalis inſtantiam attentare præſumpſerit, irritum, & inane exiſtat, & nihilominus falſi crimen incurrat, illius rationem futuro Pontifici redditurus. Prohibentes inſuper ne Cardinales, & prælati Signaturæ gratiarum, & iuſtitiæ præfecti Sede vacante ſupplicationes & commiſſiones aliquas, etiam ſi ſupplicantes, paruas, vt moris eſt, antea obtinuerint, ſignare valeant, ſed officia eorum omninò ceſſare intelligantur. Quod ſi aliter fecerint, pro exceſſibus huiuſmodi futuri

Cellæ conclauis ſorte diſtributæ.

Pontificis arbitrio puniantur. Mandamus quoque quòd Cellæ conclauis Cardinalibus ſorte diſtribuantur, nec liceat eas etiam infirmitatis prætextu mutare, aut deſuper ædificare, vel illas dilatare, ſed quilibet, etiam Decanus, ſit ſua ſorte contentus. Poſt Conclauis verò ingreſſum interdicimus, & expreſsè prohibemus ſub

Vicinia conclauis periculoſa electioni, apud quod habitare nemini licet.

officiorum, & beneficiorum priuationis pœna, atque etiam ſub alia arbitio Gubernatoris ad cuſtodiam Conclauis deputari ſoliti infligenda, ne quis immediatè ſupra aut infra Conclaue, ſeu à lateribus habitare, vel morari poſſit. Quæ loca muris claudi, & à Præſidentibus cuſtodiæ Conclauis, ac à dicto Gubernatore ſæpius viſitari debeant. Et ſi qua fraus commiſſa fuerit, teneatur ipſe Gubernator ſub periurij pœna eo ipſo incurrenda, & alia arbitrio futuri Pontificis infligenda, delinquentes huiuſmodi Cardinalibus pro tempore deputatis reuelare, curareque, vt delin-

Viſitatores Cardinales locorum conclauis.

quentes ipſi carcerentur, & acriter. Teneantur quoque Cardinales pro tempore deputati cellas Cardinalium & alia Conclauis loca ſæpius viſitare, & diligenter perquirere ne in ipſius Conclauis muris, aut laquearibus ſeu pauimentis vetita foramina

ramina fiant, Et ſi quid tale deprehenſum fuerit, auctores priuationis officiorũ, & beneficiorum, ac aliis etiam corporalibus, & ſeueriſſimis pœnis Gubernatoris, ac etiam futuri Pontificis arbitrio afficiantur, & conſcij de præmiſſis eiſdem pœnis teneantur niſi ſtatim, ſi intra Conclaue fuerint, eiſdem Cardinalibus deputatis, ſi vero extrà conclaue Gubernatori, & prælatis præpoſitis reuelauerint.

Qui debeant famulari Cardinalibus in conclaui congregatis.

Qui quidem Gubernator, & prælati ſub periurij pœna in hoc inuigilare & opportunè prouiderè debeant. Quilibet autem Cardinalis in Conclaui duobus ſeruientibus Clericis, vel Laicis contentus ſit. Infirmis autem, & grauiter affectis à maiori parte Collegij per ſecreta ſuffragia tertius ad ſummum indulgeri poſſit. Qui ſeruientes familiares domeſtici, & continui commenſales ipſius Cardinalis, & ab anno ante fuiſſe & tunc eſſe debeant, & non mercatores, miniſtri principium, domini temporales & iuriſdictionem habentes, neque fratres aut nepotes Cardinalium, etiam ſi expenſis eorum viuerent.

Et de qualitatibus Conclauiſtarum Cardinales deputati ante Conclauis ingreſſum diligenter inquiſitionem habere, & eos approbare, ac poſt ingreſſum denuo diligenter prouidere debeant. Sacriſta quoque cum vno clerico coadiutore in officio Sacriſtæ, duo quoque Magiſtri ceremoniarum Conclaue ingrediantur Miſſis celebrandis, & aliis quæ ad ipſos pertinent vacaturi. Adſit præterea vnus religioſus pro confeſſionibus audiendis à maiori parte Cardinalium per ſecreta ſuffragia eligendus, vnus collegij Secretarius tantum, Duo Medici, vnus Chirurgus, vnus

Probatio Conclauiſtarum.

Aromatarius cum vno, aut duobus ſeruientibus, vnus Faber lignarius, vnus Cementarius, duo Barbitonſores, cum vno aut duobus ſeruientibus. Item octo aut decem ſeruientes publicæ vtilitati, & commoditati omnium, veluti pro lignis portandis, pro verrendo Conclaue, & ſimilibus neceſſariis miniſtrandis, qui omnes à Collegio Cardinalium, non tamen ex familia alicuius Cardinalis, per fabas ſecretas eligantur: ita tamen vt is obtineat, qui plura vota tulerit, & eis ſalaria de publico perſoluantur.

Quæ perſonæ immorari poſſint in conclaui.

Quod ſi vltra præfatas perſonas, in Conclaui aliquis inuentus fuerit, expelli ſtatim debeat. Et ſi quis vſpiam ſe occultaſſe deprehendatur, ignominioſè expellatur, & infamia notetur, & officiis atque beneficiis priuetur, conſcij verò ſub eadem pœna illos Collegio reuelare teneantur', præmium reportaturi ſi indicauerint. Clauſo Conclaui nulli ad colloquium etiam extra portam Conclauis etiam Principum oratores, niſi ex magna, & vrgenti cauſa à maioi parte Collegij approbanda admittatur. Et ſi quis forte (quod abſit) clam ipſum Conclaue, & aliunde quam per oſtium ingrediatur, omni honore gradu ac officio & beneficio ipſo facto

Pœna ingredientium conclaue clauſum.

priuatus exiſtat, & tradatur curiæ ſæculari acerrimis pœnis puniendus. Litteras vero aut cuiuſuis generis ſcripta ad eos, qui in Conclaui erunt, ſeu nuncium vel notam, aut ſignum mittere, ſeu recipere, aut contra, è Conclaui ad eos, qui foris erunt, vllo modo liceat, qui contrafecerint, quacunque dignitate etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, pœnæ excommunicationis latæ ſententiæ ſubiaceant, abſoluendi facultate præterquam in mortis articulo, ſoli Pontifici maximo reſeruata, à quo nihilominus pro qualitate delicti vltra dictam excommunicationis pœnam puniendi erunt. Prohibentes etiam ſuper futura electione Pontificis ſponſiones, quas excommiſſas vocant, fieri, & ſi forte contra præſentium tenorem factæ fuerint, illas nullas, & irritas in iudicio, & extra fore, & omninò cenſeri, & contrafacientes ac proxenetas arbitrio Gubernatoris, & futuri Pontificis puniri debere decernimus, Cardinales autem primo ipſo die quo Conclaue ingreſſi fue-

Literæ & epiſtolæ non mittantur.

rint, tam in prandio, quam in cœna vno ſolo ferculo vnius ſpeciei tantum cóque moderato, & alias iuxtà conſtitutionem præfati Clementis VI. qualificato contenti ſint, & eſſe debeant nec quiſquam in alterius cella, vel de alterius ferculo veſcatur. Prælati quoque ad cuſtodiam Conclauis deputati ſub pœna periurij, & ſuſpenſionis à diuinis, maxima & exquiſita diligentia vtantur in inſpiciendis ac perſcrutandis epulis & aliis rebus ac perſonis Conclaue intrantibus, & de eo exeuntibus ne ſub earum rerum velamine litteræ aut notæ vel ſigna aliqua tranſmittantur Quod ſi tale quid inuentum fuerit, familiares Cardinalium aut alij delinquentes pœnam priuationis officiorum, & beneficiorum, ac inhabilitatis ad obtenta, & obtinenda incurrant, Et vlterius per Gubernatorem carceribus mancipentur, ex inde man

Cuſtodes conclaui curent ne ſub epulis & aliis literæ &c. mandentur.

de mandato noui Pontificis minimè relaxandi, ſed eius arbitrio acrius puniendi, omni facultate collegio Cardinalium in fauorem quorumcunque qui in præmiſſis, vel eorum aliquo deliquerint omninò interdicta. Conclauiſtæ vero & quicunque alij ſeruientes conclaue ex cauſa infirmitatis manifeſtæ, & notabilis à medicis medio iuramento probatæ, & de conſenſu deputatorum, quorum etiam conſcientiam deſuper oneramus, & non aliter exituri nullo modo reuerti poſſint, ſed eorum loco alij eodem prorſus tempore, quo infirmi exibunt, ingrediantur. Statuimus etiam, & declaramus, quod ſi forte aliquis Cardinalis ſaltem in Diaconatus ordine conſtitutus non fuerit, is nullatenus ad eligendum admitti debeat.

Egredientibus conclaue ingreſſus iterum non pateant fores.

Cardinales autem per viſcera miſericordiæ Domini Noſtri Ieſu Chriſti enixè rogamus, & hortamur, ac eis nihilominus ſub diuini interminatione Iudicij præcipimus, & mandamus, vt attendentes magnitudinem miniſterij quod per eos tractatur, in dandis ſuffragiis, ac aliis omnibus & ſingulis electionem quomodolibet concernentibus, omni dolo ac fraude, factionibus & animorum paſſionibus remotis: ac principium ſæcularium interceſſionibus, cæteríſque mundanis reſpectibus minimè attentis, ſed ſolum Deum præoculis habentes, ſeſe purè liberè, ſincerè, quiete, & pacificè gerere, & habere debeant, Nec pro ipſius Pontificis electione conſpirationes condicta pactiones. & alios illicitos tractatus inire, ſigna, aut contra ſigna votorum ſuorum alteri dare, mináſve aliquibus inferre, tumultus excitare, aut alia facere per quæ electio retardetur, vel minus liberè ſuffragia præſtentur per ſe, vel alium directè, vel indirectè, quouis colore, vel ingenio audeant vel præſumant.

Cardinales in Diaconatus ordine conſtituti ad eligendum vocem non habeãt.

Quod ſi ſecus fecerint, aut contra prohibita in præſenti conſtitutione aliquid admiſerint, vltra diuinam vltionem, arbitrio futuri Pontificis pro modo culpæ in eos quandocunque animaduerti poſſit. Quia vero parum eſſet iura condere, niſi forent qui executioni ea demandarent, ſtatuimus, & ordinamus, vt Prælati, Rectores, Officiales Vrbis, ac Principum Oratores, illuſtres viri, quos omnes à Collegio pro cuſtodia conclauis eligi continget (eligere autem Collegium debebit eos qui ad id magis idonei videbuntur) præmiſſa omnia plene, & inuiolabiliter ac ſine fraude, & dolo aliquo obſeruari faciant, de quo corporale iuramentum coram ipſo collegio ante ingreſſum conclauis, & quoties opus fuerit, præſtare teneantur: quæ

Conclauis cuſtodes præmiſſa faciant ſeruari.

quidem niſi fecerint, vel ſi in eis dolum, & fraudem commiſerint, prædictas pœnas & cæteras in dicta conſtitutione Gregorij X. contentas incurrant. Volumus autem neque per Prælatos, neque per Rectores aut officiales præfatos vtlra quam præmittitur, Cardinales arctari, neque præſentes has noſtras conſtitutiones per Collegium Cardinalium vllo modo alterari corrigi aut immutari poſſe, ſed illas coram omnibus de verbo ad verbum in prima congregatione poſt obitum Pontificis fieri ſolita, & deinde poſt conclauis ingreſſum legi, & iurari eo modo

Cardinales immutare non poſſunt hanc conſtitutionem.

quo leguntur, & iurantur conſtitutiones Iulij II & aliorum prædeceſſorum, noſtrorum quorum conſtitutionibus, & pœnis in eis contentis vltra præmiſſa per hanc noſtram conſtitutionem derogare non intendimus, ſed magis eas confirmare innouare & comprobare. Et ne diſſentionis occaſio aut ſchiſmatis oriatur volumus cenſurarum, & excommunicationum præfatarum, & aliarum quarumcunque prætextu Cardinales à Pontificis electione actiuè, vel paſſiuè excludi nullo mo-

Excõmunicationes ſuſpenduntur ne differatur effectus electionis.

do poſſe: quaſquidem excommunicationes, & cenſuras ad electionis effectum tantum, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſuſpendimus, & ſuſpenſas eſſe volumus, & declaramus. Decernentes quoque excommunicationes, & cenſuras ipſas eum ſolum afficere, qui deliquerit, non autem alios conclaui durante cum eo conuerſantes, Ac præſentes noſtras vbicunque electionem ſummi Pontificis etiam extra Vrbem fieri contingerit, locum habere & obſeruari debere Ac inſuper illas in valuis

Forma & effectus publicationis.

baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ apoſtolicæ, ac in acie campi Floræ per aliquos curſores noſtros legi, & publicari, ac illorum copiam ibidem affixam dimitti, & deinceps omnes & ſingulos Cardinales etiam abſentes & præſentes, & futuros, & alios quoſcunque quorum intereſt vel intereſſe potirit quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullumque earum ignorantiam prætendere poſſe, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent præmiſſis ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteríſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nulli

ergo,&c. Si quis autem,&c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo Septimo Id. Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Leges quæ in Comitiis Romani Pontificis ſeruari debent ſuperius ſub Gregorio X. enarrauimus, ſed prætermiſſa eſt ratio cur conclauis vſus in creatione Romani Pontificis inuentus fuerit. Anno Dominicæ natiuitatis M.CCLXVIII. Clemēs Papa IIII. Viterbij, vbi cum curia ſua toto penè ſui pontificatus tempore permanſerat, in die Sanctæ Cæciliæ ægrotare cœpit, & octauo die poſt morbū, ſenióque confectus iij Kalend. Decembris obiit. Cuius cadauer honorificè ad Eccleſiam Prædicatorum ſanctæ Mariæ ad gradus Viterbij ſepultum eſt. Quo mortuo vacauit ſedes propter Cardinalium diſcordiam annos duos, menſes IX. & dies. Eo porro vita functa, Cardinales, qui tunc in curia Romana præſentes erant numero XVII in creatione futuri Pontificis diſſentire cœperunt, electioniſque ratio adeò diſcordiis agitata eſt, vt propè in triennium protraheretur. Sæpius ſiquidem congregati, negocium conficere nulla ratione valuere, dum vnuſquiſque ipſorum ad pontificatum aſpirans, nemini cedere vellet. Eo autem tempore nequaquam, vt nunc conſuetudo eſt, cardinales in conclaui recludebantur, ſed ſummo mane ſingulis diebus, ſi Romæ erant, Laterani: vel in baſilica ſancti Petri, aut alibi prout occaſio ſeſe offerebat: ſin autem extra vrbem, in Eccleſia Cathedrali illius ciuitatis, in qua tunc commorabatur, vnà conueniebant, perinde ac noſtro tempore faciunt cùm congregationem ſunt habituri, de Romani Pontificis electione tractantes. Innocentius V. primus in conclaui Papa renunciatus eſt, è præclaro fratrum prædicatorum ordine aſſumptus.

XVIII.

Naturalium ſpuriorum legitimationes annullantur & reuocatio facultatum eo modo legitimandi.

Comitum Palatinorum in legitimandis illegitimis non vulgare eſt priuilegium. Clericorum enim filij natalibus poſſunt reſtitui à Comite Palatino facultatē natalibus reſtituendi ab Imperatore adepto vt refert Socin. in conſil. 65. Curt. Iun. conſ. 84. nu. 7. Non poſſe autem quempiam legitimare niſi in ſuo priuilegio ſpecifica legeretur facultas ipſos legitimandi. l. Iubemus C. de emancipat. liber. arguendo de emācipatione ad legitimationem quod argumentum ſecundum cōmunem doct. ſententiam receptum eſt: Iaſon in Conſil. 184. in 2. vol. & conſ. 40. in 3. vol.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

QVAMVIS à ſede Apoſtolica ad quam negotiorum multitudo vndique confluit, curis continuò plena innumeris, nonnulla interdum ex quibuſdam cauſis aliquando per occupationem, ac importunam petentium inſtantiam concedantur, quæ in alieni iuris præiudicium tendunt & detrimentum, non debet reprehenſibile videri ſi Rom. Pontifex ad cuius prouidentiam pro debito paſtoralis officij ſpectat ſuper his debitè prouidere, illa rationabilibus, & iuridicis cauſis maturis, & attentius deinde cognitis quandoque reuocat, & annullat, ac in ſtatum redigit rationis. Sane cum fide digna plurimorum relatione non ſine animi noſtri moleſtia intellexerimus nonullos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac prætextu quorundam ſibi conceſſarum facultatum Comites Palatinos, & alios multos ſpurios & naturales, & forſan inceſtuoſos etiam in præiudicium venientium ab inteſtato, & vocatorum ex teſtamento ad fideicommiſſa, ac hæreditates, & legata, vel donationes ita legitimaſſe, vt in huiuſmodi fideicommiſſis hæreditatibus aut legatis, vel donationibus, non obſtantibus teſtatorum voluntatibus ſuccedant, ac proinde variæ contentiones, & ſcandala in graue multorum præiudicium, ac animarum iacturam hactenus exorta ſint, & in preſentiarum exoriantur. Nos illa vtpote contrarius, & æquum exiſtentia ne de cætero fiant opportune prouidere, necnon eorum quos hoc ipſum tangit, ac tangere poterit, quomodolibet in futurum indemnitati conſulere volentes, Motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas legitimationes de quibuſcunque naturalibus ſpuriis per Romanos Pontifices prædeceſſores præfatos, ac Comites Palatinos huiuſmodi, & quoſcunque alios ad id facultatem habentes in præiudicium vocatorum ex fideicommiſſo, aut teſtamento, vel quauis alia valida tamen diſpoſitione, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis verborum formis, & expreſſionibus, ac efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & etiam irritantibus decretis, etiam Motu ſimili, etiam Conſiſtorialiter, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam cum derogatione Regulæ, ſeu Conſtitutionis de non tollendo iure quæſito, ac aliis cautelis quomodolibet factas (nondum tamen adhuc viuentibus, vltimis bonorum huiuſmodi poſſeſſoribus Per quorum obitum ad legitimos prędictos deuolui deberent, effectum ſortitas, nec ius inde conſecutas) necnon eorundem Comitum Palatinorum, & aliorum facultates legitimandi habentium ad hoc tantum vt deinceps tales legitimationes in præiudicium fideicommiſſorum, & aliarum diſpoſitionum huiuſmodi facere non poſſint, auctoritate apoſtolica tenore præſentium perpetuò reuocamus, caſſamus, & annullamus. Necnon quaſcunque lites, & controuerſias quas illarum ſtatus, & cauſarum merita, nomináque, & cognomina Iudicum, & colligitantium, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, in Romana Curia, vel extra eam ſuper præmiſſis motas, & indeciſas pendentes, in ſtatu, & terminis in quibus reperiuntur harum ſerie ad nos aduocamus, caſſamus, & extinguimus. Necnon partibus litigantibus, & Iudicibus coram quibus illæ pependerunt, ſeu forſan adhuc pendent indeciſæ perpetuum ſilentium imponimus iuxta declarationem prædictam, ac imponi volumus, & mandamus: Diſtrictius inhibentes eiſdem Iudicibus ne in eiſdem cauſis, necnon Comitibus Palatinis, ac aliis facultatem legitimandi huiuſmodi habentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub noſtræ indignationis quo ad Comites, & alios facultatem legitimandi huiuſmodi etiam aliter quam vt præfertur habentes, & aliorum quorumcunque illorum facultatum, priuilegiorum, & indultorum caſſationis, annullationis, & totalis reuocationis, necnon decem millium ducatorum auri de Camera quoties contrauenerint, ipſi Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnis ſimilibus de legitimationibus deinceps ſe reſpectiuè contra diſpoſitionem, & declarationem noſtram huiuſmodi intromittere quoquomodo audeant ſeu præſumant. Decernentes Comites Palatinos, & alios quoſcunque legitimandi facultatem habentes, vt præfertur, nullas in præiudicium fideicommiſſorum, & voluntatem teſtatorum huiuſmodi legitimationes in poſterum facere poſſe, & aliter factas, & forſan faciendas iuxta diſpoſitionem, & declarationem noſtram huiuſmodi reſtringi, & limitari, Ac ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſeu eorum Locatenentes, ac S.R.E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate interpretari, iudicari & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à dictis Comitibus, & Iudicibus, vel quibuſuis aliis quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quæſito, quatenus opus ſit, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ac prædictis, & quibuſuis aliis facultatibus, priuilegiis, indultis, & literis apoſtolicis eiſdem Comitibus Palatinis, quibuſuis aliis, etiam pari Motu, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à prædicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem & qualibet alia dictę ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus huiuſmodi literarum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Vt autem pręſentes literę ad omnium notitiam deducantur, nec aliqui de illis ignorantiam aliquam prętendere valeant, vel allegare, volumus ipſas pręſentes literas quo ad legitimationes apoſtolica auctoritate factas vbiuis locorum, quo vero ad illas quę ex imperiali conceſſione factę fuerunt, in terris nobis, & Romanę Eccleſię mediatè & immediatè ſubiectis, in caſibus in quibus illa in Terris huiuſmodi, de iure fieri permittitur, locum habere, & effectum ſortiri debere necnon in valuis Cancellarię Apoſtolicę, ac acie Campi Florę affigi, & publicari, ac eos quos concernunt perinde arctare, ac ſi eis perſonaliter intimatę forent, cum non ſit veriſimile apud eos remanere incognitum quod tam patenter extitit publicatum. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Kal. Ianuar. Pontif. noſtri anno tertio.

Annullantur legitimationes de naturalibus ſpurius factæ in præiudicium vocatorum ex teſtamento dummodo non ſint ſortitæ effectum. Reuocantur quoq; *facultates legitimandi in præiudicium vocatorum ex teſtamento.*

Comites Palatini non poſſunt legitimare contra formulam huius conſtitutionis.

Decretum irritans, & Clauſula derogatoria

In terris Romanæ Eccleſiæ ſubiectis potentior eſt huius conſtitutionis effectus.

Quamuis hæc conſtitutio nõ vbiq; ſuos ſortiatur effectus, eius tamẽ æquitas multorũ iudicio firmata facit vt de legitimatione paucula quædam ſubiiciam. Primùm ergo inueſtigabimur, quibus conceſſa ſit auctoritas obſcuros natales illuſtrandi aut legitimandi ſpurios. Summus Pontifex matrimonium prohibitum iure canonico ſua diſpenſatione ratum faciens, videtur prolem ex eos ſuſceptam legitimam reddere cap .referente, vbi gloſſa.verſ.promiſſionem.qui filij ſint legitimi.

Matrimonium contractum vbi de eius validitate plures dubitant, diſcutit dubia illa omnia, ſi Pontificio diplomate pro legitimo habeatur, illiúſque proles legitima dicitur, q.quod nobis.qui filij ſint legitimi.

Diſpenſatio Summi Pontificis legitimans matrimoniũ, in gradibus prohibitis filios etiam hinc ſuſceptos legitimat, ante illam approbationem, ſi eius mentio Principi fiet. Princeps enim vt doctè ſentit Couarruuias qui matrimonium ratum habet, ita coniugium approbat, ac ſi ab initio nulla extante prohibitione contractum fuiſſet, vnde liquido ſequitur prolẽ coniugio adhærentem legitimam eſſe. Ex eo etiam quod legitimũ conſtituit illud matrimonium idem efficit, ac ſi à tempore cõtract. probatus fuiſſet Abb. in c per venerabilem.nu.22. Ant.in tract. de legitimatione lib.col.6. Sic videmus legitimationem factam approbatione matrimonij eſſe validiorem & efficaciorem aliis legitimationibus. Bur.conſ.18.nu.8. & 23. doct.in c tanta. ext.qui filij ſint legit. vbi etiam dicit iſtam legitimationem eſſe fortiorem ea, quæ fit reſcripto ſequitur Menoch conſ.174.nu.14.lib.2. hanc materiam vltra alios, & ab eis ſelectos pertractant Petr. Duen. Reg. CCCL. Ant. Gabr. in tit. de legit. Rolan.à Vall. conſ.vlt.lib.2. Menoch.conſ.16.lib.1.& conſ.174.lib.2 Bur.conſ.10.conſ.12.& conſ.16. Villalobos in ver. legitimus. Viu.in verſ.filij nati, ex legitimo matrimonio. Soarez in verſ. legitimatus ob matrimonium.

Ius pariter legitimandi competit Regi vel Principi eos qui eius imperio ſubiiciuntur. Nam Princeps minimè poteſt natalibus reſtituere, vel legitimum efficere ſibi non ſubditum, quo ad bona intra alterius imperij, aut regni fines exiſtentia. Iura enim docent neminem poſſe erga ſubditum voluntariam exercere iuriſdictionem reſpectu rei quæ extra ipſius iuriſdictionem exiſtit, vt acutè ſcribit Ludouicus Gomez in cap. fin. § fin.nu.16. de conſtitutionibus.in 6. Domin.in c, cum ex eo. in gl. ſubiectos de elect.in 6.

Papa vrgentiſſima ratione tum publicæ vtilitatis cauſa & Chriſtianæ Religionis commodo ductus ſecularis ſubditum legitimum reddere, etiam quo ad munera & bona temporalia poteſt, vt habetur in c. venerabilem Id autem leui cauſa ciuilis iuriſdictionis præſtare nequit. Nicolaus de Vbaldis in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. fol.11.col.3.

Clericus ſacris ordinibus candidatus in iis quæ ſpectant ad iura hæreditatis paternæ legitimationem à Principe ſæculari obtinere poteſt ea ratione quod legitimatio ſit actus ipſius Principis. Bart. in l. Gallus. § forſitan ff. de legitim. & poſſibum Paulus in l. poſthumos. ff. ibidem. Quorum ſententia licet à multis oppugnetur tutiſſima manet.

Poſtremò Princeps filios, tanquam ſubditos filij ſplendorem natalium augere poteſt. d.c. per venerabilem. § inſuper. E contrario qui Cæſari vel Regi ſubeſt, & ab eo poteſtatem habet legitimandi, filium legitimare non poteſt, niſi particulari priuilegio ac licentia id valeat. Decius in cap.3. de probationibus.& in l. qui iuriſdictionem.

Qua via & methodo conſequatur legitimatio, diſſeritur variis modis. Primùm cum filij illegitimi poſtulatur legitimatio apud Principem, nihil negligendum ex his quæ vel Principem ad denegandam natalium reſtitutionem, vel eum auertere à facili, & forſan neglecta, ac minimè circunſpecta conceſſione flectere poſſent. Cum enim iuſta trutina librantur poſtulata eò faciliùs vel voti compos efficitur qui iuſta; vel repulſam patitur qui iniqua poſtulat. Qua de cauſa qualitas legitimandi genus, patria, exprimenda eſt, Nimirùm an ſit naturalis vel ſpurius, vel inceſtuoſus ne priuilegium legitimationis iniuria extorqueatur, aut ſurreptitium videatur, vt præclarè decretum eſt apud Paulum. ibi in l. ſed ſi hac. § patronum ff. de in ius voc. & in c. per venerabilem. col. penul. & fin. qui filij ſint leg. Oldr. 247 Alb. in rub. C. de nat. lib. Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. nu.38. Nicol. de Vbal. de ſucceſſion. ab inteſt. fol.10.col.4. Ant. in d.c. per venerabilem. nu.15. & ibi Abb. nu.27. Ant Roſel. de legitimation. fol.14.c. de cauſa formali. col.3. & eſſe hanc communem opinionem teſtatur additio ad Marti. Laud. in tract. de legitimat. fol. paruo 10.col.1. Qualitates autem illæ ſpecialiter & particulariter non in generè enucleentur, vt affirmarunt Bal. in l. eam quam, col.12. C. fideicom. Alex. conſ.195.nu.5.6.lib.2. Fel. c. poſtulaſti, num.2. vbi latè declarat, de reſcript. Iaſ.

Iaſ. conſ.11 col.1. ver. tertio dicta. lib.3. Soc. ſen. conſ.47.num.26. & num. 40 lib.4. Decius conſ.579. num.4. Soc. iun. conſ.99.num.38.lib.2. Marſil. ſing. 492. in legitimatione. Ripa l. ex facto. § ſi quis rogatus.num.2. ad Trebel. & Rolan. à Valle conſ.89.num.40.lib. 1. His accedit Ant. Roſell. tracta. de legitimat. Magni ſiquidẽ ſunt ponderis notæ illæ ad legitimationis priuilegiũ, Illius enim vana eſt legitimatio qui in inceſtu natus ſpurietatis qualitates nõ expreſſit. Bald. d.l. eam quam. in 8. col. verſ. ſed pone quidam. C. de fideicommiſſis. Si quis enim impetrauit à Principe ſe legitimari dicens ſe natum ex congreſſu ſoluti & ſolutæ cum eſſet natus ex adulterio, talis legitimatio iure nõ conſtat Bal. in l. præſcrip. verſ. ego dico. in 5. col. Opus eſt etiam narrare ſpuriorum parentem quod concubinam ex qua legitimandum ſuſcepit non poſſit in vxorem ducere iuſta impediente cauſa. Ruinus conſ.66.nu.27. in fine, lib.3. inquit eſſe etiam narrandam qualitatem matris filij legitimandi, an ſit ex plebeia vel nobili ſtirpe oriunda.

Multi qui in hac legitimatione iampridem laborarunt hanc potiſſimum quæſtionem agitarunt vtrum in legitimatione concedenda à Principe ſint cognati, agnati ve ipſius parentis conuocandi ſint. In hanc autem communem ſententiam deuenerũt: Agnatorum neque cognatorum citatio, vel conſenſus non requiritur in legitimationem quam pater ſuo conſenſu poteſt & probat. His enim pro voluntatis arbitrio liberè bona propria diſtribuere poſſit. Nec quippiam videtur eſſe iniurius ſi filium proprium cõſentiat à Principe legitimum fieri. Bart. l. Gallus. § & quid ſi tantum. ff. de liberis & poſthumis. Curt. Iun. conſ.70.nu.1. conſ.157. nu.3. Iaſ. conſ.10.lib.3. Boer. deciſ.121. Tiraq. in l. ſi vnquam. verſ. ſuſceperit. nu.53. de reuo. dona. Soc. conſ.42. in præſenti conſultatione. vol. 4. Dec. conſ.367. incip. viſo puncto. circa fin. & in conſ.307. viſo puncto. circa prin. & conſ.698. in cauſa Soc Iun. conſ.142. vol.1. Vbi autem legitimatio fit ſtantibus filiis legitimis, & naturalibus: quia de ipſis debet fieri mentio: quinimò eis inuitis, legitimatio fieri non poteſt, cùm ſoleat fieri tantum in defectum legitimorum. Dec. ibidem Bart. in l. Gallus. § quidam rectè ff. de liber. & poſthum. cuius opinionem communiter approbari aſſerit Soc. conſ. 226. in 2. vol. nu.3. & eo caſu poteſt quis in legitimatione filij ſui præiudicare ſuis agnatis, cognatis & conſanguineis etiam non citatis, cùm liberum erat ipſi patri illos omnes conſanguineos ſuos à ſucceſſione ſua excludere, & extraneis ſua bona relinquere. Soc. conſ.251. nu.11. vol.2. niſi adeſſent filij legitimi & naturales: nam tunc eis inuitis non poſſet filius naturalis legitimari. auth. item ſi quis. C. de natura. liber. Bald. in l. nam ita ff. de adop. quod Iaſ. videtur approbare in d. § & quid ſi tantùm. & hæc etiam procedunt in filio ſpurio, qui ad patris requiſitionem poterit legitimari etiam cognatis, agnatis, & aliis conſanguineis non citatis, vbi nulli ſunt liberi legitimi & naturales.

Deinde antequam progrediantur legitimationis cœpta vlterius citandus eſt ſub illa conditione, ſi ſine liberis inſtitutus pater illegitimi deceſſerit: cùm illegitimatus hunc ſubſtitutum excludat: vt docet Couarr. Illa etenim bona, quæ pater obtinet, non ſunt eius liberæ diſpoſitioni ſubiecta: ſed omninò ſunt reſtituenda ſubſtituto, hanc igitur illationem probat Anch. conſ 427. Alex. conſ.67. in 1. vol. & eſt communis opi. ſecundùm Deci. conſ.85 col. pen. & Crot. tum in d. § & quid ſi tantum. fol 12. col.2. qui eam ſequuntur. Iaſ. tamen ibi col. pen. contrarium tenet ex eo, quod ſi vera eſſet communis opinio, nunquam locus eſſet legitimato, excluſo ſubſtituto: cùm ſubſtitutus vocatus minimè conſentiret reſtitutioni natalium. Ego verò non conſulerem principi, vt illegitimum legitimum efficiat in præiudicium ſubſtituti, nihilominus tamen conſenſus ſubſtituti non erit neceſſarius, etiam ſi citandus ſit, vnde ceſſat ratio Iaſ. Cuius opinio: etiam ſi vera foret aduerſus communem, non tamen negat in reſcripto huius legitimationis fore neceſſariam mentionem huius ſubſtitutionis: quod Carol. Ruinus ſenſit in d. § & quid ſi tantum. ad fin.

Porrò, quod modo diximus, viuente patre, legitimationem fieri poſſe, non vocatis ipſius patris inteſtati hæredibus, ſeu ſucceſſoribus: eſt etiam intelligendum, ſi mortuo patre legitimatio fiat, ex præuia tamen ipſius patris voluntate, quod Bart. notat in d. § & quid ſi tantum. in fin. quem alij ibi ſequuntur. probat text. in auth. item ſine C. de natur. libe. Bar. in l.2. col. 3. ff. de vulga. l.6. tit.15. par.4.

Supereſt vt videamus quibus fulchris conſtet & firma permaneat, nulliſq; pedibus claudicet legitimatio & vtrum legitimatus ſit verè legitimus originali legitimitate, quæ ex matrimonio deſcendit. Qua in re conſulendus eſt Menochius qui Conſ. CCLXVI. nu. 50. contrarium aſſerit, cum lex vtatur in hoc fictione. Quia efficere non poteſt, quod verè ſi e

natus ex coniunctione matrimonij, qui non fuit natus: ſed tamen eum lex habet pro tali. Ita procedit opinio eorum, qui dixerunt: legitimatum non eſſe verè & propriè legitimum: ij ſanè intelligendi ſunt, vt loquantur reſpectu legitimitatis ordinariæ. Aliud occurrit dubium an legitimatus ſit verè legitimus vt legitimitas ſit actus iuris ciuilis (nihil enim aliud eſt legitimum eſſe quam eſſe habilem ad ea quæ ſunt de iure ciuili) & tunc dicendum eſt legitimatum eſſe verè legitimum: cum habilitatem hanc concedere poßit Princeps, ſicuti videmus Principem poſſe facere filium adoptiuum verè legitimum abſque vllo naturæ primordio. Et ob id (ſubiungit Natta) dicere poſſumus, quod legitimatus ſecundum veritatem eſt legitimus ſecundum fictionem verò eſt legitimè natus.

Axioma ſingulare ex iuris adytis ſubiiciam quod ſuperiora omnia complectitur. In præiudicium legitimorum filiorum legitimatio non valet. Idcirco optimè additur reſcripto legitimationis hæc clauſula. Sine præiudicio eorum qui inteſtato ſucceſſuri ſunt. *Quæ tamen paulo accuratius conſiderata hoc innuere videtur vt legitimatis ex teſtamento admittatur attamen mortuo patre inteſtato excludatur ab agnatis & cognatis intra quartum gradum cæteros verò vxorē & fiſcum ipſe filius excludat. Huic ſententiæ calculum dederunt Nicol. de de Vbal. in tract. de ſucceß ab inteſt. fol. 12. col 3. & 4. Corn. conſ. 3. in 1. vol. Decius. Conſ. 338. col. 3. & conſ. 393. col. 2. & Soci. Iun. conſ. 97. num. 43. & conſ. 126. num. 21. lib. 2.*

XIX.

Deciſio & ſententia litis Canonicorum regularium ordinis S. Auguſtini congregationis Lateranenſis aduerſus Monachos *ordinis* S. *Benedicti congregationis Caſſinenſ. alias* S. *Iuſtinæ de* Padua, *pro præcedentiæ authoritate.*

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

Antiquum litigium Canonicorum regulariū Diui Auguſtini & monachorum S. Benedicti ſuper præcedentia.

SEDIS Apoſtolicæ prouidentia circunſpecta, ne rurſus ea quæ in controuerſiis inter perſonas Eccleſiaſticas, præſertim Altiſſimo ſub regulari profeſſione famulantes exortis, pro tranquillo Religionis ſtatu prudenter ordinauit in moleſtos contentionis anfractus relabantur, maiorem ſolet, dum id res ipſa requirit; adhibere cautionem, Sane nuper poſtquam ſicut nobis innotuerat; ab antiquis vſque temporibus etiam ſuprà 100. annos retroactos, lis & cauſa ſeu controuerſia inter dilectos filios Rectorem Generalem & Canonicos Regulares S. Auguſtini congregationis Lateranenſis ex vna, ac Monachos S. Benedicti Ordinis Caſſinen. alias Sanctæ Iuſtinæ de Padua congregationum partibus ex altera, Super illorum præcedentia ſeu iure præcedendi ſuborta, & coram diuerſis iudicibus in noſtro Palatij Apoſtolici auditorio ventilata, ac demum non ſine animi noſtri moleſtia in œcumenico Concilio Tridentino, inter earundem congregationum Abbates renouata fruerat: Nos conſiderantes lites, & controuerſias huiuſmodi in Eccleſia præſertim inter Religioſas, & reformatas perſonas quæ relictis mundi vanitatibus votum ſuum humilitatis ſpiritu, domino, & Deo noſtro, qui ſe pro nobis vſque adeo humiliauit, vt formam ſerui acciperet, profoluere profitentur, non modicum illi præclaræ Deoque præcipue dilectæ virtuti, quæ eſt humilitas, labem infundere, populóque ſcandalum generare, ac propterea illas omni ratione ſubmouendas publicæque religionis tranquillitati, ac miniſtrorum Dei reconciliationi, & mutuæ dilectioni quamprimum conſulendum eſſe rati. Motu proprio dictas cauſas, & controuerſias vbilibet, & coram quibuſuis iudicibus motas & in quibuſuis inſtantiis indeciſas pendentes, ab eiſdem iudicibus ad nos auocauimus illaſque dilectis filiis noſtris Ioanni Michaeli Sanctæ Anaſtaſiæ Saraceno, Ioanni Baptiſt. S. Clementis Cicadæ, ac Bernardino Scoto, nuncupatis S.R.E. Preſbyteris Card audiendas cognoſcendas & decidendas per quandam motus proprij ſchedulam, & inde illas per aliud noſtrum reſcriptum eiſdem Cardinalibus per eos audiendas tantum, nobiſque referendas commiſimus. Qui quidem Cardinales dictis partibus eárumve procuratoribus, & aduocatis pluries auditis, debiiſque emergentibus ad plenum diſcuſſis, & reſolutis, comperto ſatis per eos ex com pluribus literis Apoſtolicis diuerſiſque aliis documentis rationibus, & probationibus, quod ipſi Canonici fuerunt, & ſunt de illis clericis à ſancto Auguſtino, quinimo à ſanctis Apoſtolis inſtitutis, eoſdem Canonicos tam ſuæ antiquæ inſtitutionis huiuſmodi,

Cardinalibus tribus controuerſia diſcutienda propoſita fuit.

modi, quam etiam dignitatis clericalis, qua eos ſtatim quod profeſſionem regularem emittunt, inſignitos eſſe oportet, aliarumque qualitatum in eis exiſtentium ratione, dictamque illarum congregationem Lateranen. præfatos Monachos, & eorum congregationem Caſſinen. præcedere debere cenſuerunt, & concluſerunt, ſuamque concluſionem huiuſmodi ad audientiam noſtram iuxta vltimi noſtri reſcripti præfati tenorem retulerunt. Vnde nos illorum relatione intellecta, eaque per nos diligenter examinata, quoniam eam in omnibus ſuis partibus veritati & iuri conſonam comperimus, per noſtram diffinitiuam ſententiam pronunciauimus, ſententiauimus, decereuimus & declarauimus, Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares congregationis Lateranen. vti clèricos dimiſiſſe Superiori veſte, pallio, ſeu cappa, in linea veſte, clericalíque habitu incedentes (quod etiam in alma Vrbe conſuetum fuerat, & tunc obſeruabatur) in proceſſionibus, & omnibus aliis actibus publicis, & priuatis, tam in dicta Vrbe, noſtroque, & aliorum Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum conſpectu, quam alias in vniuerſis, & quibuſcunque aliis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & Locis, Abbates, Prælatos, & Monachos ordinis S. Benedicti congregationis Caſſinen. prædictos præcedere debuiſſe, & debere, ac eoſdem Abbates, Prælatos, & Canonicos Regulares, dictamque eorum congregationem, vt præfertur incedentes, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis S. Benedicti, & eorum congregationi in omnibus & ſingulis præmiſſis præferendo anteponendos, & in digniori loco collocandos fore, & eſſe: Abbates vero dictarum congregationum ſingulariter, & de per ſe abſque eorum conuentibus in Conciliis Generalibus, prouincialibus, & ſynodalibus, ac aliis actibus publicis, & priuatis, in quibus Abbates de iure vel de conſuetudine locum, & votum habent, vel pro tempore quomodolibet habebunt, inter ſeſe iuxta ſingulorum ipſorum Abbatum ibidem interuenientium priorem, & antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illorum promotione duntaxat, non autem congregatione, & ordinis cuius ſint, attentis præcedere & præferri, & in digniori loco collocari debuiſſe, & debere, prout ex tunc prætulimus, antepoſuimus, & collocauimus, præferrique anteponi, & collocari mandauimus: actiones quoque moleſtationes, oppreſſiones, perturbationes, vexationes, & impedimenta quęcunque per Abbates, Prælatos, & Monachos prędictos, & eorum congregationem Caſſinen. eiſdem Abbatibus, Pręlatis, & Canonicis regularibus congregationis Lateranen. ſuper pręfatis omnibus, & ſingulis, & illorum occaſione quomodolibet factas, pręſtitas, & illatas, factáque pręſtita, & illata fuiſſe & eſſe temerarias, illicitas, indebitas, & iniuſtas, temerariaque illicita, indebita, & iniuſta, ac de facto pręſumptas, & pręſumpta, illaſque & illa Abbatibus, Prelatis, & Monachis congregationis Caſſinen. huiuſmodi feciſſe, & facere minime licuiſſe, neque licere de iure. Et Propterea de, & ſuper illis ac dicto iure prę edendi, omnibuſque & ſingulis aliis pręmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, & tunc impoſuimus prout in reſcripto, relatione, & ſententia prędictis pleniùs continetur. Ne autem de ſententię aliorumque pręmiſſorum validitate vllo vnquam tempore dubitari, ac propterea vel alio quouis prętextu rem maturè diſcuſſam, & iudicatam, rurſus in controuerſiam retrahi, neue denuo in Eccleſia Dei inter tales perſonas religioſas, contentiones exoriri, ac populo ſcandala generari contingat, tempeſtiuè prouidere, ac ſupremam huic negotio manum apponere cupientes, necnon veriores literarum ſingulorum prædeceſſorum, ac reſcripti proceſſus, relationis ſententiæque præfatorum, & inde ſecutorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, Motu ſimili, non ad ipſorum Abbatum, Prælatorum, & Canonicorum regularium congregationis Lateranen. vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad effectum executionis dictæ ſententiæ tantum omnes, & ſingulos proceſſus & ſententiæ prælatorum defectus etiam ſubſtantiales, ſi qui forſan in eiſdem interuenerint, harum ſerie ſupplemus, ac eandem ſententiam vna cum eius proceſſu validos, & efficaces eſſe, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri & inuiolabiliter ab omnibus obſeruari debere, nec partes ipſas ab eis vllo vnquam tempore quouis prætextu quæſitóue colore reſilire poſſe, ſed ad illorum obſeruatio-

Canonicis præcedentiæ ius tribuitur.

In fauorem Canonicorum lata ſententia.

Abbatum in publicis cœtibus præcedentia.

Sententiæ inuiolabilis obſeruatio & integer effectus.

Irritantur quælibet iudicia in conſtitimique edita.

obſeruationem teneri, cenſuriſque, & pœnis tam Eccleſiaſticis, quàm pecuniariis ad id cogi, & compelli, n que Monachos eorúmve congregationem aduerſus ſententiam aliáve præmiſſa in priſtinum ſtatum quouis quæſito colore vel ingenio reſtitui, nec illa oppugnantes audiri, Præſentéſque literas de ſurreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, aut alio quouis defectu notari, ſeu impugnari poſſe: ſicque, & non aliter per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, præmiſſaque omnia perpetuò ſtatuimus. Et quod ita fiant, & obſeruentur, volumus, atque mandamus, ſimiliter venerabili fratri Epiſcopo Amerin. & dilectis filiis noſtro in alma Vrbe, & eius diſtrictu Vicario in ſpiritualibus, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori Generalibus, per præſentes motu pari mandantes, quatenus ipſi, vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris Generalis, & Abbatum prælatorum, ac regularium Canonicorum S. Auguſtini congregationis Lateranen. præfatorum, vel alicuius eorum fuerint requiſiti ſolenniter publicantes, ac illis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos ſuppletione, decreto, ſtatuto, voluntate, & mandato, aliiſque præmiſſis pacificè frui, & gaudere: Non permittentes eos vel eorum quempiam deſuper per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & tam Eccleſiaſticas, & pecuniarias etiam arbitrio ſuo moderandas, & applicandas quam etiam priuationis beneficiorum Eccleſiaſticorum per ipſos contradictores obtentorum pœnas, aliáque iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi incurriſſe declarando, illóſque etiam iteratis vicibus aggrauando, & interdictum Eccleſiaſticum reponendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus ſit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacij Papæ VIII prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij ac aliis quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſteriorum, & ordinum, ac congregationum præfatorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis eorumque ſuperioribus, ac perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis, clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis in genere vel ſpecie etiam motu & ſcientia ſimilibus quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis: quibus omnibus illorum tenores pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrariis quibuſcunque: aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, Volumus autem quod præſentium tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis in iudicio, & extra vbilibet locorum plena, & indubia, eadémque prorſus fides adhibeatur, quæ ipſi præſentibus adhiberetur ſi forent adhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die decima octaua Ianuarij milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Deputatio executorum huius conſtitutionis.

Clauſulæ derogatoriæ.

Tenor ſententiæ prædictæ.

CHRISTI nomine inuocato, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis haben per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis, & quas dilectis filiis noſtris Ioanni Michaeli Saraceno tit. S. Anaſtaſiæ, Ioanni Baptiſtæ Cicadæ tit. S. Clementis ac Bernardino Scoto tit. S. Mathæi S.R.E. Cardinalibus primo audiendas, cognoſcendas,

cendas, & per eos decidendas, & terminandas, & deinde per præfatos Cardinales per Apoſtolica noſtra reſcripta nobis referendas commiſimus, inter dilectos filio Abbates prælatos, & Canonicos regulares Ordinis S. Auguſtini, congregationis Lateranen. & vniuerſam congregationem ex vna, & prælatos, Abbates, & Monachos Ordinis S. Benedicti congregationis Caſſinen. alias S. Iuſtinæ de Padua nuncupatos, & dictam eorum congregationem, de & ſuper præcedentia, & iure inter eos præcedendi, tam in proceſſionibus quam in generalibus, & ſynodalibus, ſeu prouincialibus Conciliis, omnibuſque actibus publicis, & priuatis, rebuſque aliis in actibus cauſæ & cauſarum huiuſmodi latiùs deductis, & illorum occaſione in prima ſeu alia verſæ fuerunt, & vertentur inſtantiis, partibus ex altera cauſa huiuſmodi coram dictis Cardinalibus ad plenum ventilata, ac ſæpius auditis partibus, & dubiis in ea plenè diſcuſſis, & reſolutis, ac viſis de iure videndis, & demum per dictos Cardinales nobis matura deſuper facta relatione, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus Abbates Prælatos, & Canonicos regulares congregationis Lateranen. vti Clericos dimiſſa ſuperiori veſte, pallio, ſeu cappa, in linea veſte, clericalique habitu incedentes (quod etiam in alma noſtra vrbe Romæ conſuetum fuit & nunc obſeruetur, in proceſſionibus, & omnibus aliis actibus publicis, & priuatis tam in dicta Vrbe noſtra, noſtróque & ſucceſſorum noſtrorum conſpectu, quam alias vniuerſis, ac quibuſcunque aliis Ciuitatibus, Terris, oppidis, & locis, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis ordinis Sancti Benedicti Caſſinen. præcedere debuiſſe, & debere, ac ſ emque Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares dictamque eorum congregationem vt ſup. incedentes dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis S. Benedicti, & eorum congregationi in omnibus, & ſingulis præmiſſis præferendos, anteponendos, & digniori loco collocandos fore, & eſſe: Abbates vero dictarum congregationum Lateranen. & S. Benedicti ſingulariter, & de per ſe abſque eorum conuentibus, in Conciliis generalibus, prouincialibus, & ſynodalibus, & aliis actibus publicis, & priuatis in quibus Abbates de iure, vel de conſuetudine locum, & votum habent, vel pro tempore quomodolibet habebunt, inter ſeſe iuxtà ſingulorum ipſorum Abbatum ibidem interuenientium, priorem & antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illa promotione duntaxat, non autem congregatione, & ordine cuius fuerint attentis, præcedere ac præferri, & indigniori loco collocari debuiſſe, & debere, prout præferimus, anteponimus, collocamus, præferrique anteponi. & collocari reſpectiuè mandamus actiones quoque moleſtationes, oppoſitiones, perturbationes, vexationes, & impedimenta quæcunque per præfatos Abbates, Prelatos, & Monachos dicti ordinis, S. Benedicti, & dictam eorum congregationem eiſdem Abbatibus, Prelatis, Canonicis regularibus dicti ordinis, & eorum congregationi de, & ſuper pręfatis omnibus, & ſingulis, & illorum occaſione quomodolibet factas, pręſtitas, & illatas factáque pręſtita; & illata fuiſſe & eſſe temerarias illicitas, & indebitas & iniuſtas temerariáque illicita, indebita, & iniuſta, ac de facto pręſumptas, & pręſumpta, illáſque, & illa pręfatis Abbatibus, Prelatis & Monachis feciſſe, & facere nemine licuiſſe, nec licere de iure. Et propterea de, & ſuper illis, ac dicto iure pręcedendi vt ſuprà, omnibus aliis, & ſingulis præmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, ac imponimus, vtramque partem in expenſis iuſtis & cauſis abſoluentes.

Ita eſt I.

Ita refero, & cenſeo pronunciandum eſſe Ioannes Michael Cardinalis Sarracenus.
Ita refero, & cenſeo pronunciandum Ioannes Baptiſta Cardinalis S. Clementis.
Ita refero, & cenſeo pronunciandum eſſe Bernardinus Cardinalis Tranen.

XX.

Confirmatio Sacri Concilij Tridentini.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Benedictus Deus, & pater domini Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: qui reſpicere dignatus Eccleſiam ſuam ſanctam, tot procellis, & tempeſtatibus agitatam atque vexatam, & grauiùs laborantem, indies 2. Cor. I.

Paulus 3. vt ſu perius conſtat primus Concilium Tridentinum indixit

apto tandem ei ſubuenit optatóque remedio. Ad plurimas, & pernicioſiſſimas hæreſes extirpandas, ad corrigendos mores, reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam, ad pacem, & concordiam Chriſtiani populi pocurandam, indictum iampridem in Ciuitatem Tridentinam œcumenicum, & generale Concilium à piæ memoriæ Paulo III. prædeceſſore noſtro, & ſeſſionibus aliquot habitis cœptum fuerat. Ab eius autem ſucceſſore Iulio in eandem Vrbem reuocatum, poſt alias ſeſſiones celebratas variis impedimentis, & difficultatibus obiectis, ne tum quidem peragi potuerat. Itaque diutius intermiſſum fuerat, non ſine maximo mœrore piorum omnium, cum quotidie magis Eccleſia eiuſmodi remedium implorare. Nos autem poſt ſuſceptum Sedis Apoſtolicæ regimen, tam neceſſarium, ac ſalutare opus ſicut paſtoralis ſollicitudo monebat, diuinæ miſericordiæ fiducia perficere aggreſſi, adiuti pio ſtudio Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Chriſtianorum Regum rerum publicarum, ac principum, tandem conſecuti ſumus, quod nec in diurnis nec nocturnis curis laborare deſtitimus: quodque à patre lum num aſſiduè precati ſumus. Cum enium eam in vrbem vndique ex Chriſtiani nominis nationibus conueniſſet noſtris conuocata literis, & ſua etiam ipſorum pietate excitata epiſcoporum, & aliorum inſignium Prælatorum maxima, & œcumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios, & ſacrarum literarum ſcientia, diuinique, & humani iuris cognitione præſtantes viros, præſidentibus ipſi Synodo ſedi Apoſtolicæ Legatis, nobis adeò concilij libertati fauentibus: vt etiam de rebus Sedi Apoſtolicæ propriè reſeruatis liberum ipſi concilio arbitrium per literas ad Legatos noſtros ſcriptas vltrò permiſerimus quæ de ſacramentis, & aliis rebus quæ quidem neceſſariæ viſæ ſint, tractanda, definienda, & ſtatuenda reſtabant, ad confutandas hæreſes, ad tollendos abuſus, & emendandos mores à ſacroſancta ſynodo ſumma libertate, diligentiáque tractata, & accuratè, ac maturè admodum definita, explicata, ſtatuta ſunt. Quibus rebus perfectis Concilium tanta omnium qui illi interfuerunt concordia peractum fuit vt conſenſum eum planè à Domino effectum fuiſſe conſtiterit, idq; in noſtris atque omnium oculis valdè mirabile fuerit. Pro quo tam ſingulari Dei munere ſupplicationes ſtatim in alma hac vrbe indiximus, quæ Cleri, & populi pietate celebratæ fuerunt, laudéſque & gratias diuinæ maieſtati meritò perſoluendas curauimus, cum eiuſmodi Concilij exitus ſpem magnam, & propè certam attulerit fore vt maiores indies fructus ad Eccleſiam ex ipſius decretis conſtitutionibúſque perueniant. Cum autem ipſa ſancta Synodus pro ſua erga ſedem Apoſtolicam reuerentia, antiquorum etiam Conciliorum veſtigiis inhærens, decretorum ſuorum omnium, quæ noſtro, & prædeceſſorum noſtrorum tempore facta ſunt, confirmationem à nobis petierit, decreto de ea re in publica ſeſſione facto. Nos ex Legatorũ literis priùs, deindè poſt reditum eorum ex iis quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, poſtulatione ipſius ſynodi cognita, habita ſuper hac re cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardi deliberatione matura, ſanctíque Spiritus in primis auxilio inuocato, cum ea decreta omnia Catholica, & populo Chriſtiano vtilia, ac ſalutaria eſſe cognouiſſemus ad Dei omnipotentis laudem, de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, in Conſiſtorio noſtro ſecreto illa omnia, & ſingula auctoritate apoſtolica hodie confirmauimus: & ab omnibus Chriſtifidelibus ſuſcipienda, ac ſeruanda eſſe decreuimus: ſicut harum quoque literarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, & ſuſcipi obſeruaríque decernimus. Mandamus autem in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis a ſacris canonibus conſtitutis, aliíſque grauioribus, etiam priuationis, arbitrio noſtro infligendis, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis quibuſuis eccleſiarum Prælatis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & dignitatis ſint, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, vt eadem decreta & ſtatuta in eccleſiis ſuis, Ciuitatibus, & diœceſibus, in iudicio, & extrà iudicium diligenter obſeruent, & à ſubditis quiſque ſuis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciant obſeruari contradictores, quoſlibet, & contumaces per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, etiam in ipſis decretis contentas, appellatione poſtpoſita compeſcendo: inuocato etiam, ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio

Proſequutio Cõcilij ſub Pio 4.

Synodi Tridentinæ ex omnibus orbis partibus prælati Epiſcopi, Oratores, ordinũ Generales, Principum ambaſiatores interfuerunt.

Confirmatio Cõcilij Tridentini.

Ad Cal Maij 1564. Tridentini Concilij decreta in his quæ ſpectant ad reformationẽ & ius poſitiuum ligare incipiunt.

Iuramenta aduerſantia Concilij canonibus nulla ſunt.

Ipſum

Ipſum verò chariſſimum filium noſtrum Imperatorem electum, cæteróſq; Reges, Reſpublicas, ac Principes Chriſtianos monemus, & per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti obteſtamur, vt qua pietate Concilio per Oratores ſuos affuerunt, eadem pietate, ac pari ſtudio diuini honoris, & populorum ſuorum ſalutis cauſa, pro ſedis quoque Apoſtolicæ, & ſacræ Synodi reuerentia ad eiuſdem Concilij exequenda, & obſeruanda decreta Prælatis, cum opus fuerit, auxilio, & fauore ſuo adſint, neque aduerſantes ſanæ, ac ſalutari Concilij doctrinæ, opiniones à populis ditionis ſuæ recipi permittant, ſed eas penitùs interdicant. Ad vitandum præstereà peruerſionem, & confuſionem quæ oriri poſſe ſi vnicuique liceret prout ei liberet in decreta Concilij commentarios, & interpretationes ſuas edere, Apoſtolica auctoritate inhibemus omnibus, tam eccleſiaſticis perſonis cuiuſcunque ſint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis, quocunque honore, ac poteſtate præditis. Prælati quidem ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, aliis verò quicunque fuerint ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ne quis ſine auctoritate noſtra audeat vllos commentarios, gloſſas, annotationes, ſcholia, vllúmve omninò interpretationis genus ſuper ipſius Concilij decretis quocunque modo edere, aut quicquam quocunque nomine, etiam ſub prætextu maioris decretorum corroborationis, aut executionis, alióve quæſito colore ſtatuêre. Si cui verò in eis aliquid obſcuriùs dictum, & ſtatutum fuiſſe eámque ob cauſam interpretatione, aut deciſione aliqua egere viſum fuerit, aſcendat ad locum quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apoſtolicam omnium fidelium magiſtram, cuius auctoritatem etiã ipſa ſancta Sinodus tam reuerenter agnouit. Nos enim difficultates, & controuerſias ſi quæ ex eis decretis ortæ fuerint nobis declarandas, quemadmodum ipſa quoque ſancta Synodus decreuit, reſeruamus: parati, ſicut ea de nobis merito confiſa eſt, omnium prouinciarum neceſſitatibus, ea ratione quæ commodior nobis viſa fuerit, prouidere. Decernentes nihilominus irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant, neue quis excuſatione ignorationis vti poſſit, volumus & mandamus, vt hæ literæ per aliquos Curiæ noſtræ Curſores in Baſilica vaticana principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranen tunc cum in eis populus, vt miſſarum ſolemnibus interſit, congregari ſolet, palam, & clara voce recitentur, & poſtquam recitatæ fuerint ad valuas earum Eccleſiarum itemque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in loco ſolito Campi Floræ affigantur, ibique vt legi, & omnibus innoteſcere poſſint, aliquantiſper relinquantur. Cum autem inde amouebuntur relictis de more ibidem exemplis in alma vrbe ad impreſſionem tradantur, quo commodiùs per Chriſtiani nominis Prouincias, & Regna diuulgari poſſint. Tranſumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici Notarij ſcripta ſubſcriptione alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita fuerint, fidem ſine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus, Nulli ergo &c. Si quis autem &c Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Tertio. Septimo Kal. Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Imperatores & Principes ad obſeruationẽ Concilij procurandũ adhortantur.

Interpretationes & commentaria ſuper Concilij decreta prohibẽtur.

Declaratio Concilij Pontifici reſeruata.

Idẽ ſtatuit Concil. Trid. Seſſ. 25. cap. vlt.

Forma & effectus publicationis.

Poſt varia & turbulentiſſima bellorum ciuilium tum ſeditionum hæreticarum tempora, Principum quoque diſſidiis ſopitis fœliciſſimus Tridentini Concilij datus eſt exitus, quod à Paulo III. Iulio III. & Marcello II. Paulo IIII. varis in locis celebratũ & à Pio 4. in Tridentinam ciuitatem reſtitutum atque continuatum fuerat. In ſummo illo Prælatorum conuentu Seſſiones nouem veteribus ſexdecim additæ ſunt quibus confectis omnium voce poſtulata eſt ab apoſtolica ſede Concilij confirmatio ad quam procurandam legati Romã petierunt vt hac atteſtatione Vicecancellarij ſummi Pontificis traditur his verbis.

Nos Alexander, S. Laurentij in Damaſo Diaconus Cardinalis, de Farneſio, S. R. E. Vicecancellarius, fidem facimus, & atteſtamur, qualiter hodie Mercurij, XXVI, Ianuarij, M. D. LXIIII. Pontificatus Sanctiſſimi D. noſtri D. Pij, diuina prouidentia Papæ Quarti, anno quinto, in Conſiſtorio ſecreto, apud S. Petrum Reuerendiſſ. D. D. mei, Cardinales Moronus, & Simoneta, nuper reuerſi à ſacro Concilio Tridentino, cui vti Sedis Apoſtolicæ Legati præerant: petierunt ab eodem Sanctiſſ. D. noſtro vt infra.

Beatiſſime Pater, in decreto ſuper fine Concilij Oecumenici Tridentini, pridie nonas Decẽbris præteriti publicato, ſtatutum fuit, vt per Sanctitatis Veſtræ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatos, & Præſidentes peteretur nomine dicti Concilij à Sanctitate Veſtra confirmatio omnium, & ſingulorum, quæ tam ſub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. quam ſub Sanctitate veſtra in eo decreta, & definita ſunt. Quapropter nos Ioannes Cardinalis Moronus, & Ludouicus Card. Simoneta, qui tunc Legati, & Præſidentes eramus, volentes exequi, quod in dicto decreto ſtabilitum fuit, humiliter petimus nomine dicti Concilij œcumenici Tridentini, vt ſanctitas veſtra dignetur confirmare omnia, & ſingula, quæ tam ſub fel. rec. Paulo III & Iulio III. quam ſub Sanctitate veſtra in eo decreta, & definita ſunt.

Quibus auditis, Sanctitas Sua, viſo, & lecto tenore dicti decreti, & habitis votis Reuerendiſſ. D.D. meorum Cardinalium, reſpondit per hæc verba.

Petitioni, nomine Concilij œcumenici Tridentini ſuper eius confirmatione per dictos Legatos nobis factæ, annuentes, omnia, & ſingula, quæ in dicto Concilio tam ſub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. prædeceſſoribus noſtris, quam Pontificatus noſtri tẽpore declarata, & definita ſunt, auctoritate Apoſtolica, etiam de Venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium conſilio & aſſenſu, matura cum illis deliberatione præhabita, confirmamus, atque ab omnibus Chriſtifidelibus recipi, & inuiolabiliter obſeruari mandamus, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Aman.

Decretis Tridentini Concilij acceſſit illico Pontificis confirmatio prout poſtulata fuerat quamque ſuperius habes in ſuperiore conſtitutione. His peractis clauſa eſt ſacra Synodus ſummo patrum applauſu quorum acclamationes plauſibiles apponam.

Cardinalis à Lotharingia totius cœtus illuſtriſſimus cepit Hierarchiæ Ecclaſiaſticæ antiſtiti & prælatis tum Reipublicæ Chriſtianæ moderatoribus & fidelium gregi bene ominari his verbis.

Beatiſſimo Pio Papæ, & Domino noſtro, ſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ Pontifici, multi anni, & æterna memoria.

Reſponſio Patrum.

Domine Deus, Sanctiſſimum Patrem diutiſſime Eccleſiæ tuæ conſerua multos annos.

Card. Beatiſſimorum ſummorum Pontificum, animabus, Pauli tertij, & Iulij tertij, quorum auctoritate hoc ſacrum generale Concilium inchoatum eſt, pax à Domino, & æterna gloria, atque fœlicitas in luce ſanctorum.

Reſp. Memoria in benedictione ſit.

Card. Caroli V. Imperatoris, & Sereniſſimorum Regum, qui hoc vniuerſale Concilium promouerunt, & protexerunt, memoria, in benedictione ſit.

Reſp. Amen, Amen.

Card. Sereniſſimo Imperatori Ferdinando, ſemper Auguſto, Orthodoxo, & pacifico, & omnibus Regibus, Rebuſpub. & Principibus noſtris, multi anni.

Reſp. Pium, & Chriſtianum Imperaorem Domine conſerua: Imperator cœleſtis terrenos Reges, rectæ fidei conſeruatores, cuſtodi.

Card. Apoſtolicæ Romanæ Sedis Legatis, & in hac Synodo Præſidentibus, cum multis annis magnæ gratiæ.

Reſp. Magnæ gratiæ: Dominus retribuat.

Card. Reuerendiſſimis Cardinalibus, & illuſtribus Oratoribus.

Reſp. Magnas gratias, multos annos.

Card. Sanctiſſimis Epiſcopis vita, & fœlix ad eccleſias ſuas reditus.

Reſp. Præconibus veritatis perpetua memoria: Orthodoxo ſenatui multos annos.

Card. Sacroſancta œcumenica Tridentina Synodus: eius fidem confiteamur, eius decreta ſemper ſeruemus.

Reſp. Semper confiteamur, ſemper ſeruemus.

Card. Omnes ita credimus: omnes id ipſum ſentimus: omnes conſentientes, & amplectentes ſubſcripſimus. Hæc eſt fides beati Petri, & Apoſtolorũ: hæc eſt fides Patrum: hæc eſt fides Orthodoxorum.

Reſp. Ita credimus: ita ſentimus: ita ſubſcribimus.

Card. His decretis inhærentes, digni reddamur miſericordiis, & gratia primi, & magni ſupremi Sacerdotis, Ieſu Chriſti Dei, intercedente ſimul inuiolata Domina noſtra ſancta Deipara, & omnibus Sanctis.

Reſp. Fiat, fiat. Amen, Amen.

Card. Anathema cunctis hæreticis.

Reſp. Anathema, anathema.

Poſt hæc mandatum fuit à Legatis, & Præſidentibus ſub pœna excommunicationis omnibus Patribus, vt, antequam diſcederent è ciuitate Tridentina, ſubſcriberent manu propria decretis Concilij: aut ea per publicum inſtrumentum approbarent, qui omnes deinde ſubſcripſerunt.

Durauit omninò annos quinque, biennium ſub Paulo III. annum ſub Iulio III. biennium iterum ſub Pio IIII. Vniuerſis porrò Concilij decretis ſubſcripſerunt patres, quibus ea poteſtas erat, CCLV. Hi fuere legati Cardinales IIII. Moronus, Varmienſis, Simoneta, Nauagerius: Cardinales non legati duo, Lotharingus, Archiepiſcopus Remenſis, & Madrucius electus Tridentinus: Patriarchæ tres, Hieroſolymorum, Aquileienſis, Venetus, Archiepiſcopi XXV. Epiſcopi CLXVIII. Abbates VII. Procuratores abſentium cum legitimo mandato XXXIX. Magiſtri generales ordinum VII. interfuere tantæ ſynodo præter eos qui ſubſcripſerunt, oratores Cæſaris Ferdinandi, Regum Francorum, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Venetorum:, Heluetiorum, Ducum Bauariæ, & Florentiæ, iuris Cæſarei Pontificiique doctores Concilio neceſſarij tres, Auditor rotæ, aduocatus conſiſtorialis, promotor, Theologi clerici non clauſtrales XX. ex quinque Mendicantium ordinibus circiter LXX à ſuis magiſtris, variis principibus, & Epiſcopis vel miſſi, vel euocati. Ex ordine Prædicatorum XX. Minorum obſeruantium X. totidem conuentualium. Eremitarum XV. Carmelitarum X. Seruorum aliquot. Miniſtri Concilij præter commiſſarium & Secretarium qui Epiſcopatu fungebantur fuere, Scribæ duo, Curſores duo, ceremoniarum magiſter, Medicus, Depoſitarius, Forerius, Diaconus & ſubdiaconus cum cantoribus XII. Grandem huic concilij celebrationi pecuniarum ſummam abſumpſit Pontifex Pius, quippe qui menſtrua ad vitæ ſuſtentationem ſalaria Legatis, cunctis inopia preſſis Epiſcopis & ſacerdotibus, omnibuſque miniſtris liberaliſſimè tribuerit. id muneris antiquitus imperatorum erat.

Graui morbo detinebatur Pontifex cum finem impoſitum Concilio Tridentino intellexit à quo tanto nuncio ſolatus multum reualuit. Et quamprimum varias conſtitutiones ad eius obſeruationem edidit, octo Cardinales præfecit, qui id ſedulò curarent vt hoc motu proprio patet.

Motus proprius S.D.N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, per quem deputantur octo Reuerendiſſ. Cardinales, qui faciant obſeruari reformationes ab ipſo editas, nec non decreta ſacri œcumenici, & generalis Concilij Tridentini.

Pius Papa IIII. Motu proprio. &c. Alias nonnullas conſtitutiones, & ordinationes, reformationem maioris Pœnitentiarij, ac ſacræ Pœnitentiariæ noſtræ, ac Vicarij noſtri, ac eius officij, necnon Camerarij, & cameræ Apoſtolicæ, ac illius cauſarum Auditoris, necnon palatij Apoſtolici cauſarum Auditorum, ac Gubernatoris, & capitolinæ, & contradictarum, aliorúmque almæ vrbis noſtræ, ac Romanæ Curiæ tribunalium, & officiorum concernentes, edidimus: quæ tamen (vt intelleximus) ab eorundem officiorum, & tribunalium præfectis: ac officialibus minus diligenter obſeruantur. Cum autem enixæ noſtræ voluntatis ſit, vt illa, & pariter decreta ſacri Concilij Tridentini: in his, quæ ad eorum officia ſpectant, ab eiſdem omninò obſeruentur: Nos propterea conſiderantes, parum eſſe: iura condere, niſi ſint, qui ea executioni demandari faciant, & in præmiſſis, prout ex debito paſtoralis officij nobis (meritis licet imparibus) iniuncti obligamur, ſalubriter, & vtiliter prouidere, præfatáſque conſtitutiones, & ordinationes, ac decreta Concilij, quas & quæ hic haberi volumus pro expreſſis, inuiolabiliter obſeruari volentes: Venerabili fratri noſtro Ioanni Epiſcopo Tuſculan. Morono, Ioan. Michaeli S. Anaſtaſiæ Saraceno, ac Ioan. Baptiſtæ S. Clementis Cicadæ, necnon Michaeli S. Sabinæ Alexandrino, Clementi S. Mariæ in ara cœli, & Ludouico S. Cyriaci in Thermis Simonetæ, ac Carolo S. Martini in montibus Borromeo presbyteris, necnon Vitellotio S. Mariæ in Porticu Vitellio nuncupatis, titulorum diacono, Cardinalibus committimus, & mandamus quatenus ipſi, ſeu eorum maior pars. coniunctim, vel diuiſim, eorum arbitrio, etiam tanquam executores dictarum literarum, conſtitutionum, & decretorum prædictorum, conſtitutiones, & ordinationes, ac decreta præfata, iuxtà tenores eorum, ac literarum deſuper confectorum, per quoſcunque pœnitentiariæ, Vicariæ, & cameræ, ac Rotæ curiarum, ac tribunalium prædictorum iudices, & officiales, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac priuationis officiorum, & aliis Cardinalibus bene viſis: etiam pecuniarum, eo ipſo incurrendis pœnis, firmiter

obſeruari faciant, & cum effectu, niſi tam in executione dictorum decretorum Concilij: *quàm dictarum literarum noſtrarum, aliqua dubietas, aut difficultas emerſerit, quo caſu ad nos referant, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, ac eos, qui literis, & decretis prædictis, & eorundem* Cardinalium *mandatis non paruerint, extunc, prout ex ea die, & è contra, illorum officiis priuatos, necnon ad illa, & alia* Romanæ *curiæ officia impoſterum obtinendo inhabiles, ac ipſis ab eiſdem officiis ſic priuatis: illa tanquam per priuationem vacantia à* Datario *noſtro vendi, & à quibuſuis perſonis idoneis pro pretio conuenienti emi, liberè, & licitè poſſe auctoritate noſtra curent, nuncient, decernant, ac declarent, prout nos harum ſerie nunciamus, decernimus, & declaramus.* Non *obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus* Apoſtolicis, *ac* Pœnitentiariæ: *& curiarum, necnon tribunalium prædictorum ſtatutis: &c. etiam iuramento, &c. roboratis: priuilegiis quoque indultis: & literis* Apoſtolicis *illis, ac dictis* Officialibus, *&* Tribunalibus *ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu ſimili, &c. & alias quomodocunque conceſſis: &c.* Quibus *omnibus, &c. illorum tenores, &c. hac vice latiſſimè derogamus, eaq; aduerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari volumus cæteriſque cōtrariis quibuſcūque, &c.*

Sub ipſa auſpicatiſſima fine Concilij Tridentini *inſignes duas fidei profeſſiones editas fuiſſe notauit* Sanderus *quas huic rei conuenientiſſimas adſcripſimus.*

Profeſſio fidei R.D. Abd Iſu *Patriarchæ* Aſſyriorum Orientalium, *&c. facta ſub* S. D. N. Papa Pio Quarto.

Ego Abd-Iſu *filius* Ioannis *de domo* Martia *ex Ciuitate* Gezira *in* Tigri *flumine, olim* Monachus Ordinis Sancti Antonij, *Monaſterij* Sanctorum Rabæ *&* Ioannis *fratrum electus primas ſiue Patriarchæ Ciuitatis* Muzal, *in* Aſſyria *Orientali, iuro, quòd ita corde credo, & ore confiteor,* Sanctæque Romanæ Eccleſiæ fidem, approbatis omnibus & ſingulis illis, quæ ipſa approbat, & damnatis ſimiliter omnibus, quæ ipſa damnat, amplector, & perpetuò me amplexurum, & retenturum eſſe profiteor, & promitto, & omnes fratres meos Metropolitas, ſiue Epiſcopos ac Diœceſanos quouis modo meæ iuriſdictioni ſubiectos, ita credendum, & tenendum eſſe docebo, & modis omnibus, quibus potero, perſuadere conabor, ita me Deus adiuuet & hæc ſancta Dei Euangelia. *In quorum omnium fidem, hanc meæ fidei profeſſionem, & atteſtationem manu mea ſcripſi, & ſubſcripſi coram Reuerendiſſimis & illuſtriſſimis Dominis* D. Michaele *Titulo* Sanctæ Sabinæ, Alexandrino, *& Domino* Marco Antonio *Tituli* Sancti Marcelli, Amulio, *vulgariter nūcupatis,* S.R.E. *Presbyteris Cardinalibus,* Romæ *die* VII. *Martij. An. Dom.* M.D.LXII.

Alia Profeſſio eiuſdem Patriarchæ, qua iurat, ſe credere, recipere & tenere omnia Decreta Conciliorum, præſertim Tridentini, &c.

Ego Abd-Iſu, *nunc Dei & Apoſtolicæ Sedis Primas, ſiue Patriarcha Ciuitatis* Muzal, *in* Aſſyria *Orientali, ſub cuius iuriſdictione multi Metropolitæ, Epiſcopi, & Diœceſani continentur (videlicet,* Arbel *Metropolis,* Sarana, Hancana *Epiſcopatus,* Cheptiam *Metropolis,* Caamleys, Achuſhe *Epiſcopatus,* Naſſybim *Metropolis,* Macchazzim, Talleſcaui, Mardin *Epiſcopatus,* Sceert *Metropolis,* Azzen *Epiſcopatus,* Elcheſſen *Metropolis,* Zuch *&* Meſciara *Epiſcopatus,* Gurgel *Metropolis,* Eſei *Epiſcopatus,* Amed *Metropolis,* Chiaruchiæ, Hayn, Tammir *Epiſcopatus, quæ omnes ſimul regiones ſubſunt* Turcarum Imperio, Ormi *ſuperior Metropolis,* Vſcini, *&* Cuchia *Epiſcopatus,* Ormi *inferior Metropolis.* Durra, Soldos, Eſchinuch, *Epiſcopatus,* Eſpurgan *Metropolis,* Nare Gien *nunc Epiſcopatus* Salamas, *Metropolis,* Baumar, Schiadathan, Vaſchan *Epiſcopatus: omnes* Perſarum Reges, vulgò Sophi *nuncupatos ſubiecti: in* India *verò* Luſitania ſubiecta, Cuſchin *Metropolis* Cananor *Metropolis,* Goa *Metropolis,* Calicuth *Epiſcopatus, cui ſubeſt* Carongol *ciuitas, quæ adhuc ab Idolatris, & Ethnicis hominibus poſſidetur* (Iuro & polliceor) *cùm mihi non liceat ad ſanctam ſacram* Tridentinam *Synodum accedere, ſed neceſſe ſit, vt ad Patriarchatum meum me transferam, qui meo eget auxilio, & ne ſine cuſtode me abſente permaneat* tam meo quam eorū nomine, quos omnes ex corde Sanctę Romanę Catholicę Eccleſię partes tenere non dubito *inhærendo iuramento fidelitatis, aliàs per me confecto, ſiue per me præſtito:* Iuro, *inquam, & polliceor,* omnia nos tenere, & credere, quæ in ſanctis Oecumenicis Conciliis hucuſque ſunt acta. & ſecundùm eorum decreta promitto omnes filios noſtros inſtituere, & præcipuè in iis, quæ Sancta ſacra Oecumenica Tridentina Synodo terminabuntur. De cuius legitima congregatione nihil penitùs dubito, ſed ei & meo, & eorum nomine reuerenter & humiliter me ſubiicio, vocatúſque ad hanc ſeu ad aliam ſanctam

ſanctam Synodum, cum dictis fratribus meis libenter ſemper accedam. Sic me Deus adiuuet & hæc ſancta Euangelia. *Quod cùm ita ſit miror aduerſarios non poſſe moueri ad reſipiſcentiam & ſedis Apoſtolicæ honorem quam tam impiè lacerant.*

XXI.

Græci in his quæ Orthodoxum diuini cultus ritum pertinent ordinariorum Iuriſdictioni ſubiiciuntur.

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

ROMANVS Pontifex præcipuus æquitatis, & religionis aſſertor facultates, & gratias ab Apoſtolica Sede conceſſas, ex quibus tempore procedente animarum pericula, & inter Catholicos ſcandala prouenire animaduertit, pro ſui paſtoralis officij debito maturè reuocare conſueuit. Sanè nonnulli locorum Ordinarij nuper ad audientiam noſtram referri curarunt, quod in quampluribus Regni Siciliæ citrà, & vltrà Pharum, & aliis Chriſtiani nominis ciuitatibus, & locis magna Græcorum tam religioſorum, & ſecularium clericorum, quam laicorum multitudo reperitur, qui Eccleſiæ Græcæ mores, & ritus obſeruantes ſeque ſuos proprios eiuſdem nationis Prælatos habere hac illis, non autem locorum ordinariis ſubeſſe ſed immunitatum, aliorúmque priuilegiorum ſibi per fe. recor. Leonem X. Paulum III. Iulium III. & forſan alios Rom. Pon. prædeceſſores noſtros, & dictam Sedem antiquitus conceſſorum prætextu, ſe ab eorundem Ordinariorum iuriſdictione & ſuperioritate exemptos eſſe prætendentes, impunitate ſibi propoſita, in diuerſas hæreticas nefariáſque opiniones, & abſurda deliramenta poſſint prolabuntur, aſſerentes inter alias eorum Blaſphemias nullum eſſe defunctorum purgatorium Rom. Pon. aliquam in eos iuriſdictionem, vel auctoritatem habere negantes, indulgentias ab illo conceſſas damnantes, Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras ab eo latas ſpernentes, Sanctiſſimæ Dei genitricis virginis Mariæ, Beatorum Apoſtolorum, & Aliorum Dei Sanctorum feſtiuitates ab Eccleſia Rom. ſanctíſque Patribus ordinatas, nō obſeruantes, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuis infantibus in Baptiſmo exhibentes, inhumata defunctorum cadauera ſuperſtitione quadam impia, & pluſquam barbarica è ſepulchris eruentes, ignéque comburentes, Ordinariorum locorum, quos, habitant, viſitationem, iuriſdictionémque contemnentes, & Eccleſiaſticam diſciplinam perturbantes, ac demum huiuſmodi aliiſque ſuis opinionibus erroneis atque ſacrilegis populos Latinos inficientes, correctionem legitimam ſuæ prætenſæ exemptionis clypeo repellentes, in ſuis impietatibus abuſibúſque conſeneſcunt, & immoriuntur, in ſuarum vicinorúmque populorū, præſertim ſimplicium animarum perniciem, & ſcandalum plurimorum.

Iuriſdictionem ordinariam recuſantes Græci in varios errores collapſi.

Impia Græcorum ſcandala.

Nos igitur prouidè conſiderantes eiuſdem Sedis intentionem nunquam fuiſſe exemptionem, aliúdve priuilegium à ſe conceſſum iri, vt inde ſcelerum impunitas, & animarum periculum emergat, abuſibus, & periculis huiuſmodi, quantum cum Deo poſſumus tempeſtiuè obuiare volentes, ac quarumcunque exemptionum, aliorúmque priuilegiorum dictis Grecis, eorumque Prælatis, Rectoribus, Abbatibus, & aliis tam Sancti Baſilij, & alterius ordinis regularibus, quam ſecularibus, ac etiam laicis perſonis quocunque nomine nuncupatis, per præfatos, & alios quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem præfatam in genere, vel in ſpecie hactenus conceſſorum, ac etiam iteratis vicibus approbatorum, & innouatorum, literarúmque deſuper confectarum, & inde ſecutorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulas exemptiones, ac prout illas concernunt, deſuper confectas literas præfatas, ad hoc videlicet vt ipſi locorum Ordinarij quaſcunque Græcorum Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, & alia pia loca tam ſecularia, quam cuiuſuis ordinis regularia, eorúmque Prælatos etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, ac maiori dignitate præfulgeant, necnon Abbates, Rectores, Miniſtros, & quaſuis alias eiuſdem nationis perſonas in ſuis Ciuitatibus, & diœc. conſiſtentia quoties opus fuerit, viſitare, ac in illis ſuam ordinariam iuriſdictionem, plenámque, & omnimodam ſuperioritatem, in iis, quæ Dei cultum Sacramentorum

Græci hoc pontificio reſcripto ſubiiciuntur poteſtati ordinariorū in his quæ pertinent ad Dei cultum.

mentorum adminiſtrationum,& animarum ſalutem,hæreſúmque extirpationem concernunt,exercere,& exequi liberè, & licitè valeant, reliquis ipſorum Grecorum diuinis celebrandis, aliíſque ritibus à Sede Apoſtolica approbatis, necnon priuilegiis,& gratiis Apoſtolicis intactis remanentibus,auctoritate Apoſtolica,tenore præſentium perpetuò reuocamus,caſſamus,& annullamus,ac reuocatas,caſſatas,& annullatas eſſe,nec ipſis Græcis clericis,vel laicis,eorùmve Prælatis, Eccleſiis,Cœnobiis,aut aliis piis locis in aliquo ſuffragari, ſed illos omnes, & ſingulos locorum,in quibus moram traxerint, Ordinariorum viſitationi, correctioni,punitioni,iuriſdiction ,& omnimodæ ſuperioritati in præmiſſis ſubeſſe,iiſque tanquam ſuperioribus ſuis, ſuarúmque animarum paſtoribus humiliter obedire: Et ſic per quóſcunque iudices. & commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam S.R.E.Cardinales,ſublata eis quauis aliter iudicandi facultate,iudicari & definiri, debere,ac quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit,irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,cæteríſque contrariis quibuſcunque.Per hoc tamen non intendimus,quod ipſi Græci ab eorum græcanico ritu diſtrahantur,vel aliàs deſuper quoquomodo per locorum Ordinarios, aut alios impediantur.Et quia difficile foret præſentes ad diuerſa loca in quibus illarum exhibitio forſan erit neceſſaria,circumferri,volumus & eadem auctoritate ſimiliter decernimus,quod earundem præſentium tranſumptis etiam impreſſis,notarij publici manu ſubſcriptis,& perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo ſignatis,plenaria,& indubia eaque prorſus adhibeatur fides in iudicio,& extra quæ præſentibus adhiberi deberet, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum,ſub annulo Piſcatoris, die decima ſexta Februarij, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto,Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Ritus & caremonias Græcorũ antea approbatas reſeruat.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

XXII.

Probibitio legendi libros hæreticos & reuocatio licentiarum antea conceſſarum.

Concilij Tridentini decreto de non legendis libris hæreticorũ iungitur hac cõſtitutio.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM pro munere, quod ſuſtinemus, id præcipue nobis præpoſitum habeamus,& omni ſtudio, diligentiáque curemus vt omnes Chriſti fideles tam grauib. calamitoſiſque temporibus in recta,& Catholica fide contineamus id agere,& prouidere neceſſe eſt:vt omnem omnibus aberrandi ab ea occaſionem ſubtrahamus, Nemini autem mirum videri debet,ſi Romanus P.nõnunquam facultates aliquas quas ipſe,vel prædeceſſores eius probabili adducti ratione conceſſerint poſtea reuocet,cum ipſo rerum vſu edoctus animaduerterit,eas iuſtiore de cauſa eſſe reuocandas.Ad notitiam noſtram peruenit ex data nonnullis licentia habendi, & legendi libros hæreticos aut de hæreſi ſuſpectos,ad hæreſes,& errores qui in eis libris continebantur refellendos:non raro euenire ſolere. vt illis ipſis eorum librorum lectio noceat,quibus ob eam cauſam conceſſum fuerit,vt aliis prodeſſe poſſent,vt illis ipſis hæreſibus, & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans:à quibus ſe alios reuocaturos eſſe confiſi fuerat Huic rei prouidere, & animarum periculo, quantum fieri poteſt,pro paſtorali ſolicitudine occurrere cupientes, cogitantéſque nobiſcum, nuper in ſacro Generali Concilio hæreſes horum temporum ita confutatas,atque damnatas fuiſſe:vt tãta Synodi auctoritas, cuius decreta huius ſanctæ ſedis auctoritate cum deliberatione matura confirmata,& cõprobata ſunt,ad vitandos errores, & Catholicæ fidei veritatem agnoſcendam ſufficere omnibus debeat, nec vllius prætera confutatio requirenda ſit prædeceſſorum noſtrorum præſertim fel.rec. Iulij III. & Pauli IIII. veſtigiis inſiſtentes,Motu proprio & ex certa ſcientia noſtra,ac deliberatione matura omnes, & ſingulas facultates habendi,& legendi libros Lutheranos,aut aliorum hæreticorum,ſeu de hæreſi ſuſpectos omnibus tam clericis ſecularibus, aut regularibus, quam laicis cuiuſcunque ſtatus,gradus,ordinis vel conditionis ſint, etiam ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia maiori Eccleſiaſtica, ſeu ſeculari dignitate præfulgeant(inquiſitoribus,& commiſſariis hæreticæ prauitatis à ſede Apoſtolica deputatis

Synodi Oecumenicæ authoritas aduerſus omnes hæreſes confundendas ſufficit, nec opus eſt librorum hæreticorũ emendicatis vti ſuffragiis ad veritatis defenſionem.

deputatis,quoad eo officio fungentur,exceptis) à nobis aut quocunque prædeceſſorum noſtrorum ſeu Apoſtolicæ ſedis legatis, maiorive Pœnitentiario vel quibuſcunque aliis quibuſcunque verborum formis,& clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis,irritantibúſque, & aliis decretis quomodolibet etiam motu, & ſcientia ſimili ad hoc tempus conceſſa,auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reuocamus,& pro reuocatis,& irritis,perinde ac ſi nunquam conceſſæ fuiſſent,habemus,& haberi volumus. Inhibentes omnibus ſub cenſuris, ſententiis, & pœnis tam à Sacris Canonibus, quam à ſede Apoſtolica ad hoc tempus conſtitutis in eos,qui huiuſmodi libros legant,aut habeant, ne quis eorum poſthac eis facultatibus,vti neue vllos omninò libros huiuſmodi improbatos,& prohibitos,aut quos in poſterum à Sede Apoſtolica,inquiſitoribúſve hæreticæ prauitatis,aut locorum ordinariis improbari,prohiberiq; contigerit,legere,haberéve quacunque de cauſa audeat.Impreſſores autem, & Bibliopolas,& alios,quicunque eiuſmodi libros,habent,habuerintve(Inquiſitoribus,& commiſſariis iiſdem duntaxat exceptis)monemus, & cuilibet eorum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna incurſus criminis hæreſis,& aliis contra hæreticos à iure inflictis,& irrogatis tam Eccleſiaſticis,quam temporalibus ſententiis cenſuris, & pœnis præcipimus, ac mandamus, vt eos libros intra ſexaginta dies à die quo hæ literæ publicatæ fuerint numerandos,quorum viginti pro primo alios viginti pro ſecundo,reliquos viginti pro tertio,ac peremptorio termino,& monitione Canonica eis aſſignamus, Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in Ciuitatibus,in quibus ij libri ſint tradant, atque conſignent.Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque: aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quòd interdici,ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Vt vero hæ literæ & quæ in eis continentur, ad omnium, quorum oportet notitiam perueniant: nec quiſquam ea excuſatione vti poſſit:quod illa ignorauerit,volumus,& mandamus, vt in Baſilica Vaticana principis Apoſtolorum,& in Eccleſia Lateranenſi tunc:cum in eis populus, vt Miſſarum ſolemnibus interſit,congregari ſolet,palam clara voce à Curiæ noſtræ Curſoribus,ſeu Notariis aliquibus publicis recitentur, & poſtquam recitatæ fuerint,ad valuas earum Eccleſiarum itemque Cancellariæ Apoſtolicæ,& loco ſolito campi Floræ effigantur,ibique quò legi,& omnibus innoteſcere poſſint,aliquãdiu relinquantur:Tranſumptis quoque earum quæ manu alicuius publici notarij ſcripta,ſubſcriptáve,& ſigillo,ac ſubſcriptione alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita fuerint,vt ſine dubitatione vlla fides habeatur,mandamus,atque decernimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris,die XXIIII.Martij.M.D.LXIIII.Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Reuocantur facultates iampridem conceſſæ legendi libros hæreticos aut de hæreſi ſuſpectos.

Libri hæretici inquiſitoribus locorum conſignentur.

XXIII.

Index librorum prohibitorum ex decreto Concilij Tridentini approbatur.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

DOMINICI gregis cuſtodiæ Domino diſponente præpoſiti, vigilis more paſtoris non deſiſtimus ipſi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima poſſumus cura,& diligentia præcauere, ne propter negligentiam noſtram pereant oues, quæ precioſiſſimo Domini Ieſu Chriſti ſanguine ſunt redemptæ Et ſi autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam,& ad horum temporum hæreſes confutandas pertinebant,in œcumenico,& generali Concilio Tridentino, ſancti ſpiritus aſſiſtente gratia,nuper adeo enucleata,ac definita fuerunt,vt facile iam ſit vnicuique ſanam Catholicámque doctrinam à falſa adulterinaque internoſcere:tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio non modo ſimpliciores homines corrumpere ſoleat,verùm ſæpe etiam doctos eruditoſque in varios errores,& à veritate fidei Catolicæ alienas opiniones inducere:huic quoque rei eſſe duximus prouidendum.Cum autem aptiſſimum ei malo remedium eſſe ſciremus,ſi componeretur atque ederetur index ſiue catalogus librorum, qui vel hæretici ſint,vel de

Hunc Indicem habes ſub. calce Concilij Tridentini.

hæretica prauitate ſuſpecti, vel certe moribus, & pietati noceant, id negotium ad ſacrã Tridentinam Synodum reieceramus. Ea vero ex tanta Epiſcoporum, & aliorum doctiſſimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum Indicem multos cum doctrina, tum iudicio inſignes Prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non ſine maximo labore, plurimiſque vigiliis, eum Indicem tandem, Deo iuuante, perfecerunt, adhibiti etiam in conſilium lectiſſimis quibuſdam Teologis. Peracto autem Concilio, cùm ex ipſius Synodi decreto is Index nobis oblatus fuiſſet; vt ne ante ederetur, quàm à nobis approbatus fuiſſet: Nos doctiſſimis quibuſdam, probatiſſimiſque prælatis eum accuratiſſimè legendum, examinandúmque tradidimus, & ipſi etiam legimus. Cum igitur eum magno ſtudio, acri iudicio, diuturna cura confectum, & præterea commodiſſimè digeſtum eſſe cognouerimus, Nos ſaluti animarum conſulere, eamque ob cauſam prouidere cupientes, ne libri & ſcripta cuiuſcunque generis quæ in eo improbantur, ſiue vt hæretica, ſiue vt de hæretica prauitate ſuſpecta, ſiue vt pietati, ac morum honeſtati inutilia, aut aliqua correctione ſaltem indigentia, poſthac à Chriſtifidelibus legantur, ipſum Indicem vna cum regulis ei præpoſitis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, imprimique ac diuulgari, & ab omnibus vniuerſitatibus Catholicis, ac quibuſcunque aliis vbique ſuſcipi, eaſque regulas obſeruari mandamus, atque decernimus. Inhibentes omnibus, & ſingulis tam Eccleſiaſticis perſonis ſecularibus, cuiuſcunque gradus, ordinis, & dignitatis ſint, quam laicis quocunque honore, ac dignitate præditis, ne quis contra earum regularum præſcriptum, aut ipſius prohibitionem Indicis libros vllos legere, haberéve audeat. Si quis autem aduerſus eas regulas, prohibitionêmque fecerit: is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiuſuis auctoris ſcripta propter hæreſim vel falſi dogmatis ſuſpitionem damnata atque prohibita legerit, habueritve, ipſo iure in excommunicationis pœnam incidat: eamque ob cauſam in eum tamquam de hæreſi ſuſpectum inquiri, & procedi liceat, præter alias pœnas ſuper hoc ab Apoſtolica ſede, ſacriſque Canonibus conſtitutas. Qui autem libros alia de cauſa prohibitos legerit, habueritve, præter peccati mortalis reatum, Epiſcoporum arbitrio ſeuere ſe nouerit puniendum. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque: aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, ne excommunicari poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant neve quis excuſatione ignorationis vti poſſit: volumus, & mandamus, vt hæ literæ per aliquos Curiæ noſtræ Curſores in Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranenſi tunc, cum in eis populus, vt Miſſarum ſolemnibus interſit, congregari ſolet, palam, & clara voce recitentur, & poſtquam recitatæ fuerat, ad valuas earum Eccleſiarum, itemque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in loco ſolito campi Floræ affigantur: ibique vt legi, & omnibus innoteſcere poſſint, aliquantiſper relinquantur. Cum autem inde amouebuntur, earum exempla in iiſdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & ſingulos qui his literis comprehenduntur, poſt tres menſes à die publicationis, & affixionis earum numerãdos, volumus perinde aſtrictos, & obligatos eſſe ac, ac ſi ipſiſmet illę editę, lectéque fuiſſent. Tranſumptis quoque earum, quę manu alicuius publici notarij ſcripta, ſubſcriptáve, & ſigillo, ac ſubſcriptione alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę, munita fuerint, fidem ſine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima quarta Martij, Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Quarto, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Libri hæreticorũ corrumpunt bonos, & doctos, nec vlla est via qua magis poſſit occurri hæreſib. ne in populo oriantur & ne exorta vltra graſſentur quam ſi tales libri ex quibus hæreſis venenum facilè quis incautus bibere poteſt prohibeantur.

Tridentina Synodus delegit quoſdam præclaros, doctos & eruditos ad conficiendum indicẽ librorum prohibitorum.

Publicatio legendi aut habendi libros prohibitos.

Duabus his præcedentibus conſtitutionibus in hoc ſcholio ſingularia quædam de libris Hæreticorum, omnis blaſphemiæ & mendaciorum refertis & ſcriptis virulentiſſimis præcepta adferam. Vt ergò rem omnem aggrediamur ab iis qui ſcripturas ſacras deprauant, & ad tutandas hæreſes in contraria vertunt. Nemo neſcit quam turpiter Epicuri de grege porci cæleſtes margaritas pedibus conculcarint & ſpreuerint. Nullus eſt fermè ſcripturæ locus adeò

à Deo apertus & dilucidus qui ab adulterinis manibus & iniuriis ſe prorſus vindicet. Sunt enim illæ (vt apud Pighium non minùs verè quàm feſtiuè dixit quidam, nóſque alibi de legibus ciuilibus & principum edictis ſcripſimus) velut naſus cereus qui ſe horſum illorſum & in quam volueris partem; trahi, retrahi, fingíque facilè permittit: & tanquam plumbea quædam Lesbiæ ædificationis regula, quam non ſit difficilè accommodare ad quiduis volueris. Suam illis amuſſim adhibere oportet, non plumbeam aliquam, & æquè facile flexibilem, ſed firmam rigidam, ſed illam columnam, illud firmamentum veritatis catholicæ, inquam eccleſiæ communem ſenſum & ſententiam. Cum autem omnia in euerſionem & iacturam illius conentur cum eorum quotquot extant opera omnia letale odium feritatis ſpiraret; cum inquam nihil ſuauiſſimi odoris ab his cloacis poſſit hauriri, quare tam ſedulò reuoluentur ſcripta illa tam fedè quæ in nos & in ſalutis noſtræ perniciem debacchantur.

Libri illi à patribus ſacri Concilij Tridentini damnati, & omnes qui ex hæreticorum officina prodeunt, ſunt veluti quidam perennes fontes qui perpetuum virus ſcaturiunt, aut quædam radices Aconiti, ex quibus mortifera enaſcuntur venena, ſunt veluti quidam canales qui noxios liquores inſtillant. His Lutherus ſui noui Euãgelij documenta ſparſit, ſic & Galliæ noſtræ hæretici varios libellos famoſos pulchrè adornatos feſtiuis ſalibus imò contumelioſiſſimis dicteriis reſperſos in Summum Pontificem in diſciplinam eccleſiaſticam ſæpiùs ediderunt: His primùm credulos homines & fatuas mulierculas ad eorum ſomnia allexerunt, ad iniurias effundendas inuitarunt, & eos cuicunque legere volenti vltrò dederunt. Impunè ferebantur per ampliſſimas ciuitates, vt ſemper aliquas deprædarentur mentes, fidem catholicam minuerent, prælatos in odium traducerent, obedientiam maioribus denegarent, & nephandã vitiorum libertatem ſuaderent & quandiu nemo huius mali Principij obſtabat incurabile vulnus euaſit. Hic cancer fermè per Europã ſerpit. Si puteus ex quo populus ad potum haurit aquas veneno inficeretur, Princeps profectò aut Magiſtratus meritò tanti ſceleris reus videretur, ſi puteum ex quo bibentes perirent nollet obſtruere. Annón illi hoſtes ſunt coniuratiſſimi & animarum excidij conſcij qui Hæreticorum libros intoxicatos dæmonis pernicie legere permittunt? Annón videntur concedere ea quæ cum prohibere poſſint non prohibent? Nam vt præclarè à Symmaco Papa dictum eſt, Non grandis eſt differentia an lethum inferas, vel admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere qui hanc cùm poſcit non excludit. Eiuſdem fuit ſententiæ Innocentius primus, vt habetur apud Gratianum cap. error. 83. diſt. negligere inquit, cum poſſit perturbare peruerſos, nihil eſt aliud quàm fouere, nec caret ſcrupulo occultè ſocietatis qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Facientis quippe culpam habet, qui quod poteſt negligit emendare.

Sapientiſſimè ergo ſummi Pontifices hoc genus lectionis omnibus numeris deteſtantur quos ſecuti imperatores ſuis ſanctionibus voluerunt hanc librorum colluuiem ignibus dari, & publicis flammis perimi. Conſtantinus qui primus Imperatorum orthodoxam fidem amplexus eſt Arrianorum bibliothecas comburi iuſſit, & iuſtiſſimis minis effrænem licentiam libros huiuſmodi legendi compeſcuit. Reſcriptum Ceſareum quod habetur apud hiſtoriam tripartitam lib. 2. cap. 15. in huius ſententiæ robur atque firmamentum ſubiiciam.

Victor Conſtantinus maximus Auguſtus, & Epiſcopis, & populo Malignos & impios Arrius imitatus, dignum eſt vt illorum quoque ſuſcipiat vltionem. Sicut ergo Porphyrius diuinæ pietatis inimicus, iniqua volumina contra religionem proferens, dignam promouerit munire mercedem, & talem, per quam impoſterum eſſet opprobrium: & plurima compleretur infamia: & nunc placuit Arrium, & conſectatores eius vocari Porphyrianos, vt quorum mores imitati ſunt, eorum vocabulo perfruantur. Super hoc autem, ſi qua conſcriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur, vt non ſolùm praua eius doctrina depereat: ſed neque vlla eius poſſint remanere commenta. Hoc etiam præcipio, ſi quis conſcriptiones Arrij celaſſe comperitur, & non reperta proferens igne conſumpſerit: mortis ſupplicio ſubiacebit. Mox enim, vt in hoc fuerit captus, capitalem incipiat vltionem, Deus vos cuſtodiat.

Elapſis centum & quinquaginta annis poſt tempora imperij Conſtantini Valentinianus & Martianus Auguſti contra Eutychetis & Apollinaris ſectatores pœnas varias ſtatuerunt hoc edicto.

Nulli inſuper Eutychianiſtæ vel Apollinariſtæ publicè vel priuatim conuocandi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore hæretico diſputandi, ac peruerſitatem facinoroſi dogmatis aſſerendi, tribuatur facultas. Nulli etiam contra venerabilem Calcedonenſem Synodum liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere, vel edere, atque emittere, aut aliorum dicta vel ſcripta

ſuper eadem re proferre. Nemo huiuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſeruare. Quòd ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi, perpetua deportatione damnentur. Eos verò qui diſcendi ſtudio adierint de infauſta hæreſi diſputantes: decem librarum auri quæ fiſco noſtro inferendæ ſunt, iubemus ſubire diſpendium.

Vltimò etiam ſupplicio coerceantur, qui illicita docere tentauerint. Omnes verò huiuſcemodi chartæ ac libri funeſtum Eutychetis ſcilicet & Apolinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur: vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia flammis combuſta: Aequum namque eſt, vt immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat: ſcientibus moderatoribus prouinciarum, eorumque apparitoribus, defenſoribus etiam ciuitatum, quòd ſi ea quæ legis huius religioſiſſima ſanctione cuſtodienda decernimus aut neglexerint, aut aliqua permiſerit temeraritate violari: denarum librarum auri multam fiſco noſtro inferre cogantur: inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinebunt.

Eandem legem tulerunt Theodoſius, & Valentinianus, vt habetur lib. 1. C. de hæreticis. Damnato portentoſæ ſuperſtitionis auctore Neſtorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Chriſtianorum appellatione abutantur ſed quemadmodum Arriani, ab Arrio, lege diuæ memoriæ Conſtantini ob ſimilitudinem impietatis, Porphyriani à Porphyrio nuncupantur, ſic vbique participes nefariæ ſectæ Neſtorij Neſtoriani vocentur: vt cuius ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, eius vocabulum iure videantur ſortiri. Nec verò impios libros nefandi, & ſacrilegi Neſtoriani aduerſus venerabilem orthodoxorum ſectam decretáque ſanctiſſimi cœtus antiſtitum Epheſi habiti ſcriptos, habere aut legere, aut deſcribere quiſquam audeat; quos diligenti ſtudio requiri, ac publicè comburi decernimus: ita vt nemo in religionis diſputatione aliquam ſupradicti nominis faciat mentionem, aut quibuſdam eorum habendi concilij gratia in ædibus aut villa, aut ſuburbano ſuo, aut quolibet alio loco conuenticulum clam aut apertè præbeat. Quos omnes cœtus celebrandi licentia priuari ſtatuimus: ſcientibus vniuerſis violatorem huius legis publicatione bonorum eſſe coercendum.

Pari ratione pulſi Summi Pontifices iuſta ſanxerunt decreta. Leo primus huius nominis Pontifex in Epiſtola quadam ad Toribium Aſtorigenſem Epiſcopum cap. 15. ſic ait: Curandum eſt, & ſacerdotali diligentia maximè prouidendum vt falſati codices, & à ſyncera veritate diſcordes, in nullo vſu lectionis habeantur. Apocryphæ autem ſcripturæ, quæ ſub nominibus Apoſtolorum, multarum habent ſeminarium falſitatum, non ſolùm interdicendæ, ſed etiam penitus auferendæ ſunt, atque ignibus concremandæ. Quamuis enim ſunt in illis quædam, quæ videantur ſpeciem habere pietatis, nunquam tamen vacua ſunt venenis: ſed per fabularum illecebras hoc latenter operantur, vt mirabilium narratione ſeductos, laqueis cuiuſcunque erroris inuoluant. Vnde ſi quis Epiſcoporum, vel apochrypha haberi per domos non prohibuerit, vel ſub canonicorum nomine eos codices in Eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani adulterina ſunt emendatione corrupti, hæreticum ſe nouerit iudicandum: quoniam qui alium ab errore non reuocat, ſe ipſum errare demonſtrat. Hæc Leo Papa vir ſanctus iuxtà, ac doctus. Quid autem Gelaſius Papa de hæreticorum libris cenſuerit faciendum, liber Pontificalis declarat, qui vitam huius Gelaſij deſcribens, hæc inter alia refert. Huius temporibus inuenti ſunt Manichei in vrbe Roma, quos in exilio deportari præcepit, quorum quoque codices ante fores Baſilicæ S. Mariæ incendio concremauit. Hæc in libro Pontificali de Gelaſio dicuntur.

Sic Iulius III. & Paulus IIII. pullulaſcentibus Lutheranorum & Caluiniſtarum hæreſibus obuiarunt maturis edictis, quæ nos hic adſcribimus, vt in ſecunda huius operis editione ſuis in locis & ordinibus cum cæteris conſtitutionibus diſtribuantur. Sic Iulius exorditur.

CVM meditatio cordis noſtri ad id potiſſimum tendat, vt fides Catholica vbi augeatur, & floreat: ad ea libenter intendimus, per quæ omnis ab ea declinandi occaſio tollantur. Sane cum ſicut nobis nuper innotuit ex facultatibus, quæ aliquibus vt libros hæreticos aut de fide ſuſpectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi tenere, & legere poſſent aliquando conceſſæ fuerunt, non ij qui ſperabantur fructus hactenus prouenerint, quinimmo diuerſa inconuenientia ſubſecuta ſunt: Nos præmiſſis occurrere, & Chriſtifidelium animarum ſaluti conſulere cupientes, Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtris certa ſcientia, & matura deliberatione, omnes, & ſingulas facultates & licentias legendi, & tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu de fide ſuſpectos, quibuſuis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus

etiam ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia maiori dignitate Eccleſiaſtica, ſeu ſæculari præeminentia præfulgeant (inquiſitoribus, ſeu commiſſariis ſuper hæretica prauitate ab Apoſtolica ſede pro tempore deputatis, durante ipſa deputatione duntaxat exceptis) à quibuſuis prædeceſſoribus noſtris, ac nobis, & dicta ſede Apoſtolica, ſeu eius legatis, etiam de latere, aut maiori pœnitentiario noſtro, vel quibuſuis aliis, ſub quibuſcunque verborum formis & expreſſionibus, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet etiam, motu, & ſcientia ſimilibus hactenus conceſſas, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reuocamus, irritamus, et annullamus, et pro reuocatis, irritis, et penitus infectis, quo ad omnia habemus, et ab aliis haberi volumus: Diſtrictiùs inhibentes perſonis præfatis ſub ſententiis, cenſuris, et pœnis contra ſimiles libros tenentes, aut legentes, tam à ſacris canonibus, quàm a nobis, & ſede Apoſtolica hactenus inflictis, et promulgatis, ne de cætero facultatibus, et licentiis prædictis vti, aut earum prætextu, ſeu alias quomodolibet libros prædictos aut quoſque alios hactenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere, aut legere præſumant: Et inſuper omnes, & ſingulos librorum Impreſſores, & Bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, quaſcunque alias perſonas, libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu Lutheranam, aut aliam falſam doctrinam in ſe continentes, vel à nobis, & dicta ſede quomodolibet, ex quauis cauſa etiam ex noſtra, & dictæ ſedis ſpeciali licentia, ſeu permiſſione penes ſe habentes, cuiuſcunque ſtatus gradus, ordinis, vel conditionis, aut præeminentiæ exiſtant, etiam ſi vt præfertur pontificali, aut alia quacunque etiam maiori eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant (dictis inquiſitionibus, & commiſſariis, vt præfertur, exceptis) dicta Apoſtolica authoritate & earundem tenore præſentium requirimus, & monemus, ac eis, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub incurſu hæreſis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis, & promulgatis tam Eccleſiaſticis, quàm temporalibus ſententiis cenſuris, & pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſpatium ſexaginta dierum à die publicationis præſentium, modo, & forma infraſcriptis faciendæ computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro ſecundo, ac reliquos viginti dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione eis, & eorum cuilibet in iis ſcriptis aſſignamus: omnes & ſingulos libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu Lutheranam aut aliam falſam doctrinam in ſe continentes, vel à nobis, & dicta ſede quomodolibet reprobatos penes ſe eos ex quauis cauſa, etiam mercaturæ, & ex noſtra ac eiuſdem permiſſione ac licentia etiam ſpeciali, vt præfertur, exiſtentes, inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus in quibus libri huiuſmodi exiſtunt, conſignaſſe debeant realiter, & cum effectu.

Habemus denique Pauli 4. decretum quod non minore ratione contagiem hæreticorum librorum lectione deteſtatur his verbis.

Quia in futuris euentibus adeò humani fallitur incertitudo iudicij: vt quod veriſimili coniectura vtile videbatur progreſſu temporis damnoſum appareat: nonnunquam Romanus Pontifex: quod conſultè ſtatutum eſſe videbatur, conſultiùs reuocat, prout temporis, & perſonarum qualitate penſata in Domino conſpicit ſalubriter expedire: innotuit ſiquidem nobis quod diuerſi tam clerici ſæculares, & diuerſorum ordinum regulares, quàm laici, qui ſe Lutheranis: & aliis huius ſæculi hæreticis reſiſtere, & eorum errores, ac falſas opiniones confutare poſſe præſumebant, & ad hoc ipſorum hæreticorum libros legendi facultatem ſibi à ſede Apoſtol. concedi extorſerant, ſe lectioni librorum huiuſmodi ita dediderunt, vt propriæ innitentes prudentiæ, & à recta Domini via aberrantes, ipſorum hæreticorum fallaciis, & ſuperſtitioſis, ac falſis adinuentionibus irretiti remanſerint, & qui alios ab erroribus reuocare temerè arbitrabantur, ipſi in puteum interitus prolapſi ſint. Nos conſiderantes, quod Spiritus vbi vult ſpirat, & quod ſine eius numine nullum bonum prouenit, propterea ſatiùs eſſe cum ſimplicitate cordis ad eum recurrere, & cum eius adiutorio orthodoxam fidem in catholicis & à ſancta Romana Eccleſia approbatis libris exquirere, quam falſitates Hæreticorum per lectionem eorum librorum detegere velle, volentes præmiſſis inconuenientibus, quantum cum Deo poſſumus, occurrere, & ne ſimilia de cætero contingant, opportunè prouidere, omnes & ſingulas licentias, & facultates legendi libros hæreticorum, ſeu de hæreſi ſuſpectos aut à nobis, ſeu generalibus hæreticæ prauitatis in ſingulis Prouinciis, aut Regnis deputatis inquiſitolaribus damnatos & reprobatos quibuſcunque tam clericis ſecularibus, vel vt præfertur, regularibus, quam laicis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiam ſi Abbatiali, Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali primitiali, aut alia maiori eccleſiaſtica dignitate, ſeu etiam Cardinalatus honore, vel Marchionali, Ducali, Regia, vel Imperiali auctoritate, ſeu excellentia præfulgeant (generalibus inquiſitoribus præfatis duntaxat

*exceptis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos etiam viuæ vocis
oraculo, & ſedem prædictam, ſeu eius pœnitentiarium maiorem, vel quoſuis ordinarios, aut
diœceſanos, ſeu alios, etiam per literas apoſtolicas in forma breuis, ſeu ſub plumbo expeditas
ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis,
aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac ex qui-
buſcunque cauſis, ſeu prætextibus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ
poteſtatis plenitudine, & alias quomodolibet conceſſas, apoſtolica auctoritate, tenore præſen-
tium, reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac viribus penitùs euacuamus & pro
reuocatis, caſſis, irritis, & nullis haberi, eáſque nemini ſuffragari poſſe, aut debere decerni-
mus, Omnibus & ſingulis clericis, & laicis etiam, vt præfertur, qualificatis, non tamen ge-
neralibus inquiſitoribus præfatis, aut quibus hoc per nos ſpecialiter iniunctum fuerit, S.R.E.
Cardinalibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ aliiſque
cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & etiam temporalibus in legentes libros huiuſmodi hactenus
editis & promulgatis, à quibus non niſi à nobis, aut pro tempore exiſtente Romano Pontifice
ſeu ſingulis inquiſitoribus prædictis, præterquam in mortis articulo abſolui poſſint, diſtrictius
inhibentes, ne libros huiuſmodi ex quauis cauſa, vel prætextu, publicè, vel occultè, quouis in-
genio, vel colore legere, aut apud ſe tenere, ſeu imprimere, vel venales habere præſumant: ac
mandantes eiſdem cenſuris: & pœnis prædictis, vt infra terminum eis à ſingulis inquiſitori-
bus huiuſmodi per eorum publicum edictum locis affigendum publicis ſtatuendum libros
ipſos officio inquiſitionis hæreticæ prauitatis huiuſmodi omninò conſignent: & qui de eiſdem
libris notitiam aliquam habuerint, ſeu perſonas ipſos libros legentes, aut apud ſe tenentes, vel
imprimentes, aut venales habentes ſciuerint, ad quod ſciuerint, ac nomina & cognomina libros
ipſos legentium, aut apud ſe tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, & quali-
tatem eorundem librorum prædicto officio omnino reuelent, & notificent.*

*Et quamuis nihil Pontifices precepiſſent, habemus tamen Tridentini Concilij decretum
de non legendis libris hæreticorum cui toto conatu obſequendum eſt.*

XXIIII.

*De Electionibus ad regimina Monaſteriorum, Præpoſiturarum, & aliarum dignitatum
Conuentualium.*

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & dominus noſter dominus Pius diuina
prouidentia Papa Quartus.

Electiones corũ qui præficiuntur monaſteriis præpoſituris & aliis dignitatibus cõuentualibus debent per Pontificem confirmari.

AD cuius peruenit notitiam, quòd licèt alias omnia monaſteria virorum, va-
lorem ducentorum florenorum auri communi eſtimatione excedentia, necnon
prioratus, prępoſituras, ac alias Conuentuales, & Pręceptorias generales, ordi-
numquorumcunque, diſpoſitioni ſuę generaliter reſeruauerit, ac propterea illo-
rum prouiſiones, & ad ea quę ſpeciali priuilegio eligendi ſibi per Sedem Apoſto-
licam conceſſo ſuffulta ſunt, Canonice factarum electionum confirmationes, ad
Sanctitatem ſuam, & dictam Sedem pertinere noſcantur: nihilominus pleríque
Religioſi cæca nimis ambitione agitati, partim electiones de ſuis perſonis ad mo
naſteria, prioratus & alias dignitates conuentuales huiuſmodi, vel priuilegium eli
gendi prædictum habeant, vel illo careant, nullo iuris ordine ſeruato, nulláque
boni vel æqui ratione habita, temerè fieri, factáſque per ordinum ſuperiores, aut
locorum ordinarios de facto confirmari, partim vero nedum priuſquam electio-
nes de ſe ad monaſteria & alias conuentuales dignitates eligendi priuilegio ſufful

Annullantur electiones factæ abſque ſedis Apoſtolicæ prouiſione vel confirmatione.

ta factæ, ritæ confirmentur: ſed ne electi quidem canonici, ſe in regimine, & admi-
niſtratione tam in ſpiritualibus quàm temporalibus monaſteriorum, aliarúmque
dignitatum vacantium eorundem, ac illorum bonorum immiſcere non verentur,
in animarum ſuarum periculum, auctoritatis Apoſtolicæ contemptum, & plurimo
rum ſcandalum: Volens tantis qui paulatim in religioſos irrepſerunt abuſibus, &
auſibus nimis licentioſis aliquando, ſicut par eſt, occurrere, ſuamque Sedi præfatæ
prærogatiuam afferre, Omnes & ſingulas electiones quarumuis perſonarum ad re
gimina monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum, & aliarum dignitatum con-
uẽtualium, ipſarumque electionũ confirmationes per quoſcunque cuiuſuis ſtatus,
gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, & quauis etiam Archiepiſcopali, patriar-
chali,

chali, aut maiori præfulgeant dignitate hactenus ſi præſumptas, nullas inualidas,
ac pro nullis inualidis & prorſus infectis habendas eſſe, perſonaſque ſic vt præfer-
tur electas & confirmatas, monaſteria, aliáſque dignitates huiuſmodi ſine legiti-
mo titulo poſſediſſe & poſſidere, Necnon illorum fructus, redditus & prouentus in

Forma deſuper in futurum ſeruanda.

debitè percepiſſe & percipere. Ac perſonas ipſas ad abſolutionem, & habilitatio-
nem ſuper his, necnon confirmationem electionum de ſe factarum à Sanctitate
ſua ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, aut Sede prædicta, infrà ſex men
ſes à data præſentium computandos impetrandum ac literas Apoſtolicas ſuper hu
iuſmodi confirmatione in totum expedien. omninò teneri declaraui. Et nihilomi-
nus hac ſua perpetuò valitura conſtitutione ſtatuit & ordinauit, quod nullus de cę
tero ſeu in regimine & adminiſtratione monaſterij vel alterius dignitatis conuen-
tualis, ad quod ſeu quam illum eligi contigerit in ſpiritualibus vel temporalibus
antequam ritè celebrata electio à ſanctitate ſua aut Romano Pontifice pro tempo
re exiſtente, & Sede prædicta confirmata, & literæ Apoſtolicæ deſuper expeditæ
fuerint, per ſe vel alium in toto vel in parté quouis quæſito colore immiſcere,

Pœnæ aliter electorum vel electiones confirmantium.

aut ad illud vel ſe recipi facere, vel alias pro eius prælato gerere præſumant. De-
cernens omnes & ſingulos qui ſecus fecerint, iure ſi quod illis ad monaſteria vel
eorum regimina, & adminiſtrationes, ac alias conuentuales dignitates per electio-
nem huiuſmodi fuerit quæſitum, eo ipſo priuatos, & deinceps ibi ineligibiles eſſe,
ipſáque monaſteria & alias dignitates ab eadem ſede impetrari poſſe, qui verò ſi-
miles electiones confirmare præſumpſerit, eo ipſo Superiores ordinum videlicet
ſuis dignitatibus priuatos, Ordinariis autem locorum etiam ſi Archiepiſcopali &
maiori præcellant dignitate ingreſſum Eccleſiæ interdictum, eoſque ab eccleſia-
rum ſuarum regimine & adminiſtratione ſuſpenſos exiſtere.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſuprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apoſtolica, An-
no Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimoquarto, Die
vero Martis vltima menſis Octo. Pontificat præfati S. D. N. Papæ Anno Quinto.

*In electionibus plura vitia contingunt ſummo eccleſiæ detrimento. Multi enim quæ ſibi
à iure interdicta nouerunt exquiſitis fraudibus vſurpare conantur, & propria auctoritate
muneribus creditis funguntur etſi ſuperiorum conſenſu minimè probata ſit talis electio. Ac de
cauſa Gregorius in Concilio Lugdunenſi ſicuti relatum eſt in c. auaritiæ. de elect. in 6. ele-
ctum ante confirmationem, adminiſtrare non debere, quòd ſi ſecus fecerit, punitur pœna pri-
uationis electionis. Quinimò cenſuit ibidem gl. ad finem, pœna iudicis arbitria etiam poſſe ex
Gulielmi opinione. Efficitur etiam ineligibilis ſecundo loco, quod in eo canone ab omni ex
annotatum eſt: & apud Petrum Baiſum in tract. de elect. par. 2. c. 8. Dubitari etiam ſolet, an
quod de electione ſtatuto Gregorius: locum etiam habeat in præſentatione. Et locum habere
in præſentationibus dignitatum à clericis factis, non autem in his quas faciunt laici patroni,
annotauit Geminianus in eo c. auaritiæ, ad finem.]*

XXV.

Decreta Concilij Tridentini circa reformationem & ius poſitiuum ligare cœperunt Kal. Maij
M.D.LXIIII.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
SICVT ad ſacrorum Conciliorum decreta ac Canones, authoritas,
atque confirmatio Apoſtolicæ ſedis, & debet, & ſolet accedere, Ita ſi qua ſuper eis
exorta ſit dubitatio, eiuſdem ſedis iudicio, & declaratione tollenda eſt. Ad aures no
ſtras peruenit multos eſſe qui dubitent ex quo tempore ceperint decreta ſacri Ge-
neralis Concilij Tridentini ad reformationem, & ius poſitiuum dumtaxat ſpectan-
tia eos ad quos pertinent obligare, illa præſertim quæ tempora certa præſtituunt
ad prouinciales diœceſanaſque Synodus celebrandas, ad Sacros ordines ſuſcipien
dos, ad religionem profitendam, ad parochiales Eccleſias aliáque beneficia Eccle-
ſiaſtica quæ eiuſdem Concilij decretis retineri prohibitum fuit reſignanda, & ad
com plures res huiuſmodi exequendas, alias omnes ad prædictam reformationem
iuſque

iuſque poſitiuum tantum ſpectantes quæ obſeruari aut euitari debeant. Nos itaque vt omnis controuerſia dubitatióque tollatur, Motu proprio eam rem prout rationi iuri, & æquitati conuenire cenſuimus, duximus declarandam. Nam etſi ipſius Concilij decreta etiam de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu in Conſiſtorio noſtro ſecreto confirmata à nobis fuerunt, ſub finem menſis Ianuarij, & ab eo etiam tempore apud hanc ſanctam ſedem obſeruari cœperunt, quia tamen non parum temporis in eis Romæ diligenter emendateque imprimendis neceſſariò conſumptum fuit, & iure etiam communi ſancitum eſt, vt Conſtitutiones nouæ vim non niſi poſt certum tempus obtineant, æquum nobis, & iuſtum viſum eſt, prædicta decreta omnia ad dictam reformationem iuſque poſitiuum dumtaxat ſpectantia à Kal. Maij proximè præteriti omnes obligare cœpiſſe eam diem excuſationem cuiuſquam, quod ea ignorauerit, admittendam, atque ita Apoſtolica auctoritate declaramus, ac definimus, & ab omnibus iudicari debere mandamus, atque ſtatuimus. Decernentes irritum, & inane, ſi quid ſecus à quoquam quacunque dignitate, auctoritate, & poteſtate prædito contigerit indicari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque in contrarium facientibus quibuſcunque Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo quarto, Quintodecimo kal Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Conſtitutiones nouæ vim non niſi poſt certum tempus obtinēt.

XXVI.

Priuilegio ſingulari Cardinales inquiſitores habent poteſtatem tenendi atque legendi libros hæreticos & aliis licentiam dandi eos tenendi legendi & interpretandi.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM inter crimina, quæ animaduerſione digna ſunt, & in corrigendo exēpla cunctis præbere debeant, hæreſis ſit grauius, & cæteris deteſtabilius: ideo cum nobis maximè diſpliceat, & ne illud latius ſerpat, pro illo extirpando, cunctis etiā de crimine huiuſmodi infectis, & illius fautoribus, ne ad deteriora (quod Deus auertat) delabantur, per nos modicum inuigilandum ſit. Cumque annis præteritis, & etiam forſan vſque in hodiernum diem in diuerſis mundi partibus (prô dolor) hæreſes, & falſa dogmata pullulauerint, & adhuc pullulent, ſollicitante humani generis inimico, minúſque etiam cuiuſcunque correctionis prætextu pullulare ceſſent: Propterea dilectos filios noſtros, Ioannem Michaelem ſanctæ Anaſtaſiæ Saracenum Ioannem Baptiſtam Sancti Clementis Cicadem, Ioannem Suauium Sanctæ Priſcæ Romanum, Michaelem ſanctæ Sabinæ Alexandrinum, Clementem Olera ſanctæ Mariæ de Araceli, Ludouicum ſancti Ciriaci in Thermis, Simonetam, Carolum Sancti Martini in Montibus, Borhomæum preſbyteros, ac Vitellotium ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Vitellium, Cardinales nuncupatos, pro erroribus, qui occaſione quarumcunque hæreſum dietim contingunt, reprimendis. & ſeu hæreſibus huiuſmodi, & illarum fautoribus, Domino Noſtro Ieſu Chriſto auxiliante extirpandis, deputauerimus: ac eos in Inquiſitores, ſeu in ſanctæ Inquiſitionis congregatione deputatos, cum omnimoda poteſtate, conſtituerimus: & eis ſæpe contingat, ne Catholici, & Chriſticolæ veneno huiuſmodi ſectæ, & illius fautorum afficiantur, ac etiam pro negotiorum, & cauſarum pro tempore incurrentium expeditione ac hæreticorum, qui etiam ad pręſens carceribus in alma Vrbe noſtra mancipati exiſtunt, ac pro tempore mancipentur, deprehenſione & eorum ad veram doctrinam reductione: nonnullos ſeu quamplures libros ab ipſis impiis hęreticis, & ſectę Lutheranę fautoribus compoſitos, & in lucem editos: ac qui indies ſucceſſu temporis edentur, & componentur, ac etiam aliquando oporteat, pro conſeruanda religione in cordibus Catholicorū, eiſdem libris, & hęreticorum deceptionibus fraudibus, & dolis ac machinationibus reſpondere, vel à viris catholicis, ac ſacrę doctrinę, peritis reſponderi facere, ſtantibúſque conſtitutionibus hactenus per nos editis, & per Indicem librorum correctorum de mandato noſtro, vel alias factum prohibitionibus factus eoſdem libros pro huiuſmodi erroribus reprimendis

Cardinales deputati aduerſus hæreticam impietatem, poſſunt legere libros hæreticos.

tenere, & legere dubitent: ac vt filij obedientię eoſdem libros percipere vt accepimus) non audeant. Ad omnem igitur hęſitandi materiam, & conſcientię ſcrupulum in eis tollendum, Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicę poteſtatis plenitudine, de eorundem Ioannis Michaelis, Ioannis Baptiſtę, Ioannis Suauij, Michaelis, Clementis, Ludouici, Caroli ac Vitellotij; Cardinalium fide, probitate & conſtantia, ſingularem tum notitiam tum fiduciam habentes eiſdem Cardinalibus vt durante eorum officio, & quandiu Inquiſitioni huiuſmodi pręfuerint, quoſcunque, quęcunque, quoſcunque, & qualiacunque quorumcunque tum modernorum & futurorum infidelium, & hęreticorum, aut hęreſis & cuiuſcunque impietatis, vel ſuperſtitionis, vel reprobatę lectionis condemnatorum, vel ſuſpectorum, ac etiam incertorum vel diſſimulatorum auctorum, & ſcriptorum, atque etiam Huguenotorum commentaria, tractatus, libros, collectanea, expoſitiones, annotationes, interpretationes, verſiones, & alia cuiuſcunque inſcriptionis & argumenti opera, quocunque nomine nuncupata, Latino, Gręco, Hebręo, aut quocunque alio etiam vulgari cuiuſcunque regionis ſermone compoſita, tam manu ſcripta, quam à quibuſcunque impreſſoribus, & in quibuſcunque locis etiam nominatim prohibitis, vel ſuſpectis, ſeu etiam ſine impreſſorum, & locorum ac temporis titulo, ac abſque locorum ordinariorum, & hęreticę prauitatis Inquiſitorum, aut aliorum ad id deputatorum licentia, & approbatione impreſſa: etiam ex profeſſo contra nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, & Sanctam Romanam Eccleſiam, ac Sedem Apoſtolicam prędictam compoſita, & conſcripta, ac etiam diuulgata: necnon hęreſes, & errores ſeu reprobatas, & damnatas diſciplinas continentia, necnon impreſſorum, & auctorum, aliorumque id genus hominum damnatorum memoriam, & nomina præſeferentia, tam per officium Sanctę Romanę, & vniuerſalis Inquiſitionis quam alias quomodocunque, & qualitercunque in genere vel in ſpecie pro tempore prohibita in quibuſuis mundi partibus, ad quas eos accedere contigerit, & potiſſimum in alma Vrbe noſtra, & Romana Curia habere, tenere, legere abſque aliquo conſcientię ſcrupulo & cuiuſcunque ſuſpicionis vel infamię, aut cenſurarum Eccleſiaſticarum incurſu liberè & licitè poſſint, & valeant. Ita quod in futurum nullatenus ſuper retentione librorum ſcripturarum extractionum, explicationum, & commentariorum huiuſmodi, moleſtari, vel argui ſeu inquiri poſſint, plenam, & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur, ac deſuper cum eis indulgemus. Diſtrictiùs inhibentes quibuſuis aliis tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus perſonis etiam quacunque auctoritate, præcellentia, & dignitate fungentibus, etiam Cardinalatus honore præditis, ne eoſdem libros, extractus, ſeu ſcripturas, & commentaria huiuſmodi etiam præfertur ſpecificata, quouis quæſito colore, etiam cuiuſuis priuilegij à nobis, & prædeceſſoribus noſtris vel ab ipſo Sanctæ Inquiſitionis officio hactenus conceſſis prætextu, penes ſe retinere, legere, & explicare, abſque Cardinalium prædictorum noua facultate, & licentia ſub excommunicationis maioris, & latæ ſententiæ pœna, quam eo ipſo in his ferimus ſcriptis, ac aliis pœnis à conſtitutionibus ac ſacris Canonibus inflictis, & Indice huiuſmodi contentis, audeant ſeu præſumant, Ac decernentes irritum, & nihilominus eiſdem ſupranominatis Cardinalibus dilectis filiis noſtris quando eis vel eorum maiori parti videbitur, & placuerit in plena congregatione tantum ſimilem licentiam concedendi quibuſcunque perſonis cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtentibus, ſupradictos libros etiam cuiuſcunque damnatæ lectionis tenen. haben. legen. & interpretandi, ſeu explicandi ad tempus vel in perpetuum, & conceſſam reuocandi, ſimiliter licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur de gratia ſpeciali. Non obſtan. Lateranen. & quorumcunque conciliorum, ac aliis Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus, & ordinationibus ſtatutis, &c. etiam iuramento roboratis, Priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis pro tempore exiſtentibus Sanctæ Inquiſitionis huiuſmodi maioribus Inquiſitoribus, & quibuſuis, etiam S.R.E. Cardinalibus, cæteriſque ad dictum officium in dicta Vrbe, & alibi deputatis, ac alibi deputatis, ac alias in genere vel in ſpecie etiam cum

Non eſt data ſuperioribus poteſtas in deſtructionem ſed in ædificationē nec licet ſuperioribus quod non licere expedit. Ideò etſi facultas concedatur hac cōſtitutione Cardinalibus inquiſitoribus legendi aut habendi libros hæreticos ea fit ratione potiſſimum vt facilius intelligāt hæreticas cauillationes & ſophiſmata vt illis diſcuſſis ea retūdant atque reuincant.

Vide ea quæ hac in re edidit Gregorius IX. conſt. vt peſtiferarum.

cenſuratum,& pœnarum incurſu, aliiſque decretis, & clauſulis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis etiam Motu proprio, &c. ſeu etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet conceſſis:quibus omnibus etiam ſi de illis,&c.tenores, &c.hac vice latiſſimè ſpecialiter, & expreſsè derogamus eſſe decernimus cæteriſque contrariis quibuſcunque,cum clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio. I.

Et conceſſionibus;in impartionibus, indultis, inhibitione, ſingulis decretis, derogatione,declaratione, de ac pro omnibus,& ſingulis præmiſſis,vt ſupra latiſſimè exten.Et cum opportuna ſi videbitur executorum deputatione, &c.etiam ſub cenſuris,&c.Cum poteſtate aggrauandi, &c. Inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis.Et cum derogationibus,conſtitution.de vna,& de duabus dietis,non tamen vltra tres:ac prædictorum,& quorumcunque aliorum quomodolibet contrariorum ad effectum,&c.latiſſimè exten. & quod præſentis noſtri Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio,& extra, regula contraria non obſtante,ceu videbitur literę per breue noſtrum cum præmiſſarum omnium,& ſingulorum etiam qualit.ac omnium, & cognominum cenſultorum huiuſmodi maiori,&veriori,ſpecificatione,& expreſſione expediri poſſint.Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſexto Kal,Septemb.Anno Quinto.

XXVII.

Contra quoſcunque in confidentiam recipientes vel retinentes eccleſias & beneficia Eccleſiaſtica.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVM Pontificem in excelſa militantis Eccleſiæ ſpecula conſtitutum,vigiles mentis oculos,non ſolum in abſentium extendere, ſed potiſſimum in præſentium domeſticorumque fratrum, & filiorum ſuorum mores diligenter perſcrutandos,aliquando reflectere,ac eos,præſertim quos in Apoſtolicæ ſollicitudinis partem euocauit altiſſimus, ne dum ab omni pactionis illicitæ contagione verum etiam ab eius omnimoda ſuſpitione vacuos, & immunes conſeruare decet, vt qui cæteros illuſtris officij ſublimitate antecellunt, eoſdem priſca etiam illa morum integritate præſtare dignoſcantur,Sanè licet dudum,cum certam ſimoniacæ prauitatis ſpeciem,quam beneficiorum confidentiam vocant,etiam Rom.Cur. atque adeo in ſacrum ven. fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium collegium, quaſi per cuniculos irrepſiſſe,ac nonnullos ex ipſis fratribus, nimia quadam facilitate ſeu potius importunis amicorum familiarúmque precibus adductos,beneficia Eccleſiaſtica in confidentiam huiuſmodi recepiſſe, & frequenter recipere intelleximus,hanc illicitam beneficientiæ exercendæ, ſeu amicitiæ colendæ viam, à tanto ſaltem collegio prorſus eliminare cupientes, eoſdem fratres in Conſiſtorio noſtro ſecreto, non ſemel admonuerimus, huic aliena beneficia cuſtodiendi modo ne aſſueſcerent,neve illa hoc pacto reciperent, vtque ſic recepta admitterent: nihilominus nuper ad aures noſtras peruenit. eorum aliquos monitionis noſtræ imo potius ſuimet oblitos ea quæ cuſtodienda receperent beneficia nondum tamen dimiſiſſe.Et inſuper illos,& nonnullos alios,etiam Patriarchas,Archiepiſcopos,& alios Epiſcopos,ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos,Eccleſias monaſteria,dignitates,& alia beneficia huiuſmodi,in fauorem reſignata,ceſſa, vel alias dimiſſa,acceptaſſe,aut de illis,per obitum vel alias vacantibus,à nobis, & prædeceſſoribus noſtris,ſeu etiam ab ordinariis,& aliis inferioribus collatoribus, etiam ad patronorum præſentationem,ad alterius commodum ſibi prouideri obtinuiſſe,illáque,ac etiam alia aliter vacantia:ſibi in titulum,commendam, vel adminiſtrationem,aut alias dicta auctoritate conceſſa,quandoque in reſignantium, ſeu etiam aliorum fauorem ceſſiſſe,vel alias dimiſiſſe,Ac ſibi propterea penſiones annuas, ac fructus,redditus,& prouentus Eccleſiarum, Monaſteriorum,dignitatum, & aliorum beneficiorum huiuſmodi, in toto vel in parte, etiam aliquando cum facultate illas,& illos transferendi,ac etiam collationem,prouiſionem, præſentationem, & aliam diſpoſitionem beneficiorum Eccleſiaſticorum ad eorundem Eccleſiarum, Monaſteriorum,

Occurrit Pontifex doloſis beneficiorum collationibus quæ profecto irritam & falſam faciunt poſſeſſionem. Non intrãt ſiquidem tales per oſtium ſed aliũde conſcendẽtes fures ſunt & latrones non enim firmatur tractu temporis quod de iure ab initio nõ ſubſiſtit vt eſt iuris axioma.

Monaſteriorum,& dignitatum Pręlatos pro tempore exiſtentes,ac alios huiuſmodi beneficia pro tempore obtinentes pertinentium,necnon regreſſus, ſiue acceſſus, & ingreſſus ad Eccleſias,etiam Cathedrales, Monaſteria, ac alia diuerſa beneficia Eccleſiaſtica,ſibi reſeruari procuraſſe,& obtinuiſſe,ad hoc videlicet, vt confidentes ſic decimarum apoſtolicarum, vel communis dicti Collegij,& annatæ, aliorúmque iurium dictæ Cameræ debitorum, ſolutionem eludant,integriſque beneficiorum, etiam in menſibus Apoſtolicis vacantium, aut alias diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ generaliter reſeruatorum collationibus,ac interdum vt beneficia ipſa, tempore procedente,in aliquorum tunc forſan de iure inhabilium,& incapacium, vel nondum adhuc natorum fauorẽ,* cedantur ſeu reſignentur,vel vt perſonæ inhabiles, & incapaces huiuſmodi,etiam laici,penſionibus,ac fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis fruantur,& gaudeant,ſeu potius illis,& facultate transferendi prædicta abutantur,in animarum ſuarum periculum,& pernicioſum exemplum. Quare nos hanc Cardinalium eorundem in monitionibus noſtris parendo incuriam,& tam illorum quam cæterorum Prælatorum,etiam clericorum,ac aliorum quorumcunque indignam fallaciam, conniuentibus oculis diutius minime diſſimulandam, ſed huic errori, ne radices altius agat, occurrendum tandem eſſe cenſentes. Et quoniã hanc ipſorum,qui monitioni noſtræ non parentes,beneficia huiuſmodi confidentiam vt præfertur retinuerunt, & fructus ex eis indebitè vel percipiendo,vel alios nomine ſuo,etiam per ſimulatas ilorum locationes, & fictas de receptis quittantias,ac donationes & remiſſiones percipi ſinendo, grauiter exceſſerunt Cardinalium metam,potius ex immoderata erga ſuos indulgẽtia, quam aliquo præceptorum noſtrorum ſpretu proceſſiſſe facilè reputamus: Idcirco omnes & ſingulas Eccleſias,etiam metropolitanas,& alias cathedrales,ac monaſteria, etiam conſiſtorialia prioratus,præpoſituras prępoſitatus, dignitates etiam maiores,& principales,etiam conuentuales,perſonatus adminiſtrationes,& officia, cæteráque beneficia eccleſiaſtica,cum cura,& ſine cura,ſecularia,& quorumuis ordinum,regularia,etiam de iurepatronatus,etiam laicorum,etiam nobilium, & illuſtrium,etiam ex fundatione, & donatione exiſtentia per eiuſdem Rom. Eccleſiæ etiam Epiſcopos Cardinales,& quoſcunque alios,etiam Patriarchas,Archiepiſcopos,& alios Epiſcopos,ac etiam eiuſdem Cameræ Clericos,in titulum, commendam,vel adminiſtrationem, aut alias; huiuſmodi confidentiam iure prohibitam cuiuſuis perſonæ,vt præfertur,contemplatione vel intuitu, quouis modo recepta, illorum liberam collationem, & diſpoſitionem nobis & Sedi Apoſtolicæ harum ſerie reſeruantes,ipſo iure à die receptionis eorundem vacauiſſe,& vacare: Ac fructuum,& penſionum reſeruatione,ac facultates transferendi,& collationis beneficiorum conceſſiones,eis vt præmittitur factas,ac regreſſus ſiue acceſſus,& ingreſſus conceſſos huiuſmodi ceſſaſſe,& ceſſare, ac extinctos eſſe,Et eoſdem Cardinales,ſeu quoſuis alios,à prima die receptionis beneficiorum huiuſmodi, citra fructus,redditus,& prouentus earundem eccleſiarum,monaſteriorum,dignitatum,& aliorum beneficiorum, ac penſiones prædictas indebitè percipere, ſuoſque facere non potuiſſe, neque debuiſſe,ſed illos omnes,& ſingulos ad Cameram eandem deuolutos fuiſſe,& eſſe,illíque deberi,ac ipſos,Cardinales, & alios, ad quorum manus quomodolibet peruenerunt,& eorum hæredes ad integram illorum reſtitutionem in vtroque foro teneri, & ad id opportunis iuris remediis compelli debere auctoritate apoſtolica,tenore præſentium decernimus, & declaramus. Et inſuper vniuerſis& ſingulis tam eiuſdem Ro.Eccleſię Cardinalibus etiam Epiſcopis,quam Prælatis,& clericis,& aliis prædictis, præſentibus & futuris, ne deinceps vllo vnquam tempore aliquas eccleſias,monaſteria,dignitates vel alia beneficia, etiam de dicto iure patronatus vti præfertur exiſtentia,aut fructus,vel penſiones aut regreſſus,ſeu exceſſus in confidentiam prædictam,aut ad effectum reſeruationum huiuſmodi ſibi poſtmodum cedentibus procurandum, recipere præſumant, Cardinalibus videlicet & aliis Prælatis huiuſmodi, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ, reliquis vero ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pœna,per contrafacientes eo ipſo incurrenda,à qua niſi à nobis, aut Rom. Pontifice pro tempore exiſtente,præterquam in mortis articulo conſtituti,abſolui

**Ingentem cladẽ eccleſiaſticæ diſciplinæ hæc beneficiorũ collatio attulit. Cogor vti Senecæ verbis in his corruptiſſimis temporibus in quib. nepotari beneficia videmus. Huius conſtitutionis æquitas non latuit Iuſtinianum qui noluit eum epiſcopum fieri, qui filios aut nepotes haberet etiã legitimos. Auth. quomodo oportet epiſc.&c. §. Sãcimus igitur. Innocentius in cap.1 de teſta.nõ credidit poſſe talem ſine diſpenſatione promoueri ad vllam eccleſiaſticam dignitatem. Clemens quartus è Gallia Narbonenſi Pontifex, nepotem ſuum quum reſciſſet habere tres ſimul præbendas, iuſſit vnam tantùm, quam vellet,ſibi retineret, alias relinqueret. Ab amicis autem admonitus aliquid amplius indulgendũ nepoti, reſpondit eccleſiæ diſpenſator verè ſanctiſſimus, non plus tribuendum cognationi quàm Chriſto, qui ſua manda-*

uir in pias dũta xat cauſas pauperes erogari, nō carni & ſanguini tradi liguriēda, quod perinde eſt, ac ſi protenſa manu pontifex, indicãs homines bonos, doctos, honeſtos, futuros & verbi & patrimonij Ieſu Chriſti diſpenſatores fideles, dixiſſet, Hi ſunt & frater meus, & filius, & nepos. Benedictus duodecimus itidem ex Gallis pōtificibus vnus, Auenione ſedens affinitatibus & cognationi tam nihil tribuit, vt ſuis Papã reſponderit nullos habere conſanguineos. Quid cauſæ eſt? niſi quia per hos eccleſiaſtica ſubſtantia periclitari ſolet?

nequeant, diſtrictius inhibemus Ac quaſcunque collationes, prouiſiones, profectiones, commendas reſeruationes, facultates etiam transferendi ac regrediendi, ſiue accedendi & ingrediendi, ac alias diſpoſitiones de eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus & aliis beneficiis eorumque fructibus, & beneficiorum collationibus per nos, & alios Rom Pontifices ſucceſſores noſtros, etiam motu proprio, ſeu conſiſtorialiter, aut etiam per ordinarios, & alios inferiores collatores, etiam ad patronorum eorundem præſentationem, & alias quomodolibet cum interuentu confidentiæ huiuſmodi, expreſsè ſiue occultè, ac de iure præſumpto, & alias contra præmiſſa, pro tempore factas, nullas, & inualidas, nulliuſque roboris vel momenti fore, neque cuiquam ſuffragari, ſed eccleſias, monaſteria, dignitates, ac alia beneficia huiuſmodi, ipſo iure vacare, ac noſtræ & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruata, fructuſque, & penſiones Cameræ Apoſtolicæ applicatos, vt præfertur eſſe, & cenſeri: Sicque in præmiſſis omnibus & ſingulis, per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam ipſius Eccleſiæ Roma. Cardinales, ſublata eis quauis aliter interpretandi facultate, etiam per præſumptiones, & coniecturas legitimas, & eorum arbitio (cum alias cōfidentias huiuſmodi in lucem erui, & probari non poſſe conſtet) procedendo, iudicari, & diffiniri debere: Ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane ſimiliter decernimus. Non obſtantibus fel. record Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & concilij generalis de duabus dietis, ac aliis conſtitutionibus apoſtolicis, necnon collegij præfati iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis: ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque: Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Et ne quiſquam vllo vnquam tempore præſentium ignorantiam prætendere poſſit, volumus & eadem auctoritate decernimus, quod ipſæ præſentes literæ ad Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe valuas, per aliquem ex Curſoribus noſtris, illarum copia ibi affixa, & dimiſſa, & etiam in Cancellaria Apoſtolica de more publicentur, Ac in eiſdem Cancellariæ quinterno, ad maiorem partium illas in iudicio producere volentium, commoditatem deſcribantur. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, Decimo ſeptimo Kalen. Nouembr. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

XXVIII.

Promotio Doctorum & aliorum cuiuſcunque artis & facultatis profeſſorum cum profeſſione fidei præſtanda.

Lupi rapaces dicuntur hæretici qui caulis gregis Chriſtiani inſidiantur.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſacroſancta beati Petri principis Apoſtolorum cathedra, meritis licèt imparibus, hiſce procelloſis militantis eccleſiæ tempeſtatibus conſtitutos, plurimùm nos oportet eſſe ſollicitos, vt Domini gregem curæ noſtræ commiſſum non ſolum ab apertis rapacium luporum vndecunque caulis obſtrepentium inſultibus, ſed etiam a magis formidoloſis peſtifera rũvulpecularum domi latitantium inſidiis, per prouidum paſtoralis officij miniſterium, ipſo Domino cooperante præſeruemus, ac illis omnes nocendi occaſiones, quantum cum Deo poſſumus, vbilibet auferamus. Cum itaque iuxta notum Sanctiſſimi Vatis oraculum, timor Domini, ſine quo vera Religio, & Catholicæ fidei puritas nullibi reperitur, ſapientiæ ſit initium, & qui vel in ſcientiis proficere, vel eas alios docere parant, ſupremum illum ſapientiæ parentem, benignúmque largitorem deuoto ſanæ fidei obſequio demereri, veráque ſinceræ religionis pietate ſibi conciliare debeant. Idcirco hanc fidei puritatem ſcientiis, doctriníſque quibuſlibet tum tradendis, tum addiſcendis, tanquam neceſſariam baſim conſtituere, & ne ſimplicia nonnullorum adoleſcentium, res nouas audiendi cupidorum, ingenia in naufragos blandientium hæreſum ſcopulos impudenter impingant, occurrere cupientes, Motu proprio, & ex certa

Prou. 1.

Omnes qui vel ad docendum aſſumuntur in publicis academiis vel qui doctorat⁹ inſignia ſuſcipiunt prius Catholicam fidem profiteantur iuxta formam hic præſcriptam.

ſcientia noſtra, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod deinceps nullus Doctor, Magiſter, Regens, vel alius cuiuſcunque artis, & facultatis profeſſor, ſiue clericus, ſiue laicus, ac ſæcularis, vel cuiuſuis ordinis regularis ſit, in quibuſuis ſtudiorum generalium Vniuerſitatibus, aut Gymnaſiis publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam lectoris Cathedram aſſequi, vel iam obtentam retinere, ſeu alias Theologiam, canonicam vel ciuilem cenſuram, Medicinam, Philoſophiam, Grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuſcunque Ciuitatibus, Terris, Oppidis, ac locis, etiam in Eccleſiis, Monaſteriis, aut conuentibus regularium quorumcunque, publicè vel priuatim quoquomodo profiteri, ſeu lectiones aliquas in facultatibus huiuſmodi habere, vel exercere. Neque Doctores ipſi, aut Vniuerſitatum, ſeu Gymnaſiorum eorundem Rectores, Cancellarij, vel alij ſuperiores, ſed nec etiam Palatini Comites, aut alij particulares facultatem eruditos viros ad eoſdem gradus promouendi, etiam à nobis, & apoſtolica ſede, vel alias vndecumque habentes, ſcholares, tam Laicos quam clericos, & cuiuſuis ordinis regulares, vel alios quoſcumque quantalibet eruditione præditos, ad vllum gradum in eiſdem facultatibus ſuſcipiendum recipere, & admittere, neque Doctores, Magiſtri, & Scholares ad electionem alicuius in Rectorem, vel Cancellarium Vniuerſitatis, aut Gymnaſij procedere; Nec ipſi Scholares, vel alij quantumlibet docti, & alioqui habiles, gradus huiuſmodi, vel eorum aliquem, palam, vel priuatim recipere valeant, Niſi Doctores videlicet, ac Regentes, Magiſtri, & alij profeſſores tam ad Cathedras, & lecturas recepti, in Italia infra ſex menſes à die publicationis præſentium computandos, reliqui vero ad Cathedras, & alias lecturas ibidem in poſterum aſſumendi ante illorum receptionem in rectoris, vel aliorum ſuperiorum, Eligendi autem in Rectores, vel Cancellarios ante illorum electionem, vel ſaltem admiſſionem in Ordinarij loci, vel eius in ſpiritualibus Vicarij; Ac promouendi Scholares: & alij præfati ante illorum promotionem in eiſdem Ordinariis, ſeu eius Vicarij, aut Doctorum aliorúmue promouentium manibus, præuio etiam proceſſu, vel debita informatione, quantum eis ſufficere videbitur, ſuper Religione, Fideque Catholica, Rectorum, Cancellariorum, Doctorum, Lectorum, & promouendorum eorundem per ipſos locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios rite facta præcedente, eandem Catholicam fidem, verbis, iuxtà formæ infraſcriptæ tenorem conceptis palam, & ſolemniter profiteri teneantur. Et deſuper inſtrumentum publicum confici, ac de proceſſu, ſeu informatione, & fidei profeſſione in Priuilegio Doctoratus, vel alterius gradus huiuſmodi ſpecialis, ac de verbo ad verbum mentio, & relatio fidei debeat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Ac omnibus, & ſingulis earundem Vniuerſitatum, & Gymnaſiorum Rectoribus, Doctoribus, & aliis ſuperioribus, ac alias facultatem doctorandi habentibus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel maiori dignitate, etiam Cardinalatus honore, ac Ducali, vel alia etiam Regia, & Imperiali auctoritate præfulgeant ne quem in Vniuerſitatibus, Ciuitatibus, Oppidis, vel aliis locis ſibi in ſpiritualibus, vel temporalibus ſubiectis, aliter Cathedras, aut alias lectiones retinere, conſequi, vel ad gradus promoueri reſpectiuè patiantur, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, quo ad Antiſtites, quo verò ad inferiores, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, necnon priuationis omnium, & ſingulorum dignitatum, beneficiorum, officiorum, & feudorum eccleſiaſticorum per eos quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, eo ipſo per contrafacientes incurrendis pœnis diſtrictiùs inhibemus: ac quaſcunque receptiones, promotiones, electiones, & admiſſiones abſque proceſſu, certáque de religione, & Fide Catholica notitia, ac dicta fidei profeſſione ſic (vt præfertur) præcedente, pro tempore factas, nullas, inualidas, nulliúſque roboris, vel momenti eſſe, neque cuiquam in iudicio, vel extra ſuffragari poſſe, Sicque per quoſcunque Iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordi-

Rectores, Cancellarij, Academiarum non eligantur, & ſcholares ad aliquem gradum non promoueantur niſi ſeruatis præmiſſis.

Superiores caueant ne quid in diminutionem aut contēptum huius conſtitutionis eueniat.

nationibus Apoſtolicis,ac Vniuerſitatum,& Gymnaſiorum,Ordinum, & locorum quorumcunque,etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica , vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus, priuilegiis quoque,indultis facultatibus & literis Apoſtolicis eiſdem Vniuerſitatibus,& Gymnaſiis, ac Ordinibus, & locis, eorúmque Rectoribus,Doctoribus,Superioribus,etiam in temporalibus Dominis, Comitibus Palatinis,& aliis etiam regularibus perſonis præfatis ſub quibuſcunque tenoribus , & formis , ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus,etiam vim contractus inducentibus clauſulis,irritantibúſque, & aliis decretis in genere , vel in ſpecie,etiam per nos,ac ſedem præfatam , etiam motu,ſcientia, & poteſtatis plenitudine,ſimilibus, ſeu ad quorumuis , etiam Imperatorum,Regum,Rerumpublicarum,Ducum,& aliorum Principum inſtantiam , & alias quomodolibet conceſſis , ac etiam pluries approbatis, & innouatis , quibus omnibus,etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis , eorúmque totis tenoribus,ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,& indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret , illorum veriores tenores,ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis , & incerti habentes, ſpecialiter,& expreſsè motu ſimili derogamus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter , vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum , quod interdici, ſuſpendi : vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam , ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Ne autem quiſpiam præſentium ignorantiam prætendere, vel excuſationem allegare poſſit,ſed ipſæ ad omnium notitiam deducantur,Volumus,& mandamus, quod eædem præſentes in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe,& Cancellariæ noſtræ valuis,ac acie Campi Floræ per aliquem ex curſoribus noſtris affixæ , copia illarum ibi dimiſſa,omnes in Italia intra tres,extra vero illam exiſtentes intra ſex menſes proximos ab ea die affixionis computandos perinde arctent,ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. FORMA DICTÆ PROFESSIONIS FIDEI HÆC EST. Ego N.firma fide credo,& profiteor omnia & ſingula quæ continentur in Symbolo fidei,quo.S.R.E.vtitur videlicet,Credo in vnum Deum , Patrem omnipotentem,factorem cœli,& terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo lumen de lumine,Deum verum de Deo vero, Genitum non factum,conſubſtantialem patri,per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines,& propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine,& homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato , paſſus,& ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas. Et aſcendit in cœlum,ſedet ad dexteram patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos,&mortuos.cuius regni non erit finis. Et in Spiritũ ſanctum Dominum,& viuificantem, qui ex patre, & filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur , & conglorificatur,qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam Sanctam,Catholicam,& Apoſtolicam Eccleſiam,Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones , reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes,& conſtitutiones firmiſſimè admitto , & amplector. Item ſacram ſcripturam,iuxtà eum ſenſum,quem tenuit,& tenet ſancta mater Eccleſia,cuius iudicare de vero ſenſu,& interpretatione ſacrarum ſcripturarum , admitto,nec eam vnquam niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe vera, & propria ſacramenta nouæ legis; à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta,atq; ad ſalutem humani generis, licet nõ omnia ſingulis neceſſaria,ſcilicet,Baptiſmum , Confirmationem , Euchariſtiam, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio,& admitto. Omnia,& ſingula quæ de peccato originali , & de iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum , proprium, &

Promotiones & receptiones quæcunque non obſeruatis quæ hac conſtitutione iubentur irritæ ſunt & inanes.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Forma profeſſionis fidei.

propitiatorium pro viuis,& defunctis atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè,realiter,& ſubſtantialiter corpus,& ſanguinem,vna cum anima , & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti,fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus,& totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem,quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantionem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum,verumque Sacramentum ſumi , Conſtanter teneo Purgatorium eſſe , animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari. Similiter, & Sanctos,vna cum Chriſto regnantes, venerandos , atque inuocandos eſſe , eoſque orationes Deo pro nobis offerre,atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero imagines Chriſti,ac deiparæ ſemper Virginis,necnon aliorum Sanctorum habendas,& retinendas eſſe,atque eis debitum honorem , & venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in eccleſia relictam fuiſſe,illárúmque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam,& Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco. Romanoque Pontifici beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori , ac Ieſu Chriſti Vicario , veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia à ſacris Canonibus,& œcumenicis Conciliis , ac præcipuè ſacroſancta Tridentina Synodo tradita,definita , & declarata indubitanter recipio , atque profiteor:ſimulque contraria omnia,atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas,& reiectas,& anathematizatas,ego pariter damno,reiicio,& anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem,extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt,quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo,eandem integram , & immaculatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè Deo adiuuante retinere,& confiteri,atque à meis ſubditis,ſeu illis,quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri doceri,& prædicari,quantum in me erit,curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo,ac iuro:ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Nulli ergo,&c. Si quis autem,&c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum,Anno Incarnationis Dominicæ,milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto,Idibus Nouembris,Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Habuerunt ſemper Milites teſſeras & inſignia quædam quibus fidem datam Duci & militiæ profitentur,deinde armis induuntur quæ ſibi ille præſcribit teſſeram quoque illam in prælio accipiunt quo ab hoſtibus diſcriminentur,ſic & qui altioris & ſublimioris trophæi Chriſti nimirum militiæ adſcribuntur per baptiſma , fidem Chriſto Domino dant , & renunciant Satanæ , de iis quæ agenda ſunt vel fugienda diligenter admonentur , exorcizantur . catechizantur , vnguntur tanquam athletæ,armantur donis gratiæ,& ſigno crucis Chriſti principis & Domini ſui,quod pro Symbolo etiam belli ſpiritualis habent. Rurſum etiam qui in Eccleſiaſtica authorandi ſunt , (maximè qui futuri ſunt aliorum duces) quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,ſed aduerſus ſpirituales nequitias in cœleſtibus,eos ante omnia fide aſtringi decet ſuo imperatori,Chriſti Vicario: hæreticis autem atque hæreſibus nuncium remittere , legéſque militiæ ſuæ certas accipere , ne victus aliquando dicat,Non putaram quod dementis & inconſulti eſſe perhibetur.

Idcirco ſacroſancta generalis Tridentina Synodus explicitam profeſſionem fidei facere iubet cum primum ij electi fuerint:tam vt iureiurando ad ritè obeundum munus ſuum obligentur,quàm vt in confeſſione veræ fidei & catholicæ,armaturam habeant : ſcutum ſcilicet fidei,& galeam ſpei ſalutis,cum gladio ſpiritus,quod eſt verbum Dei. Hæc eſt inſignis Panoplia Chriſtiani hominis. Sic & qui præficiuntur cæteris vt docti doceant, præſcriptam hic fidei formam profiteri iubentur hoc Pontificio reſcripto.

XXIX.

Diſpenſationes de non reſidendo in fauorem ſtudij non valent ſine conſenſu ordinariorum.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater,& Dominus noſter D. Pius diuina prouidentia Papa IIII. ad cuius aures nuper peruenit, nonnullos curata vel alias ſacros ordines,aut perſonalem reſidentiam requirentia beneficia obtinentes , ſub prætextu quod literis operam dare cupiebat,poſt confirmationem Concilij Trid.

Abſentes excuſantur ſtudentes ca. cũ ex eo. de elect. in 6. Sed vult Põtifex abſentiã ordinariorũ conſenſu probari, vt etiã iubetur c relatum de cleric. nõ reſid. Sed teſte Rebuffo de conſuetudine non petitur nec requiritur in ſæcularibus clericis hæc licentia quæ cõſuetudo valet vt Innoc Hoſtienſ. & alij docent in ca. inter quatuor de cleric. nõ reſid. & c. relatum ibidẽ vbi alternatiuè loquitur de licẽtia ſuorũ ſuperiorum ſtudio literarum.

per Sanctitatem ſuam ſanctam, & publicatam ſecum vt literarum Studio in loco vbi illud vigeant generale, actu inſiſtendo, ratione beneficiorum per eos obtentorum huiuſmodi vſque ad quinquennium, vel aliud tempus tunc expreſſum, dummodo infra primum illius annum ſubdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoueri minime tenerentur, & tam iidem quod interim, quam alij, etiam ad eoſdem ordines vel eorum aliquem ſeu aliquos promoti, quod ſimiliter ſtudentes beneficiis per eos obtentis, per Vicarios idoneos, per locorum ordinarios etiam congrua fructuum beneficiorum huiuſmodi portione illis aſſignata vel alias deputandos in diuinis deſeruiendo, animarum curam illis imminentem exercendo, & alia incumbentia onera ſupportando, vſque ad ſimile tempus perſonaliter in eiſdem beneficiis reſidere non tenerentur, & nihilominus interea omnes eorundem beneficiorum fructus percipere poſſent, per ordinariam Sanctitatis ſuæ Signaturam ſeu pœnitentiariæ ſuæ officium diſpenſari ſibique pariter indulgeri obtinuerunt, nullum in his vel fraudi vel circumuẽtioni locum præſertim quo ad abſentes à Rom Cur. de quorum qualitatibus facilis notitia haberi non poteſt, quantum humana ratione prouideri poteſt relinquere volens, Concilij etiam Tridentini decretis inhærendo huiuſmodi diſpenſationes, & indulta hactenus conceſſa, ac tam ipſius pœnitentiariæ, quam Apoſtolicas, & alias deſuper confectas, & conficiendas literas, proceſſuſque habitos, & habendos, per eaſdem dictis abſentibus nullatenus ſuffragari, niſi ſingulorum ordinariorum locorum in quibus ſingula beneficia huiuſmodi conſiſtunt conſenſus gratis præſtandus ad id accedat, Apoſtolica auctoritate declarauit, decernens irritum &c.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, die vero veneris vigeſima quarta menſis Nouembris, Pontificatus præfati S. D. N. Papæ Anno Quinto.

Tanti ſemper fecerunt ſummi Pontifices literarum ſtudia vt in earum fauorem diuerſa conſtituerint priuilegia his qui liberè eorum famulatui ſeſe deuouent ex his vnum ſingulare in hac conſtitutione habemus quo excuſantur à reſidentia qui cum licentia Ordinariorum ratione ſtudij abſentes ſunt, quamuis abſentes nihil percipere debeant de fructibus beneficiorum. Nam iuri minimè conſonum eſt pari mercede gaudere abſentes alijs Curis irretiti cum his qui diurnis nocturniſque officij muneribus interſunt. Cordato Lectori applaudet hæc ſententia conſideranti legis naturalis, & diuinæ rationem, conſiliorum, ſanctorúmque patrum decreta, cùm ex his appareat decimas, cæteróſque eccleſiaſticos reditus non alia ratione nec alio iure habentibus ſacerdotia, beneficiáque eccleſiaſtica præſtari, quàm ſi & operas in miniſterio eccleſiæ impenderint, quæ ab ipſis canonibus indictæ, & inſtitutæ fuerint, quemadmodum ante nos diligentiùs, & doctiùs primæ claſsis doctores edocuerunt. Attamen tantus eſt ſtudiorum fauor vt abſentibus beneficiorum fructus non denegentur ac ſi reſiderent. c. fin. de magiſt. confirmatur in Tridentino Concilio ſeſs. 5. de reform. c. 1. in fin. cap. licèt. de præb. c. tuæ. de cler. non reſi. cap. cùm ex eo. de elect. in 6. & c. 2. de pril. eo. lib. gloſſ in c. propoſuiſti. in ver. quod in templo. 82. diſt. & in c. de quibuſdam. arg. illius text. & ibi Archid. num. 13. & Dom. 37. diſt. de iure ciuili. eſt gl. in auth. vt cler. qui rece. in prin. & in l. qui ſub prætextu de ſacr. eccl. quam cita. Bal. in prœm. decret. ſub num. 26. Tritum eſt illud axioma iuris abeſſe, non videtur, qui ſtudiorum cauſa abeſt. l. quæſitum. & ibi not. Bart. de leg. 3. & pro reſidentibus habentur, prædictis iuribus & Clem. 1. §. cæterùm de ſta. mon. & quia ſtudens dicitur laborare pro commodo, & vtilitate totius eccleſiæ d. c. cùm ex eo. & ibi Dom. in prin. c. 1. & tot. ti. de mag. glo. in c. ſi. in ver. in ſcholis. de magiſt. & dicitur ſtudere, vt poſteà eccleſiæ melius ſeruiat. arg l. diuortio. §. non ſolùm ff. ſol. mat. Bald. in l. qui ſub prætextu. nu. 2. C. de ſacr. eccl. Sed illud priuilegium ampliandum eſt, vt non ſolùm ad liberales diſciplinas ſolito ſuo fauore extendatur verum etiam, tam ad ſtudentes in ſacra Theologia, quàm in eos qui dant operam iuri ciuili. vt tenet Lap. in cap. 2. de priu. in 6. ſentit Abb. conſ. 88. col. 3. verſ. tertio. vol. 1. vbi putat in omnibus ſcientiis, præterquàm in prohibitis de fructibus percipiendis beneficiorum procedere, & dicit Domin. in d. c. cùm ex eo. num. 8. quòd legibus incumbere poteſt clericus ad cognitionem canonum, & idem ait gl. in c. 1. 37. diſt. licèt alij omnes communiter contrarium teneant. Calder. conſ. 2. de magiſt. conſuluit, quòd ſi ante

ſi ante Monaſterij ingreſſum eſſet quis in iure ciuili peritus, liceat ei Abbatis licentia doctoratus gradum in ea facultate aſſumere, oſtendendo id vtiliſſimum eſſe monaſterio, refert Fely. in c. cùm dilecta. num. 19. de reſcr. & hanc partem contra communem ſententiam confirmo, per text. in c. 2. de priuil. in 6. vbi diſponitur, quòd in Curia Romana vigeat ſtudium iuris diuini, & humani, canonici videlicet & ciuilis, & ibi ſtudentes recipiant integrè prouentus eccleſiaſticos ſicut ſtudentes in ſtudio generali, vnde innuit quòd iuri quoque ciuili operam dantes beneficiorum fructus vbique percipiant, licèt ibi gl. in fin. aliter intelligat.

Verum tota controuerſia & ſtatus veluti huius conſtitutionis eò vergit vt intelligatur vtrum priuilegium abſque licentia ſuperiorum validum & firmum permaneat. Diximus in additionibus iure prohiberi quod conſuetudine licitum eſt, nam etſi debeant clerici ſtudiorum cauſa à ſuperiore ſuo licentiam petere. cap. relatum. & ibi not. gl. in ver. prælatorum. & Io. de Imo. nu. 3. & in d. c. tuæ. vbi Imo. in prin. & in c inter quatuor. de cler. non reſi. Arch in d. c. de quibuſdam ſub nu. 14. Io. Andr. in cap. 2. de priuil. in 6. Bal. in Benedict. Gregor. num 13. Peruſi. in c. 2. not. 2. ne cler. vel monach. in 6. qui etiam requirit conſenſum capituli: habetur in d. ſeſs. 23. ca. 1. per Hoſt. in ſum. de magiſt. §. fin nu. 9. Ioan. de Sel. in tract. benef. in 4. par. q. 6. num. 12. nec ſufficit petere, niſi obtineatur ſecundum Abb. in d. c. relatum. num. 5. quando autem non vult concedere Epiſcopus, ad ſuperiorem diximus recurrendum, & quando eſſet in remotis à Vicario poſſe peti, vt tradit Abb. conſ. 88. col. 3. vol. 1. per c. cùm nullus. de temp. ord. in 6. Ratio eſſe poteſt, ne indociles, ſe conferrent ad ſtudia contra mentem illorum iurium, & ne multitudo nimia idem faceret. Contrarium tamen ſentit Fely. in d. c. fin. in fin. de magiſt. poſt Lap. in c. 2. de priui in 6. & per. Inſtit. de teſtam. mil. nu. 10. & videtur probari in d. c. relatum, aliter, ac alij intelligendo: nam poſtquàm dictum fuit, quòd non reſidentes poterunt amoueri, ſubiungitur, niſi fortè de licentia ſuorum prælatorum, vel ſtudio literarum, vel pro aliis honeſtis cauſis contigerit eos abeſſe: Vnde duos caſus videtur excipere, alter eſt, quando abſunt cum licentia, Alter autem quando cauſa ſtudiorum, vel alia honeſta cauſa, & ſic innuit, quòd tunc non exigatur licentiæ petitio. Præterea conſuetudo eſt optima legum interpres l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Conſuetudo autem in multis locis eſt, ac vbique ferè, vt clerici ſe ad ſtudia conferant ſine licentia ſuorum prælatorum & ea quidem valet, vt de vtroque teſtis eſt Panor. in d. c. tuæ. ſub nu. 5. & Imol. in c. ex tuæ nu. 9. de cler. non reſid. Soci in d. c. fin. nu. 6. & Fely. in ſi. de magiſt. Bart. Bolog. in auth. habita. nu. 382. C. ne fil. pro patre. Probatur etiam per text. in d. c. fin. de magiſt. ibi percipiant de licentia ſedis Apoſtolicæ. debet enim intelligi, de licentia generaliter conceſſa authoritate illius conſtitutionis, vnde non oportet aliam impetrare, vt not. gl. pen & quamuis ille text. loquatur in Theologia, & ſecus eſſe dicant in aliis facultatibus Maria. Socy. ibi nu. 6. Imo. in d. c licet. in princ. & Bal. poſt Nic. de Mattar. in d. auth. habita. ſub nu. 34. nihilominus idem dicendum videtur de ſtudentibus iuri ciuili.

XXX.

Forma profeſsionis fidei & iuramenti quod præſtare debent prouiſi de beneficiis ac Dignit. Eccleſ. Monaſteriis & aliis locis ordinum regularium & Militiarum.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INIVNCTVM nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus omnipotens, ad prouidam Eccleſiæ ſuæ directionem, ſanctis Patribus in nomine ſuo congregatis diuinitus inſpirare dignatus eſt, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque iuxtà Concilij Tridentini diſpoſitionem omnes quod deinceps Cathedralibus, & ſuperioribus Eccleſiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei profeſſionem facere, ſeque in Rom. Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere, & iurare teneantur: Nos volentes etiam per quoſcunque quibus de Monaſteriis, Conuentibus, Domibus, & aliis quibuſcunque locis, regularium quorumcunque ordinum, etiam Militiarum quocunque nomine vel titulo prouidebitur idem ſeruari, & ad hoc vt vnius eiuſdem fidei profeſſio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicáque, & certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtræ ſollicitudinis partes in hoc alicui minime deſiderari, formam ipſius præſentibus annotatam, publicari, & vbique gentium per eos ad quos ex decretis ipſius Concilij, &

alios prædictos ſpectat, recipi, & obſeruari ac ſub pœnis per Concilium ipſum in contrauenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam profeſſionem prædictam ſolemniter fieri, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium diſtrictè precipiendo mandamus, huiuſmodi ſub tenore. Ego. N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia vtitur videlicet. Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex patre, filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per prophetas Et vnam Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum: Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas, traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram ſcripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto, nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè ſacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licèt non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, Matrimonium, illáque gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto Omnia, & ſingula quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Trid Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, propriū, & propiciatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis: atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe verè realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini, in ſanguinem: quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi, Conſtanter teneo Purgatoriorum eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari. Similiter & ſanctos vna cum Chriſto regnantes, venerandos, atque inuocādos eſſe eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero, imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper virginis, necnō aliorū Sanctorum habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſiarum relicta fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco. Romanóque Pontifici, Beati Petri Apoſtorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à ſacroſancto Tridentina Synodo tradita, diffinita, & declarata indubitanter recipio atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas; ego pariter damno, reiicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integrā & immaculatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè, Deo adiuuante,

Tenor profeſſionis fidei.

Articuli fidei.

Septem ſacramenta.

Sacrificium propitiatorium.

Purgatorium.

Eccleſia Romana Catholica Apoſtolica.

te, tenere, & confiteri, atque à meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum Ego idem N. ſpondeo, voueo ac iuro: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Volumus autem, quòd præſentes literæ in Cancellaria noſtra Apoſtolica de more legantur. Et vt omnibus facilius pateant, in eius Quinterno deſcribantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1564. Idibus Nouembris Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Fidei profeſſionem à Pio 4. edictam prioribus omnibus Sacroſanctæ Eccleſiæ ſanctionibus reſpondere videmus. Fuit enim etiam in ipſius incunabilis præſcriptus ritus confeſſionis fidei, quem omnes profiteri tenebantur qui Chriſtiani nominis inſigniis illuſtres & inſigniti erant. Huius Chriſtianæ militiæ teſſera eſt fides, Symbolo ipſo Apoſtolico veluti ex compendio totius noſtræ doctrinæ explicata. Illud enim Symbolum nihil aliud eſſe dicimus quam breuem Epitomen quæ conſtet collatis capitibus & articulis noſtræ fidei quibus ineſt peculiaris ad credendum difficultas & fidei exercitium, quod & Ireneus fidei regulam vocat, quam appellationem ab eo mutuati videntur Tertullianus lib. de præſcr. lib. de vellandis virginibus, & lib. contra Hermogenem. Auguſtinus lib. 1. de fide & ſymbolo & Chriſoſtomus ho. in ſymbolum Quod verè Apoſtolicum eſt nec illud negant hæretici, nam & proteſtantes Synagogæ hoc ſymbolum ſuis tyronibus proponunt credendum Sic & ipſe Lutherus in ſuæ fidei capitibus. Solus tamen Caluinus quod ego ſciam peſſimè torquetur, & miris ambagibus tergiuerſatur ne in ſuis Pſeudologicis inſtitutionibus illud Apoſtolicis acceptum referre cogatur ſine ſcripto Dei verbo. Etſi doctorum auctoritas apud hunc parui exiſtimetur nimis, inculpatum tamen addam teſtimonium ex quo veriſſimè elicitur Apoſtolos eſſe huius Symboli authores. Clemens Romanus auritus teſtis & oculatus Epiſt. 1. ad Iacobum ait Chriſto reſurgente & aſcendente in cœlum, miſſo ſancto Spiritu, collata Apoſtolis ſcientia linguarum adhuc in vno poſiti, Symbolum quod nunc fidelis tenet eccleſia, vnuſquiſque quod ſenſit, dicendo condiderant, vt diſcedentes per inuicem hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Et Ambroſius Epiſtola ad Siritium, alióſque Epiſcopos per Aemiliam aſſerit: ſed ſi Doctrinis (inquit) non creditur Sacerdotum, credatur oraculis Chriſti, credatur monitis Angelorum dicentium, quia non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum, credatur Symbolo Apoſtolorum quod Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat.

His duobus aſtipulantur Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſibus, Cyprianus. Martyr expoſ. Symbol. Hieronymus Epiſtola ad Pammachium, Ambroſius Epiſt. 81. & ſerm. 38. Auguſt. ſer. 115. & 181. de tempore. Leo magnus ſerm & Epiſt. 13. Iſidorus lib. 2. de eccl. officiis. cap. 23. & Petrus Chriſologus paſſim. Nec dubito illud Apoſtolis in ſuis ſacris myſteriis decantaſſe, vt certo coniicio ex Beati Iacobi ſacra Lythurgia & Dyoniſi Areopag. cap. 3. Eccleſ. Herarch. & Diuo Germano ad miſſam Chriſoſtomi qui dicūt optimè fuiſſe inſtitutum vt ab omnibus etiam laicis decantaretur vt ediſcerent. Sit vt ex antiquis lectionibus colligimus tantus fuit huius Symboli vſus, vt neque baptiſmus, neque confeſſio, neque aliud ſacramentum miniſtretur: quin adſit hoc Symbolum vel ſuffragetur eius intelligentia: vt lib. 2. decretorum, cap. 62. ex Rem. Conc docet Burchardus, vbi vetatur, ne quis ad exomologeſim admitteretur, niſi Symbolum recitaret. Omitto quæ aliis habet in locis ex Cabilonen. Aurelianen. Agathen. Pariſien. aliiſque Conciliis, quibus precipitur vt omnes tam Latinè, quàm vernaculè Symbolum diſcant, & intelligant, ne quis ad baptiſmum pro puero ſtipulator accederet, qui Symbolum non pronuntiaſſet; quam legem etiam in cathecumenorum ſuſceptione iubentur ſacerdotes adſeruare, vtque parentes curent liberos ſuos edoceri capita Symboli. Grauiſſimè vero patres Remen. Conc. c. 8. dixerunt neminem ſeruari poſſe, qui non Symbolum memoria teneat, & intelligat. Toletanum autem conc. 3. can. 2. tradit iſtud Symbolum non tantum hunc vſum habere, vt per eius recitationem quiſpiam euadat particeps ſacramentorum Eccleſiæ, ſed ad iuſtitiam, & cordis purificationem conferre plurimùm, & eò pertinere quòd Paulus inquit Rom. 10 corde credi ad iuſtitiam, ore autem confeſſionem fieri ad ſalutem: ne huc adferam Agathenſis Concil. c. 9. conciliꝗ item ſexti generalis can. 78 Moguntiaci. c. 45. vbi partim recitari, partim prædicari Symbolum iubetur, & illud otioſum non eſt, quod noſtri maiores monebant ruſticos, vt priuſquam in ſyluas, & agros conferrent ſeſe aliquid operis facturi, recitarent Symbolum, eóque ſe à leuioribus maculis expiarent.

Multi tamen anxius conqueruntur cur ſumma illa noſtræ fidei ſcriptis relata non fuerit

 hoc.

hoc dubium diſcutiunt Hieronymus ad Pammachium & Iſidorus lib. 2. cap. 23. offic. & lib. 6. cap. vltimo. de Etimon dicentes Apoſtolos noluiſſe Symbolum mandare literis, quoniam prædictum erat ab Ieremia, nouam legem non in tabulis cæreis, aut lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus deſcribendam, vt omittam quòd in fidelibus iſta miſteria diligentiſſimè celata volebant. Ex quibus omnibus apparet, hoc Symbolum inter ἄγραφα fuiſſe. His primis rudimentis ferocientes quoſcunque hæreticos qui nolũt cuiquã aſſentiri, niſi exploratum habere ſe putent deuincimus. Nos quidẽ firmiter aſſenſum præbemus his omnibus quæ diuinitus ad credendum reuelantur: nec eſt vt clancularij obtrectatores hanc noſtram adhæſionem irrideant. Fides noſtra vt Damaſceni verbis vtar dicitur συγκατάθεσις ἀπολυπραγμόνητος, id eſt, aſſenſio non multum curioſa quia nequaquam curioſè ſciſcitatur quomodo vel cur quiquam fiat. Hic aſſenſus catholicus non eſt inſanus ſtrepitus verborum aut indocta dementia quæ eſt in quibuſdam capitoſis hæreticis qui adeunt rogos, enſes, neque habent cuiuſquam penſi, ſit ne veritati quod arripuere ſemel conſonum nos vero liberè ſuſceptam fidem noſtram & chriſtianæ noſtræ militiæ ſacramentum proteſtamur.

Huc pertinere videntur quædam quæ ad fidei confeßionem ex ipſius attributis faciunt. Præcepta enim fidei actio eſt ipſa eiuſdem confeßio ad ſalutem tantum neceſſaria vt alioquin fides ipſa nihil proſit dicente Apoſtolo corde creditur ad iuſtitiam ore autem confeßio fit ad ſalutem quo loco obſeruandum non immerito putat Aug. prudenter D. Paulum ipſi fidei tribuiſſe iuſtitiam eius autem confeßioni ſalutem quia nimirum quemadmodum fieri poteſt vt quandoque verè quis iuſtus ſit nec tamen conſequatur ſalutem quia inter ea duo multa veniunt obſeruanda nempe præcepta ex qua niſi obſeruet quis ſalutem non conſequitur: ita fieri poteſt vt veram quis fidem habeat, nec tamen eam palam profiteatur Diuum ſiquidem Petrum nemo dixerit fidem illam quam rogatus coram Chriſto & corã Apoſtolis confeſſus eſt amiſiſſe cum Chriſtum poſtmodum ſe noſſe negauit quia tamen eam non eſt tunc etiam profeſſus plurimum peccauit, fide igitur etiam in corde occultata poterit, quis eſſe iuſtus ſaluus nequaquam niſi eam cum res poſtulat fuerit profeſſus. Obſeruandum ſecundo fidei confeßionem non ore tantum ſed & omnibus externis ſignis ac cæremoniis quibus deprehendi poteſt fieri D. tamen Paulus eam quæ ore ſit quod ea præſtantiſſima ſit ac perfectiſſima tantum nominauit obſeruandum tertio non omni loco & tempore ad fidei ſuæ confeßionem obſtringi Chriſtianum affirmatiua ſiquidem (vt vocant præcepta cuiuſmodi fidei eſt confeßio) non ſemper ſed tantum cum tempus poſtulat aut res, ad ſui obſeruantiam Chriſtianos obſtringunt notandum verò vel maxime tum rem poſtulare, vt noſtram, ſiue ore ſiue externis eis ſignis & cæremoniis fidem profiteamur quando ex noſtra ea in re diſſimulatione vel detrimentum paſſura videtur religio vera falſáque confirmantur vel infirmus quiſpiam offenderetur id quod ex ſcripturis ſacris ſatis licet colligere. Videmus religiònem ſuam nõ ſemel Paulum diſſimulaſſe vt pote cum Tymotheum circuncidit ac ipſe caput ſuum tanquam Nazareus totondit quod tamen tantum abeſt detrimentum intulerit religioni vt quemadmodum ipſe declarat multo magis ea diſſimulatione Euangelium propagarit Iudæis (inquit ille) Iudæis & omnia omnibus factus ſum vt omnes lucri facerem. Sic fortaßis accipiendum eſt quod ad Galat. dicitur Petrum reprehendiſſe Paulus, alioqui quid obſecro admiſerat Petrus quod non feciſſet etiam Paulus: vt diſertis exprimitur verbis Orig. & Hieron. Sed deſiderabatur maior fortaßis in Petro circunſpectio & prudentia quia enim obſeruarat Paulus intempeſtiua illa Petri diſſimulatione detrimenti non nihil paſſam religionem lucri autem nihil feciſſe zelo accenſus fidei Petrum quamuis alioqui præferendum liberè reprehendit hoc modo liquet ſatis cui ſit tribuenda victoria in illa quæ fuit inter Hieron. & Aug de ceſſatione legalium diſceptatione. Vrget ſiquidem ex merito Aug. Petrum vere fuiſſe reprehenſibilem aſſerit autem & quidem veraciter Hieron. non tantum miſericordiæ animi ſeruatione ſed etiam reipſa nonnunquam & ſimulaſſe & diſſimulaſſe Paulum huius etiam generis ſuper quædam in veteri teſtamento exempla apud regem idolatriam diſſimulauit David quiſnam eſſet, ſic tamen vt nullum fuerit religionis diſpendium. Sic Naaman ab Elizeo impetrauit vt citra piaculũ liceret ſibi in æde Rẽmon ſeſe incuruare cum rex idolatra in eadẽ æde Remmon adorare neque enim in tanta idololatrarum multitudine quicquam id mali erat exempli. Sic denique ſimulauit ſe Iehu eſſe cultorem Baal, idque non vt eum coleret ſed potius vt eius cultores tolleret. Non defuerunt tamen variæ hæreſes, qui hanc ſententiã de confeßione fidei virulentiſſimis telis expugnarunt Helcheſaitæ fidem ore tenus negare, cùm neceßitas vrgebat, quiddam indifferens eſſe dicebant, modò interiore cogitatione rectè de fide ſentiretur. Hanc doctrinam Origenes in concione publica, ſceleratam & impiam appellauit. Euſeb. lib. 6. can. 31. & Clemens

Clemens in 4. Strom. declarat, laudari martyrem, qui confeſſus eſt, vituperari autem, qui negauit. Item Presbyteri atque Diaconi Eccleſiæ Romanæ, apud Cyprianum lib. 2. Epiſt. 7. ſcribunt: Cùm totum fidei Sacramentum in confeßione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum, qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit, negauit, & qui vult videri propoſiti. aduerſus Euangelium vel edictis, vel legibus ſatisfeciſſe, hoc ipſo iam paruit, quòd videtis paruiſſe ſe voluit.

Ceratas habeamus aures obſtrepentibus hiſce ſomniatorũ commentis, vbique quales ſimus fateri non erubeſcamus & quandiu nauis noſtra vadoſum & ſpumiferum mundi æquor ſulcat habeamus ſemper fidem pro anchora. Fidem inquam non otioſam aut ingratam, ſed viuã & antiquiſſimam. Audimus fidem vbique iactari ſed quotuſquiſque noſtrũ eſt qui illã tranſmittat in mores & affectus quique etiam à torpenti ſopore bonorum operum eam liberet, plures ſunt miſerè effacinati qui nihil fidei exercitij largiuntur, ſed Deus optimè cognoſcens, quæ in noſtram vtilitatem vergunt primùm voluit nos figere pedem in fide quæ viam aperit ſecátque glaciem, deinde ſacramenta contulit in quibus eſſet vſus & exercitium fidei quam rebus corporeis excitarent & perficerent. Et ſingulis ætatis noſtræ temporibus & omnibus animæ noſtræ ſymptomatibus optimè conſuluit. Naſcimur miſeri, ignari, cæci, baptiſmus vindicat nos ab omnibus peccatis: & virtutes, gratiámque multiplicem reponit, & exutos Adamo peccatore, induit Chriſto. Mox grandiuſculi ruimus in multa peccata: en alterum ſacramentum, Confirmationem, quæ denuò refingit: & ne laboribus exhauſti ſuccumbamus, ſemper in promptu Euchariſtia, quæ vires inſtauret, ſpiritualibúſque ſuccis vegetet animam, nec ſinat labaſcere. De ſacramentis ordinis, & coniugij nil dicam: quæ, dum noua ſobole piorum genus intercidere non ſinunt, videntur futuram immortalitatem meditari. Ad poſtremum, cùm emigrandum eſt, in ipſo vitæ exitu excubat ſanctiſſima vnctio, quæ reliquam peccatorum ſarcinam diripit ſupremum facturis iter & perpurgatos tranſmittit ad Deum. Hæc ſunt illa precioſiſſima munera quæ nos à Chriſto collata eſſe ſuperiore fidei profeßione profitemur, quorum altiſſima myſteria fide duce intelligimus. Si verò aliquantulum flaccida fuerit: aut claudicans noſtra fides, tum etiam ſi validus ingruerit ventus confidenter cum Diuo Petro ingeminemus Domine ſalua nos perimus, Domine iube nos venire ad te, aderit promptiſſimus auxiliatur Chriſtus, nec deerit nobis niſi primum nobiſipſis defuerimus, & donec portum deſideratiſſimum attingamus poſt varias procellas conſolatorium illud noſtri nauigij κέλευσμα cantabimus.

Salue rerum opifex Optime, Maxime,
Salue cœlitum ſplendor amabilis,
Vitæ conſcius omnis,
Quauis morte potentior.
Te ſolum canimus vocibus impigre
Maiorem omnibus, & qui magis omnia
Conſeruare cupis, quàm
Rerum perdere gloriam.
Tu reddis variis ſeminibus grauem
Tellurem, teneris vitibus occupas
Montes, nec ſua Pontus
Naturæ bona negligit.
En qui turbinibus conquatimur, ſimul
Infauſtos agimus: ter miſeri dies,
Sæuo ſydere triſtes,
Sulcamus mare turgidum.
Sæuis horriſonæ Tethydos vndique
Iactamur fluuiis, interitum mora
Spondet, Nil ſupereſt quam
Mox illidere Syrtibus.
Adſis perfugium rebus in aſperis
Certum, ſuppetias exulibus ferens,
Atræ nubila noctis
Læto ſydere diſcute.
Neu Cymbam penitus turbinis impetus,
Aut triſtis Boreas, aut Notus obruat
Da fœlix Cynoſuræ,
Aut ſublime Elices iubar
Audi vota, preces, & lachrymas ſimul,
Et qui pectoribus pulſat in intimis
Singultum, faciliſque
Noſtris conſule caſibus.
Adſis tot miſeris cladibus impiger,
Adſis perpetuò, ſcilicet aureæ
Aetatis memor, & da
Litus viſere patrium.

Sit nobis ſemper tutiſſimum præſidium fides illius clypeo ſemper vtamur, nam fateri æquiſſimum eſt neminem ſine Fide ad Chriſtum poſſe venire, atque ſine ea impoßibile eſſe placere Deo. Diuus Paulus ne tantam quidem Fidem quæ montes transferat, nec angelicam ſcientiam vel pili facit ſi deſit charitas, hoc eſt quod dicit Chriſtus per Ioannem in hoc ſcimus quoniam cognouimus Deum, ſi mandata eius obſeruamus. Hæc ad bene beatéque viuendum clariſſima eſt philoſophia qua neminem Fidelem & ex ipſo Pontificio decreto & ſacroſanctæ Synodi Tridentinæ latere debet quã qui non audit Ethnicus & publicanus habendus.

XXXI.

De reſidentia Prælatorum & aliorum animarum curam habentium.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſuprema militantis Eccleſiæ ſpecula meritis licet inſufficientibus diuina diſpoſitione conſtituti, cunctos non ſolum vigilantiæ noſtrę commiſſos dominicos greges, ſed etiam ſingulorum paſtorum ſuorum actus intenſa noſtrę mentis acie colluſtrantes, ſtudium efficax operámque ſedulam ad hoc omninò ſtatuimus adhibere, vt quemadmodum operoſum ſacri Concilij Trident. progreſſum: felicémque exitum Domino cooperante pręſtitimus, ita ſanctiſſima illius decreta, ipſorum præſertim qui in Apoſtolicę ſollicitudinis partem vocati ſunt Paſtorum officium concernentia: non tepidè, neque diſſimulanter exequamus. Sanè licet in Concil. pręfata ſaluberrima fuerit ordinatione decretum, quod omnes: & ſinguli venerabiles fratres noſtri Patriarchę, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alij beneficiati apud Eccleſias ſponſas ſuas reſidere teneantur: nonnulli tamen (quod nō ſine animi noſtri mœrore referimus) adeò ſui gregumq; quos olim deperditos ſaluator noſter proprio ſanguine redimere dignatus eſt, ſibi creditorū obliti ſunt, vt etiam nunc in alma Vrbe, vel alibi commorantes: & ſacroſancta ſpiritualis matrimonij inter eos, ſuáſque Eccleſię ſolenniter contracti iura confundentes, ſponſas ſuas in longa quaſi viduitate relictas, & prædictas Eccleſias quocunque ſibi conceſſas inuiſere, & apud illas, vt probos & prouidos patres familias decet, reſidere non curent, in perditione animarum ſuarum, & ſubditorem ſuorum ac perniciosum exemplum, & ſcandalum plurimorum Nos hanc illorum contumaciam alicuius etiam temporalis pœnæ metu frangendam, ſeu conuincendam eſſe cenſentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnibus, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, & Epiſcopis præfatis, ac aliis quibuſcunque etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia præfulgentibus, dictas Eccleſias in commendam, vel adminiſtrationem, aut alio quouis nomine obtinentibus, & aliis quibuscunque beneficiatis curam animarum habentibus, qui iuxta decreti ſuper Reſidentia in Conc. prædicto promulgati tenorem, perſonalem in ſuis Eccleſiis reſidentiam facere tenerentur, in virtute ſanctæ obedientiæ, vltra pœnas in dicto decreto Concilij contentas, etiam ſub priuationis eorum à regimine, & adminiſtratione Eccleſiarum ſuarum, ac aliis noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis ſucceſſoris noſtri arbitrio imponen. pœnis diſtinctè præcipiendo per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omni mora ceſſante in eiſdem ſuis Eccleſiis iuxta formā, & tenorem dicti Concilij perſonaliter reſideant, Et nihilominus, ſi quos mandato noſtro huiuſmodi (quod abſit) non parere contigerit, ne etiam tales abſentes melioris in hac parte conditionis, quam cæteri in ſuis Eccleſiis reſidentes exiſtant, hac noſtra perpetuò valitura ſanctione per præſentes ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps omnia, & ſingula mobilia, & immobilia etiam in vrbe vel eius diſtrictu exiſtentia, & ſe mouentia, res, & bona, iura, & actiones cuiuſcunque qualitatis, valoris: ac & vbicunque locorum conſiſtant, ac Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoſcunque etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, & præeminentia præfulgentes, Eccleſias prædictas in titulum, vel Commendam. ſiue adminiſtrationem, aut alio quouis nomine obtinentes, & alios quoſcunque beneficiarios curam animarum habentes. qui extra prædictas Eccleſias, ax diœc. etiam in Romana Curia, aut alibi degentes, & iuxa decretum, & formam Concilij huiuſmodi non reſidentes deceſſerint pertinentia, & per illos ſuarum Eccleſiarum: ac quorumcunque Monaſteriorum, Prioratuum Præpoſiturarum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, & regularium, quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum reddituum, & prouentuum Eccleſiaſticorum, necnon penſionum annuarum ſibi ſuper ſimilibus fructibus redditibus, & prouentibus reſeruatorum, & aſſignatarum occaſione quæſita: etiam ſi facultatem ſpecialem de illis, aut eorū parte teſtandi, & alias liberè diſponendi à nobis, & à quibuſcunque aliis Roman. Pontificibus prædeceſſoribus, & ſucceſſoribus noſtris etiam cum clauſulis quod facultates

huiuſmodi reuocari nō queant, aliiſque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum literarum deſuper confectarum de rebus, & bonis huiuſmodi iamque diſpoſuerint, tanquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam legitimè pertineant. Liceátque dilectis filiis moderno, & pro tempore exiſtenti Commiſſario noſtro generali, & ſuis dictæ Cameræ deputatis in euentu deceſſus huiuſmodi ſolitum inuentum ſuper rebus, & bonis præfatis conſicere, illáque prout de reliquis clericorum ſpoliis fieri ſolet, ad dilecti filij noſtri, moderni, & pro tempore exiſtentis generalis Theſaurarij manus redire, dictæque Cameræ applicare, cuiuſuis licentia deſuper minime requiſita, Ac facultates deſuper confectas literas prædictas etiam motu, & ſcientia ſimilibus etiam in recompenſam laborum, & obſequiorum etiam nobis, & Eccleſiæ Romanæ dictæque Sedi impenſorum quomodolibet conceſſas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, in euentum obitus huiuſmodi etiam ſi in vrbe, aut eius diſtrictu, vel alibi extra ſuas Eccleſias (vt præfertur) contigerit, ex nunc prout ex tunc, & è contra in dictæ contumaciæ pœnam eiuſdem poteſtatis plenitudine, & tenore reuocamns, caſſamus, & annullamus, & tam eas, quam earum prætextu quomodolibet pro tempore condita facta que teſtamenta codicillos, legata, donationes, & alias diſpoſitiones quaſlibet etiam ad pias cauſas, vel in remunerationem ſeruitiorum nulla, & inualida, nulliúſque roboris, vel momenti fore, neque cuiquam contra præſentium tenorem ſuffragari, & ſic per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, & S.R.E. Cardinales in quauis inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet quauis alias iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus à quoquam quauis auctoriate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Per hoc autem noſtris, & Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ordinationibus, reſeruationibus, & decretis: quoad Prælatorum, & aliorum beneficiorum etiam in ſuis Eccleſiis, aut diœc. reſidentium, & ibi decedentium, quæ etiam ampliamus, & extendimus ad habentes Eccleſias in vrbis diſtrictu, ibique reſidentes, & decedentes ſpolia Cameræ Apoſtolicæ applicata hactenus emanatis, nullatenus præiudicare, neque quicquam in eis alterare intendimus, ſed ea in ſuo robore, vt anteà manere volumus, præterquam quoad eos qui in ſuis Eccleſiis iuxta formam prædicti Concilij reſederint, & ſpecialem licentiam teſtandi habuerint: hac enim tantum ſaluam eis eſſe volumus, ita vt generalis licentia teſtandi eis quamquam reſidentibus minime ſuffragetur, ſed ſola ſpeciali quam habuerint tueri ſe poſſint. Cæterum vt præceptum, mandatum, ſtatutum, ordinatio, reuocatio, caſſatio decretum, & alia præmiſſa præſentéſque literæ ad eorum quorum intereſt notitiam deducantur, nullúſque poſſit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel excuſationem allegare, ſed illa perpetuo firma, & illibata permaneant, volumus, & mandamus quod eædem præſentes in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, & Cancellariæ noſtræ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris affixæ copia illarum ibi dimiſſa ab ea die omnes perinde arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Non obſtantibus præmiſſis, ac in fauorem Curialium per fel. rec. Sixtum IIII. Leonem X. Iulium III. & quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam per nos editis, & approbatis, nec aliis literis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteríſque contrariis qubuſcunque. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, ſeptimo Kal. Decembris Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Ipſe per ſe beneficiarius, & non per Vicarium beneficio deſeruire debet. Quando magnum graueque negotiū alicui demandatū eſt, nō poteſt hoc alteri delegare faciendum: (in fi. cap. vlt. de off. deleg.) ſed nihil eſt animarū cura neque grauius neque excellentius in eccleſia Dei: (cap. quū ſit. de ætat. & qual. præf.) ergo non debet hac in re adminiſtranda Vicarius ſubſtitui. Aliud item eſt in eccleſia reſidere, aliud eccleſiæ deſeruire. cap. vnico. de cler. non reſid. in 6. Ceſſat hic iuris regula, Qui per aliū facit, perinde eſt, ac ſi per ſe faceret. Vt enim in bello gerendo Vicarij dari non ſolent: ita nec in beneficiis adminiſtrandis & curandis. Illud abhorrēt duces hoc noſtri canones. Legitur Antoninum Pium Ro. imperatorem & ſummum Pontificem, ſacrificiū nunquam vllum feciſſe per Vicarium: niſi quum æger fuiſſet. Qui exercitū ac præſidium deſerit, qui extra caſtra per prolixum tēpus euagatur, eſt deſertor. l. 3. §. deſertor. ff. de re milit. Ad prophanæ militiæ ſimilitudinem, quiſquis non manet aſſiduus in beneficio ſibi aſſignato, ſed ab illo recedit, eccleſiaſticæ militiæ deſertor nominatur in can. placuit. 21. q. 2. Nobis igitur in ſtatione manendum eſt, & militandum. cap. 3. de cler. nō reſid. De quibuſcunque dignitatibus eccleſiæ, text. eſt in can. peruenit. & ſeq. 7. q. 1. cap. 2. cap. ex parte. tit. proximè præcedenti. De præbendis & canonicatibus. in cap. pen. eiuſdem tit. De leuioribus ac ſimplicibus beneficiis, vel ſolidorū. 20. iubetur in c. conquerente. eodem. De parochia. in c. extirpandæ. §. qui verò.

XXXII.

Facultates & Iuriſdictiones Marci Sitici de Altemps, Germani Presbyteri Cardinalis Conſtantienſis totius Status Eccleſiaſtici legati de latere.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Marco Sitico Baſilicæ S. Duodecim Apoſtolorum preſbitero Cardinali Conſtantien. nuncupato in vniuerſæ

niuerſæ noſtræ,& S R.E.ditionis ſtatu noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Legato de latere,ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.

DVM inter mentis noſtræ arcana reuoluimus, quòd licet apud nos ſit poteſtatis plenitudo diuinitus conſtitura,ſines tamen humanæ poſſibilitatis excedere,& ſingula quæ que officij noſtri munia per nos ipſos exoluere nequimus, ad id facile inducimur, vt aliquos ex venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus viris ex pluribus electis,quod timor Domini iugiter exercet in noſtræ ſollicitudinis partem,non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam aliquando in temporalibus aſſumamus quibus vices noſtras ſupplentibus nóſque ſua laudabili corporatione ab oneris humeris noſtris incumbentis grauitate alleuiantibus,ſingulas miniſterij noſtri partes facilius exequamur.

Cardinalibus legatis vices ſuas committit ſummus Pontifex.

Sanè licet ab initio noſtri Pontificatus nihil magis exoptauerimus,quàm vniuerſam ditionem Eccleſiaſticam noſtroſque ſubditos perſonaliter inuiſere,& vt bonum decet principem eorum neceſſitatibus, etiã oculari inſpectione prouidere,nihilominus tot grauiſſimis ſatiſque omnibus notis curis hactenus diſtracti fuimus, vt hoc noſtrum deſiderium adimplere nequiuerimus, Vnde cum huic voto noſtra hæc ætas ingraueſcens etiam alia quę quotidie emergunt impedimẽta prorſus obſtare videantur,nobis id quod per nos ipſos commodè præſtare nequimus,per aliquem ex ipſis fratribus noſtris exoluere cupientibus,tu qui etiam ſecundum carnem noſtram ex ſorore nepos exiſtis.&cuius ſolertiam,fidem, prudentiam ac in negotiis obeundis dexteritatem, tum pluribus legationibus,ac publicis muneribus à te diligenter geſtis,tum etiam familiari experientia compertam habemus in primis occurriſti, qui hoc ipſum iuxtà animi noſtri ſententiam prę̨ſtare poſſes.

Encomium Cardinalis Pontificis Pij 4. ex ſorore nepotis.

Quamobtem mentis noſtrę oculos ad multiplices virtutes tuas quibus illarum largitor altiſſimus perſonam tuam inſignire dignatus eſt dirigentes,ſperanteſque,qui hoc viſitationis officium benè,iuſtè. & fideliter ſcies,voles,& poteris,ac omnia,& ſingula ad noſtrum,& dictæ ſedis ſtatum & honorem pertinentia prudenter,ac fideliter adminiſtrabis,circumſpectionem tuã de fratrum noſtrorum conſilio in omnibus,& ſingulis prouinciis,Ciuitatibus,Terris,Caſtris,Oppidis,& locis ſtatus Eccleſiaſtici ad nos, & Ro.Eccleſiam mediatè vel immediatè ſpectantibus,pro nobis,& eadem ſede legatum de latere tenore præſentium ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,creamus, conſtituimus, & deputamus,

Deputatio legati per ditiones ſtatus Eccleſiaſtici.

Dantes, & concedentes tibi plenam, liberam & omnimodam poteſtatem, facultatem,& auctoritatem,omnia & ſingula, quæ ad officium legati de latere de iure conſuetudine, & aliis quomodolibet pertinent agendi, & exercendi, ac Ciuitates, Terras, Caſtra, Oppida, & loca prædicta eorumque territoria diſtrictus, necnon ciues habitatores, incolas & perſonas cuiuſcumque dignitatis ſtatus,gradus,& conditionis fuerint,prout cœleſtis gratiæ infuſio diuináque prouidentia prudentiæ tuæ ſuggeſſerit in temporalibus viſitandi reformandi, corrigendi,&,ſi opus ſit puniendi,necnon omnimodam in eos tibi commiſſam iuriſdictionem etiam cum gladij poteſtate exercendi Ciuiles,& criminales matrimoniales,beneficiales Eccl.profanas,mixtas cauſas quaſlibet, quæ tamen in Roma. Cur. cognoſci poſſint ſecundùm formam Conc. Trid.infra terminos legationis huiuſmodi pendentes,ac motas,vel mouendas, per te vel alium ſeu alios,etiam ſummariè ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu,& figura iudicij ſola facti veritate inſpecta,ac manu regia etiam quacunque appellatione remota, etiam in quibus quæuis latæ ſententiæ fuerint,quæ in rem iudicatam tranſitum fecerint, & tamen de iure reſcindendæ eſſent etiam ſi perempta inſtantia vel lapſa ſint ad appellandum, ſeu proſequendum fatalia prout qualitas cauſæ, & cauſarum huiuſmodi exegerit audiendi,cognoſcendi,decidendi, & terminandi.

Facultas eiuſdẽ legati,viſitandi, reformandi, & corrigendi populos.

Cauſas cognoſcendi ſummariè &c.

Reſtituendi in integrum.

Hæc nos quomodolibet aduerſus ſententias, etiam pro Fiſco latas,ac lapſum fatalium inſtantiæ peremptionem, & rem iudicatam ex cauſa iuſta in integrum reſtituendi, & in priſtinum ſtatum reponendi. Ac ſolemnitates quaſcunque (ſubſtantialibus tamen exceptis) in contractibus omiſſas,& alia quæcunque requiſita ſupplendi,iuramenta in quibuſuis contractibus appoſita relaxandi, & contrahentes, à periuriis incurſus ad effectum agendi abſoluendi,Necnon cauſarum cognitionem ac diſcuſſionem,& deciſionem vna cum incidentibus,emergentibus dependentibus,annexis, & connexis alij, vel

Solemnitates in contractibus ſuppiendi, & iuramenta relaxan.

alíis con

aliis coniunctim vel diuiſim,ac generaliter,vel ſpecialiter, tam infra terminos dictæ legationis quàm extra illos ſummariè,ac alias (vt præfertur) cum ſimili vel limitare poteſtate prout tibi videbitur cõmittendi,ac ad te eas cum placuerit,&alias quauis cauſas etiam Romæ pendentes à quibuſcunque Iudicibus ordinariis,vel etiam per nos,& Sedem præfatam,etiam per ſignaturam manu noſtram,& proprio motu factam, ac per literas ſub plumbo vel in forma Breuis expeditas delegatis, toties quoties opus fuerit,& in quocunque ſtatu etiam ſi fuerit concluſum in cauſa,etiam inuitis,reclamantibus, contradicentibus, & quomodocumque etiam ad nos appellantibus partibus auocandi,& illos alij vel aliis committendi,& lites huiuſmodi cum tibi videbitur penitus extinguendi perpetuumque ſilentium partibus imponendi,

Cauſas aliis cõmittendi.

Cauſas ad ſe auocandi etiam à Iudicibus à Papa delegatis.

Ac homagia,& fidelitatis iuramenta nomine noſtro, & dictæ Ro. Eccleſiæ recipiendi:literaſque in forma ſi in euidentem pro rebus Eccleſiæ alienatis vel alienandis vſque ad ſummam redditus annui quinque ducatorum concedendi,contractus de huiuſmodi rebus Eccleſiæ in ſimilem vtilitatem alienatis, vel alienandis, etiam cum omnium defectuum,& ſolemnitatum,præterquam ſubſtantialium ſuppletione confirmandi,

Fidelitatis iuramenta recipien.

Et inſuper omnes, & ſingulas tam Eccleſiaſticas etiam religioſas quã ſeculares perſonas cuiuſcunque excellentiæ nobilitatis præeminentiæ auctoritatis ſtatus,ordinis congregationis,conditionis,& religionis exiſtant,& in quauis dignitate conſtitutas,quas iuſtitia ſuadente puniendas cognoueris inquirendi,illáſque mouendi,carcerandi,ac prout iuſtum fuerit, & tibi videbitur expedire puniendi,& caſtigandi,eoſque etiam quemlibet ipſorum ſuis dignitatibuss,& honoribus,Comitatibus,Baroniis,Dominiis Ciuitatibus, Terris, Caſtris,locis,Feudis,Retrofeudis,Vicariatibus,Officiis,Iuriſdictionibus,Gradibus,Iuribus,rebus & bonis omnibus priuandi,& deſtituendi,ac ea omnia & ſingula, quæ tibi videbuntur dictæ Romanæ Eccleſiæ confiſcandi, Fiſcóque Apoſtolico applicandi, & incorporandi in Ciuitatibus,Terris locis,territoriis,& diſtrictibus memoratis,

Puniendi quoſcunque & eorũ bona cõfiſcandi.

& quolibet ipſorum Præſides,Gubernatores,Rectores, & Prouinciarum, Generales,Auditores,Locatenentes,Vicerectores,poteſtates, Capitaneos, Cuſtodes, Arciumque Caſtellanos,Iudices,Priores,Antianos,Bariſellos, Mareſcallos,& quoſcunque alios temporales generales,vel ſpeciales quorumque nomine,vel titulo cenſeantur, vel nuncupentur Officiales ab eorum officiis cum expedire videbitur perpetuo,vel ad tempus etiam, ſimili manu & appelatione remota ſuſpendi, priuandi,deponendi,& amouendi,eoſque ſindic[illegible]ndi,corrigendi,caſtigandi,& quacunque pecuniaria,vel corporali,etiam vltimi ſupplicij pœna puniendi, ac in eorum locum alios ad arbitrium tuum, fideles tamen,& idoneos creandi,ordinandi, conſtituendi, & deputandi,

Officiales ſtatus Eccleſiaſtici coercendi,alios eorũ loco deputandi.

necnon culpabiles ciuiliter,vel criminaliter per te vel alium ſeu alios etiam in quibuſcunque locis,ciuitatibus,& terris, præfatis, etiam Feudatariorum aliorumque dominorum cuiuſcunque dignitatis,exiſtentium nos, & ſedem prædictam quouis modo recognoſcentium capiendi,carcerandi,& dictos Feudatarios ad auxilium circa hoc præſtandum cogendi,& caſu quo præfati Feudatarij,vel alij culpabiles,& inquiſitos præfatos conſignare, vel auxilium contra illos tibi præſtare noluerint,aut quouis modo directè, vel indirectè executionem contra præfatos capiendos impedierint illis quatenus id omni mora ceſſante faciant, & exequantur etiam ſub pœna rebellionis,& amiſſionis eorum ſtatus, & dominij vtilis vel directi præcipiendi illoſque puniendi ipſorum demerita,pœnaſque comminatas per te,vel Delegatum tuum executioni demandandi,

Delinquentes capiendi etiam in Terris Feudatariorũ & aliorũ.

Feudatarios, & alios auxilium denegantes puniendi.

& querelas contra ipſos,& alios quoſcunque per quouis propoſitas,& proponendas, prout etiam tibi videbitur expedire,ſummariè ſimpliciter,& de plano, ac ſine ſtrepitu & iudicij figura ſimili manu regia omni appellatione remota, & alias vt præfertur audiendi emendas,& alias ſatisfactiones debitas ſimiliter exigendi, ac inter Barones,Dominos temporales,nobiles ciues,& perſonas alias ſæculares:necnon Communitates,Vniuerſitates,& populos,ac omnes alios,& ſingulos diſcordes, & diſſidentes,ac odia ſimultates, & inimicitias in dicto ſtatu directè vel indirectè exercentes pro honore eiuſdem Eccleſiæ; ac in confuſione hoſtium & rebellium ipſius pro eo tempore,ac ſub illis pactis conditionibus,capitulis,modis,& pœnis,de quibus tibi videbitur expedire pacem & concordiam tractandi componendi, conclu-

Inimicitias inter quoſcunque componendi paces firmandi, & inducias indicendi.

Qq dendi,

dendi,& firmandi,treguas & inducias inducendi ipſoſque ad eorum obſeruantiam ſub quibuſcunque ſententiis,cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniariis,corporalibúſque pœnis,de quibus videbitur compellendi, ac inobedientes; illas incurriſſe declarandi.

Bannitos remittendi, & abſoluendi.

Homicidas & exules etiam ex aliis cauſis bannitos, ſeu iquiſitos, vel proceſſatos pro pace & concordia Ciuitatum, terrarum, & locorum,ac ciuium incolarum,& habitatorum prædictorum quiete,à quibuſuis etiam multiplicibus homicidiis,aſſaſſiniis,ſacrilegiis, & aliis exceſſibus per eos vbilibet perpetratis à quibuſuis ſententiis, cenſuris & pœnis tam eccleſiaſticis, quàm temporalibus etiam bonorum confiſcationis corporis afflictiuis, ac etiam vltimi ſupplicij illatiuis, in eos tam à iure quam ab homine latis,ac alias per eos quomodolibet incurſis,in vtroque foro abſoluendi,liberandi, & in priſtinum ſtatum,necnon ad honores, famam propriam,& bona etiam fiſco incorporata reſtituendi,ac huiuſmodi homicidas,& delinquentes ad noſtram,& dictæ Sedis gratiam,& obedientiam reducendi. Super inhabilitatibus,& irregularibus,ac infamiis; quas propterea incurrerint, cum eiſdem,& quolibet illorum,& ſuper quibuſcunque delictis,etiam rebellionis, & leſæ maieſtatis,etiam in primo capite,homicidiis etiam appenſatis, & ſtudioſe ac proditoriè,& cum armis prohibitis per quaſcunqne Vniuerſitates, Communitates,vel particulares perſonas,tam ſæculares,quàm Eccleſiaſticas, & etiam regulares commiſſis,vel perpetratis aut in poſterum perpetrandis,diſponendis, ac noſtro,& Cameræ Apoſtolicæ nomine componendi, & concordandi.

Saluos cōductus delinquentibus concedendi.

Saluum conductum,quibuſcunque homicidis exulibus,rebellibus,& aliis delinquentibus præfatis ad tempus vel in perpetuum arbitrio concedendi,& conceſſos reuocandi,moderandi,& limitandi,ac ab omnibus quibus hucuſque facultas, & poteſtas ſimiles ſaluos conductus,tam in ciuilibus quam in criminalibus à iure,conſuetudine priuilegióve eſt attributa illam reuocandi,& ab illis abdicandi eiſque ne deinceps ſimili facultate vti præſumant,diſtrictius inhibendi.

Confederationes contra bonū pacis initas annullandi,

Collegationes,confederationes pactiones,conuentiones, ſocietates, & ligas contra dictam Eccleſiam vel bonum pacis ſtatus ipſius,ac preiudicium,& damnum Prouinciarum,Ciuitatum,terrarum caſtrorum,& locorum Communitatum,& territoriorum,diſtrictuum ac ciuium incolarum, & habitatorum eorumdem per quoſcunque initas, & ineundas reuocandi,caſſandi,& annullandi,& pœnas ſub illis adiectas, & adiiciendas remittendi,& iuramenta relaxandi,nouas collegationes,confederationes,& ligas cum quibuſuis fieri ſub pœnis tibi bene viſis prohibendi tam vniuerſitatum, & Collegiorum,quam particularium poſſeſſiones, & bona quæcunque occupata, iniuſte, vel iniquè detenta,ab illorum occupatoribus,& detentoribus quibuſcunque priuatos, ad loca,res, bona,& iura ſua abſque vitio ſpolij & quacunque appellatione remota reducendi, reſtituendi,& reintegrandi.

Bona iniuſtè occupata recuperandi & eorum dominos abſque vitio ſpolij ad ea reintegrandi.

Terminos inter cōmunitates, & alios male poſitos,eius arbitrio ponendi.

Fineſque limites & terminos cum quibuſuis,& inter quoſcunque Communitates,Vniuerſitates & particulares,malè poſitos amouendi,& alios vbi tibi viſum fuerit ponendi.

Exercitus contra pacis perturbatores congregādi.

Generales inſuper & particulares exercitus in auxilium præfatæ Eccleſiæ,& pro tuitione ſtatus pacifici Prouinciarum,Ciuitatum,terrarum,& locorum prædictorum, contra quoſcunque eiuſdem Eccleſiæ hoſtes,& rebelles,inobedientes,ac ſtatus pacifici,huiuſmodi perturbatores quandocunque, & quotieſcunque ex quauis cauſa, quæ tibi videbitur honeſta colligendi,faciendi,& congregandi,præſidia quorumcunque Vicariorum dictæ Eccleſiæ ſubiectorum ad huiuſmodi exercitus, & militaria,ac quæcunque alia per eos,aut ipſorum aliquem debita ſeruitia,tam realia,quam perſonalia quotiens opus eſſe agnoueris requirēdi,& conuocandi.

Hoſtes & rebelles appellatione remota compeſcendi.

Hoſtes quoque rebelles, & contradictores quoſlibet per amotionis,priuationis,depoſitionis,relegationis,& proſcriptionis, perpetuæ,vel temporalis,ac bonorum ſuorum confiſcationis ſententias,prout ad ipſam Eccleſiam pertinuerit ſublato cuiuſuis appellationis obſtaculo, compeſcendi,ac realiter exequendi.

Parlamēta quādocunque conuocandi.

Parlamenta generalia, vel particularia in dictis Prouinciis,ciuitatibus, terris, & locis, ſeu aliquo eorum quotieſcunque,& quandocunque pro ſtatu,& honore noſtro & memoratæ Eccleſiæ,ac pace & tranquillitate ſtatus,necnō Ciuitatum,terrarum caſtrorum,& locorum prædictorum, etiam particularium perſonarum, cum ibi videbitur expedire, conuocandi,aduocandi,faciendi,ſtatuendi,exequendi,& mandandi.

Reformationes & ſtatuta in tēporalib. edendi.

Reformationes,ſtatuta,decreta,

ordinationes, & leges generales ſiue particulares in temporalibus ſub pœnis & cenſuris arbitrio tuo imponendis,& applicandis;edendi, condendi,& publicandi, quæ à nobis ex nunc prout ex tunc poſtquam ſic à te edita fuerint condita, & ſtatuta eſſe decernimus. Ac ſtatuta, conſtitutiones, ordinationes à nobis ſeu quibuſcunque prædeceſſoribus noſtris Rom. Pon. in temporalibus factas moderandi, & reformandi,

Pontes, & vias publicas &c. reſtaurandi.

Mœnia,Palatia publica,arces, pontes,& vias publicas,ac portus & litora reficiendi,& reſtaurandi,illáque demoliendi, ac iterum reædificandi & conſtituendi,& pro illis quibuſcunque particularibus,vel Communitatibus; ac etiam Prouinciis quæcunque præcepta ſub pœnis tibi bene viſis faciendi, illáque exequendi,etiam quacunque appellatione remota.

Syluas aperiendi.

Syluas & nemora Communitatum & Vniuerſitatum,ac etiam particularium perſonarum cedendi,& aperiendi, cedíque & aperiri, quacunque appellatione remota, mandandi, ſoluto tamen pretio Dominis quibus de iure ſoluendum erit.

Priuilegia à ſede Apoſtolica quibuſcunque conceſſa reformandi & reuocandi.

Priuilegia,immunitates; ac conceſſiones merè gratioſas etiam indulta quæcunque quibuſcunque Communitatibus vel particularibus perſonis quomodocunque per nos & prædeceſſores noſtros Ro. Pon. ac Sedem prædictam hucuſque conceſſa, confirmata, approbata, & innouata reformandi, vel arbitrio tuo in totum vel in partem reuocandi. Conuentiones, & pacta,& capitula inter præfatas Communitates,Vniuerſitates,& particulares perſonas, & dictam Cameram ſuper præmiſſis tractandi, componendi ſtabiliendi: Et vt te gratioſum erga perſonas tuæ legationis præbere poſſis quotquot tibi videbitur

Comites Palatinos, Apoſtolicos, & Capellanos, & Notarios Apoſtolicos, creandi.

Comites Palatinos,Accolitos,& Capellanos,& etiam Notarios noſtros & dictæ Sedis auctoritate Apoſtolica creandi, & recipiendi, ac aliorum noſtrorum, & dictæ Sedis Notariorum,& Accolitorum, Capellanorum,& Aulæ Lateranen. Comitum numero,& conſortio fauorabiliter aggregandi,ita quod omnibus et ſingulis priuilegiis,prærogatiuis,indultis,exemptionibus gratiis,libertatibus, & immunitatibus, ac indulgentiis gaudeant & vtantur,ac vti,& gaudere poſſint, quomodolibet in futurum, quibus alij noſtri,& dictæ Sedis Notarij, Accoliti, Capellani, & dictæ aulæ Comites Palatini vtuntur & potiuntur, exhibendíque inſignia Notariorum huiuſmodi recepto tamen ab eis ſolito fidelitatis debitæ iuramento.

Omniáque alia faciendi, quæ ipſemet pontifex ſi præſens eſſet facere poſſet.

Ac omnia & ſingula alia, huiuſmodi legatione durante,gerendi,diſponendi,mandandi,exequendi,ordinandi,& executioni demandandi, cum omnibus & ſingulis incidentibus,emergentibus,dependentibus,annexis,& connexis eorum, quæ ad huiuſmodi legationis officium liberámque plenariam & integram Prouinciarum Ciuitatum,Terrarum,&aliorum locorum prædictorum adminiſtrationem regimen, & præmiſſorum executionem quomodolibet pertinent, ac ſpectare & pertinere poſſent,& ad noſtrum dictæ Sedis honorem, ac ſtatum pacificum & tranquillum Prouinciarum,Ciuitatum,Terrarum,& locorum prædictorum tuo regimini commiſſorum vtilia eſſe proſpexeris, ac neceſſaria quomodolibet opportuna, & quæ nos ipſi,ſi præſentes eſſemus,facere,gerere,& exequi poſſemus, ſeu etiam deberemus,nihil nobis penitus reſeruantes Non obſtantibus noſtris, de non tollendo iure quæſito,ac de annali triennali poſſeſſore,necnon fe l. rec. Pauli Papæ II. & Pauli IIII. Roma. Pon. prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, ac aliis cōſtit. & ordinat. Apoſtolicis,ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis,necnon Prouinciarum,Ciuitatum,Terrarum, Caſtrorum, Feudorum, & locorum prædictorum,necnon Eccleſiarum etiam Cathedralium,Monaſteriorum,Prioratuum,Præpoſiturarum, ac Religioſorum locorum, & Ordinum, ac Congregationum quorumcunque etiam exemptorum,ac Rom. Eccl. & Sedi prædictæ immediatè ſubiectorum,etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus priuilegiis quoque indultis,& literis Apoſtolicis Prouinciis,Ciuitatibus Terris,Communitatibus,Vniuerſitatibus,Eccleſiis,Monaſteriis,Prioratibus,& aliis locis Regularibus, Ordinibus, & Congregationibus

Clauſulæ derogatoriæ.

huiuſmodi eorumque Superioribus,Magiſtratibus,& perſonis per nos, vel Sedem prædictam,etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,etiam cum quibuſuis etiam derogatoriis, aliiſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis,etiam in vim contractus conceſſis,ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de

illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, & in eis caueretur expreſsè, quod in eis niſi ſub certis inibi expreſſis modis & formis, aut nullatenus & per nos & Sedem prædictam derogari poſſit illorum tenores ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, eaſque cuiquam cuiuſcunque excellentia etiam honore Cardinalatus fulgenti, & cuiuſcunque præeminentiæ, nobilitatis, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, religionis, congregationis, vel conditionis fuerit, aut Collegio, vel Vniuerſitatibus hac in parte ſuffragari volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Confirmatio gerendorum per ipſorum Cardinalem, Legatum, vel eius Delegatos.

Et inſuper proceſſus, ſententias cenſuras, & pœnas quos, & quas per te, vel alium ſeu alios à te deputatos in præmiſſis fieri, inſligi, vel promulgari, ac omnia & ſingula alia per te, vel delegatos tuos in præmiſſis fieri vel mãdari contigerit exnunc prout extunc rata, & grata habemus, & confirmamus, ac ſi à nobis ipſis facta fuiſſent. Teque ac delegatos tuos ad aliquem de geſtis per vel eos nomine tuo vllo vnquam tempore alicui reddendam rationem minime teneri, nec ad id cogi poſſe decernimus Vt autem prædicta omnia & ſingula plenius & vtilius valeas exercere: Vniuerſis & ſingulis Præſidentibus, Gubernatoribus, Rectoribus, Vicerectoribus Locatenentibus, Poteſtatibus, Capitaneis, Vicecomitibus militiæ noſtræ, necnon equitum, & pedituum Capitaneis, Mareſchallis, & Prouiſionariis ad noſtra, & præſentatæ Eccleſiæ ſtipendia militantibus, cæteriſque officialibus, & Arcium Caſtellanis præſentibus, & futuris, necnon quibuſcunque Communitatibus Vniuerſitatibus, & particularibus perſonis nobis & eidem Eccleſiæ ſubiectis cuiuſcunque Eccleſiaſticæ vel mundanæ dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, religionis congregationis, vel conditionis exiſtant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna diſtrictè percipiendo mandamus, quatenus tibi, & à te deputatis huiuſmodi legationis, officio durante, iuxta tibi conceſſas facultates præmiſſas in omnibus, & per omnia etiam in aſſignatione poſſeſſionis Arcium, & fortalitiorum, etiam abſque aliqua noſtrorum contraſignorum traditione per te facienda, plene, & efficaciter parere & intendere, necnon mandata tua reuerenter ſuſcipere & exequi ſtudeant cum effectu.

Præceptũ, quod omnes Officiales, & alij obediant Legato.

Tu igitur dilecte fili, diuina gratia & Apoſtolico fauore ſuffultus hoc tibi per nos iniunctum onus, cum noſtra benedictione, & prompta deuotione lætóque animo ſuſcipiens taliter in eius executione ſtudioſum ſolertemque te exhibere ſtudeas, quòd ex fructibus & laboribus tuis cœleſti gratia tibi fauente ſperati fructus adueniant, tuque per ſollicitudinis tuæ miniſterium vltra humanæ laudis præconium, illamque quæ iuſtus iudex vniuſcuiuſque iuſtitiæ cultoris meritis pro ſua bonitate retribuit æternę palmam glorię feliciter conſequi merearis in cælis. Datum Romę apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, octauo Kal. Nouembr. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Hortatio Pontificis, vt Legatus onus Legationis ſuſcipiat, & ſtudioſè exequatur.

Sacreſanctum omnibus ſæculis & gentibus legatorum munus hoc ſcholio cõmendare iubet huius Pontificis conſtitutio, nullus etenim accomodatior ſuperſtes erit locus huius diſcutiendæ materiæ, in reliquis diplomatibus quem nos data opera ſelegimus, vt ea omnia quæ ad Legatorum materiam pertinere opinamur hic innoteſcant. Nec eſt quod mihi ſuccenſeant lectores ſi cum his quæ Romanæ ſunt ſolùm Curiæ ea quæ ad Principes ſpectant in elucidiorem huius argumenti rationem coniungere non dubitem. A quibus & quando Legatorum & fæcialium effulſiſſe ferant munera noſtri non eſt inſtituti narrare, illa enim & antiquiſsima & celeberrima omnibus tum ad ſedandos plebis motus, tum ad conciliandam pacem, ad indicendum hoſtibus bellũ ſummo in precio extitiſſe ſcimus. Verùm ſi ſciſcitemur nominis Etymologiã aliquid maius exorietur quod nos ad faciliorẽ officij perceptionem euehat. Varro peritiſſimus linguæ Latinæ percunctator putat Legatos à legendo dictos eſſe quod publicè lecti, & publicis ſuffragiis ex multis ſelecti ad obeundas foris præclaras functiones mitterentur. Sic & apud Gallos, Hiſpanos, & Italos Ambaſſadores dici coniicio à verbo Græco ἀμβαδίζειν quod mittere eſt.

Romanorum Conſules ampliſsimis fouebant honoribus qui legationibus functi erant eos autem legebant plerunque ex plebe, (non enim ſemper qui plus valent fauore & gratia Principum inſignis legationis expeditione funguntur) nonnunquam ex prætoribus aſſumebantur Ex plebe vt C. Marius: ex pretorio ordine vt Q. Fabius Max. Rutilianus qui quinque conſulatibus ſumma cum laude peractis, omnibúſque beneuolæ Reipublicæ ſtipendiis ornatus periculoſum bellicæ legationis munus ſubire non eſt grauatus teſte Valerio Maximo lib. 2. c. 1. de more quem maiores obſeruabant in Vrbe, & lib. 5. cap 7. circa principium, cum Liuio lib. 4. tertiæ decadis non procul à fine. Erant pariter apud Romanos legationes liberæ, quæ ornamenti tantum cauſa à Senatu impetrabantur quales ſunt & illæ apud nos quæ committuntur honoris gratia certis nobilibus aulicis, tituloque tenus geruntur & obeuntur. Huius legationis liberæ meminerunt Plutarchus Grachis.

Bonum illum legatum fingimus qui non ſemper aulæ illecebris deditus aut ineptiis morionum aut paraſitorum commendatus non ſordidi lucri cupidus aſſentatorum fautor non polilogus & imprudens, non ambitus ſpiculis perculſus, ſed qui dotibus mentis præclarè locupletatus quique pro comite prudentiam & conſilium pro ſatellitio æquitatem & fidelitatis ſolenne ſacramentum habeat. His nobilibus inſigniis addendæ ſunt fortunæ fauores, nec vires corporis & naturæ negligendæ ſunt facultates. Primùm ergo & præcipuum legati munus in oratione conſtituentes ſæpiùs oratoris nomine Latini legatum intelligũt. Præſtãtior enim laurea eius qui legatum agit eloquentia eſt vt eius auſpitiis quæ velit perſuadere aut diſſuadere conſulat aut dehorteiur. Quamobrem ſummi oratores vt liberiùs & promptiùs muneris crediti partes obirent, priùs politioris & cultioris ſermonis elegantiam imitati ſunt. Veruntamen nomine eloquentiæ indignam cenſeo phaleratam verboſitatem aut concinnũ & fucatũ ſermonum aceruum, ſed eloquentem oratorem illum dicimus qui cùm literarum ſplendore vitæ morúmque candorem coniunctũ præ ſe fert, idcircò vt eloquentia ac eruditione præſtarent priſci illi oratores ſe docẽdos peritis rerũ magiſtris crediderunt. His titulis cõmendatur Carneades, Critolaus, Cyneas, Demoſthenes. Grammatici, & Sophiſtæ qui verba & voces ſolummodo meditantur & pulchrè compoſitum orationis oſtendunt corticem, nullo verò ſolidæ doctrinæ præſidio tuentur à legationis munere arcentur. Nec miror ſi minùs proſperè ſuccedant legationes Principum, quæ vt plurimùm committuntur his qui vel in vibrandis aſtis, vel in demulcendis mulierculatum auribus, vel in congerendis pecuniis aptiores exiſtunt quam in hiſce fungendis muneribus. Legatorum ætatem nihil moror ne ſi ſenes mittendos eſſe & prolixæ barbæ hominem imberbi iuueni præferendum dixerim mihi obtrudatur illud à iuuene legato apud Principem vſurpatum quod & Græcis Epigrammatibus legitur.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
Καὶ τράγος εὐπώγων, εὔσολος ἐστὶ Πλάτων.

Si promiſſa facit ſapientem barba, quid obſtat
Barbatus poſsit quin caper eſſe Plato.

Huc facit quod apud Plutarchum in Sympoſiacis legitur ἐκ πώγωνος σοφοὶ καὶ ἀπὸ πώγωνος σοφισταὶ καὶ ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι. *Barbæ tenus ſapientes, barba ſophiſtæ, barba Philoſophi. Si Legatorum laudem barba metiri oporteret hircos primam laudem adepturos nemo ignorat. Sed vt in ſenio omnem legati decorem non conſtituo, ſic & iuuenibus parum [illegible]ſe grandia negotia vſu compertum eſt.*

Ma[illegible]tum eſt Regi cuius Legati, imprudentes, molles, leues, & inexpertes eliguntur. Eximium hoc munus eximijs viris conuenit. Idcircò vt diligentiùs adornaretur à viris eruditione, & prudentia præſtantiſsiis Cæſares dederunt varia priuilegia Legatis quæ tanquam ſacroſancta impunè nunquam violata fuiſſe legimus. Ius Legatorum ſanctum fuit & venerabile adeò cum hominum præſidio vnitum, tum diuino iure defenſum, vt etiam inter hoſtes & bellorum furores incolume ſemper permanſerit, hinc pulchrè Statius lib. 2. Thebaidos huius iuris meminit,

--Sed iuſſa patris tutique regreſſus,
Legato, iuſtáſque preces vicere ſororis.

Vbi Lactantius fideliſsimus interpres tuti regreſſus inquit, quod Legatum nefas eſſet interfici: Sacroſancta enim ſunt Legationis officia, citátque illud Ciceronis, primo orat. Orator etiam inter hoſtes ſemper incolumis verſari poteſt. In gratiam quoque Legatorum ſcripta eſt lex illa ſi quis ff. de legationibus, cuius hæc verba ſunt. Si quis legatum hoſtium pulſaſſet, contra ius gentium id commiſſum eſſe exiſtimetur qui ſanctius habentur Legati. Et adeò ſi cum legati apud nos eſſent gentis alicuius: bellum cum eis inductum ſit: reſponſum eſt liberos

eos manere. id enim iuri gentium conuenit eſſe. Itaque eum qui legatum pulſaſſet, Quintus Mucius dedi hoſtibus quorum erant legati, ſolitus eſt reſpondere, quem hoſtes ſi non recepiſſent quæſitum eſt an ciuis Romanus maneret: quibuſdam exiſtentibus manere, aliis contra: quia quem ſemel populus iuſſiſſet dedi, ex ciuitate expuliſſe videretur: ſicut faceret cum aqua & igni interdiceret, in qua ſententia videtur Publius Mutius fuiſſe. Id autem maximè quæſitum eſt in Hoſtilio Mancino, quem Numantini ſibi deditum non acceperunt: de quo tamen lex poſtea lata eſt, vt eſſet ciuis Romanus; & præturam quoque geſſiſſe dicitur.

Luctuoſiſſimus ſemper patuit violatæ legationis exitus: & bella grauia inde excitata fuerunt, vtrique parti damnoſiſſima. Teſtes habeo exteros atque domeſticos. Nota eſt ridicula illa contumelia Dauidis regis oratoribus illata cum illos barba eis media abraſa & vſque ad nates veſte circunciſa apud Ammonitas excepti & inauditi remiſſi fuiſſent. Hinc exarſit ingens bellum quod per totam Syriam flagrauit, & iniuriam violatæ legationis dirè vltus eſt. 2. Reg. 10. 1. Paral. 19.

Quis conſulto Herodoto lib. 7. neſcit peſtilentiam vltricem fuiſſe violatæ legationis Perſarum in Lacedæmonios quæ omnes ferè Vrbes depopulata eſt, & quaſi hæc ad iniuriam ſuis legatis factam parua eſſent coactis copiis rex Perſarum in Lacedæmonios bella mouit, & grauiſſimis cladibus qui ſuos oratores eius nomine aquam terrámque petentes in puteum demerſerunt, omnéſque tanti facinoris conſcios variis pœnis torſit.

Tyrij qui Alexandri caduceatores inhumaniter trucidarunt: & eorum cadauera inſepulta piſcibus maris dederunt iuris gentium violati meritiſſimas tulere pœnas: nam Alexander ſuorum fæcialium acerba nece commotus, Tyrum famigeratiſſimam vrbem obſidit & ſeptimo menſe obſidionis expugnauit. Incolarum ſex millia interfici & ciuium laribus ignem iniici iuſſit. Vt refert Q. Curtius lib. 4.

Legationis violatæ poſteris exemplum reliquere Corinthij qui petulanter Romanos conuitiis inceſſerunt & inſolenter lotio perſuderunt: quam indignitatem ferendã nõ eſſe Romani iudicarunt, & Lucio Mumio duce ingentem exercitum in eos miſerunt, qui ſuperbam vrbem poſt longam obſidionem expugnauit, incendit, ſolóque æquauit, peruaſit etiam vltio ad alias vrbes, nam Thebæ & Chalcis, quæ Corinthiis auxilio adfuerant, ex ſenatuſconſulto dirutæ ſunt, vt legimus apud Strabonem lib. [illegible] & Liuium dec. 5. lib. 4.

Vt mulierum imbecille genus eſt ſic ad vindictam audax, & promptiſſimum cum excandeſcit in iram. Dicti teſtis eſt Tenca Illyricorum regina, apud quam cùm Romanorum legati quiritarentur, de variis iniuriis quibus Pyraticam exercentes nauigationem in eos vtebantur, prima fronte humaniter ſatis Legatorum orationem audiuit, & pollicetur ſe breui curaturã, ne qua ab Illyricis publicè iniuria Romanis hominibus inferretur: prohibere verò, ne priuatim è mari quam quiſque poſſet vtilitatem caperet, non eſſe regibus conſuetum. Vnus autem ex legatis reſpondit optimum morem eſſe, priuatas iniurias vlciſci, iuuaréque iniuriam paſſos. Ideo Romanos operam daturos, vt breui regias illas conſuetudines regina emendare cogeretur. Eo libero reſponſo exacerbata regina, legatum in itinere redeuntem obtruncari iuſſit. Romani tanti facinoris fama exciti, bellum ilicò Illyriis indixere, quod tam exitiale & pernicioſum illis fuit, vt poſt varias acceptas clades Romanorum iugum ferre coacti fuerint, & verbis ferox regina tributum pendere, à mari abſtinere, niſi cum duobus lem[illegible]matis, & maxima Illyrij parte excedere.

Artaxerxes ſuorum legatorum necem Romanorum nece vltus eſt, vt ſcribit Herodotus lib. 2. & Zonaras annalium tomo. 2.

Iouius narrat Achomatem Baiazetis eius nominis ſecundi Turcarum Imperatoris filium natu maximum à patre euocatum vt imperium regendum aſſumeret, cum refragantibus prætorianis id obtinere non poſſet, & re infecta in Cappadociã prouinciam ſuam reuerti coactus eſſet, repulſæ dolore atque ignominia extimulatus, coactis copiis minorem Aſiam occupare decreuit. Cognito filij conſilio Baiazetes, legatos ad eum mittit, qui ipſius inſaniam lenirent, aut (ſi fieri non poſſet) bellum indicerent. At ille furore plenus, principem legationis bellum atque extrema quæque comminantem in conſpectu iugulari, & cæteros ante veſperam caſtris excedere iuſſit. Baiazetes eam indignitatem à filio cum ferre non poſſet, bellum omnium ducum ſuaſu illi indixit, quod geſtum eſt per Selymum filium natu maximum. Clamabant prætoriani qui in ſtatione erant, ita vt Baiazetes exaudiret, non ferendam eſſe temerarij hominis audaciam, ſed protinus ſceleri armis obuiam eundum. Impunitate ac mora valeſcere malorum vires, ſi cunctetur imperator, ac minus agat, eum mox auxilium atque operam fruſtrà à

militibus

militibus imploraturum. Muſtaphas quoque & Boſtanges ac cæteri, qui Selymi rebus occultè fauebant, atque hæc per idoneos homines ſingulari calliditate in vulgus militum ſpargi curauerant, muſſire primo, atrocitatem ſceleris admirari, veluti damnarent quidem crudele factum, authorem verò minimè criminarentur. Mox vbi Baiazetem proprio ardore & vocibus militum ſatis incitatum, & ex fiducia ſuperioris victoriæ ad vlciſcendum iniuria paratum vident, quàm acerbiſſimè & crudeliſſimè in Achomatem inuehuntur: eum vt parricidam vt Imperij hoſtem, bello perſequendum cenſent: tollúntque ſubinde ad cœlum laudibus militum fidem atque virtutem, qui pro ſalute ac dignitate Imperatoris nouos vltro labores ſibi expeterent. Ita Achomates aſtu atque ſolertia ducum, patris iracundia, atque omnium denique militum iudicio hoſtis declaratur: decernuntur prætorianæ cohortes, & magna pars Europæi equitatus, quibus primo quoque tempore aduerſus eum in Aſia bellum geratur. At quum belli dux virtute armorúmque peritia inſignis deligendus eſſet, atque ea maximè cura ad Baſſas pertinere videretur cœpere omnes aſpernari honorem illum, & pro ſe quiſque id munus abnuere, atque indignum eſſe teſtari, vt ſeruis auſpiciis imperatoris filius oppugnaretur: milites quoque nihil ſe aduerſus regiam prolem auſuros prædicabant, niſi vnus ex ipſa Othomannorum domo copiis & ſummæ rerum præficeretur. Tandem bellum hac potiſſimum cauſa legatorum violatorum ſuſceptum eum habait infortunatiſſimum vt ipſe Achomates vita, prouincia, & imperij ſucceſſione, quæ ſibi ætatis prærogatiua debebatur, ſpoliaretur.

Ex his videmus etiam apud truculentiſſimos illos populos ius gentium & Legatoram priuilegia ſumma & inuiolata fide permanſiſſe. Nouimus etiam Turcarum Imperatorem qui hodie rerum potitur ægrè tuliſſe ipſo inſcio quoſdam Tumultuarios regis Poloniæ legatos anno 1583. occidiſſe.

Quod ſi aliquando malè tractantur in aulis Principum eius contumeliæ potiores præſtant occaſiones ſiue cum inſolentiùs ſeſe ferunt, ſiue cùm audaciùs loquuntur Principi, aut ali[illegible] non ſeruato legationis decoro perperam vel dicunt, vel faciunt, aut qui dicenda, tacenda[illegible]que effutiunt. Narrat Sigiſmundus in hiſtoria Moſcouitica Venetiarũ quendam Legatum apud Moſcouitarum Imperatorem nullo honore, nulla reuerentia, nulla ſalutatione præuia Legationem exorſum fuiſſe. Credo quod religionis Chriſtianæ hoſtis infeſtiſſimus eſſet, aut quod contra ſuam Rempublicam arma ſumpſiſſet, quem ſi ſalutaſſet, patriam ſummittere ac ſubiicere viſus fuiſſet. Quam tamẽ ob irreuerentiam, deſpectúmque indignatus imperator, clauo trabali pileum eius capiti aſſui iuſſit, vt in hoc ſtatu quandiu legatus eſſet permaneret, ſuique huiuſce officij non obliuiſceretur. Nec verò factum barbari laudo qui iura naturæ ac gentium violauit: vt nec quoque legati imprudentiam vel impudentiam potiùs diſſimulo, qui iura humanitatis & hoſpitalitatis prætermiſit. Cordatum itaque decet illum qui publico munere fungitur ne in eum quadret quod Alexander Macedo cenſuit de his qui auderent verba facere minùs conſultè & maturè vel qui veluti conducti præcones nimis adularentur. Beneuolentia capta principis modeſto exordio, non patheticè nec affectatè nimis legationes cauſas & fines aperiant. Deindè ſecum habitent, nam cùm omnium oculi in peregrinos coniecti ſint, maximè in eos, qui legatione funguntur, & cùm ſuarum actionum diligentes obſeruatores habe[illegible] circumſpectè & cautè omnia agere debent, & nemini niſi exploratæ fidei quod in mand[illegible] communicare, quia reip. arcana detegi hoſtibus, vt ipſi reip. pernicioſiſſimum, ita [illegible] pernicioſiſſimum, vt Badoerio Venetorum apud Turcas legato accidit, qui in co[illegible] cum Solymano pace, Nauplium & Epidaurum Peloponneſis vrbes, & Nadinum [illegible] Labranam Dalmatiæ caſtella, tradere coactus eſt, vnde atroci inuidia Venetiis apud omnes ordines deflagrauit. Sic & vt narrat Antonius Bonfinus rerum Vngaricarum lib. 8. decad. 1. Legatus in Longobardos Garipaldus Taurinacum dux præter mandata regis plura faciens & ſeditiones mouens cæditur. Sic toties apud Liuium laudantur Romanorum legati quod non modò fideliter mandata executi fuiſſent, ſed quod nunquam legationis metas tranſgrederentur. Ad quid conceſſa ſunt tã inſignia iura, quid conferunt tot honores, tot populi applauſus, ſi indignis tribuantur? ſi immeritis, ſi ſeditioſis, ſi perduellionibus, ſi colluſoribus deſertoribus, & patriæ hoſtibus tribuantur? Non aliunde gaudent immunitate domi foriſque Legati quàm vt liberiùs exequantur vices commiſſas, patriæ, & regno, & publicæ vtilitati conſulant. Spatriæ gratia, patriæ focos quorum fumo etiam ſolabatur Vlyſſes relinquunt eis etiam dantur præmia eorum qui publica onera ſubeunt. Diſcrimina varia patiuntur, at patriæ amor hæc omnia lenit. Poſt triennium liberantur ab his publicis functionibus. Et quocunque verſati fuerint iura Ciuitatis nõ amittunt. Caius. l. eius qui apud hoſtes. ff. qui teſtam.

Ne nimium

Ne nimium [illegible]*tem aberremus à mente Pontiſicis videndum eſt quibus priuilegiis exornentur legati Pontiſicij qui non ex prætorio ordine aut ex inferioris claßis prælatis, ſed in ſenatu patrum Purpuratorum leguntur & ideò Cardinales à latere nuncupantur & aliis legatis ſiue miſsis ſiue natis titulorum excellentia variiſque prærogatiuis illuſtriores ſunt c. 1. & c. excom. & c. nolentes de offic. leg. cap. 1. lib. 6. vbi proconſulibus æquiparantur, illuſtris nomine inſigniti, vt dicit Bald. in cap. pen. de officio legati. Alij verò legati præſidibus prouinciarum, vt eſt tex. gl & doct. in cap. 2. de offic. deleg. in 6. Sunt qui ex profeſſo iura ſingularia Legatorum è latere ſcripſerunt, horum lucubrationibus adiuti ſelectiora quædam commodato veluti accepimus quæ compendio huius ſcholij multum faciun*[illegible] *Primum id iuris ineſſe legato delatere affirmant vt poßit conferre beneficia durante legationis tempore cap. 2. de offic. deleg. in 6. Fely. in rubr. de offic. delegat. colum. ſecunda. Abb. in c. ſi quis clericum. colum. tertia. de foro comp. Caſſad. deciſ. 1. num. 3. de decret. Bald. in l. aliquando, verſi. 14 de offic. proconſ. & legat. & Dec. conſ. 128. Roland. à Vall. 46. in princip. libr. 1. itaautem amplietur vt ſi reperiatur facta collatio à Papa, & à legato, ſi ille, cui fuit facta collatio à legato reperiatur in poſſeßione beneficij, quod præferatur illi, cui fuit facta collatio à Papa niſi collatio Papæ eſſet anterior, & appareret de die factæ collationis. Roland. latè d. conſi. 46. num. 18. 19. 20.*

Deinde legatus de latere poteſt conferre beneficia etiam iuris patronatus laicorum ex præſcriptione. Butr. in cap. dilectus, col. tertia, de offi. de leg. Feder. de Sen. conſi. 65. colum. 1. Dec. conſil. 117. col. 2. Paul. de Cittad. in tract. de iure patron. 7. part q. 9. Si hæc paulo latiùs explicentur deductis authorum ſententiis intelligemus quòd legatus de latere poteſt non ſolum conferre beneficia iuris patronatus acquiſita ex præſcriptione, ſed etiam ex conſuetudine, & priuilegio, cum hæc tria parificentur, c. non ir. vbi gloſſ. in verbo. conſuetudinem. de iudic. Felyn. in cap. accedentes. de præſcript. Alexand. conſi. 24. colum. fin. Roland. d. [illegible]*6. num. 12. lib. 1. vbi hanc opin. tanquam comm. ſequitur Roch. de Curt. in tract. de i*[illegible]*on. in 3. quæſt. in 3. limit. Caſſad. Deciſ. 3. de probat. quamuis plures hanc opin. inficien*[illegible]

Verumenimvero hæc cauta exceptione non carent, fallitur enim amplitudo huius priuilegij in iure patronatus ex fundatione, dotatione, vel conſtructione. Caſſad. deciſ. 7 de iure patronat. Roland. à Vall. d. conſi. 46. num. 9. vbi de comm. opin. teſtatur, dicens quòd legatus de latere non poteſt conferre beneficia iuris patronatus ex fundatione, dotatione, vel conſtructione.

Fallit 2. quando collatio facta à legato de latere non valeret, puta quia fuiſſet facta excommunicato, qui eſt incapax actiuè & paßiuè. Doct. in c. illa quotidiana. de electio. Boer. deciſ. 229. col. 1. Roland. d. conſ. 46. num. 33.

Ampliatur hoc dictum, licèt fuiſſet facta collatio excommunicato occulto: quia in his, quæ geruntur cum excommunicato occulto non ratione publici officij, ſed priuati concernentis eius particularem authoritatem, ſiue alterius, ſi acta huiuſmodi ſunt excommunicato prohibita, non valent, etiam quòd putaretur non excommunicatus. cap. cum dilectus. vbi gl. & doct. de conſuet. Felyn. in c. ad probandum. col. pen. de re iudi. Caſſad. deciſ. 1. vbi dicit ita fuiſſe Romæ iudicatum. Verumtamen collatione beneficiorum ſolet Papa abſolue[illegible]*mmunicatum in collatione beneficiorum ab excommunicatione & aliis cenſuris Al*[illegible]*ſat. in l. à procedente. in princi. C. de dilatio. Superiora priuilegia, & quæ in Pij 4*[illegible]*e continentur declaaruit & magna ex parte reuocauit vt infrà dicetur.*

Supereſt vt de reditu Legatorum aliquid dicamus, qui non minore [illegible]*udentia curandus eſt quam ingreſſus, Turpius eiicitur quam non admittitur hoſtis. Qua*[illegible]*obrem legati Principum tum Romanorum Pontificum id ſerio cauere debent quod etiam Pontiſcis & Cæſareis reſcriptis cauetur ne munerum & turpis quæſtus corruptela ducantur nam quemadmodũ cauſarum patronus ſtipendia patrocinij nõ ab alio quam à cliente recipit ne vna eadémque fidelia ambas videatur dealbare parietes ſic & legatus qui functionis ſuæ præmia ab alio quam à Principe ſuo excipit ſuſpitionem proditionis non effugit. Venalis enim proponitur fides legato cuius ambitio fauores, aut dignitates aut munera ſitit. Sic Callias, ſic Epicrates, ſic Thimagoras, ſic AEmilius Scaurus, ſic Galbinius, quod auarè nimis & cum quæſtu fauſtas quantumuis legationes peregiſſent capitali pœna boniſque fiſco adſcriptis tum lege Iulia repetundarum mulctati fuerunt. Laudo prudentiſsimum Venetiarum ſenatum conſultum quo ſcapitale eſt legato in legatione munera ambire. Idque ſuo periculo expertus fuiſſet Hermolaus Barbarus vir Patritius niſi propria morte ſolatus fuiſſet. Nam vt refert*

Paulus

Paulus Iouius cum Romæ legationem ageret, & ab Innocentio octauo, in præmium virtutis Epiſcopatum Aquilenſem accepiſſet, tacitis ſenatorum ſuffragijs damnatus eſt, qui nihil inuſitatæ eius virtuti extra leges tribuendũ putarunt Nolo tamen legatum Xenia recuſare quæ ſunt beneuolentiæ Principis pignora ne inurbanus appareat. Sed procire & latrare veluti poſt munera periculoſum eſt ei qui cura ſummi negotij delegata eſt cùm legatorum ſemper in muneribus capiendis damnata ſit auaritia. Huiuſce generis Legati fuere vt refert Iouius Aloiſius Soderinus, qui nihil vſque adeò graui negotio dignum ab vſu rerum præter familiæ nomen præferebat, & Andreolus Nicolinus aſsiduus & diligens potiùs mercator quàm ſenator, atque item Robertus Boncius, quẽ iampridẽ Chomæ Soderini ſoceri propinquitas quominùs enixè cõcordiæ ſtuderet, maximè ſuſpectũ faciebat. Hos vbi Bononiã peruenerunt, Clemens VII Pontifex quòd nec ſatis dignitatis, nec ſatis induſtriæ, ſynceræq; voluntatis & fidei in his conſpiceretur, adeò contempſit, vt effusè rideret quod ad ſe pro eximiis ſenatoribus mercatores, nec primæ quidem claßis è Florentia miſiſſent. Nam quod ad eleuandam legationis exiſtimationem maximè pertinuit, apparitores miniſtrique vectigalium Bononienſium, in ipſorum ſarcinis nexi auri filorum ad telas aureas texendas, magnam vim mercimonij cauſa, vt portorium ſubterfugerent, deprehenderant. Quæ calliditas inepta negotio longè grauißimo, tanquam inuoluta tenuißimi lucri ſordibus, eo validiùs ridenda fuit. quòd nihil certi ad conficiendam pacem pro latis mandatis attuliſſent, atque ita Clemens ridente etiam Cæſare, mercatorum auaritiam atque imperitiam in maximarum rerum conſilio periculóque, ad exiguam lucri ſpem vocatam ſtomachatus, ſic pertinaciam inſaniæ proximam exprobraret, vt indè non obſcurè exploſi dimitterentur. Vbi verò domum ſunt reuerſi, quòd nihil omninò pepigiſſent, tanquam patriæ dignitatis egregiè memores atque conſtantes, ab ipſa factioſorum multitudine laudati celebratíque ſunt, gementibus bonis ciuibus, qui deſperata concordia nullum niſi maximè funeſtum belli atque obſidionis exitum expectabant.

Claudatur iam hoc ſcholium Platonis conſilio qui huiuſmodi legem tulit de Legatis lib. 2. de legibus. Si legatus vel præco, falſo quæ ſibi commiſſa ſunt nuntiauerit, vel dicenda tacuerit, vel rurſus ab hoſtibus, vel amicis rediens, aliter quàm acceperit retuliſſe reperiatur, quaſi mercurij Iouiſque mandata ac legationes contempſerit in iudicium deferatur, & iudices pro rei magnitudine, quid pati, aut dare ipſum oporteat ſi damnatus fuerit ſtatuant.

XXXIII.

Munera & dignitates apud Principes Nuncij Apoſtolici ambire non debent.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.

ET ſi Romanum Pontificem quem dominus omnipotens in perſona Principis Apoſtolorum Eccleſiæ militanti ſponſæ ſuæ præficere dignatus eſt in eius vniuerſo corpore à noxiis quæ paſſim in illud irrepunt præſeruando, plurimum decet eſſe ſolicitum, in hoc tamen eum multo magis inuigilare neceſſe eſt, ne per importunum ſuorum propriorum Miniſtrorum qui frequenter ab eius latere ad diuerſos orbis Principes peregrè mitti ſolent, ambitum, dum videlicet eorum nonnulli inordinato curſu ad dignitates quaſlibet anhelant, & ad hoc principum fauores demerendo Pontificiam, & Eccleſiæ pro qua miſſi fuerunt cauſam vel impudenter prodere, vel certè remiſſius agere non verentur, genuinus ille clericalis candor deturpetur debitus Prælatorum pudor inter laicos requiratur, integritatis aliqua perſuaſio minuatur, & ob illorum fluxam fidem immoderatamque cupiditatem Eccleſiaſticus ordo ſcandaloſè blaſphemetur. Siue conſiderantes quod annis præteritis aliqui quorundam Roman. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam noſtræ apoſtolicæ ſedis Nuncij ad diuerſos Principes ſæculares etiam pro ſeriis grauibúſque dictæ ſedis negociis miſſi, muneris ſui decoriſque nimium obliti in deteſtandum prælaturarum aliorumque eccleſiaſticorum atque adeò Cardinalatus honorum ambitionem collapſi, ad illos alia qualibet quam ſanctiſſima Aaronis via peruenire ſatagentes, commendatitias ſuper hoc literas, & indebitos fauores ab ipſis Principibus emendicare non erubuerunt, & quod eis recto tramite gradiendo non dabatur aſſiduis, & quibus, non obſequi difficile fuiſſet Principum efflagitationibus extorſerunt, in ſuimet qui per oſtium non intrarunt animarum periculum & prauum aliorum exemplum. Nos itaque reſeratum his artibus aditum huiuſmodi ne cæteris item pateat diligenter occludendum eſſe cenſentes,

Hæc conſtitutio præcedentis ſcholij colophoni reſpondet, quo oſtendimus quam indignum ſit legatum poſtulare munera, ſic turpe Nuncios Apoſtolicos ſuffragia & fauores principum emendicare ad conſequendas dignitates.

R r habita

habita etiam cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto matura ſuper hoc deliberatione ac de illorum conſilio,& vnanimi aſſenſu hac perpetuò valitura ſanctione vniuerſis & ſingulis noſtris,& quorumuis Roman. Pontificum ſucceſſorum noſtrorum Nuncus, aliiſque ad quoſuis Imperatores,Reges,Reginas,Duces,& alios,ſæculares Principes pro tempore ex quauis cauſa miſſis, cuiuſcunque ſtatus,gradus, ordinis vel præeminentiæ ſint, etiamſi Epiſcopali,Patriarchali, vel alia maiori præfulgeant dignitate ſanctæ obedientiæ,& ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, ac priuationis omnium & ſingulorum Cathedralium etiam Metropolitan. & aliarum Eccleſiarum,ac Monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, necnon aliarum dignitatum etiam maiorum,& principalium perſonatuum, adminiſtrationum,& officiorum ac Canonicatuum,& præbendarum,cæterorumque beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura,ſæcularium,& quorumuis ordinum regularum etiam ex quibuſuis conceſſionibus,& diſpenſationibus apoſtolicis in titulum Cõmendam Adminiſtrationem,& alias quomodolibet, ac etiam Romanæ Curiæ,& aliorum etiam ſæcularium cuiuſcunque qualitatis etiam quę ex cauſa oneroſa aſſecuti fuerint officiorum per eos obtentorum,ac inhabitatis ad illa, & alia ſimilia vel diſſimilia in poſterum obtinenda,necnon infamię perpetuę per contrafacientes eo ipſo incurrendis pœnis auctoritate apoſtolica harum ſerie diſtrictius inhibemus,ne deinceps ſimiles Imperatorum,Regum,Reginarum, Ducum, aut aliorum Principum ſęcularium commendationes, preces aut alios etiam vocales, aut in ſcriptis fauores,ad aliquas Pontificias,aut alias dignitates ſęculares,vel regulares,aut etiam Cardinalatus, vel alios honores,& officia eccleſiaſtica conſequendum, aut ſibi vel aliis conſanguineis,& neceſſariis ſuis quoquomodo per ipſum Roman.Pontificem conferenda per ſe vel alium ſeu alios directè vel indirectè quòmodolibet ambire ſeu procurare, nevé illis etiam vltro ſibi per Principes ſponte oblatis vti pręſumant vel audeant:eadem auctoritate & pręſentium tenore ſtatuentes quod omnes & ſinguli in præmiſſis delinquentes nulla alia monitione præcedente,& abſque proceſſu deſuper habendo, ſententias & pœnas præmiſſas irremiſſibiliter eo ipſo incurrant. Quodque ad illos ſententias,& pœnas huiuſmodi damnabiliter incurriſſe legitimè probandum, & omnino conuincendum ſolæ Principum ipſorum literæ vel preces etiam per ſuos apud ſedem prædictam Oratores verbotenus porrectæ plenam, indubiam & ſufficientem in iudicio, & extra fidem faciant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Ac decernentes ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales,ſublatas eis quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate iudicari,& diffiniri debere. Necnon ex nunc irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Ne quis autem inhibitionis,& ſtatuti prædictorum ignorantiam prætendere valeant, volumus præſentes literas in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe,& Cancellariæ apoſtolicę valuis per aliquem Curſoribus noſtris earum exemplum ibi affigendo,& dimittendo publicari,publicationemque, & affixionem huiuſmodi ſingulos & poſt duos menſes immediatè ſequentes non ſecus afficere,ligare & perinde arctare,ac ſi literę ipſę perſonaliter illis intimatę fuiſſent. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,ac quibuſuis etiam iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus,cęteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo, &c. Si qui autem, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Aanno Incarnationis Dominicę,milleſimo quingenteſimo ſexageſimoquinto, Quintodecimo Kal. Iulij, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Commendatitiæ illæ literæ ſæpius à ſummis pontificibus impetrant ſiu mauis extorquent pro indignis beneficia.

Ex ipſis Principum literis rei damnabuntur inobedentiæ nuncij Apoſtolici.

XXXIIII.

Facultas C. procedendi contra Prælatos & alios curam animarum habentes & in eorum Eccleſiis non reſidentes.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM tam Sacroſanctum œcumenicum Concilium Tridentinum, quam etiam per noſtras literas,ſiue Bullas etiam deſuper emanatas,& inter alias ſub. Dat Romæ apud Sanctum Petrum,Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo quarto,Septimo Kal. Decemb, Pontificatus Noſtri Anno Quinto,Mandatum ſit omnibus Epiſcopis,Archiepiſcopis, & aliis quibus animarum cura commiſſa eſt,oues ſuas agnoſcere, pro eis ſacrificium offerre, verbique diuini prædicatione ſacramentorum adminiſtratione,ac bonorum omnium exemplo paſcere, pauperum aliorúmque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere,& ſignanter munera paſtoralia,& eis diligenter incumbere,& aſſiſtere,aliaque facere quæ in dicto Sacro Concilio,& in dictis noſtris literis,ſiue Bullis continentur. Quæ omnia nequaquam ab eis præſtari,& adimpleri poſſunt,cum gregibus ſuis non inuigilant,neque aſſiſtunt, ſed mercenariorum more oues ſuas deſerunt,& propterea debuiſſent,omnes,& ſinguli Epiſcopi, Archiepiſcopi, & alij in dignitatibus Eccleſiaſticis conſtituti,& præfecti,& quibus animarum cura exiſtit, iuxtà diuina præcepta,& prædicti œcumenici Concilij,ac prædictarum noſtrarum literarum ſeu Bullarum vim,formam, continentiam,& tenorem,ad eorum reſpectiuè Eccleſias,diœc. ac alia beneficia quibus perſonalis reſidentia requiritur, ad effectum in eis perſonalem reſidentiam facien. ſe ſe contuliſſe,ac omnia & ſingula in eiſdem præceptis, Concilio, & literis ſiue bullis reſpectiuè contenta adimpleuiſſe,& obſeruaſſe. Attamen ſicut accepimus,multi, & multi præfatorum præceptorum, & mandatorum contemptores, animarúmque ſuarum propriæ ſalutis immemores,in dictis dignitatibus Eccleſiaſticis, quibus cura animarum imminet, ac Epiſcopalibus,& Archiepiſcopalibus reſpectiuè conſtituti præmiſſa facere, & adimplere hactenus minime curarunt,ſed diſtulerunt,& differunt in graue animarum ſuarum,gregúmque ſibi commiſſorum periculum, & ouium ſuarum pernicioſum exemplum,& ſcandalum,ſententias, & cen. & pœnas propterea ſibi inflictas temerè,& damnabiliter incurrendo. Quæ omnia cum non ſint conniuentibus oculis,aut impunè prætermittenda,ſed grauiter, vt cæteris tranſeant in exemplum, cum iam per tot menſes inobedientes fuerint cenſuras præfatas ſuſtinen. Motu proprio,& ex certa noſtra ſcientia,deque poteſtatis noſtræ plenitudine, Dilecto filio noſtro Alexandro Riario Cameræ apoſtolicæ Generali Auditori, cui alias etiam ſeu predeceſſori ſuo viuæ vocis oraculo commiſimus, vt dictos Epiſcopos, Archiepiſcopos,& alias perſonas Eccleſiaſticas animarum curam haben. non reſidentes,pœnas præfatas in dicto Concilio,& literis,ſiue bullis noſtris contentas incurriſſe declararet,& ad illarum effectualem executionem, aliaque grauiora procederet,viuæ vocis oraculo commiſimus tantum, quoque nonnulla monitoria contra certos,Epiſcopos, & alias perſonas præfatas in vim commiſſionis noſtræ huiuſmodi ſibi factæ tunc decreuerat, & relaxauerat, ne in poſterum de illius iuriſdictione dubitari contingat,denuo eidem Auditori noſtro, nunc officium Auditoratus exercenti auctoritate noſtra committimus,& mandamus, quatenus ſtatim tam contra Epiſcopos,Archiepiſcopos,& alios quoſcunque prælatos,tam in Vrbe,quã alibi,& vbique locorum exiſten.& in propriis,diœc. non reſiden. conſtito ſibi quãtum ſufficere videbitur ſummariè ſimpliciter & de plano,ſola veritate inſpecta, & manu regia,de inobedientia prædicta, vſque ad ſententiam excluſiuè procedat, & deinde nobis referas, vt nos in Conſiſtorio noſtro ſecreto de fratrum noſtrorum concilio,vt moris eſt,ad ſententiam priuationis,& depoſitionis prælatorum inobedientium huiuſmodi precedere valeamus,prout procedere intendimus, quo vero ad alios curam animarum haben. vſque ad ſententiam incluſiuè procedat,& exequatur iuxtà formam,& tenorem dicti Concilij,& literarum noſtrarum prædictarum cum eiſdem facultatibus,vt ſupra,ac alia faciat, & exequatur prout in dictis literis,ſiue bullis continetur,cum poteſtate citandi,inhiben. excommunicandi,ſuſpenden.à diuinis,declarandi,interdicendi,aggrauandi, regrauandi,carcerandi, & brachium ſeculare decernen. relaxan. & exequendi,aliaque facien. neceſſaria quomodolibet,& opportuna, Contrariis quibuſcunque non obſtan. Et quod præſentis noſtri motus proprij ſola ſignatura ſufficiat,ac vbique fidem faciat in iudicio,& extrà,regula contraria, & aliis quibuſcunque, quibus omnibus expreſſè derogamus, nonobſtan.

Impigrè hoc de reſidentia edictum curauit Pontifex, quò ſomnolentos excitaret Præſules de grege minùs ſollicitos illúdque ſæpiùs renouauit iuxtà Concilij Tridentini ſanctiones,quod diſciplinæ eccleſiaſticæ reſtitutionem cupiens ab is qui maioribus Eccleſiis præſunt initium cenſuit eſſe ſumendum paſtoralem reſidentiam ſummopere commendans.

Placet, Motu proprio. I.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo ſexageſimoquinto, Indictione octaua, die vero vndecima menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris & D.N.D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti Anno Sexto. ſupradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ apoſtolicæ valuis, & in acie Campi Floræ dimiſſis ibidem in locis prędictis præſentium literarum copijs affixis per nos Iulium Parinum, & Ioannem Guerardi prælibati Sanctiſſ. D.N. Papæ Curſores.

XXXV.

In diſpenſationum impetrationibus, gradus cognationis qualitates remotiores & propinquiores exponendæ.

Matrimonium celebrandi qui facultatem diſpenſatione Pontificia in gradibus prohibitis poſtulant, nihil debent omittere eorum quæ, vel remorari, vel citiùs conſequi diſpenſatione poſſunt, idcircò vult Pontifex gradus remotiores & propinquiores declarari. Collaterales enim cognationis gradus partim canonicis prohibentur, ſed ab his vſque ad quartum gradum incluſiuè.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater & Dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. ad cuius notitiam peruenit, quòd multi viri, mulieréſque inuicem diuerſis conſanguinitatis, ſeu affinitatis gradibus ex communi ſeu ab eodem ſtipite ſurgentibus coniuncti, matrimonij vinculo copulari cupientes, diſpenſationē ſuper remotiori gradu à Sanctitate ſua, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente, vel Sede Apoſtolica ſolent impetrare abſque eo, quod diſpenſanti aliquam gradus propinquioris qui forſan expreſſus, Pontificem aut Sedem à diſpenſando, vel auerteret, vel certe retardaret, congnitionem ſuggerant, literas poſtmodum ſuper gradu propinquiori declaratorias, iuxtà conſtitutiones fe. re. Greg XI. & Clem. VI. Ro. Pont. Sanctitatis ſuæ prædeceſſorum deſuper reſpectiuè editas, inſcio diſpenſante expediti procurantes, Circūſpectiuis deinceps in huiuſmodi diſpenſationibus concedendis procedere, ac propterea cuncta prorſus obſtacula, & quicquid diſpenſationi concedendæ veriſimiliter obeſſe poſſet, ne videlicet aliquid ab ipſo diſpenſante rerum ignaro contra mentem ſuam in animarum contrahentium periculum emergat, clariùs iudicari, ſeque de ſingulis obſtaculis plenè certiorari volens, Quod in quibuſcunque diſpenſationibus quas pro matrimonio, ſcienter vel ignoranter contracto vel contrahendo in quibuſuis prohibitis conſanguinitatis, aut affinitatis, ſeu mixtis gradibus ab eadem Sanctitate ſua, vel quouis Romano Pontifice ſucceſſore ſuo pro tempore exiſtente, ſeu dicta Sede impetrari, vel alias etiam motu proprio concedi contigerit commiſſionibuſque deſuper etiam Ordinariis locorum faciendis, ac literis quibuſuis inde conficiendis, non ſolum de remotiori, ſed etiam de proximiori, aut de proximioribus gradibus, quicunque illi fuerint eorumque diſtantia, ſpecialis, & expreſſa mentio fieri debeat, Alioquin diſpenſationes, declarationes, ac inde conficiendæ literæ huiuſmodi proceſſuſque habendi per eaſdem, nullius ſint roboris vel momenti, & pro infectis habeantur. Conſtitutionibus prędeceſſorum huiuſmodi cęteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, hac ſua perpetuò valitura ſanctione, auctoritate Apoſtolica ſtatuit, & ordinauit. Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam S.R.E. Cardinales ſublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Ac quicquid ſecus ſuper iis à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentare contigerit irritum, & inane decreuit.

Placet publicetur deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula, ſeu Conſtitutio Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, Die vero Iouis vigeſima, menſis Septembris Pontificatus pręlibati Sanctiſſimi Domini Papę Anno Sexto.

XXXVI.

Fraudulentæ & doloſæ permutationes beneficiorum prohibentur.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. ad cuius aures peruenit, nonnullos beneficia eccleſiaſtica per eos obtenta, in amicorum aut alias ſibi gratarum perſonarum fauorem etiam

etiam in ordinariorum illorum collatorum manibus, contra iuris diſpoſitionem, reſignare cupientes, certam fictę permutationis formam excogitaſſe, per quam ſe beneficia huiuſmodi ex cauſa permutarionis, alias de iure approbatę, pro quodam imaginario nec vſquam reperibili beneficio (quod beneficium de Pertica, ſeu alio nomine vocant) illud per ſuppoſitiuum compermutantem ſuum obtineri, aſſerentes & non alias, in dictis manibus reſignant, taléſque reſignationes ex cauſa prætenſæ permutationis admitti, ac de ſuis veris beneficiis, tanquam per dictas reſignationes vacantibus, eiſdem fictis compermutationibus ſeu potiùs ipſimet compermutantes ſibi prouideri procurant, hac indirecta via beneficia in aliorum fauorem ſimoniacè reſignando in ſacrorum canonum fraudem, & animarum ſuarum periculum, Proinde conſiderans illud fictitium de pertica aut alias nuncupatum incertum, incorporeum, & inane nullibique reperibile reuera non eſſe beneficium, ac propterea veram cum eo permutationem fieri non poſſe (tametſi non deſint qui ſubtili potiùs quam vera ratiocinatione contrarium pertinaciter aſſeuerare nitantur) ac propterea eccleſiam ſanctam curæ ſuæ diuinitus commiſſam hoc prauo abuſu fraudulentóque conuento ſalubriter emundare volentes, hac perpetuò valitura conſtitutione prohibuit, ne quis de cætero tales permutationes ſimulatas facere neque beneficium de pertica, aut aliud huiuſmodi fingere: néve locorum ordinarij ſeu quiuis alij reſignationem alicuius beneficij ex cauſa prætenſæ permutationis cum beneficio de pertica huiuſmodi ſeu quouis alio quocunque nomine ſic doloſè & in fraudem nominato factæ, vel faciendæ, tāquam meram fraudem ſapientem tanquam verè & virtualiter in fauorem alterius factam, ac propterea illicitam admittere præſumant. Decernentes omnes & ſingulas beneficiorum reſignationes, prætextu permutationis huiuſmodi, earúmque ſubſecutas admiſſiones, ac prouiſiones & alias diſpoſitiones quauis etiam apoſtolica auctoritate faciendas, nullas & irritas, nulliúſque fore roboris vel momenti, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Nundinationes variæ in beneficiis permutandis fieri ſolent, quæ iure non conſiſtunt. c. quæſitū. de rerum permut. Vt autem licita ſit permutatio tria requiruntur quæ dilucidè diſcutiuntur. c. cùm olim de rer. permut.

XXXVII.

Habitus & tonſura Clericorum.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

Nos pro paſtoralis officij noſtri ſollicitudine, Eccleſiaſticam diſciplinam temporum difficultate ac hominum malitia licentiáque in deterius labentem, quantum nobis ex alto conceditur, in priſtinam ſacrorum canonum obſeruātiam reducere capientes, conſiderantéſque conueniens eſſe, vt clerici maximè qui in ſacris ordinibus conſtituti aut beneficiati exiſtunt, cuiuſcunque gradus, exiſtant non ſolum interius vitæ mūditia ac virtutum ſplendore, cæteris præfulgent, verum etiam exterius in eorum habitu & veſtibus grauitatem & morum honeſtatem quam ipſos decet præſeferant, ſtatuimus, decernimus & ordinamus, quod omnes & ſinguli clerici, qui dignitates, perſonatus Canonicatus, & præbendas, parochiales eccleſias, aut alia quæcunque beneficia eccleſiaſtica qualiacunque ſint obtinent, vel qui in quibuſuis ſacris ordinibus conſtituti ſint, qui in hac Alma Vrbe noſtra permanent & moram trahunt, & in illo inducti incedant cum debita & congrua tonſura, veſtes exteriores antè infra genua ſe extendentes, ita vt à veſtibus & ſagiis laicorum omninò differant, geſtent ſub pœna excommunicationis, ac ſub aliis, ac etiam creſcente eorum contumacia beneficiorum priuationis, arbitrio noſtro, ſeu dilecti filij noſtri Iacobi tit. S. Marię in Coſmedin. in hac Alma Vrbe eiuſque diſtrictu Vicarij generalis, imponen. pœnis in euentu contrauentionis incurren. Mandantes propterea eidem Iacobo Card. Vicario quatenus ordinationem, ſtatutum & decretum huiuſmodi per quoſcunque cuiuſcunque gradus & conditionis exiſtant, per cenſuras eccleſiaſticas, & alias pœnas pecuniarias arbitio ſuo imponendas quacunque appellatione remota, manu regia obſeruari faciat. Contradictores, &c Sublata, &c. Sicque per quoſcunque, &c. irritumque, etcæt. Non obſt. præmiſſis contrariiſque quibuſcunque latiſſimè extenden.

Tonſura clericorum ſemper fuit antiquis veneranda, ita vt Anicetus prohibuerit ſub pœna anathematis comā nutrire. Pontificio edicto conueniunt quæ ſtatuit Concil. Carthaginenſi c. 45. his verbis. Clericus ſuā profeſſionem & in habitu & in inceſſu probet. Idē ſtatuit Conc. Lateran. can. 16.

XXXVIIII.

Declaratur exemptio ob numerum duodecim filiorum.

Quo iure donentur qui multitudine prolis locupletati ſunt diximus ſub Paulo 3. conſt. cum ſicut.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

QVIA, licet prænominatus fel. rec. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter, rationabilibus cauſis prænarratis, præinſertum Motum proprium ediderit, nihilominus tanta eſt hominum importunitas, vt etiam à Procuratore noſtro Fiſcali nobis fuit expoſitum, quod multæ ſimiles, & diſſimiles prænarratæ exemptiones poſtea tam ab ipſomet Paulo III. quam à Iulio III. Marcello II. & Paulo IIII. ſucceſſoribus Pontificibus, & etiam à nobis, etiam ſub ſignatura Motus proprij, extortæ fuerunt, vnde Dohanæ Vrbis, illarumque Dohanerij in eaſdem, & forſan maiores, quam in præinſerto narrantur difficultates & controuerſias denuo inciderunt, cum magno etiam noſtro, & Cameræ detrimentum retorqueātur. Nos igitur eiſdem quibus præfatus Paulus prædeceſſor, & aliis rationabilibus animum noſtrum mouentibus rationibus & cauſis, & perſertim quia nunc multo plures ſunt ex prouentibus dictarum Dohanarum in certos vſus per ipſam Cameram aſſignatè ſummæ, ita quod nihil reſtat, vnde ſummæ pro exemptionibus huiuſmodi defalcari ſumi, ſeu detrahi poſſint, omnes & ſingulas lites & cauſas præmiſſorum occaſione

Declaratio exemptionum ob numerum duodecim filiorum.

quomodolibet in quacunque inſtantia & coram quibuſcunque inſtantia, & certâ quibuſcunque iudicibus penden. ad nos pari modo aducamus, & extinguimus; Omneſque & ſingulas gratias per quoſcunque prædeceſſores noſtros, & etiam per nos quomodolibet, & ex quacunque etiam maxima cauſa, præter expreſſas in capitulis inter Cameram, & Doanerios præfatos ſtipulatis conceſſas, exemptiones immunitates, ac priuilegia, quo ad præfatas Almæ Vrbis Dohanas, earumque Dohanarum ſolutionem, & inuiolabilem obſeruationem dictorum capitulorum cum Doaneriis præſentibus, & futuris per eandem Cameram factorum, & faciendorum, præterquam pro Piis & miſerabilibus locis, & pro illis dumtaxat, quibus ob numerum duodecim filiorum conceſſæ & conceſſa fuerint, & quouſque duodecim illi ſuperſtites in communi viuent, in ipſaque Vrbe cum eorum familiis continuo degent, &

Deputantur qui huius conſtitutionis effectum procurent.

pro rebus duntaxat quas aliunde (excepto vino, quod pro eorum vſu in Ripa Almæ Vrbis noſtræ in barca exiſten.) comparauerint, in Vrbem ipſimet ſuo ſumptu conuehi facient pro ſuo proprio vſu tantum, non autem pro mercimoniis & aliis rebus, quæ ad Vrbem, vt vendantur per eos, ſeu per alios conuehentur, ſeu quas ipſi aliter quam pro vſu proprio conuehi, & portari facient, in cæteris autem rebus & pro aliis perſonis, nullis prorſus exceptis, præſentiū tenore caſſamus, irritamus, annullamus, & reuocamus, ac pro caſſis, irritis, & nullis habemus, haberique, & eis nullatenus ſuffragari volumus. Inſuper ſuper eo quod res & bona præfata etiam victualia, quas & quæ immunitates præfatas habentes pro ſuo vſu velle, & eſſe dicent, debeant fieri mandata in ſcriptis ſubſcripta per patremfamilias, ſi viuet, aut illo defuncto per illum ex ipſis duodecim filiis qui erit maior natu, aut qui domus regimen habebit, etiam cum iuramento atteſtari, res bona & victualia huiuſmodi eſſe pro eorum vſu proprio, & ad eorum inſtantiam eſſe aduecta: Et quod etiam Fachini, Geſtatores, & Barilarij, quorum opera in illis deferendis vſi fuerint, fiat

Clauſulæ derogatoriæ.

ſolita fides quomodo res, bona, & Victualia præfata in ipſorum immuniatem habentium domum delata, & recondita fuerint, alias Dohaneri non debeant immunitates ipſas admittere, ſed conſuetam ab aliis non immunibus ſolutionem exigant: Et inſuper quod ſi contingat aliquem ex ipſis filiis ob prælaturam fortaſſe adeptam, vel ob aliam quamcunque cauſam propriæ ſuæ familiæ, & ſibi inſeruientium numerum augere, non debeat immunitas præfata ſuffragari pro numero perſonarum, vt præfertur, ſeu alias quomodolibet accreſcentium, ſed ſuffragetur, ad-

Sola ſignatura ſufficit.

mittaturque dumtaxat pro numero, & habita ratione perſonarum quæ erant tempore impetratæ immunitatis: Et ſi ipſo Dohanerij aliter quam vt præfertur immunitates ipſas receperint, pro illis quantitatibus, in quibus præmiſſa excedent, & non obſeruabunt, Camera non teneatur eis facere aliquam remiſſionem: Et ſic per ipſos Camerarium, & Clericos Cameræ, & alios quoſcunque iudices etiam S.R.E. Cardinales in quacunque inſtantia, ſublata &c. iudicari irritumque &c. quicquid ſecus

ſecus &c. decernimus. Mandantes Camerario, Præſidenti, & Clericis præfatis, vt reuocationem, caſſationem irritationem, & annullationem, ac decretum noſtrum huiuſmodi, omniaque & ſingula alia præmiſſa, ſub indignationis noſtræ pœna obſeruent, & ab aliis inuiolabiliter obſeruari mandent & faciant. Non obſtantibus præmiſſis, conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, priuilegiis, indultis, & immunitatibus prædictis, tam ſub plumbo, quàm per breue aut alias hactenus, vt præfertur, conceſſis, & in futurū, etiam Motu proprio, & manu noſtra propria concedendis, ſub quibuſcunque verborum expreſſionibus, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibus & aliis quantumcunque fortiſſimis decretis, etiam ſi de illis pro illorum ſufficienti derogatione certa & expreſſa forma, & indiuidua, ac de verbo ad verbum expreſſio, ſeu inſertio, facienda eſſet, illorum omnium tenores &c. pro expreſſis &c. cæteriſque in contrarium facien. quibuſcunque. Præſentis autem cedulæ ſolam ſignaturam regula contraria non obſtan. ſufficere, & eius exempla manu vnius ex Notariis Cameræ prædictæ ſubſcripta, vbique in iudicio, & extra fidem facere, in libriſque Cameræ præfatæ conſuetis regiſtrari volumus, & mandamus.

Placet Motu proprio I.

Die xix. Decembris M.D.LXXVI. Supraſcripti duo Motus proprij fel. rec. Pauli III. & Pij IIII. Rem. Pontificum ex decreto in plena Camera facto admiſſi fuerunt, & Regiſtrati in libris eiuſdem Cameræ, ſcilicet libro. 3. ſignaturam diuerſorū Pontificium, per me Notarium tento, fol. 82.

Tideus de Marchis.

Die ſecunda Ianuarij 1577. ſupraſcriptarum binarum literarum Apoſtolicarum copiæ ſic impreſſæ affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, & aliis locis publicis per me Alexandrum Parabiaccum Curſorem,

Io. Freyre Mag. Curſ.

Paucis menſibus antequam diem obiret ſummus Pontifex *Pius* 4. *Melita ſiue per ſyncopem* Malta *inſula à* Turcis *ingenti exercitu prælioq; nauali obſeſſa eſt. Eam rem præſentiens* Garzias *Toletanus claſsis regiæ præfectus* 400. *fortiſſimis militibus inſulam muniuit. Illuceſcebat dies ſancto Elmo ſacra cùm horrendo impetu & imperterritè arcem ſancti Elmi oppugnant, cædunt, cæduntur, horrenda tormentorum tonitrua triduò iaciunt tandem furenti impetu illam inuadunt & in deſperationem totam fermè inſulam adigunt. Superabant enim claſsium & militum multitudine ter quatérque Chriſtianos & facile eis erat palmam conſequi, cùm vt inquit Liuius in armorum vi ſita ſit vrbium potentia quæ nulla eſt abſque numeroſis copiis. Obſidionis auſpicia fœliciores habuere ſucceſſus. Dum enim in hoc perículoſiſſimo diſcrimine verſatur tota inſula animos & vires auxit optatiſſimo præſidio Pius* 4. Romanus *Pontifex qui quidem omni qua potuit ratione opem tulit conſcripto milite & certa pecunia in illud bellum exequendum, adiuncta etiam magna pulueris tormentarij copia; ſua enim & totius populi Chriſtiani cauſa agebatur: ne deperdita inſula Europæ propugnaculo facilis aditus immaniſſimo Chriſtianorum hoſti in* Italiæ *fines pateret. Duce itaque* Pompeio *Colūna vt refert* Hieronymus *Comes in deſcriptione Melitenſis obſidij ſexcenti pedites* Neapolim *mittuntur quos multi ſtrenuæ fortitudinis nobiles publicæ ſalutis amore perciti propriis ſtipendiis ſequuti ſunt. Incredibile dictu eſt, quantum feſsis militibus ſolatij attulerint noua hæc præſidia. Iam ſemiuicti vincunt, neceſsitas & deſperata victoria in hoc calamitatum conflictu virtutem accendunt. Nibil enim Ioſepho teſte, in bello neceſsitate pugnacius: & iure quidem illis obuenit calamitas, qui nullā miſeris clementiam exhibent, quæ tutum iter ad laudem & decus oſtendit: ſed immiti vindicta famam extendere geſtiunt. Qui magno atque infracto animo ſunt, ſi initio cum hoſtibus certamine nulla ſpes victoriæ effulſerit, ſed potiùs ad hoſtes inclinare victoria videatur, non deſpondebunt animos, cum pertinaci impetu exultantes, & tum de victoria ſecuros hoſtes proterere, atque in fugam vertere illiceat, qui in animum inducunt fortibus viris victoriam fugientem retrahere, & à victoribus extorquere non prorſus impoſsibile: ſi ab audacia conſilium capiant, animòque reuoluant, quod eſt à* Procopio *dictum: Fortuna ipſa rebus deſperatis ad optima quæque & maxima audendum compellit. Hac animi magnitudine etſi Melitenſes iam viderent S. Elmi arcem occupari, & Chriſtianos diriſsimè cruciari, laniari & barbara feritate in mare iactari animo tamen*

men minimè exciderunt & glorioſum commori in hoc generoſo certamine ſatiùs duxerunt quàm Tyranno cædere. Valetanus magnus equitum magiſter, tum animi prudentia, tum virium lacerto rem omnem moderabatur. Porrò dum in his anguſtiis res eſſent Melitenſium præſidia commoda illis è Sicilia ſuperuenêre, licèt tardiuſculè ob maris tempeſtatem, octoginta equites Melitenſis ordinis & ſexcenti pedites. Horum aduentus mirificè eorum recreauit animos. Creſcebant indies Turcarum vires, Regis Algerij claſſibus, Chriſtianorum quoque valido inſultu minuebantur. Iam enim poſt varios exhantlatos labores equites hoſtes temnere cœperant. Tandem ad Calend. Auguſti concrematus eſt à noſtris hoſtium pons, quem aduerſus mœnia fecerant. Paucis poſt diebus rurſùs barbari in oppidum irruunt, ſed fruſtrà, ſuorum trecentis deſideratis. Arctiſſimè tum temporis obſidebatur oppidum à Turcis, ita vt noſtri vix vnquam tutò vel reſpicere extrà muros poſſent, nedum pedem extra oppidum efferre. Habent enim Turcæ magnam diſplodendorum ſclopettorum peritiam, quibus noſtros continenter impetebant. Per id tempus cùm adeò & oppidi & Burgi tormentorum pilis eſſent muri proſtrati, vt vel plauſtris peruium eſſet iter, vtrumque locum ſumma vi Turcæ inuadunt, tantúſque erat ab vtraque parte tormentorum, ſclopettorum, armorum, clamorum ſonitus, vt inſula omnis corruere videretur. Eo tumultu excitatis oppidanis, equites omnes ex vrbe egreſſi, in fugam compulerunt hoſtes qui aquam ſeruabant, quibus vt auxiliaretur, reliqui ab oppido inuadendo ſe reuocant, properántque ad ſuos, ſed vtrobique ſuccumbunt. In eo prælio è noſtris centum ceciderunt, & totidem vulnerati ſunt: Turcæ ampliùs mille & quingenti interfecti ſunt. Iterùm Turcæ ferociore impetu oppidum adoriuntur, ſed incaſſum non paucis ſuorum trucidatis ad quæ bis inſultantibus, bis à noſtris reiiciuntur 7. Calend. Septemb. terribilior redintegrata eſt pugna in qua noſtri de Turcis reportarunt triumphum cumque peſſimè conſultum eſſe ſuo exercitui animaduerteret Turca: & properantibus Chriſtiani præſidij copiis ſibi ſuíque præſentiſſimum excidium minari, ſarcinas colligere & claſſicum canere iuſſit. Præter tormenta & alias exuuias viginti tria cadauerorum millia reliquerunt. Annotarunt quidam à barbaro hoſte ad ſeptuaginta octo millia pilarum in inſulam coniecta. Singulorum equitum nomina qui pro Deo, pro religione, pro republica Chriſtiana dimicantes precioſa morte diem obierunt, alibi memoriæ ergò enumerauimus. Et eſt ſanè etiam plurimùm laudanda Pij IIII. Pontificis Maximi erga Rempub. Chriſtianam paterna ſolicitudo qui ampliſſimas toto orbe diuulgauit condonationes, quas Indulgentias vocamus, vt iis inuitaret Chriſtianos omnes ad precandum Deum pro ſalute Melitenſium & totius Eccleſiæ. Nec dubitandum eſt, eas Chriſtianorum preces ferociſſimi hoſtis truculentos conatus vel maximè eneruâſſe. Poſtremò etiam Catholico & inuictiſſimo Hiſpaniarum regi Philippo maximæ ab omnibus habendæ ſunt gratiæ, quòd Melitenſibus in tanta rerum difficultate non ſine magnis impendiis opem tulit. Congratulandum eſt denique æquitibus ex nobilioribus Europæ familiis oriundis. Ob hanc victoriam præter ſolennes ſupplicationes Pontifex multa lætitiæ ſigna dedit, militiæ. Qui haud ita longè pòſt vehementi catharro, febre accedenti, morbo ex victus intemperantia hauſto, laborans, Cardinalium aliquot rogatu centum aureorum millia ſororis filio Hannibali Comiti Altæmptio (ſi tamen ſe mori contigiſſet) donauit, cuncta verò Eccleſiæ ſacramenta Chriſtiano ritu pientiſſimè à ſororis filio Carolo Cardinale Borromeo (id nemini, quod ſciam, Romanorum pontificum adhuc contigiſſe legimus) Paleotus & Syrletus Cardinales lectulo aſtantes, extremas preces, quas animæ commendationem dicimus, religioſiſſimè recitarunt. Ipſe attentè integris adhuc ſenſibus, cuncta audiuit, eis nouiſſimi pro ſe ſuſcepti laboris gratias egit. Dictu mirum, decimo antè menſe, cùm Syrletum ſacræ purpuræ honore donaret, Hunc (inquit) in ſenatum allegimus, vt quemadmodum Paulo IIII morienti officioſè adſuit, ita etiam ſuis precibus noſtram ex hac vita migrationem apud Deum adiuuet. Id præſagium fuiſſe, euentu comprobatum eſt. Ad extremo nulla de more patrum cœtu congregato, octauo ægritudinis die, hora noctis ſecunda, quæ diem Dominicum V. Idus Decemb. anni D.LXV. ſequuta eſt, hæc verba proferens: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace, &c. rebus humanis eximitur, ætatis anno LXVI. menſe VIII. die IX. Pontificatus verò V. menſe XI. die XV. Corpus Baſilicæ Vaticanæ illatum, Latértio ad tempus extructo ſolio conditum eſt.

Huius Pontificis temporibus Roma & pace & traquillitate ciuium floruit ſæpius enim id pro Apohthegmate in ore habebat. ME PONTIFICE ROMA SEMPER ERIT TVTISSIMVM PIORVM HOMINVM PERFVGIVM ATQVE RECEPTACVLVM.

PIVS QVINTVS.

Anthonius Ghiſilerius in oppidulo Boſchi agri Alexandrini è familia admodum humili natus annum agens XV. Diui Dominici inſtitutum profeſſus, ex antiqua ordinis diſciplina nomen aſſumpſit Michaelis. Hinc egregiè doctus in Philoſophicis & Theologicis exercitationib. Romã pedeſterveniens, Paulo IIII. ob inſignem pietatem & morum grauitatem Hæreticorum inquiſitioni præficitur, Epiſcopatu Nepeſino donatur & in Collegium Cardinalium vocatur tandem mortuo Pio IIII. Summus Pontifex omnium ſuffragiis coronatur die natalitio ſuo XVI. Cal. Ianuarij, in feſto S. Antonij, ineunte eius vitæ anno LXII. Aduerſus Turcas cum Catholico Hiſpaniarum rege & Venetiis ſacrum fœdus iniit. Regi Gallorum Ciuilibus cladibus perduellionum afflicto auxiliarem exercitum miſit. Angliæ Reginam & Nauarram excommunicauit. Ex Pontificio ærario pecuniam ad Melitenſem Inſulam muniendam erogauit. Conſanguineos parciſſimis honoribus auxit. & multorum precibus victus vnum ex eis Cardinalitio galero donauit. Eccleſiaſticam diſciplinam illuſtrauit, & vrbem facinoroſis corruptiſſimiſq; hominibus purgauit. Quotidie ſacrificabat, ſi id non poterat omninò tamen ſacroſancto Miſſæ ſacrificio intererat. Academiam Romanam & Bononienſem auxit.

I.

Medicorum in curandis infirmis officia.

PIVS PP. Ad perpetuam rei memoriam.

SVPER gregem Dominicum noſtræ vigilantię diuinitus creditum vigilis ſpeculatoris, prout nobis deſuper conceditur, exiſtentes officium, ad ea, per quę animarum ſaluti cum diuini gloria conſuli valeat, libenter intendimus, vt Chriſti fideles poſt Baptiſmum in peccata lapſi, per ſacramentum pœnitentię DEO reconcilientur. Sanè, cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccatis proueniat, dicente Domino languido, quem ſanauerat: Vade, noli amplius peccare, nequid deterius tibi contingat, ac propterea prouidè feli. recor. Innocentius III. prędeceſſor noſter Medicis pręceperit. vt, cum eos ad ęgrotos vocari contigerit: ipſos ante omnia moneant, vt animarum Medicos vocent, ne cum eis hoc in extrema ęgritudine conſtitutis ſuadetur, in deſperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam ſalutare præceptum nulla temporis præſcriptione aboleri, ſed ſemper obſeruari, conſtitutionem pręfatam auctoritate apoſtolica tenore pręſentium innouamus, & hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus, & decernimus, quod omnes Medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipſos ante omnia moueant, vt idoneo confeſſori omnia peccata ſua iuxtà ritum S.R.E. confiteantur neque tertio die vlterius eos viſitent niſi longius tempus, infirmo confeſſor ob aliquam rationabilem cauſam, ſuper quo eius conſcientiam oneramus, conceſſerit, & eis per fidem confeſſoris in ſcriptis factam conſtiterit, quòd infirmi, vt pręmittitur, peccata ſua confeſſi fuerint. Coniunctos vero, ac omnes familiares & domeſticos infirmi in Domino rogamus. & monemus, vt de infirmitate parochum certiorem faciant, ac tam parochus, quam coniuncti, & familiares pręfati infirmum ad confeſſionem peccatorum ſuadeant, & inducant. Quod ſi qui Medicorum pręmiſſa non obſeruauerint, vltra pœnas in dicta conſtitutione contentas,

Innocentius 3. conſtitutionem tulit vt medici antequam auſpicarentur curationis modum ſuaderent imprimis confeſſionẽ & confiteri renuentes amplius non viſitarent alioquin pœnis hic expreſſis multari iuſſit.

Medici tenentur iurare obſeruationem horum omniũ cùm laurea magiſtrali in Academiis decorantur.

quas incurrere declaramus, perpetuo ſint in fames, & gradu medicinę, quo inſigniti erant, omninò priuentur, & à Collegio, ſeu vniuerſitate Medicorum eiiciantur, ac pœna etiam pecuniaria arbitrio ordinariorum, vbi deliquerint, mulctentur. Et, vt hęc omnia inuiolabiliter obſeruentur, volumus, & eadem auctoritate pręcipimus, & mandamus, vt nullus poſthac vbique locorum Medicina Doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas à quouis collegio & vniuerſitate concedatur, niſi omnia in pręſenti noſtra conſtitutione contenta medio eorum iuramento, coram Notario publico. & Teſtibus obſeruare in eorum manibus, vel Ordinarij iuuerint, & de huiuſmodi iuramentis in priuilegio, ſeu licentia medendi ſpecialis mentio fiat. Quod ſi collegia, & vniueſitates præfatæ non recepto à promouendis iuramento huiuſmodi, eoſdem ad gradum prædictum promouerint, aut eiſdem medendi licentiam præſtiterint, pœnam priuationis facultatis alios vlterius doctorandi incurrant. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis & Epiſcopis, quatenus in Ciuitatibus, & diœceſibus propriis præſentes noſtras literas publicari faciant, ac iuramentum prædictum à Medicis iam promotis, ſeu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remediis exigant, neque aliquos ad medendum in ciuitatibus, & diœceſibus prædictis admittant, niſi eis conſtiterit eoſdem iuramentum huiuſmodi præſtitiſſe, & contumaces, & iurare, ac iuramentum huiuſmodi iam præſtitum exhibere recuſantes gradu medicinæ, & omnibus priuilegiis eiſdem Medicis, tàm coniunctim, quam diuiſim eis, & eorum cuilibet conceſſis per quoſuis etiam Romanos Pontifices priuent, ac ab ingreſſu Eccleſiæ arceant donec reſipuerint. Non obſtantibus præmiſſis, Priuilegiis, indultis, literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis collegio, & vniuerſitati ſub quibuſuis verborum formis, & tenoribus conceſſis. Quæ omnia quo ad effectum validitatis conſtitutionibus noſtræ, tantum reuocamus, caſſamus, & annullamus, & omnes Principes ſeculares, ac alios Dominos & Magiſtratus temporales rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera *miſe*ricordiæ Ieſu Chriſti eiſdem in remiſſionem peccatorum nihilominus iniungentes, quod præmiſſis omnibus eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aſſiſtant, & ſuum fauorem, & auxilium præſtent, ac contrafacientes pœnis etiam temporalibus afficiant. Volumus autem quòd præſentes literæ in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes perpetuo valituras conſcribantur: Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, Volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius prælati munitis eadem prorſus fides vbicunque adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die 8. Martij, M.D.LXVI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Promotos medicos ordinarij ad hoc decretum etiam Iureiurando obſeruandum coerceant.

Clauſulæ derogatoriæ.

Medicinam diuinitus inſtitutam medendis hominum infirmitatibus docent egregio commento illi qui eius inuentum Apolloni tribuunt, illudque poſteris communicaſſe ſcribunt vt apud Ouidium Metamorphoſ. lib. 1. his verbis gloriatur.

Inuentum medicina meum eſt opiferq; per orbem,
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Hinc fit vt Salomon Egregius Rex & Philoſophus Medicos in republica honorandos eſſe propter neceſſitatem docuerit. Materialium artiũ illuſtriſſima Medicina cuius Pediſſequæ omnes quæ ad vitam victúmque paratæ ſunt, etiam fabricæ genera omnia, nam quod aramus, quod ædificamus ea omnia ad vitæ finem diriguntur, cuius magiſter eſt Medicus. Nec ſuis conſideratè dixit Plato ſolam coquinariam Medicinæ ſeruam eſſe, nam ei agricultura & architectura & alia omnia quæcunque ſeruant, id quod ſemper corporis, ſæpè etiam animi eſt in nobis. Addam quod & reliquæ fermè artes vix poſſunt ſuo munere fungi, vbi humorum harmonia deeſt, vbi aliquid quod temperiem faciat abeſt, vel quod ordinem perturbet in noſtro corpore adinuenitur. Cum & Medicina ex Hipocratis ſententia in libro de flatibus, ſit πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις, ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλόντων πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλιπόντων. id eſt, Adiectio & ſubtractio. Adiectio deficientium, ſubtractio ſuperantium. Nec abſre dictum eſt à Galeno cap. 1. artis medicinalis Medicinam eſſe ſcientiam, ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum.

neutrorum. Vt autem quis hanc ritè profiteatur artem plura ſcitu, cognitúque neceſſaria ſunt adeò quod multi velint illum probatum eſſe medicum, qui τὴν ἐγκυκλοπαιδείαν abſoluerit. In medico (ſcribit Scaliger) nulla eſſe poteſt perfectio ſine illa encyclopædia: quæ homini viam munit ad fœlicitatem. Medicum effinges Doctum, probum, lenem, diligentem, maturum, fortunatum, Deo fretum, non ſua vel ſcientia, vel opera vel ſucceſſu tumidum, non cuiuſmodi vulgò turbam videmus à primis literarum rudimentis continuò ſe ipſam eo nomine vendi tantem inuidam maledicam, obtrectatricem nonam ſpeciem Cynicorum, auaram, temulentam, ſupremam, ignauam ſimul atque ignaram. Talem denique qualem, & nos in noſtris Iconographicis Emblematibus depinximus ſub Icone Medicinæ.

Præcipuum tamen medici officium in fidelitate & diligentia ſitum eſſe arbitramur vt nimirùm non quæſtus gratia auidioris, aut imperitia quidquam agat quod in perniciem ſanitatis & vitæ periculum vergat Et cum in his grauiter peccent, grauiùs tamen & iniquiùs peccant cum ægrotũ viſitantes omnem in pharmacis ſalutis ſpem conſtituunt ingentia pollicentur, corpus ſemimortuum fouent, leniunt, excitant, ſpeciali delectu ciborum iuuant, animam verò ægri breui morituri inter grauiſſimos peccatorum paroxiſmos relinquunt, nec iubent tempeſtiuè medicos ſpirituales ex ipſius apoſtoli conſilio accerſiri, cum tamen maximam & lethalem corradant culpam, ſi abſque viatico animam illi efflauerint. Quamobrem poſt patrum ſententias hanc conſtitutionem edidit, Pius V. quaiubet medicos accedentes ad infirmos curare imprimis, vt ipſi morbo grauati priùs ſpiritualibus medicamẽtis alleuientur. Primùm exorandus eſt Deus in cuius manibus verſantur ſortes hominum. Dei enim opus eſt, opera autem noſtra, & ſi quid proſperè accidit id beneficio diuino adſcribatur, vt probè facit Iapis ille Vergilianus.

Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra
Proueniunt: neque te Aenea mea dextera ſeruat:
Maior agit Deus.

Quid igitur in cauſa? ſi malè cedant ſalutaria quantumuis pharmaca? ſi Moly, ſi Panacea vota non ſecundent, cùm ſummus medicus negligitur? Aſt inquient medici ea præſtamus quæ ſunt artis è cuius præceptionibus nefas eſt, ne tranſuerſum quidem vnguem recedere. Sed cuiuſlibet operis ſuſcepti exitus cœleſti numinis voluntati commendandus eſt. Patienter feruntur quæ in fortunæ bona fiunt, ſed quæ animæ iacturam comitantur, & vitæ præcioſo theſauro inſidiantur, vix æquo animo poſſunt placari. Plura incommoda veniunt ægrotis τὰ ἔξωθεν ab euentu, veluti aere, ſole, rore, mœrore, metu, & aliis, at longè infeſtiora prodeunt à medico amente, negligente, auaro, & præcipite, & ideò iuris Cæſarei ſanctionibus, tenetur, fitq; reus homicidij cum ſua cauſa peſſimè conſulitur ægroto. Sunt tamen tutiſſima præcepta, quibus ab his contumelioſiſſimis diſcriminibus liberari poteſt. Primùm ergò ſit peritus in arte, quàm profitetur, ne cæcus, viam examinet baculo ad medendos morbos. l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offic. præſid. Secundùm, quòd admoneat infirmum, vt præcaueat ab his, quæ ſibi ſunt nocumento futura. text. in d. c. tua nos. Nec tamen tenentur ſemper & continuò adeſſe ægroto, ſecundùm Hoſt. Anch. & Doct. in d. c. tua nos. niſi ægrotus propter maximum ægritudinis periculum cuſtodia indigeret: tunc equidem tenetur medicus vel præſens eſſe, vel admonere, vt diligenter cuſtodiatur. Sic Hoſt. cenſet in ſumma. de æta. & qualit. §. ordo. verſ. ex poſt facto. quem refert, & ſequitur Ripa. in tract. de peſte. parte vlt. §. medicorum. nu. 48. quo in loco multa adducit de medicis imperitis an & hi teneantur, ſi infirmus ob eorum culpam moriatur, eſt enim text. in d. c. tua nos qui probat, his mortem ægroti imputari. idem conſtat in d. § ſicut. vbi Alber. exiſtimat, medicum imperitum, cuius cauſa ægrotus mortem obierit, pœna extraordinaria, non ordinaria puniendum fore. l. 3. §. 1. de ſiccar. notat Ripa in d. §. medicorum. hinc meritò Iouianus Pontanus dixerit in Charonte, Liberiùs medici viuunt, vt quibus permiſſum ſit hominem impunè occidere. Medicos enim non modò lex abſoluit ab homicidio, verùm mercedem quoque eis ſtatuit.

II.

Aboletur conſuetudo & facultas celebrandi Miſſas veſpertino tempore.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & dominus noſter dominus Pius diuina prouidentia Papa V. ad cuius notitiam peruenit, quod nonnulli cathedralium etiam forſan Metropolitanarum, Collegiatarum, & aliarum Eccleſiarum, necnon monaſteriorum, Conuentuum domorũ, & aliorũ piorũ locorum ſæculariũ, & di-

Eccleſiæ trinam ſacri Miſſæ ſacrificij celebrationem permiſit in die ſolenni natiuitatis Chriſti ob triplicis eius natiuitatis myſterium vt inquit Sotus in 4. Sent. diſt. 13. q. 2. art. 2. Nam propter æternã natiuitatem ex parte quæ nobis occulta eſt, in nocte canitur Miſſa cuius introitus eſt, Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Et propter ſpiritualem qua vt legitur 2. Petri 1. Chriſtus oritur tanquam Lucifer in cordibus noſtris canitur Miſſa in aurora cuius introitus Lux fulgebit hodie ſuper nos. Ac demum propter temporalem viſibilém que natiuitatem in calce adiicitur tertia Miſſa clara luce cuius introitus eſt Puer natus eſt nobis. De hac trina celebratione extat canon Noſte. de conſecra. diſt. 1.

…ſorum ordinum, ac militiarum regularium Prælati, Capitula, Clerici, Fratres, aliique ſuperiores & perſonæ antiquum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum inſtitutis miſſarum celebrandarum temporibus peruertere ſatagentes, diuerſas licentias, & facultates miſſas, quæ media nocte, & ſeu in aurora Natiuitatis ac de mane Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & forſan aliarum feſtiuitatum iuxtà prædictum ritũ celebrari conſueuerant, de ſero etiam forſan circa ſolis occaſum vigiliæ feſtiuitatum earundem in ſuis Eccleſiis, & Capellis celebrandi, ſeu celebrari faciendi ab Apoſtolica Sede, vel eius legatis, ac etiam maiori Pœnitentiario pro tempore exiſtente variis prætextibus impetrauerunt, illiſque iampridem vtuntur hoc ab antiquo catholicæ Eccleſiæ inſtituto ſanctorúmque Patrum decretis deuiare conſiderans, ac propterea hunc abuſum ab eccleſia Dei ſubmouere volens omnes, ac ſingulas, licentias, & facultates huiuſmodi hactenus etiam Motu proprio, vel quorumuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum principum contemplatione, & ex quibuſuis cauſis quomodolibet conceſſas, ac Apoſtolicas, & alias literas deſuper confectas, illarum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis habens apoſtolica auctoritate, ex certa ſcientia reuocauit, ac omninò caſſauit, & annullauit hac pręſenti perpetuò valitura conſtitutione quibuſuis Pręlatis, Capitulis, Clericis Fratribus, aliiſque ſuperioribus, & perſonis eorundem Eccleſiarum Monaſteriorum, Conuentuum, domorum, & aliorum priorum locorum in virtutę ſanctę obedientię, & ſub indignationis ſuę, ac perpetuę ſuſpenſionis à diuinis pœna diſtrictiùs inhibens, ne deinceps Miſſas veſpertino tempore homini licentiarum, & facultatum huiuſmodi, aut alio quouis prętextu celebrare, vel celebrari facere pręſumant, ac mandans locorum Ordinariis, vt eandem pręſentem conſtitutionem ſub prędictis & aliis ſibi beneuiſis pœnis per quoſcunque prelatos capitula, clericos, fratres, ſuperiores, & perſonas huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari faciant, contradictores quoſlibet auctoritate apoſtolica compeſcendo. Non obſtantibus pręmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum conuentuum, domorum, & aliorum locorum prędictorum etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, monaſteriis; domibus, & locis, illorumque capitulis, conuentibus, ſuperioribus, & perſonis ac ordinibus ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum & aliorum Principum inſtantiam, aut eorum contemplatione etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus ipſa ſanctitas ſua illorum tenores pro expreſſis habens, ſpecialiter expreſſè derogauit, illáque quoad præmiſſa, caſſauit penitus, & annullauit, cęteriſque contrariis quibuſcunque decernens pręſentes, earúmque copias per aliquem ex ſuis Curſoribus in Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe & Lateranenſi ac Cancellarię Apoſtolicę valuis affixas, omnes cum primum earum notitiam habuerint, perinde afficere, ac ſi illis perſonaliter intimatę fuiſſent.

Placet, & ita mandamus M.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo quigenteſimo ſexageſimo ſexto, Indictione nona, die vero xxviij, menſis Martij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. S. Pij diuina prouidentia Papa quinti Anno primo ſupraſcriptæ literæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in locis ſupraſcriptis vt moris eſt per me Bernardinum Andreultium apoſtolicum Curſorem.

Scipio de Octauianis Magiſter Curſ.

Hæretici quibus nihil adeò tam ſanctum tam piè, inſtitutum eſt quod eorum contumelias effugiat, volunt ſacrum miſſæ ſacrificium eſſe tam nudum vt ſimpliciter celebrari debeat, abſque tanta ceremoniarum varietate cum nulla additamenta hæc ſacra myſteria patiantur. Mirùm eſſet proculdubiò ſi tales phanatici ſomniatores, vel vera dicerent, vel noua commenta non excogitarent. Verùm ſi ita ad amuſſim celebranda eſt Miſſa, vt nihil in illa fieri debeat, niſi quòd Chriſtus cum Apoſtolis fecit in Cœna, deberet Eccleſia ſemper Miſſam celebrare, inter

inter cœnandum, ſiue poſt cœnam, ſiue manè, ſiue veſperi, nullo temporis diſcrimine facto, Quod profectò antiquæ Apoſtolorum & Eccleſiæ conſuetudini refragatur, vt ipſe Diuus Cyprianus teſtatur lib. 2. epiſt. 3. ad Cæcilium ſcribens. Quum cœnamus ad conuiuium noſtrum, plebem conuocare non poſſumus, vt ſacramenti veritatem omni præſente celebremus. Ait enim non manè, ſed poſt cœnam, mixtum calicem obtulit Dominus Nunquid ergo dominicam poſt cœnam celebrare debemus, vt ſic mixtum calicem frequẽtandis dominicis offeramus? Chriſtum offerre oportebat circa veſperam diei, vt hora ipſa ſacrificij oſtenderet, occaſum & veſperam mundi, ſicut in Exod. ſcriptum eſt. Et occident illum omne vulgus ſynagogæ filiorum Iſrael ad veſperam. Et iterùm in Pſalmis. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Nos autem reſurrectionem Domini manè celebramus. Et S. Auguſt. ad inquiſitionem Ianuarij. Liquidò apparet (inquit) quando primum acceperunt diſcipuli, corpus & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos nunquid tamen propterea, calumniandum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quod à ieiunis ſemper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt in honore tanti ſacramenti, in os Chriſtiani, priùs dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideò per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neque enim quia poſt cibos dedit Dominus, propterea pranſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiendum conuenire debent, aut ſicut faciebant, quos Apoſtolus arguit & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Nam ſaluator quò vehementiùs commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſsionem digreſſurus erat. Et ideò non præcepit, quo deinceps ordine ſumeretur, vt Apoſtolis (per quos Eccleſias diſpoſiturus erat) ſeruaret hunc locum. Vnde dicit Apoſtolus, Cætera quum venero ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, vt in epiſtola totum illum agendi ordinem inſinuaret, quem vniuerſa per orbem ſeruat Eccleſia, ab ipſo ordinatum eſſe, quod nulla morum diuerſitate variatur. Idem quoque ibidem tantum tribuit conſuetudini, vt dicat nullam eſſe in his meliorem diſciplinam, graui prudentiq; Chriſtiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit Eccleſiam, ad quamcunque fortè deuenerit. Quod enim (inquit) neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos viuitur ſocietate ſeruandum eſt. Illa enim quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata atque ſtatuta retineri, ſicuti quod Domini paſsio & reſurrectio, & aſcenſio in cœlum: & aduentus de cœlo Spiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrantur. Hactenus ille.

Prudenter itaque ſummus Pontifex Miſſas veſpertino tempore celebrari vetat, non enim ſacra illa peragenda ſunt myſteria noctu vel poſt cibum ſumptum nam Chriſtus ipſe in hoc ſacramento præſens eſt qui ait Ioan. 9. Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt, venit nox, quãdo nemo poteſt operari. Quamdiu in mundo ſum, lux ſum mundi: radix autem diei ad ſacra facienda non debet ſumi à medio noctis, ſed à ſolis ortu. At neque expectandus eſt ſolaris corporis aſpectus, ſed Auroræ, quando eius ſplendor apparere incipit. Vnde duo illa loca Marci. 16. & Ioan. 20. in quorum vno legitur; quòd mulieres venerunt ad monumentum orto iam ſole, & in altero, quòd venerunt cùm adhuc tenebræ eſſent, Aug. de conſenſu Euangeliſtarum hoc pacto conciliat, quòd in auroræ crepuſculo ſic ortus eſt ſol, vt tamen tenebræ non ſint diſſolutæ. Statum enim tempus ex Eccleſia authoritate ab initio auroræ vſque ad meridiem metiri poteſt quamuis ex priuilegio multi antelucanas Miſſas celebrent & magnatibus quibuſdam priuilegio conceditur vt eis per horam à meridie celebretur ſed vt plurimum hoc munere abutuntur, qui iocis, næniis variiſq; ludorum generibus inſomnes agũt noctes vt ad meridiem vſque ſoporem augeant & pigro veterno ocientur.

III.

Ordinationes circa diuini cultus venerationem pauperum curam, cadauerum ſuper terram depoſitarum amotionem. Pœnæ ſimoniacorum Blaſphematorum, Concubinariorum & Sodomitarum.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuum rei memoriam.

CVM primum apoſtolatus officium diuina nobis diſpoſitione commiſſum ſuſcepimus, ſtatim omnem curam, et cogitationem noſtrum in dominici gregis fidei noſtræ crediti ſalute defiximus, et Chriſtifideles Deo iuuante ita dirigere

 ſtatuimus,

Pius V. ſummi Pontificatus culmen conſcendēs egregia virtutis ſuæ & pietatis teſtimonia edidit in reformandis moribus, & reformationem à Pontificia familia inchoatam eſt, dicebat enim familiā ſe habere velle quæ & vita & exemplo cæteris exemplo ſit, nec tam miniſtrorum numerum aut cultū corporis quā virtutem & integritatem ſibi ſpectandā conſtituit. Frugaliter vixit adeò vt veriùs Anachoreta quam Pontifex diceretur: ordinis primum profeſſi religioſiſſimus obſeruator. Deinde quæ ad diuini cultus religionem faciebant præcepit iuxtà antiqua patrum decreta & ſacros Concilij Tridentini canones.

ſtatuimus, vt à vitiis & peccatis abſtinentes, ter, quod ad vitam ęternam ducit, inſiſtant. Cum autem ad omnia, quę diuinam maieſtatem aliquo modo poſſent offendere mouenda, mentis noſtrę aciem intenderimus, ea primum, & ſine mora emendare decreuimus, quę Deo pręter cętera diſplicere, & iram eius prouocare cum diuinę docent ſcripturę, tum grauiſſima exempla declarant, nempe diuini cultus neglectum, ſimonię labē, blaſphemię crimen, libidinis naturę contrarię vitum execrandum, propter quę populi & nationes, bellorum, famis, & peſtilentię calamitatibus, iuſta Dei vltione ſępe plectuntur, Et ſi autem contra eos, qui tam grauia crimina admiſerint, multę à Prędeceſſocibus noſtris conſtitutiones editę fuerunt, tamen quia parum eſt leges edere, niſi ſint qui eas debitis temporibus exequantur, Idcirco ne qui forſan ex tolerantia ſperare impunitatem audeant, ſcientes pleroſque pœnarum grauitate magis quam Dei timore arceri ſolere à voluntate peccandi, omnes & ſingulas ſententias, cenſuras, & pœnas contra eos qui talia deliquerint latas confirmamus, & apoſtolica auctoritate innouamus, nec de earum rigore quicquam relaxamus, admonemuſque eos qui talia perpetrate veriti non fuerint, non ſolum ſubituros eas pœnas, quæ ſacris ſunt Canonibus conſtitutæ, ſed eas etiam quas leges ciuiles comminantur, & noſtri quoque arbitrij diſcreto pro perſonarum qualitate conſtituet. Mandantes ciuitatum, & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici pro tempore Ordinariis, & Gubernatoribus, illis quidem ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, his verò ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt quos debitum Deo cultum in Eccleſiis non tribuere, aliiſque nefandis criminibus pollutos eſſe competerint, comprehendi curent pœnis afficiendos competentibus. Sciturís etiam ipſis Iudicibus, quod ſi poſt hanc noſtram conſtitutionem in caſtigandis huiuſmodi delictis negligentes fuerint, primum quidem Dei omnipotentis iudicio obnoxij erunt, deinde noſtram quoque incuren. indignationem. Vt autem pœnarum certitudo cunctis facilius innoteſcat, nonnullas hic duximus exprimendas, aliis nihilominus contra huiuſmodi criminum reos à iure ſtatutis in ſuo robore manentibus.

Vt igitur Deo optimo maximo, glorioſæ virgini, & ſanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorij Decimi prædeceſſoris noſtri conſtitutionem innouantes, ac ſtatuta in Tridentino Concilio obſeruari volentes, ſtatuimus, & ordinamus, vt ad Eccleſias ſit humilis, & deuotus ingreſſus, quieta conuerſatio, deuotis orationibus inſtant, & omnes genibus flexis ſanctiſſimum Sacramentum adorent, ad nomen Ieſu Chriſti domini noſtri cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis Eccleſiis ſeditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetúmue committat, ceſſet vana, fœda, & profana colloquia, riſus immoderati, & ſtrepitus omnes iudiciorum, & alia quæcunque quæ diuinum officium perturbare poſſunt. Nullus intra Eccleſias deambulare audeat, ſiue præſumat dum celebrantur ſacra miſſarum myſteria, & alia diuina officia. Qui verò prædicta petulanti animo contempſerint, præter diuinæ vltionis acrimoniam, noſtri quoque arbitrij pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque Ordinarij in ſuis eccleſiis facient obſeruari. Quicunque verò in Eccleſiis, dum ibi ſacrificium Miſſæ, & diuina celebrantur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verſo tergo ad ſanctiſſimum irreuerenter ſedere, aut aliquid, quod ſcandalum generet, aut diuina perturbet officia, facere præſumpſerit, pœnam vigintiquinque ducatorum incurret, pręter alias arbitrio noſtro imponendas, & moderandas pœnas, & qui non habebit in ære luet in corpore, aut exilio mulctabitur.

Colloquia & confabulationes in Eccleſiis prohibentur domū enim domini decet ſanctitudo hinc ſit vt à veneratione, & caſto cultu templū dicatur Græcis σιμνεῖον.

Qui vero in Eccleſiis cum mulieribus impudicis, ſiue etiam honeſtis colloquiū ſcurrile habuerit, aut alios inhoneſtos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per menſem. Qui in Eccleſiis, vt ſupra, obſcœnis, & inhoneſtis verbis aut ſignis vſus fuerit, aut alia fœda colloquia cum perſonis quibuſcunque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur, Mandamus pręterea omnibus, & ſingulis Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium Eccleſiarum Capitulis, Rectoribus, Vicariis, Sacriſtis Oſtiariis, & aliis ipſarum cuſtodibus, quatenus pręfatos omnes in Eccleſiis delinquentes admoneant, & vt in eis vetita fieri non permittant, vel ſaltem ipſis Ordinariis, vel Officialibus noſtris puniendos deferant, quod ſi facere neglexerint, pœnam duorum aureorū vice qualibet incurrēt.

Pauperes

Sub diuinis non debent pauperes in Eccleſiis Eleemoſynas petere.

Pauperes quoque mendicantes, ſeu eleemoſynas petentes per Eccleſias tempore miſſarum, prędicationum, aliorumque diuinorum officiorum ire non ſinant, ſed eos ad valuas Eccleſiarum ſtare faciant, ſub pœna duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, niſi eos eiici curauerint, & parochis dimidij aurei. Religioſis etiam clauſtralibus pręcipimus in virtute ſanctę obedientię, vt in Eccleſiis ſuis deputent aliquem, qui tales eiiciat, & ſi negligentes fuerint, grauiſſimè ab ordinario corripiantur, quod ſi illi parerere recuſauerint, grauiſſimas pœnas incurrent, & pro qualitate perſonarum eiam corporaliter punientur arbitrio noſtro, ſiue ſuperiorum.

Et vt in Eccleſiis nihil indecens relinquatur, iidem prouideant, vt capſæ omnes, & depoſita ſeu alia cadauerum conditoria ſuper terram exiſtentia omninò amoueantur, prout alias ſtatutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.

Religioſa feſtorum dierum veneratio, in quibus nihil fieri debet quod ſanctitatem & pietatem non ſpiret vt inquit Clemens Rom. lib. 3. c. 42. & lib. 5. c. 10. & lib. 7. c. 31. conſt. Apoſtol.

Cum verò dierum feſtorum obſeruatio ad Dei cultum maximè pertineat, & in lege diuina præcipiatur, cupientes abuſus prauos, qui ex eorum inobſeruantia inualuerunt, omninò corrigere, & antiquorum canonum ſtatuta renouantes mandamus, vt omnes Dies dominici, & præcipuè in honorrem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apoſtolorum feriati, cum omni veneratione obſeruentur, & omnes in diebus præfatis eccleſias frequentent, diuinis officiis deuotè intendant, ab omni illicito, & ſeruili opere abſtineant, mercatus non fiant, profanæ negociationes & iudiciorum ſtrepitus conquieſcant. Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum feciſſe deprehenſus fuerit: præter diuinam vltionem, & amiſſionem animalium quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio noſtro, ſeu Vicarij noſtri in vrbe. In aliis autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magiſtratuum, ita vt præuentioni locus ſit. Quibus omnibus diſtrictè pręcipimus vt hæc diligenter obſeruari procurent, illas etiam feſtiuitates, quæ iuxtà conſuetudinem locorum ſolemniter celebrari conſueuerunt, iuxtà laudabilem conſuetudinem debita cum reuerentia obſeruari faciant, ſub pœnis arbitrio ipſorum imponendis, & moderandis.

Aduerſus Symoniacos habes Concil. Trident. decretum Seſſ. 24. c. 1 C de reformat.

Et vt Simoniacæ prauitatis, labes, prorſus aboleatur conſtitutiones anteceſſorum noſtrorum contra Simoniacos æditas, & præſertim Pauli II. inuiolabiliter obſeruari madamus, & delinquentes tam in ſacrorum ordinum receptione, quam in beneficiorum aſſecutione, ſtatutis etiam inferius pœnis noſtra auctoritate affici volumus. Quicunque igitur deteſtabile crimen Simoniacæ prauitatis commiſiſſe conuictus fuerit in conſequendis ordinibus; eo ipſo ſit ab illorum executione per decennium ſine ſpe diſpenſationis ſuſpenſus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Eccleſiaſticas ſimoniacè acquiſiuerit, illis ſit ipſo iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quaſcunque alias obtinendas, Qui beneficium, aut officium Eccleſiaſticum ſimoniacæ adeptus fuerit, illis ſimiliter ſit ipſo iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, reſtitutionem teneatur, & perpetuo ſit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia eccleſiaſtica. Si quis autem tale crimen pluries commiſiſſe conuictus fuerit, præter ſupradictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus eccleſiaſticis degradatus à fidelium conſortio eiiciatur. Qui verò ordines, & beneficia ſimoniacè contulerint, pœnis à iure ſtatutis puniantur, cuiuſcunque gradus, conditionis, dignitatis, etiam ſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea quicunque, ne in ſacramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant, alioquin grauiſſimè puniantur per locorum ordinarios, qui huiuſmodi criminis reos cum maxima ſeueritate coercere procurent, iuxta Concilij Tridentini ſtatuta.

De Blaſphemātium pœnis vide quæ ſub Iul. 3. ſuper dicta ſunt conſt.

Ad abolendum vero nefarium, & execrabile blaſphemiæ ſcelus quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & imperialibus quoque legibus receptum eſt, nunc autem propter nimiam Iudicum in puniendo ſegnitiem, vel potius deſuetudinem, ſupra modum inualuit, Leonis X. prædeceſſoris noſtri in nouiſſimo Lateranen. Concilio ſtatuta inuocantes, Decernimus vt quicunque laicus Deum, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel glorioſam Virginem Mariam eius genitricem expreſsè blaſphemauerit, prò prima vice pœnam vigintiquinque

ducatorum

ducatorum incurrat, pro ſecunda pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos ſoluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui verò plebeius fuerit, nec erit ſoluendo, pro prima vice manibus poſt tergum ligatis ante fores eccleſiæ conſtituetur per diem integrum, pro ſecunda fuſtigabitur per Vrbem, pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunque clericus in hoc blaſphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium & quorumcumque beneficiorum ſuorum, pro ſecunda beneficiis ipſis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quòd ſi clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradatur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos ſanctos blaſphemauerit, pro qualitate blaſphemiæ, àtque perſonæ arbitrio Iudicis puniatur.

De Sodomitarũ infando ſcelere infra dicetur conſt. Horrendũ.

Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauit, Curiæ ſeculari puniendus tradatur: & ſi clericus fuerit omnibus ordinibus degradatus ſimili pœna ſubiiciatur.

Concubinariorũ pœnæ vide Concil. Trident. *Seſſ.* 24 *c.* 8. *de reformat.*

Monemus præterea omnes locorum ordinarios, & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipimus, vt ſtatuta Tridentini Concilij contra concubinarios tam clericos quàm laicos edita, diſtrictè faciant obſeruari, reddituri Deo; ac nobis, ſi id omiſerint rationem.

Et vt præmiſſorum delictorum ſimoniæ, blaſphemiæ, ac ſtupri nefandi notitia faciliùs habeatur, volumus quòd in ſingulis caſibus non ſolum per accuſationem, & inquiſitionem, ſed etiam ſimplicem, & ſecretam denunciationem procedatur per quoſcunque iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quam perſonarum, ita quod inter eos locus ſit præuentioni.

Falſorum accuſatorum pœnæ, & falſi teſtes quibus pœnis multentur diximus in noſtra lectione de iudicibus.

Monemus præterea omnes, & ſingulos, vt ſolum Dei timorem præ oculis habentes, & non alia animi praua affectione ducti, culpabiles tantum deferant, innocentes non vexent. Quod ſi aliqui ex calumnia aliquos denunciaſſe comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri volumus, & mandamus.

Mulctæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis piis arbitrio noſtro in Vrbe, extrà vero, ordinariorum, pro tertia accuſatori, qui delinquentes detulerit.

Principes huius conſtitutionis effectum procurare [illegible] tueri debent.

Mandamus autem Principibus, Comitibus, & Baronibus omnibus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ feudatariis, ſub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipſa Eccleſia Romana obtinent. Reliquos verò Principes Chriſtianos, & Terrarum Dominos hortamur in domino, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore, præmiſſa omnia in ſuis dominiis, ac Terris exactiſſimè ſeruari faciant, vberrimam ab ipſo Deo mercedem tuam bonis operis recepturi.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac exemptionibus, priuilegiis, indultis, facultatibus, & literis apoſtolicis quibuſuis capitulis conuentibus, militibus ordinibus, & perſonis cuiuſcunque qualitatis, & conditionis exiſtentibus, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio alia quomodolibet, conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam in præmiſſis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ eiuſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, Kal. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Feliciſſima regiminis apoſtolici exordia hic Pontifex à reformatione, tum Vrbi, tum Eccleſiæ vtiliſſima duxit. Et ita Pontificatum geſſit, vt veterum Pontificum pietatem, & morum

morum ſanctitatem referre videretur. Initiò vt refert Surius omnem ambitus vim extinxit iis qui vellent obliquo tramite promoueri, quive aut amicorum precibus, aut antiqua huius Pontificis neceſſitudine conſiſi dignitates temerè poſtulabant. Vix fuerat ſummus Pontifex renuntiatus in ipſo Cardinalium cœtu quidam ex inſigni familia petiit Epiſcopatum quendam. Reſpondit Pontifex, ſe quidem illi cupere ſummoperè gratificari, nec defuturum, ſi alia in re prodeſſe ei poſſet, ſed Epiſcopatum tamen minimè collaturum, quòd ad tantam functionem parùm idoneus eſſe videretur, non ſatis literis & eruditione inſtructus. Cùm autem ille ſuæ eruditionis teſtimonium proferret, Ego, inquit Pôtifex, hac in re, quæ mihi ſatis cognita eſt, teſtes minimè requiro. Ita ille in ea petitione repulſam paſſus eſt. Porrò ad Cardinales adhuc præſentes conuerſus Pontifex, hortatus eſt, ne quicquam ab ipſo peterent, quod vel contra diuinum obſequium, vel contra Concilium Tridentinum, vel contra ordinem & rem Eccleſiæ facere videretur. Addidit etiam, ſe quidem in rebus licitis & honeſtis Chriſtianos principes iuuare conſtituiſſe: contra verò, ſi quid præter fas & decorum peterent, nulla ſe ratione illis daturum.

Vt ſol exoriens nebulas & caliginem diſcutit vt ventus aream purgat, ita nomen ipſum noui Pontificis nebulas diſſipat & ſceleſtiſſimos vitiorū ἐργάτας, & vrbem terra illa Impuriſſimorū hominum colluuione purgauit. Peſſimè eos habebat quod viderent ſummum ſcelerum vindicem imperium aſſequutum fuiſſe. De eo ſic narrat Surius.

Capta fuit per hos dies nauis longa inſignis cuiuſdam piratæ, in qua Chriſtiani octoginta captiui viſebantur, qui decem & eo ampliùs annis miſerrimam pertulerant ſeruitutem. Eos, cùm Romam veniſſent, Pontifex humaniſſimè accepit, & veſtibus atque pecunia donauit. Exemplo integerrimæ vitæ illius permulti ad meliorem frugem ſe recipiunt, adeò vt etiam ex Iudæis ampliùs centum, doctrina & opibus præſtantes, ad Chriſtianam religionem acceſſerint. Porrò in vſum catechumenorum emit Pontifex magnificentiſſimas ædes, quibus etiam ſuos reditus haud contemnendos attribuit.

Pontificatus initiò Auguſto menſe morbus periculoſus vrbem inuaſit, ita vt plurimi cū tota familia decumberent peſſimè affecti. Ibi ſanè videre erat Pij Pontificis ſingularem pietatem. Nam ſingulis miſit pecuniam, omnibus decem medicos adhibuit, multáque alia ſolacia inſigni liberalitate impertiuit, adiunctis etiam religioſis viris, qui animorum curam gererent. Dici facilè non queat, quanta iam in Clero & populo cernatur ſub hoc Pontifice Romæ morum reformatio: & licèt iam ſenio affectus ſit, attamen ipſe vult audire, videre, cognoſcere controuerſias pleráſque omnes: aſſiduis incumbit precibus, multùm ieiunat, in victu ſumma vtitur temperantia, quotidiéque rem diuinā facit, quod profectò mirum videri queat in tanta ætate. Sed vt ipſe quoque fatetur, inter hæc tot tantáque negocia, quibus continenter occupatur, tam proſpera aliquandiu vſus eſt valetudine, vt vix vnquàm rectiùs valuerit.

A piratis redimi curauit nepotem ſuum exigua quidem pecunia, fortaſsè Turcis neſcientibus quòd eſſet Pontificis nepos. Hunc ad ſe accitum, non alio habitu videre voluit, quàm quo fuerat vſus dum ſederet ad remos captiuus: qui vilis erat. Admonuit autem eum ſanè grauiter: vt ex anteactā miſerrimè in ea ſeruitute vita, diſceret ad bonam frugem ſe recipere, & Deo ſeruire. Deinde equo & equeſtri officio, vnde centum aureos annuos habeat, donatum ad ſuos remiſit. Hoc & pleraque alia facilè teſtantur, quàm non ſit ſtudioſus cognatos, & propinquos ſuos ad honores prouehendi.

Solebant adhiberi inſtrumenta muſica, quoties Pontificis & Cardinalium habebatur conſiſtorium. Eam conſuetudinem voluit ſublatam. Crebrò vrbis Eccleſias viſitat, & ad Clerum concionatur. Familiam ſuam magno ſtudio reformat, quòd ſciat indè exempla manare ad Eccleſiaſticos omnes: vt ipſi quoque ſe ſuóſque ad ipſius exemplum componant. Initiò menſis Octobris familiares ſuos omnes conuocauit, concionem ad eos habuit, & inter alia, quæ iis obſeruanda præſcripſit, voluit vt ſinguli ſuum indicarent nomen, ordinem & ſacerdotia. Sacerdotes vt minimùm ter in hebdomada ſacrificium faciant, cæteri præſertim diaconi & ſubdiaconi, ſaltem quintodecimo die communicent, edixit. Sacris ordinibus initiatos, aut Eccleſiæ prouentus percipientes, habitum iuſſit ferre clericalem atque tonſuram, nec veſtes habere niſi ex lanā ſimplici abſque vllo ſerico. Turgida femoralia pati non vult. Aulicos ſuos omnes, ne ocio tempus malè perdant, iuſſit ſacræ lectioni, quam ter in hebdomada ſacri Palatij Magiſter habet, intereſſe. Fiunt etiam in aula prælectiones Philoſophicæ. Porrò non paucos ſuis libros Eccleſiaſticorum ſcriptorum dedit, vt iis legendis, dum

Pontificem viciſſimè obſeruant, tempus vtiliter tranſigant. Nihil in ſuorum moribus, habitu colloquiis, & tota denique viuendi ratione vitioſum, & quod praui ſit exempli, tolerat. Præfecto cuſtodiæ corporis ſui mandauit, det operam, vt milites ſui tranquillè & ſine inſolentia viuant.

Impudicas mulieres, publico propoſito edicto, ab vrbe expelli iuſſit. Erant tum Romanorum plerique, qui ſe vehementer opponerent, diceréntque, ſi meretrices ab vrbe excluderentur, magnum id Reipub. annui quæſtus diſpendium allaturum: Pontifex tandem ita eis ſilentium impoſuit, vt aſſeueraret ſe cum tota Curia ſua aliò migraturum: niſi illa hominum fæx profligaretur. Ita illæ coactæ ſunt diſcedere, interim tamen nonnullæ in vicis ignobilibus ob peiora vitanda relictæ ſunt, cùm priùs in vijs publicis & ſplendidis ædibus magno numero habitarent. Quædam ex iis quæ præ cæteris maiorem infirmis animis tentationum & ruinarum materiam præbituræ videbantur, à tota ditione Eccleſiaſtica nominatim relegatæ ſunt.

Alio quoque edicto vetuit, ne quis ex iis qui Romæ degunt, hoſpitia publica & caupenas Vrbis conuiuandi & compotandi gratia adeat, nec quiſquam in iis ludere ſinatur. Eo edicto multa flagitia & peccata reſecata ſunt, effectúmque vt hoſpitia aduenarum commoditati ſeruiant. Nebulo quidam obſcurus maledico quodam Paſquillo vel famoſo carmine Pontificem contumelioſè proſcidit. Is tandem comprehenſus, & Pontifici oblatus, cùm ab omnibus diceretur ſeueriſſimè plectendus, iuſſus eſt à Pontifice carmen ſuum recitare, tum exponere, cuius vel conſilio vel voluntate id ſcripſiſſet. Dicente eo ſe non niſi mali dæmonis id inſtinctu compoſuiſſe, Pontifex reſpondit: Si tu mihi vt ſummo Pontifici maledixiſſes, non ferres impunè. At nunc quia in fratrem Michaelem, in monachum ſcarponem, in Cardinalem Alexandrinum conuicia iactaſti, abi liber quovis. Ego verò humilitatem generis mei, vitæ & habitus, ſemper & animo retinebo, & libens confitebor, & ero vilis, & abiectus in oculis meis. Demiſſi profecto & patientiſſimi iniuriarum animi exemplum.

In tota Eccleſiæ ditione accuratiſſimè edixit, vt itinera à latronibus tuta ſeruentur: ſi quis à latronibus cædatur, ait ſe pœnam exacturũ ab illis, in quorum vicinia id accidiſſet. Nobiles quidam Poloni ab hæreſi Dei benignitate ad fidem ſanam Catholicæ Eccleſiæ reuertiſſe ferebantur. Id vbi Pontifex reſciuit, mirificè gauiſus eſt, datiſque ad illos humaniſſimis literis hortatus eſt ad perſeuerantiam. Mirum enim in modum lætatur reſipiſcentia eorum, qui fraude diaboli in hæreſim prolapſi ſint. Cognatos ſuos & conſanguineos omnes iuſſit ab vrbe abſcedere, præter nepotem Cardinalem, & alterum in Collegio Germanico literis incumbentem: in quo apparet animus ab omni immoderata erga ſuos affectione prorſus liber. Cardinalibus quoque grauiter mandauit, vt familiam ſuam ad morum honeſtatem informent & à luxu ſe contineant. Hæc officioſo furto decerpſimus è Surio.

Euocauit quandoque ad ſe Cardinales, qui præſunt inquiſitioni, itémque Rotæ auditores, (quod iudicium eſt in vrbe exactiſſimum atque præcipuum) reliquóſque qui Romæ iudiciis præſunt, doctiſſimáque oratione hortatus eſt omnes, vt in exercendis iudiciis ſynceros & integros ſe præbeant ex meretricibus multæ ad fructuoſam reſipiſcentiam redierunt. Academiam Romanam quam Sapientiam vocant Profeſſorum ſocordia collapſam: & ſterilem noua prole fœcundauit. In magiſtratum iura violantem pœnis publicis animaduertit. Apoſtatas & religionis profeſſæ habitum mentientes anathemate percuſſit. Cardinalibus alieno ære in iniuriam creditorum obſtrictis parci noluit. Senectus variis moleſtiis obſita nunquam Pontificem excuſauit, à ieiuniis vel piis muneribus tanti honoris pia non mutarunt onera, vt præclarè illi congratulatus eſt orator Ducis Ferrarienſis hoc præclariſſimo virtutum elogio, Nunquam, inquit, tu honores ſecutus es: ſed rectò ſemper itinere gradientem, & de ſola virtute ſollicitum, de aliis rebus non laborantem, ipſe te vltrò ſunt honores conſecuti. Nihil te Cardinalatus dignitas immutauit: niſi quòd vt tua virtus à pluribus cognoſceretur effecit: eandem quam priuatus comitatem atque affabilitatem, eundem cultum, eandem vitæ ac diſciplinæ ſeueritatem retinuiſti. Vna erat omnium vox, neminem eſſe qui maiori libertate ſententiam diceret, qui minùs ad gratiam loqueretur, qui quæ vera rectáque erant conſtantiùs aut animoſiùs tueretur. Itaque non in ſermone tantum, ſed in vultu ipſo ac nutu tuo magna ineſſe putabatur auctoritas. Tanto igitur & tam repentino omnium conſenſu Pontifex renunciatus es, vt ſi, cui fortè adhuc dubium fuerat, hominum ne iudicio, an diuino numine ſummi Pontifices crearentur, quod tamen nemini vnquam bono dubium fuit, ea tota dubitatio proximis comitiis ſublata eſſe videatur.

De pœnis

IIII.

De pœnis naufragantium bona occupantium.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

CIRCA paſtoralis officij nobis, meritis licet imparibus, deſuper commiſſi curam (quantum nobis ex alto permittitur) inuigilantes, aſſiduè ad ea, per quæ ſingulis erroribus, & exceſſibus obuiatur, ac perſonis quibuſlibet, præſertim fœmineį ſexus virginitatem ſuam altiſſimo vouentibus ſub Religionis iugo Chriſto Saluatori in caſtitatis holocauſto famulari affectantibus à ſemita iuſtitiæ, & honeſtatis declinantibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honeſtatis gloria maculam & diuinam meritò poſſit offendere Maieſtatem, opportunè ſuccurritur, libenter intendimus, ac in his noſtræ vigilantiæ partes propenſius impartimur, prout id in domino ſalubriter expedire conſpicimus. Hac igitur perpetuò valitura Conſtitutione, inhærentes etiam Conſtitutioni fel. rec. Bonifacij Papæ viij. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Periculoſo, & decretis Concilij Tridentini ſuper clauſura Monialium editis auctoritate apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, atque perpetuò decreuimus, vniuerſas & ſingulas Moniales præſentes, atque futuras cuiuſcunque Religionis, Ordinis, vel Militiarum, etiam Hieroſolymitanum ſint, vel in poſterum in quibuſuis Monaſteriis, ſiue domibus recipientur, & tacitè, vel expreſsè Religionem profeſſæ, etiam ſi Conuerſæ, aut quocunque alio nomine appellentur, etiam ſi ex inſtitutis, vel fundationibus earum Regulæ ad clauſuram non teneantur, nec vnquam in earum Monaſteriis, ſeu domibus etiam ab immemorabili tempore ea ſeruata non fuerit, ſub perpetua in ſuis Monaſteriis, ſeu domibus de cætero debere permanere clauſura iuxta formam dictæ Conſtitutionis fel. rec. Bonifacij Papæ viij. predeceſſoris noſtri, quæ incipit. Periculoſo. in ſacro Concilio Tridentino approbatæ, & innouatæ, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam diſtrictè obſeruari mandamus. Quod ſi aliquæ Moniales forſan reperiantur, quæ conſuetudine etiam immemorabili, aut inſtituto, vel fundatione regulæ ſuæ fretæ, animo obſtinato huic clauſuræ reſiſtant, aut quoque modo reluctentur, Ordinarij vna cum ſuperioribus earum omnibus iuris, & facti remediis compellant eaſdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præciſè ſubeundam dictam clauſuram, & perpetuò obſeruandum Mulieres quoque, quæ Terciarię, ſeu de pœnitentia dicuntur, cuiuſcunque fuerint ordinis in congregatione viuentes, ſi & ipſę profeſſę fuerint, ita vt ſolemne votum emiſerint ad clauſurã pręciſè, vt pręmittitur, & ipſę teneantur. Quòd ſi votum ſolemne non emiſerint, Ordinarij vna cum Superioribus earum hortentur, & perſuadere ſtudeant, vt illud emittant. & profiteantur, ac poſt omiſſionem, & profeſſionem eidem clauſurę ſe ſubiiciant, quòd ſi recuſauerint, & aliquę ex eis inuentæ fuerint ſcandaloſè viuere, ſeueriſſimè puniantur. Cæteris autem omnibus ſic abſque emiſſione profeſſionis, & clauſura viuere omninò volentibus interdicimus, & perpetuo prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorſus in ſuum ordinem, Religionem, Congregationem recipiant. Quòd ſi contra huiuſmodi hanc noſtram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad ſic viuendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaſlibet profeſſiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præſenti decreto irritas facimus, & annullamus. Porrò ne Moniales, vel Tertiariæ prædictæ propter hanc clauſuram detrimentum, autem incõmodum aliquod in earum neceſſitatibus maximè impertinentibus ad illarum victum patiantur. ſed vt eis opportunè conſulatur, auctoritate Apoſtolica præfata ſtatuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus Ordinariis, & ſuperioribus earum, vt curent colligi fideliũ eleemoſynas per Conuerſas, quæ non ſint profeſſæ, vel ſi profeſſæ fuerint, ſint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen Monaſterium degant, & non ingrediantur clauſuram aliarum Monialium niſi in caſibus ex earum Conſtitutionibus permiſſis, & de earum domibus exire non poſſint pro huiuſmodi eleemoſynis colligendis, niſi de licentia Ordinarij, vel earum Superiorum. Et de cetero nullæ aliæ Conuerſæ profeſſæ recipi amplius etiam de conſenſu ſuorum Superiorum vel

Clauſura monialium ſacris canonibus frequentiſſimè cõmendatur. Bonifacij conſt. habes in 6. de ſta-regul. & Concil. Tridẽt. Seſſ. 24. cap. 5.

Moniales tacitè vel expreſsè religionem profeſſæ clauſuræ obſtringantur.

Receptiones monialium irritæ ſunt, niſi ſumma clauſuræ habeatur obligate.

 prælatorum

Pontificem viciſsimè obſeruant, tempus vtiliter tranſigant. Nihil in ſuorum moribus, habitu colloquiis, & tota denique viuendi ratione vitioſum, & quod praui ſit exempli, tolerat. Præfecto cuſtodiæ corporis ſui mandauit, det operam, vt milites ſui tranquillè & ſine inſolentia viuant.

Impudicas mulieres, publico propoſito edicto, ab vrbe expelli iuſsit. Erant tum Romanorum plerique, qui ſe vehementer opponerent, dicebántque, ſi meretrices ab vrbe excluderentur, magnum id Reipub. annui quæſtus diſpendium allaturum: Pontifex tandem ita eis ſilentium impoſuit, vt aſſeueraret ſe cum tota Curia ſua aliò migraturum: niſi illa hominum fæx profligaretur. Ita illæ coactæ ſunt diſcedere, interim tamen nonnullæ in vicis ignobilibus ob peiora vitanda relictæ ſunt, cùm priùs in vijs publicis & ſplendidis ædibus magno numero habitarent. Quædam ex iis quæ præ cæteris maiorem infirmis animis tentationum & ruinarum materiam præbituræ videbantur, à tota ditione Eccleſiaſtica nominatim relegatæ ſunt.

Alio quoque edicto vetuit, ne quis ex iis qui Romæ degunt, hoſpitia publica & caupenas Vrbis conuiuandi & compotandi gratia adeat, nec quiſquam in iis ludere ſinatur. Eo edicto multa flagitia & peccata reſecata ſunt, effectúmque vt hoſpitia aduenarum commoditati ſeruiant. Nebulo quidam obſcurus maledico quodam Paſquillo vel famoſo carmine Pontificem contumelioſè proſcidit. Is tandem comprehenſus, & Pontifici oblatus, cùm ab omnibus diceretur ſeueriſsimè plectendus, iuſſus eſt à Pontifice carmen ſuum recitare, tum exponere, cuius vel conſilio vel voluntate id ſcripſiſſet. Dicente eo ſe non niſi mali dæmonis id inſtinctu compoſuiſſe, Pontifex reſpondit: Si tu mihi vt ſummo Pontifici maledixiſſes, non ferres impunè. At nunc quia in fratrem Michaelem, in monachum ſcarponem, in Cardinalem Alexandrinum conuicia iactaſti, abi liber quouis. Ego verò humilitatem generis mei, vitæ & habitus, ſemper & animo retinebo, & libens confitebor, & ero vilis, & abiectus in oculis meis. Demiſsi profecto & patentiſsimi iniuriarum animi exemplum.

In tota Eccleſiæ ditione accuratiſsimè edixit, vt itinera à latronibus tuta ſeruentur: ſi quis à latronibus cædatur, ait ſe pœnam exacturũ ab illis, in quorum vicinia id accidiſſet. Nobiles quidam Poloni ab hæreſi Dei benignitate ad fidem ſanam Catholicæ Eccleſiæ reuertiſſe ferebantur. Id vbi Pontifex reſciuit, mirificè gauiſus eſt, datiſque ad illos humaniſsimis literis hortatus eſt ad perſeuerantiam. Mirum enim in modum lætatur reſipiſcentia eorum, qui fraude diaboli in hæreſim prolapſi ſint. Cognatos ſuos & conſanguineos omnes iuſsit ab vrbe abſcedere, præter nepotem Cardinalem, & alterum in Collegio Germanico literis incumbentem: in quo apparet animus ab omni immoderata erga ſuos affectione prorſus liber. Cardinalibus quoque grauiter mandauit, vt familiam ſuam ad morum honeſtatem informent & à luxu ſe contineant. Hæc officioſo furto decerpſimus è Surio.

Euocauit quandoque ad ſe Cardinales, qui præſunt inquiſitioni, itémque Rotæ auditores, (quod iudicium eſt in vrbe exactiſsimum atque præcipuum) reliquóſque qui Romæ iudiciis præſunt, doctiſsimáque oratione hortatus eſt omnes, vt in exercendis iudiciis ſynceros & integros ſe præbeant ex meretricibus multæ ad fructuoſam reſipiſcentiam redierunt. Academiam Romanam quam Sapientiam vocant Profeſſorum ſocordia collapſam: & ſterilem noua prole fœcundauit. In magiſtratum iura violantem pœnis publicis animaduertit. Apoſtatas & religionis profeſſæ habitum mentientes anathemate percuſsit. Cardinalibus alieno ære in iniuriam creditorum obſtrictis parci noluit. Senectus variis moleſtiis obſita nunquam Pontificem excuſauit, à ieiuniis vel piis muneribus tanti honoris pia non mutarunt onera, vt præclarè illi congratulatus eſt orator Ducis Ferrarienſis hoc præclariſsimo virtutum elogio, Nunquam, inquit, tu honores ſecutus es: ſed rectò ſemper itinere gradientem, & de ſola virtute ſollicitum, de aliis rebus non laborantem, ipſe te vltrò ſunt honores conſecuti. Nihil te Cardinalatus dignitas immutauit: niſi quòd vt tua virtus à pluribus cognoſceretur effecit: eandem quam priuatus comitatem atque affabilitatem, eundem cultum, eandem vitæ ac diſciplinæ ſeueritatem retinuiſti. Vna erat omnium vox, neminem eſſe qui maiori libertate ſententiam diceret, qui minùs ad gratiam loqueretur, qui quæ vera rectáque erant conſtantiùs aut animoſiùs tueretur. Itaque non in ſermone tantum, ſed in vultu ipſo ac nutu tuo magna ineſſe putabatur auctoritas. Tanto igitur & tam repentino omnium conſenſu Pontifex renunciatus es, vt ſi cui fortè adhuc dubium fuerat, hominum ne iudicio, an diuino numine ſummi Pontifices crearentur, quod tamen nemini vnquam bono dubium fuit, ea tota dubitatio proximis comitiis ſublata eſſe videatur.

De pœnis

IIII.

De pœnis naufragantium bona occupantium.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

CIRCA paſtoralis officij nobis, meritis licet imparibus, deſuper commiſſi curam (quantum nobis ex alto permittitur) inuigilantes, aſſiduè ad ea, per quæ ſingulis erroribus, & exceſſibus obuiatur, ac perſonis quibuſlibet, præſertim fœmineę ſexus virginitatem ſuam altiſſimo vouentibus ſub Religionis iugo Chriſto Saluatori in caſtitatis holocauſto famulari affectantibus à ſemita iuſtitiæ, & honeſtatis declinantibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honeſtatis gloria maculam & diuinam meritò poſſit offendere Maieſtatem, opportunè ſuccurritur, libenter intendimus, ac in his noſtræ vigilantiæ partes propenſius impartimur, prout id in domino ſalubriter expedire conſpicimus. Hac igitur perpetuò valitura Conſtitutione, inhærentes etiam Conſtitutioni fel. rec. Bonifacij Papæ viij. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Periculoſo, & decretis Concilij Tridentini ſuper clauſura Monialium editis auctoritate apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, atque perpetuò decreuimus, vniuerſas & ſingulas Moniales præſentes, atque futuras cuiuſcunque Religionis, Ordinis, vel Militiarum, etiam Hieroſolymitanum ſint, vel in poſterum in quibuſuis Monaſteriis, ſiue domibus recipientur, & tacitè, vel expreſsè Religionem profeſſæ, etiam ſi Conuerſæ, aut quocunque alio nomine appellentur, etiam ſi ex inſtitutis, vel fundationibus earum Regulæ ad clauſuram non teneantur, nec vnquam in earum Monaſteriis, ſeu domibus etiam ab immemorabili tempore ea ſeruata non fuerit, ſub perpetua in ſuis Monaſteriis, ſeu domibus de cætero debere permanere clauſura iuxta formam dictæ Conſtitutionis fel. rec. Bonifacij Papæ viij. prędeceſſoris noſtri, quæ incipit. Periculoſo. in ſacro Concilio Tridentino approbatæ, & innouatæ, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam diſtrictè obſeruari mandamus. Quod ſi aliquæ Moniales forſan reperiantur, quæ conſuetudine etiam immemorabili, aut inſtituto, vel fundatione regulæ ſuæ fretæ, animo obſtinato huic clauſuræ reſiſtant, aut quoque modo reluctentur, Ordinarij vna cum ſuperioribus earum omnibus iuris, & facti remediis compellant eaſdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè ſubeundam dictam clauſuram, & perpetuò obſeruandum Mulieres quoque, quæ Terciarię, ſeu de pœnitentia dicuntur, cuiuſcunque fuerint ordinis in congregatione viuentes, ſi & ipſę profeſſę fuerint, ita vt ſolemne votum emiſerint ad clauſurã pręcisè, vt pręmittitur, & ipſę teneantur. Quòd ſi votum ſolemne non emiſerint, Ordinarij vna cum Superioribus earum hortentur, & perſuadere ſtudeant, vt illud emittant. & profiteantur, ac poſt omiſſionem, & profeſſionem eidem clauſurę ſe ſubiiciant, quòd ſi recuſauerint, & aliquę ex eis inuentæ fuerint ſcandaloſè viuere, ſeueriſſimè puniantur. Cæteris autem omnibus ſic abſque emiſſione profeſſionis, & clauſura viuere omninò volentibus interdicimus, & perpetuo prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorſus in ſuum ordinem, Religionem, Congregationem recipiant. Quòd ſi contra huiuſmodi hanc noſtram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad ſic viuendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaſlibet profeſſiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præſenti decreto irritas facimus, & annullamus. Porrò ne Moniales, vel Tertiariæ prædictæ propter hanc clauſuram detrimentum, autem incõmodum aliquod in earum neceſſitatibus maximè impertinentibus ad illarum victum patiantur, ſed vt eis opportunè conſulatur, auctoritate Apoſtolica præfata ſtatuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus Ordinariis, & ſuperiorrbus earum, vt curent colligi fideliũ eleemoſynas per Conuerſas, quæ non ſint profeſſæ, vel ſi profeſſæ fuerint, ſint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen Monaſterium degant, & non ingrediantur clauſuram aliarum Monialium niſi in caſibus ex earum Conſtitutionibus permiſſis, & de earum domibus exire non poſſint pro huiuſmodi eleemoſynis colligendis, niſi de licentia Ordinarij, vel earum Superiorum. Et de cetero nullæ aliæ Conuerſæ profeſſæ recipi amplius etiam de conſenſu ſuorum Superiorum vel

Clauſura monialium ſacris canonibus frequentiſsimè cõmendatur. Bonifacij conſt. habes in 6. de ſta. regul. & Concil. Tridẽt. Seſs. 24. cap. 5.

Moniales tacitè vel expreſsè religionem profeſſæ clauſuræ obſtringantur.

Receptiones monialium irritæ ſunt, niſi ſumma clauſura habeatur obligate.

 prælatorum

prælatorum poſſint. Quòd ſi aduerſus hanc noſtram prohibitionem receptæ fuerint,illarum receptio nulla,irrita,& inanis ſit prout ex nunc nullam irritam facimus,& annullamus.Quòd ſi prædicto modo neceſſitatibus Monialium,& Mulierum Terrarum prædictarum ſuccuri ſufficienter non poterit,mandamus ipſis Ordinariis,& Superioribus earum,vt ipſi prouideant de aliis perſonis piis,& Deo deuotis, quæ fidelium eleemoſynas colligant , vel alias eo meliori & commodiori modo,quo fieri poterit,etiam ex opere manuum ipſarum Monialium, & Mulierũ prædictarum arbitrio Ordinariorum,& Superiorum earundem,prout eis congruentiùs expedire videbitur , prouideatur , & ſuccurratur.Et ne propter Monialium numerum exceſſiuum clauſuræ obſeruatio violetur,inhærentes etiam ſimiliter diſpoſitioni dictæ Conſtitutionis Bonifacij,& Concilij Tridentini decreto , Monialibus prædictis,& illarum Superioribus , & Ordinariis diſtrictè inhibendo præcipimus,& mandamus,ne plures in earum monaſteriis recipiant & admittant , ſiue recipi,& admitti permittant,quàm ex propriis reditibus ipſorum Monaſteriorũ, vel conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſint. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ ſub obteſtatione diuini iudicij & interminatione maledictionis æternæ vniuerſis venerabilibus fratribus Patriarchis,Primatibus , Archiepiſcopis,& Epiſcopis,quatenus in Ciuitatibus,& diœc.propriis noſtras publicari faciant,ac in monaſteriis monialium ſibi ordinario iure ſubiectis, in his verò quæ ad Roman.mediatè,vel immediatè ſpectant Eccleſiam , Sedis apoſtolicæ auctoritate vnà cum ſuperioribus eorundem monaſteriorum clauſuram,vt præmittitur,quam primum poterint ſeruari procurent.Contradictores,atque rebelles per cenſuram eccleſiaſticam apellatione poſtpoſita,compeſcendo,inuocato ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis.Ac,vt hoc tam ſalutare decretum faciliùs obſeruetur,omnes principes ſeculares,& alios dominos , & magiſtratus temporales rogamus,requirimus,& obſecramus per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti,eiſdem in remiſſionem peccatorum iniungentes, quòd in præmiſſis omnibus eiſdem Patriarchis,Primatibus,Archiepiſcopis , & Epiſcopis , & aliis monialium Superioribus aſſiſtant,ac ſuum fauorem,& auxilium præſtent, ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant. Præmiſſis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtatutis , & conſuetudinibus etiam immemorabilibus etiam per ſedem Apoſtolicam approbatis,& confirmatis,priuilegiis quoque indultis,literis Apoſtolicis etiam in fundatione,& inſtitutione eiſdem monaſteriis , vel domibus,& monialibus ſub quibuſcunque verborum formis,& clauſulis irritantibus,& aliis decretis quibuſlibet conceſſis,confirmatis,ac etiam iteratis vicibus approbatis,& innouatis.Quibus omnibus etiam ſi pro ſufficiẽti illorum derogatione de illis,eorumque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,& indiuidua,non autem per clauſulas generales idem importantes,mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda,aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur,pro ſufficienter expreſſis,quo ad effectum validitatis noſtræ conſtitutionis tantum derogamus , contrariis quibuſcunque.Aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum , quod interdici, aut ſuſpendi non poſſint,per literas Apoſtolicas non facientes plenam,&expreſſã, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.Per hoc autem in monaſteriis exemptis ordinarij locorum quo ad alia nullam ſibi credant iuriſdictionem,vel poteſtatem aliquatenus eis attributam. Volumus autem, quod præſentes literæ ad valuas Baſilicæ beati Pauli apoſtolorum principis, & in Cancellaria noſtra,ac acie campi Floræ publicentur, & inter Conſtitutiones extrauagantes perpetuò valituras conſcribantur. Et , quia difficile foret præſentes ad ſingula quæcunque loca deferri , Volumus,& etiam declaramus , quòd earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius notarij ſubſcriptis,ac ſigillo alicuius Prælatis munitis eadem prorſus vbicunque habeatur,quæ præſentibus adhibetur, ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ.Nulli ergo &c.Si quis autem &c.Dat. Romæ apud Sanctum Petrum,anno Incarnationis M.D.LXVI.quarto Kal.Iunij Pontificatus noſtri anno primo.

Decreto monialiũ numero præficiendo id quod ſacra Tridentina Synodus ſanciuit id certè diligenter obſeruari debet, ne vnquam ab illa regula diſcedatur,niſi fortaſſe inſignem aliquam bonorum acceſſionem fieri contingat. Tunc enim bonorũ aucta vel diminuta portione numerum etiam monialiũ minui vel augeri conueniens erit.

Monialium commendationem ex inſtitutis antiquitate & reuerentia extollit Auguſtinus libro de bono Virginali: Quippe inquit nulla Virgo ſacrata naſcitur,nec eſt hoc proles carnis & ſanguinis. Si harum quæritur mater,eccleſia eſt. Non *parit Virgines ſacras , niſi virgo ſacra:*Virgo *illa,quæ deſpõſata eſt vni viro,caſtã exhiberi* Chriſto,*vt ſcribit* Polydorus *de inuentoribus rerum lib.4.ca.*10.*Vbi dicit* Apoſtolos *primo,deinde* Pontifices,*exemplo* Veſtalium Virginum,*introduxiſſe fœminarum religionem,vt vterque ſexu domino in caſtitate famularetur , & in collegia coiuere , ac ſanctiſſimis inſtitutis à patribus acceptis , vitam* Virginitate *dignam agere cœperunt,*Nam Mathæus Apoſtolus *in* Aethiopia,*cui ea prouincia obtigit,poſteaquam* Regem(*vt in eius vita legitur*) *cum vxore & toto* Regno *ad fidem conuenerat,item illius filium à morte ſuſcitauerat,filiam poſtremò* Virginem *nomine* Iphigeniã *ſacro velamine conſecraſſe dicitur.* Ex *quo apparet, iam tunc cœpiſſe fœminas per hunc modum* Deo *dicari. Sunt tamen qui tradant.* (*quæ cum* Hieronymo *familiaritatem habuit*) *primam fœminarum auſam eſſe,id inſtitutum :* Romæ *profiteri. Alij aſſerant ,* Helenam, Conſtantini *matrem* Virgines *ſacras primitus legiſſe, quæ publico ſtipendio nutrirentur, ſeu quæ puritate vitæ , ac precibus indeſinenter laudem* Dei *prædicarent.* Hæc Polydorus, *vbi plura alia de conſtitutis ſummorum* Pontificum *circa prædictam religionem.*

*Cum ergò tantus ſit virgineæ laurea decor,& monialium excellentiſſimum inſtitutum ſoleat blanditiis & illecebris mundi vndique obſidi,proinde cautum eſt ſacris canonibus, ne hominibus ad eas ingreſſus liberè pateat,néve illis egreſſus ad compita,ad ſpectacula permittatur.*Hæc *libertas peperit tragicas querelas, & infeſtiſſima ſacrilegia.* Multæ *fallaci carnis illicio ſeductæ ad apoſtaſiam ad* Veneres *amplexus ſeſe dederunt , cum excucullatis monachis , aut aliis turpiſſimis impoſtoribus.* In *eos qui* Moniales *violãt ſtatutæ ſunt iure* Cæſareo *pœnæ.* Venus *enim cum* Moniale *commiſſa punitur pœna capitis, vt eſt text.in* §.*pœn.in auth.de ſanct.*Epiſc.Iure *diuino atque in foro conſcientiæ excõmunicatur* Sacrilegus *ille* Monialem *violans excõmunicatur & è* Chriſtianorum *conſortio depellitur,niſi in mortis articulo abſoluitur.c.impudicas d.c.* Virginibus 27.*q.*1. Quod *ſi hæc parum valent libidinoſis iſtis lenonibus? Si hæc parum proſunt impudicis iſtis meretricibus qui ſacrum virginitatis votũ mentiuntur eos* Ethnica *exempla moueant.*Olim Veſtales,*quæ ad tempus* Diis *virginitatem vouerant,virgis cædebantur ad necem vſque:deinde lege ſancitum eſt , viuas defodi,auctor eſt* Dionyſius Halicar. *lib.* 1. *antiq.* Rom.& Pomponius Lætus *de ſacerdotijs* Romanorũ,*vbi de* Veſtalibus *agens ſic ſcribit,*Veſtalem *ob inceſtum pœnas hoc modo luiſſe.* Vincta *efferebatur in ſandapilla per medium forum vſque ad portam*Collinam,*ibi tumultus impudicarum* Veſtalium *inter muros eminet , in quo eſt parua cauerna ſubterranea , ad quam per foramen ſcalis deſcenditur,in qua eſt ſtratus lectulus & lucerna ardens, & panis, lac,oleum ne fame intereat.* Deponitur *hæc* Veſtalis, *capite velato in ſupplicium ducitur.* Pontifex *cum arcana quædam pronuntiauit, cum ſacerdotibus terga vertit, & ſtatim* Veſtalis *in cauernam demittitur , inde foſſa tellure repletur , vſque ad operculum ea die ſilentium & mœſtitia in tota vrbe eſt.*Hæc *ille. & alia de his plura* Alex. *ab* Alex. *lib.* 5. *dierum* Genialium.*c.*12.*ad ſin.quibus accedit* Plutarchus *in problemate* 69. *qui rationem reddit multiplicem,cur viuæ defoderentur, hodie verò moniales quæ ſe corrumpi patiuntur, ea pœna plectuntur, vt perpetuò carceri includantur .cap.impudicas.*27.*q.*1.

His *ergo periculis obuiam itum eſt* Concilij Tridentini *placitis quibus ſeriò cauetur ne licentiore greſſu moniales audeant clauſtra ſeptáve monaſterij egredi.* Egreſſum *enim talem comitantur ſemper luctus quærimoniæ & ſcandala.* Solet *enim muliebre genus credulum nimis per frequentes huiuſmodi circuitus laſciuias deambulationes facillimè decepi.*

Vt *ab illecebris* Virgines Deo *ſacræ omninò abdicentur iubet* Pontifex *vt nunquam illis limen* Monaſterij *egredi liceat vtque vagæ & licentioris greſſus includantur de hac clauſura monialium pulchrè ſcripſit.*Franciſcus Bonhomius Epiſcopus Vercellanus.Quod *ſi apud* Ethnicos *virginum tanta fuit cura quanto maior debet eſſe earum quæ* Deo Virginitatem *denouere ne infando inceſtu,& ſacrilegio adulterentur.* Refert Plutarchus Phidiam Atheni*enſem ſtatuarium clariſſimum propudioſam* Venerem *ita finxiſſe vt pedibus teſtudinem calcaret tacitè ſignificans domi manendum ſilendúmque.*Idem *narrat* AEgyptiis *hunc morem fuiſſe vt nuptæ ſandaliis non vterentur ne videlicet domo vnquam prodirent.* Quid *agendum eſt his quæ* Chriſto *nupſerunt?* Marcella Romana Matrona *miſerat* Hieronymo & Paulæ *filiæq; eius* Euſtochio Xeniola,*nempe cæreos,calices,ſellam, ea* Hieronymus *allegoricè interpretatur.*Sellam *interpretatur vt foras pedes vigo non moueat.*Idem *ſeriò & frequenter hanc cantilenam de cuſtodia ſanctimoniali decantat,nihilque frequentius monet , quam vt*

V.

De clauſura Monialium cuiuſcunque ordinis & religionis.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM nobis nuper ex parte Dilecti filij Mratini de Ayala Romæ cōmorantis, Conſulis protectoris & defenſoris ac generalis procuratoris in rebus Maritimis & Mercantilibus, Nation. Hiſpanorum, Neapolitanorum & Senulorum, Mediolanenſium cæterorúmq; ſubditorum Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Philippi Hiſpaniarum ac vtriuſque Siciliæ, &c. Regis Catholici in alma Vrbe noſtra ac Ripis, & portibus, Terrarum & locorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectorum expoſitum fuerit non ſine maxima noſtra diſplicentia, quòd retroactis temporibus cum maximo damno, & periculo miſerorum nautarum, & mercium conductorum naues & nauigia diuerſis mercibus onuſta, propter Maris infortunium, & in dictis portibus, fugamque ab infidelibus, & aliis inimicis arreptam, alioſvé inopinatos caſus ob quos nonnulli naues, & nauilia deſeruerunt, & ab eorundem inimicorum conatibus euaſi fuerunt, eorumque perſonas nauibus, & mercibus in eis cōductis omiſſis, in terra aliique periti in mari ſaluas effecerunt, naufragia paſſi fuerint in portibus, plagiis, & ris locorum maritimorum prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non ſine maximo damno patronorum nauilium, & nauium prædictarum ac mercium conductarum, & detrimento Terrarum & locorum dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ad quæ prædictæ naues & nauilia cum ſuis mercibus ſæpiſſime tendebant, ibidem in beneficio, & abundantia ipſarum terrarum exponenda erant, & quod occurrentibus ad loca prædicta nautis. & conductoribus mercium præfatarum pro ſalute eorum necnon nauium & mercium ipſarum nanciſcenda, extimantes ſe ſecuros eſſe expectan. inter Chriſtianos & amicos conſequi opem & fauorem fratrum amicabilem prout ratio & æquitas id poſtulant, officiales non ſolùm penes eos non reperierunt auxilium, præfatum, quinimo maius impedimentum, quia contra omne ius diuinum & humanum addēdo damno, & afflictis affiictionem, cum maxima Dei, & noſtra, ac proximi offenſa, ab eiſdem habitatoribus & officialibus terrarum præfatarum damnum & tribulatio illata fuit etiam cum minis, & comminationibus, & illi naufragantes ab eiſdem eorum bonis, & mercibus, quas domino permittente à tali infortunio liberarunt, & liberabant, animo diabolico, & peruerſo priuati fuerunt, dicta bona, & merces occupando, & detinendo ac ſi eſſent infidelium, Barones dominique temporales & eccleſiaſtici officiales talium locorum ſub prætextu naufragij, & ſpecie prætenſionis, ac directi iuris illa ad ſe ſpectare, & pertinere aſſerebant, vſurpando dictas naues, & nauilia merceſque qua auferunt à propriis patronis in ſcandaloſum, peruerſum, & iniquum exemplum, quod non ſolum repugnat religioni Chriſtianæ præſertim in Terris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ huiuſmodi, quæ omnes ad ſe venientes benignè amplectitur, verum etiam contra omem humanam & ciuilem legem. & iuris æquitatem mentemque noſtram, quæ eſt vt omnes Chriſtifideles qui in dictis Terris S.R.E. contractabunt ſint patroni ſuorum bonorum, de illiſque poſſint liberè diſponere, ſintque bene, & amicabiliter tractati & non debeant modo aliquo vexari nec moleſtari. Quapropter nos prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, volentes præmiſſis occurrere, damniſque & ſcandalis ne veniant quantùm poſſumus obuiare, Motu ſimili, &c. Auctoritate Apoſtolica, & de certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad perpetuam rei memoriam ſtatuimus, & ordinamus, firmiterque & inuiolabiliter obſeruari mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis, necnon decem millium ducatorum auri largorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnis, quatenus in Vrbe Roma ſuiſque portibus & ripis, ac Ciuitate Anconitana, aliiſque omnibus, & ſingulis ciuitatibus terris caſtris, ripis, portibus, & plagiis tam verſus Adriaticum quam Mediterraneum Mare dictæ S.R.E. mediatè vel immediatè ſubiectis, & etiam prælatorum, dominorumque temporalium & Baronum dictarum, terrarum, in quibus eſt commercium Maritimum, perſona aliqua cuiuſcunque gradus eccleſiaſtici, vel ſæcularis communiter vel diuiſim officialis, aut priuatus, & præſertim Oſtien. & Portuen. Epiſcoporum

Locorum Maritimorum incolæ bona naufragantium ſitientes & naues mercibus ditiſſimis locupletatas diripientes vbi procellis & irato cœlo periclitantur his pœnis multantur.

Iuri non ſolum diuino ſed humano & naturali alieniſſimū eſt alienæ calamitati calamitatem addere & in alterius detrimentum locupletari.

Epiſcoporum & quorumcunque aliorum Cardinalatus honore fulgen. deſuper non audeat vel præſumat aut permitat præbere impedimentum, aut genus aliquod moleſtiæ præſtare dictis nautis, & mercium conductoribus ſubditis prædicto Regi Catholico, & aliis quibuſcunque, & cuiuſcunque nationis qui cum bono, & iniquo tempore infortunium aut naufragium patiatur in dictis Ripis vel prope Ripas, aut intra mare ſeu in aliqua parte vllius, aut partibus, ſeu plagiis (quod Deus auertat) aut quouis alio voluntario, neceſſitato, infortunato, aut pacifico modo eos inibi applicare contingat in quamcunque Ripam, portum aut plagiam dictarum Terrarum S.R.E. huiuſmodi, quinimo illi fauore, & ope gratioſè recipiantur & benignè tractentur, reſtituendo, & reſtitui faciendo res, & bona eorum in talibus nauibus cōducta ſi ea per aliquam, vel aliquos detineri, & occupari contingat, & in poſterum occupabuntur, & detinebuntur, liberè abſque eo quod eos ad ſoluendum iura aut aliquid aliud cogant & compellāt, ad effectum vt ſtante huiuſmodi bona comportatione eorum querelæ ceſſent, & illi libentiori animo conducant ad loca præfata ſe, & eorum merces. Et licet alias fel. rec. Paulus Papa III. & Iulius etiam tertius prædeceſſores noſtri per eorum Motus proprios & literas in forma breuis, vel alias conceſſerant dicto Martino Conſuli auctoritatem recuperandi, & liberè recipiendi nauilia, naues, & merces naufragium paſſas, dictis ſubditis noſtris, & illas propriis patronis reſtituendi, & reſtitui faciendi ab illis perſonis illa occupantibus, propterea approbando, & confirmando dictum breue, & Motus proprios, omneſque alias patentes, & conceſſiones tam Apoſtolicas quàm Regias quomodolibet emanatas & conceſſas, ac in illis contenta & inde ſecuta quæcunque, illis in ſuo robore permanentibus, & quæ ſub dictis pœnis inuiolabiliter obſeruari mandamus, ipſum Martinum in naufragiis commiſſarium generalem deputamus, non obſtan. quacunque conceſſione, ordinatione, decreto in contrarium forſan emanato, quacunque via & modo & ad inſtantiam quarumuis perſonæ aut perſonarum cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſten. quarum tenores pro plenè & ſufficienter expreſſis haberi volumus, ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſſent, quibus expreſsè derogamus, per præſentes concedimus, & impartimur facultatem, & auctoritatem dicto Martino Conſuli, vt ipſe tanquam talis Conſul, & protector ac generalis procurator, & defenſor nationum præfatarum repræſentando perſonas intereſſe habentes in talibus nauiliis, nauibus, & mercibus, & tanquā perſona legitima poſſit pro ſe ſuóſque miniſtros in ſocietate dictorum patronorum præſentibus aut illis abſentibus etiam ipſi patroni in abſentia dicti Martini Conſulis ſuorúmve miniſtrorum & deputatorum coniunctim, vel diuiſim poſſint exigere, recuperare nauilia, naues, ac merces præfatas naufragium paſſas, ſiue directas in mari aut extra mare aut in aliqua illius parte, partibuſque & plagiis atque Ripis, alioque quouis loco vbi reperientur. Et quia euenire ſolet quod tales naues & nauilia ac merces in eis conductæ non ſunt propriæ aut patronorum talia nauilia conducentium, ſeu patronantium, aut ea aſſecurantes intereſſati ſunt, volumus etiam quòd ſi patroni & nautæ ſeu aliæ perſonæ ſaluas effecerint aut recuperauerint dictas merces vel earum partem ſeu nauilia præfata, nō poſſint modo aliquo de eis diſponere abſque nutu, & voluntate dicti Martini Conſulis, qui ſolertè inquirere debeat de mercibus ſaluis, & perditis, vſque quo veritatem omninò comperiat, ad hoc ne ſub pretextu naufragij aut proiectionis mercium in mare intereſſe habentes modo aliquo damnificati aut defraudati ſeu ſuis priuati exiſtant. Et inſuper, quod omnes, & ſinguli quarumcumque generis patroni debeant & teneautur cum omni diligentia ſaluare. & cuſtodire bona quæcunque per eos conducta & naufragantia, neque illa tamquam perdita dimittere, ſed ipſum Conſulem pro opportuno remedio certiorare in beneficium, & ſaluationem ipſorum bonorum naufragantium, ita quod ipſis patronis ſiue nautis deficientibus in aliquo præmiſſorum naufragia huiuſmodi & quæcunque, & exinde prouenientia ipſorum patronorum culpæ imputentur, & ad intereſſe ac damna teneantur, Ac ſi contingat ab aliqua perſona ſeu perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſten. & noſtram monitionem huiuſmodi ignoran. in toto, vel in parte detinere merces, res, & bona aliqua in eis conducta furtiuè,

In eos qui naufragantium bonis ditantur ſimilem ſuperius habes conſtitutionem ſub Iulio 3.

Pœnæ à Pio V. Pontifice conſtitutæ in impedientes naufragium patientes aut bona naufragantiū occupantes conſtitutæ quæ confirmantur in Bulla cœnæ Domini.

Recuperatio bonorū naufragio diſſipatorum.

Qui illæſa recuperāt bona naufragantia quomodo de illis diſponere poſſint.

tiuè,& coactè vel prætextu prætentionis naufragij vel alio quocunque modo, eadem nihilominus dictus Martinus Conſul recipere,exigere,& recuperare,& à detinentibus perſonis illa dictis patronis ad quod ea de iure ſpectant, & pertinent reſtitui facere abſque aliqua exactione ſeu detractione prætextu dictæ prætenſionis aut alio quæſito colore, ſeu ſolutione aliquibus perſonis eccleſiaſticis vel ſæcularibus,Baronibus, Comitibus, aut Triremium Capitaneis, Caſtellanis, Gubernatoribus, Commiſſarijs, ſeu cuicunque alteri cuiuſcunque conditionis præeminentiæ, & ſtatus ſit, facienda, Cui Conſuli compellendi, & reſtitui,ac caſtigari faciendi tales vſurpatores, & detentores plenam & liberam facultatem, & auctoritatem concedimus. Quibus perſonis expreſſè in virtute ſanctæ,& ſub pœnis præfatis mandamus,quatenus dimittant, & ſinant præfatos patronos nauium,& nauilium nationum præfatarum,& quarumcunque aliarum,eorum Conſulem,& Miniſtrum ſeu miniſtros illa omnia recuperare,& alias de eorum nauibus,nauiliis,mercibus,& bonis conductis etiam derelictis,& iis tam per mare vagantibus quam prope terram, & in Ripa conſiſtentibus liberè diſponere abſque aliqua moleſtia,vel impedimento illis directè vel indirectè præſtan. nec debeant ſe intromittere in dictis rebus naufragatis,nec naufragio præfato, niſi in eo ad quod per dictos patronos, Conſulem & Miniſtrum erunt requiſiti, & vocati pro eorum ope,& fauore,nec ſub aliquo prætextu,vel colore dicto Martino Conſuli,aut eius Miniſtris ſeu deputatis præfatis in libero exercitio ſui officij generalis conſulatus,& commſſariatus huiuſmodi,& ad illud ſpectan. aliiſque ſupradictis aliquod impedimentum,moleſtiam,aut perturbationem præſtent, ſeu præſtari permittant,quinimmo ei,&eis omne auxilium,&fauorem in præmiſſis,& circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet opportuna ad quæ præfati noſtri ſubditi quotieſcunque pro parte dictorum Conſulis ac Miniſtrorum in licitis,&honeſtis erũt requiſiti præſtare teneantur,quibus eis videlicet,qui à dicto Martino Conſule, & Miniſtris vocati erunt ad recuperationem adiuuauerint,per dictum Conſulem ex penſis rerum liberatarum in quarum beneficium, elaborauerint in laboris ſubſidium dabitur quod iuſtum,& honeſtum erit iuxtà meritum illorum qui in ſaluandis huiuſmodi rebus,& bonis interuenerint, licet fraternitatis charitas in talibus calamitoſis euentibus ęos ad id obliget atque cogat. Et vt Chriſti fideles ad premiſſa alliciantur,aut naufragium huiuſmodi patientibus ab eis propitiora ſubſidia prębeantur,omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui auxiſiũ, conſilium,& fauorem naufragium patientibus in reparatione, & conſeruatione ſuorum bonorum pręſtiterint, decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pęnitentiis in Domino relaxamus, Mandantes dictis noſtris ſubditis tam Ciuitatis Vetulæ,& Oſtiæ,Porti, & Neptuni,ac Pilottis illarum, ac etiam Aconæ, ac habitatoribus omnium Terrarum Riparum,pottuum,& plagiarum necnon patronis,& nautis nauium,nauiliorum, Triremium, biremiúmque Capitaneis, & Barcharum conductoribus,& piſcatoribus,ac aliis quibuſcunque perſonis exiſtentibus,& habitantibus in aut prope vel vbi talia naufragia accidere contingat, ſub pœna ſolutionis tanti quanti bona naufragata valuerint, & quæ ob defectum adiutorij amitterentur quatenus illico poſtquam à patrono Conſule aut deputatis vocati fuerint,occurrant,& feſtinanter accedant cum eorum Barchis ac Triremibus,& biremibus,ad adiuuandum, & ſaluandum ea omni cum diligentia, ac ſi eorum propria eſſent,ſolutis tamen eis pro eorum labore expenſis mercium conductarum, & rerum ſaluatarum his, quæ conſuli videbitur prout labor eorum exegerit,& non poſſint petere nec petant aliquid aliud,nec quartam nec partem, nec ius aliquod rerum ſaluatarum præter ſupradicta,Conceſſione,ſtatuto,conſuetudine,ordinatione,vſu, & quibuſuis aliis minime obſtantibus penitus caſſamus, & ſuffragari nolumus. Volumus autem quod in locis ſeu territoriis vbi naufragium præfatum eueniet, Dominus, vel Domini,aut Communitas talis loci teneantur conſignare in manibus noſtræ iuſtitiæ,& Miniſtrorum illius latronem, ſeu latrones vſurpatorem,ſeu vſurpatores, detentorum, ſeu detentores huiuſmodi rerum naufragatarum,alias teneantur ſoluere totum damnum,& expenſas in tali naufragio aut illas dependen. paſſa,ſeu patienda,ac paſſas,& ſeu patiendas, Et ſi aliquid

forſan

Precepit Pontifex omnibus ſuperias præbere Conſuli ad recuperationem horum bonorum delegato.

Indulgentiæ largiuntur auxiliantibus.

Vicini locorũ in quibus naufragia fiunt debent citius opitulari naufragantibus.

Antequam bona nafragij dilapidentur Indices Comites, Barones & Domini locorum reos debent proſequi.

forſan occurrerit ſuper præmiſſis quod dictus Conſul non poſſit accommodare, & concludere, recurratur ad nos, & ſeu dilectum filium Vitellotium Camerarium noſtrum,& S.R.E. quem & nullum alium illud decidere,& finire poſſe voluмus,etiam cum facultate,& auctoritate ampliſſimè puniendi,& caſtigandi quoſcunque latrones & prædatores,etiam vſque ad pœnam capitalem, Volentes etiam per præſentes præfatum Cardinalem Camerarium merum, & verum iudicem, & executorem in cauſis Maritimis naufragiorum,& etiam quorumcunque aſſecurationum ſuper quibus lis & controuerſia aliqua inter quoſcunque euenire poſſet, ex cauſa tamen dictorum naufragiorum,cum opportuna auocatione à quibuſcunque iudicibus,non tamen Romanæ Curiæ fore,& eſſe debere, necnon auctoritate præfata concedendo dicto Conſuli eiúſque deputatis prout concedimus eiſdem,vt pro ipſorum ſecuritate, & defenſione cuiuſcunque generis arma tam offenſiua, quàm defenſiua,in toto Dominio,& per totum Dominium Eccleſiaſticum ſcilicet in omnibus terris,& locis Maritimis,& mari conuicinis per quindecim milliaria à terra diſtantibus liberè,& licitè portare poſſint, & valeant quibuſcunque bannis editis ſeu edendis,& aliis quibuſcunque Apoſtolicis conſtitutionibus & ordinationibus non obſtant. Et nihilominus pro obſeruatione præmiſſorum motu,& ſcientia noſtris præfatis præcipiendo mandamus Dilecto filio Vitellotio Camerario noſtro, necnon Clericis præſiden. Camerę Apoſtolicę, ac pręlatis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus,necnon vniuerſis,& ſingulis tam Almę Vrbis quàm aliarum quarumcunque S.R.E. mediatè,vel immediatè ſubiectarum Prouinciarum Terrarum,& locorum,Vicelegatis,Gubernatoribus,Locaten. Poteſtatibus, Iudicibus,& aliis quouis nomine nuncupatis iuſdicentibus, & iuſtitiæ miniſtris,necnon Illuſtribus & Mag. viris Dominis Ducibus,Marchionibus, & Baronibus,Domicellis,Nobilibus,Caſtellanis,Triremiúmque Ducibus & Capitaneis, ac quorumcunque locorum Communitatibus ſeu vniuerſitatibus omnibúſque & ſingulis aliis particularibus perſonis,ad quos quomodolibet ſpectat, ſeu in futurũ ſpectabit, ſeu ſpectare poterit, & Sanctę Romanę Eccleſię prędictę mediatè, vel immediatè ſubiectis,quatenus pręmiſſa omnia,& ſingula inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari faciant,& ſub pœnis,& cenſuris antedictis,necnon rebellionis, & priuationis omnium,& ſingulorum bonorum,ſeu officiorum,ac confiſcationis,& publicationis quorumcunque bonorum per eos,& ipſorum quemlibet obtentorum incurrendíque in crimine læſæ maieſtatis. Contradictores &c. cum ampliſſima facultate,& auctoritate dictos raptores,graſſatores,& deprędatores & latrones, in fragranti crimine,ſeu dilecto repertos puniendi,& caſtigandi,ad effectum, vt huiuſmodi iuſtis querelis ceſſantibus,dicti mercatores,& nautę eo libentiùs cum ſuis nauigiis,nauibus,& mercibus ad Vrbem ipſam locáque prædicta, Sanctę Romanę Eccleſię prędictę ſecurius, & tutius accedant. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis,necnon ſtatutis,& conſuetudinibus, etiam municipalibus quarumcunque terrarum, & locorum in contrarium forſan editis, ac priuilegiis,indultis,& literis Apoſtolicis quibuſuis perſonis, necnon ciuitatibus, oppidis,locis,caſtris,portibus,Maritimis,ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus,ac cum quibuſcunque clauſulis & decretis,& contractibus,& Motu proprio &c. ac alias conceſſis,quibus omnibus &c illorum tenores &c. pro expreſſis habentes,hac vice latiſſimè derogare placeat,cæteríſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod pręſentis noſtri Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat,& vbique fidem faciat in iudicio,& extra,regula contraria non obſtante, ſeu ſi videbitur literę in forma Breuis expediri poſſint.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Octauo Kal. Maij, Anno Primo.

Camerarius S.R.E. Iudex iſtarum cauſarum deputatur.

Conſulis famuli & ſatellites armati incedere poſſunt.

Facultas & deputatio executorum.

Clauſulæ derogatoriæ.

Ad legem Iuliam de vi publica teneri diximus ſub Iulio tertio eos qui bona naufragantiũ diripiunt. Et meo iudicio fauere debent leges his qui publicæ vtilitatis cauſa pelago ſe credunt cum tot tantíſque rerum diſcriminibus. Omnium enim negotiorum pericloſiſſimum eſt nauigatio l. ciuitat. C. de officio rector Prouinc. Nec culpanda eſt prudens illa Methanea Catonis Cenſorij qui eorum quæ in vita egerat ſe pœnitere potiſſimum dicebat quod nauigio

Vu 2 *vectus*

vectus eſſet quò pedeſtri itinere peruenire potuiſſet. Hinc Anacharſis Sytha *dum aliquem qui nauigauerat interrogaſſet quanta eſſet ſpiſſitudo tabularum nauticarum atque reſpondiſſet quatuor digitorum tantillum tunc* Anacharſis *inquit à morte abfuiſti, & iterum interroganti cuidam an nauigantes inter mortuos vel inter viuos referret, in vtroque dixit numero pono ſentiens maximum eſſe nauigationis periculum, ſic* Ouidius.

Nam prope tam lætum quam propè cernit aquam. Nec *minus prudenter dicebat* Plutarchus *primo* Sympoſiarum πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος. *Nauigatio iuxtà terram, rurſum ambulatio quæ ſit iuxtà mare iucundiſſima eſt.*

Ingentis cladis naufragia ſiunt etiam experiiſſimis nautis cœlo irato, ventis ferocibus at plura accidere puto, ob ipſorum nautarum infanda ſcelera quo hominũ genere nihil magis impium nihil crudelius, aut à Deo *alienius eſt.* In *ſingulis fluctibus in cuiuſlibet venti rigidiore halitu ad infandas blaſphemias fugiunt. Deum ipſum pro ludo in tranquillo curſu: in aduerſo pro hoſte aut pro pecude habent. Quas non audiuimus contumelias? quæ non execrabilia verba? haud multum abeſt illud* Palinuri Virgiliani.

--- Non *ſi mihi* Iuppiter *author*
Spondeat, hoc ſperem Italiam *contingere cœlo.*

Quamuis autem ferocientes iſti homines nunquam proſperum mare mereantur, illis tamen nulla ferenda eſt iniuria, quin potiùs cum procellis agitantur auxiliandi, & ſi quid ex naufragio deperditum fuerit, tutum eſſe debet, & reſtituendum, qui ſecus ſaxit conſtitutionibus principum extra ordinem punitur l. I. *ff. ad l.* Iul. *de vi priua.*

VI.

Contra homicidas & Bannitos illorúmque complices & receptatores.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SVPERNAE diſpoſitionis arbitrio gregis Dominici curæ preſidentes inter varias animi ſolicitudines, quæ ex paſtoralis officij miniſterio nobis incumbũt, illam à nobis potiſſime amplectendam eſſe putamus, per quam inter ſingulos gregis eiuſdem fideles, præſertim vero nobis, & Romanæ Eccleſiæ ſubditos pax, & concordia confouentur, ſeditiones ſedantur ſcandalis obuiatur, & animarum ſalus procuratur, Vnde ea quæ ſedula meditatione hactenus à diuerſis Romanis Põtificibus prædeceſſoribus noſtris præmiſſorum ratione geſta fuiſſe ac ordinata comperimus, quò ſæpius fideles ipſi illa proſpicient innouari, eò feruentiùs, ac promptius ad illorum obſeruationem excitentur, confirmanda innouãda noſtræque auctoritatis munimine roboranda eſſe cenſemus, aliaſque deſuper diſponimus prout in domino conſpicimus expedire.

Pius II. decreuit homicidas non poſſe remitti nec aſſecurari ab officialib. ſciebat enim quam inhumanum & exoſum Deo eſſet hominem in hominem crudeliter & belluino more debacchari.

Sanè aliàs poſtquam fœ. re. Pius Papa II. prædeceſſor noſter, per eum accepto, quod à certis tunc elapſis annis citra in terris, & locis, & tenimentis dictæ Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectis, quamplura etiam ex leuibus cauſis commiſſa eſſe reperiebantur homicidia, idem prædeceſſor attendens crimen huiuſmodi inter alia pernicioſum eſſe, & deteſtabile, & iuxta canonicas ſanctiones debere graui animaduerſione puniri, & tantò ſeuerius puniendum, & extirpandum fore quantò manifeſtis cognoſcebatur quod ex eo ſcandala & plurima mala ſubſequebantur, ac cupiens quod eiuſdem Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecti, pacifici forent & modeſti, ac terras, & loca prædicta ſicariis expurgare, inter alia per ſuas literas ſtatuerat, & decreuerat, quod omnes illi qui pro delicto huiuſmodi forent condemnati, aut alias de ciuitate aliqua, ſeu diſtrictu ipſius banniti, non poſſent ad ciuitatum ſeu diſtrictuum huiuſmodi quocunque tempore, ſeu in eis vel eorum altero moram trahere etiam habita pace ab hæredibus, & conſanguineis, ſeu filiis ipſius occiſi, nec Legatus etiam de Latere aut Gubernator qui pro tempore foret vel quiuis alius poſſet auctoritate Apoſtolica ſeu ex officio ſuæ legationis aliquem homicidam, ſeu bannitum rebannire, & reducere, ſeu reuocare ad ciuitatem vel diſtrictum aut eorum alterum, ſeu ei licentiam vel ſaluum conductum concedere, ſeu morandi in eis, vel eorum altero in perpetuum, vel ad tempus modicum, ſiue magnum, nec etiam ad diem vnum, ſiue noctem. Quod ſi ſecus per quemcunque ex prædictis factum foret, ipſo facto pœnam excommunicationis

nis ſine vlterioris ſententiæ, declaratione, à qua per alium, quàm per ſummum Põtificem, & tunc facta de hoc ſpeciali expreſſione, non poſſet abſolui, ac licentia, reductio reuocatio, ſaluus conductus, & caſſatio proceſſus, & bandi huiuſmodi eſſent ipſo iure nulla, nulliuſque roboris vel momenti, incideretque etiam in pœnam auocatorum mille auri Cameræ Apoſtolicæ applicãdorum, quam Theſaurarius, cui hoc ſecretè, vel publicè foret relatum, & denunciatum retineri faceret, & mancaret, nullo ſuper hoc expectato ſeu requiſito ſuperioris mandato. Quod ſi nõ faceret ipſe Theſaurarius, eandem ſententiam excommunicationis ipſo facto cum eiuſdem qualitatibus incurreret, ipſeque rebannitus, reductus, ſiue quocunque alio modo reuerſus poſſet deberétque capi, detineri, & incarcerari, ac de ipſo ſecundùm ſententiam contra eum latam, iuſtitia fieri per Gubernatorem, Poteſtatem vel alios Officiales ad quos ſpectaret, & pertineret incontinenti, ſine vlterori ſententiæ notificatione, requiſitione ſuperioris vel alterius, ſub pœna ducentorum ducatorum auri Cameræ præfatæ applicandorum, quam Theſaurarius prefatus ſimili modo, & forma, ac ſub ſimilibus cenſuris faceret retineri, & quod quæcunque appellationes interpoſitæ, vel interponendæ ab huiuſmodi vel aliis ſententiis, ſiue grauaminibus contra homicidas latis, vel è proceſſu contra eos facto, & ſi lis vel inſtantia ſuper eis penderet, & inhibitiones vigore ipſarum emiſſæ forent per Auditórem Cameræ vel alium quemcunque ordinarium, vel delegatum, eſſent nullæ, & inualidę, nec ad vlteriora ſuper his, & ipſarum vigore procedi poſſet, aut deberet. Quinimmo appellationes, lites, & cauſæ huiuſmodi cenſerentur auocatę, extinctæ, & inualidę, nec Poteſtates ſeu Officiales, quibus inhibitum foret, mandatis, inhibitionibus litis pendentiis, cenſuris & pœnis in eis contentis aſtringerentur, imo tenerentur, & deberent ad executionem ſententiarum latarum procedere. poſſet tam in caſibus à iure vel ſtatuto pręmiſſis appellari ad Gubernatorem Ciuitatis, Prouincię, qui infra menſem cauſam diffinire tenerentur, quo elapſo inhibitio, & inſtantia ſuper eis eſſent nullę, & liberè ſine impedimento poſſe fieri executio ſententię, vel banni, ac ſi non fuiſſet inhibitum & appellatum. Quodque baniti, & condemnati propter huiuſmodi crimen homicidij cenſerentur banniti ab omnibus circumuicinis locis vſque ad milliaria quinquaginta, infra quæ ſi reperti forent, poſſent & deberent capitalis ſententiæ, ſiue condemnationis pecuniariæ executiones fieri contra eos per Poteſtates, & alios Officiales, ciuitatibus, diſtrictui, & loco preſidentes, ſub pœnis pecuniariis ſimili forma incurrendis, Ita quod omnes, & ſinguli homicidæ quorum delictum notorium foret, vel de homicidio infamati, ſeu condemnati, etiam ſi de delicto huiuſmodi forma ſtatuti non poſſet inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam ſi ipſius delicti vel pœnæ pro eo impoſitæ auctoritate Apoſtolica, vel alterius ab ea, vel à Romano Pontifice poteſtatem habente, eſſet facta remiſſio, caſſatio, proceſſus, & ſententia annullata, vel alias quomodolibet diſpoſitum per viam gratiæ vel iuſtitiæ remiſſionis in toto, vel in parte, non poſſet habere, officia vel dignitates in quibuſcunque locis, ciuitatibus, & terris, à quibuſuis banniti forent, & in quibus domicilium eorum originém, que haberent, ſeu alias moram traherent, vel reſiderent, etiam ſi forent abſoluti, rebanniti, vel alias eorum ſententia ſeu condemnatio ſiue proceſſus irritati, vel alias pro infectis habiti, ſed perpetuò eſſent infames, & omni officio, dignitate priuati, nec poſſent ferre teſtimonium nec tabellionatus officium exercere, neque admitterentur ad iudicandum ſeu aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis eſſent perpetuò ſuſpenſi, quinimo ſi huiuſmodi officia acceptarent, exercerent, ſeu alias ad ea exercenda admiſſi forent, tam ipſi quàm Gubernutor, Legatus, aut ſuperior qui eum eligere, vocare, aut ipſum officium exercere ſcei præeſſe pateretur, pœnam quingentorum ducatorum auri ipſo facto incurrerent, & ſua gubernatione priuarentur, nec geſta in iudicio, vel extra iudicium tam per eum qui admiſſus foret ad officium, quàm per eum qui illud exercere paſſus foret de cætero valida eſſent, & robur obtinerent, quinimo eſſent nullius roboris, vel momenti, & ſi eccleſiaſticæ perſonæ forent, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrerent ſine vlteriori declaratione, à qua pœna non poſſent præterquam à Rom. Pont. cum ſpeciali delicti, ſeu homicidij huiuſmodi expreſ-

Apellationes à condemnationibus in cauſis homicidij nullas eſſe voluit.

Homicidij criminis rei, & ob illud flagitium banniti debent exulare à locis circumuicinis vſque ad milliaria 50. Clemens verò voluit eos penitus Romanæ Eccleſiæ ſolum vertere.

ſione abſolui: Et Theſaurarius Cameræ ſine vlteriori requiſitione, ſeu notificatione, aut inhibitione, vel monitione ſalarium eiuſdem, vel alteri debitum retinere debere, ſi ab eo deberetur, ſi vero non deberetur, Poteſtati, Gubernatori, vel alteri ad quem ſpectaret, ab eis vel eorum altero exigi, & ſatisfieri ſub eiſdem cenſuris in eiſdem literis quas idem prædeceſſor per omnes ciuitates Eccleſiæ publico præconio publicari mandauerat. *

**De pœnis homicidiorum latiùs diſſeritur in huius conſtitutionis ſcholio, ex variis locorum legibus & ſtatutis. Iure canonico quod ſemper Eccleſiæ mãſuetudinem ſpirat: laicus pro homicidio excõmunicatur clericus autem deponitur prætereaq; priuatur beneficiis. Iure verò Cæſareo homicida punitur pœna legis Corneliæ de ſicar. vt eſt text. in l. 1. ff. ad l. Corn. de ſicar. vt eſt text. in l. 1. ff. ead. l quæ pœna eſt in nobili deportatio & bonorum omnium conſiſcatio vt eſt text. in l. 3. §. legis Corneliæ. eod. tit.*

Cum ſæpius contingeret, quod offenſionis ignarus, aut ob huiuſmodi exceſſus condolens, horribili immanitate, & furioſa dementia in vindictam iniuriç vulneraretur, & interdum occideretur, aut aliquis propinquorum offenſi ad vltionem iniuriæ propinqui ſui, vt præmittitur, propinquum offendentis vulneraret, vel occideret, ſeu vulnerari, vel occidi faceret inde quoque iuxtà damnabilem abuſum ciuitatis vtraque pars ſe domibus priuatis includeret, quam in contemptum ſummi Pontificis videlicet Principis, ac etiam Magiſtratuum Ciuitatis, armatis complebant, & interdum fores domorum, ac porticus, ſteccatibus, vbi tanquam ad officinas, ac aſylum ſcelerum perditi homines, & ſceleſti ab vtraque parte conueniebant, illic inuidia, factio coniungeretur atrociſſima ſceleris immanitate concordans, illic dementia, & furia eſſet venalis iniuria dum hi qui nulla erant iniuria laceſſiti, ad vindictam offenſorum inſana mente, & ſeruili crudelitate coniurarent, hi eſſent quorum pedes veloces erant ad effundendum ſanguinem, qui viam pacis non cognouerant, inter quos fœda, & obſcœna commercia, alearum luſus, pecuniarum effuſio, patrimoniorum diſſipatio, diræ blaſphemiæ & obſcœni agebantur inceſtus, ex his oriretur regentium Rempublicam, & Magiſtratum contemptus, ac ſeditiones nonnunquam ſuſcitarentur. Et ſi quando huiuſmodi rixæ, & diſſentiones intercederent, non ſolùm propinqui, atque coniuncti, ſed etiam extranei vtrique parti ſe offerrent, quod vulgo Apuleos, & materno vocabulo (*fare di bene*) nuncupabatur, ex quo plerunque totius ciuitatis ſtudia diuidebantur & non ſine graui nota regentium atque diſcrimine reipublicæ armarentur aduerſus proximos miſeri ſpiritu diaboli repleti omne ius humanæ ſocietatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abuſu ſubuerterent Piæ memoriæ Paulus Papa II. etiam prædeceſſor noſter per ſuas literas perpetuò ſtatuerat, & ordinauerat, vt quicunque extunc deinceps Baro, aut Domicellus, aut ciuis Romanus vel quçuis alia eccleſiaſtica, ſeculariſque perſona cuiuſcunque conditionis, & qualitatis exiſteret, quacunque etiam atroci iniuria laceſſita pro ſua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alias amicum, vel domeſticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo realiter, vel perſonaliter offendere præſumeret, aut talia fieri faceret, vel mandaret, ſimiliter qui in Vrbe Roma, vel eius diſtrictu occaſione rixç vel brigæ domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhçrentes, & complices, ac fautores brigç accerſere, ſiue quamcunque conuentionem, congregationem, & collectam hominum ad vltionem iniuriç inuocare, excitare, inuitare, vel receptare prçſumeret per ſe vel alium, crimen lçſæ Maieſtatis, rebellionis & ſeditionis in Vrbe concitare reus cenſeretur, & haberetur, ac veluti talis à competentibus Iudicibus ſeueriſſimè puniretur, Eccleſiaſtici verò talia perpetrantes omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio eſſent ipſo iure priuati, & perpetuò manciparentur, ac beneficia eorum liberè per illos ad quos collatio pertinebat eorum conferrentur. Omnèſque prætçrea talia committentes tanquam Chriſtianæ Religionis alieni publicæ pacis æmuli, ab omni populo, ciuitate, loco, & terra dictè Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiecta eſſent, perpetuò diffidari eorum bona tam mobilia, quàm immobilia eſſent ipſo iure Cameræ Apoſt. confiſcata: Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Eccleſiaſtici vel mundani, ſeu ad alicuius loci regimen eſſet aſſenſus. Et vt magis eſſet famoſa eorum infamia, factio teſtamenti actiuè & paſſiuè eſſet eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, omni ſpe, gratia, aut diſpenſationis exempta.

Paulus II. in Brigoſos & iniuriæ vni ex conſanguineis factæ vltionem cæco impetu capiẽtes conſtitutionem edidit.

Et præter prædictas pœnas ſententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, à qua abſolui non poſſent niſi per Romanos Pontifices, præterquam

terquam in mortis articulo conſtituti. Illi vero qui ipſis offenſis, vel offendentibus, ſeu brigoſis adhçrere, fauorem, opem, auxiliumq; promittere, aut in domibus, vel caſtris, locis, ſeu fortalitiis ſuis receptare, aut qui iuxtà vulgare (*fare di bene*) extunc deinceps præſumerent tanquam fautores ſcelerum, & conſpiratores aduerſus publicam pacem omninò ſimilis rebellionis, confiſcationis, depoſitionis, priuationis, inhabilitatis, ac excommunicationis, & anathematis pœnas incurrerent. Et prçterea vt domus, & habitationes principalium offendentium, qui vindictam in alios: vt prçmittitur, ſumere, & exercere, aut etiam qui ex vtraque parte domos ipſas munire, aut congregationes, occaſione brigç, aut collectas hominum adunare, vel armis, aut armatis, ſeu ſteccatis, aut propugnaculs communire auſi forent, in deteſtationem tanti facinoris demolirentur, & vſque ad ſolum ad perpetuam infamiam proſternerentur, per hoc quoque ſæcularibus, aut aliis iudicibus ſuis competentibus non ademerat facultatem vtendi ſtatutis, & legibus aduerſus tales editis, & edendis.

Homicidarii, fautores, rebellionis & conſpirationis ſuſpicionem fugere nequeunt.

Et ſucceſſiuè recolendæ memoriæ Sixtus Papa IIII. ſimiliter prædeceſſor noſter accepto per eum quod contenta in literis Pij prædeceſſoris huiuſmodi à certis annis tunc elapſis citra non fuerant obſeruata, & ex illorum non obſeruantia ſubditi præfatç Eccleſiæ procliuiores erant ad homicidia committenda, ac ferè paſſim quotidie perpetrabantur, & homicidæ præfati ideò ad illa committenda promptiores exiſtebant, quia ſperabant latere & ſuorum exceſſuum remiſſionem conſequi facilè poſſe, ac deteſtabilem & horrendam ſicariorum nequitiam talium ad aliorum cautelam iuris remediis proſequi ſtudio cupiens indefeſſo, habita ſuper iis cum fratribus ſuis præfatæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum conſilio per ſuas literas, ſtatuta, decretáque Pij prçdeceſſoris huiuſmodi, ac prout illa concernebant omnia & ſingula in dictis literis Pij prædeceſſoris præfati contenta, approbauerat, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuerat, ac voluerat & de eorundem fratrum conſilio ſtatuerat, & ordinauerat, quod condemnatis eatenus, & quos in poſterum condemnari contingere vbilibet in ciuitatibus, terris, & locis prædictis pro homicidio, ſiue vt principales, ſiue vt auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, ſuarum condemnationum remiſſionem, aut contra illas ſaluum conductum, & licentiam ſecurè in loco patrati criminis, vel infrà quinquaginta milliaria (vt præfertur) propinquo nullatenus obtinere poſſent ab alio quàm à Rom. Pont. qui pro tempore eſſet, & alicuius alterius etiam Legati de Latere remiſſio nemini ſuffragaretur, & ſi forſan contingeret eundem Rom. Pont. ad remiſſiones ſiue ſaluum conductum huiuſmodi procedere talis remiſſio per præoccupationem proceſſiſſe cenſeretur, & nemini prodeſſe poſſet, niſi in illa verus literarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi tenor de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes inferiùs inſertus foret: ac ſpecifica, & determinata cauſa exprimeretur: quç eundem Rom. Pont. induceret ad derogandum eiſdem literis Sixti prçdeceſſoris, quç cum tam matura deliberatione ab eodem Sixto prçdeceſſore emanauerant.

Sixtus IIII. Pij ſecundi contra ſumentes vindictam in propinquos offendentis confirmauit.

Et ſubſequenter ſanctç mem. Iulius Papa II. etiam prçdeceſſor noſter habita ſuper iis cum fratribus ſuis tunc & dictç Eccleſiç Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum conſilio literas Pij & Sixti prçdeceſſorum huiuſmodi prout illas concernebant, omniáque & ſingula in eiſdem literis contenta per quaſdam approbauerat, & innouauerat, ac robur firmitatis perpetuò obtinere debere decreuerat, ac illas ad bannitos, ſeditioſos, & rebelles, aut alios pro quocunque alio crimine capitali, à quibuſuis officialibus tam in dicta Vrbe: quam extrà eam, & in terris eidem Rom. Eccl. mediatè, vel immediatè ſubiectis iuſdicentibus, pro tempore condemnatos, & brigoſos nuncupatos pacem iuxtà ordinationes dictç vrbis Apoſtolica auctoritate approbatas facere recuſantes: necnon ius ſibimet contra alios dicentes, aut caualcatas, ſiue Romani Pontificis aut Officialium ſuorum ſpeciali licentia facientes, vel mouentes, prçfata auctoritate de eorundem fratrum conſilio extenderat, ac vniuerſis & ſingulis tam laicis, quàm Eccleſiaſticis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, excellentiæ, & dignitatis, Ducibus quoque, Comitibus, Baronibus, Domicellis, necnon communitatibus, vniuerſitatibus ciuitatum, terrarum

Iulius II. conſtitutiones ſuperiorum Pontificum in brigoſos & homicidas latas extendit ad condemnatos & bannitos pro quocunque delicto capitali.

terrarum,caſtrorum,& aliorum quorumcunque locorum dictæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectorum,diſtrictè præcipiendo mandauerat,& inhibuerat, ne aliquis eorum homicidas, bannitos,exitioſos, & rebelles,dicentes, aut caualcatas facientes,vel mouentes in eorum ciuitatibus,caſtris, ſeu locis aliis quibuſcunque recipere,& retinere,ſeu auxilium,conſilium,vel fauorem directè vel indirectè, publicè vel occultè per ſe vel alium præſtare,aut in eorum domibus,ſeu caſtris,vel locis recipere,&receptare præſumerent, & ſi aliquis contra inhibitionem, & mandatum huiuſmodi quouis modo directè vel indirectè de cætero venire præſumerent, idem Iulius prædeceſſor omnes, & ſingulos ſic contrauenientes excommunicationis maioris, & anathematis ſententiam, à qua non niſi ab ipſo Iulio prædeceſſore, & eiuſdem ſucceſſoribus (præterquam in mortis articulo conſtituti,& debita ſatisfactione præmiſſa)abſolui poſſent, incurrere, eoſque omnibus,& ſingulis priuilegiis gratiis,libertatis,indultis,exemptionibúſque,immunitatis realibus,& perſonalibus,ac ciuitatibus,caſtris terris, locis,& dominiis eorum dignitatibus,& honoribus,iuribus,& officiis,ac etiam feudis,&conceſſionibus quibuſcunque, quæ à Romana præfata, & quibuſcunque aliis Eccleſiis obtinere noſcebantur,ſub quacunque verborum forma,& tenore,ac cum quibuſuis efficaciſſimis,& inſolitis clauſulis etiam præſeruatiuis ab incurſu pœnę priuationis eo ipſo priuatos,& inhabiles,ac indignos ad illa, & quælibet alia in poſterum obtinenda, & quoſcunque actus legitimos exercendos fore nunciauerat, & illa per ipſum Iulium prædeceſſorem,& ſucceſſores ſuos abſque aliqua declaratione ſuper incurſu pœnæ priuationis huiuſmodi, aut citatione eorum qui priuationis pœnam incurrerent facienda, aliis perſonis in feudum ſeu vicariatum, aut alias, ac ſi per elapſum temporis conceſſionis, aut finitam lineam ad dictam cameram reuerſa eſſent, liberè concedere,ac alias de illis diſponere poſſe decreuerat, & declarauerat. Necnon ciuitates, terras, caſtra, & loca prædicta Cameræ præfatæ confiſcauerat,incorporauerat,applicauerat,& appropriauerat,ac confiſcata, incorporata, & appropriata eſſe, ſicq; contrauenientes pro rebellibus eiuſdem eccleſiæ haberi, & cenſeri debere voluerat,eorum ſubditos,ac vaſallos,& arcium,ciuitatum,terrarum, caſtrorum, & locorum prædictorum Caſtellanos à quocunque fidelitatis iuramento quo ipſi eſſent quomodolibet aſtricti penitus abſoluens, ciuitates quoque terras, caſtra,& loca prædicta, ſi ad eiuſdem eccleſiæ obedientiam ſe non reducerent, ſeu in præmiſſis quomodolibet delinquerent, & etiam quorumcunque eis auxilium,conſilium vel fauorem quouiſmodo directè vel indirectè,publicè vel occultè præſtantium, etiam quacunque eccleſiaſtica, vel mundana, & regali præfulgerent dignitate,& excellentia, vt præfertur, & ad quem eos declinare contigeret, eccleſiaſtico ſubiiciens interdicto tandiu firmiter obſeruando; donec ibidem forent etiam per triduum poſt inde diſceſſum. Illos quoque qui aliquem ſcirent culpabilem in prædictis, & eidem Iulio prædeceſſori, vel ſucceſſoribus ſuis intra trium dierum ſpatium non referrent, vel alicui per quem ad eum fideliter referretur ad ſimiles pœnas incurrere voluerat. Et inſuper per eundem Iulium prædeceſſorem accepto quod cum nonnulli ciuitatum,caſtrorum,& locorum tam regni noſtri tunc ſui Siciliæ citra Pharum,quàm aliarum partium dictæ Eccleſiæ ſubiectarum etiam Vrbi prædictę adiacentium, quàm propter homicidia, aliqua nefanda per eos perpetrata exceſſus,crimina,& delicta,& alias eorum demeritis id exigentibus à ciuitatibus,terris,caſtris,& locis eorum,ſeu in quibus tunc morabantur exules,rebelles,& banniti,quod in illis propterea ſecurè morari nequirent, alij de ciuitatibus,terris,caſtris, & locis dictę Eccleſię ſubiectis ad Regnum, & alias adiacentes huiuſmodi,alij autem ex Regno,& adiacentibus partibus prædictis, ad ciuitates,terras,caſtra,& loca eidem Eccleſiæ ſubiecta prædicta etiam dictæ vrbi adiacentia ſe transferrent,nonnulli Barones,Proceres, & Domini,ſeu Vicarij in temporalibus ciuitatum,terrarum,caſtrorum,& locorum,ac regni,& partium adiacentium prædictorum,eorúmque Officiales,& ſubditi dictos homicidas, bannitos,criminoſos,atque rebelles homines ſcienter receptare,& quod grauius erat protegere,et defendere non formidabant ſe reos tantorum ſcelerum per homicidas,& alios bannitos prædictos perpetratorum apud Deũ conſtituentes,& tam ipſis homi-

Pœnæ fautorum & contrauenientium huic conſtitutioni.

Iuramento fidelitatis liberatio.

Receptatores ſceleratorum, ad ſcelera propenſiorem audaciã incutiunt.

cidis,& malefactoribus,quàm aliis ſimilia,vel grauia delicta perpetrandi,& committendi audaciam,& ſcelerum huiuſmodi impunitatem tribuentes in animarum ſuarum periculum,iuſtitiæ conculcationem,ac dictæ ſedis auctoritatis contemptũ & ſcandalum plurimorum:idem Iulius prædeceſſor Motu proprio omnes, & ſingulos Barones,Proceres,Milites, ac Dominos, & Vicarios in temporalibus ciuitatum,terrarum caſtrorum,& locorum eorundem,necnon noſtros, & eorundem Baronum,procerum,Militum, & Dominorum Vicarios:Officiales,& ſubditos per ſuas literas requiſierat,& monuerat, eiſque,& eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam contrafacientes eo ipſo incurrerent,diſtrictiùs inhibuerat,ne homicidas,bannitos, criminoſos,rebelles, alióſque infames homines præfatos, qui propter eorum delicta banniti in locis originis ſuæ,ſeu aliis regnorum,ciuitatum,terrarum, caſtrorum,& aliorum locorum prædictorum propter eorum malam vitam commutari non poterat, extunc decæterò nullatenus receptare,aut eis conſilium,auxilium, vel fauorem quouis quæſito colore præſtare præſumerent. Quinimò tales ad eorum dominia declinantes,ſeu in eis commorantes capi, & ad forum ſeu iuſtitias, vel Officiales ad quos punitio,& caſtigatio criminum,& exceſſuum per eos perpetratorum,de iure vel conſuetudine pertinebant,& ſpectabant deſtinare,aut ſi partibus læſis,& offenſis vtiliùs foret,illos iuxta criminum,& exceſſuum per eos perpetratorum qualitatem ad pœnas à iure ſtatutas in locis vbi deprehenſi forent procedere procurarent.

Leo X. Iul. II. conſtitutionẽ in homicidas & Brigoſos ratam haberi voluit.

Præterea fœlicis memoriæ Leo Papa X. etiam prædeceſſor noſter ſimiliter per eum accepto quod nequiſſimi Sicarij eò ad perpetranda homicidia, & mala omnia committenda procliuiores reddebantur,quo in opprobrium iuſtitiæ,& animi ſui indignationem non ſolùm in ciuitatibus,terris,caſtris, & locis ipſius Eccleſiæ dominio ſubiectis, & non ſubiectis dictæ Vrbis conuicinis, ſed etiam in Vrbe ipſa intra ædes, & Palatia retinebantur,& recipiebantur, aut ob fauorem Ducum, Marchionum,Comitum,Baronum,Domicellorum, Dominorum temporalium, armorum Capitaneorum,Doctorúmque,& aliorum Magnatum auxilium confouebantur,Iudicum quoque,& Officialium animaduerſo in eos ſæpe, & ſæpius omiſſa fuerat,idem Leo prædeceſſor Motu ſimili, & ex certa ſcientia priores literas Iulij prædeceſſoris huiuſmodi,ac omnia, & ſingula in eis contenta per ſuas literas approbauerat, & innouauerat. Adiiciens, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuens quod ſi Duces,Barones,Marchiones,Comites, Domini temporales, Vicarij,Feudatarij,armorum Capitanei,Ductores,Magnates,Principes, Communitates,& Officiales Ciuitatum, Terrarum, & locorum dictæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectorum,homicidas,bannitos,exititios, rebelles, aut pro quocunque crimine capitali pœna damnatos, necnon brigoſos pacem facere recuſantes treugarum ſiue induciarum violatores,ſeu fractores, ius ſibimet contra alium dicentes,caualcatas aut armatas, vel vltra numerum decem hominum coadunatas facientes propria auctoritate,vel mouentes ad eorum terras,ciuitates, caſtra, loca, territoria, & dominia declinantes non ſolum reciperent,retineret,vel eis auxiliũ, conſilium,opem,fauorem tacitè,vel occultè directè, vel indirectè præſtarent, aut contra mandata, & inhibitionem in eiuſdem Iulij prædeceſſoris literis contentas deuenirent,ſed etiam ſi eoſdem manu forti non acciperent, apprehenderentque, captos ad mandatum Romani Pontificis pro tempore exiſtentis,aut ſuorum Officialium exhiberent,traderentque,non ſolùm omnes,& ſingulas ſententias, ac etiam priuationis pœnas in eiſdem literis expreſſas, verùmetiam læſæ maieſtatis reatum, & verùm ac nulla iuris aut hominis fictione confectum crimen eo ipſo incurrerent,& in eos ſic contrafacientes modo & forma quibus in veros criminis læſæ Maieſtatis reos à iure procedi debere ſtatutum erat, procederetur, & tam ad præfatas quàm huiuſmodi læſæ Maieſtatis criminis à iure inflictas pœnas executiuè deueniretur. Et inſuper omnia & ſingula per Iulium prædeceſſorem,& vt præfertur per Leonem huiuſmodi innouata,& de nouo ſtatuta, & illis adiecta perpetuæ firmitatis robur obtinere,& inuiolabiliter obſeruari debere decreuerat.

Imponit quoque pœnas Dominis locorum S.R.E. ſubditorum & Iuriſdictionum officialibus bannitos non capientibus.

Clemens VII. cõfirmauit cõſt. Pij II. Paul. II. Sixt. IIII. Iul. II. Leon. X.

Porrò ad notitiam ſimilis memoriæ Clementis Papæ VII. pariter prædeceſſoris noſtri peruenit plures Vrbis,ciuitatum,terrarum,caſtrorum,locorum, &

tenimentorum , ac regni , & partium prædictorum contra literas prædeceſſorum huiuſmodi elata ceruice deuenire,& ſe aduerſus iuſtitiæ clypeum,& regulā rebelles conſtituere præſumant,ac cenſuras , & pœnas præfatas in eiſdem literis contentas ſenſu reprobo puruipendere non verebantur in animarum ſuarum perni-

Bannitos ob homicidia non obſtantibus conditionibus & pactis cū hæredibus occiſorum à terris S.R.E. ſubiectis exulare iuſsit.

ciem,diuinæ Maieſtatis offenſam, & reipublicæ læſionem , idem Clemens prædeceſſor ne literæ præfatæ quæ prouida deliberatione ab ipſis prædeceſſoribus manauerant;contemptibiles redderentur,ſed exceſſuum perpetratores debita animaduerſione puniretur,opportunis remediis prouidere volens , Motu proprio non ad aliquorum ediem ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de ſua mera liberalitate,& ex certa ſcientia,ſingulas Pij,Pauli, Sixti,Iulij , & Leonis prædeceſſorum literas huiuſmodi,cùm ſtatuti,ordinationis, extenſionis , additionis , inhibitionis, decreti,declarationis,confiſcationis,incorporationis,applicationis , voluntatis , & mandati,ac cum omnibus,& ſingulis aliis in eis reſpectiuè contentis clauſulis, auctoritate Apoſt per ſuas literas approbauerat,& innouauerat , ac perpetua roboris firmitate ſubſiſtere , & per ſingulos quos literæ ipſæ concernerent , ſub excommunicationis,anahematis,maledictionis,infamiæ ſuſpeſionis,diffidationis, criminis lęſæ Maieſtatis;ſeditionis;rebellionis,confiſcationis depoſitionis, priuationis, inhabilitatis,& interdicti,& aliis cenſuris,& pœnis eccleſiaſticis, & temporalibus in eiſdem literis contentis,quas contrauenientes eo ipſo incurrrrent, perpetuò inuiolabiliter obſeruari debere decreuerat,illaſque etiam ad hoc vt homicidæ , ſicarij criminoſi,rebelles,atque infames propter homicidia , aut alia nefanda per eos

Hæ pœnæ in receptatores impoſitæ ampliantur.

perpetrata,exceſſus,crimina,& delicta in ciuitatibus,terris, caſtris,vel locis eorum ſeu in quibuſtunc morabantur banniti,& comdemnati etiam habita pace ab hęredibus,filiis,ſeu conſanguineis occiſorum,ac partium læſarum , non ſolùm à locis circumuicinis vſque ad quinquaginta milliaria , ſed etiam ab omnibus & ſingulis ciuitatibus,terris,caſtris,& locis,etiam regni & partiū prædictarum nobis & dictæ Romanæ eccleſiæ quomodolibet mediatè vel immediatè ſubiectis banniti & exules eſſent et eſſe cenſerentur,nec in illis ſeu eorum aliquo etiam prętextu cuiuſuis licentiæ,ſaluiconductus,remiſſionis,reductionis , reuocationis , vel alterius gratię per eos deſuper quomodolibet pro tempore obtentę moram trahere poſſent : Et ſi in eis reſiderent,vel reperti forent,capi,detineri , & incarcerari , ac iuxta criminum,& exceſſuum per eos perpetratorum qualitatem,vel literarum Pij prædeceſſoris huiuſmodi tenorem,ſub pœnis in eiſdem literis contentis,per Officiales ciui-

Communitates & Barones locorum in quibus homicidia committuntur debent homicidas & eorum complices omni via perſequi.

tatis,terræ caſtri,vel loci,in qua vel in quo deprehenſi forent,debitis pœnis plecti, ſeu inde educi & ad forum ſeu Officiales,ad quos criminum & exceſſuum eorundem punitio,vel de iure,vel de conſuetudine pertineret,remitti deberent,extenderat & ampliauerat. Et nihilominus præmiſſa omnia , & ſingula prout per Pium, Paulum,Sixtum,Iulium , & Leonem prædeceſſores præfatos ſtatuta , & ordinata, inhibita,decreta,& declarata fuerant,ita vt Duces,Barones, Marchiones , Comites,Domini temporales,Vicarij,Feudatarij,Capitanei,Magnates,Principes,Communitates,Ciues,Officiales,& perſonę , ac alij quos prędictę literę concernebant, ac ipſorum ſinguli literas & in eis contenta huiuſmodi non obſeruantes , & illis quomodolibet directè,vel indirectè contrauenientes,ac eis adhęrentes;eorúmque fautores,& complices,ſingulas cenſuras , & pœnas prędictas eo ipſo , abſque alia declaratione incurrerent & incurriſſe cenſerentur. Quodque Duces,Barones,Marchiones,Comites,in temporalibus Vicarij , & Feudatarij,ciuitatum, terrarum,caſtrorum,& locorum,etiam regni , & partium prædictarum ſibi & eidem Eccleſiæ

Facultates abſoluendi ab homicidiis quibuſcunque conceſsis reuocantur.

mediatè vel immediatè ſubiectarum,aliquos ſuos & dictæ Eccleſiæ hoſtes, & inimicos,aut ſubditos,exules,bannitos,& facinoroſos cuiuſcunque ſtatus, vel conditionis eſſent publicè,vel occultè vllo vnquam tempore recipere,& acceptare nullatenus præſumerent : Et ſi aliquos ad eorum dominia , & territoria confugere contingeret , illos ex eorum dominiis vel territoriis huiuſmodi expellere , ſeu ad ſimplicem iuſſionem ſuam,vel ſucceſſorum ſuorum quò voluiſſet, ſeu ſucceſſores ipſi voluiſſent, tutè conduci facere Ad quod præmiſſa à ſuis ſubditis inuiolabiliter obſeruarentur omni excuſatione ceſſante cum effectu curare , ſub ſimilibus priuationis

tionis,& rebellionis, ac criminis læſæ Maieſtatis pœnis ſi contrafacerent eo ipſo incurrendis.Necnon vt homicidæ,fautores,& complices præfati faciliùs capi , & puniri poſſent,quod Communitates ciuitatum & vniuerſiates terrarum,caſtrorum & locorum in quibus ſeu quorum territorio,et diſtrictu,et ditione dicta homicidia perpetrarentur,ſub interdicti eccleſiaſtici,& duorum millium per Communitates, ac mille ducatorum per vniuerſitates , necnon ciuitatum , terrarum , et locorum eorundem Domicelli,Barones,Vicarij,ac alij in temporalibus domini, ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ , et quinquē millium ducatorum auri Cameræ apoſtolicæ irremiſſibiliter applicandorum eo ipſo abſque alia declaratione

Pius IIII. ſuperiores in homicidas conſtitutiones confirmauit, voluitque eum qui cōmiſerat homicidium animo deliberato ac præmeditato maximè per inſidias poſſe ac debere capi ac vltimo affici ſupplicio quia ſic eſt de iure diuino quod vbique viget & vigere ac ſeruari debet in omni mundi parte.

incurrēdis pœnis,eoſdem homicidas,complices,fautores ſtatim capere, et omnem exactiſſimam diligentiam,de qua per publica documenta fidem facere tenerentur, capi facere,nequeunt,ſtatim commiſſum homicidium vniuerſitatibus , ſeu incolis, et habitatoribus oppidorum , et locorum circumuicinorum ad quæ declinarent, aut declinare poſſent notificari. Communitates verò , et domini in temporalibus prædicti,ad quorum ditionem tales declinaſſent , cùm primum id ad eorum notitiam deueniſſent,eos apprehendi facere, quod ſi non poſſent , ſimiliter id vniuerſitatibus,ſeu incolis,et habitatoribus vicinorum oppidorum,et locorum ad quę declinarent,aut veriſimiliter declinare poſſent,inſinuare,et captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, et tradere ſub ſimilibus pœnis tenerentur , et deberent,ſtatuerat,ordinauerat , inhibuerat, et declarauerat. Et ne facilitas venię incentiuum prębeat delinquendi , quibuſuis dictę ſedis Legatis de Latere , ac Nunciis,et prouinciarum Rectoribus,necnon noſtris,et dictę Romanę Eccleſię Vicariis in temporalibus pro tempore exiſtentibus,ei pręfatis Communitatibus , omnem abſolutionis homicidiorum huiuſmodi per nos , et prędeceſſores noſtros Romanos Pontifices,et ſedem eandem , ſub quauis forma , et verborum expreſſione conceſſam,approbatam,et innouatam auctoritatem,et facultatem reuocauerat , caſſauerat,irritauerat,et anullauerat.Et ſi quādo ſimiles abſolutiones per eum,et ſucceſſores Romanos Pontifices,ac ſedem præfatam concedi contingeret,illa per Iudices et Officiales ad quos pertineret , niſi trinę literę Apoſtolicæ ſub interuallo vnius

Bannitus etiam ab vna ciuitate regni videtur bannitus ab omnibus ciuitatibus eiuſdem regni text.in d. l. non dubito & ibi hoc voluit Alber. in de Roſat.ff.de c. poſt lim. reuerſ. per Alber. in quarta parte ſtatut.q. 85. incip. quod ſi aliquis.

menſis pro ſigulis literis huiuſmodi cum expreſſa derogatione pręſentium deſuper emanarent,nullatenus admitti vel obſeruari voluerat.

Pię memorię Pius Papa IIII.ſimiliter prędeceſſor noſter Pij II.Pauli,Sixti, Iulij,Leonis,et Clementis prędeceſſorum literas huiuſmodi,cum ſtatutorum,ordinationum,extenſionum,ampliationum,reuocationum,caſſationum,irritationum, annullationum,decretorum, confiſcationum , incorporationum , applicationum, voluntatum hortationum,requiſitionum,et mandatorum, ac omnibus et ſingulis aliis in eis reſpectiuè contentis clauſulis dicta auctoritate apoſtolica per ſuas literas approbauit,& innouauit,ac perpetua roboris firmitate ſubſiſtere , & per ſingulos quos literæ ipſę concernebant,& concernerent in futurum , ſub excommunicationis,anathematis,maledictionis,infamię ſuſpenſionis,diffidationis , criminis læſæ Maieſtatis,ſeditionis,rebellionis,confiſcationis,depoſitionis, priuationis, inhabilitatis,& interdicti,ac aliis cenſuris,et pœnis eccleſiaſticis,et temporalibus, ac corporis afflictiuis in eiſdem literis contentis,quas contrauenientes eo ipſo incurrerent,perpetuò inuiolabiliter obſeruari,illáſque etiam ad homicidas,ſicarios, exititios,criminoſos,rebelles,alióſque infames,propter homicidia et alia nefanda per eos perpetrata exceſſus crimina et delicta , etiam ad hoc vt ipſi in ciuitatibus, terris,caſtris,vel locis eorum,ſeu in quibus tunc morabantur banniti, et condemnati,etiam habita pace ab hæredibus,filiis,ſeu conſanguineis occiſorum, aut partium læſarum non ſolum à locis circumuicinis vſque ad quinquaginta milliaria, ſed etiam ab omnibus et ſingulis ciuitatibus,terris caſtris,et locis,etiam regni , & partim prædictorum nobis , & dictæ Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè quomodolibet ſubiectis banniti, & exules eſſent , & eſſe cenſerentur , nec in illis, ſeu eorum aliquo etiam prætextu cuiuſuis licentiæ , ſaluiconductus , remiſſionis, reductionis , reuocationis , vel alterius gratiæ per eos deſuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere poſſent. Et ſi in eis reſiderent , vel reperti eſſent, capi,& detineri,& incarcerari, ac iuxtà criminum & exceſſuum per eos perpetra-

 torum

torum qualitatem,& literarum Pij II. & Clementis prædeceſſorum huiuſmodi tenorem,ſub pœnis in eiſdem literis contentis per Officiales ciuitatis, terræ , caſtri, vel loci,in qua,vel quo deprehenſi forent,debitis pœnis plecti ſeu inde educi,& ad forum ſeu Officiales,ac quos criminum, ſeu exceſſuum eorundem punitio de iure vel conſuetudine pertineret,remitti deberent,extẽdi,& ampliari debere,& in eis locum habere decreuit. Et nihilominus præmiſſa omnia , & ſingula prout per Pium II.Paulum,Sixtum,Iulium,Leonem,& Clementem prædeceſſores præfatos ſtatuta,ordinata,extenſa,ampliata,reuocata,caſſata,annullata,inhibita, decreta , & declarata fuerant,etiam ad hoc,vt Duces,Barones , Marchiones , Comites,Domini

Pœnas hic expreſſas ampliauit Gregorius XIII.

temporales,Vicarij,Feudatarij,Capitanei,Magnates , Principes, Communitates, Ciues,Officiales,& perſonæ,ac alij quos prædictæ,& præſentes literæ,concernunt ac ipſorum ſinguli literas,& in eis contenta huiuſmodi non obſeruantes,& illis directè,vel indirectè quomodolibet contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores,& complices,ſingulas cenſuras,& pœnas prædictas eo ipſo abſque aliqua declaratione incurrerent,& incurriſſe cenſerentur. Ipſique Duces , Barones, Marchiones,Comites,domini temporalibus,Vicarij,& Feudatarij,ciuitatum,terrarum caſtrorum,& locorum,etiam regni, & partium prædictorum ſibi & eidem Eccleſiæ immediatè ſubiectorum aliquos ſuos,& dictæ Eccleſiæ hoſtes,& inimicos aut ſubditos exules,bannitos,& facinoroſos cuiuſcunque ſtatus,vel conditionis eſſent, publicè,vel occultè,vllo vnquam tempore recipere, vel acceptare nullatenus præſumerent. Et ſi aliquos ad eorum dominia,& territoria confugere contingeret, il-

Hæc cum prioribus cohærent.

los ex eorum dominiis,vel territoriis huiuſmodi expellere , ſeu ad ſimplicem iuſſionem,vel requiſitionem ſuam,& ſucceſſorum ſuorum,quò vellet , & ſucceſſores ipſi vellent , tutè conduci facere , ac quod præmiſſa ab eius ſubditis inuiolabiliter obſeruentur omni excuſatione ceſſante cum effectu curare,ſub ſimilibus priuationis,& rebellionis,ac criminis læſæ Maieſtatis pœnis ſi contra feciſſent eo ipſo incurrendis:Necnon vt homicidæ,fautores,& complices præfati faciliùs capi & puniri poſſent,quod Communitates ciuitatum,& vniuerſitates terrarum,caſtrorum & locorum,in quibus ſeu quorum territorio,diſtrictu , & ditione dicta homicidia perpetrarentur,ſub paribus interdicti eccleſiaſtici, & duorum millium per Communitates,ac mille ducatorum per vniuerſitates,necnon ciuitatum , terrarum , & locorum eorundem Domicelli,Barones , Vicarij , & alij in temporalibus domini ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ , & quinque millium ducatorum auri præfatæ Cameræ irremiſſibiliter applicandorum eo ipſo,abſque alia declaratione incurrendis pœnis,eoſdem homicidas,complices, & fautores ſtatim capere, ac omnem exactiſſimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere tenerentur,capi facere,etſi eos capere non poſſent , ſtatim commiſſum homicidium vniuerſitatibus,ſeu incolis,& habitatoribus oppidorum,&locorum circumuicinorum ad quæ declinabunt,ſeu declinare poterunt notificari. Communitates verò , & domini in temporalibus prædicti ad quorum ditiones tales declinabunt,cum primum id ad eorum notitiam deuenerit,eos apprehendere , ſeu apprehendi facere,quod ſi non potuerint,ſimiliter id vniuerſitatibus ſeu incolis,& habitatoribus vicinorum locorum ad quæ declinabunt,aut veriſimiliter declinare poterunt,inſinuare,& captos ad eorum Iudices ordinarios traducere , & tradere ſub ſimilibus pœnis tenerentur,& deberent,de nouo ſtatuit,ordinauit,inhibuit, & declarauit. Et ſimiliter quibuſuis dictæ ſedis Legatis etiam de Latere , ac Nunciis, & prouinciarum Rectoribus , necnon ſuis , & dictæ Romanæ Eccleſiæ Vicariis in temporalibus pro tempore exiſtentibus, & præfatis Communitatibus omnem ſuper abſolutionis homicidiorum huiuſmodi per eum,&prædeceſſores ſuos ſedem eandem,ſub quauis forma , & verborum expreſſione conceſſam , approbatam,& innouatam auctoritatem,& facultatem reuocauit,caſſauit,irritauit,& annullauit. Et ſi quando ſimiles abſolutiones per eum , & ſucceſſores ſuos Romanos Pontifices , & ſedem præfatam concedi contingeret , illas per iudices , & Officiales,ad quos pertineret,niſi trinæ literæ Apoſtolicæ ſub interuallo vnius menſis pro ſingulis literis huiuſmodi cum expreſſa derogatione præſentium deſuper emanarent, nullatenus admitti,vel obſeruari voluit,prout in ſingulis literis p̄dictis continetur.

Damnis illatis tenentur officiales qui negligũt perſequi bannitos & homicidas.

Reuocatio facultatum conceſſarum abſoluendi ab homicidio.

Cum

Cum autem ſtatim vbi nos ad ſummi apoſtolatus apicem diuina cooperante prouidentia aſſumpti fuimus,ob earundem literarum non obſeruationem in eiſdem ciuitatibus,terris,& locis , ac etiam in alma Vrbe noſtra varias diſſenſiones, diſcordias,& odia vigere,latrocinia,& homicidia,aliáq; nefandiſſima crimina perpetrari,ac pręfatos Pium II,Paulum,Sixtum,Iulium,Leonẽ,Clementem, ac Pium IIII.prędeceſſores pro felici ac tranquillo ſtatu & commodo perſonarum tam dictæ Vrbis quàm aliarum ciuitatum,terrarum, & locorum prędictorum , pręmiſſa ſtatuiſſe,& peregiſſe perſpexerimus:Idcirco nos quoque eadem ratione quietis videlicet ac pacis moti,habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus deliberatione matura,ac de illorum vnanimi conſilio & aſſenſu ſingulas Pij II.& Pauli,ac Sixti, necnon Iulij , & Leonis , & Clementis, & Pij IIII.prędeceſſorum literas huiuſmodi,cũ ſtatutorum,ordinationum,extenſionum,ampliationum,reuocationum caſſationum, irritationum , annullationum,decretorum,confiſcationum,incorporationum , applicationum,voluntatum,hortationum,requiſitionum , & mandatorum , omnibúſque & ſingulis aliis in eis reſpectiuè cõtentis clauſulis apoſtolica auctoritate prædicta tenore præſentium approbamus,confirmamus,& innouamus,illiſq; perpetuum,et inuiolabilis firmitatis robur adiicimus,et ſingulis quos illę cõcernunt penitus ac ſub prędictis per contrafacientes irremiſſibiliter incurrendis pœnis obſeruari volumus atque decernimus,eaſdémque literas ad hoc,vt ſi homicidę,ſicarij,banniti in ciuitatibus,terris,caſtris,et locis prędictis cuiquam damna aliqua intulerint,ipſique damnis taliter illatis,à ciuitatum communitatibus ac terrarum,caſtrorum , et locorum huiuſmodi vniuerſitatibus capti,et deprehenſi non fuerint , ſed taliter delinquentes impunè euaſerint,communitates,ac vniuerſitates huiuſmodi (præter hoc quod ad damnorum quorumcunque ſic illatorum patti leſę damnáque huiuſmodi patienti, corúmque hęredibus plenariam reſtitutionem , et ſatisfactionem omninò teneantur)ad tantundem quantum damna illata huiuſmodi extimata fuerint , Camerę apoſtolicę realiter et cum effectu perſoluendum omninò ſint aſtricti, auctoritate,et tenore pręfatis extendimus, et ampliamus. Mandantes eiſdem communitatibus,et vniuerſitatibus quatenus ipſę in virtute ſanctæ obedientię,et ſub maioris excommunicationis,ac aliis nobis , et pro tempore exiſtenti Romano Pontifici beneuiſis pœnis,eoſdem ſiccarios,et bannitos in eorum ciuitatibus,terris, caſtris, et locis commorantes,ſeu per eas,et ea tranſeuntes capere, et ad populum conuocandum,et coadunandum campanas pulſare,eóſque ſic captos ad carceres conducere,aut curię temporali conſignare omninò teneantur.

Hic Pontifex acerrimus iuſtitiæ defenſor, quamprimum culmen Apoſtolicæ ſedis adeptus eſt prædictas cõſtitutiones Pij II.Pauli II.Sixti IIII. Iul. II. Leo.X.Clemẽtis VII & Pij III. confirmauit.

Quocirca dilectis filiis Vitellotio S.Mariæ in via lata Romanæ Eccleſiæ Camerario,& Cameræ præfatæ Theſaurario,Præſidentibus,Clericis ac vniuerſis, & ſingulis Legatis,& Vicelegatis Prouinciarum noſtrarum , & aliis Rectoribus , ac Officialibus ciuitatum,terrarum,& partium prædictarum nobis,& dictæ ſedi mediatè,vel immediatè ſubiectarum diſtrictè præcipiendo mandamus,quatenus præſentes literas ſolenniter in ſingulis prouinciis: ciuitatibus,terris,& locis prædictis publicari,necnon omnia & ſingula in eis contenta inuiolabiliter obſeruari faciãt & mandent. Contradictores quoſlibet & rebelles, cuiuſcunque ſtatus , & præeminentiæ fuerint,ſententias,cenſuras, & pœnas pręfatas damnabiliter incurriſſe declarent , & declarationem huiuſmodi per eos faciendam in libris maleficiorum conſcribi,& annotari mandent,& faciant: Necnon capitales pręfatas ſententias à miniſtris iuſtitię abſque alicuius incurſu irregularitatis exequi procurent, ac realiter & irremiſſibiliter exigant , inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Necnon pro exactione pœnarum pecuniarum huiuſmodi contra communitates , & vniuerſitates,ac in eorundem inobedientiam in temporalibus dominorum vaſſallos propter eorum huiuſmodi inobedientiam repręſalias concedant,necnon & cum effectu exequi faciant, Attentius hortantes, & requirentes in domino Barones,& Domicellos,ac in temporalibus dominos dicti regni , necnon illius Prouinciarum , ciuitatum, & locorum Gubernatores , & Officiales pro tempore exiſtentes,vt pręfatos homicidas,& fautores,& complices capiant,& capi procurent,captóſque ad præſides noſtrarum Prouinciarum , vnde ipſi homicidæ,

Ad emendationem damni obligari vult communitates locorum in quibus banniti damnũ aliquod intulerint & capti non fuerint.

fautores,

fauto... & complices originem traxerunt, conduci, & eis realiter conſignari ſimiliter cum effectu faciant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac omnibus illis quæ dicti prædeceſſores in præfatis eorũ literis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque: Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nonpoſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionẽ, & quibuſcunque aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſuper recipiendis bannitis, homicidis, & brigoſis, ac aliis prædictis quorumcunque tenorum exiſtant, per quę præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quo ad hoc cuiquam nolumus vllatenus ſuffragari. Volumus autem quod præſentes literę noſtrę poſtquam in valuis baſilicę Principis Apoſtolorum, & in Campo Florę de Vrbe affixę fuerint, omnes et ſingulos ciues Roman. et alios in Vrbe commorantes effluxis quindecim diebus, alias vero Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, et alios temporales Dominos, et Vicarios, Communitates, et vniuerſitates ciuitatum, terrarum & locorum ſedi pręfatę mediatè et immediatè ſubiectorum huiuſmodi decurſo menſe arceant, & contrafacientes pœnas prędictas incurrant in omnibus & per omnia, perinde ac ſi eis omnibus, & ſingulis contrafacientibus perſonaliter, & particulariter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, tertio Nonas Iulij, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Clauſulæ derogatoria.

Verè à Priſcis Prouerbium illud iactatum eſt, Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος. *Nulla ſiquidem ſuperſunt hominibus antiqui amoris & concordiæ ſemina, ita exaſperatum eſt malum, vt in mutuam internecionem omnes coaleſcant. Nemo eſt qui illicò non currat ad gladios, ad enſes vbi primum leuiuſcula ratione offenſus eſt. Nulli vult parci iratus. Ira nihil aliud eſt quam conceptum homicidium, & cædium ſcaturigo. Pro audaciſſimo ſatellitio habet ambitionem & inuidiam quorum ſtimulis veluti malo œſtro percita nephâria quæcunque audent. Manus tunc patricido ſanguine fœdantur, & incredibili ferocitate deteſtantur homines: tùm diuidunt illud quod Deus tam mirabili potentia connexuit. Tremendum nonne illud præceptum ſummi Dei innotuit auribus noſtris* NON OCCIDES. *Ille qui hoc præceptum edidit de non occidendo, ſe & ſummo odio proſequi viros ſanguinum per Prophetam fatetur. Taleſque prædonis ſæuiſſimi animarum eſſe ſatellites, & fratrum accuſatoris clientes dicit Euangeliſta. Quis tantum ducem non exhorret? Quis vile mancipium huius Draconis fieri cupiet? Quis exuto ſacro innocentiæ pallio cupiet fœdiſſimo huius antiqui hoſtis ſacco inuolui ad tenebras perpetuas detrudendus. Quot exigantur ſupplicia, cædes, quibus pœnis homicidij reatus expietur nullo dilucidiore exemplo ſpeculari poteſt, quam ex Caini Fratricidio. Videte quomodo Moſes ingenuus pictor in libris originis mundi referat illum fraterna cæde cruentum, æſtuantem, furentem, ægerrima conſcientia tabefactum ad Dei vocantis vocem exanimari, ſceleris Apologiam falsò moliri, tergiuerſari, mox ad facinoris mentionem horrido tremore concuti, veluti tartareo flagello percitum, aut lictore ſæuiſſimo inſequutum horreſcere, fugere, deſperare? Iam miſeri infeſtos ſenſit fratris ſui Abel manes, quibus veluti furiarum facibus ſtimulatus, vagus & incertis ſedibus per vaſtum orbem fertur, nec ſuſtinet eum tellus fraternæ cædis conſcia, ſed à natali ſolo atque paternis laribus eiectus, infœlicem vitam procul à parentibus atque in exilio agit. Atque hinc fortaſſe deſumptum eſt quod Plato de homicidiis ſcribit: quibus vtile ſit vt à locis vbi cædem commiſerint, ſeſe ſubducant, ne ab interfectis agitentur*, λέγεται δὲ ὡς ὁ θανατωθεὶς ἄρα βιαίως ἐν ἐλευθέρῳ φρονήματι βεβιωκὼς θυμοῦσαι τε τῷ δράσαντι νεοθνὴς ὤν. καὶ φόβου καὶ δείματος ἅμα διὰ τὴν βίαιον πάθην αὐτὸς πεπληρωμένος ὁρῶν τὸν ἑαυτοῦ φονέα ἐν τοῖς ἤθεσι τῆς ἑαυτοῦ συνηθείας ἀναστρεφόμενον δειμαίνει καὶ ταραττόμενος αὐτὸς ταράττει κατὰ δύναμιν πᾶσαν τὸν δράσαντα μνήμην ξύμμαχον ἔχων αὐτόν τε καὶ τὰς πράξεις αὐτοῦ. διὸ δὴ χρεὼν ὑπεξιέναι τῷ παθόντι τὸν δράσαντα τὰς ὥρας πάσας τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ ἐρημῶσαι πάντας τοὺς οἰκείους τόπους ξυμπάσης τῆς πατρίδος, *id eſt. Dicitur quod violenter interfectus in libera audacia*

viuat, & recens interfectus in percuſſorem ſuum graſſetur, & cum ipſe metu & pauore, propter violentam calamitatem impletus ſit: etiam percuſſorem ſuum in conſuetis ſuis locis agentem pauore implet, & territus ipſe percuſſorem ſuum etiam terret quanta poteſt vi, cùm eum in memoria habeat cum ſuis facinoribus. Propterea neceſſarium eſt vt interfector ſubducat ſe interfecto per omnia totius anni tempora, & totius patriæ conſueta loca vitet. Hæc Plato.

Nec tamen mirari debemus, ſi Cain fratricida, furioſum illum corporis geſtum, quo fratrem impiè occidit, perpetuò membrorum omnium tremore ac motu teſtetur, cùm idem propemodùm Lucanus ſcribat de ciuili Bello Pompeiano, in quo frater contra fratrem pugnauit, & arma tulit. Victis ſiquidem Pompei partibus, Iulij Cæſaris milites, luctuoſa parta victoria, victorum manibus agitari cœperunt, & parum rationis compote motu, ipſóque geſtu ſuo, quaſi prælia quædam figurabant, vt Cain aliquem in illis agnoſceres fratricidam.

Quos agitat veſana quies, ſomniq; furentes,
Theſſalicam miſeri verſant in pectore pugnam:
Inuigilat cunctis ſæuum ſcelus, armaq; tota
Mente agitant, capuloq; manus abſente mouentur.

Mallent ſcio homicidæ mille rotis quati, mille clauis confodi, mille gladibus perimi, quam renaſcentis vermis conſcientiæ perpetuis pungi vrgeri, & lacerari morſibus. Illa eſt ſynderesis quæ homicidæ ſpectra ingentia repreſentat, & cædis memorem faciunt, adeò vt quod eſt in vita ſuauiſſimum illis inſuaue ſit. En inquit Conſcientia teſtis peracti flagitij, cur me ſaucias cruentis hiſce telis, cur tranquillam quietem turbas. Quin ſinis me meo tandem hoſpitio pacificè frui. Cur pateris ita voluntatem excantari, vt ad inhumana illa ſcelera manus armet, & in tui ſimilem ferociter excandeſcat. Audéſne Dei tui opificium omnibus numeris abſolutum vno ictu deſtruere. Quis hoc non homine indigniſſimum iudicet? Quis hoc ſcelus neget ab vllo, quam ipſo Deo, expiari debere, in cuius vergit ſummam contumeliam? Si nil aliud occurreret grauitatem declarandam: vel hoc vnum ſufficeret, quòd illam ipſam creaturam ſuam Deus ipſe, veluti ſi furore percitus Tharas aliquis in ſua lutea idola deſæuiat, abrumpit, illumq; Spiritum, quem indiderat, aufert in huius nefarij criminis vltionem. Quin videtur ipſa natura hoc hominum pectoribus inſeruiſſe. Vſqueadeò cædem execratur Deus: terreníque numinis ædem deſtrui tam iniquo ſemper tulit animo: vt pientiſſimum Dauidem religioſè meditantem auguſtiſſimum templum extruere Domino Deo ſuo, miſſo Propheta, reuocarit ab opere, tantum, quia multum ſanguinis in iuſto bello aduerſariorum legis Dei profuderat. Et illud notiſſimum eſt, quid Semei probro verteret ipſi Dauidi, Egredere, egredere *(inquiebat)* vir ſanguinum. *Nullum enim ſceleratius conuitium adinuenire poterat homo natus ad maledicendum, quàm ſi vocaret homicidam. Quibus ergo tantum ſcelus minuebitur pœnis, quo ſupplicio penſabitur?*

Voluntarij homicidij flagitio variæ pœnæ non ſufficiunt qui gladio occidit, gladio puniri debet: nec vllius loci refugio tueri. Habemus de hac re non legem Lycurgi, non Platonis, non Iuſtiniani, ſed ſummi Dei quam eius legatus: & Propheta Moſes retulit. Deut. cap. 19. in quo ſic dicitur: Si quis odio habens proximum, inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgénſque percuſſerit illum, & mortuus fuerit, fugeritq; ad vnam de ſupradictis vrbibus, mittent ſeniores ciuitatis illius, & arripient eũ, ne de loco effugiat, tradéntque in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur, non miſereberis eius, & auferes noxium ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi. Ecce ergò, quòd de iure diuino, occidens hominem animo deliberato, & per inſidias, quòd debet mori, & ad aliquam ciuitatem fugere non poteſt, nec in ea tutè viuere, etiam quòd in ea non deliquerit, ſed debet capi, & remitti ad ciuitatem, in qua, ſeu cuius territorio commiſit dictum homicidium, vt in ea moriatur, ac decapitetur. Veruntamen auri corruptela homicidia multa inulta manent, & dolendum eſt quod pro homicidio animo deliberato commiſſo, non imponatur pœna mortis, ſed pecuniaria, quia præbet audaciam delinquendi, & eſſet contra ius diuinum, quo imponitur pœna mortis, Hoſt. Abb. Panor. & D. Ant. de But. in c. ſi. de conſuet. Archid. Lapus, & Doct. c. ſi. ne cler. vel monach. in 6. Doct. poſt Paul. in c. 2. de conſuet. in 6. Bald. l. cunctos populos. col. 8. verſ. 9. ad quæſtiones. C. de ſum. Trin. & in auth. caſſa. verſ. tertiò quæro. C. de ſacroſ. Eccl. & in §. ad noſtram. de prob. & in rub. de offi. deleg. & hoc ſequitur Fel. in rub. de homicid. & Aret. conſ. 57. col. 8.

Sic etiam non valeret ſtatutum, nec conſuetudo, ſi imponeret pœnam mortis naturalis pro homicidio caſu commiſſo, contra & præter voluntatem occidentis, vbi occidens dabat

operam rei licitæ, puta, ligna incidendo, & caſu occidit aliquem, contra quem odium non habebat, nam talis homicida de iure diuino non debet mori, ſed viuere. Et ſi aufugiat in vnã ciuitatem, non debet remitti ad aliam ciuitatem, in qua caſu occidit dictum hominem: nam ſic dicitur in Deut. cap. 19. Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui heri, & nudius tertius, nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur, ſed abiſſe cum eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cedenda, & in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit manu, ferrúmque lapſum de manubio, amicum eius percuſſerit, & occiderit, hic ad vnam ſupradictarum vrbium confugiet, & vitet, ne forſitan proximus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus proſequatur, & apprehendat eum, ſi longior via fuerit, & percutiat animam eius, qui non eſt reus mortis, quia nullum contra eum, qui occiſus eſt, odium prius habuiſſe monſtratur, & pondera illud verbum, qui non eſt reus mortis. Et ſic de iure Diuino talis homicida, occidens caſu ſibi non inimicum, dando operam rei licitæ, non debet mori, ſed viuere, & dicitur innocens, & innoxius, vt dicitur in Deuterono. cap. 19. Ergo ſtatutum, & lex, & conſuetudo, ſi fieret in contrarium, quòd talis homicida deberet mori, ſeu capite naturali, vel alia pœna, etiam pecuniaria, puniri non valeret, ex quo eſſet contra ius diuinum, dicens talem homicidam eſſe innoxium, & innocentem, & non debere remitti ad ciuitatem, vel locum, in quo, ſeu qua occidit, vt habetur in Deut. cap. 19.

Iura enim Diuina ſunt immutabilia, & contra ea non poteſt fieri lex, nec ſtatutum, nec induci conſuetudo, & ſi fiant, vel inducantur, non valent, cap. ſuper eo. de vſuris. ca. litteras. de reſtit. ſpoliat. Iaſ. in l. 1. num. 48. C. de ſum. Trin. & fid. cathol.

VII.

Serui & captiui poſt baptiſmum libertatem conſequuntur.

PIVS Papa V. Motu proprio &c.

DIGNVM, & rationi congruum eſſe videtur, vt ea quæ ex veteri inſtituto Officium Senatus Cameræ Vrbis, & ipſius Conſeruatores, vel alias illis conceſſa exiſtunt, munimine apoſtolicæ ſuperioritatis in poſterum roborentur, & in vſum, ſi adhuc non exiſtant, reducantur. Nos ſiquidem, qui etiam in minoribus conſtituti ſemper, & continuè Romanum Populum paterno dilectionis amore proſecuti ſumus, & ipſius priuilegia, ea maximè, quæ Chriſtiano Populo neceſſaria, & vtilia eſſe videntur confirmare deſideramus, fel. rec. Pauli Papæ III. prædeceſſoris noſtri, qui per ſuas in forma breuis literas, ipſos Conſeruatores & Populum in facultate & priuilegio mancipia quæque ſclauos vulgariter nuncupata, qui Baptizati, & Chriſtiani prius facti fuerint, ad Cameræ ipſius Vrbis officium, ac illius Conſeruatores pro eorum libertate confugientia, prout ex veteri conſuetudine hactenus, vt ipſe prædeceſſor narrauerat, Conſeruatores præfati tum ex ſpeciali priuilegio Pontificali, tum imperiali poteſtate ab aſpero ſeruitutis iugo liberandi facultatem habuerant, etiam ſi lapſu temporis deperdita fuiſſent, reintegrauit, veſtigiis inhærendo, Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eoſdem Conſeruatores pro tempore exiſtentes ſpeciali fauore proſequentes, ac literas apoſtolicas Pauli prædeceſſoris, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro expreſſis habentes, illáſque in totum iuxtà illarum tenorem confirmantes, ipſos Conſeruatores, ac officium Senatus Cameræ Vrbis in iuriſdictionem, facultatem & poteſtatem mancipia quæcunque ſub iugo ſeruitutis quomodolibet alligata ad huiuſmodi ſenatus Cameræ Vrbis officium pro tempore exiſten. ac ipſos Vrbis Conſeruatores confugientia, ac libertatem acclamantia, per eoſdem Conſeruatores libertate donare, & Romani Ciues, liberique homines effici poſſint, prout ipſe Paulus prædeceſſor reintegrauerat, reintegramus, ac pro potiori cautela de nouo damus, concedimus, & gratioſè impartimur. Itaque mancipia ſeu ſclauos eadem, quæ ab eiſdem in poſterum liberabuntur, pro liberis hominibus, & Romanis ciuibus in omnibus, & per omnia vbique haberi, teneri, & reputari debere, Dantes & concedentes eiſdem mancipiis ſic vt præfertur ab eiſdem Conſeruatoribus libertatis facultatem in iudiciis contra quaſcunque perſonas ſtandi, contrahendi, teſtandi, & alia faciendi, quæ cæteri ciues Romani liberi homines facere conſueuerunt, & faciunt, & ea in omnibus, & per omnia habere, & libera

Mancipia & captiuos à ſeruitute liberandi poteſtas quæ.

Libertatis inſignia.

libera

libera eſſe decernimus, volumus & mandamus, ac ex nunc prout ex tunc, & è contra omni iuri cuiuſlibet ſtatutorum, conſuetam ordinarios, quàm delegatos etiam quacunque iuriſdictione fungentes iudices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, ſententiandi, & diffiniendi facultate, poteſtate, & auctoritate, iudicari, ſententiari & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſcienter, vel ignoranter contra præſentium tenorem fieri, & attentari contigerit, irritum & inane decernentes. Non obſtantibus Motu proprio & ſeu literis forſan deſuper per viam decreti vel alias per dictum Paulum prædeceſſorem ſub Dat. Romæ apud ſanctum Petrum Quinto Idus Nouembris, Anno Pontificatus ſui Quintodecimo, ſupradictam ſuarum literarum in forma breuis etiam forſan ad inſtantiam dicti Populi Romani decretis, derogatoriis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon dictæ Vrbis etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, reformationibus, & decretis, ac quibuſuis priuilegiis, indultis, & literis apoſtolicis in genere vel in ſpecie per quoſcunque alios Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros tam ſub plumbo, quàm in forma breuis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis etiam irritantibus, & aliis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis Quibus omnibus, tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, ac omnibus illis, quę dictus prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque, Volumus autem quod ſola ſignatura præſentium ſufficiat, & vbique in iudicio & extrà fidem faciat, regula contraria non obſtante, ſeu ſi videbitur, literę deſuper per breue noſtrum ſeu ſub plumbo, aut alias prout melius videbitur expediri poſſint. Et quo ad illos ſeruos duntaxat, qui antea vt pręfertur ſacro baptiſmatis lauacrho mediante, Chriſtiani facti fuerint, & non de aliis, Datum Romę apud Sanctum Marcum Quinto Idus Septembris Anno Primo.

Deteriori non debent eſſe conditionis qui ab infideli ſeruitute ad Chriſtianam ſe ſe deuouent. Quamobrem vult Pontifex humanitatis iura eò dilucidius in Chriſtianis ſplendeſcere quod Chriſti amorem & gratiam in eos collatam clariùs præceteris profiteantur. Cum ergo à Barbara Tyrannia ſerui liberati, Patrocinio Chriſtianorum ſe ſe credunt non debent barbarè, ſed Chriſtianè tractari. Verumtamen Chriſtiani capti in bello etiam iuſtiſſimis à Chriſtianos non efficiuntur ſerui capientium. Imponatur hic ſilentiũ cauſidico argutulo iactanti legis Corneliæ & poſtliminij fictionem, hæc omnia hic ceſſare dicimus propter charitatem quæ in Chriſto omnibus eius religionem profeſſis communis eſt: ſicuti expreſſim adnotarunt Bar. in l. hoſtes ff. de capti. Abb. in c. ſicut in 3. de iureiur. col. 4. & inibi Aegidius à Bellamera num. 20. Saly. in l. ab hoſtibus. col. 2. C. de captiuis. Ioan de Terra Rubea. contra rebelles tract. 3. art. 10. regial 1. tit. 21. part. 4. ſed apud nos capti bello ſeruantur, præſtitáque pecunia in redemptionis præmium. quam Græci λύτρον appellant, veniam recedendi impetrant facilimè. ſenſere tamen Alci. in l. hoſtes. ff. de verb. ſign. & Claudius Cantiunla in §. item ea quæ hoſtib. Inſti. de rer. diui. prædictam communem ſententiam inter Chriſtianos obtinere ſicuti Bar. & qui eum ſequuntur probarunt. Iubet autẽ ſummus Pontifex Ciues Romanos fieri ſuſcepto ſacro Baptiſmate qui ſub tutela Ciuis cuiuſpiã Romani confugiunt & in hac re ſemper vt pulchrè diſſerit Lactantius lib. 2. cont. gent. Romani tametſi tum Ethnici crederent ſeruos curæ eſſe ſuperis, vt illis non ſeuè ſed liberaliter & Clementi ſeruitute vterentur.

VIII.

Reuocatio facultatum conceſſarum Græcis Latino more & Latinis Græco ritu celebrandi Miſſas & alia diuina officia.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PROVIDENTIA Romani Pontificis plurimum circumſpecta nonnunquam ea quæ certis ſuadentibus cauſis per eius prædeceſſores geſta ſunt, ex aliis non minus rationabilibus cauſis alterat, & ad priſtinum ſtatum reducit,

Pontificia prouidentia.

prout æquitas ſuadet, & in domino conſpicit expedire. Sanè cum ad notitiam noſtram peruenerit, quod nonnulli preſbyteri tam Græci, quàm Latini antiquũ S.R.E. ritum tam in celebratione Miſſarum, quàm aliorum diuinorum officiorum peruertere ſatagentes, diuerſas licentias, & facultates, miſſas, & alia diuina officia Græci Latino more, ac Latini Græco ritu celebrandi ab apoſtolica Sede, vel eius Legatis, ac etiam maiore Pœnitentiario pro tempore exiſtente variis prætextibus impetrarunt, illiſque iampridem vtuntur, hoc ab antiquo catholicæ Eccleſiæ inſtituto, ſanctorumque patrum decretis deuiare conſiderantes, propterea hunc abuſum ab Eccleſia Dei extirpare, & ſubmouere volentes, omnes, & ſingulas licentias, & facultates huiuſmodi hactenus etiam Motu proprio vel quorumuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibuſuis cauſis quomodolibet conceſſas, ac Apoſtolicas & alias literas deſuper confectas, illarum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, Apoſtolica auctoritate ex certa ſcientia hac præſenti noſtra perpetuò valitura conſtitutione reuocamus, caſſamus, annullamus, & irritamus, quibuſuis preſbyteris tam Græcis, quàm Latinis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac perpetuæ ſuſpenſionis à diuinis pœnis diſtrictius inhibentes, ne deinceps preſbyteri Græci præcipue vxorati Latino more, & Latini Græco ritu, huiuſmodi licentiarum, & facultatum, aut alio quouis prætextu Miſſas, & alia diuina officia celebrare, vel celebrari facere præſumant. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis quatenus in ciuitatibus & diœceſibus propriis præſentes noſtras literas publicari, & ſub prædictis, & aliis ſibi beneuiſis pœnis per quoſcunque Prælatos, Capitula, Clericos, Fratres, Superiores, & perſonas quaſlibet inuiolabiliter obſeruari faciant. Contradictores quoſlibet auctoritate Apoſtolica compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon eccleſiarum, monaſteriorum, conuentuum, domorum, & aliorum locorum, quorumcunque etiam iuramento, confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis eiſdem eccleſiis, monaſteriis, domibus & locis, illorumque capitulis, conuentibus, ſuperioribus, & perſonis, ac ordinibus ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiã derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis etiam ad Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, aut eorum contemplatione, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, illorũ tenores pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, illaque quoad præmiſſa caſſamus penitus, & annullamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod præſentes literæ ad valuas beati Petri Apoſtolorum Principis, & Cancellariæ noſtræ, ac in acie Campi Floræ publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes perpetuò valituras conſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius prælati munitis eadem prorſus fides vbicunque adhibeatur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romę apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, tertiodecimo kal. Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Antiquus Eccleſiæ ritus non euertendus aut immutandus.

Reuocatio facultatum conceſſarum Græcis celebrandi Latino ritu & Latinis ritu Græco.

Publicatio huius conſtitutionis.

Forma & effectus huius publicationis.

Hæbreis, Hæbraicè, Græcis, Græcè, Latinis, Latinè, ſua celebrare myſteria conceſſum eſt. Tria enim illa Idiomata ſunt generaliſſima, & per totum orbem receptiſſima, quibus & Apoſtoli Euangelium publicarunt apud exteros. Et in horum regionibus non vulgari populorum ſermone, ſed communibus his linguis quas per ditiones illas Miſtagogæ vſurpant, diuina perficiuntur, & ſacra volumina conſcribuntur. Nec omnibus licet ſacrarum literarum energiam & efficaciã, rimari, ne religioſus ſermo promiſcuo multorum interuentu violetur. Myſteria noſtra verè ſunt myſteria, id eſt, ſecreta & arcana, quæ euulgata

ſpecioſum myſterij nomen perdunt. Myſterio non vulgari peragendo lingua aptatur non vulgaris. Qui ſacrarum Hiſtoriarum ipſum veſtibulum ingreſſus eſt, apprimè nouit vtrum Apoſtoli Germanicè, Hiſpanicè, Gallicè, Sarmaticè, Gotticè, Libicè, Anglicè Miſſæ celebrationem conſcripſerint? Intelliget an non ſemper deſtinata fuerint tria illa præciepua Idiomata Hæbrei, Græci, & Latini ſermonis ſacris Lythurgiis. Ad hodierna vſque tempora in Occidentali Eccleſia, Latinè quemadmodum & Græca, Græcè, & apud alios, pleriſque Orientales Hæbraicè officia diuina vſu legitimo & frequentiſſimo leguntur. Nunquam autem legimus in antiquitatum monumentis vernacula lingua ſacra perſoluta fuiſſe, idq; ne fieret nouiſſimè prohibuit Concil. Trid. Seſſ. 22. cap. 8. Aſt audio quoſdam ſuggillatores hæreticæ perfidiæ cornicari hæc longè ſecus ſe habere quam putem, cùm enim Græci Græcè celebrent, poſſunt & Germanicè, Germani ſacra ſoluere. Belle omnia, ſed falſa conſequutio, ex malè intellecta argumenti aſſumptione. Apud Græcos non propterea Græcè diuina myſteria celebrantur, vt vulgus quæ geruntur intelligat, vel quia lingua illis vernacula eſt, ſed propter diuerſos ritus harum eccleſiarum: quæ ſicut ceremoniis diſcretæ ſunt, ita diuerſas habent linguas, non modò vernaculas, ſed etiam communes quibus non plebs in ſuis congreſſibus, ſed eruditi vtuntur. Nuſquam enim per vniuerſum orbem in templis populi cuiuſquam vernaculæ linguæ vſus retinetur, ſed eius ſolum quæ toti illi Eccleſiæ eſt communis nobis Latinæ Græcis, Græcæ. Et in hac ratione verſatur Pontificis ſancta conſtitutio.

IX.

Nobilis artis agriculturæ priuilegia & ſtatuta confirmantur.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

PIA deuotio, & aſſidua cura, & diligentia, quas dilecti in Chriſto filij, Conſules, & Collegium nobilis, & antiquæ artis Agriculturæ Vrbis, erga nos, & ſanctam Sedem Apoſtolicam almamque Vrbem noſtram indeſinenter exhibent, nos inducunt, vt quæ ad dicti Collegij conſeruationem, & augmentum fore dignoſcimus liberaliter, & proprio motu concedamus. Cum igitur dilecti filij prædicti nuper antiquiſſima eorum ſtatuta id vſu exigente emendauerint, & ſuppleuerint, multaque etiam de nouo, quæ ad neceſſariam dicti Collegij conſeruationem, & augmentum neceſſaria viſa fuerunt, ſtatuerint, & addiderint, quæ omnia diligenter inſpici, & emendari mandauimus, prout inſpecta, & emendata fuerint. Nos igitur attendentes quod opera, cura, diligentia, & impenſa prædictorum dilectorum filiorum, Deo Optimo Maximo fauente factum eſt, vt Ciuitas noſtra, quæ retroactis tẽporibus mari inuecto, & vndique perquiſito frumento indigebat, noſtris feliciſſimis tẽporibus nõ ſolum frumento abundet, ſed etiã quod plus eſt vicinis, & exteris terra, marique iã agri Romani frumentũ ſubminiſtrari poſſit, prout ſæpiſſime ſubminiſtratum fuit, & quod non minus eſt aer noſtræ Almæ Vrbis ex aſſidua agrorum cultura ſiluarum, & nemorum extirpatione paluſtriumque locorum exiccatione factus eſt tutior, clementior, & ſalubrior, & conſiderantes quod qui agrorum culturæ incumbunt non debent litibus, & per diuerſa Tribunalia trahi, ne forte à cultura propter lites, dum eorum finẽ proſequi cupiunt retrahantur, ac etiam attendentes, quod de rebus ſpectantibus ad artẽ nullus magis, quàm ipſi de arte cognoſcere, & terminare valent: cupienteſque dictum Collegium, illuſque Conſules, & eorumdem iuriſdictionem amplioribus gratiis, & fauoribus proſequi, eoſdem dilectos filios à quibuſcunque cenſuris ad effectum validitatis præſentium abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuta prædicta ſicut prædictum eſt reformata, & emendata, & ſuppleta tenore præſentium approbamus, confirmamus, & emologamus, eiſdemque noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ robur adiicimus, eaque auctoritate peritis inter homines de arte prędicta, deq; rebus ſpectãtibus ad artẽ, iuxta eorũdẽ ſtatutorum declarationem cuiuſcunque ſtatus gradus, & conditionis exiſtant etiã ſi clerici & curiales Romanę Curię ſequentes, aut quocunque alio priuilegio muniti exiſtant ſeruati volumus & mandamus, eoſdémque dictis Conſulibus, eorumque iuriſdictioni pro rebus ſpectantibus ad artem ſuppetimus, ſubiicimus, & ſub-

Agriculturæ commendationẽ agit ſummus Pontifex quæ omnibus populis ſemper ſumma in pretio habita eſt. Eam ob cauſam Ægyptij agricultura cæteris præſtitere nationibus, quòd ibidem Ruſtici homines à ſacerdotum cœtu Regéque aut militibus prædia mercati parua mercede iã inde à pueritia præberẽt operas rei ruſticanæ vt eſt apud Diodorum Siculum lib. 2.

mittimus. Et ſic per quoſcunque Iudices tam ordinarios, quàm delegatos iudicari, decerni, & diffiniri volumus, & mandamus, ſublata aliter iudicandi, & interpretandi facultate. Irritum quoque, & inane decernen. quicquid in contrarium contigerit attentari. Volumus autem quod de ſubreptione, & obreptione aut intentionis defectu, præſentis noſtri Motus proprij quouis modo opponi non poſſit, attento quod Motu proprio. Non obſtan. præmiſſis, ac quibuſcunque priuilegiis, & indultis etiam quibuſuis perſonis, ac iudicibus ordinariis, ſiue delegatis etiam Dohaneriis Almæ Vrbis reſpectu affidatorum damnum dantium in ſegetibus, & caſalibus Vrbis per nos, & quoſcunque Romanos Pontifices editis, quorum omnium priuilegiorum, & indultorum tenores hic pro ſufficienter expreſſis, perinde ac ſi de verbo ad verbum inſerta, & expreſſa forent, haberi volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Et quod præſentium ſola ſignatura ſufficiat, & vbi fidem faciat, attento quod in Vrbe.

Fiat Motu proprio. M.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum quinto id. Septembris. Anno primo.

Agricolarum priuilegia & agriculturæ commendationem ciuilium Romanorum *iuri* Pius V. *Pontifex Romanus piiſſimè comminiſcitur. Vſu enim comparatum eſt vt quæ vitæ neceſſaria ſunt & frequentiſſimi vſus paulatim contemnantur, & inter vtiliſſima munera deliteſcant Rẽpublicam tribus præcipuè membris ſtabilitã, dicebant, Philoſophi Sacerdotio, Nobilitate, & Plebe. Duo prima omnium penè Doctorum calamis illuſtrata & commendata ſunt, de hiſque ambitioſos & ſupercilioſos editos videmus libros, ſed pauci vel nulli rem plebeiam, & ruſticam aggreſſi ſunt. Egregiè tamen ruris delicijs allectus librum edidit de Priuilegijs ruſticorum. Renatus Chopinus Andegauenſis in ſuprema Curia Pariſienſe cauſarum Patronus, in quo ſingularia quædam iura: enumerat in gratiam Agricolarum ſtatuta. Vt ſeriùs abducerentur, ab agro in vrbem, ab aratro, ad ſubſellia, ab vſu rerum Ruſticarum, ad inſolitam litem, atque iudicium, & in his maximè facere videntur, quæ hac conſtitutione addita ſunt. Prudenter itaque iubet Ruricolas, oneribus extraordinarijs, aut fori, ſtrepitu impediri, aut remorari ab agrorum cultura, cùm interſit Reipublicæ, ne arua inculta maneant. l. 1. C. de colon. fund. patrim. lib. 11. Neceſſaria eſt enim teſte Platone operatio agriculturæ qua præparatur alimentum ſine quo ciues ſeruari in vita non poſſunt. Hinc, & olim cenſoria nota putabatur agrum malè colere, aut minùs arare, quàm verrere. Vt inquit Plin lib. 18. cap. 3. & 6. Aſt quomodo ritè agrorum culturæ operam nauabunt qui ad forum, ad vincula, ad carceres inuiti trahantur, & quod deteriùs eſt etiam cum iniuria. Meliùs conſultum fuit Indorum villicis, qui à bello reliquóve opere libri, ac immunes ætatem omnem in aruis colendis conſumebant Auctore Diodoro. lib. 3. Ingens eſt priſco ſæculo præſentis diaphonia: ætas hæc ſerrea quæ tot quotidie cladium aceruos adinuenit, ſolet furorem ſuum in miſeros agricolas iaculari. Impatientiùs ferret hanc iniquitatem Alexander 3. qui ea qua præſtabat pietate voluit etiam ſæuientibus vndique militum copiis agricolas & boues aratores in tutela fidéque publica recipi. Dirutis vrbibus cæſis ciuibus priſcos duces agricolas incolumes dimiſiſſe narrant hiſtoriæ. Tanta erat agrorum cura antiquis legibus, vt nec impignorari aratoria inſtrumenta obtentu æris alieni permiſerint, quo minùs à labore agri colendi ceſſarent Ruſtici, aut terræ fœcunditas in detrimentum publicum torperet aut ociaretur. Conſtant. in l. executores. & Honorat. ac Theodoſ. Aug. in l. pignorum. C. quæ res pign. Hæc tamen ruſticorum immunitas non extenditur ad fiſcales, & decimales actiones. Fare age tu qui omnia deprædaris: qui ingrato latratu pauperis agricolæ ſubſtantiam inhias qui omnia tibi deberi cenſes, pro pecuniola audéſne fratrem ad reſtim vſque adigere? Ita ne cæcus factus es, vt nullam relictam tibi eſſe legem opineris diligendi proximum, & vitam pro illius ſalute profundendi? Ingrederis, odia ſpirans ſatellitio ſtipatus nebulonum, qui nihil niſi ruinas & lites quærunt tenues penates ruſtici? Quid agis? vt creditos nummos qui fortaſſis bis in anno ſuperfœtarunt ſceleſto fœnore ſoluat? Quid agis? vt inopis familia illicò iuguletur, ruſtica mancipia, totius domus animata inſtrumenta dirupis, imò furaris æqui iuſtique fuco. Tandẽ miſer cum vxore natiſque cogitur ſtipẽ hoſtiatim quærere, & otio abuti liberaliſſimo. Fauent leges agricolis, ſed mutatis calculis violantur. Tantum abeſt vt inſtrumentis agricolationi aptis parcant, quin illi qui aſſiduò quæſtu ruris premuntur, ipſa etiã*

arua

arua & quæcunque alia deuorare percupiant. Vſitatiſſima eſt Antichreſis & hypotecaria fundi poſſeſſio his qui ruſtica prædia ambiunt.

Etſi vigilantibus iura ſubueniant, Ruſtici tamen cum maturi temporis & aeris clementia cogantur agricolationi intendere ſæpiùs excuſantur: ita vt etſi forum non adierint, non mulctentur iuxtà Pauli opinionem lib. 1. ad edictum in l. ex quacunque cauſa. ff. ſi quis in ius voc. Indulgendum eſt enim villicanti, & in agris occupato: quum res ruſtica ſit eiuſmodi. Vt ſi quid ſeriùs fiat tardè compenſetur, ſi quid ſero fecerit agricola omnia opera ſeriò faciet, tempeſtiuè enim agricultura famulari ſibi vult. Hodie creditores omni iure depoſito nec ſemẽtis ſpem, nec aeris temperiem conſiderant dum in odium ruſtici exarſerunt. Si ad diem condictum reditum ſolarium, aut vectigale prædiarium, nummiſve conſtitutum non ſoluerit; quam miſerè tractatur, laceratur, minatur, ab his harpyis, ab his crudeliſſimis qui nihil habent hominis dempto nomine. Hinc depopulantur tenues lares pauperis agricolæ rimantur & ſpoliantur Oporotheca: hinc & ſub ſpecie recti in ius & carceres ducuntur inſontes. Quis feret hæc? nemo hercule nemo?

Hodie nullum mortalium genus eſt infœliciore ſortis aut deterioris conditionis ipſis Agricolis, ab antiqua illa iuris gratia exciderunt. Poſt aurea Paradiſi ſæcula hæreditario iure vocem illam minaciſſimam experti ſunt. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *Terræ cultura quemadmodum omnium laborum honeſtiſſima videtur, ita etiam vt laborioſiſſima homini à* Deo *imperata eſt.*

Atqui neque tellus ipſa, inter graues & aſſiduos labores, crebrò aratro proſciſſa, & ſubacta, reſpondere auaris agricolarum votis ſolet: ſed tanquam pœnas hominibus repoſcat, & inobedientiam eius vindicet, in varias herbas, & eaſdem ſæpe noxias luxuriare ſolet: quod & Deus homini comminatus, & Vergilius iis eſt verſibus ſic teſtatur.

Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos
Eſſet rubigo, ſegniſq; horreret in aruis
Carduus, intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua
Lappæq; tribuliq; interq; nitentia culta
Infœlix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

Adde quod ſi ſæuit bellum non, in hoſtes bachatur: miſerrimus agricola mali præſtantiorem partem, ſuis humeris excipit: vaſtantur agri eſt fructus annui abſumuntur: vt eleganter tonquiſitus Virgilianus ille paſtor.

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? en quo diſcordias ciues
Perduxit miſeros? en queis conſueuimus agros.

Nec eſt quod miremur ſi priuilegia Agricolarum conſeneſcere videamus cum & agricolæ multum ab antiqua probitate degenerarint. Simplex & ſincera vita priſcorum agricolarũ id nominis obtinuit vt ſancta Ruſticitas diceretur. can. Sancta quippe ruſticitas. 2. q. 7. ex Hieronymo ad Paulinum. Eaque vulgò iactabatur omnia palàm habere, teſte gloſa in §. item Seruiana in verb. coloni. Inſtit. de action.

X.

Declaratio cõſtitutionis Pij, IIII. ſuper expreſſione gradus propinquioris in diſpenſationibus.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa V.

ATTENDENS per quandam conſtitutionẽ dudũ per fel. recordat. Pium Papã IIII. Sanctitatis ſuæ prædeceſſorem editam, qua cauetur, quod in diſpenſationibus matrimonialibus, pro diuerſis conſanguinitatis, ſeu affinitatis ex eodem ſtipite prouenientibus gradibus coniunctis non remotioris ſolùm, prout olim fieri ſolebat, ſed etiam propinquioris graduum expreſſa mentio fieri debeat, alioquin diſpenſationes, ac deſuper confectæ literæ nullius ſint roboris vel momenti, prout in dicta conſtitutione plenius continetur, ã diſpoſitione iuris communis, & laudabili, ac antiquo Rom. Cu. ſtylo, nimium recedi, ac fauorem matrimonij debitum reſtringi: Volenſque propterea iuri & ſtylo prædictis, necnon piæ me. Gregorij XI. & Clementis VI. Rom. Pont. etiam Sanctitatis ſuæ prædeſſorum veſtigiis inhęrendo, ſacramento & libertati matrimonij, quantum cum Deo poteſt fauere, ſtatuit, & ordinauit quod de cætero in quibuſcunque diſpenſationibus quas pro matrimoniis

Pij IIII. conſtitutionem habes ſup. fol. 500. conſt. Sanctiſſimus quæ decreuit in diſpenſationibus gradus propinquiores exprimendos.

 contractis

contractis, aut contrahendis inter viros & mulieres, inuicem diuerſis prohibitis conſanguinitatis,ſeu affinitatis,aut mixtis ex communi,ſeu ab eodem ſtipite ſurgentibus,quicunque illi ſint,dummodo primum quoquomodo non attingant,cum in eo Sanctitas ſua nunquam diſpenſare intendat,gradibus coniunctos, ab eadem Sanctitate ſua & pro tempore exiſtente Romano Pontifice, aut Sede Apoſtolica impetrari,vel alias concedi contigerit,ac literis commiſſionibuſque deſuper etiam locorum ordinariis faciendis gradus remotior attendatur, traharque ſecum propinquiorem,ac ob id ſufficiat remotiorem tantum gradum exprimere,obtentis tamen poſteà ſuper propinquiore literis declaratoriis iuxta Gregorij & Clementis prædeceſſoris huiuſmodi conſtitutiones,quas quo ad hoc innouauit, & inuiolabiliter obſeruari mandauit,diſpenſationéſque ſeu diſpenſandi commiſſiones, ac deſuper confectas literas, & proceſſus habitos per eaſdem diſpenſatis, ſeu his cum quibus diſpenſari mandatur propter proximioris gradus huiuſmodi non expreſſionem,de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis defectu notari non poſſe,ſed in omnibus,& per omnia ſuffragari, perinde ac ſi in literis ſeu commiſſionibus huiuſmodi de proximiore,ſeu vtroque gradu,ſpecialis & expreſſa mentio facta fuiſſet:Sicque per quoſcunque Iudices & Commiſſarios,etiam S.R.E.Cardinales ſublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,iudicari,& diffiniri debere,ac quicquid ſecùs ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decreuit, Conſtitutione Pij prædeceſſoris huiuſmodi cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

Clauſulæ derogatoria.

Placet,publicetur & deſcribatur M.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica,Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, die verò Martis vigeſima Menſis Auguſti, Pontificatus præfati Sanctiſſimi D.N. Papæ Anno primo.

Ex graduum cognitione & cōſideratione ſolent diſpenſationes in matrimoniis vel difficilius cōcedi vel penitùs negari. Fallūtur attamen multi qui libidine iuuenilis ardoris æſtuantes nuptias cum cognatis contrahunt: ſperantes facillimè pontificia authoritate diſpenſatum iri matrimonium, illudque per copulam confirmari & conſummari. Sed hoc intelligitur in matrimoniis quæ ſunt iuris & nullo impedimento remorantur tum conſenſu maiorum firmātur alias enim vel ſolent inceſtus vel pudenda pacta contrahi vel tragicæ fornicationes, niſi ritè & poſtuletur diſpenſatio, & ad diſpenſationem obtinendam iuſtæ cauſæ non deſint. Quamobrem Tridentina *Synodus optimè & iuſtè voluit diſpenſationum rationem altius perpendendam eſſe ſtatuitque vt ignoto aut obliquo pacto matrimonia contracta tanquam clandeſtina prohiberentur & irrita decernerentur, quæ vel inuitis, vel irritis parentibus à temulentis & effrenæ mentis iuuenibus puelliſq; peraguntur.* Et *profecto ſi primò honeſtatis cauſa conſulerent parentes minime tot inceſtus viderentur non tantas diſpenſationes in gradibus prohibitis tam auidè illi venarentur.* Cautè *profecto vult* Pontifex *in diſpenſationum impetrationibus, cauſas & gradus narrari, vt vel repulſam patiantur, vel pro gradus cōditione indulgeātur & probentur* Matrimonia. Nunquam *enim ſolet diſpenſatio concedi niſi vrgens ratio, & neceſſitas vrgeant, vel quod aliter fieri nequeat vt in his matrimoniis exploratum habetur.* Diſpenſatio *cuiuſcunque rei inter maiora & grauiora negotia reponitur quæ cauſæ cognitionem requirit & conſultationē.* Parciſſimè *ſolebant Cæſares quidquam concedere niſi præſentibus & iis duntaxat qui iuſtas petendi cauſas habuiſſēt.* Hodie *multi impudentiſſime volunt à ſacris legibus ſolui, quod nephariùm & temerarium eſt, eóque deterius cum hæc præpoſterè nimis conſequantur.*

XI.

Tres declarationes decreti Concilij Tridentini ***circa impedimenta cognationis ſpiritualis & affinitatis ex fornicatione quo ad matrimonia poſt confirmationem Concilij contracta & de cætero contrahenda.***

SANCTISSIMVS in Chriſto pater & Domin. Noſt. Domin. Pius diuina prouidentia Papa V.

AD cuius notitiā peruenit,quod cum in decretis ſacri Concilij Tridentini certæ tantùm

tantùm perſonæ enumerentur, inter quas duntaxat cognatio ſpiritualis deinceps contrahatur ab aliquibus reuocatur in dubium,an qui vltra perſonas in dictis decretis enumeratas quomodo cognatione ſpirituali ante confirmationem dicti Concilij coniuncti erant,abſque diſpenſatione Apoſtolica matrimonium poſt dictam confirmationem contrahere potuerint,ac hodiè,& de cætero contrahere poſſint,cum antè prædictam confirmationem id facere de iure minimè liceret.

Concil. Trident. Seſſ. 24. de reformat. Matr. enumerat certas perſonas inter quas ſpiritualis cognatio deinceps contrahatur.

Et inſuper cum eiſdem decretis ſtatuatur, affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis ſolummodò attendi debere qui primo vel ſecundo affinitatis gradu coguntur,ab aliquibus pariter dubitetur,An matrimonia inter perſonas,quę ante confirmationem dicti Concilij tertio vel vlteriori huiuſmodi affinitatis gradu coniunctæ erant, poſt confirmationem eiuſdem Concilij abſque diſpenſatione Apoſtolica contracta & quæ deinceps contrahi contigerit,dirimi debeant.

Sanctitas ſua ad tollendum omne dubium,eos qui ante confirmationem præ dicti Concilij cognationem ſpiritualem contraxerunt,dummodo non ſint ex perſonis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantùm Concilium voluit deinceps contrahi,hanc cognationem ſpiritualem matrimonij vinculo inter ſe abſque diſpenſatione aliqua liberè,& licitè copulari poſſe,ac matrimonia etiam poſt confirmationem huiuſmodi,abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicę inter eas iam contracta valere plenámque roboris firmitatem obtinere.

Et ſimiliter matrimonia poſt confirmationem Concilij abſque diſpenſatione Apoſtolica ſequuta, & quæ de cætero ſequentur, inter perſonas quæ ante dictam confirmationem,affinitatem (infrà tamen ſecundum gradum ex fornicatione prouenientem) contraxerant,propter huiuſmodi affinitatem dirimi non debere ſed valida & efficacia exiſtere declarauit.

Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiam S.R.E. Cardinales, ſublata eis quauis aliter iudicandi & interpetrandi facultate, iudicari, & diffiniri debere,ac quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit irritum,& inane decreuerit.

Placet publicetur & deſcribatur. M.

Lecta,& publicata fuit ſubſcripta regula Romæ in cancellaria Apoſtolica anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto,die verò Martis vigeſima menſis Auguſti,Pontificatus præfati Sanctiſſimi D.N. Papæ Anno Primo.

A. Tomellinus Cuſtos.

Sequitur circa impedimenta cognationis ſpiritualis.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum illius vicem licèt minimè ſuffragantibus meritis,geramus in terris, de cuius vultu prout iudicium, & vident oculi æquitatem, officij noſtri debitam proſequimur actionem,ſic obſcuros ſacrorum canonum ſenſus ita aperire ſtudemus,vt piis Chriſti fidelium mentibus nulla dubitandi occaſio relinquatur.

Affinitas ex fornicatione in primo vel in ſecundo gradu duntaxat.

Sanè licèt ex eo quod in Concilio Tridentino decretum fuerit cognationem ſpiritualem inter eos tantum contrahi,qui ſuſcipiunt baptizatum de baptiſmo, ac baptizatum ipſum,& illius patrem & matrem,necnon baptizantem,& baptizatum baptizatique patrem & matrem, in reliquis perſonis, quę per antiquos canones occaſione cognationis huiuſmodi contrahere prohibeantur, omne impedimentum ſublatum eſſe videatur,adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an ſaltem impedimentum cognationis ſpiritualis huiuſmodi inter maritum vel vxorem ſuſcipientis,& baptizatum, necnon inter maritum vel vxorem ſuſcipientis,& patrem ac matrem baptizati vigeat,propterea quod prohibitum de vno coniuge, de altero etiam prohibitum eſſe videatur.

Dubiorum ſuperiorum declaratio.

Nos piarum mentium quieti,& matrimoniorum fauori (quantum ex alto nobis permittitur (conſulere volentes, à præciſis verbis Concilij minimè diſcedendum,

Impedimenta matrimonij ob cognationem ſpiritualem.

dum in præmiſſis eſſe cenſuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum ratione cognationis huiuſmodi ſubeſſe decernimus, & declaramus, quominus inter dictos maritum vel vxorem ſuſcipientis, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, & quaſcunque alias perſonas tam ex parte ſuſcipientis, quàm baptizantis & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expreſſas, matrimonium liberè & licitè contrahi poſſit, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque ſtatuimus.

Decernentes irritum inane, ſi quid ſecùs à quoquam quacunque dignitate auctoritate, & poteſtate prædito contigerit iudicari.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem quod præſentes literæ in Cancellaria noſtra Apoſt. & acie campi Floræ de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur: Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, quod earum tranſſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ Nulli ergò, &c. Si quis autem, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, quarto Calendas Decembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Tertia declaratio circa impedimenta cognationis ſpiritualis.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Cognatio ſpiritualis inter baptizatū & ſuſceptores, inter parentes baptizati, & baptizantis.

AD Romanum Pontificem ſpectat canonicas ſanctiones, quæ expreſſiorem ſenſum poſtulare videntur, re diligenter perſpecta ita declarare, & alias prouidere, vt omnis dubietas de piis Chriſtifidelium mentibus euellatur. Sanè poſtquam ex eo quod Tridentina Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione prouenienſ, per quod non ſolùm matrimonium contrahi prohibetur, ſed etiam poſteà factum dirimitur, ad eos tantùm reſtrinxit, qui primo & ſecundo gradu coniunguntur, in vlterioribus verò gradibus ſtatuit matrimonium poſteà factum non dirimi, à pluribus Chriſtifidelibus, vt accepimus, eſt dubitatum, an licet in vlterioribus gradibus huiuſmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen iuxtà antiquos canones contrahi prohibeatur.

Declaratio dubij.

Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonij libertati quantum cum Deo poſſumus conſulere volentes, Declaramus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere quominus in vlterioribus gradibus huiuſmodi liberè, & licitè matrimonium contrahi poſſit.

Decretum irritans.

Et ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque ſtatuimus, decernentes irritum & inane ſi quid ſecùs à quoquam quacunque dignitate, auctoritate, & poteſtate prædito contigerit iudicari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem quod præſentes literæ in Cancellaria noſtra apoſtolica, & in acie campi Floræ de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur, & quia difficilè foret eas ad ſingula quæque loca deferri, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides adhibeatur quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergò, &c. Si quis autem, &c.

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXVI. Calend Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ampla patet area huic materiæ de cognatione ſpirituali, & affinitate ex fornicatione contracta, quam aggredi nolumus, niſi priùs decreta Concilij Tridentini quæ his reſcriptis Pontificis declarantur nobis illuſceſcant ac primum illud audiamus de cognatione ſpirituali Seſſ. 24. c. 2. hæc verba decernens.

Docet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multoties in caſibus

caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus vel non ſine magno peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Volens ſancta Synodus huic incommodo prouidere, & à cognationis ſpiritualis impedimento incipiens, ſtatuit: vt vnus tantum ſiue vir, ſiue mulier, iuxtà ſacrorum canonum inſtituta, vel ad ſummum vnus, & vna baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant: inter quos, baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum, baptizatíque patrem, ac matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahatur. Parochus, antequam ad baptiſmum conferendum accedit, diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem, vel quos elegerint; vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum: vel eos tantum ad illum ſuſcipiendum admittant, & in libro eorum nomina deſcribat, doceátque eos quam cognationem contraxerint: ne ignorantia vlla excuſari valeant. Quod ſi alij vltra deſignatos, baptizatum tetigerint: cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant: conſtitutionibus, in contrarium facientibus, non obſtantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia ſecus factum fuerit: arbitrio ordinarij puniantur. Ea quoque cognatio quæ ex confirmatione contrahitur: confirmantem, & confirmatum, illiúſque patres, & matrem, ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omninò ſublatis.

Aliud paulò poſt in affinitatem quæ contrahitur ex fornicatione decernit quod maiore parte innititur tit. iur. can. de eo qui cogn. conſang. vxor. ſuæ.

Præterea ſancta Synodus, eiſdem, & aliis grauiſſimis de cauſis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, & matrimonium poſtea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & ſecundo gradu coniunguntur, reſtringit: in vlterioribus verò gradibus ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſtea contractum non dirimere.

Singula ſigillatim diſcutienda ſunt. Ex ſacris Concilij placitis docemur quomodo cognatio ſpiritualis habeat ſuos ortus, nimirum per duo ſacramenta Baptiſmi & confirmationis, vt fusè habetur. 3. q. 1. de cogna. ſpir Cognatio enim ſpiritualis per generationem ſpiritualem ſuccreſcit, generatio autem ſpiritualis per Baptiſmum fit, & per confirmationem confirmatur: confirmatio enim, vt inquit Soto nihil aliud eſt quàm augmentatio quædam Bptiſmatis gratiæ per Baptiſmum enim recipitur eſſe ſpirituale, & per confirmationem irroboratur Chriſtianus ad publicam fidei defenſionem, ſicut per generationem fit homo, & per quantitatis augmentum Validus homo. Hic exoritur dubium vtrum hæc cognatio ſpiritualis quæ fit inter Anadochos: ſiue ſuſceptores baptizati & ipſum baptizatum per procuratores euenire poſſit. Magnates & principes hic alloquor qui omnia faſtuoſa quadam amplitudine exequi volentes quæ ſunt de eſſentia ſummi negotij aſpernantur. Mittunt Proceres miniſtros & vicarios ad ſuſcipiendum paruulum in fonte baptiſmatis: ſed hi nomine tenus patrini habendi ſunt, Anadochi officium eſt actus perſonalis. Quæ in actione perſonali ſuaptè natura conſiſtunt nequeunt per procuratorē fieri. Cúmque officium ſuſceptoris id exigat vt præſens adſit, teneat & ſuſcipiat puerum fidemque teſtetur reuera nemo per procuratorem valet eſſe ſuſceptor, ve cognationem ipſe contrahat, ij enim tantum ſunt patrini qui paruulum ſuſcipiunt, vt probè ſentire videtur. Dionyſ. c. 1. & vlt. eccl. Hierarch. cùm dixit. Aſſumentes ſacerdotes ſuſceptori, ſuíque acceſſus duci conſignant. *At verò compaternitas duobus modis contrahitur: ſcilicet inter baptizantem, ſimiliter & inter ſuſceptorem & baptizati parentes: præterea inter baptizatum & coniuges baptizantis & ſuſceptoris, & idem eſt de confirmatione. Itaque radix & centrum cognationis ſpiritualis eſt habitudo baptizantis & ſuſcipientis ad baptizatum, & inde transfertur cognatio inter parentes baptizati, vt ſint baptizantis ſuſceptoris ſpirituales affines. Et ratio huius eſt, quod cùm baptizans & ſuſceptor ſint ſpirituales baptizati, & qui eum genuerunt, ſint patres carnales: fit vt inter ſe ſint compatres, id eſt, ſimul patres eiuſdem filij diuerſis rationibus Et ſimiliter baptizans & ſuſceptor eandem cognationem transferunt in ſuas coniuges, vt pari ratione ſint baptizati affines.*

Expedita rate cognationis ſpiritualis oſtendimus modum gradúſque: videamus iam tandem quæ fit illa affinitas cuius Pontifex meminit quia ex fornicatione oritur. Multi Scholaſticæ Theologiæ profeſſores, vt refert Dominicus à Soto negant quidem per impudicū concubitum talem contrahi affinitatem: quam opinionem complures iuriſconſultorum ſuper

c.1.eod.tit.lib. 6.ſequuntur,quos refert Sylueſt.verbo Matrimon. 8. q.7.§.5. At verò D. Tho. impreſentia tum,& Albertus Magnus,& antiqui nihil hæſitantes aiunt,perinde contrahi affinitatem concubitu fornicario, ac ex maritali. Idèm tenet gl. in c. Si quis.30.q.4. Et revera qui non opinantium numero, ſed pondere rem fuerit ſpeculatus, aliud ſentire nequibit. Enimuerò ratio huiuſmodi cognationis à coniuge in coniugem tranſmittendæ non eſt ſpiritualis virtus animorum,quæ eſt coniugio,aut indiſſolibile vinculum,ſed quia ambo ſunt vna caro: vt canones aiunt,quæ vtique ratione per matrimonium duntaxat ratum niſi fuerit conſummatum, non tranſmittitur, in commiſtione autem fornicaria ſimiliter vir & fœmina efficiuntur vna caro, quia vt ait Paul.1. Corinth. 6. qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur:ergo per eandem transfertur cognatio. Et confirmatur hoc planè. Quoniam ob hanc eandem rationem ſupra diximus per fornicarium concubitum contrahi affinitatem Sed ait Ricardus, ob id non contrahi per fornicationem : quia ſpiritualis cognatio per purè carnalem non contrahitur. Hoc tamen gratis dictum eſt: nam tam purè carnalis conmiſtio eſt coniugalis quàm fornicaria:quia puri carnale non eo dicitur,quod ſit peccatum:ſiquidem coniugalis actus, qualis eſt clandeſtinus contra prohibitionem eccleſiæ, poſſet eſſe peccatum, ſed dicitur carnalis,quia eſt commiſtio carnis cum carne.

Suo colore notatur hic Affinitas impura quæ hactenus multa fouit ſcorta & adulteria, quæ illicita venere gaudet efficiátque vt cuius violarit quis pudicitiam eius ſororem ducere nequeat, vel neptem propter illiciti complexus neceßitudinem. Atque hæc res porrigebatur olim ad quartam ſeriem,ſed latitudinem huius incommodi Tridentini canones ad ſolas ſororem,ac neptem ſororis nimirùm filiam reſtrinxerunt.

XII.

Quæſtuarij prædicatores tolluntur.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PETSI Dominici gregis ſaluti ſemper intenti,ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benignè concedere nos & prædeceſſores noſtri ſtuduerint, per quæ peccatorum mole depoſita ſalus ipſis ſuccedat, & hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucrifaciant Altiſſimo, qui eas nobis ſua bonitate commiſit: id tamen propenſiori ſtudio nos præcauendum eſſe cenſemus ne cuiuſuis indulgentiæ, remiſſionis,velfacultatis obtentu Chriſtifideles procliuiores ad illicita in poſterum committenda reddantur,aut facilitas veniȩ eis peccandi tribuat incentiuum,& exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, & Chriſtifideles quamplurimum ſcandalizentur. Sanè cùm ad auditum noſtrum ex diuerſis mundi partibus quamplurimæ querelæ perlatæ fuerint, quod vigore diuerſarum Indulgentiarum, & facultatum per prædeceſſores noſtros, ac etiam nos vel auctoritate noſtra tam fabricæ noſtræ baſilicæ Principis Apoſtolorum,&Eccleſiæ S.Ioannis Lateranenſis de Vrbe,ipſiusque Eccleſiæ,necnon S.Ioannis, & S.Lazari Hieroſolymitan. ac S. Spiritus in Saxia,& S.Ioannis Lateranen.ac S.Iacobi Incurabilium,de eadem Vrbe,necnon S.Elmi,& S.Bouis,ac S.Gothardi,& S.Leuguzoni,necnon S.Nicolai,& S.Bernardi Montis Iouij, necnon S.Leonardi, ac S. Marthæ, necnon Sanctiſſimi Crucifixi Siracuſan.ac S.Mariæ de Monte Serrato,hoſpitalibus, ac etiam S.Sebaſtiani prope,& extra muros dictæ vrbis,necnon S.Antonij de S.Antonio Vienen. diœceſis & Redemptionis captiuorum nuper Neapoli inſtituto monaſteriis, illorumque,ac diuerſis aliis Eccleſiis,Monaſteriis,Hoſpitalibus,Militiis,confraternitatibus, Societatibus, & piis locis conceſſarum multi quæſtores ex eiſdem indulgentiis,lucrum temporale tantùm quærentes nominibus fabricȩ Eccleſiarum,Hoſpitalium.Monaſteriorum,Militiarum,Confraternitatum,ſocietatum, & priorum locorum in diuerſis ciuitatibus,& diœceſibus quæſtas facere,Confratres deſcribere,Capellas,& Oratoria erigere,illiſque erectis Indulgentias huiuſmodi communicare,& in diuerſis gradibus à iure prohibitis diſpenſare,ac plura etiam concedere,quam,eis vigore facultatum prædictarum licitum ſit, ipſique lucro intenti, pecuniàſque potiuſquam Chriſtifidelium ſalutem quærentes, ac eiſdem indulgentiis ſic abutentes,quæſtum ex illis particularem facere conantur, variòſque & diuerſos Quæſtores,Commiſſarios,Procuratores,Receptatores,Theſaurarios,Factores, Nuncios,

Facilitas veniæ audaciã peccandi concedit.

Quæſtores ex publicationibus indulgentiarum ſibi quæſtum corradere non debent.

Nuncios,& alios miniſtros conſtituere,qui non ſolùm ſupradicta,ſed etiam plura alia eis nunquam conceſſa facere,& concedere, necnon locorum ordinarios, illorumque in ſpiritualibus Vicarios generales,& Officiales,ac Miniſtros, eccleſiarúmque & ordinum Prælatos, Superiores & perſonas quæſtas huiuſmodi impedientes cenſuris Eccleſiaſticis innodare,& alias in pluribus grauiter excedentes,in diuinæ maieſtatis offenſam, ac ſuarum,& Chriſtifidelium animarum perniciẽ,ac ordinariorum perturbationem, & piarum mentium ſcandalum præſumunt. Nos qui Deo propitio gregis Dominici meritis licèt inſufficientibus curam gerimus,& illum ſpiritualis Theſauri elargitione* cupimus ipſi Deo reddere acceptabilem,ex prȩmiſſis & aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus,felicis recordationis Calixti Quarti,Clementis VII.Pauli III.Iulij ſimiliter III.& diuerſorum aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, Motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam,ſed de mera noſtra voluntate,& deliberatione omnes, & ſingulas indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remiſſiones fabricæ & Eccleſiȩ huiuſmodi, necnon S.Ioannis Hieroſolymitani etiam pro conſtructione,& ædificatione illius domus ciuitatis prædictis,in quibuſuis aliis hoſpitalibus, monaſteriis,eccleſiis domibus,militiis,ordinibus etiam mendicantiam,congregationibus, confraternitatibus,& vniuerſitatibus,& piis locis illorumque ordinibus,capitulis,conuentibus, magiſtris,ſuperioribus,& tam ſecularibus quàm quorumuis etiam mendicantium ordinum regularibus perſonis,tam ſingulariter, quàm vniuerſaliter per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac etiam nos ſub quibuſcunque tenoribus & formis,ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ex quibuſuis etiam vrgentiſſimis cauſis, etiam cauſa redemptionis captiuorum,& alias quomodolibet conceſſis: pro quibus conſequendis manus ſunt porrigendæ adiutrices,& quæ quæſtuandi facultatem quomodolibet continent.illarum omnium tenores formas, derogationes & decreta præſentibus pro expreſſis habentes auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò reuocamus caſſamus,irritamus,& annullamus,ac viribus vacuamus. Et inſuper perpetuò hac noſtra valitura conſtitutione decernimus,quod exnunc de cætero ſub indignationis noſtrȩ pœna prȩtextu indulgentiarum, & facultatum per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac nos,& ſedem Apoſtolicam etiam Motu ſimli,ac ſedis apoſtolicæ Legatos,& alias quomodolibet conceſſarũ,& quas à nobis & ſede prædicta in poſterum verbo literis ac quauis alia ſcriptura etiam manu noſtra ſignata etiam cum clauſula quod ſola ſignatura ſufficiat, etiam in fauorem fidei,aut cruciatæ ſanctæ,vel cuiuſcunque alterius piȩ cauſȩ etiam priuilegiatæ concedi quomodolibet conrigerit,nullus quauis etiam Epiſcopali,Archiepiſcopali,& patriarchali aut maiori dignitate etiam Cardinalatus honore,ſeu etiam regali, vel temporali excellentia præfulgeat,audeat vel prȩſumat quæſtas facere,aut nuncios quæſtores, Commiſſarios Theſaurarios,Receptores pro illis recipiendis in dictis hoſpitalibus,eccleſiis,domibus, monaſteriis, militiis, & aliis ſupranominatis vel pro eis aut illorum nominibus alibi conſtituere, & deputare niſi ex ſpeciali licentia,& ex certa ſcientia noſtris & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, de qua per literas noſtras,& eiuſdem Romani Pontificis pro tempore exiſtentis locorum ordinariis,vel eorum in ſpiritualibus Vicariis,ſeu Officialibus derogationem præſentis noſtræ coſtitutionis illius tenore de,verbo ad verbum inſerto expreſsè continentes. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari conſtare debeat;Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis,Primatibus,Archiepiſcopis, & Epiſcopis,quatenus in Ciuitatibus,& diœceſibus ſuis præſentes noſtras literas publicare, & obſeruare debeant,rogantéſque omnes,& ſingulos Principes ſeculares,& alios Dominos & Magiſtratus temporales, eiſque per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum ſuorum iniungentes, quatenus in prȩmiſſis èiſdem Patriarchis,Primatibus,Archiepiſcopis,& Epiſcopis aſſiſtant, & ſuum auxilium,& fauorem prȩſtent cum auxilio,brachij ſȩcularis.Non obſtantibus præmiſſis,ac

** Indulgentiæ ſunt ſpiritualis Theſauri eccleſiæ elargitiones quæ debent conferri in eiuſdem eccleſiæ vtilitatem quod intelligitur in bonũ commune eius. Nam cum theſaurus ſit bonũ commune, non niſi pro alio bono communi diſpenſari valet.*

Indulgentiæ facultatem quæſtuãdi habentes reuocantur.

Queſtores huiuſmodi arcentur iuſſu Concilij Tridentini. Attamen piis compertum eſt pecuniam quæ à ſuſcipientibus erogatur non habere rationem pretij quaſi ſit coemptio,ſed eſt ſubſidiaria eleemoſyna illi ipſi ſeruiens, ſicut neque eleemoſyna qua ſacerdoti offertur pretium eſt miſſæ: ſed ſacerdotis alimonium.

ſis, ac quibuſuis apoſtolicis necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon fabricę Eccleſię, Hoſpitalium, Monaſteriorum militiarum confraternitatum, ordinum capitulorum, conuentuum aliorumque locorum prędictorum, & quorumuis illorum membrorum, Eccleſiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus ſtabilimentis vſibus & naturis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis, & præſertim S. Ioannis, & S. Lazari, ac S. Spiritus in Saxia, hoſpitalibus, necnon S. Antonij de S. Antonio, & ſanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Iouij monaſteriis ipſorumque monaſteriorum hoſpitalibus, ſingulorumque eorum Conuentibus, Superioribus, & perſonis pręfatis, per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores, ac nos, & ſedem apoſtolicam ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriorum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac quauis etiam Imperiali, vel Regali, conſideratione, vel inſtantia, & alias quomodolibet cõceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, indiuidua, & expreſſa: non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda forent, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſpecialiter & expreſsè derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe volumus contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod præſentes literæ in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur. Et quia difficile foret eaſdem præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi originaliter forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò, &c. Si quis autem, &c.

Variæ indulgentiæ variis piorum locorum ordinibus conceſſæ.

Forma publicationis.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, ſexto idibus Feb. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Memini me ſuperius poſt noſtri temporis Chronologias dixiſſe ingraueſcentis hæreſis initiis ſummum addidiſſe calcar prædicatorum inſcitiam. Spe neſcio cuius queſtus exilierunt inſcio Pontifice *multa pollicebantur, qui indulgentias terras mariaq; ipſumq; cœlũ eorum iuri ſubeſſe iactitabant vt plebis animos rudes & imperitos nouitatiſque auidos eluderent. Non ſic inſtrui cupit Prædicatorum munus* Paulus, *quorum laboris merces ampliſſima* Chriſtus *eſt quorum quæſtus lucrum animarum. Sic gloriatur vas electionis in ſuis concionibus.* Quæ eſt (*inquit*) merces mea vt cum Euangelizem gratuitum efficiam Euangelium Chriſti. *Iſti verò quæſtores ruderibus etiam & flagris è ſuggeſto detrudendi niſi de pera & ventre ſaginando concionantur, adeò petulci & petaces vt ipſa ſacra etiã venalia inquæſtus gratiam offerant. Eos itaque penitus extinxit ſacram* Tridentina *Synodus Seſſ. 5. cap. 9. & ante Contil. Trid. iam exoſum fuerat. Quæſtorum nomen Patribus. Synod. Lateranen. cap. 62. ſub Innoc. 3. cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſi. Sufficiet nobis audiſſe* Tridentinum *decretum.*

Cum multa à diuerſis antea Conciliis, tam Lateranenſi, ac Lugdunenſi, quam Viennenſi, aduerſus prauos eleemoſynarum Quæſtorum abuſus remedia tunc adhibita, poſterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiuſque eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium ſcandalo, & querela excreſcere deprehendatur, vt de eorum emendatione nulla ſpes amplius relicta videatur: ſtatuit, vt poſthac in quibuſcumque Chriſtianæ *religionis locis eorum nomen, atque vſus penitus aboleatur, nec ad officium huiuſmodi exercendum vllatenus admittantur non obſtantibus priuilegiis, eccleſiaſticis, monaſteriis, hoſpitalibus, piis locis, & quibuſuis*

quibuſuis, cuiuſcunque gradus, ſtatus, & dignitatis perſonis, cõceſſis, aut conſuetudinibus, etiam immemorabilibus. Indulgentias vero, aut alias ſpirituales gratias, quibus non ideo Chriſti fideles debet priuari, deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas eſſe decernit, quibus etiam eleemoſynas, atque oblata ſibi charitatis ſubſidia, nulla prorſus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur: vt tandem cœleſtes hos Eccleſiæ theſauros ad quæſtum, ſed ad pietatem exerceri, omnes verè intelligant. Hæc Concilium.

XIII.

Parrochialium Eccleſiarum collatio.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam,

IN conferendis beneficiis eccleſiaſticis, & præſertim Parochialibus Eccleſiis perſonis dignis & habilibus, quæ in loco reſidere, & per ſe ipſos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexander III: Lateranen. & Gregorij X. Lugdunen. generalibus conciliis, ac Innocentij ſimiliter III. & aliarum Romanorum Pont. prædeceſſorum noſtrorum editæ conſtitutiones teſtantur. Quod vt diligentius, ac rectiùs perficiatur, ſtatuit etiam Synondus Tridentina, vt occurrente vacatione parochialis Eccleſiæ etiam generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti in fauorem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, aut alias quomodolibet reſeruatæ, vel affectæ, debeat Epiſcopus habita notitia vacationis Eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore prouideatur. Et deinde Epiſcopus, & qui iuſpatronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum aliquos clericos ad regendum Eccleſiam idoneos Examinatoribus iuxta formam eiuſdem Synodi deputatis, nominet, & non niſi ab eiſdem Examinatoribus per curſum aliorum Examinatorum etiam tanquam magis idoneo ab Epiſcopo iudicato & electo de eccleſia prouideatur: alias prouiſiones, ſeu inſtitutiones omnes præter formam prædictã factæ, ſurreptitię cenſeatur. Sed quoniam res humanæ ſemper in deterius prolabuntur, niſi ſit qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendũ ſit ne propter conſtitutionum hiuſmodi tranſgreſſionem maximi abuſus oriantur: Nos ad quorum notitiam non ſine graui noſtra moleſtia peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis occurrente vacatione parochialium eccleſiarum eas nullo aut minus ritè ſeruato examine, præſertim illo quod concurſum fieri debet, ex Concilio Tridentino, vel etiam ritè ſeruato, perſonis minus dignis, carnalitatis aut alium humanæ paſſionis affectum non rationis iudicium ſequentes contuliſſe, & de eis prouidiſſe, volentes quantum cum Deo poſſumus huiuſmodi ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones præfatas, etiam innouando, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium omnes & ſingulas collationes, prouiſiones, inſtitutiones, & quaſuis diſpoſitiones Parochialium Eccleſiarum ab eiſdem Epiſcopis, & Archiepiſcopis, ac quibuſuis aliis collatoribus tam ordinariis, quàm delegatis S.R.E. Cardinalibus, ac ſedis apoſtolicæ Legatis, vel Nunciis præter & contra formam ab eodem Concilio Tridentino, præſertim in examine per concurſum faciendo præſcriptam factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe, nullumque prouiſis ius, aut titulum etiam coloratum poſſidendi præbere, & parochiales Eccleſias huiuſmodi, vt prius ante collationes huiuſmodi vacabant, exnunc vacare ſtatuimus, decernimus, & declaramus, eáſque omnes pro tempore ſic vacantes noſtræ & ſedis Apoſtolicæ, ſeu eorum quibus ius conferendi eas præterquam Epiſcopis, & Archiepiſcopis, qui curam dicti examinis iuxtà decretum Concilij habere debent competet, diſpoſitioni reſeruamus. Inſuper ne parochiales eccleſiæ diu in ſuſpenſo maneant in maximum animarum periculum quarumcunque parochialium Eccleſiarum, quarum dum pro tempore vacant, ad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas & quoſuis alios ordinarios collatores in menſibus ordinariis collatoribus etiam per noſtras regulas aſſignatis prouiſio & colla-

Iure Concilij Tridentini hæc conſtitutio firmatur Seſſ. 7. c. 13. & Seſſ. 24. c. 18. de reformat. tradentis formam conferendi parochiales Eccleſias vt nimirum præficiendi parochiis examinentur de legitima muneris functione, caueántque Epiſcopi Parochias in ſuſpenſo ſine paſtore relinquere quod quidem eſt improbatum priſcorum ſanctionibus vt Romanis legibus abſque tutore viuere minores.

Beneficium omnium per diocæſim curam aliquam habentiū collatio, ordinatio, inſtitutio, ad ſolum pertinet Epiſcopum de iure. can. omnes Baſilicæ can. nullus. 16. q. 7. quod ibi per Archidiac. pluribus agitatur. c. conſtitutis. de religioſ. domib. ca. 1. de ſtat. monachorum.

tio ſpectat & pertinet, de quibus idem Epiſcopi & Ordinarij prædicti intra ſex menſium ſpatium à di. vacationis earundem perfecto examine iuxtà formam Concilij Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiam quarum collationes nobis, & dictæ ſedi generaliter vel ſpecialiter & ex quauis cauſa reſeruatæ, ſeu effectæ exiſtunt, aut alias ex indulto ſedis apoſtolicæ competunt, ad quas occurrente illarū vacatione Epiſcopi & Archiepiſcopi præfati perſonas per examen concurſu multo habito iuxta dicti Concilij Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut iis ad quos collatio ſpectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor menſium ſpatium à die illius vacationis non ſignificauerint necnon Parochialium eccleſiarum ſimilium, qui Iuriſpatronatus eccleſiaſtici, vel aliorum ſeu clericorum & laicorum ſimul fuerint, ſi pręſentatus intra tempus eiſdem patronis: à iure pręfixum pręuio examine iuxtà formam dicti Concilij approbatus petatur, inſtitutioque ipſa per duos menſes à die præſentationis dilata fuerit, collationem, prouiſionem, inſtitutionem, ac omnimodam diſpoſitionem nobis & ipſi Sedi, ac perſonis indulta huiuſmodi conferendi, prouidendi, ſeu inſtituendi obtinentibus reſpectiuè reſeruamus, data tamen in Parochialibus Iuriſpatronatus optione ipſis patronis, vt inſtitutio ad ordinarios ſpectabit, ipſis ordinariis illam facere negligentibus, & vltra dictos duos menſes deferentibus, poſſint pro huiuſmodi inſtitutione obtinenda habere recurſum ad Metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad ſedem apoſtolicam. Prohibentes etiam eiſdem ordinariis ne tempus decem dierum, eiſdem ordinariis & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum, vltra alios decem dies prorogare audeant, vel præſumant. Diſtrictiùs inhibentes ne quis præter Romanos Pontifices, aut alios indulta huiuſmodi obtinentes, vt præfertur quacunque ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de huiuſmodi beneficiis ſic reſeruatis (vt præfertur) diſponere, vel circa illa etiam per viam permutationis, vel alias renouare quoquo modo præſumat. Vt autem non ſolùm dignis, ſeu magis idoneis repertis iuxtà eiuſdem Concilij decretum Parochiales eccleſię conferantur, volumus & eadem auctoritate decernimus, quod ſi Epiſcopus minus habilem poſthabitis magis idoneis elegerit, poſſint ij qui reiecti fuerint à mala electione huiuſmodi ad Metropolitanum vel ſi ipſe eligens Metropolitanus, aut exempta fuerit, ad viciniorem ordinarium vti noſtrum, & Sedis huiuſmodi delegatum, aut alias ad ipſam ſedem Apoſtolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen coram ipſo appellationis Iudice & eius examinatoribus prouocare, & conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, Parochialis, magis idoneo per eundem iudicem appellationis auctoritate noſtra (quatenus collatio ad Epiſcopum à quo appellatum fuit ſpectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per iudicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum ad quem collatio, prouiſio, vel inſtitutio ſpectabit. Hæc tamen appellatio interpoſita interim non impediat aut ſuſpendat, quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debitæ demandetur executioni, & prouiſus ab eadem Eccleſia cauſa appellationis huiuſmodi dependente non amoueatur. Et ſi quis à ſententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipſam Apoſtolicam appellabit. Si ſecùs in præmiſſis omnibus & ſingulis actum aut attentatum fuerit, irritum decernimus & inane. Volumus autem quod pręſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſę, quodque literæ ipſę Camerę & Cancellarię Apoſtolicarum, & Audientiæ cauſarum Palatij Apoſtolici valuis, & in acie Campi Floræ dimiſſis inibi copiis publicatę & affixę, omnes ita afficiant & arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatę fuiſſent. Nulli ergò, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, quintodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Collationes Parochialium reuocat ſummus Pontifex niſi Ordinarij de eis ſeruata forma non prouiderint in tempore & modo hic expreſſo.

Prudentiſſimè ſummus Pontifex in Conſtitutionis exordio Concilij Lateranenſis me-

mor

mor eſt, ex cuius decretis præcipuá in Beneficiorum *collationibus habenda præcepta enumerantur.* Fuit illud Concilium *apud* Lateranum Romæ *ſub* Alexandro 3. & Innocentio 3. *celebratum, ad reparandam potiſſimum cleri diſciplinam, & beneficiorum collationem ordinandā. In illo legimus, inter alia vetitū fuiſſe, Ne quis vnus plures occuparet eccleſias: quandoquidem in vno, talium multitudo canonibus inimica eſt. cap. ſupra de cler. non reſid. cap. 5. ſupra hoc tit. quæ duo, dicti* Concilij Lateranenſis *fragmenta ſunt. Illud autem fuiſſe multa prouidentia prohibitum ſcribit* Innocentius *tertius.* Prouidentia (*authore* Cicerone) *eſt per quam futurum aliquid videtur, antequàm eueniat: ipſa ſapientia appellata eſt prouidentia, nam ſapientis eſt prouidere, vnde viros prouidos appellant prudentes, ſolertes rerum cauſarúmque conſultos & experientes.* Leges *verò & conſtitutiones futuris dant formam negociis, l. leges. 2. C. de legib.* Priſci *illi ſancti patres & prouidi maiores noſtri, firmiſſimæ eccleſiæ columnæ, ruituram hanc aliquando præuiderunt ob immodicum luxum, auaritiam, & ambitionem ſacerdotum :* Nemo *quippe nocentior eſt eccleſiæ* Dei, *quàm qui peruersè agens, & omni exæſtuans cupiditate, nomen ſacerdotis habet, can. nemo. 83. diſt. can. transferunt. 24. q. 3.* Propter *auaritiam, impuritatem, iniquitates, & peccata ſacerdotum prædas captantium, animas deuorantium, ſanguinem fundentium, opes & precium quærentium, legem contemnentium, prophetæ omnes vno* Spiritu Dominum Deum *oſtendunt euertiſſe templum ſanctum ſuum* Hieruſalem, *ac populum* Iudaicum *perdidiſſe.* Tren. 4. Ezech. 22. Auertat *hanc iram* Chriſtus *ab eccleſia ſua.* Lateranenſis Sinodi *patres magna prouidentia occurendum malo putauere: legibúſque multis antiquū beneficiorum quærendorum & poſſidendorum modum aliquem eſſe voluerunt: atque ita cenſebant,* Incomparabiliter *ſatius eſſe minus habere, & melius honeſtiúſque viuere.* Quas *quidem plusquam centuriatas leges oportebat eſſe ſacroſanctas & inuiolatas, vtpote, quæ magnis totius orbis* Chriſtiani *comitiis rogatæ, latéque ſunt, & ſæpiùs repetitæ ex virtute publici ſtatus. can.* Sanctorum. 70. *diſt. can. 1. diſt. 89. can.* Vnio. 20. q. 3. *can. per laicos. 16. q. 7. & 21. q. 1. can. 1. 2. 3. 4. ſupradictis c. 3: & 5. c. dudum. 2. ſuprà. de elect. c.* Quum *ſing. de præb. in 6.* Et *vbi non?* Sed, *quæ reuerentia legum?* Quis *metus, aut pudor eſt vnqam, properantis auari?*

Diſpenſatores Epiſcopi *ſi ſe inſtitutos eſſe intelligant bonorum eccleſiaſticorum non diſſipatores, ſanctis decretis huius* Concilij *obſequerentur, & precipuè* Tridentini *in quo hæc omnia de collatione* Parochialium *eccleſiarum tradita ſunt.* Iubet Lateranenſis Synodus *vt qualiacunque beneficia in* Eccleſia *intra ſex menſes conferantur ab eo, cui ius eſt conferendi datum, quod ſi facere negligat, hæc poteſtas in alium transfertur. c. 2. de con. præbend.* Viſa *tum eſt hæc illis patribus ſufficiens negligentiæ punitio, qua minimè contentus* Innocentius 3. *addidit vltrà, vt qui beneficium vacans quomodo hic dicitur, ab alio tamen poſſeſſum, mox dum vacare ſciuit: non contulit: de ſuo tantum tribuat eccleſiæ vacanti, quantum fuerit ab iniuſto beneficij poſſeſſore perceptum: vt is quem maior ſequitur culpa: maiori plectatur vindicta. can.* Quia *ſanctitas* 50. *diſt.*

Vacantibus Parochiis *quomodo prouidendum ſit accuratè per omnia ſtatuit* Concilium Tridentinum, *vt nimirùm* Epiſcopus *quamprimùm intellexerit eccleſiā paſtore aut præfecto ſiue per obitum, ſiue per reſignationem deſtitutam eſſe curet vicarium conſtituere, qui onera ipſius* Eccleſiæ *ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur.* Clerici *autem ad illam regendam* Eccleſiam *nominati examinentur ab examinatoribus* Epiſcopi *non paucioribus quam tribus iiſque* Magiſtris *ac* Doctoribus *in* Theologia *ſiue* Iure Canonico. Abſit *ſimonia in examinis ratione, cuius & rationem reddere teneantur aliquando in prouinciali* Synodo: *ſi opus fuerit.* Cui *licebit ſi qua in ſupradictis circa examinationis formam addenda: remittendáve eſſe cenſuerit prouidere.* Hæc *carptim in* Epitomen *ex cap. 18. Seſſ. 25.* Concil. Trid. *retulimus.*

De parochiis autē ampliora dicere nō poſſumus, his quæ in ſcholiis Oeconomiæ Canonicæ *diximus.* Nominis *originem vetuſtiſſimum cenſemus.* Parochus *appellatur* Sacerdos, *qui ſub ſe parochiam habet: quam & regere dicitur. cap. 1. de cappel. monach.* Parochiani, *populus habitans in parochia: quo in loco ſibi quis domicilium conſtituit, hoſpitiúmve conduxit, eius eſt parochianus. cap. 2. de ſepult. in 6. & per* Hoſtien. *in ſumma dicti tit. de paroch.* Non *minùs quàm decem diſtinctæ domus & familiæ parochiam facere poſſunt. can. vnio. 10. q. 3. quæ voce antiqua* Latina, *ibi* Mancipia *nominentur, ideò quia domus illas, ceu iure quodam cœleſtis domini ſibi ſubiectas, proprias, ac perpetuas parochus habet.* De *parochia ſatis, quam* Budæus *primum cenſet appellatam paræciam ab accolatu fani, ſacrâque vicinia.* Cura *vulgò nominatur.*

Dotium

XIIII.

Dotium conſtituendarum moderatio.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

Statutum Romanum de conſtituenda dote Pontificia hac conſtitutione probatum & confirmatum eſt.

QVONIAM nos pluries iuſtis cauſis moti, cohortati ſumus dilectos filios noſtros Conſeruatores Cameræ almæ Vrbis & Pop. Rom. vt vellent in modum publici Statuti moderari ac limitare quantitatem, vſque ad quam in futurum aſcendere poſſent dotes mulieribus in ipſa Vrbe inter Romanos ſeu inter eos & exteros, alioſque ſupraſcriptos conſtituendæ ac dandæ, ipſiúſque propterea in diuerſis eorum etiam publicis Conſiliis negocio tractato prius, curam faciendi moderationem, & limitationem prædictam, illamque cum pœnis capitulis & clauſulis opportunis in ſcriptis redigendam, Conſeruatoribus & aliis ſuperius deſcriptis demandauerint, & præinſerta ſcriptura ſic vt ſupra exemplata eſt in eodem publico Conſilio lecta & maturè diſcuſſa fuerit, per ipſum Concilium approbata & in modum publici ſtatuti publicata. Nos cupientes vt inuiolabiter obſeruetur, Motu ſimili ſtatutum ipſum ſubſcriptum prout iacet, cum omnibus ſupraſcriptis ordinationibus in omnibus & per omnia, etiam apoſtolica noſtra auctoritate ex certa noſtra ſcientia perpetuo laudamus, & approbamus & confirmamus omneſque & ſingulos tam iuris quàm facti & ſolemnitatum etiam verbalium forſan amiſſarum defectus ſi quis in præmiſſis interuenerunt eadem auctoritate Apoſtolica ſupplemus, Et pro abundantiori cautela maiorique ipſius Statuti, omniumque ſupraſcriptorum efficacia, etiam nos per eadem verba, ſtatutum ipſum, ac ſupraſcriptas omnes ordinationes de nouo facimus atque inuiolabiliter perpetuò obſeruari & ad executionem per illos ad quos ſpectat inconcuſſè demandari, volumus & mandamus. Volentes quod huius noſtræ cedulæ ſola ſignatura ſufficiat, & clauſula contraria non obſtante in iudicio & extra fidem faciat. Et quod præmiſſis ac præinſerto ſtatuto & huic noſtræ cedulæ ac diſpoſitioni per nos & ſucceſſores noſtros nunquam ſufficienter derogatum eſſe cenſeatur, niſi in publica ſignatura propoſita ſupplicatione cum huius noſtræ cedulæ inſertione, derogatio fuerit conceſſa. Decernentes irritum & inane ſi quid in contrarium fieri contingat. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, aliiſque dictæ Vrbis ſtatutis reformationibus & conſuetudinibus etiam iuramento & cæt. roboratis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ apud Sanctum Eetrum, Nono Kal. Iunij, Anno Secundo.

Hæc conſtitutio ſine ſcholio, nec ſcholium ſine his quæ iniuncta ſunt conſtitutioni vix intelligi poteſt. Quamobrem hic addendum eſſe ſtatutum, cuius meminit Pontifex cenſeo quo faciliùs ad perceptionem huius materiæ prouehamur. Illúdque hic adſcribam prout natiua ſua ſignificatione Romæ vernacula lingua Italorum relatum eſt quæ cum multum Latinæ affinitatis habeat, non erit intellectu obſcura.

Statuimo & ordinamo che neſſuna perſona Romana di qualunche ſtato, grado, o preeminentia ſi ſia, etiandio clerico, ardiſca ne preſuma, conſtituire, promettere, pagare, riceuere, tanto in danari contanti quanto in argento, oro, gioie, prouentioni, o altre coſe, etiandio mobili è ſe mouenti, ragioni, & attioni, dote & acconcio in vna, o piu volte che paſſi, o ecceda, & computata etiandio caſſa bianca, bacile, e boccale. la ſumma e quantità de ducati quattro milia e cinquecento de Carlini, à ragione di dieci carlini per ducato, Ne ſia licito à queſto contrauenire, per alcun patto, o conſentimento etiam giurato da farſi per li contraſcritti & altra terze perſone, per cauſa o occaſione di accreſcere ſomma dotale, conſtituir pegno, o qualunche modo far fraude à queſto ſtatuto, ad effetto ch'il marito, o la donna, o altri per eſſi vengano ad hauer piu della detta ſumma de ducati quattro milia e cinquecento in alcun modo, o via diretta, o indiretta alla pena di mile ducati ſimili da incorrerſi per ciaſcuno che contrafarà, e da applicarſci per la quarta parta all' accuſatore qual ſera tenuto ſecreto, l'altra quarta all'eſequutore, e per lo reſto alla fabrica dello palazzo de gli magnifici Signori Conſeruatori della Camera di queſta alma Città di Roma, e nientedimeno volemo, che pagata, o non pagata la detta pena tutto quello che oltra la detta ſomma ſi deſſe, o vero

o vero ancora con interuento di terze perſone ſotto quale color ſi ſia, di donatione [illegible] pena predetta o altro titolo etiam in perſona della donna, qual ſimilmente prohi[illegible] magnifici Signori Con- ipſo facto *ſia applicato alla fabrica del palazzo [illegible] Conſeruatori.*

Et ancora volemo [illegible] conſtituiſce, dà, ouero promette in alcun modo oltre la ſomma predetta o ſuo herede, o ſucceſſore, ouero la donna per laqual foſſe data per verun tempo [illegible]do il caſo della reſtitutione, poſſa ridimandare il ſopra piu & habbi perduta ogni attioni che in ciò & ſopra ciò li competeſſe, e detta ſopra più s'applicui ipſo iure alla fabrica predetta come di ſopra, ordinando che tutti ſimili contratti, o priuate ſcritture quali ſopra ciò ſi faceſſero ſiano quanto alla detta quantita eceſſa ipſo iure nulli et inualidi, *e per vigore di eſſi nulla eſequutione ſe ne poſſa ſare quanto alla quantita eccedente di ducati quattro milia e cinquecento.*

Ancora prohibemo à tutti ſimili Notarÿ, che non ardiſcino ne preſumino rogarſi d'alcun inſtrumento qual ſia contra la prohibitione ſopraſcritta, ne far ſcrittura che ſia incerta, o che ſe referiſca à quella cedula priuata, o qualunche altra ſcrittura, o arbitrio di huomo, ſotto la pena del falſo, e di ſcudi ducentò per ciaſchedun di loro che contrafara, e de applicarſi come di ſopra, e detti contratti non inualidi ipſo iure & nullius fidei *& eſſi notarÿ s'intendano nondimeno priuati in perpetuo di loro officÿ. Et ſimilmente prohibimo che neſſuna perſona poſſa in ciò come mezzano intrauenire o altrimente preſumere far cedula priuata, ouero eſſer teſtimonio in contratto, o cedula che foſſe contra la prohibitione predetta, alla detta pena da incorrerſi & applicarſci come di ſopra, Vogliamo ancora che nelle ſopraſcritte prohibitioni & pene, ſiano compreſi, Baroni, Cortigiani, o Foraſtieri etiandio Clerici che apparentaranno con Romani, tanto originarÿ, come fatti cittadini & incoli di Roma, e tanto dando e promettendo quanto receuendo e ſtipulando, ouero come Mezzano, Notario, teſtimonio, Fideiuſſore, & promiſſere, o in qualunche altro modo ſe intramettono: pur che vno delli conſorti, cioè, o ſpoſa, o marito, o ſpoſo, o moglie ſia Romano originario, ouero fatto cittadino, pur incola di Roma, Ne ſia licito alla ſpoſa poi che ſe ne ſarà gita à marito: o prima, moſtrare o far moſtrare à pompa, o altramente tanto in publico, come in priuato, in preſenza di perſoni, che non ſiano di caſa, le robbe che ſaranno nelle caſſe e ſponſalitio, quali vogliamo non poſſano eccedere in numero di dua, alla pena di ducati cinquecento da incorerſci & applicarſi come di ſopra, Non ſia medeſimamente lecito al ſpoſo, donare piu n d'vna veſte alla ſpoſa, laquale ſia conforme alli habiti liciti per le vltime reformationi ſopra ciò fatto, alla pena predetta, E non ſia lecito à Padre, o Madre, o altra congiunta perſona della ſpoſa, donar al ſpoſo, o ad altri per lui, dirette, ouero indirette nel tempo della ſubarrattione, o prima, o poi alcun vaſo, bacile, bocale, copa, nappo, catena, o altre dono, tanto d'oro, come d'argento, denari, gioie, perle, drappi, o altre coſe etiandio non ſimili alla pena predetta de ducati 500. & perdita delle robbe d'applicarſi come di ſopra. Non ſia lecito alli parenti dello ſpoſo nell'atto della ſubarratione donare alla ſpoſa alcun dono: eccetto che Padre, Madre, Fratelli, e Sorelle carnali, e conſobrini del ſpoſo alla detta pena. Non ſia licito alla ſpoſa e ſuoi, al tempo della ſubarratione, dar fazzoletti o coſa ſimile ad altre perſone, che à coloro, che li e permeſſo di donare, & che donaranno come di ſopra alla pena predetta. Hactenus ſtatutum.*

Videamus iam vtrum iure firmetur, & primùm percontetur iuriſconſultus. Quid ſit Dos. *Breuibus verbis reſpondet eſſe patrimonium mulieris. l.* Pomponius Philadelphi, *ff. famil. erciſcund. quod propterea marito datur à parente vel ab extraneo, vt onera matrimonÿ ſuſtineat. l. dotis fructus. & l. res in dotem. ff. de iure dotium: & pulchrè apud Cuiatium diſcriminatur à donatione propter nuptias. Dos (inquit) eſt quæ datur marito vxoris nomine. Donatio propter nuptias quæ propter dotem datur vxori, mariti nomine. Dos eſt donatio propter nuptias vxoris Donatio propter nuptias eſt dos mariti atque ideo quæ donantur propter nuptias* ἀντίφερνα *vocantur l. vlt. C. de donat. ant. nupt. vel prop. nup.*

Dotem omnem vel profectitiam vel aduentitiam dicimus. Profectitia eſt quæ à principalibus perſonis id eſt à parente virilis ſexus profecta eſt de bonis vel facter ius. l. 5. de iure dotium. l. vn. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. l. 4. C. de coll. Aduentitia quæ à quouis alio vel ex ipſius mulieris bonis data eſt. l. 5. §. ſi pater. de iure dotium. Cuiatius negat Græcos probe nominis vim cum Etymologia contuliſſe dum opinantur quod profectitia dos dicatur ἀποδημητική *quaſi à profectione id eſt peregrinatione & aduentitia* παραγινομένη *quaſi*

Dol... & præſentia perſonæ. Sed paſſim hæc occurrunt apud Iuriſconſultos. ...unde quæ ſit habenda ratio ſugaciter trutinandū eſt vt omnia Conſtitutioni Pontificis cohereant... ...ium Dotis ſtatuitur quod ſuperare in conſtituenda dote abſque exceſſus vitio non liceat. Iuri & æq... ...ſonum eſſe videtur Dotem minorem legitima conſtitui nec poſſe nec debere. Hanc ſententiam mutuis ...ſdiis legum rationes non infirmæ tuentur. Ex quibus tale ſuboritur argumentum verè ſuis partibus c...ſtans nulliſque ſophiſmatum verſutiis redimitum, è cuius aſſumpto optima conſequētia elicitur. Subrogatum ſapit naturam eius cuius loco ſubrogatur. Dos dicitur ſubrogata loco legitimæ. Ergo dos minor legitima eſſe non debet. Videmus vtramque propoſitionem ritè conflari & elaborari, ſunt & ambæ affirmatiuæ primáque ducitur authoritate l. ſi eum. §. iniuria. ff. ſi quis qui can. §. fuerat. Inſt. de act. Minorem vero defendit Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero. num. 6 ff. de cond. & demonſt. Cap. in conſ. 165. col. 3. vt ſecundum neceſſariam illationem verè dicamus Dotem non minorem eſſe debere legitima. Hæc eſt opinio cui adſtipulantur Bald. Alex. Capra & plures alij, quos recenſet Socin. ſen. in conſ. 100. num. 11. verſ. Et ita ſæpius lib. 3. & idem Socin. conſ. 57. verior tamen atque ſapientior illa eſt ſententia quæ docet dotem eſſe conſtituendam pro modo facultatum & dignitate natalium viri ac mulieris Ita vt dos menſuram non ſumat à quantitate legitimæ quia tunc certa eſſet ſed menſuram recipit à qualitate viri & vxoris. Atque ita minus legitima conſtitui poteſt. ex l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dotium & l. ſi filiæ. de leg. 3. Ne autem fluctuent verba noſtra in variis Doctorum opinionibus, regionum conſuetudinibus multum virium referendum eſſe cenſeo, ita vt illa mihi congrua dicatur dos quæ conſtituitur ſecundùm morem regionis vt tradunt Corn. in conſ. 3. nume. 3. libr. 3. & in conſ. l. nume. 16. libr. 4. & egregiè Socin. ſen. in conſ. 57. num. 30. lib. 4. Pariſ. in conſ. 62. col. vlt. lib. 2. & Roland. in conſ. 86. num. 16. lib. 1. Hæc omnia prudentis viri arbitrio relinquimus. Aſt immodicos illos exceſſus dotium moderari & cohibere debet Principis authoritas exemplo ſtatuti confirmati Pontificio diplomate, & inuictiſſimi Cæſaris Caroli V. qui in Conciliis Madritij habitis legem tulit de dote à parentibus aſſignanda filiabus. Felin. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitut. num. 58. Curtius ſenior conſ. 27. num. 28. Refert Poſtellus lib. de Magiſtratibus Athenienſium c. 33. Venetiorum ſtatutū eſſe imprimis laudabile quo cauetur ne quantumuis diues pater vltra ſex millia ducatorū aureorum dotis nomine filiæ dare audeat. Maſſilienſes homines frugi dotem illam opimam aſſerebant quæ centum aureos non excederet. Ingratum hoc eſſet noſtris iuuenibus apud quos virtus eſt poſt nummos. Soluit vt in illius vita ſcriptum reliquit Plutarchus lege conſtitione mulier quid præter tres veſtes & quædam pauci empta vaſa ſecum importaret, & recte quoniam efficit dos ampla vt viris deinde dominentur mulieres, quod memoriæ prodidit Ariſtoteles lib. 8. Ethic c. 10. & apud Plautum in aſinaria ſic conqueritur Demenetus ſenex Argentum accepi, dote Imperium vendidi.

XV.

De Spoliis Clericorum.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta ad ea ſolicitudinis ſuæ partes potiſſimum conuertit, per quæ ſingulis Eccleſiis debita obſequia, & opportuna ſubuentionis auxilia minime ſubtrahantur. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, ſeu Commendatarij, ac alij beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, proprij honoris, & ſalutis immemores, etiam prætextu facultatum teſtandi eis per Sedem Apoſtolicam conceſſarum, in eorum vltimis voluntatibus res ſacras, ac vaſa, ornamenta, & paramenta Eccleſiaſtica, aliáque cultui diuino dicata quandoque ex fructibus Eccleſiaſticis per eos acquiſita, non Eccleſiis, & Monaſteriis, ac beneficiis, quibus præfuerunt, ſeu à quibus prouentus Eccleſiaſticos, & ſtipendia acceperunt, prout rationi, & honeſtati conſentaneum foret, ſed aliis locis, etiam aliquando non piis, ac interdum eorum conſanguineis, & affinibus relinquere, ac Cameræ Apoſtolicę Collectores, prætextu quod illa ſub appellatione ſpoliorum veniant, tanquam eiuſdem Cameræ ſpolia exigere, & percipere non erubeſcant, in maximum Religionis dedecus, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium ani-

De ſpoliis clericorum & bonis ex illicita negotiatione congeſtis ſuperiùs diximus ſub Pio IIII. conſtit. Decens.

marum periculum, ſcandalúmque plurimorum: Nos abuſibus, ſcandaliſque huiuſmodi prouidere, ac ſingularum Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarúmque quorumlibet ſaluti conſulere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, ordinamus, decernimus & declaramus, quod de cætero omnia. & ſingula ornamenta, & paramenta ac vaſa, necnon Miſſalia, & Gradualia, ac Cantus firmi, & Muſicæ, aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ ſacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoſcunque Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, ſeu Commendatarios, & alios quoſcunque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſecularia, & quorumuis ordinum regularia in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet obtinentes quocumque nomine, vel titulo cenſeantur, etiam ſi de illis, & eorum qualitatibus ſpecialis, & expreſſa mentio habenda foret, ad vſum, & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ędibus, & capellis, vel oratoriis deſtinata tempore eorum obitus ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta, ſub quibuſuis facultatibus teſtandi, & alias diſponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis per quoſcunque Ro. Pon. predeceſſores & ſucceſſores noſtros. ac nos, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam Motu proprio, & alias quomodolibet cōceſſis, & concedendis minime comprehendantur, Nec ſub appellatione ſpoliorum veniant, ſed ad ſingulas Eccleſias, Monaſteria, etiam conuentu carentia, et beneficia huiuſmodi, in quibus reſederint, aut quibus pręfuerint, ſeu quę alias obtinuerint, omninò ſpectent, et pertineant, ac ſpectare, et pertinere illáque poſt eorum obitum eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, et beneficiis, etiā ſi in Romana Curia, et procul ab illis deceſſerit, vel ad illa nunquam acceſſerint, etiam ſi antea Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimini ceſſerint, vel beneficia huiuſmodi renunciauerint, eo ipſo applicata, & incorporata ſint, & eſſe cenſeantur. Ita quod liceat illis defunctis in eiſdem Eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis ſucceſſoribus, ac Eccleſiarum, & monaſteriorum huiuſmodi Capitulis, & Conuentibus, reſpectiuè alia propria auctoritate liberè apprehendere, ac eorum Eccleſiis & Sacriſtiis applicare, & incorporare, ac quæcunque donationes, ac relicta, legata teſtamenta, & codicilli, & aliæ vltimæ voluntates, ſeu ſpolia deſuper contra præſentis conſtitutionis noſtræ tenorem quomodolibet pro tempore facta, quoad præmiſſa, nulla, & inualida, nulliuſque roboris, & momenti exiſtant. & perſonis etiam Eccleſiaſticis, ſeu locis, etiam piis, aut Eccleſiaſticis aliis quibuſcunque, in quarum, ſeu quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minime ſuffragentur, nec per ea eiſdem perſonis, ſeu locis, vel aliis Eccleſiis huiuſmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri poſſit. Quinimo res ſacras, ac alia bona prædicto quocunque nomine, vel titulo pro tempore detinentes, ad alia eccleſiis, & monaſteriis, ac beneficiis per defunctos quomodolibet acquiſitis, vt prefertur, iuxtà præſentium tenorem realiter, & cum effectu reſtituendum, & conſignandum, quibuſuis diſpoſitionibus de illis in contrarium quomodolibet factis minimè attentis, omnino teneantur. & ad id per cenſuras. & pœnas, etiam furti & ſacrilegij,* ac alia iuris, & facti remedia opportuna cogi, & compelli poſſint, & debeant. Inſuper ne deinceps contingat inſolentia ſpoliorum Cameræ apoſtolicæ Collectorum, vel ſubcollectorem aliquas Eccleſias, nec hominum quenquam damno, & iniuria affici, nec cuiquam de cætero vertantur in dubium, quæ res habendæ ſint nomine ſpolij. ſimili modo ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod quæcunque ſcamna, cathedræ, arcæ, & etiam ligneæ, vel lapideæ, etiam marmoreæ, menſæ, & tabulæ, ac quæcunque dolia, ſeu vaſa vinaria vacua, & alia ſimilia ſupellectilia domeſtica per quoſuis presbyteros, ſeu clericos ab humanis pro tempore eorum obitus in Eccleſiis, ſeu eorum domibus Eccleſiarum earundem, vel alibi vbiuis locorum relicto, etiam ſi ex fructibus, & prouentibus beneficiorum, quæ dum viuerent, obtinebant acquiſita fuerint, ſub ſpoliorum appellatione minime veniant, nec pro ſpoliis vllo modo reputari poſſint. Præterea quod nullum ſpolium Cameræ præfatę fieri, nec quicquam à quibuſuis ſpoliorum Cameræ huiuſmodi Collectoribus, vel ſubcollectoribus exigi poſſit per obitum illius, qui, dum viueret vnum, vel plura beneficia Eccleſiaſtica obtinuerit, cuius, ve

Ex his colligimus aliqua bona eſſe Eccleſiaſtica empta de reditibus Eccleſiaſticis, ac relicta beneficiariis morientibus, quæ non ſunt hodie adnumeranda ſpoliis, nec bonis eorum patrimonialibus, nec quaſi patrimonialibus. Nam bona illa de quibus hæc extrauagans loquitur ſunt huiuſmodi quia nec ſunt, nec erunt poſt hæc ſpolia neque Camera Apoſtolica neque collectores eius poſſunt ea ſibi vendicare, nec beneficia ex teſtamēto vel ab inteſtato cuipiam illa donare vel relinquere.

Fur & ſacrilegus eſt qui talia bona occupat vel occupata tenet qualis iure non eſſet niſi prædicta bona ipſo iure pertinerent ad Eccleſiam. arg. l. 1. de fur. c. Quiſquis. §. ſacrilegiū: & can. ſacrilegium. 17. q. 4.

quorum inſimul fructus reditus,& prouentus, triginta ducatorum auri de camera ſecũdum communem æſtimationem valorem annuum non exceſſerint, aut qui penſiones annuas ſuper quibuſuis fructibus Eccleſiaſticis vſque ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is ſe ab omni illic ita negotiatione,& à ſacris canonibus prohibita abſtinuerit. Ita quòd ſi quis dictorum collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum, qui ſimilia beneficia obtinuerint, ſeu ſimiles penſiones perceperint, prætextu ſpoliorum eiuſdem cameræ percipere, aut alias contra præſentes noſtras literas attentare præſumpſerit, ad totalem bonorum per eum perceptorum teneatur, ac id via iuris, etiam per ſimiles cenſuras,& pœnas cogi, & compelli poſſit, & debeat. Diſtrictius inhibentes quibuſuis cameræ præfatæ ſpoliorum collectoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus, ne ſub indignationis noſtræ & priuationis eorum officiorum pœna in ornamentis,& paramentis, ac vaſis, & libris præfato cultui diuino dicatis, ac alias in rebus ſacris, necnon ſupellectilibus pręfatis quomodolibet ſe intromittant, nec in eorum inuentariis tamquam ſpolia redigant, ſeu deſcribant, ſed ornamenta,& paramenta, necnon vaſa,& libros. aliaque diuino cultui dicata huiuſmodi Eccleſiis,& monaſteriis, Capellis, & aliis beneficiis huiuſmodi, eorumque Rectoribus,& aliis pręfatis liberè dimittant,& cõſignent, ac conſignari faciant cum effectu, ac ſupellectilia prędicta in locis, vbi conſtiterint, relinquant. Ac decernentes ſic in pręmiſſis omnibus,& ſingulis per quoſcunque iudices,& commiſſarios, quauis auctoritate fungentes ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate, & auctoritate iudicari,& definiri debere, ac irritum,& inane, quicquid ſecus ſuper iis, à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & ſingulis locorum ordinariis, ac maiorem dignitatem, poſt Pontificalem in vniuerſis Eccleſiis Cathedralibus, & Metropolitan. pro tempore obtinentibus per apoſtolica ſcripta, Motu ſimilli mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi,& quando opus fuerit, ac quoties pro parte quorumcunque in præmiſſis intereſſe habentium, vt præfertur, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta quæcunque firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos literæ ipſæ concernunt, illis pacificè gaudere, Non permittentes eos deſuper quomodolibet indebitè moleſtari, Contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus apoſtolicis ac in Prouincialibus, & ſynodalibus conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus,& ordinationibus, necnon Eccleſiarum,& Monaſteriorum huiuſmodi iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & ſtatutis, conſuetudinibus, facultatibus teſtandi, aliiſque priuilegiis, indultis, & literis apoſtolicis, quibuſuis conceſſis, approbatis,& innouatis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa mentio facienda eſſet, illorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes illis in reliquis in ſuo robore permantibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quòd ſi aliquis ex Patriarchis, Epiſcopis, Abbatibus, ſeu Commendatariis, & aliis beneficiatis præfatis pluribus Eccleſiis, ſeu Monaſteriis, pro tempore ſimul, vel ſucceſſiuè præfuerit, ſeu plura beneficia obtinuerit, ornamenta,& paramenta, ac res,& bona prædicta ad illa omnia habita ratione fructuum, & temporis, quo eadem beneficia poſſedit, omninò pertineant,& proportionabiliter inter ea diuidantur. Quodque præſentes literæ in Cancellaria noſtra apoſtolica,& acie Campi Floræ, de more publicentur, & inter Conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus,& etiam declaramus earum Tranſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, eadem prorſus fides in iudicio,& extra, adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, 1567. Tertio Kal. Septembris. Pont. noſtri anno ſecundo.

Negotiatio clericis prohibita.

Quæ nomine ſpoliorum non comprehenduntur.

Clauſulæ derogatoriæ.

Conſtitutio

Conſtitutio Pontificis *reſerat apertiſsimè quæ ſint illa quæ nomine ſpoliorum intelli-*
genda veniant, & quanuis varijs diſtrahantur ſententijs doctores, nos tamen hac in re cadu-
catorẽ habemus Nauarrum *qui enucleatiſsimè nodum ſoluit, & vt à rebus ſacris incipiamus,*
quãuis nullius hominis diſpoſitioni illæ ſubiiciantur quoad verũ dominiũ. §. nullus. & §. ſacra
inſt. de rer. diuiſ. vſus tamẽ illarũ honeſtus conceditur aliquãdo laicis Pontificis *nihilominus*
hęc noua diſpoſitio cõprehendit præfata bona etiã ſi nõ eſſent aliqua benedictione conſecrata,
cõprehendit enim paramenta & miſſalia, & libros cãtus firmi, & muſici, quæ nuſquam vt
plurimùm benedicuntur, comprehendit item illa quæ ad agendum officia diuina etiam extra
eccleſias oratorijs priuatis habentur, vt patet ex litera, comprehendit etiam quæ benefi-
ciarij relinquunt in morte poſteaquam beneficia ex quorum reditibus, illa comparata fuerant:
ante renunciauerunt, vt patet ex litera. Comprehenduntur item illa, de quibus beneficiarij
teſtati fuerunt, etiam cum legitima teſtandi facultate, non autem comprehendit illa quæ bene-
ficiarij habent empta ad donandum alicui Eccleſiæ *diuerſæ à ſua, vel ad permutandum cum*
aliquibus eiuſdem generis, vel alijs ſibi neceſſarijs, quoniam à iure antiquo non eſt receden-
dum, niſi quatenus iura noua exprimunt. l. præcipimus. C. de app. *At ius hoc nouum ſolum*
excipit ab antiquo ea quæ ſunt ad vſum eccleſiaſticum deputata, qua ratione etiam non com-
prehenduntur in prædictis aulæa, & tapetes, quæ beneficiarius habet principaliter ad domum
ſuam ornandam, licet nonnunquam ea commodet eccleſiæ vel alij ad agendum feſtiuiores dies
ſacros, neque comprehendit ea quæ in vita poſt, vt ante renunciatum beneficium commutauit,
vel donauit, quæ extrauagans nullum impedimentum adiicit ei quominus in vita eis pro ſuo
arbitrio aliàs canonicè vti poſsit, & vt dictum eſt: à iure antiquo non recedimus: niſi quate-
nus in nouo exprimitur.

Aduertendum item eſt, quod per hanc extrauagantem limitatur extrauagans Iulij
III. *ſupra relata, per quam fit pleniſsima libertas teſtandi beneficiariis morientibus: in ca-*
ria, hæc enim ſtatuit ne habeat locum in præfatis bonis vt patet in ea, nec refert in loco eccle-
ſiarum vel procul ab eis decedant, nec an reſederit: vel nunquam ad eas acceſſerint, nec an
Eclesiæ *ſint collegiatæ: vel ſimplices. Et in ea exprimitur, etiam ſcamna,* Cathedræ, *arcæ, &*
cætera bona quæ hic nominantur, eximuntur à numero ſpoliorum, cum tamen iure antiquo
debuiſſent eis annumerari, ſi fuerunt quæſita ex reditibus eccleſiaſticis, & ita quoad hoc ius
nouum inducitur, licet quoad ea quæ conſtaret eſſe comparata ex bonis patrimonialibus, vel
quaſi patrimonialibus ius antiquum contineat, & ita vtitur verbo (decernimus) & (decla-
ramus) quorum prius, tanquam iuris noui ſignum, refertur ad illa poſterius, verò ſcilicet
(declaramus) quod eſt, ſignum iuris antiqui, vt ſuprà dictum eſt, refertur ad poſteriora,
quæ declaratio æqua quidem eſt ac S.D.N. *æquitate digna, ac tollendis murmurationibus,*
& moleſtijs hæredum, & cognatorum beneficiariorum tam apta, quod eorum ſublatio iuſta
cauſa videri poſsit, vt huiuſmodi ſupellectilia, quæ vt plurimum non ſunt magni valoris,
permittantur prædictis hæredibus, etiam ſi alioqui diuites ſint. Quibus ſine iuſta cauſa non
poſſe donari aliqua ex reditibus eccleſiaſticis quæſita, ſine intuitu paupertatis, definiuit Con-
ci. Trid. *Seſs. 25. cap. 1. de reform.*

Laudamus hic ſummi Pontificis *æquitatem & manſuetudinem tum liberalitatem di-*
gniſsimam quod nullus beneficiarius, vel penſionarius, qui dum viueret non habuit in bene-
ficiis vel penſionibus eccleſiaſticis maiorem reditum quam 30. ducat, auri de Camera, *non*
cenſeatur in morte relinquere aliqua ſpolia, cuius ratio firma eſt, videlicet illa quæ benefi-
ciarius facit reliquã ex reditibus eccleſiaſticis parcè viuendo, & ſe mortificando, fieri ei pa-
trimonialia, adeò vt de illis perinde in vita, & morte diſponere poſsit, ac de patrimonialibus
ex ea enim efficaciter colligit quòd qui beneficiarius non habet maiorem reditum quam 30.
ducat. auri de Camera, *non poteſt relinquere ſpolia, quia eget illis ad ſe honeſtè ſuſtentan-*
dum, & ita quicquid relinquerit, ex eis parcè viuendo, ſit patrimoniale, vel quaſi patrimo-
niale ipſius, quod non cedit ſpolijs, nec iure ſpoliorum capi debet, & quia collectores Came-
ræ Apoſtolicæ *& aliorum qui ſibi ius ſpoliorum prætendunt multos beneficiarios ſine cauſa*
vexabant, remiſſe dignam, & multis miſeris clericis commodam præfatus ſanctiſsimus per
hanc declarationem fecit.

Poſtremò videmus Pium V. *iuſtè in nundinatores &* Cauponatores Epiſcopos *indignari*
iuxtà illud Hieronymi Negotiatorem Clericum *tanquam peſtem fuge. cap. negotiatores. 88.*
diſt. Nihil enim ſuperis æquè ac hominibus exoſum magis viſum eſt illo clerico qui ſordido
lucro ſtudet ditari.

Declaratio

XVI.

Declaratio Portionum aſſignandarum in perpetuum vicariis Parochialium vnitarum.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD exequendum paſtoralis officij debitum, vigilantibus ſtudiis intendentes, ad ea, per quæ Cathedralium aliarúmve eccleſiarum, necnon monaſteriorum, beneficiorum, ſeu collegiorum, ac aliorum piorum locorum proſpero profectui, diuinique cultus augmento, & opportunæ congruæque ſubſtentationi parochialium eccleſiarum eiſdem vnitarum ſtatui fœliciter dirigendo, & perſonarum in illis curam animarum exercentium vtilitati recta & prouida moderatione conſuli, & ſalubriter prouideri valeat, libenter interponimus noſtræ ſolicitudinis partes. Hinc eſt quod nos, ad quorum aures (quod non ſine animi noſtri moleſtia referimus) peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in deputandis Vicariis, ac in aſſignatione portionum Vicariis perpetuis parochialium dictis eccleſiis, monaſteriis, beneficiis, collegiis, vel locis piis perpetuò vnitarum ex Concilio Tridentino facienda, ita modum exceſſiſſe, vt parum aut nihil ex fructibus, redditibus, & prouentibus parochialium eccleſiarum ſic vnitarum eccleſiis, monaſteriis, beneficiis, collegiis, aliiſve locis piis remanſerit, ob idque multæ ortæ ſint, ſuper hoc controuerſię circa interpretations decreti Concilij. Nos ad eas tollendas animum intendentes, conſiderantéſque vniones ipſas ideò à prædeceſſoribus noſtris factas eſſe, vt ex redditibus, & emolumentis beneficiorum vnitorum, eccleſiis, monaſteriis, collegiis, beneficiis, & locis piis quibus illa vniuntur, faciliùs onera eiſdem incumbentia ſupportentur, & promptiùs à miniſtris eccleſiaſticis, in eiſdem diuina officia celebrentur, hoſpitalitas ſeruetur, aliáque charitatis opera exerceantur, ac etiam vt nihilominus cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceretur, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia auctoritate apoſtolica hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiã de ipſius Concilij mente fuiſſe colligimus, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos præfatos in aſſignatione portionis ipſis Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipſorum Prælatorum arbitrio facienda ita ſe continere & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum annorum ſumma computatis omnibus etiam incertis emolumentis & aliis obuentionibus communiter, percipi ſolitis eis omninò aſſignetur, niſi Vicariis temporariis ſolitum fuiſſet plus aſſignari, ſiue in quantitate, aut quota fructuum, pecuniaque numerata, fundo ſeu alia re ſtabili portio huiuſmodi conſtituatur, cuiuſcunque valoris parochialis eccleſia vnita fuerit, & habita etiam ratione reddituum, & onerum loci, cui parochialis ipſa vnita fuerit, ita quod portiones vltra, vel infra dictas ſummas ſcutorum centum, & ſcutorum quinquaginta hactenus aſſignatæ, vel impoſterum forſan aſſignandæ, quò ad exceſſuum, & defectum huiuſmodi nullius roboris & momenti exiſtant, & ad ſummas prædictas reductæ & auctæ reſpectiuè ceſeantur, niſi tamen valor annuus ipſius parochialis vnitæ habita ratione (vt præfertur, minor ſit quinquaginta ſcutis, quo caſu portio aſſignata, vel aſſignanda Vicario perpetuo non debeat excedere ſummam annuam valoris dictæ parochialis, ſed ſufficiat quod omnes fructus eius duntaxat, attribuantur ipſi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum eſſet, eos qui commodis priuantur, eadẽ onera quæ priùs ſuſtinebant debere ſufferre, volumus, & ſtatuimus, quod eccleſiæ, monaſteria, collegia, beneficia, & pia loca huiuſmodi, in quorum parochialibus eccleſiis vnitis continget Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipſis vicariis perpetuis aſſignatorũ, ad ſolutionem quindenniorum, quam nobis & Cameræ Apoſto. ſoluunt, vlterius non teneantur ſed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur. Ita tamen quod Vicarij perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à Sede Apoſto. nouam prouiſionem ſuæ deputationis, & ſoluere annatam pro portione fructuum, redditutum, & prouentuum certorum ſibi aſſignata, & expedire literas apoſtolicas, nec aliàs ad poſſeſſionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & ſeruitium earundem parochialium admitti poſſint, niſi ſoluta Annata, & expeditis

De Portionibus aſſignandis vicariis perpetuis habes decretũ Concil. Trid. Seſſ. 7. cap. 5. De vnionibus verò late ibidem tractatur Seſſ. 14. cap. 9. & Seſſ. 24. c. 13. & 15. de reformatione.

Portionum aſſignandarũ quantitas declaratur vt non ſit maior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum.

Vicarij tenentur ad annatas ante fructuum receptionem.

literis Apoſtolicis nouæ prouiſionis, vt præfetur: alioquin integrum quindennium ſolui debere, nec Vicarij prædicti antea tuta conſcientia fructus percipere poſſint. Volumus inſuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarij perpetui non ad liberam ordinariorum electionem. ſed ad nominationem illorum, in quorum eccleſiis vnitis ponentur, cum ipſorum ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum prę uio examine approbatione deputentur. Et ſi dictæ parochiales vnitæ erant monaſteriis regularium mendicantium, poſſint à ſuperioribus dictorum monaſteriorũ nominari ex ipſis mendicantibus, quos ſi ordinarij præuio examine per ſe, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen Superiorum ſuorum amouibiles, deputare. Idémque etiam ſeruetur in regularibus monachis tantum, dummodò in ea parochiali, in qua vnus ex eis monachis fuerit, ſeruata forma prædicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo ſaltem quatuor alij ex dictis monachis. Sicque per quoſcunque iudices quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi poteſtate, iudicari, & interpretari debere: Necnon irritum, & inane decernimus quicquid ſecùs è quoquam quauis auctoritate attentatum foſan eſt hactenus, vel poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod præſentes literæ in Cancellaria noſtra apoſtolica, & ad valuas Principis Apoſtoloum de Vrbe de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur. Et quia difficile foret eas ad ſingula quæque loca deferri, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, Nulli ergò, &c. Si quis autem, &c.

Ordo electionis Vicarij perpetui.

Decretum irritans.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Cal. Nouembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Tenues reditus vnius Eccleſiæ ad exoluendum ſacrorum miniſtrorum munus agrè ſufficientes aliqua acceſſione augere iubet Concil. Tridẽtinum, ſiue ditioris vnione, ſiue parte quadam fructuum Seſſ. 7. de refor. cap. 6. & Seſſ. 14. de reform. cap. 9. Sic Eccleſiæ illæ quarum prebendæ adeò exiles & exiguæ ſunt vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci & perſonarum qualitate non ſufficiant, cum Epiſcopi & Capituli conſenſu aliquot, beneficia ſibi adſciſcunt non tamen regularia, vel ſi hac ratione egeſtati non prouideatur aliquibus ex iis ſuppreſſis cum patronorum conſenſu ſi de iure patronatus laicorum ſint, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarum diſtributiones quotidianis applicentur eos ad pauciorem numerum reducere liceat, ita tamen vt tot ſuperſint quæ diuino cultui celebrando ac dignitati Eccleſiæ commodè valeant reſpondere. Conſenſum autẽ patroni hic requiri dicimus quia vnio facta de huiuſmodi beneficiis ſine conſenſu patroni non valet vt per Thomam Faſtoli in ſuis dubiis in 2. cauſa in 6. dubio dicentem quod ita tenuit maior pars Dominorum de Rota, quem refert & ſequitur Roch. in d. tract ſuo. de Iure patron. in verbo honorificum q. 3. verſ. in quantum etiam & Felin. in tract. ſuo quando lit. apoſt. not. patr. Eccleſ. in princip. poteſt. Nec Epiſcopus bona Eccleſiæ patronatæ conuertere poteſt in præbendas vel vt deſeruiat neceſſitatibus alterius ſine conſenſu patroni, vt eſt ſententia apud multos recepta. Alb. in cap. ſuggeſtum de iure patron. & per Roch. in d. tract. ſuo loc. ſupr. q. 3. col. 3. verſ. item benefacit. Id autem potius in decori & honeſti quam neceſſitatis gratiam fieri exiſtimem. Pari rationis & priuilegij patronorum greſſu Vicarij perpetui conſtitui non poſſunt abſque conſenſu eius qui habet ius conferendi, eligendi & præſentandi. Nam vt fiat iſta perpetuatio requiritur authoritas Epiſcopi & conſenſus patroni quia aliàs præiudicaretur patrono quia habet præſentare nouum rectorem, ſi rector non poſſit ſibi eligere vicarium, quaſi velint indirectè præiudicari patrono cum præiudicatur rectori futuro. Hanc quæſtionem agitant Doctores & Card. in Clemen. vnic. in 12. q. de offic. & cap. propoſuit de fil. presbyter.

Legitima ergo cauſa vnionis beneficiorũ meo iudicio cenſenda eſt paupertas, qua beneficiarij quipiam ita premuntur vt nec ſint ſoluendo iura Epiſcopalia nec habent vnde poſſint congruã ſuſtentationem conſequi. Cõgrua enim ſuſtentatio conſideratur ex qualitate perſonæ & ex

& ex regionis conſuetudine in qua eſt ipſum beneficium prout maiores, minores requirit expenſas tametſi eadem ſit perſonæ conditio. Nam pro moribus eorum quibuscum viuimus, & inter quos verſamur nobis vtendum eſt Auguſtino *can.* 1.*diſt*.40. Attamen *ſic ſunt hæc omnia reſerenda, vt beneficiarius habeat vnde viuat, non vnde luxurietur*.44.*diſt*.*Inſufficiens ergò tenue atque impotens apello beneficium quod alere rectorem cum ſua familia commodè & honeſtè non poteſt can.ſtudeat*.50.*diſt.c*.1.*de iuſt*.*Tam ſterilia & exigua* Bene*ficia tametſi nomen beneficij occupent, tamen non implent, qui beneficium minùs ſufficiens habet perinde eſt ac ſi nullum haberet. Sic iubet Synodus* Tridentina *vnionem fieri propter huiuſmodi paupertatem. Quæ beneficia vniri poſſint ſuperfluum eſſet quærere cùm regulariter omnia id poſſint, ſed non poteſt vniri dignius minùs digno, vnde* Parochialis *eccleſia non poteſt vniri capellaniæ ſed è contrariò, niſi* Papæ *auctoritas ſuccurrat. cap expoſuiſti. de præbend.* V*niones autem ſine cauſa factæ ſurreptitiæ videntur iuxtà eiuſdem* Concilij *ſententiâ fiuntquoque vel ad tempus, vel in perpetuum, c*.1.*ne ſede vacan*. Petr. Pariſ.*conſ*.5. *vnio.in* 4.*vol*. Perpetua *vnio eſt quando exprimitur vt perpetua duret.c.expoſuiſti ibid. de præbend. vel quando dicitur ad perpetuam memoriam aut quando ſit ad ſedis beneplacitum. cap.ſi gratioſa de reſcrip.lib*.6.*vel ſi fiat contemplatione eccleſiæ.c*.1.*ne ſede vacan. quæ non moritur.c.ſi gratioſæ. de reſcrip.lib*.6. Temporalis *vnio eſt quando ad tempus fit, vtpote ad vitam eius cui conceditur, & ſic fit contemplatione perſonæ.d.c.ne ſede vacan. & per eius mortem expirat.c. quoniam* Abbas.*de offi.deleg. Verùm in dubio, vt inquit* Rebuffus *vnio præſumitur facta contemplatione* Eccleſiæ, *quia* Eccleſiæ *magis fauendum eſt, quam perſonæ d.cap*. 1. *& c.requiſiſti, de teſt. Eò iam deuenimus vt probè ſciamus in vnionibus beneficiorum quæ ſint requiſita: ſupereſt vt de* Vicarijs *perpetuis harum vnionum aliquid ex mente* Pontificis *declarantis* Concilium *Tridentinum aliquid ſubijciamus. Non conſtituitur* Vicarius *perpetuus quando vnitur beneficium ſimplex: ſed tantùm quando* Eccleſia Paro*chialis gl.& canones.in clem.vnic.de offic.* Vicar. *&* Gemin.*conſ*.86. *in cauſ*. Traiectens. *Statuit Synodus* Tridentina *quod ordinarij etiam per idoneorum* Vicariorum *deputationem & congruæ portionis fructuum aſsignationem omninò prouideant, vt animarum cura nullatenus negligat, & beneficia ipſa debitis obſequijs minimè defraudentur, appellationibus, priuilegijs, exemptionibus quibuſcunque, etiam cum iudicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſsis nemini ſuffragantibus. Deinde iubet locorum ordinarios annis ſingulis beneficia curata viſitare, qui ſolicitè prouidere procurent, vt per idoneos* Vica*rios etiam perpetuos niſi ipſis* Ordinarijs *pro bono eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori arbitrio ipſorum ordinariorum, portione etiam ſuper certa re aſsignanda itidem deputatos animarum cura laudabiliter exerceatur. Quamobrem in literis vnionis ſemper hæc clauſula addi ſolet quando fit vnio* Parochialis Eccleſiæ, *congrua portione ex fructibus, &c .eiuſdem* Eccleſiæ Parochialis *pro perpetuo in ea* Vicario *per loci ordinarium inſtituendo ex qua ſe commodè ſuſtentare* Epiſcopalia *iura ſoluere, & alia eidem* Eccleſiæ *incumbentia onera ſupportare valeat, reſeruata. Cùm verò vnitur beneficium nō* Curatum *non ſolet poni iſta clauſula nec affirmatiuè, nec conditionaliter quod eſt notandum pro vnionibus.*

Hac in re biſariam peccari ſolet, vel cum ita pingues & opimæ aſsignantur portiones Vicarijs *perpetuis, vt nihil ex hac vnione beneficijs vnitis fructus, vel emolumenti accidat, vel cùm ita reditus omnes decoquuntur, & extenuantur, vt nihil* Vicarijs *remaneat. Quamobrem* Pontificia *hac conſtitutione certa quantitas pecuniæ decernitur, quæ nec addi, nec minui poſsit in vtriuſque damnum, ſiue perniciem, ita vt non maior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum annuorum ſumma computatis omnibus alijs emolumentis communiter percipi ſolitis hiſce* Vicarijs *aſsignetur. Quaquidem ſanctione religioſè obſeruata* V*nionis maiores & ampliores percipientur fructus & beneficij paupertati ita opitulabitur vt miniſterium liberiùs & meliùs exerceatur.*

XVII.

Agitatio Taurorum & aliarum beſtiarum prohibetur.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DE ſalute gregis Dominici noſtræ curæ diuina diſpenſatione crediti, prout ex debito paſtoralis officij aſtringimur, ſolicitè cogitantes, fideles cunctos gregis eiuſdem ab imminentibus corporum periculis etiam animarum pernicie perpetuo

arcere

arcere ſtudemus. Sanè licèt deteſtabilis Duellorum vſus à diabolo introductus, vt
cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Conci- *Duellorum vſus à diabolo introductus cædem humanam vbique ſitiente in Concilio Tridentino damnatur vt in Seſſ.* 25. *c*.19.
lij Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plerisque Ciuitatibus, &
aliis locis, quamplurimi ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ, in publicis
priuatiſque ſpectaculis, cum Tauris, & aliis feris beſtiis congredi non ceſſant, vnde
etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarúmque pericula fre-
quentèr oriuntur. Nos igitur conſiderantes hæc ſpectacula, vbi Tauri, & Feræ in
circo vel foro agitantur, à pietate, & charitate Chriſtiana aliena eſſe, ac volentes
hæc cruenta turpiáque dæmonum, & non hominum ſpectacula aboleri & anima-
rum ſaluti quantum cum Deo poſſumus prouidere, Omnibus & ſingulis Principi-
bus Chriſtianis quacunque tam eccleſiaſtica, quàm mundana etiam Imperiali, Re-
gia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibuſ-
uis communitatibus & Rebuſpublicis, hac perpetuo noſtra Conſtitutione valitura *Taurorum & aliorum beſtiarum agitatio prohibetur.*
ſub excommunicationis, & anathematis pœnis ipſo facto incurrendis, prohibe-
mus & interdicimus, ne in ſuis Prouinciis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis & locis, hu-
iuſmodi ſpéctacula, vbi Taurorum aliarúmque Ferarum beſtiarum agitationes
exercentur, fieri permittant. Militibus quoque cæteriſque aliis perſonis, ne cum
Tauris & aliis beſtiis in præfatis ſpectaculis, ipſis tam pedeſtres, quàm equeſtres
congredi audeant, interdicimus. Quod ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, eccleſiaſti-
ca careat ſepultura. Clericis quoque tam regularibus, quàm ſæcularibus beneficia
eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis ſub excommunicatio- *Vetitum clericis ſub pœna excommunicationis & priuationis beneficiorum his ſpectaculis intereſſe.*
nis pœna ne eiſdem ſpectaculis interſint, ſimiliter prohibemus. Omnéſque obliga-
tiones, iuramenta & vota, à quibuſuis perſonis, Vniuerſitate vel Collegio de huiuſ-
modi Taurorum agitatione, etiam vt ipſi falſo arbitrantur, in honorem Sancto-
rum, ſeu quarumuis eccleſiaſticarum ſolennitatum, & feſtiuitatum, quæ diuinis
laudibus, ſpiritualibus gaudiis, piiſque operibus, non huiuſmodi ludis celebrari, &
honorari debent hactenus factas, & facta, ſeu in futurum fienda, quæ, & quas om-
ninò prohibemus, caſſamus & annullamus, ac pro caſſis, nullis, & irritis haberi per
petuò decernimus atque declaramus. Mandamus autem omnibus Principibus, Co-
mitibus, & Baronibus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ feudatariis, ſub pœna priuationis
feudorum, quæ ab ipſa eccleſia Romana obtinent, Reliquos verò Principes Chri-
ſtianos, & Terrarum dominos prædictos hortamur in Domino, & in virtute ſan-
ctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia & honore, præmiſſa
omnia in ſuis dominiis, ac terris huiuſmodi exactiſſimè ſeruari faciant, vberrimam
ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi: Ac vniuerſis venerabilibus fra-
tribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum or-
dinariis in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij, & intermina-
tione maledictionis æternæ, quatenus in Ciuitatibus, & diœc. propriis præſentes
noſtras literas ſufficienter publicari faciant, & præmiſſa etiam ſub pœnis, & cenſu-
ris eccleſiaſticis obſeruari procurent. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus,
& ordinationibus Apoſtolicis, ac exemptionibus, priuilegiis, indultis, facultatibus,
& literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis cuiuſcunque qualitatis, & conditionis exi-
ſtentibus, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam deroga-
toriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritan-
tibus & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, ac alias quomo-
dolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus illorum tenores præſentibus pro
expreſſis habentes, ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis qui- *Publicatio.*
buſcunque. Volumus autem quod præſentes literæ in Cancellaria noſtra apoſto-
lica, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuò,
valituras deſcribantur, & earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Nota-
rij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides vbique
adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.
Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno In-
carnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Cal Nouem
bris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ludorũ & ſpectaculorũ varia genera protulit antiquitas quæ noſtra ætas, veteris æmula

Bbb variè

variè imitata eſt. Commendantur ad hodiernum vſque diem quatuor illa Græciæ ſpect ac vl ſiue certamina celeberrima quæ Archia Poeta hoc tetraſticho Græco eleganter expreſſit.

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροὶ,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, λατῳίδαο, παλαίμονος, ἀρχεμόροι.
Ἆθλα δ' ἐστὶ, κότινος μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Quos Latinos ſic fecit Volateranus.

Græcia concelebrat duo bis certamina ſacra
Quorum hominum duo ſunt ſunt duo cœlicolum
Sacra Iouis, Phœbiq; Palæmonis Archimoriq;.
Dona Oleaſter erunt, Mala, ſelina, Pitys,
Vel vt Alciatus inquit
Præmia ſunt Pinus, poma, apium, atque olea.

Primum Hercules in Iouis honorem conſtituiſſe dicitur in Olympia vbi ſtadium fecit tanto cæteris maius quanto eius menſura pedis præpolleret, ibique primũ decertaſſe & Palmã conſecutum fuiſſe ſcribũt. Olympici ludi multum illuſtres habentur apud Pindari Odas Horũ meminit Diodorus Siculus lib. 5. c. 3. Statius lib. 6. Thebaidos. Cælius Rhodigin. lib. 13. cap. 17. Pauſanias lib. 5. Plutarchus in Theſeo. Victorum Olympici certaminis præmium Olea erant, coronabantur ſiquidem Oleaſtro, vel Calliſtephano quod genus oleæ eſt inſigne valoris.

Secundum Delphis celeberrimum certamen fuit Phœbo dicatum ob Pythonem ſerpentem interfectum cuius inſtitutum & auſpicia ſic cecinit Ouidius lib. 1. Metamorphos.

Inſtituit ſacros celebri certamine ludos
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos
Hic iuuenum quicunque manu pedibúſque, rotáve
Vicerat, eſculea capiebat frondis honorem.

Varijs modulorum generibus & Muſicis inſtrumentis certamen perſiciebatur, in quo Chriſothemis primus vicit in hymnorum cantu, deinde Thamyras vt author eſt Pauſanias vincentibus Laurea dabatur, ex frondibus & baccis ipſius Lauri cuius diues fuit Delphus.

Tertium Palæmonis aut Melicertæ Athamantis filij ex cæde paterna ab Ino matre liberati, Neptuni apud Iſthmon Achariæ iuxtà Corinthum in Megarenſium ſinu ſacrum, vbi eiuſdem Neptuni phanum eſt picearum arborum luco circunclusum, victores apij coronam poſtea Pineam præmium habebant.

Quarto Nemea ſacra ob Archemorum puerum Lycurgi filium ab Hypſipile nutrice educatur, & in Sylua Nemea defunctum victoréſque apio coronari ſolebant, ideò quod ſuper hanc herbam reptantem puerum à Dracone interemptum fabulentur Poetæ. Inde fuit Græcis corona Apij ſepulchralis, & luctus teſtis. Ludorum Nemeorum meminit Strabo lib. 8. Probus & Seruius interpres Virgilij in eum locum lib. 3. Georg.

Cuncta mihi Alphæum linquens, lucoſq; Molorchi.

Hiſtriones huiuſmodi habuit varios Græcia, & prout rerum vel temporis conditio optabat diuerſa equeſtria & gymnica conſtituebat certamina. Horum ludorum nomina ſæpiſſime à Dijs nomen ſortiebantur, vt ſunt Megalenſes Apollinares, Circenſes, Saturnalia, dijs inferis, Cereales, Liberalia, Martiales, Quirinales, qui & Romani dicti, ſicut & alij ſub Regibus editi, qui nihil haberent peregrini. Item Auguſtales à Tiberio inſtituti. Hæc nomina à dijs, & diuis. Alia à locis, in quibus numina colerentur, quales Capitolini in honorem Iouis, Iunonis nomine Reginæ, ac Mineruæ. Poſtea prius numinibus priui ludi, ſicut & ſacra ſeparata. ne ſiquid erroris accidiſſet: cui Deo expiandum foret, ignorarent. Quibuſdam tamen fiebant ſimul, vt Cereri & Libero. Item geminis fratribus Græco ritu. Quos ædiles darent, in iis non licebat vti vel tuba, vel fiſtula, vel cantu, ſed tibia tantùm videntur autem funebres ab ipſis ſolis edi ſolitos: ſicut & Circenſes, & Apollinares. Nam Megalenſes quoque edebant, ſed non ſoli. Præerant enim Prætores prætextati, vnde purpura Megalenſis. Prætor mappam candidam mittebat in eum qui aurigaret. In ludis primariæ, partes quatuor. Pompa cum thenſis pro Deo cui fierent. Certamina curruum, fabulæ, pugna in arena. Naumachia quoque aliquando edita.

Hic mos Ethnicus aptiſſimus etiam ad Chriſtianos tranſiit non ſine vituperio: apud multos enim ita inualuit, vt ſacri dies maximè turbentur fœdiſſimè conſtuprentur. Vrgent Bachanalia Orgia, & cætera huiuſmodi nugarum commenta. Fiunt quoque ludi celebres in quibus omnis ſpurcitiæ & laſciniæ nidor abeſt: qui vel ad Pompam, vel ad Principum celſitudinem ſiũt. His Regum aulæ ſcatent, vbi vel geniales dies, vel ſolennes nuptiæ, vel pacis vel victoriæ omina celebrantur. Nec his aliquando caret Roma iuſſu Pontificis vt ſub Paulo II. legimus, qui creatis aliquot Cardinalibus & tota Italia à ſeditionibus & bellis ciuilibus pacata maiorum more Romanorum ludos & publicum epulum inſtituit. Cucurrere ſimul aſini, equi, equæ, Bubali magna omnium & incredibili voluptate. Receptus hic mos introducendi ad publica certamina beſtias à Romanis primùm commendatur, apud quos nonnulla ad ſpectacula tantum vt Camelopardalus, & Phœnix alia etiam ad pugnandum Elephanti, Pantheræ, Leones. Vrſi Rhinolerotes viſebantur, Sceuola primus Leonũ pugnas dedit Pompeius CCC. V. Diuus Iulius CCCC. Cautum S. C. ne Affricanos in vrbem portarent. Contra quod S. Conſul. Cor. Aufidus fecit Circenſium apparatum. Auguſtus Tigrem dedit. Cor. Dometius centum Vrſos Numidios cum totidem venatoribus ex AEthiopia, alij negãt vllum vrſum in Numidia. Tragicum eſt profecto cede illa delectari ideo ſummus Pontifex prudenter intelligens hæc ſpectacula ſemper cruore aut luctu finiri prohibet ne in poſterum agitentur. Hæc ſunt in Hiſpania potiſſimum frequentiſſima.

Author Inſtructorij Conſcientiæ refert ſententiam Nauarri interrogati ſuper hac taurorum agitatione hac conſtitutione prohibita, vt exiſtimet talem prohibitionẽ non procedere in ea agitatione taurorum ferarúmque: quæ exercetur moderate, talíque cautela adhibita vt probabiliter credi poſſit eam non conſecutura notabilia nocumenta perſonalia, puta mortes vulnera, oſſium rupturas, & id genus alia, quia propter hæc vitanda pericula, lata eſt lex. Ceſſante autem ratione, & fine legis ceſſat eius diſpoſitio, & quia iuxta limites rationis legis, debet reſtringi, vel extendi lex, & quia ex prohemio legis ſolet cauſa legis coniici finalis. l. fin. ff. de hæret. inſtit. & c. quia propter. de elect

Igitur ſi ea moderatione qua illuſtris Iſabella prima regina Catholica permittebat agitari tauros nempe cornuum cuſpidibus præciſis, & nimia agitantium temeritate coercita, tutíſque refugiis opportunè conſtitutis: non eſſet ſic agitare tauros peccatum mortale, & hæc ſatis circunſpecta & cauta reſolutio eſt contra Metinam qui aliquantulum licentiosè contra prædictam prohibitionem Pij V. loquitur abſolutè ſine limitatione aſſerens agitationem taurorum culpa mortali carere, etiam ſi aliquando ei dantes operam ſe exponant periculo, quia inquit reſpublica hos luſus elegit: quo equites exerceantur ad bellum pro bono communi. Igitur cum bonum commune præferendum ſit particulari, agitare tauros non erit mortale, ſed certè cum alia ſint commodiora, & minus perieuloſa præludia belli, quam agitationes iſtæ taurorum, quibus ad prædictum finem communem ſe poſſunt milites exercere, præſertim cum quidam ſtrenuus expertúſque dux, aſſeuerauerit: quaſi experientia teſte huiuſmodi agitationem taurorum magis docere fugere hoſtes quam eos aggredi, non debuiſſet, tam audacter ſine limitatione Metina id affirmare perſtante tali Pij V. extrauagante, vt videtur in contra. vbi Pius V. clericis tam regularibus, quam ſæcularibus beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis ſub excommunicationis pœna, ne eiſdem ſpectaculis interſint prohibet & ſi quis ibi mortuus fuerit, ſiue miles ſit, ſiue alia perſona congrediendo cum beſtiis, vt eccleſiaſtica careat ſepultura decernitur.

XVIII.

Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula fratres inter ordine mendicantium comprehenduntur.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam

APOSTOLICÆ Sedis benignitas ſicut ex debito paſtoralis officij erga omnes fideles generaliter affectum charitatis extendit, ſic eos quos ſub regularis obſeruantiæ iugo diuino cultui emancipatos eſſe cognoſcit ſpeciali tenetur patrocinio confouere. Exponi ſane nobis nuper fecerunt dilecti filij fratres Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula iamdudum apoſt. auctoritate approbati, quòd licet inter alia eis conceſſa priuilegia & indulta omnia & ſingula quatuor Mendicantium ordinum priuilegia ad Ordinem Minimorum huiuſmodi, ac illius profeſſores, & domos, eorumque Eccleſias Sedem Apoſtolicam extenſa, & ampliata fuerint, & propterea fratres Ordinum huiuſmodi etiam ſub Mendicantium nomine comprehendi debeant, nec ſuper præmiſſis à quoquam moleſtari poſſint. *Mendicantium nomine comprehendi debẽt Fratres Minimi.*

Cùm tamen(ſicut eadem expoſitio ſubiungebat)ex eo quod nos nuper in quadã declaratione per nos ſub Mendicantium fratrum ordinib.certis tunc expreſſis de cauſis facta præter S,Dominici,& S.Franciſci,ac Eremitarum S.Auguſt.necnon Carmelitarum Mendicantium Ordines etiam in illis B.Mariæ Seruorum inſeri voluimus,ac propterea facile à quibuſdam dubitari meritò poſſet, quòd ſi Ordinis Minimorum fratres huiuſmodi ſub illis cõprehendi voluiſſemus,Nos ſpecialem etiã de illis mentionem omninò feciſſemus.Quare ne ſuper præmiſſis vnquam dubitari contingat, iidem fratres nobis humiliter ſupplicari fecerint,vt ſibi in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur,Nos attendentes,eos (cùm actu mendicent)non niſi honeſta de cauſa in Mendicantium Ordinem eſſe adſcriptos,ac propterea ſua priuilegia illæſa conſeruare volentes,eoſque & eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis,cenſuris,& pœnis à iure,vel ab homine quauis occaſione,vel cauſa latis,ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt,ad effectum præſentium dũtaxat conſequendum,harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes,necnon quarumcunque litium,& cauſarum ſtatus,ac merita,nomina, & cognomina iudicum coram quibus illæ pendent,ac collitigantium,aliorumque, necnon quorumcunque priuilegiorum,indultorum,exemptionum, & immunitatum eis conceſſarum præſentibus pro expreſſis habentes , cauſaque huiuſmodi ad nos harum ſerie auocantes,illaſque penitus,& omnino extinguẽtes,ac litigantibus huiuſmodi perpetuum ſuper præmiſſis ſilentium imponentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,omnia & ſingula priuilegia,immunitates,exemptiones,facultates,gratias , libertates,indulta,& alias gratias,tam per nos nuper , quàm quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros , & Sedem eandem quomodolibet Mendicantibus Ordinibus conceſſa , ad præfatum Minimorum Ordinem de nouo extendimus,& ampliamus,ipſoſque verè Mendicantes eſſe,& ſub Mendicantium Ordinibus eſſe,& comprehendi debere,Necnon omnia,& ſingula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantibus Ordinibus declarata,& modificata,etiã pro ordine Minimorum huiuſmodi declaramus,& modificamus.Diſtrictius in virtute S.obedientiæ,ac aliis arbitrio noſtro infligen.pœnis inhibentes quibuſuis locorum ordinariis , ac aliis quibuſcunque ne eoſdem fratres ordinis Minimorum contra eos ſic conceſſa priuilegia moleſtare,inquietare,vel perturbare audeant , vel preſumant. Decernentes quoque præſentes literas vllo vnquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio,aut intentionis noſtræ vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe,minuſue ſub quibuſuis ſimilium,vel diſſimilium gratiarum reuocationibus,modificationibus,limitationibus,reſtitutionibus,& aliis contrariis diſpoſitionibus tam per nos,quàm etiam ſucceſſores noſtros quomodolibet, ac cum quibuſuis etiam derogatoriorum derogatoriis , aliiſque efficatioribus , & inſolitis clauſulis,irritantibuſque decretis pro tempore factis,& faciendis quorumcunque tenorum exiſtant,includi,ſed illis non obſtantibus in ſuis robore & efficacia perſiſtere,& quoties illæ emanabunt toties in priſtinum ſtatum,reſtitutas,repoſitas,& plenariè reintegratas,etiam ſub data per ipſos fratres ordinis Minimorum eligenda de nouo conceſſas eſſe , & ita incommutabilis voluntatis & intentionis noſtræ eſſe,et ad hoc vt perpetua firmitate ſubſiſtant,vim validi & efficacis contractus inter dictam ſedem,& præfatorum ordinum Mendicantium fratres huiuſmodi habere.Sicque per quoſcunque Iudices,& Commiſſarios quauis auctoritate fungentes,etiam cauſarum palatij apoſtolici Auditores,ac S.R.E. Card. ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate iudicari , & diffiniri debere , irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari.Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Theatino,& Epiſcopo Amerino,ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi,vel duo,aut vnus eorum per ſe vel alium,ſeu alios præſentes literas & in eis contenta quæcunque vbi,& quando opus fuerit , ac quoties pro parte eorumdem fratrum ordinis Minimorum fuerint requiſiti , ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes , faciant

Actu mendicant qui Minimorum D. Franciſci de Paula inſtitutũ profitentur.

Priuilegia fratrum Mendicantium.

Clauſulæ præſeruatiua.

Decretum irritans.

Archiepiſcopus Theatinus, & Epiſcopus Amerinus, cum generali auditore cameræ Apoſtolicæ conſtitutionis exequutores deputantur.

auctoritate

auctoritate noſtra ipſos fratres ordinis Minimorum huiuſmodi voluntate ſtatuto, declaratione,& aliis præmiſſis omnibus,& ſingulis pacifice frui , & gaudere. Non permittentes eos per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari.Contradictores quoſlibet,& rebelles per ſententias,cenſuras,& pœnas eccleſiaſticas aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Et nihilominus legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus,cenſuras,& pœnas ipſas etiã iteratis vicibus aggrauando,inuocato etiam ad hoc(ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis.Non obſtantibus præmiſſis,ac fe re.Bonifacij PP. viij. prædeceſſoris noſtri de vna,& Concilij generalis de duabus dietis,dummodo vltra tres dietas,quis vigore præſentium ad iudicium non extrahatur,& aliis necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus,vel generalibus,Conſtitutionibus,& ordinationibus:ac quibuſuis etiam iuramento,confirmatione apoſtol.vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus priuilegiis quoque indultis,& literis apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus , & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis,aliiſque efficatioribus, & inſolitis clauſulis,irritantibus quoque & aliis decretis in genere,vel in ſpecie,& quomodolibet per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros præfatos,ac nos,& Sedem præfatam,etiam motu proprio,& ex certa ſcientia,etiam conſiſtorialiter , & de fratrum noſtrorum conſilio,necnon Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis,confirmatis,& innouatis.Quibus omnibus,etiam ſi de illis,eorumque tòtis tenoribus ſpecialis,ſpecifica , & expreſſa mentio , ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,tenores huiuſmodi,ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent,præſentibus pro expreſſis,habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſsè derogamus,contrariis quibuſcunque , aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas,non facientes plenam, & expreſſam , ac de vebo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Clauſulæ in derogationibus apponi ſolitæ.

Datum Romæ,apud ſanctum Petrum ſub annullo piſcatoris, Die nona Nouembris M.D.L X V I I.Pont.noſtri anno ſecundo.

Ordo Sancti Franciſci *de Paula anno* M.CCCCXC. *inſtitutus fratres* Minimos *ab humilitate ſic dictos comprehendit,& hoc* Pontificio *indulto inter religioſos mendicantes annumeratur: & priuilegiis mendicantium gaudet, vt ampliſſimè legitur in diplomate* Iulij II. An.1506 *conceſſo. Pium, ſed aſperum vitæ genus profitentur qui perpetuis ieiuniis attenuati, nec carnibus, ouis, aut lacticiniјs, ſed oleribus duntaxat & piſciculis veſcuntur* Vouent *ſiquidem ex* Patriarchæ *inſtituto, vt audio ieiunium illud quod pluſquam quadrageſimale eſt,quódque à paucis religioſè ita obſeruatur. Olim butyrum & caſeum in quadrageſima nefas erat attingere,nunc nec ouis quidem nonnulli & interdum à carnibus abſtinent ex* Epiſcoporum *conſenſu.* Philo *narrat* Marci *diſcipulos præter panem & aquam nihil guſtaſſe,quibus obſonij loco ſal accedebat. Aridis victitaſſe item noſtros maiores teſtantur* Epiphanius *in* Aerio *&* Charactere *&* Thimotheus Alexand. *ſuis can.* 8. *&* 9. *Vinum vix puerperis concedebatur ſanos autem & proſperæ valetudinis illud guſtare in quadrageſima, & quartis ſextiſque ferijs ſcribit præter* Epiphanum, *&* Timotheum Balſamon. *Huius ſanctimoniæ pauca iam reſtant veſtigia. Falluntur hæretici qui nos rigidioris abſtinentiæ cultores ſuccenſent, nóſque donis cœli & terræ contemptores aſſerunt. Deſinant nos hac nota pingere,tantùm abeſt, vt patrum in victu & ieiunij præceptis abſtinentiã veneremur qui tempora ieiunij in lautiſſimas epulas commutauerimus. Deſinant inquam ſeueritatem abſtinentiæ damnare, quin potiùs nos violati ieiunij reos agant. Quod ſi illius quadam firmior remaneat obſeruatio, non apud plebem, non apud magnates, non apud* Prælatos, *ſed apud pauperes quoſdam monachos, aut* Minimos, *aut quoſdam ſtudioſiſſimos pietatis* Anachoretas *inuenietur. Illic priſca lucet ieiunij regula, non molliſſima aut quæ propter ſocium, vt vulgò dicitur, frangatur aut irritetur, ſed quæ auitam ſanctimoniam, pietatis feruorem, & orationis, & abſtinentiæ iugem conſuetudinem ſpiret. Illic lautiſſimè animus nectare* Sydereo, *illic frugaliter oleribus paſcitur corpus. Altero enim hoſpes ille dignior & charior carioribúſque dapibus cibandus.*

Illic non audiuntur voces quorundã delicatorum qui cum faſtidio reiiciunt plebeios cibos;

bos, dolent enim tales de ventre ſaginando quærimonias inſtruere, quas pulchrè refert Hieronymus. Legumina (inquit) ventoſa ſunt: caſeus ſtomachum grauat: lac capiti nocet: potum aquæ non ſuſtinet pectus, caules nutriunt melancholiam: choleram porri accendunt: piſces de ſtagno aut de lutuoſa aqua meæ penitùs complexioni non congruunt: quale eſt hoc, vt in omnibus fluuijs, agris, hortis, cellarijs reperiri vix poſsit, quod comedas? Puta te quæſo monachum eſſe non medicum: nec de complexione iudicandum, ſed de profeſſione. Parce obſecro primum quieti tuæ, parce conſcientiæ, conſcientiæ non dico tuæ, ſed alterius ſcilicet quid prope te ſedens & edens de tua ſingularitate murmurat, & de tua ſuperſtitione ſcandalizatur. Idem ſuper Cantic. ſerm. 30. Hæc quamuis multis Parerga iudicentur Paupertati tamen & ieiunio Minimorum aptiſsimè reſpondent.

XIX.

Congregatio Sancti Hieronymi Ieſuatorum inter ordines mendicantium comprehendi debet

Pontifices priuilegia religioſorum ampliare & ſeruare ſolēt pro religionis & Eccleſiæ vtilitate.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex priuilegia Religioſis Altiſſimo famulantibus à Sede Apoſtolica conceſſa, illis nedum conſeruare, ſed aliis etiam Religioſis conceſſa ad eos quandoq; extendere, & ampliare conſueuit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sane ſicut accepimus, licet inter alia priuilegia dilectis filiis Congregationi Fratrum Sancti Hieronymi Ieſuatorum nuncupatorum, cuius fratres illam pro tempore ingredientes profeſſionem per Religioſos Ordinis Sancti Auguſtini emitti ſolitam, expreſsè emittere, & in communi viuere ſoliti ſunt, conceſſa priuilegia, etiam omnia, & ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, gratiæ, & indulta ordini Eremitarum eiuſdem Sancti Auguſtini, & illius profeſſoribus, ac forſan aliis ordinibus Mendicantium conceſſa, ad ipſam Congregationem, & illius fratres, eorumque domos, & Eccleſias per Sedem Apoſtolicam extenſa, & ampliata fuiſſent. Et propterea Congregatio huiuſmodi, & illius fratres dictis priuilegiis gaudere, & ſub Mendicantium numero comprehendi debeant, nec ſuper præmiſſis à quoquam moleſtari poſſint. Cumque nos nuper in quadam declaratione per nos ſuper Mendicantium fratrũ ordinibus certis tunc expreſſis de cauſis facta vltra S. Dominici, & S. Francici, ac Eremitarum Sancti Auguſtini necnon Carmelitarum mendicantium ordines, ſolum in illis Ordinem beatæ Mariæ Seruorum inſeri voluerimus. Et propterea facile à quibuſdam dubitari merito poſſet, quod ſi dictam Congregationem, & illius fratres ſub illis comprehendi voluiſſemus.

Quæ mouerint Pontificem ad hanc ferendam conſtitutionem.

Nos ſpecialem etiam de illis omninò feciſſemus mentionem. Nos itaque, attendentes eos (cum actu mendicent) non niſi honeſta de cauſa in Mendicantium ordinibus huiuſmodi eſſe adſcriptos, ac propterea ſua priuilegia huiuſmodi illæſa conſeruare volentes, ac quarumcunque litium, & cauſarum ſtatus & merita, ac nomina & cognomina iudicum, coram quibus illæ pendent, & collitigantium, aliorúmque, necnon quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum ipſi Congregationi conceſſorum, tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio non ad ipſius Congregationis, vel illius fratrum aut alicuius ex eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac ex certa ſcientia, & de eiuſdem ſedis poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias tam per nos nuper, quàm quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, & Sedem eandem quomodolibet Mendicantibus ordinibus conceſſa, eorum omnium ac deſuper, & tam ſub plumbo, quàm in forma Breuis confectarum literarum tenore, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, ad ipſam Congregationem Ieſuatorum, illiúſque fratres, domos, eccleſias, & loca quæcunque de nouo quoad ea quæ eorum regulæ, & modo viuendi non repugnant tantum, auctoritate apoſtolica tenore præſentium extendimus, & amplius ipſóſque verè Mendicantes, & ſub Mendicantium ordinibus eſſe, & comprehendi debere. Necnon omnia, & ſingula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantibus huiuſmodi declarata, & modificata etiam pro Congregatione huiuſmodi,

modi, eiúſque fratribus declaramus, & modificamus. Diſtrictius inhibentes quibuſuis locorum ordinariis, ne dictam Congregationem, illiúſque fratres contra eis ſic conceſſa priuilegia moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumant. Decernentes quoque præſentes literas vllo vnquam tempore de ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quoniam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minúſue ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, reſtitutionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus tam per nos, quàm etiam ſucceſſores noſtros, quomodolibet, ac etiam cum quibuſuis etiam derogatoriarum, aliiſq; efficatioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcunque tenorum exiſtant, includi, ſed illis non obſtantibus in ſuis robore, & efficacia perſiſtere: & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, & ſub data etiam per ipſos eligenda de nouo conceſſas eſſe, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis noſtræ eſſe. Et ad hoc, vt perpetua roboris firmitate ſubſiſtant, vim validi & efficacis contractus inter ſedem apoſtolicam, & præfatos ordines Mendicantium, & Congregationem huiuſmodi illiúſq; fratres habere debere. Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum palatij apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Card. ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus Amerin. & Maceraten Epiſcopis, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per præſentes Motu ſimili committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque dum, & quando ac quoties opus fuerit, & pro parte Congregationis vel illius fratrum huiuſmodi, aut alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos & eorum quemlibet dictis priuilegiis, exemptionibus, facultatibus, gratiis, & indultis, dictis ordinibus mendicantibus conceſſis, pacificè frui & gaudere, ac præſentes literas obſeruari: non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo: ipſáſque cenſuras etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, & fe. re. Bonifacij PP. viij. prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, ac quibuſuis litiſpendentiis, quas nos harum ſerie ad nos auocamus, illáſque extinguimus, & litigantibus huiuſmodi perpetuum ſilentium imponimus, ac apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibúſque & aliis decretis ac clauſulis, etiam motu proprio, etiam conſiſtorialiter, & de fratrum noſtrorum conſilio conceſſis, confirmatis, & pluries innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorúmque, totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verb ad verbum insererentur: præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus. Cæteriſque contrariis quibuſcunque: Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſedem indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die decimanona Nouembris, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Congregatio Ieſuatorum priuilegiis mendicantium potitur.

Inhibitio ne quis audeat cõgregationem iſtám Ieſuatorum moleſtare.

Decretum irritans.

Executores huius conſtitutionis.

Clauſulæ derogatoriæ.

Congregatio

Congregatio Ieſuatorum ſancti Hieronymi nuncupata, & à ſancta ſede Apoſtolica 1555. approbata fuit. Is autem ordo non eam ob rem S. Hieronymi appellatur, quòd ab eo fuerit inſtitutus, ſed quia eius Religioſi non multò poſt inſtitutionem ordinis huiuſmodi habito præcipuorum conuentu, vnanimi conſenſu & voluntate ſanctum Doctorem ſibi patronum delegerunt & Protectorem, cui rei illud magno teſtimonio eſſe videtur, quòd Monaſteria & Eccleſias ſuas magna ex parte S. Hieronymo dedicarunt. Quod nomen à S. Doctore ductum vt perpetuum haberent Alexander VI. annno. 1492. ad Pontificatum aſſumptus conceſſit, ſanciens ne in poſterum ſimpliciter Ieſuati, ſed cum adiuncto fratres Ieſuati S. Hieronymi dicerentur. Initium verò originem iuxta eiuſdem ordinis annales & hiſtorias habuit à quodam pio viro Ioanne Columbino Senenſi inter beatos (vt refertur) relato. Ferunt tunicam albam & cappam cicerculi colorem ſeu ſinopidis referentem abſque capucio, cuius loco cum domo egrediuntur, geſtant in capite genus quoddam albi tegumenti manicæ ſimile. Trium votorum profeſſionem completo probationis anno aliorum Religioſorum ex inſtituto S. Auguſtini viuentium more emittunt. Regulam habent peculiarem ex cuiuſdam Epiſcopi, qui inter illos profeſſus fuerat, præſcripto. In ſtudia literarum non incumbunt, nec ſacris initiantur: habentq; confeſſarios & Sacellanos modò Presbyteros ſeculares: & modò aliorum Religioſos. Quòd ſi quis doctrina præditus, ipſorum conſortio aggregetur, Superiorum permiſſu aliquid temporis literarum exercitio tribuere poteſt, alij non. Qui ante ingreſſum ſtuduit, & cupit fieri Sacerdos, difficulter licentiam obtinet: ſacriſq; ordinibus ſuſceptis: habetur loco Sacellani, & ad ordinis officia ægrè promouetur, ſurgunt circa mediam noctem ad chorum, in quo tamen nunquàm canunt, aut legunt, ſed pro matutinis & aliis horis canonicis alias precationes ac ſpirituales meditationes quiſque per ſe habent. Exercentur circa viſitationem infirmorum, & diuerſa alia officia atque opera manualia ad vitandum otium, qualia ſunt hortorum, quos habent amplos & bene diſpoſitos, cultura, aquarum ex herbis, floribus, aliiſq; rebus varia diſtilatio & expreſſio, reparatio feneſtrarum vitrearum, necnon alia ſimilia artis & corporis exercitia quamplurima, quibus etiam ſibi ſubueniunt. Reguntur omnes à Generali, & ſingula monaſteria à Prioribus.

XX.

Fratrum Amadæorum & Clarenorum ſub ordine fratrum Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia vnio.

Diuus Franciſcus ordinis Minorum inſtituter plures fratres ſub vnica regula collegit.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

BEATVS Chriſti Saluatoris Confeſſor Franciſcus dum adhuc mortalis huius vitę ſpacia decurreret, ardentiſſimo cœleſtium amore captus, nec ſibi tantum illa, ſed quamplurimis hominum fieri poteſt, quæſita cupiens, totúſque in ipſum incumbens, quæ ordinis minorum initia fuerunt, confluentes ad ſe veluti ad meliorem frugem vndique fratres ſuos in vnam familiam collegit. collectóſque ipſorum omnium vitam & mores ad vnam eandémque regulam dirigens, iis præceptis inſtituit, ea diſciplina formauit, quæ ad coniunctionem atque adeo vnionem inter illos conciliandam ac tuendam maximè pertinerent, humilitatem illis præcipuè amplectendam proponens, qua humana hæc omnia, & fluxa, quod eiuſdem Saluatoris conſilium fuerat, aſpernati, ſolidam ac permanentem à Deo fœlicitatem expectarent. Itaque ab ipſa familia ſuas operas ad præſcriptam rationem grauiter conferente, Domini Dei noſtri ager egregiè cultus vberrimos & præſtantiſſimos fructus continuò protulit & ſubinde profert, atque, vt ſperamus, proferet in dies ſuauiores & largiores.

Minoritana familia populoſiſſima in plures congregationes diuerſorum cognominum ſegregata fuit.

Verum quoniam eadem familia, quæ vna ab vno conſtituta fuerat, in quaſdam quaſi partes paulatim ita conceſſit, vt iam non vna, ne ipſo quidem, quo à patre ſuo vocata eſt, nomine conſiſtat, ſed variis agnominibus, cum de illa, vel illa parte agitur, ſit diſtinguendum. Propterea nos ne animorum quidem, aut mentis inter eos, quos exterius ita rebus ſeiunctos cernimus, interiorem coniunctionem ſperare tuto valemus, quin etiam quando in eam de qua ſupra diximus, ſpem erecti ab eiuſdem ordinis fratribus optima quæque, & maxima ad Dei gloriam, & militantis Eccleſiæ vtilitatem & optamus, & ſanè pro ea, quàm in hoc præcelſæ dignitatis faſtigio collocati, noſtro muneri debemus, diligentia exigimus, non ſinimus carere cura, ne forte rebus ita neglectis, quod Deus Optimus Maximus auertat, magna inde ſenſim incommoda ſubeamus. Id igitur qua

qua poſſumus ope poſt petitum à Deo auxilium cauere volentes, atque hinc potiſſimum incipientes, Motu proprio atque ex certa ſcientia & matura deliberatione noſtra Apoſtolica auctoritate, denique Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, Amadæorum, & Clarenorum, etiam della Beeca nuncupatorum S. Petri in Monte Aureo, & S. Hieronymi, ſiue S. Bartholomæi in Inſula de Vrbe, aliarúmque quarumlibet prouinciarum reſpectiuè fratrum ordinis S. Franciſci eorundem inſtitutiones, congregationes, conuentus, denominationes nomina, & vocabula quęcunque, necnon quatenus regularibus inſtitutis fratrum dicti S. Franciſci ordinis familiæ, minorum de obſeruantia vocatorum, diſcrepant eorum regula, inſtituta, conſtitutiones, ſtatuta, conſuetudines & ritus, modúmque & normam viuendi interdicimus & prohibemus, illáque necnon illorum promiſſiones, confirmationes, & approbationes Apoſtolica auctoritate factas, & illorum cauſa priuilegia, indulta, gratias, & litteras, etiam è ſede Apoſtolica, & forſan occaſione concordiarum inter ipſos fratres initarum confirmatorias, ac motu ſcientia, poteſtatiſque plenitudine ſimilibus, vel etiam conſideratione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum conceſſa, & quibuſcunque concepta formulis, ac ſuffulta decretis, quorum omnium tenores iis litteris haberi volumus pro expreſſis, extinguimus ſupprimimus, reuocamus, caſſamus, & in perpetuum penitus & omninò omnia tollimus.

Regulæ fratrum Minorum de obſeruãtia reliquæ omnes congregationes reſpondere debent in regulæ & profeſſionis inſtituto.

Monaſteria, cœnobia congregationum omnium quæ D. Franciſci inſtitutũ profitentur ord. Minorum familiæ aggregantur & vniuntur.

Eos autem omnes, & ſingulos fratres, qui eiuſmodi ſegregationum, & denominationum erant, cum eorum omnibus domibus, Eccleſiis, Oratoriis, & locis quibuſcunque vbicunque conſiſtant, fratribus ord minorum familiæ de obſeruantia vocatis, eorúmque Congregationi aggregamus, atque vnimus. Et ſic in poſterum ex nunc perpetuò aggregatos, & vnitos eſſe dictis de obſeruantia adhærere, & eiſdem, quibus illi vtuntur, regula, regularibus inſtitutis profeſſione moribus, habitu, ac viuendi forma, ac agnominibus, & denominationibus vti, ac vnam familiam tantum de cętero eſſe, eiſdèmque Generalibus, ſeu Prouincialibus Miniſtris, cæteriſque ſuperioribus, aut officialibus, quibus illi ſubſunt, aut pro tempore ſuberunt, ſubiectos eſſe, & in eadem immediatè cum illis obedientia Deo ſeruire, purè, ordinariè, & vniformiter, nulláque prorſus re, nullóque diſcrimine ſeiunctos, aut diſſimiles habere decernimus.

Ne quid conſtitutionis effectũ remoretur, impedimenta omnia iuramenti aut promiſſionis ſoluit.

Quinimo vt hæc puriore conſcientia ac tranquilliore animo præſtare valeant, debeántque, & non aliter, eoſdem priorum inſtitutorum, rituúmque & aliorum ſupradictorum iis ſcilicet dumtaxat, quibus ab inſtitutis, & ritibus fratrum de obſeruantia differebat, necnon ſi quibus quauis ratione, aut modo, iuuere. aut facto iis tenebantur, vel etiam tenentur, aut teneri ſe opinantur, promiſſione, profeſſione, iuramento, aut voto, quorum obſeruatio ſcandalum, aut perturbationem iudicio ſuperioris cæteris allatura eſſet, abſoluimus & liberamus; mandantes ipſorum vniuerſis, & ſingulis, vt præmiſſa non impediant, neque eis vlla ex parte vlla ratione, vllóque modo reſiſtant, vel auerſentur, ac nihil faciant, vel experiantur, aut tentent, quominus plenè, aut celeriter, aut facilè ſuos effectus conſequantur. Neque vt ea vitent, ſecularium habitu lateant, vel quantum Clerici ſæculares ad aliquos ordines minores, vel maiores promoueri præſumant Neque vero ad alias religiones, alióſve ordines etiam paris vel arctioris regulæ, regulariſque obſeruantiæ tranſeant, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, ſed præfatis fratribus de obſeruantia, eorúmque Congregationi & obedientiæ adhæreant, & omnibus aliis ſupradictis quamprimum pareant, & obſequantur re ipſa.

Pœnæ recuſantium vnionem.

Quod ſi eorum quiſpiam ſecus fecerit, omnes illáſmet ſententias, cenſuras, & pœnas eo ipſo incurrat, & patiatur, quæ meræ Apoſtatæ ipſi tam iuxtà canonicas ſanctiones, quàm dicti ordinis regularia inſtituta incurrant, patiantur, ac perinde contra illum, ſiue ab ordinariis locorum, ſiue ab ipſis ſuperioribus fratrum de obſeruantia ad quos pertinet, procedatur, & ſeuerè animaduertatur. Et ſi quando ad obedientiam reuerſus in aliorum conſortium receptus fuerit, vocis tam actiuæ quàm paſſiuæ, ſuorúmque ordinum omnium perpetuò careat. Cæterum vt vniuerſa Congregatio fratrum huiuſmodi de obſeruantia hoc additamento quaſi nouis colonis aucta placida ſimul, perpetuáque pace fruatur, conquieſcant: neque vno tantum nomine, ſed vna etiam mente conſiſtant, nullaq; ibi altercandi occaſio ſurrepat, eiſdem Motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſtatuimus

tuimus,& ordinamus,vt nullus ex veteribus fratribus de obſeruantia quemquam ſic nouiter aggregatorum recordatione priorum nominum , aut vitæ , vel alias quocunque modo irritare,aut Amadæum,vel Clarenum,ſeu alia,quàm de obſeruantia nuncupatione appellare audeant.

Priſcam appellationem Minorum de obſeruantia non Amadæorum aut Clarenorum retineri iubet.

Qui contra auſus fuerit, à ſuo ſuperiori grauiter puniatur,ipſi quin etiam ſic aggregati fratres ſuos gradus,& quæ ratione ſuorum graduum priuatim habent, priuilegia, facultates, & auctoritates,inſtitutis tamen regularibus de obſeruantia expreſſè non contraria,vt prius retineant: Vniuerſi verò iiſdem priuilegiis,facultatibus,immunitatibus,prærogatiuis,indultis,& gratiis indiſtinctè fruantur,& potiantur,quibus & ipſi veteres,ac quoties prouincialia , vel generalia Capitula habebuntur, ita horum quiſque pro ea in qua ipſe fuerit, prouincia, ſi tamen alias vocem in Capitulo habiturus fuiſſet, illis interſit, quemadmodum & veterum quilibet interſit vel intereſſe poterit , & pariter vt illi tam in eiſdem capitulis ipſorum capitulorum electione,quàm extra capitula,ſuperiorum,ad quos pro tempore pertinebit,diſpoſitione, ad quoſcunque gradus , & quæcunque officia,in quibuſlibet prouinciarum,ſub quibus deget,Conuentibus,&

Priuilegia generalia declarantur.

domibus regularibus,tam antiquis,quàm nouiter vnitis de obſeruantia promoueri & aſſumi valeat.Denique ita vtrique ſemper inter ſe agant,vt cæteris pares,ſola antiquitate alteri alteris præferantur,ita ſcilicet , vt inter gerentes pares gradus vel pares ordines, ſuſcepti gradus,vel ordinis, inter alios vero emiſſæ profeſſionis tempora inſpiciantur,& prout quiſque antecedit tempore,ſiue ſit ex veteribus, ſiue ex nouiter aggregatis loco in Choro,& Capitulo,proceſſionibus,ac quibuſcunque aliis prærogatiuis antecedat, ſeruata interim graduum, & ordinum maioritate.Præterea nulla omninò domus,quanuis parua,& exigua,nullúſque locus regularis,vbi dicti fratres hactenus ante aggregationem de ipſis,vt ſupra factam habi-

Iniuſſu Pontificis loca regularia non deſerantur.

tare ſoliti ſunt,ad ipſos quacunque ratione pertinens, relinquatur abſque permiſſione noſtra expreſſa , ſed tot fratribus vnaquæque continuò habitetur , quot ibi commodè eſſe, & alij poterunt, & quæ eiſdem domibus eleemoſynæ, vel alio nomine pia hominum largitione offerentur , ſubſidia pariter ſi quæ ad reſtaurationes,fulcimenta,vel alium vſum fabricarum,necnon ad Eccleſiarum lumina & ornatum,vaſorúmque,ac ceteræ ſuppellectilis comparationem tradita, legata, relicta,aut quocunq; nomine donata ſunt,etiam conſideratione prioris inſtitutionis, quæ ibi tunc vigebat,ac contemplatione Congregationum , quarum tunc temporis erant,illarúmque nomine expreſſo eadem omnia , & alia inſuper quæcunque,

Regimen & gubernatio Monialium penes quos eſſe debeat.

quauis aliter donantium huiuſmodi diſpoſitione abſumenda , nobis habitatoribus,in ſupradictos tantum , neque alios vllos conuertendo vſus , omni prorſus quantum ad vnionem præfatam pertinet , caducitate eiúſve prætenſione ſecluſa, integrè debeantur. Gubernatio quoque & cura quorumcunque Monaſteriorum Monialium, quæ antea Conuentibus, aut ſuperioribus huiuſmodi domorum, & locorum demandata erat , ad illos pertineat, qui ibi erant,in poſterum : Proinde poſſit Generalis Miniſter in omnibus quarumcunque Prouinciarum Domibus,ſicut ſupra,vnitis,donec Generalem,vel in ipſa Prouincia , in qua illæ ſitæ fuerint, Prouinciale Capitulum celebretur , officiales & fratres ſiue ex veteribus , ſiue ex

Miniſtris Generalibus,facultas in inſtituendis officialibus vſq; ad generalis capituli celebrationem durans.

nunc aggregatis,ſiue etiam ex vtriſque, quo & qui ſibi viſi fuerint arbitrio ſuo liberè deputare,& ad illarum regimen & directionem mittere, interea vero temporis ipſi fratres ſic nouiter aggregati , ſi citramontani fuerint , in illius,in qua nati ſunt, ſi verò vltramontani , in illius,cuius maluerint Prouinciarum domibus regularibus ſint & maneant,vſquequo aliter conſtituatur,& ipſos ad aliam domum, aliúmve locum mitti ſiue Capituli,ſiue Generalis Miniſtri huiuſmodi ordinatione contingat.Porrò in Capitulo Prouinciali Mediol. fratrum de obſeruantia, quod Mediolani proximè celebrabitur, omnibus Prouinciæ Mediol. regularibus domibus de obſeruantia, tam antiquis, quàm nunc vnitis,vt præfertur , de Guardianis aliiſque officialibus,& ſuperioribus,ac fratribus,qui illas regere,& in illis eſſe debeant , ex vtrorúmque fratrum veterum ſcilicet , & nunc aggregatorum numero indifferenter , alias tamen ex more inter fratres de obſeruantia prius obſeruato prouideatur,idem deinceps in cæteris , quæ per Prouincias ſubinde celebrabuntur capitulis quoad ipſarum Prouinciarum numero , terminiſque & denominatio-

nibus ea ratio atque diſtinctio habeatur,quæ inter fratres de obſeruantia ante has ipſas litteras habebatur.

Prouinciæ fines non mutentur pro locorum aggregatorum conditione.

Nuper autem aggregatæ domus in eam Prouinciam tranſeant,& in ea numerentur,intra cuius fines quæque conſiſtit,& cum pro tempore Prouinciale Capitulum celebrandum erit, ij tantum ad illud conueniant, qui ex illa Prouincia fuerint , in qua tunc Capitulum celebrabitur. In ipſo vero Mediolanenſi , quod primum omnium poſt has literas propediem celebrandum eſt, quicunque ex fratribus ne aggregatis , qui ante aggregationem à nobis vt ſuprà factam, vbicunque locorum degentes erant, & Prouincia S.Petri in Monte Aureo de Vrbe,& in illa comprehendebantur , & idcirco vocem in Capitulo habeant, quoniam literarum ignari illuc forte omnes ſe conferrent , poſſint quidem liberè omnes hac vice celebrationi adeſſe , ſed ij tantum ex eis iam nunc ibi vocem habeant &ſuffragia ferant,qui ſunt ex illis domibus,quæ iuxta aggregationem prædictam intra antiquos limites & fines Prouinciæ Mediolanenſis fratrum de obſeruantia ſunt ſitæ has porrò literas,& his literis contenta decreta,ſtatuta,ordinationes & alia omnia vſque adeo firma, & valida , atque obſeruanda eſſe volumus, vt nunquam reuocari,aut infringi, vel ſuſpendi , nunquam de voluntatis, aut mentis noſtræ defectu oppugnari poſſint , nunquam aduerſus & reſtitutionem in integrum,reductionem ad terminos iuris,au aliud quodcunque gratiæ vel iuſtitiæ re-

Conſtitutio irreuocabilis in aliam formam torqueri non poteſt.

medium quiſque impetrare,vel etiam ab aliis impetrato,aut motu ſimili conceſſo vti valeat ex quauis cauſa quantumlibet rationabili, & ita de his omnibus & ſingulis,ac ſimul quod hæc eadem aliquibus eiuſmodi ſtatutorum, & ordinationum reuocationibus, ſuſpenſionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, generalibus vel ſpecialibus,ab eadem ſede Apoſtolica pro tempore factis, non comprehendantur, ſed ab aliis ſemper excepta ſit,ſicque à quibuſcunque iudicibus ordinariis , & delegatis,& cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus , ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, etiam de latere Legatis, in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi , & iudicandi facultate & auctoritate, interpretari,& iudicari debeat,necnon quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane decernimus.Pro-

Decretum irritans.

pterea dilectis filijs Carolo tit. S.Praxedis preſbytero Cardinali Borrhomæo nuncupato,dicti ordinis Protectori,& correctori, necnon pro tempore exiſtenti eiuſdem ordinis generali Miniſtro mandamus,vt ambo,vel ipſorum alter has literas, & quicquid in proximo Prouinciali Capitulo Mediolanenſi vtroque , vel altero ipſorum præſidere pro ſupraſcriptorum omnium executione,& obſeruatione ordinabitur,faciant per ſe,vel alium,ſeu alios ab omnibus, & ſingulis fratribus præfatis exactiſſimè obſeruari. Contradictores quoſlibet, & non parentes , ac rebelles per ſententias,cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam graduum officiorum, & vocis, tam actiuæ quàm paſſiuæ priuationem, ac cætera, quæ ſibi videbuntur opportuna iuris & facti remedia , quacunque prorſus appellatione poſtpoſita , & etiam reiecta,compeſcendo,atque eoſdem in ſententias,cenſuras, & pœnas prædi-

Executorum deputatio & facultates.

ctas incidiſſe declarando,eáſque ſæpius aggrauando adhibita etiam,ſi opus fuerit manu militari, & inuocato auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtræ de non tollendo iure quæſito , ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna,& in conſilio generali editis de duabus dietis, aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ordinis, & congregationum huiuſmodi iuramento,confirmatione Apoſtolica,& quauis alia firmitate roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegiis quoque,& indultis Apoſtolicis illis per quoſcunque Romanos Pontifices,ac ſedem Apoſtolicam,& etiam nos ſub quibuſcunque tenoribus & formis,ac cum quibuſuis clauſulis & decretis in genere & in ſpecie conceſſis, & quotieſcunque confirmatis & innouatis, & Mare Magnum nuncupatis,ac quibuſlibet aliis indulgentiis,& literis Apoſtolicis, quæ per his lite-

Clauſulæ derogatoria.

ris non expreſſa , vel etiam non inſerta harum effectus & executio impediri valeret,vel tardari , & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda eſſet mentio ſpecialis. Volumus etiam quod harum literarum exempla , etiam impreſſa dicti Caroli Cardinalis,& protectoris, aut Generalis, ſeu alicuius Prouincialis Miniſtri fratrum ſigillo , & eiuſdem Caroli Cardinalis ſecretarij , vel ipſiuſmet Generalis

aut Prouincialis Miniſtri manu obſignata, eandem fidem in iudicio, & extra iudicium vbique locorum faciant, quàm hæ litteræ ipſæ facerent, ſi oſtenderentur, vel exhiberentur. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, decimo Kalen. Februarij, Pontificatus noſtri anno tertio.

Qui Diui Franciſci cœlitus præuiſam Geneſim, mores incorruptos, & vitæ ſanctitatem tum ordinis auguſti inſtitutum ſpeculatus fuerit illum nouum ſydus fulxiſſe Eccleſiæ facilè comperiet. Ex huius ordinis ſodalitio viri percelebres exorti ſunt qui & ſanctitate & vitæ integritate cum doctrinæ excellentia choruſcarunt, multique hodie auita laude regulæ commendantur, ita vt nulla vel frequentior vel amplior monaſtices profeſſio ipſis Minoribus in Eccleſia habeatur. Ab hoc ordine quatuor ad regendam Petri nauem aſſumpti ſunt, Nicolaus IIII. *qui & Hieronymus Aſculanus,* Alexander V. *qui & Petrus Cretenſis,* Xiſtus IIII. *qui & Franciſcus de Ruuere Sauonenſis, &* Xiſtus V. *qui & Fœlix Perretus ex Oppido Montalt hodie fœliciſſimè ſedens in Cathedra Petri. Omnes autem ſummi Theologi extitere. Cardinalium verò turba ingens, inter quos Bonauentura præpollet. Mirùm incrementum ſumpſit hic ordo, à variis Patribus excultus, & in integrum reſtitutus. Primum enim cum laxior fieret, & ab aſperitate & vigore primi inſtitui licentior & liberior euaſiſſet à Bernardino Senenſe M.CCCCXII. reformatus eſt, cuius reformationis aſſeclæ fratres de Obſeruantia dicti ſunt. Deinde anno 1460. B. Amadæus Luſitanus aliam reformatam erexit congregationem, quæ temporibus Pauli II. Pont. Max. Romæ in Monte aureo Eccleſiam ſancti Petri obtinuit, vbi etiam noſtra ætate Monaſterium habet: quam Sixtus IIII. multis ornatam Priuilegijs ordini S. Franciſci aſcripſit, ea tamen ratione, vt à priori congregatione S. Bernardini eſſet diſtincta, & proprio vteretur regimine, cum qua tamen communem retinent habitum. Eodem modo fuit inſtituta alia congregatio Clarenorum ita ab auctore nuncupata, quæ etſi eodem fermè vtatur habitu: diuerſum tamen ab aliis Magiſtratum, & ſua propria ſtatuta habet. Similiter eſt alia eiuſdem ordinis congregatio, quem tertij ordinis Sancti Franciſci vocant: huius Religioſi ferunt tunicam cum capucio in pectore acuto, calceati incedunt, & egrediuntur maiori ex parte deſuper geſtant mantellum, quo etiam Calepodita interdùm vtuntur, habent ſub proprio regimine diuerſa Monaſteria in Italia & Hiſpanijs, præſertim Romæ ad ſanctorum Coſmæ & Damiani ædem. Cum autem Pio V. Pont. Max ſanctæ me. grauiter diſpliceret, quod eadem familia, quæ vna ab vno (S. videlicet Franciſco) conſtituta fuerat, in quaſdam quaſi partes paulatim ita conceſſiſſet, vt iam non vna, ne ipſo quidem, quo à patre ſuo vocata eſt nomine conſiſteret, ſed varijs agnominibus, tùm de illa: vel illa parte agitur, eſſet diſtinguendum. Propterea motu proprio atque ex certa ſcientia & matura deliberatione, Apoſtolica auctoritate, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Amadæorum & Clarenorum etiam de la Becca nuncupatorum, S. Petri in monte Aureo, & S. Hieronymi, ſiue S. Bartholomæi in inſula de vrbe, aliarúmque quarumlibet Prouinciarum reſpectiuè Fratrum ordinis S. Franciſci, eorundem inſtitutiones, congregationes conuentus, denominationes, nomina, & vocabula quæcunque, necnon quatenus regularibus inſtitutis fratrum dicti S. Franciſci ordinis familiæ Minorum de obſeruantia vocatorum, diſcrepant eorum regulæ, inſtituta, conſtitutiones, ſtatuta, conſuetudines & ritus, modúmque & normam viuendi interdixit & prohibuit, illaq; (necnon illorum promiſſiones, confirmationes, & approbationes, auctoritate Apoſtolica factas, & illorum cauſa, priuilegia, indulta, gratias & literas etiam à Sede Apoſtolica, &c. quorum omnium tenores in ſuis literis Romæ anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXVII. X. Cal. Febr. Pont. ſui anno tertio edictis haberi voluit pro expreſſis, extinxit, ſuppreſſit, reuocauit, caſſauit, & in perpetuum penitùs & omninò omnia ſuſtulit. Eos autem omnes & ſingulos fratres, qui eiuſmodi congregationum & denominationum erant, cum eorum omnibus domibus, Eccleſiis, Oratorijs, & locis quibuſcunque vbicunque conſiſtant, fratribus ordinis Minorum familiæ de obſeruantia vocatis, eorúmque congregationi aggregauit atque vniuit. Et ſic in poſterùm ex nunc perpetuò aggregatos & vnitos eſſe, dictis de obſeruantia adhærere, & eiſdem, quibus illi vtuntur, Regula, regularibus inſtitutis, profeſſione, moribus, habitu, ac viuẽdi forma, ac cognominibus, & denominationibus vti, ac vnam familiam tantùm de cætero eſſe, eiſdémque Generalibus ſeu Prouincialibus Miniſtris, cæteriſque Superioribus aut Officialibus, quibus illi ſubſunt, aut pro tempore ſuberunt, ſubiectos eſſe, & in eadem immediatè cum illis obedientia Deo ſeruire, purè, ordinariè, & vniformiter, nulláque prorſus re, nullóque diſcrimine ſeiunctos aut diſſimiles habere decreuit.*

Enituit ſemper huius Pontificis in reparandis cleri, corruptis moribus deuotio. Summopere conatus eſt, vt regularis vita ſtudioſiùs obſeruaretur. Nouerat enim monaſticam diſciplinam & quid ei conferendum eſſet non ignorabat. Non ſufficere dicebat Monachis quod locum habitúmve mutaſſent, niſi etiam commutationem illam ſequeretur animus ab omni affectu rerum terrenarum alienus. Illum tantùm diem vixiſſe ſe computet religioſus in quo voluntates proprias abnegauit in quo malis deſiderijs reſtitit, quem ſine vlla regulæ tranſgreſſione duxit. Illum deuixiſſe computent qui puritatis & ſanctæ meditationis habuit lucem, quem non conuerſatio tenebroſa mutauit in noctem illum inquam applicat ad vitam ſuam, cuius vſus peruenit ad animam ſuam, vt præclarè ſcribit Euſeb. Sic debet Monachus vndique ſeipſum circunſpicere, & immobilem tenere animi oculum ad ſuam cuſtodiam, quaſi ſi per medios laqueos ſemper incedat. Athanaſius.

XXI.

Lite pendente fructus apud perſonam à Iudice eligendam deponi debent.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CORDI nobis eſt lites minuere, & à laboribus ſubditos, maximè perſonas eccleſiaſticas diuino cultui deditas, releuare. Sanè cum (ſicut accepimus) in pleriſque Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis earum conſtitutionibus, & ſtatutis etiam à ſede apoſtolica approbatis, & confirmatis cautum ſit, quòd occurrentibus litibus, & controuerſiis inter prouiſos de dignitatibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, portionibus, & præſtimoniis, cæteriſque beneficiis eccleſiaſticis qualitercunque qualificatis, tam ordinaria, quam apoſtolica auctoritate tam ſuper illorum prouiſione, ſeu inſtitutione, aut poſſeſſione, quàm illorum idoneitate, & habilitate, aut alias ex quauis cauſa, & eorumdem ad dignitates, canonicatus, & præbendas, cæteráque beneficia eccleſiaſtica prædicta admiſſione, & receptione, & capitulum, & canonicos, cæteráſque capitulares perſonas, ad quos admiſſio, & receptio tam de iure, quam ex conſuetudine ſpectat, & pertinet, aut etiam alias perſonas eccleſiaſticas aſſerentes beneficia prædicta ad ſe de iure ſpectare ipſi ſic prouiſi interim beneficiorum huiuſmodi fructus, ac diſtributiones non percipiant, ſed capitulum, & canonici illas vel in ſuos vſus, & vtilitatem conuertendas, ſeu reſtituendas ei, cui de iure reſtituendæ erunt, recipiant, prout in dictis conſtitutionibus & ſtatutis, ſeu conſuetudinibus continetur, quod factum eſt, vt lites huiuſmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri poſſit: Hinc eſt, quòd nos hac noſtra perpetuò valitura cõſtitutione auctoritate apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, quod fructus, reditus, & prouentus, ac diſtributiones, cæteraque emolumenta, quæ vigore conſtitutionum, conſuetudinum, & ſtatutorum prædictorum à capitulo, & canonicis recipienda (vt præmittitur) erant, amplius non ab eiſdem capitulo, & canonicis recipiantur, ſed penes perſonam fide, & facultatibus idoneam per iudicem, coram quo cauſæ huiuſmodi pendere repertæ fuerint, eligendam, & nominandam deponantur reſtituenda ei, cui de iure poſtea reſtituenda fuerint Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes in quauis inſtantia iudicare debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate. Irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis apoſtolicis necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, et quarumuis eccleſiarum prædictarum etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus etiam immemoriabilibus, priuilegiis quoque, indultis, et literis apoſtolicis illis, eorumque capitulis, et ſuperioribus per quoſcunque Roman. Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, et ſedem apoſtolicam ſub quibuſcunque tenoribus, et formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficatioribus et inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, et aliis decretis etiã

Beneficiorum litigioſorum fructus lite pendente ſequeſtrari debẽt Ioan. And. in clauſulis Iuris in verb. ſi autem fiat. 4. mod. col. vlt. quod Iudex ex æquitate ne iudicium reddatur eluſorium, quia ſubeſt aliqua ſuſpicio in prima inſtantia etiam ſuper fructibus rei immobilis poteſt ſequeſtrũ apponere. Iac. Puteus. Deciſio. lib. 8. dec. 150.

Motu proprio,et ex certa ſcientia,ac quauis etiam Imperiali,vel Regali conſideratione,vel inſtãtia,et alias quomodolibet conceſſis,approbatis,et innouatis Quibus omnibus(etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis,ſpecifica,indiuidua, et expreſſa,non autem per clauſulas generales idem importantes mentio,ſeu quęuis alia expreſſio habenda , aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, perinde ac ſi tenores huiuſmodi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſerti, et forma in illis tradita obſeruata foret pro ſufficienter expreſſis habentes)ſpecialiter,et expreſſè derogamus,contrariis quibuſcunque. Volumus autem quòd præſentium Tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, et ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem prorſus fides in iudicio,et extra adhibeatur,quæ præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ.Quodque literæ ipſæ Cancellariæ apoſtolicarum,et audientiæ cauſarum Palatij apoſtolici valuis,et in acie Campi Floræ dimiſſis inibi copiis,publicatæ,et affixæ omnes ita afficiant,et arctẽt,ac ſi illis perſonaliter intimatę fuiſſent. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Dat.Romę apud ſactum Petrum , anno incarnationis Dominicæ 1568.tertio Kal.April.Pontificatus noſtri anno tertio.

Non dubito hanc diuerſitatem ſcholiorum multis faſtidium , paucis verò delectationem adferre, vt qui tam frequenter ab equis, ad aſinos, vt aiunt , tranſeamus , itaque vagentur conſtitutionum materiæ,vt noſtris exercitationibus nullus ſit perſcriptus,aut præuiſus ſcopus. Differuimus aliquando de Iudicum officijs , nunc de graui illa prouidentia qua ſequeſtrationem fructuum lite pendente curare debet agere decreuimus. Sequeſtrationum originem & cauſas cogitanti mihi occurrit axioma illud iuri non ſolùm naturali , ſed & diuino conſonum , quo prohibetur omninò locupletatio & cumulus cùm alterius detrimento vel iniuria. Quamobrem prudentiſſimè:vt Decius in illud ſcribit , & in l.ſicut pœna & in l. nam hoc natura.ff.de cond.indeb poſt Iaſonem & ait ad euitandam iacturam ſequeſtrationes introductas.Ne quis cum alieno damno diteſcat:æquum eſt bona ſub æqui tutela cuſtodiri & deponi.Hinc ex Iuriſconſultorum lucubrationibus edocti ſequeſtrationem duplicem dicimus. Quædã eſt voluntaria quando partes litigij vnanimes conſentiunt rei litigioſæ apud aliquem depoſitum. Et hæc poteſt fieri ſemper ante iudicium , vel pendente iudicio. l. 1. in princ.ff. depoſit. l. ſi ſoluturus.ff. de ſolutionibus. Quædam verò eſt contentioſa , ſeu vt nonnulli vocant neceſſaria ſequeſtratio , quæ per iudicem decernitur cauſa cognita , etiam inuitis vtriſque litigatoribus,vel altero eorum petente. Sequeſter is eſt teſte Modeſtino apud quem plures eandem rem de qua controuerſia eſt depoſuerunt , à ſequendo dictus quod eius fidem vtraque pars ſequatur.

Sequeſtratio neceſſaria non priuat quem poſſeſſione ſua & ideò manus regis vel iudicis non tollit poſſeſſionem , vt not. C. de prohib. ſequeſtr. l. 1. in fin. Propter contumaciam eſt permiſſa ſequeſtratio.ext.de dolo & contumaci.1.c.ex literis,& ibi not Innoc. & C. de prohi. ſequeſtr. vnita per Cyrum & vbi omninò ignoratur quis ſit in poſſeſſione iudex poteſt ſequeſtrari facere poſſeſſionem apud ſe , donec in iudicio poſſeſſorio ordinario conſtet quis verè poſſidet,vt docet Orianus in rub.de cauſa poſſ.& propropriet. col. 9. verſ. ſic autem per dictas.poſt Bald.in l.vnica.C.de prohib.ſequeſt. Rebuffus in concord. tit.de annatis nullam fieri debere ſequeſtrationem dicit poſt triennalem poſſeſſionem.Verùm in caſibus in quibus eſt prohibita ſequeſtratio poſſeſſionum vel fructuum, quod eſt regulare , poteſt fieri pernumeratio inuentaria ad ſciendum quantum,& quantum percipietur ex fructibus.ff. de ventre in poſſ. mit.l.1.§. eligitur. & ita not.ff.de de appel.l. Imperatores.§.fin. per Bald.& ideò agere volens petitione hæreditatis poteſt petere pernumerari , & inuentariſari bona hæreditaria præſcriptione inuentaria: vt not. C.de iure fiſc.l.facultas. per And. de Va. & not in alleg.in l.ſi fideiuſſor.§.fin.per Bald.

Qui cupiet noſſe quot & quibus caſibus ſequeſtratio fieri permittatur id affabrè intelliget per gl.in c.dilectus.extr.de ſequeſtr.poſſ. & fruct. & per Bald. in l.fideiuſſor. §. fin.ff. qui ſatiſdare cogant. & in l. 1. C de prohib. ſequeſt. per Abb. in d.c. dilectus. Sequeſtrationis remedium vnum ſolum,illúdque præſentiſſimum tradit imperator, nimirùm ſatiſdationem. l.fin.C.de ord.cogn.

Reuocatio

XXII.

Reuocatio facultatis Comitum Palatinorum concedendi lauream Magiſtralem Doctoratus.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam

QVAMVIS à ſede Apoſtolica ad quam negotiorum multitudo vndique confluit , curis omninò plenè innumeris nonnulla interdum ex iuſtis cauſis concedantur,quæ ſucceſſiuis temporibus in publicum detrimentum,& alieni iuris præiudicium tendere noſcuntur,non debet reprehenſibile videri,ſi Romanus Pontifex , ad cuius prouidentiam pro debito paſtoralis officij ſpectat ſuper iis debitè prouidere , illa rationabilibus, & iuridicis ſuperuenientibus cauſis deinde cognitis quandoque reuocat,& annullat.ac in ſtatum redigit rationis. Sanè cum fide digna plurimorum relatione non ſine animi noſtri moleſtia intellexerimus , nonnullos Comites Palatinos,& diuerſos alios prætextu facultatum ſibi à Romanis Pontificibus,& Sede Apoſtolica conceſſarum quam plurimos tam laicos quam Clericos,tam iure ciuili,quam Canonico,& Theologia,nullo , aut non debito examine præuio,in doctos,& inhabiles,Doctores Licentiatos & Magiſtros creaſſe,promouiſſe,vti ad dignitates,ceteráque beneficia eccleſiaſtica faciliùs aſſumerentur , & de eis prouiderentur in animarum ſuarum iacturam , & quamplurimorum ſcandalum:Nos huiuſmodi ſcandalis,quantum in nobis eſt obuiare , & alias ne de cætero inhabiles ad huiuſmodi gradus admittantur , prouidere volentes , Motu proprio non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtris,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione omnia,& ſingula facultates,& indulta eiſdem, Comitibus, ac etiam quibuſuis Officialium Romanæ Cuciæ Collegiis , ſinguliſque aliis perſonis cuiuſcunque ſtatus,gradus,ordinis , & præeminentiæ, exiſtentibus,ad Doctoratus,Licentiaturæ,& Magiſterij gradum promouendi per quoſcunque Romanos Pontifices pædeceſſores noſtros,& ſedem apoſtolicam,ac etiam nos etiam Motu ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus quomodolibet conceſſa, confirmata,& innouata,illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes,auctoritate apoſtolica tenore præſentium perpetuò reuocamus,caſſamus,& annullamus, ac decretis Concilij Tridentini inhærentes decernimus,& declaramus , eos , qui à Comitibus , & aliis præfatis promoti fuerunt quo ad dignitates cæteraque beneficia eccleſiaſtica,nulla gradus prærogatiua frui & gaudere poſſe,vel debere. Et ſic præmiſſis omnibus,& ſingulis per quoſcunque iudices etiam cauſarum Palatij apoſtolici Auditores,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,interpretari,iudicari,& diffiniri debere , Necnon irritum , & inane quicquid ſecus ſuper iis à quoquam auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus,ordinationibus apoſtolicis, ac præfatis , & quibuſuis aliis facultatibus,priuilegiis,indultis, & literis apoſtolicis eiſdem Conuentibus,& Collegiis,necnon quibuſuis aliis etiam ex quauis cauſa etiam vrgentiſſima,aut in vim contractus inter eos,& ſedem prædictam initi,vel ex cauſa oneroſa,etiam motu proprio,ac conſiſtorialiter,& aliasquomodolibet conceſſis,ac etiam iteratis vicibus approbatis,& innouatis,quibus omnibus illorum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur,præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes,quo ad hunc effectum ſpecialiter & expreſſè derogamus , cæteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam deducatur,volumus quod in Cancellaria noſtra apoſtolica,& acie Cãpi Floræ de more publicantur,& inter Conſtitutiones perpetuo valituras deſcribantur. Et quia difficile foret eas ad ſingula quæque loca defferri, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij ſubſcriptis,ac ſigillo alicuius prælati munitis eadem prorſus fides adhibeatur,quæ preſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo & c.Si quis autem & c. Dat.Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1568.kal.Iunij Pontificatus noſtri anno tertio.

Nullo præuio examine Comites illi Palatini laicos & ſæculares in quaslibet facultate promouebant.

Priuilegiis carẽt Doctorum qui creantur à Comitibus Palatinis.

Concil.Trid. Seſſ.22. c. 2. de reformat. & Seſſ.24.c.11.de reform.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

In vtroque iure frequentiſſima habentur Comitum , & variæ pro adminiſtrationis dignitate appellationes , vt ſunt Comites Archiatrorum qui medicis aulæ regiæ præerant.l. vnic.

vnic.qui à presbyt. tyro. C. Theod. Comites auri, Comites formarum ,riparum , & aluei Tiber.portuum. Comites commerciorum, Comites domeſticorum, l. reſtituendæ. C.de aduoc. diuerſ. iud. Comites domorum, qui habent curam Incolarum & Inquilinorum domorum l. vlt. C. vbi cauſ fiſc.Comites,Excubiaram, Fœderatorum , Horreorum , Metalloram , militum , & rerum priuatarum. Habent etiam Comitis nomen qui à conſiliis principis ſunt,vt Comites ſacri conſiſtorij .l .4.C.de aduoc.diuerſ.iud.l.2. C.de comitib. conſiſtor. lib.12. Item comites ſacrarum largitionum,comites ſacri patrimonij inter hos enumerantur comites Palatini , de quibus Pontificis conſtitutio agit , illiſque præcipuè incumbebat cura remiſſorum notariorum,& iudicum negligentiam arguere,à Prouincialibus tributa exigere & conſueta depoſcere. Grauiſſima pœna proponitur ei qui comitis Palatini dignitatem principe inſcio vſurpat , nimirùm vt extremo ſupplicio puniatur , quia deliquit in ipſum principem à quo auctoritatẽ habere ſingit.arg.l.1.C.de priua.carcer. & c. paratus. 23. q.1. Et quamuis tales comites comitatu careant tamen quia habent voluntariam iuriſdictionem & dignitatem præferuntur quibuſcunque alijs non habentibus comitatum cum territorio , vt tenet Iac. de S. Georg. in tit. feudorum.in verb. Comes. Multis priuilegijs gaudent,ſed eorum eximium promouendi ad gradum doctoratus,licentiaturæ & Magiſterij reſtringit Pontifex poſt Concilium Tridentinum,iubétque eos priuilegio doctorum priuari quoad dignitates & beneficia eccleſiaſtica qui Palatinorum Comitum authoritate promouentur.

XXIII.

Declaratio Concilij Tridentini cap.3.Seſſ.24.de reformat. matrim. ſuper impedimento publicæ honeſtatis.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,Ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum ſpectat Pontificem ſua ſolicitudine diligenter prouidere,vt ſacrorum Conciliorum decreta ita ſuæ declarationis adminiculo dilucidentur,quod nulla deſuper dubitandi occaſio cuiquam relinquatur.

Concil.Trid. Seſſ.24. de reformat.c. 3. incip. Iuſtitiæ publicæ &c.

Sanè ad aures noſtras peruenit,multos eſſe,qui dubitent , an decretum œcumenici Concilij Tridentini Seſſione vigeſima quarta de reformatione matrimonij capitulo tertio,quo cauetur impedimentum publicæ honeſtatis, vbi ſponſalia valida non fuerint,prorſus tolli;vbi verò valida fuerint,non excedere primũ gradum in vlterioribus gradibus non poſſit huiuſmodi prohibitio ſeruari de ſponſalibus per verba(vt aiunt)de futuro tantum conceptis intelligatur,vel etiam matrimonia per verba de præſenti contracta non tamen conſummata , quæ interdum ſponſalia appellantur , comprehendat ita vt etiam eo caſu impedimentum inde proueniens ſublatum fuerit.

Nos itaque vt omnis difficultas,dubitatioque tollatur,attendentes,quod ſpõſaliorum appellatione,qua dictum Concilium vtitur,non niſi impropriè matrimonium verbis de præſenti conceptis contractum continetur , quodque agitur de correctione iuris veteris quo caſu ſecundum proprietatem verborum duntaxat procedendum eſt , præſertim cum longè maiorem prohibitionis in matrimonio per verba de præſenti contracto, quam in ſponſalibus de futuro vigere à nemine dubitetur:idcirco Motu proprio auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus,& diffinimus decretum Concilij huiuſmodi omninò intelligendum eſſe,& procedere in ſponſalibus de futuro duntaxat , non autem in matrimonio ſic (vt præfertur) contracto,ſed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis caſibus,& gradibus,quibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat. Et ita ab omnibus iudicari debere,mandamus,atque ſtatuimus.

Publicæ honeſtatis,quæ ex ſponſalibus (vt inquit) contrahitur nullus iam aut vix vllus eſt vſus quoniam ſponſalia de futuro quam rariſſimè fiunt.

Non obſtantibus conſtitutionibus , & ordinationibus apoſtolicis , aliiſque contrariis quibuſcunque,

Volumus autem quod præſentes literæ in Cancellaria noſtra, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur. Et quia difficilè foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus , & etiam declaramus,quod earum tranſumptis etiam impreſſis,manu alicuius Notarij ſubſcriptis , ac ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides vbicunque adhibeatur. ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ, Nulli ergo &c.Si quis autem &c. Datum Romæ

Romæ apud Sanctum Petrum , Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo Cal.Iulij Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Eccleſiæ Chriſtianæ & generis humani ſeminarium matrimonium,vt ritè contrahatur & celebretur multa diuino & humano iure requirit , odit enim impedimenta illa quibus homines ad nuptias contrahendas inepti efficiuntur. Ex his vnum aperitur hac conſtitutione nimirùm impedimentum publicæ honeſtatis , quodquidem vt habetur c.duo pueri. §.qua igitur. de clandeſt. deſponſ impedit matrimonium contrahendum , & dirimit iã contractũ. Per Sponſalia ſiquidẽ impedimentũ contrahitur,quod matrimonum tum impedit:tum ſubinde dirimit , quod licet propriè non ſit affinitas , eſt tamen quippiam ei ſimile , nempe publica honeſtas. Decretum eſt Alexandri 3.cap.ad audientiam.& cap. iuuenis.de ſponſal. & cap. vnico. eod.tit.lib.6.& cap.diſcretionem.de eo qui cogn.conſang. vxor. Quod autem illa non ſit propriè affinitas,probatur:nam cùm ſponſalia non conſummata perfectam non obtineant matrimonij rationem,ſed quandam inchoationem ac præparationem, conſequens ſit , vt nec propriè affinitatem ingenerent , ſed quidpiam aliquantulo minùs. Vnde publicæ honeſtatis iuſtitia eſt propinquitas ex ſponſalibus proueniens , robur trahens ab eccleſiæ inſtitutione propter eius honeſtatem. Conſequitur ergò vt circa copulam carnalem contrahatur : nam ſi copula ſuperueniat cum maritali affectu,id affinitatem tranſit. Quòd ſi contra concluſionem obiicias. Sponſalia non faciunt perpetuum vinculum , nam genere multis modis dirimuntur, neque faciunt obligationem cohabitandi , neque facultatem mutuam corporum : ergo nullum impedimentum matrimonij ſecum adferunt. Negatur conſequentia:quoniam ſponſalia nullum adferunt impedimentum ex ſe ratione nodi quem in ſe habent , ſed ratione vinculi matrimonij ad quod ordinantur & referuntur , & ideò ſicut matrimonium eſt perpetuum vinculum,ita & publica honeſtas,quæ ex ſponſalibus contrahitur,eſt perpetua.

De hac re conſulendus eſt B. Thom.in quæſtionibus additis ad tertiam partem.q. 55. art. 4. Olim lis erat de hac in re inter Theologos atque Iuriſperitos quam Tridentini patres prudenter ademerunt. Nam peractis ſponſalibus etiam ſi vel alterius morte , vel qualiter ex cauſa non ſucceſſiſſet matrimonium nihilominus interdictus erat contractus cùm alterutrius cognatis vſque ad quartum gradum itaque cum ea res magna frequenter adferret incommoda Patres ſanxerunt , vbi ſponſalia robur habitura non fuerint vinculum iſtud locum non habere , vbi autem rata fuere volunt rem in primo gradu conſiſtere.

XXIIII.

Tertij Ordinis S.Franciſci de Pœnitentia reformatio,

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei , ad perpetuam rei memoriam.

EA eſt officij noſtri ratio, vt cum de cæteris Eccleſiæ nobis commiſſæ Ordinibus,vel in ſua integritate,continendis,vel ad inſtitutum reuocandis curam perpetuam capiamus,maiore tamen ſolicitudine eadem illa in religioſorum ſodalitatibus requirimus,quos ideo Altiſſimus in ſuum ſibi ſanctuarium ſegregauit, vt cæteros fideles viam doceant,qua & ipſi æternæ ſalutis beatitudinem conſequantur. Itaque inter cæteras religiones fratrum quoque Tertij ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupati in Congregatione viuentium ac tribus votis ſubſtantialibus aſtrictorum ſtatus nos commouet,vt ad illum reformandum ſtudia noſtra conferamus quando vel ex tam multis quæ bonæ memoriæ Rodulphus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Carpenſis nuncupatus dicti ordinis Protector,ſedis apoſtolicæ auctoritate fretus in reparanda horum diſciplina præclarè,& ſalubriter edidit, religionem hanc parum admodum profeciſſe agnouimus.

Rhodulphus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Carpenſis ordinis protector.

Proinde nos hac præcipua morbi cauſa ex propria Præſidentium, & aliorum Miniſtrorum negligentia, vel inſcitia comperta in communem dicti ordinis ſalutem alia ratione intenti, De nobis attributæ poteſtatis plenitudine officia Miniſtratus & viſitatoris generalis dicti ordinis perpetuò extinguimus,& abolemus,ac miniſtrum Viſitatorem,& Vicarium generalem eiuſdem ordinis officio,vſu.& exercitio omnimodè interdicimus , edictóque prohibemus ne vllus poſthàc Miniſter, Vicarius,ac Viſitator generalis de dicto ordine habeatur.

Extinctio officij viſitatoris, Miniſtri & Vicarij tertij ordinis.

Cæterum vt deinceps Ordo ipſe vtiliorum Rectorum conſilio,& opera diri-

gatur, nos diuerſorum etiam Prædeceſſorum noſtrorum ordinationes ſequentes, Vniuerſos, & ſingulos fratres, ſorores, profeſſos, & conuerſos, necnon domos, monaſteria, & loca virorum, & mulierum ac cuſtodias, & prouincias per vniuerſum orbem conſtitutas, gregémque ipſum vniuerſum Tertij ordinis vtriuſque ſexus Generali, & Prouincialibus Miniſtris ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum prout in eorum prouinciis conſiſtunt, ita perpetuò ſupponimus, vt Miniſter generalis in vniuerſo ordine Prouinciales vero ordinis Minorum de obſeruantia in ſuis quiſque prouinciis plenum ius liberámque auctoritatem, ac in ſpiritualibus, & temporalibus iuriſdictionem omnimodam habeant, Domos omnes ac Monaſteria, & loca quæcũque, necnon perſonas vtriuſque ſexus, tam in capite, quàm in membris viſitandi, & corrigendi, vagantes, & quoſcunque alios puniendi, carcerandi, mutandi, transferendi ordinibus officiis, & adminiſtrationibus deponendi, excommunicandi, ſuſpendendi, interdicendi, & reſtituendi, ac etiam ſuper iis & cæteris, omnibus ordinem ipſum illiuſque domos, & perſonas vtriuſque ſexus quomodolibet concernentibus, eorum tamen regulæ prædictæ, & ſacris canonibus, ac præſentibus literis non contrariis ſtatuendi, mutandi, innouandi, & exequendi, quemadmodum illis eſt in ſuo proprio ordine attributum.

Subiicitur tertius hic ordo generalibus Miniſtris fratrum minorum de obſeruantia.

Præcipimus igitur in virtute ſanctæ obedientiæ vniuerſis, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis prædicti vbilibet conſtitutis, vt Generalem, & Prouinciales miniſtros Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia, tanquam patres, & Superiores ſuos, eorumque monita & mandata humiliter & deuotè recipiant, & re ipſa adimplere procurent alioquin contradictores quoſlibet, & rebelles, ſententiæ, cenſuræ, & pœnæ quos quiſque ipſorum ritè tulerint in eoſdem ipſo facto volumus ſubiacere. Pari quoque ratione eis Cardinalem protectorem Fratrum de Obſeruantia in protectorem tribuimus qui etiam in eoſdem omnes curam, & auctoritatem obtineat, quam alius quiſque pleniſſimè hucuſque competitur habuiſſe.

Tertij ordinis ſuperiores & protectores.

Statuentes præterea quod futuris omnibus Capitulis prouincialibus Fratrum Tertij Ordinis huiuſmodi pro Viſitatorum Prouincialium, & aliorum officiorum electione, fratrum diuiſione, & ſalubri cuiuſque Prouinciæ directione annis ſingulis celebrandis, aut Generalis, aut eius Commiſſarius, aut in cujus Prouincia capitulum illorum habebitur, Prouincialis miniſter Ordinis Minorum de Obſeruantia huiuſmodi ſemper præſideat, aliter verò celebrata, ac omnia in eis decreta pro iratis habeantur.

Capitulis huius ordinis intereſſe debet authoritas ſuperiorũ.

In ipſis autem Capitulis Prouincialibus Viſitatorum Prouincialium electione idoneis fratribus Tertij Ordinis huiuſmodi per ſecreta ſuffragia, & alias eo modo, quo de fratrum Minorum de Obſeruantia prouincialibus celebretur per Miniſtrum generalem prædictum ante omnia confirmetur.

Viſitatores quomodo eligendi.

Hæc vero officia Annalia duntaxat eſſe, & in ſingulis Capitulis prouincialibus prædictis reſignari debeant, ita vt lapſo primo anno illa vacare cenſeantur.

Officia elapſo anno vacent.

Poterunt tamen ipſimet Viſitatores prouinciales rurſus in ſequentem annum & eo finito, etiam in tertium, ſi idonei reperientur, eodem modo eligi & confirmari, ſed omnes ſuis huiuſmodi officiis quandocunque perfuncti, denuo ad illa niſi tranſacto Sexennio nequeant reuocari.

Cæterum omnes & ſinguli fratres & ſorores Tertij Ordinis huiuſmodi in ſua quiſque prouincia Viſitatori ſuo tanquam Superiori in omnibus quæ ſuis regularibus inſtitutis non aduerſantur, obediant.

Viſitatori cuiuſcũque prouinciæ obediendum.

Omnes vero Viſitatores prouinciales huiuſmodi ſic electi tanquam vices gerentes Miniſtrorum prouincialium ordinis fratrum minorum de obſeruantia, & illis ſubditi prædicandi, & docendi munus in ſingulis vtriuſque ſexus domibus, conuentibus, & locis ſuę cuiuſque prouincię obire, eamque in ſibi ſubditos fratres & ſorores iuriſdictionem, quam ipſimet Miniſtri prouinciales ordinis Minorum de obſeruantia obtinent, in omnibus, & per omnia exercere, ac quandoque opus erit confeſſiones omnium & ſingulorum fratrum, & ſororum tertij ordinis huiuſmodi per ſe vel alios ſuæ regulæ ſacerdotes idoneos audire, illoſque ab omnibus & ſingulis ſententiis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque cenſuris,

Facultates viſitatorum prouincialium.

ſuris, & pœnis eccleſiaſticis, necnon peccati criminibus & delictis dummodo talia non ſit propter quæ Sedes Apoſtolica merito conſulenda foret, in foro conſcientiæ duntaxat abſoluere, & pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac cum Clericis, & Preſbyteris eius ordinis ſuper irregularitate ſi quàm ſententiis & cenſuris huiuſmodi illaqueati miſſas, & alia diuina officia, non tamen incontemptum clauium celebrauerint, vel alias ſeſe illis immiſcendo contraxerint, diſpenſare, liberè, & licitè valeant.

Nihil poſſidetur in hoc ordine vel propriè vel priuatim.

Ad hæc nullos omninò fratrum, & ſororum Tertij Ordinis huiuſmodi, qui prædicta tria vota ſubſtantialia fecerint,, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum, diſpenſationum, indultorum, permiſſionum Apoſtolicorum, aut etiam inueteratæ conſuetudinis voto repugnantis, ſeu quacunque alia cauſa proprium quicquam, aut priuatum liceat obtinere, ſed omnia etiam priuatim, ac intuitu cuiuſcunque perſonæ donata, oblata, & conceſſa vbique communia, & indiuiſa omnibus Religioſis eſſe debeant. Quicunque vero pecuniam, aut aliam rem qualemcunque cauſa conceſſam prælato ſuo celauerit, furti reus cenſeatur, & tamquam fur puniatur, Eam tamen diligentiam ſuperior cuiuſque domus adhibeat, vt de communi ipſius domus ſingulis iuxta exigentiam conſulatur.

Clauſuræ perpetuæ obligentur ſorores huius tertij ordinis.

Præterea ſorores dicti Tertij Ordinis in communi in domibus, monaſteriis, vel hoſpitalibus, aut alia Congregatione viuentes, & dicta tria vota ſubſtantialia Religionis emittentes ſub perpetua clauſura maneant, nulluſque frater, aut confeſſor earum, vel quicunque Prælatus ad domos, monaſteria, vel alia loca ſororum huiuſmodi in communi, & collegialiter viuentium, niſi quibus ex officio incumbit, & in caſibus neceſſariis à iure permiſſis, & tunc cum vno, vel duobus ſociis prouectis & honeſtis ingredi audeat, qui ſecus fecerit carceribus mancipetur, omnibuſque adminiſtrationibus, & officiis deponatur.

Probatio confeſſorum & prædicatorum per ſuperiores.

Ipſarum vero ſororum, & omnes alij Confeſſores, & ſacri Concionatores, Generalem vel Prouincialem Miniſtrum approbantur.

In cæteris autem omnibus quæ ad religioſam vitam pertinent illa prædicti fratres, & ſorores Tertij Ordinis obſeruare teneantur, quæ à Prædicto Rodulpho Epiſcopo, & protectore, vigeſima octaua Aprilis, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono fuerunt ordinata, ſubſtantiã totius huiuſmodi regulæ maximè continentia, quam fe. rec Nicolaus Papa Quartus prædeceſſor noſter ad incrementum fidei catholicæ approbauit, ita tamen vt præſentibus nullatenus aduerſentur.

Dubiorum diſcuſſio & declaratio reſeruatur Generali.

Quæcunque verò dubia in eis contigerit exoriri, illa omnia Generalis, & Prouinciales Miniſtri Ordinis Minorum huiuſmodi debeant declarare, quorum declarationi & determinationi eorum regulæ, & præſentibus nõ contrariæ ſtari debeat.

Ac decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu nullo vnquam tempore notari, ſeu impugnari poſſe, aut debere, nec aduerſus eas, & in eis contenta quæcunque reſtitutionem in integrum, aut reductionem ad terminos Iuris, vel aliud quodcunque gratiæ, ſeu gratiæ, ſeu iuſtitiæ remedium quiſquam impetrare, vel etiam ab aliis impetrato, aut Motu proprio conceſſo vti valeat ex quauis cauſa quantumlibet rationabili, ac omnia & ſingula præmiſſa aliquibus eiuſmodi ordinis ſtatutorum, aut quibuſuis aliis reuocationibus, ſuſpẽſionibus, limitationibus, & aliis cõtrariis diſpoſitionibus vel ſpecialibus per quoſcunque Rom. Pont. ſucceſſores noſtros pro tempore factis non comprehendantur, ſed ſemper ab illis excepta ſint.

Sicque per quoſcunque Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij apoſt. Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam de Latere Legatos, in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debeat. Necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper iis per quoſcunque quauis auctoritate etiam prætextu priuilegiorum, facultatum, diſpenſationum, & indultorum apoſtolicorum, quæ quoad hoc penitus abolemus, aut quouis alio quæſito colore ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Inſuper vniuerſis, & ſingulis fratribus, & ſororibus Tertij ordinis huiuſmodi, eorúmque domibus, monaſteriis,

Clauſulæ præſeruatiuæ.

naſteriis, & locis omnia & ſingula priuilegia, indulgentias, diſpenſationes, & indulta apoſtolica fratribus,& ſororibus dicti ordinis Minorũ de obſeruantia,etiam quoad Sacramentorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem,& receptionem quomodolibet conceſſa,& concedenda quæcunque ſint & fuerint, præſentibus tamen non repugnantia ita vt illis omnibus & ſingulis pariformiter,& æquè principaliter vti,potiri,& gaudere liberè,& licitè valeant concedimus,& indulgemus. Cæterum omnibus,& ſingulis fratribus,& ſororibus Tertij Ordinis huiuſmodi diſtrictiùs iniungimus,vt præſentes noſtras literas humiliter recipiant, & quæcunque in eis expreſſa,ac per eas ſtatuta,decreta,& mandata ſunt,alia deſuper à nobis non expectat iuſſione,aut mentis noſtræ declaratione firmiter cuſtodiant,& in omnibus ſtudioſè obedire procurent.

Decretum irritans.

Quin etiam dilectis filiis noſtris Carolo tt.Sanctæ Praxedis Preſbytero Cardinali Borrhomæo nuncupato dicti ordinis protectori,& illius Miniſtro generali per apoſtolica ſcripta mandamus, vt ipſi vel eorum alter eaſdem præſentes, ac quicquid pro earum executione & obſeruatione in dictis futuris capitulis prouincialibus miniſtris ordinis fratrum minorum de obſeruantia huiuſmodi ſtatuetur, ordinabitur,& decernetur in omnibus,domibus, monaſteriis, & locis virorum,& mulierum,ac ab omnibus & ſingulis fratribus,& ſororibus tertij ordinis huiuſmodi inuiolatè faciant per ſe,vel alium,ſeu alios obſeruari, Contradictores quoſlibet & rebelles,ac etiam proteſtantes, & reclamantes, eiſque auxilium, conſilium, vel fauorem publicè,vel occultè, directè vel indirectè, quouis quæſito colore vel ingenio præſtantes tam Eccleſiaſticos quàm Laicos cuiuſcunque dignitatis,gradus, ordinis vel conditionis fuerint per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas cæteráque iuris, & facti remedia opportuna appellatione poſtpoſita compeſcendo,legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus,ſententias,cenſuras,& pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quæſito,& piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de vna,& in Concilio generali edita de duabus dietis, aliiſque Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, Necnon tertij ordinis, illiúſque domorum,& etiam mulierum Monaſteriorum prædictorum iuramento confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis,& literis apoſtolicis illis,eorúmque ſuperioribus,& perſonis, ac eorum ſingulis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & nos, & Sedem Apoſtolicam,etiam per modum ſtatuti perpetui,ac initi & ſtipulati contractus, ac alias ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis clauſulis & decretis in genere & in ſpecie conceſſis, confirmatis, ac etiam aliis reformationibus quotieſcunque,ac quocunque tempore factis,& promulgatis etiam Mare magnum,& Bulla aurea nuncupatis, ac quibuſlibet aliis indulgentiis, & exemptionibus Apoſtolicis ſpecialibus,& generalibus quorumcunque tenorum exiſtant,per quę præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri,& de quibus quorúmque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio. Quæ omnia contra earundem præſentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.

Priuilegia minorum de obſeruantia huic tertio ordini conceduntur.

Facultas deputatorũ executorum.

Clauſulæ derogatoriæ.

Per prædicta tamen non intendimus reformationi fratrum,& ſororum tertij ordinis huiuſmodi in Hiſpaniarum Regnis conſtitutis in aliquo præiudicare,quo minus litteræ noſtræ deſuper editæ,& quæcunque illarum vigore pro rerum locorum,& perſonarum qualitate,& exigentia facta ſunt,præſentibus non conformia poſſint quoquó modo impediri,vel retractari.

Reformationi fratrũ & ſororũ tertij ordinis in Regnis Hiſpaniæ hæc reformatio nihil munuit vel addit.

Denique volumus quòd ipſarum præſentium exempla etiam impreſſa,dictique pro tempore exiſtentis Protectoris,aut miniſtri generalis, vel Prouincialis ſigillo, & Secretarij cuiuſuis eorum, vel Notarij publici manu obſignata eandem illam fidem vbique locorum in iudicio & extrà illud faciant,quàm ipſæ præſentes ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Nulli ergo,&c. Si quis autem,&c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum,Anno Incarnationis Dominicæ,milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo. Quin. Non. Iulij,Pontificatus noſtri anno tertio.

Reparandæ

Reparandæ diſciplinæ Monaſticæ ſtudio propenſus piiſſimus Pontifex extinxit atque aboleuit regimen,hoc eſt,officia Miniſtri,Vicarij,& viſitatoris generalis tertij ordinis eiuſdem S,Franciſci cum ſubmiſſione omnium vtriuſque ſexus huius tertij ordinis Monaſteriorum generali Miniſtro & Prouincialibus ordinis fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum,prout in eorum Prouinciis conſiſtunt: & ita perpetuò ſuppoſuit,vt Miniſter generalis in vniuerſo ordine: Prouinciales verò ordinis Minorum de obſeruantia in ſuis quiſque Prouinciis plenum ius,liberámque authoritatem,ac in ſpiritualibus & temporalibus iuriſdictionem omnimodam habeant. Domos omnes ac Monaſteria & loca quæcunque,necnon perſonas vtriuſque ſexus,tàm in capite,quàm in membris viſitandi & corrigendi,vagantes & quoſcunque alios puniendi,carcerandi,mutandi,transferendi ab ordinibus, officiis,& adminiſtrationibus deponendi,excommunicandi,ſuſpendendi,interdicendi,& reſtituendi,&c.

XXV.

Reſidentia in parochialibus ac cononicatibus Eccleſiis *iniungitur.*

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVPIENTES pro noſtri paſtoralis officij munere Chriſtifidelium animarum ſaluti quantum cum Deo poſſumus ſalubriter conſulere,& parochialibus Eccleſiis ab earum parochis,prout tenentur,in diuinis debitè & laudabiliter deſeruire,inhærendo etiam decretis ſacri Concilij Tridentini,motu proprio,& ex mera deliberatione certaque ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, omnes, & ſingulos Rectores parochialium Eccleſiaram cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ fuerint,in quibuſcunque Regnis,Prouinciis, Ciuitatibus, Diœceſibus,ac aliis Chriſtiani Orbis partibus conſiſtentes,qui parochialem Eccleſiam ac canonicatum,aut dignitatem,etiam poſt Pontificalem maiorem, ſeu principalem in quibuſuis Patriarchalibus, aut Metropolitanis vel Cathedralibus, ſeu collegiatis Eccleſiis, ſeu aliud quodcunque beneficium Eccleſiaſticum, etiam quarumcunque diſpenſationum à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſeu etiam à nobis hactenus quomodolibet impetratarum, ac literarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum titulo, quas omnes hac præſenti conſtitutione abolemus,& reuocamus,ſeu quocunque alio prætextu obtinet, cum prima, & præcipua debeat eſſe cura animarum,eos ad reſidendum in Eccleſia parochiali, & ibi in diuinis deſeruiendum,debitoque eorum officio fungendum omninò teneri, & obligatos eſſe,ac ad id per Epiſcopos,& aliorum locorum ordinarios,etiam tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatos,ſub ſententiis,& cenſuris Eccleſiaſticis,ac pecuniariis arbitrio eorum declarandis,ac etiam priuationis dictarum parochialium, & aliorum quorumcunque beneficiorum pœnis, quacunque appellatione remota, cogi, & compelli poſſe,& debere auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, præcipimus, & ordinamus. Eos tamen ſic reſidentes in Eccleſiis parochialibus omnes,& ſingulos fructus, redditus, & prouentus,etiam canonicatus ſui, vel dignitatis,ſeu alterius cuiuſcunque beneficij, exceptis duntaxat quotidianis diſtributionibus,& aliis quæ ex iuſta cauſa abſentes percipere non ſolent,lucrari volumus. Sicque per quoſcunque iudices, & Commiſſarios,etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,ac Sanctæ Eccleſiæ Cardinales,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi,facultate,interpretari,iudicari,& diffiniri debere: Necnon irritum,& inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari,decernimus,& declaramus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis diſpenſationibus,& exemptionibus literiſque Apoſtolicis deſuper confectis, necnon Apoſtolicis in Prouincialibuſque, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus,vel ſpecialibus conſtitutionibus,& ordinationibus,& etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus,& priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis perſonis in genere,& in ſpecie,& aliàs quomodolibet conceſſis,& approbatis,in poſte-

Paſtores qui longius à grege illis commiſſo peregrinantur hac conſtitutione coercentur, cui & adſtipulatur Concilium Lateranenſe in quo quemadmodum & in Tridentino ſancitũ fuit vt Eccleſiaſticũ miniſteriũ neutiquam committatur niſi perſonæ quæ reſidere in loco & curã Eccleſiæ per ſeipſum valeat exercere Idem ſtatuit Cœleſtinus cap. ex parte. & Innoc. c. qualiter. & aliis duob. ſeq. Et in Concil. Sardin. can. 14. & in Agathenſi. 7. q. 1. can. ſi quis. & can 9.

rúmque

rumque concedendis,& approbandis,quibus omnibus,etiam ſi de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,& indiuidua,non autem per clauſulas generales idem importantes mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda,aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, eorum tenores,ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes,illis aliàs in ſuo robore permanſuris,hac vice duntaxat ad effectum præſentium ſpecialiter,& expreſsè,derogamus, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod harum literarum tranſumptis etiam impreſſis,manu Notarij publici ſubſcriptis,ac ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides tam in iudicio,quam extra adhibeatur,quæ preſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1568. Oct. Idib. Iulij Pontificatus noſtri anno tertio.

Mala & corruptiſſima iſta tempora harum conſtitutionum de reſidentia copiam ſuggerunt, quæ & nullius fermè ponderis ſunt apud maleuolos quoſdam gregis Chriſti paſtores. Olim de hac reſidentia nulla mouebatur quæſtio cùm ſinguli paſtores diligenter attenderent Chriſti, hodie ita agitatur hæc controuerſia, vt difficilè ſit perſuaſu multis reſidentiæ obligationem non ſolùm diuino, ſed humano iure firmatam ſicuti ſuperiùs dictum eſt varijs in locis. Controuerſia hæc perinde inanis & ſuperuacanea mihi videtur ac ſi quis reuocaret in dubium vtrum Cuſtos arcis ab hoſtibus obſeſſæ deberet abeſſe à cuſtodia & excubijs, aut vtrum ianitor cui cura claudendi,reclaudendíque commiſſa eſt debeat ad ianuam reſiſtere. Et cui nauis gubernatio incumbit ad clauum ſedere, aut Medicus per Vicarium vulnera curare aut qui Principis pueri Pedagogiam ſuſcepit per alium munus abſoluere debeat. In hæc tamen ſæcula deuenimus in quibus nulla relicta eſt cura gregis paſtoribus, nullus amor, nulla ſollicitudo. Paſtorum eſt Chriſti iuſſu attendere,gregi ſuo,& inſomnes agitare noctes, vt tranquillè grex viuat. Cùm aliquando Thebani ciues certis quibuſdam diebus ſolutiùs compotationibus indulgerent atque voluptatibus fruerentur Epaminondas Dux eorum ſolus vigil ac ſobrius arma luſtrabat, & vrbis deambulabat mœnia. Rogatus cur id faceret,reſpondit ſe ſobrium eſſe ac vigilare quo cæteris liceret temulentos eſſe ac dormire. Narrat Plutarchus regi Perſarum hunc fuiſſe morem, vt ſemper vnum quempiam haberet cubicularium cui hoc muneris eſſet commiſſum, vt manè regium thalamum ingreſſus his verbis illum expergefaceret Surge Rex ac negotia cura aliquando rationem villicationis tuæ redditur. Vtinam eſſent apud prælatos qui eos à pigro ſopore excitarent, vt vel muneris recordarentur, nec tam perſidè à grege recederent cum eorum præſentia maximè requiritur. Tales profectò negligentes paſtores Chriſtiano nomine indignos iudico ſi enim uerè Chriſtiani eſſent, nec in illis quotidie refrigeret charitas altiùs cogitarent quale quantúmque ſit munus eorum qui Chriſti animarū tanto precio coēptarum curam recipiunt. Cùm autē de reſidentia agenda monentur fatuā habent illā apologiam quod vicaria opera munus adimpleant. O deliros homines Siccine vicarios habebitis qui tantā negligentiam expient Chriſti carceribus,ſiccine per vicarios metiuntur vobis beneficij munera,ſic per vicarios editis aut bibitis? Habemus (inquiunt) conductitios presbyteros, & portatiles Epiſcopos qui curam gerant omnium. Habetis equidē,ſed nihilominus furto & ſacrilegio veluti corraditis quicquid luxus veſter prodigit. Acidum dictu nimis hoc eſt,quod nos ſuperiùs in conſtitutionibus Pij IIII. tædium attulit. Ne tamen deſit monitoris ratio libens rogarim malos paſtores, qui potiùs inuigilant vanitati quàm virtuti, & pecuniæ quàm pecori, vt vxori Eccleſiæ adhæreant, quæ pulchra eſt & decora: vt calcato dæmonum faſtu Chriſtum æmulentur, qui ſe humiliauit formam ſerui accipiens, vt infirmitatis ſuæ conſcij curam ouium melioribus relinquant, ne pluris fiat apud eos ouium vellus, quàm animarum ſalus. Bonos verò paſtores longè horum diſſimiles oro, vt luceat lux eorum coram hominibus, vt exemplum ſint fidelium in integritate, in grauitate, in caſtitate, in charitate, in verbo, in opere, nec abſcondant Talentum domini,ſed profectus illorum ſit omnibus manifeſtus. Attendant doctrinæ, & inſtent, vt probetur illorum miniſterium ſummo illo ſacerdoti ſecundum ordinem Melchiſedech,qui cùm illos ſic inuenerit vigilantes, ſuper omnia ſua eos conſtituet: & in gaudium iubebit introire. Idcircò hic Pontifex Concilij Tridentini rigidus obſeruator tres Cardinales præpoſuit agnoſcendis cauſis, quibus Epiſcopi Romæ detinentur, vt ſi idoneæ non ſint, aut abſentiam à grege non excuſent ad ſuas diocæſes extrudantur.

Hæc

XXVI.

Fratres prædicatores præcedunt reliquos mendicantes.

PIVS V. Ad perpetuam rei memoriam.

DIVINA diſponente clementia omnium mortalium Iudices in terris cōnſtituti,nos id potiſſimum curare decet,vt vnicuique quod ſuum eſt, ſublaris quibuſuis iurgiis,& litium diſpendiis tribuatur,veritas,iuſtitia, & pax inuicem ſe amplexentur,honórque,& ordo debitus inter omnes,præſertim religioſos,nobiſcum ſub vno,& eodem vexillo Deo militantes ſeruetur. Cum itaque nuper accepe rimus,quod ſacer ordo fratrum Prædicatorum præ ceteris aliis fratrum Mendicantium ordinibus, à Sede Apoſtolica primo etſi approbatus,& confirmatus fuerit, illiúſque profeſſores in proceſſionibus,& aliis actibus, ac miniſteriis publicis, & priuatis tam coram Romano Pontifice in eius Capella,generaliúmque Conciliorum ſeſſionibus,& congregationibus,quam pleríſque aliis Chriſtifidelium partibus,primum locum inter alios fratres Mendicantes obtineant,tamen ſi ad Religionis propagationem in Ciuitatibus,& aliis locis,in quibus aliorum ordinum Mendicantium Religioſi Conuentus,& domos prius habebant,domos,aliáve Religioſi loca pro eorum habitatione ædificarunt,ſeu conſtrui fecerunt, aut iam ædificata receperunt,ſæpe contingit,quod aliorum ordinum fratres mendicantes,antiquitatis Eccleſiam,vel ſuorum Conuentuum, & domorum, quas in eiſdem locis prius habuerunt,ſeu aliis prætextibus,dictos ordinis Prædicatorum fratres in proceſſionibus,& aliis actibus,ac miniſteriis prædictis contingentibus,præcedere ſatagunt, præeminentiámque, & locum debitum eiſdem denegant,& impediunt,quo fit, vt non ſolum inter eos inteſtina odia,& diſſenſiones,in eorum animarum perniciem ac cæterorum Chriſtifidelium ſcandalum non modicum,ſed etiam forſan lites, & controuerſiæ iudiciales quandoque ſubortæ ſint,& indeciſæ pendeant. Nos qui de antiquitate,& præeminentia cuiuſlibet ordinis fratrum Mendicantium plenam, & indubitatam notitiam habuimus & habemus,eorum honoris, & iurium conſeruationem,ac pacem,& quietem inter eos confouere, necnon ſcandala inde quomodolibet orta,quæue oriri poſſent,remouere paterno affectu zelantes, Motuproprio non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia ac mera deliberatione noſtris, Apoſtolica auctoritate,tenore præſentium,litem, & cauſam quamcunque,ſeu quæſtionis,& controuerſię materiam quæ deſuper vbilibet in Romana Curia,vel extra eam,etiam in noſtro cauſarum Palatij Apoſtolici Auditorio in quacunque inſtantia,inter quoſcunque quomodolibet pendeant, illarum ſtatum,& merita,& non aliqua ſententia, etiam in contradictorio iudicio à quouis iudice ordinario,vel delegato,quæ in rem tranſiuerit iudicatam,contra ipſos fratres prædicatores ſuper hoc prolata fuerit,ac alia etiam neceſſariò magis exprimenda,præſentibus pro expreſſis habentes,ad nos aduocamus,& penitus extinguimus, ac fratribus aliorum quorumcunque ordinum Mendicantium ſuper his perpetuum ſilentium imponimus. Et nihilominus fratres ipſos ordinis Prędicatorum primum digniorem, & honorabiliorem locorum ordinum Mendicantium religioſos,etiam ſi tales eſſent,qui non generali ſermone comprehenderentur,ſed nota, & expreſſione ſpeciali indigerent,tam in ſeſſionibus & congregationibus quorumcunque generalium,Prouincialium,& ſynodalium Conciliorum,quam Proceſſionibus,miniſteriis,& aliis actibus publicis,vel priuatis,iu quibuſcunque Ciuitatibus,oppidis,Terris,Caſtris,& aliis locis obtinere,& ſpeciali præeminentia omninò gaudere perpetuò debere,etiam ſi illic Eccleſias,domos,aut Conuentus non habuerint,ſeu habeant,aut aliorum ordinum Mendicantium fratres,& religioſi in eiſdem Ciuitatibus,& locis antiquiores pro tempore eorúmque Eccleſiæ,capellæ,domus,& loca regularia ibi primo inſtituta, & fundata fuerint, eoſdémve Fratres Prædicatores adhuc,etiam per centum annorum,aut diuturnius,vel alias quantumuis longè magis immemorabile tempus præcedere conſueuerint,declaramus, ſtatuimus,& etiam diffinimus, Diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis maioris,eo ipſo incurrenda pœna,omnibus,& ſingulis quorumcun-

Hæc conſtitutio reuocata & declarata fuit per Gregoriū XIII. in conſtit. Expoſcit paſtoralis.

Aduerſatur ſcandalis quæ pro præcedentia inter Mendicantes occurrebant.

Lites & controuerſiæ quæ mouebantur inter fratres prædicatores pro iure præcedentiæ hac cōſtitutione diſſoluuntur.

que

que aliorum Mendicantium ordinum pro tempore Religioſis inhibentes, ne de cætero præmiſſorum occaſione ordinum Fratrum Prædicatorum huiuſmodi,illorúmque pro tempore religioſos quoſcunque moleſtare,inquietare,perturbare,aut quoquo modo impedire audeant,vel præſumant, ſupplentes in hoc citationum, omnéſque alios,tam iuris,quam facti, & quarumcunque aliarum ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium,& proceſſuum defectus. Ac decernẽtes,præſentes noſtras lite-

Fratres prædicatores præcedunt cæteros mẽdicantes.

ras de ſubreptionis,vel obreptionis,intentionísve noſtræ an alio quouis vitio, ſeu defectu,nullo vnquam tempore impugnari poſſe, ac conſtitutionem noſtram de non tollendo cuiquam per quamcunque gratiam,ſeu conceſſionem, aut declarationem ius quæſitum, aduerſus locum ſibi vendicare non poſſe,nec debere, Sícq; in præmiſſis omnibus,& ſingulis per quoſcunque Iudices,& Commiſſarios,quauis auctoritate fungentes,etiam S.R.E.Cardinales,& cauſarum dicti Palatij Apoſtolici Auditores,in quauis cauſa, & inſtantia etiam per appellationem pendentem,iudicari,& diffiniri debere,ſublata eis,& eorum cuilibet,quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Cæterum,vt declaratio,ſtatutum,diffinitio,inhibitio,aliaque omnia, & ſingula præmiſſa inuiolabiliter obſeruantur,vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Epiſcopis,& dilectis filiis Abbatibus, ac aliis Eccleſiarum Prælatis, & perſonis in

Inhibitio ne quis hanc præcedentiam impedire audeat.

dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis,necnon Metropolitan.& aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicis,eorundem Archiepiſcoporũ,&Epiſcoporum officialibus, ſeu Vicariis in ſpiritualibus generalibus, vbilibet conſtitutis per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ committimus, & mandamus, vt has literas noſtras, & in eis contenta quæcunque inuiolabiliter obſeruent, ipſi duo, aut vnus eorum,per ſe,vel alium,ſeu alios vbi, quando, & quoties opus fuerit, & pro parte dictorum fratrum prædicatorum,vel aliquorum ex eis fuerint requiſiti, eis efficacis præſidio aſſiſtentes,faciant auctoritate noſtra eos huiuſmodi literis noſtris, & in eis contentis quibuſcunque pacificè frui, & gaudere, non permittentes à Religioſis quorumcunque aliorum ordinum Mendicantium,vel quibuſlibet aliis,quacunque auctoritate fungentibus,ſuper præeminentia,& aliis antedictis contra earundem noſtrarum tenorem,quomodolibet moleſtari, inquietari, perturbari, aut

Executorum deputatio.

impediri,contradictores,& rebelles quoſcunque,ſtatus,gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis cuiuſuis exiſtentes, per cenſuras Eccleſiaſticas,& pœnas etiam pecuniarias arbitrio eorum moderandas,& applicandas, quacunque appellatione poſtpoſita,compeſcendo. Et nihilominus eos,qui ſententiam excommunicationis antedictam,cenſuras,& alias pœnas per eos,aut aliquem eorum pro tempore latas incurrerint,legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, illas incidiſſe declarent, necnon aggrauare, etiam iteratis vicibus,curent inuocato ad id,ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, & tam huiuſmodi noſtra de non tollendo cuiquam ius quæſitum,& aliis Apoſtolicis,quam in quibuſuis generalibus,Prouincialibus,vel ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus,vel generalibus conſtitutionibus,& ordinationibus,domorumque,ordinum,& locorum prędictorum etiã iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,

Axioma illud ius quæſitum non tollendum irritum hic habetur.

fundationibus,ſtatutis,vſibus,naturis,& conſuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis,& literis Apoſtolicis,fratribus Medicãtibus aliorũ ordinũ quorumuis,eorúmq; Eccleſiis,capellis,domibus,&locis,&ſuperioribus in ſpecie,vel genere,tã per fe.re. Sixtũ Papam IIII.quam alios quoſcunque Romanos Põtifices prædeceſſores noſtros,etiam Bulla aurea Mare Magnum nuncupata, contentis,ac per nos, Motuproprio Conſiſtorialiter,etiam per modum legis,& ſtatuti perpetui, iteratis vicibus, cum quibuſuis,etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis,ac irritantibus,& aliis decretis,conceſſa pro tempore in contrarium forſan reuocantibus,etiamſi eis expreſsè caueretur, quod niſi per trinas diſtinctas literas cum temporis interuallo competenti ternis diſtinctis vicibus illis,quos concernunt,intimandas derogatum eſſe non cenſeatur,aut alia forma in id ſeruanda ſit,conceſſis,approbatis,& innouatis: Quibus omnibus,& ſingulis etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, expreſſa,& indiuidua mentio habenda eſſet,

illorum

illorum omnium, & ſingulorum tenores, vim & effectum, ac ſi de verbo ad verbum,nihil penitus omiſſo,formaque in eis tradita,obſeruata infererentur,pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alia in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè, latiſsimè derogamus, & cæteris contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, ac eorum perſonis,locis,ordinibus, & nominibus mentionem. Et quoniam difficile eſſet præſentes literas ad ſingula quæcunque loca deferri, volumus, &eadem Apoſtolica auctoritate etiã decernimus,quod illarum exemplis, etiam impreſsis, manu Notarij publici ſubſcriptis ſigilloque alicuius Prælati,vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ,ſeu Curiæ Eccleſiaſticæ munitis,in iudicio,& extrà, vbi opus fuerit,eadem prorſus fides adhibeatur,quæ adhiberentur eiſdem præſentibus originalibus,ſi exhiberentur,vel oſtenderentur. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris. Die 27.Auguſti.1568. Pontific.noſtri anno tertio.

Pontificem hoc diplomate ordini quem olim profitebatur nulla alia ratione gratificari quàm in ſui nominis gratiam velle, vanum eſſet arbitrari, illúdque creditu difficillimum erit ijs quibus eius prudens virtutum non perſonarum exiſtimatio nota fuerit. Gratum equidem animum & propenſum ſemper habuit Dominicanorum ordini: ſed id faciebat illuſtriſſimus hominum huius Inſtituti *ſequacium ſplendor & inſignis* Eccleſiæ *vtilitas quam mirum in modum auxerunt* Fratres *prædicatores. Si enim æquis iudicijs expendamus, quantum profecerint collabenti* Eccleſiæ *decori, ſi inquam animo reuoluamus rerum geſtarum ſeriem, haud immeritò illis primarium decus concedi inter reliquos ordines mendicantium iudicabimus. Quot priſcos huius ſacri inſtituti patres enumerarem, quot poſteriorum, quot noſtræ memoriæ, quot noſtræ ætatis recenſerem, qui* Eccleſiam, *qui fidem* Catholicam, *qui rem literariam ornarunt, locupletarunt, & nobilitarunt. Suſpenſo vultu iam miremur præclarum illud* Catholicæ Chriſti Eccleſiæ *columen* Diuum Dominicum *huius ſacræ congregationis* Patriarcham. Is *(vt breuibus, & carptim vitam ipſius perſtringam) ex* Hiſpaniæ *partibus, oppido* Calaroga, *diœceſis* Oxomen. *Illuſtri* Guzmanorum *familia,* Patre Felice, Ioanna *matre anno* 1170. *natus, pueritiam ſub auunculi* Archipresbyteri *magiſterio, diuinis officijs dedicauit.* Adoleſcentiam, *iuuentutiſq; partem* Palentiæ, *diuinarum humanarúmque rerum ſtudijs, honeſtis moribus, ac miſericordiæ operibus, ad uſque neceſſariorum librorum & propriæ ſupellectilis pro ſuſtentatione pauperum venditionem, inſtituit, reliquam verò inter canonicos (quos regulares vocant) ſub* Auguſtini *regula, adeò prudenter egit ac ſanctè, quòd eorum collegio in eccleſia* Oxomen. *ab* Epiſcopo Didaco Archipresbyter, *ſiue (quod dicunt) ſupprior præfectus fuit. Virilem porrò ingreſſum ætatem* Didacus, *idem* Regum Caſtellæ *ac legionis legationem obiturus in* Gallias, *itineris comitem aſciuit.* Quo *cùm in* Aquitanam & Auxitanam *oram regreſſus, gentem ferè totam* Albigenſium *veneno infectam, ac penè perditam reperit. Cuius miſeratus calamitatem, cum* Epiſcopo *ſuo duodecim* Abbatibus Ciſtercienſis *ordinis, quos cum ſuo legato,* Innocentius Papa *tertius illò miſerat, ſe adiungens, duobus annis opem & operam hæreticis conuertendis impendit.* Sed *quaſi hæc prouincia ſibi ac ſuis fratribus deberetur.* Legato, Epiſcopo: *ac* Abbatibus *poſt duos annos ad ſua reuerſis* Beatus Pater *fidei Zelo ſuccenſus, cum paucis ſibi adhærentibus ſocijs (quos fratres nominari placuit) decem annis perſtitit indefeſſus in opere, irriſionibus, contumelijs, ac minis hæreticorum, eiſq; fauentium, nec ad horam cedens, quin etiam eorum veſaniam & errores, non verbis tantum aut ratiocinationibus, ſed ſanctioribus exemplis, & miraculis (vtpote, libello ſuæ fidei, quem ter igni tradiderant æque ter ex igne penitùs illæſo proſiliente) conuincens, totum adiecit animum ad hæreſiam radicitus extirpandam. Fauit eius votis & operi ſummus* Pontifex, *iniuncto ei cenſuræ ſeu (quam vocant) inquiſitionis hæreſeos munere. Quo quidem ipſe beatus pater primus omnium ornatus eſt. Vtque felicius negocium procederet* Monaſterium Prullianium *receptionem nobilium* Fœminarum, *ab hæreſi aut hæreticorum peruerſitate reuocaturamſiue perſeueratarum, apud* Phanum Iouis *erexit. Subinde voluntarios atque fideles viros, qui armis pro fidei & fidelium defenſione pugnarent elegit, quos fratres de militia dicti ſunt, ceſſante autem militiæ ratione, fratres de pœnitentia & tertij ordinis* Beati Dominici *appellauit multas his*

exemptiones,

exemptiones, immunitates, & gratias plurimi Romani Pontificet contulere, præcipuè autem Innocentius III. etiam regulam digeßit & approbauit, ſub qua non pauci per orbem vtriuſque ſexus Chriſtifideles pia vota Deo reddentes inſeruiunt. Horum igitur opera, & diſputationum congreßibus, magis autem adhortationibus & exemplis, deſtructis aut ſaltem profligatis ibidem hæreticis & hæreſibus, ſæuus ille cancer, ſiue negligentia, ſiue inſcitia prælatorum atque doctorum, per Italiam quoque ſerpere, imò peruadere incipiens Beatum virum eò traxit, vt quem meditatus fuerat, inſtitueret ordinem fratrum, qui in humili habitu voluntariam rerum temporalium abdicationem profitentes, liberi ſanam atque Catholicam doctrinam ac mores honeſtos: verbo docerent, atque exemplo perſuaderent. Huic ordini idem Innocentius III. nomen indi'it Prædicatorum, cuius & confirmationem Beato Dominico Romæ cum Fulcone Toloſano Epiſcopo, propter Concilium Lateranenſ. degenti promiſerat, ſi vna cum fratribus, aliquam, ex antiquis patribus regulam quam profiterētur legiſſet. Electa ergo apud Toloſam. Magni patris doctorū pariter ac prædicatoris, Auguſtini regula eique nonnullis arctioris vitæ formulis (quas conſtitutiones dixerunt) additis, cùm Romam reuerſus fuiſſet, Innocentium vita functum, & Honorium ſimiliter tertium ei ſuffectum reperit, à quo non ſolùm ordinis confirmationem quam prædeceſſor promiſerat impetrauit, ſed & multis indultis ac priuilegiis donatus eſt, munere præſertim ſacras literas in apoſtolico palatio docendi, quod ipſe pro dignitate proſequutus eſt gratioſè ſimul & doctè exponens, ac annotationibus illuſtrans Epiſtolas beati Pauli, & Apocalypſim. Hinc factum arbitror vt Romæ ſacri Palatij Magiſtri ſemper ex hoc ordine aſſumantur. Eodem quoque tempore, Monialibus quas de mandato. D. Papæ colligendas & reformandas acceperat, domum quam cum fratribus incolebat apud ſanctum Sixtum reliquit, ſuſceptis de liberalitate ſummi Pontificis domo & eccleſia ſanctæ Sabinæ. Anno itaque 1216. 11. Cal. Ianuarij Ordo fratrum prædicatorum confirmatus eſt, & ad ipſum receptus Magiſter Reginaldus Aurelianenſis decanus, cui grauiter decumbenti, Beata Virgo Dei genitrix interceßione beati Dominici ſoſpitatem, & ſcapulare per ipſum ac fratres ordinis deinceps in habitum perpetuò geſtandum contulit. Non eſt facilè dictu, quam breui tempore poſt confirmationem & habitus receptionem creuerit opinio ſanctitatis ergà fratres & beatum Dominicum, cooperante gratia verbis eius, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis curationum à diuerſis languoribus, etiam ſuſcitationis trium mortuorum, & aliis mirabilibus, adeò quòd intra quinque quibus ſuperuixit annos, mire creuerit eius familiam.

O fœlix vitæ inſtitutum. ô beatū ordinem patris huius ſanctißimi auſpiciis qui in hac turbulenta rerum tempeſtate vberrimos pietatis producit fructus, videt renaſcentes Palmas Martyrū, Laureas Virginum & inſignia ſui ſancti muneris. Nemo tam parum in ſerie Chronicarum verſatus eſt qui non probe colligat, quantum lucis, magnitudinis, & dignitatis additum ſit Chriſti Eccleſiæ præclaro hoc Prædicatorum Dominicanorum ordine. Iſti ſunt qui tot animas Chriſto lucrifecerunt in plagis Orientalibus, qui maximo vitæ periculo Indos ad Euangelij lucem adhortati ſunt, adeo vt nullus ſit orbis cuneus vbi præconio digno Dominici ſoboles non prædicetur. Noua quotidie eriguntur huius familiæ templa, apud vaſtißimas noui orbis regiones. Vnde Dei ſumma benignitas apparet qui quantum hominum furor in conuellendis ſacrarum religionum domiciliis laborat, tantum ipſe & longè magis de eis propagandis, & longè latéque diffundendis videtur eſſe ſollicitus. Verum ſi Patriarcha tantus viueret & monaſteriorum cerneret ruinas quas in Chriſtianißimo Galliarum regno tota Anglia & Scotia & Germania penè vniuerſa Caluiniſtæ & Lutherani rabida neſcio qua inuidia compulſi ediderunt, non leuem ſanè deplorandi haberet occaſionem. Nam pro viginti vel circiter Dominicanorum cœnobiis quæ in Bohemia, Hußitæ ſolo æquarunt. vel certè fratribus ſui ordinis abſtulerunt, ducenta propemodum in his prouinciis planè verſa in profanos vſus conuerſa, vel direpta vel multis partibus conuulſa & depopulata conſpiceret.

Huius ſacri ordinis meritis pulſus Pontifex illum primum inter ordines mendicantium conſtituit. Quatuor enim ſunt, hic qui Prædicatorum dicitur, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum ſub ord. omnes Auguſt. præter Minores. Diſcutit quoque affectus illos præeminentiæ quæ certis glorioſis ex his plurimos torſit qui prima ſubſellia ſibi vendicant. Prædicatorum ordo nimirum inſignior & antiquior præcedentia iure potitur., annuentibus etiam ipſis Minoritis: quod quidem non Pontificis Dominicani Pij V. authoritate probatur verumetiam id not. gloſſ. in cap. quorundam. de ele. in 6. & in fin. de pactis & Archid. in cap. 1. de decimis in 6. Ioan. de Turreeremat. in c. Epiſcopus 17. per Felin. in rub. de maiorit. & obed. in tertia & 4. col

4. col. Detius plura loquitur Iab. Philip. Berg. in ſuo ſupplemento Chronicorum, libr. 13. faciunt quæ dicit Philippus Decius in conſ. 116. col. 1. ad finem.

XXVII.

Pœnæ Clericorum nephandi criminis reorum.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. HORRENDVM illud ſcelus* quo pollutæ fœdatæquæ Ciuitates à tremendo Dei iudicio conflagrarunt, acerbiſſimum nobis dolorem inurit, grauiterque animum noſtrum commouet, vt ad illud quantum poteſt comprimendum, ſtudia noſtra conferamus. Sanè Lateranenſi Concilio dignoſcitur conſtitutum, vt quicunque Clerici, illa incontinentia quæ contra naturam eſt, propter quā ira Dei venit in filios diffidentiæ, deprehenſi fuerint laborare, à Clero deiiciantur, vel ad agendam in Monaſteriis pœnitentiam detrudantur. Verum ne tanti flagitij contagium impunitatis ſpe, quæ maxima peccandi illecebra eſt, fidentius inualeſcat, Clericos huius nefarij criminis reos grauius vlciſcendos deliberauimus, vt qui animæ interitum non horreſcunt, hos certè deterreat ciuilium legum vindex gladius Secularis. Itaque quod nos iam in ipſo Pontificatus noſtri principio, hac de re decreuimus, plenius nunc, fortiuſque perſequi intendentes, omnes & quoſcunque Preſbyteros, & alios Clericos ſeculares, & regulares, cuiuſcunque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & benefico Eccleſiaſtico præſentis Canonis auctoritate priuamus. Ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati, poteſtati ſtatim ſeculari tradantur, qui de eis illud idem capiat ſupplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos, legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, tertio kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno tertio.

* *Hoc ſcelus horrendum & nephandum Sodomia eſt & ſic appellatur apud* DD. *Barbā conſ.* 64. *lib.* 1. *Alex. de Neuo cōſ.* 90. *Butr. conſ.* 58. *Calcan. cōſ.* 110. *Decius conſ.* 90. *Marſil. conſ.* 28.

Cogit nos infandum hoc ſcelus breuißimæ conſtitutioni amplißimum ſuperaddere ſcholium. Aſt horreo fœdis ſermonibus niueam paginam fœdare. Caſtißima decent caſtißimos lectores. Cæratis auribus prætereuehātur. En quale hoc monſtrū turpe, ſuperis atque inferis odibile, teterrima libidine belluino more furens. A Sodoma hoc exitiabili ſcelere deſtructa Sodomia vocatur. Et vt inquit Origenes videtur Deus in huius peccati vindicta quaſi oblitus miſerationum ſuarum: præueniſſe diem iudicij quæ in igne eſt reuelandus. Voluítque Deus vltionem Sodomorum manere perpetuam in memoria: ipſos autem peccatores noluit ardere vſque in præſentem diem, ſed ſemel incenſos ſub terra occultauit cum terra illa vſque in præſens ignis veſtigia ſeruet & in ſuperficie & in fructibus quæ ex ea oriūtur. Sunt enim ibi quædam poma pulchra quidem aſpectu: quæ tamen ſi præmantur: cinerem euaporant. Denique inter peccata quæ ad Deum clamare dicūtur hoc eſt vnum & omniū maximum. Vnde Deus quaſi incredulus dicit: deſcendam & videbo, ſi tantum nefas perpetrauerint hi qui ad imaginem meam conditi ſunt. In tantum autem hoc vitio Græci & Romani quondam laborauerunt: vt & clarißimi philoſophorum Greciæ haberēt publicè concubinos: & Hadrianus artibus eruditus: Antinoum conſecrauerit in Deum, templúmque ei ac victimas & ſacerdotes inſtituerit, & ex eo AEgypti ciuitas ac religio nomen acceperit. Inter ſcorta quam in fornicibus ſpectaculorum pueri ſteterunt publicæ libidini expoſiti, donec ſub Conſtantino Imperatore Chriſti Euangelio coruſcante & infidelitas diuerſarum gentium, & turpitudo deleta eſt Hieronymus. Dicamus illud. Nero in puerum quendam Sporum nomine infami (proh pudor) deperibat amore: cui dempta virilitate: in ſexum fœmineum reluctante natura transformare niſus, non ſine dote & ornatu exquiſitißimo qualis coniugibus Cæſaris eſſe conſueuerat, magnifico apparatu nuptiarū in domum ſuam publicè euocatum, habebat legitimæ vxoris loco. Propter hoc autem & huiuſmodi probra nonnulli hunc Neronem reſurrecturum vt Antichriſtum futurum ſuſpicantur, Alij nec occiſum putant, ſed ſubtractum potiùs vt putaretur occiſus & viuus occultari, donec reueletur ſuo tempore: admirante tamen Auguſtino eos qui ſic opinantur. Cæterum huius immunditiæ quæ præter naturam eſt authorem fuiſſe demonem nemo ibit inficias: qui ſe & incumbum fœminis & viris ſuccubum non rarò miſcuit. Vnde mira pertenta narrantur apud Hiſtoriographos.

Sunt qui Perſas execrabiles hos concubitus inueniſſe putent, & hinc ἀῤῥενοκοίτας vocari Xerxes potentiſſimus ille Perſarum rex, refertus omnibus præmiis doniſque fortunæ: non equitatu, non pedeſtribus copiis, non nauium multitudine, non infinito pondere auri contentus præmium propoſuit, qui inueniſſet nouam voluptatem, qua ipſe inuenta non fuit contentus. Neque enim vnquam finem inueniet libido. Sunt qui maſculam hanc Venerem à Laio originem habuiſſe dicant, quod Athenæus ſentire videtur, φασὶ τ τοι τῶν ἐρώτων κατάρξαι λαΐον ξενωθέντα παρὰ πέλοπι, καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ χρυσίππου, ὃν καὶ ἁρπάσαντα καὶ ἀναθέμενον εἰς ἅρμα εἰς θήβας φυγεῖν, id eſt, Aiunt huiuſmodi amores incœpiſſe Laium cum hoſpitio ſuſceptus eſſet à Pelope. Eius enim filium Chryſippum cùm diligeret, rapuit: & in currum impoſitum, Thebas abduxit. Quàm verò familiare execrabile hoc vitiū Græcis fuerit, declarat Athen. ὅλως δὲ τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας τ ἐπὶ ταῖς θηλείαις προκρίνουσι πολλοὶ, παρὰ γὰρ ταῖς ἄλλαις ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσιν ἐπὶ τῆς ἑλλάδος σπουδασθῆναι τόδε τὸ ἔθος, id eſt, Sunt multi qui puerorum amores longè præponunt mulierum amori. In Græcia in multis bene conſtitutis ciuitatibus ſtudioſè hic mos exercetur. Et πέρσας δὲ παρ᾽ ἑλλήνων φησὶν ἡρόδοτος μαθεῖν τὸ παισὶ χρῆσθαι, id eſt, Herod. inquit, Perſas puerorum amorem à Græcis didiciſſe, Conſtans fama eſt tam Græcorum quàm Latinorum ſcriptorum, teterrimam hanc libidinem apud Thracas primùm incœpiſſe Orpheum antiquiſſimum vatem, quod Ouidius canit, 10. Metam.

Ille etiam Thracum populis fuit author: amorem
In teneros transferre mares. citráque iuuentam,
Aetatis breue ver, & primos carpere flores.

Sunt huius portentoſæ libidinis authores, à pientiſſimis Iudæorum regibus, meritiſſimo ſupplicio affecti, & ne tantum malum latius ſerperet, prorſus extincti. Horret animus meminiſſe, & miratur tantam olim in orbe fuiſſe infœlicitatem, vt ſublimia ingenia, execrabile hoc peccatum, vel leue putarent eſſe, vel etiam riſu dignum & condonandum. Putat Floccus ſatius eſſe prodigioſam hanc libidinem committere, quàm in adulterium incidere. Nullus vnquam hominum Iulio Cæſare fuit animi magnitudine præſtantior. Verùm vir totius orbis domitor & terror, hoc ſcelere proſtratus & victus eſt, Gallico triumpho milites triumphantis currum ſequentes ſcelera eius ioci loco cecinerunt. Eſt Curionis patris in Cæſarem dicterium: eum omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem eſſe. Quid in Auguſto ad ſummam fœlititatem deſiderari potuit? at in hoc vitio ſummè infœlix repertus eſt. Fuit cœna eius ſecretior in fabulis, quæ vulgò δωδεκάθεος vocabatur, eam, cùm turpitudinis plena ſit, explicare in animo non eſt. Omitto Tyberij Cæſaris, in receſſu Caprenſi, nefandam libidinem, Caligulæ turpem pæderaſtiam referre non lubet, neque operæ precium eſt. In quæ libidinum monſtra non iuerunt plebs populùſque cùm Imperatores ipſi tam horribilia flagitia deſignarent? Neque iniuria Claudius Imperator laudandus eſt. quod ſolus è Cæſarum familia, expers in mares libidinis fuit. Fuit alioqui vir ad literas & eruditionem ingenio ſatis fœlici, cæterùm ad rempublicam adminiſtrandam planè rudi & inepto. Verum hanc ſuam in Republica tarditatem, hac vnica ſua caſtitate abundè penſauit. Omnem certè hanc cæcitatem, in qua caligabant, in hac teterrima libidine iudicanda planè diſcuſſit, & illuminauit Chriſti doctrina, quæ longè latéque in orbe coruſcante ſceleris huius atrocitatem patefecit.

Legibus iam apud omnes Chriſtianos comparatum eſt, teterrimæ huius libidinis conuictos à Sodoma Sodomitas appellari, & atroci ignis ſupplicio affici. Tantum rigoris in hominum mores Chriſti doctrina inuehere potuit. Neque iniuria in nephandos illos homines ſeuera hæc pœna decreta eſt, qui imbecillam ætatem, & præſidio indigentem, libidini ſuæ depopulandam, fœdandámque ſubſtrauerint. Non poteſt hæc res pro magnitudine ſceleris enarrari. Nihil ampliùs iſtos appellare poſſum, quàm impios & parricidas, quibus non ſufficiat ſexus à Deo datus, niſi & ſuum ſexum profanè, ac petulanter illudant. Neque tamen negauerim complures apud ethnicos fuiſſe, qui natura duce, & ingenij fœlicitate, perſpicere potuerunt, quàm graue ſcelus hæc maſcula & præpoſtera Venus eſſet, idq; magis prauo mentis decreto & iudicio electa, quàm naturæ iure conceſſa. Romana illa ſeueritas Scatiniam legem promulgauit, quæ huic teterrimæ libidini obuiam iret, ſúntque complures apud Romanos hac lege damnati. Scatiniam hanc legem opprobrat Lauronia viris, & quæ exercenda in pædicones eſſet. Pudicitiam, ſcribit Cicero, cùm eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus eius Imperatoris, interfectus ab eo eſt, cui vim afferebat,

facere

facere enim probus adoleſcens periculoſè quàm perpeti turpiter malebat. Atque hunc ille vir ſummus, ſcelere abſolutum, periculo liberauit. Execratur idem Cicero poetam Alcæum, non aliam ob cauſam, niſi ob hunc puerorum amorem. Fortis vir in ſumma republica cognitus, quæ de iuuenum amore ſcripſit Alcæus? Aphranium togatarum comœdiarum ſcriptorem proſcindit Quintilianus, ob nefandum hunc puerorum amorem. Aphranius, inquit, in togatis excelluit, vtinam non inquinaſſet argumenta, fœdis puerorum amoribus mores ſuos faſſus. Plinius hanc Venerem inceſſit iis verbis. In hominum genere, ait, maribus diuerticula Veneris excogitata, omnia ſcelere naturæ. Idem Bardeſanes de hoc vitio in hunc modum ſcribit. Ab Euphrate, ait, vſque ad Orientalem Oceanum, cui furtum, vel cædes obiicitur, non magno mœrore torquetur, qui verò pudorem maſculo eripuit: ſi res in lucem venerit, magnitudine ignominiæ, ſeipſum interficere cogitur. Scribunt veteres ſcriptores, Orpheum poetam & huius libidinis authorem: à mulieribus interfectum: quod puerorum amorem, ſuo prætuliſſet.

Ipſis Barbaris barbarum & brutum illud ſcelus viſum eſt, imò & belluinam feritatem excedere. Nihil magis naturæ ordinem & leges diruit hoc præpoſtero concubitu. Omnia viuentia vt inquit Philoſophus 1. Polit. & 2. de anima, & 2. Metaph. naturaliter appetunt continuationem ſui in eſſe, ſceleſtiſſimus autem Sodomita diſſipat & perdit illud quod eſt hominis eſſe tanquam in principio naturali. Hic confunditur iuris naturalis ſanctio, quæ etiam inuiolabilis eſt ipſis brutis. ff. de iuſt. & iur. l. 1. §. ius naturale, vbi ſic dicitur. Ius naturale eſt quod omnia animalia docuit. Nam iſtud ius non ſolùm humani generis proprium eſt, ſed omnia animalia quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur: omnium quoque commune eſt hinc deſcendit maris atque fœminæ coniunctio quam matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio, videmus cætera quoque animalia etiam iſtius iuris peritia cenſeri. & Inſt. de iure nat. in princip. Idem dicitur, & in Decret. 1. cap. Ius naturale. Idem clariſſime habetur in Auth. in quibus modis naturales legitimi. §. licet.

Rabinorum ſententiæ Sodomitam homicidam appellant: ideò quod qui proiicit ſemen ſuum eſt, ſicut ille qui occidit animam, quia homicida occidit corpus, peccatum verò contra naturam occidit animam. Imò duas animas, ſcilicet ſuam & eius in quem committit Sodomiam. Hoc videtur ſatis expreſſum. 33. q. 2 c hoc ipſum. §. hoc autem. licet homicidam & Sodomita deſtruant naturam humanum, tamen peius Sodomita deſtruit, quia homicida deſinit hominem remanente anima immortali, iterùm corpus reaſſumptura. Sodomita verò occidit, vt non ſit homo vitam impediendo, vt ſcilicet non generetur homo. Stupendum dictu eſt quod Auguſtinus ſcribit, Deum fere deſiiſſe incarnari ob vitium contra naturam in humana natura, Etiam idem Auguſtinus dicit quod longè maius crimen eſt quam agnoſcere matrem vt 22. q. 7. adulterij. Quā graue ſit pluribus authoritatibus & rationibus oſtenditur ab Alber. de aſſer. Cathol. 28. q. num. 23. quam ſit nepharium & abominabile, grauiſſimæ pœnæ, & ignibus cœleſtibus conſumptæ ciuitates non teſtimonio ſolùm, ſed maximo terrori debent eſſe ſic & Sancta Chriſtiana verecundiſſima virgo vt legitur apud Sur. de Vitiſ. SS. to. 3. fol. 788 c. 30. Incredibili eiulatu ſæpius deplorabat totum fere genus humanum corporis pollutione corrumpi eáque cauſa iram dei vniuerſo propè orbi Chriſtiano imminere. Ita in hoc peccatum excandeſcunt iura diuina & humana, vt duodecim pœnas in illud fulminent & iaculentur. Prima eſt infamiæ. Quid enim propudioſum, infame aut turpe magis ipſis Sodomitis Deo & hominibus, ſic & leges eos infames appellant. ff. de poſtuland. l. 1. §. remouet. C. de adult. l. cùm vir. Et ex hoc prohibentur Sodomitæ: vt non poſſint facere teſtamentum. Argumentum. ff. de teſtam. l. is cui: quia vt habetur. C. de adul. l. cùm vir. ſurgunt leges armantur iura contra eos, & infames efficiuntur ipſo iure. Nam leges Sodomitæ non patrocinantur: ad oſtendendum quantæ infamiæ ſit hoc vitium Dominus Deus in punitione eius ſubmerſiſſet Sodomam, Gomorram, Seboin. Adamam, & ſegor. v. ciuitates ad perpetuam infamiam: locus ille verſum eſt in mare ſalſum.

Vnde Petrus Damianus in libello Gomorreano inquit. Hoc vitium omnia fœdat: omnia maculat: omnia polluit. Et quantum ad ſe: nihil purum: nihil mundum eſſe permittit. Hæc ille. Hæc eſt terribilis punitio quam videmus continuò. Eſt enim Sodomita tantæ infamiæ: vt omnes eum exhorreant, omnis familia, omnis parentela, omnis vicinatus & propria vxor exhorret, omnes eum maledicunt. Vnde Pſalmographus. 52. corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt.

Secunda punitio eſt excommunicationis. Tales enim debent excommunicari. Argumentum primæ Cor. 5. ſumitur. Iudicaui in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti tradere huiuſmodi ſathanæ in interitum carnis. Et iterùm Apoſtolus primæ Corinth. 3. Si quis violauerit templum Dei: diſperdet illum Deus. Quæ omnia ſeparationem ſonant, & excommunicationem, vnde ex conſequenti exciſus & excommunicatus traditur ipſe Sodomita diabolo Ait enim Petrus Damianus in loco, vt ſup. Hoc vitium Sodomiticum: à Deo animam, ſeparat & dæmonibus iungit. Hæc peſtilentiſſima Sodomorum regina, ſiue tyrannidis legibus obſequentem, hominibus turpem Deo reddit odibilem: hæc ille. Et iterùm ibi. Væ tibi infœlix anima de cuius interitu triſtantur angeli inſultant plauſibus inimici, facta es præda crudelium, ſpolium impiorum. Aperuerunt ſuper te os ſuum, inimici tui ſibilauerunt: fremuerunt dentibus & dixerunt deuoremus eũ: præda dæmone digna. Qui profectò diabolus: licet recipiant Sodomitam, & eum incathenatum retineat: tamen vt dicitur in compendio theologiæ: cum ad facinus Sodomiticum induxerit: recedit non ſufferens tantam abominationem, ſed vadit ad parandum ignem æternum poſtea redit. Et ſi fuerint clerici; hoc vitio peſſimo conuicti priuantur beneficio 81. diſt. c. ſi quis à modo vel ab officio ſuſpenduntur: ibi. c. Eos. & ſi ſuſpenſus huiuſmodi celebrat diuina, perpetuò deponitur. extrà de vita & honeſt. cleric. c. de cleri. & poteſt degradari clericus laborans hoc vitio & tradi curiæ ſeculari puniendus. Nam hoc crimẽ eſt grauius hæreſi crimine leſæ maieſtatis & ſymonia pro obtinẽdo epiſcopatu: & pro falcificatione literarum apoſtolicarum, & calumnia ſeu contumelia contra epiſcopum ſuũ. In quibus caſibus clericus degradatur: vel clerici huiuſmodi à clero remouẽtur: & ad agendam pœnitentiam in monaſterio detruduntur. Laici verò excommunicantur, & à ſocietate fidelium ſegregantur extrà de exceſſ. prælat. c. clerici, vbi ſic dicitur. Quicunque illa incontinentia quæ contra naturam etiam propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque ciuitates igne conſumpſit: deprehenſi fuerint: deiiciantur à clero: vel ad agendam pœnitentiam in monaſteriis detrudantur: hæc ibi. Contra autem laicos dicit tex. ibidem. Si laici fuerit excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni hæc ibi. Item ſodomitæ repelluntur ab aduocatione & à poſtulando: & ab honoribus cum ſint infames. Item eorum bona omnia debent confiſcari Extra de hæreticis. c. Cum ſecundùm leges. Et ſic poteſt dici illud eiuſdem Damiani in libro Gomorreano Quiſquis in hunc extremæ perditionis abuſum: fuerit lapſus à ſuperna patria, exul efficitur à Chriſti corpore ſeparatur totius Eccleſiæ auctoritate confunditur: omnium ſanctorum patrum iudicio codemnatur hæc ille. Tales pœnæ legum & Iuriſconſultorum conſenſu firmantur.

Rebuffus in tract. de pacificis poſſ. num. 208 cenſet, ſodomitam non poſſe eligi ad eccleſiaſticum beneficium, nec validam eſſe collationem beneficij eidem factam: quod Lamberti. in dict. art. 18. latiùs probare conatus eſt. Quibus multa patrocinantur, quæ de huius nefandi criminis grauitate traduntur, præſertim à S. Th. 2. 2. q. 154. art. 11. cap. vſus. cap. adulterij. 32. q. 7. l. cùm vir nubit in fœminam, viros paritura quid cupiatur? C. de adulter. cap. infames. 3. q. 7. l. 1. §. remouet. ff. de poſtulan. Auth. vt non luxurientur contra naturam collat. 6. §. 2. Inſt. de pub. iud. c. in archiepiſcopatu. de raptorib. cap. vt clericorum. de vita & honeſt. clericor. Huius criminis authorem non poſſe facere teſtamentum, etiam ante accuſationem & condemnationem, probare conantur Anaſtaſius Platus inter conſilia Barba conſ. vlt. lib. 1. Guiliel. Benedictus in cap. Raynuntius. de teſtam. verbo mortuo itaque teſtatore in l. enim 134. Dec. in l. 1. C. de ſecundis nupt. num. 8. At Speculat tit. de inſtrumen. editione. §. compendioſè. verſi. 13. aſſeuerat, Sodomitam huius criminis damnatum teſtari non poſſe: quaſi velit, hunc ante damnationem teſtari iure poſſe Sed prior opinio ex eo probatur quòd ſodomita ſit ipſo iure infamis. dict. l. cum vir. vbi gl. l. 1. §. remouet. & ibi gl ff. de poſtul. cap. infames. 4. q. 7. infamis autẽ ipſo iure teſtari prohibetur l. is cuius. §. vlt. ff. de teſtament. Et præterea huius criminis author ipſo iure dominio bonorum priuatur, quod gloſſa notat in c. cùm ſecundùm leges, de hæret. in 6. verbo, naturæ contrarias. Baldus in auth. inceſtas. C. de inceſt. nup. quò circà gloſſa in §. teſtes, in verbo, inteſtabiles. Inſt. de teſta. cenſuit, paſſos muliebria eſſe inteſtabiles: ergo a fortiori agentes, atque ita in terminis ſodomitas teſtamentum condere non poſſe, & conditum, antequam ſint condemnati, annullari, conſuluit Anaſtaſius Platus inter conſilia Barbatiæ conſi. vlt. lib. 1. quem ſecuti ſunt Decius in d. l. numero 7. C de ſecund. nupt. Cotta in d. memorab. in verbo, Pedicones. Bellonus conſilio vltim. numero 2. & Platus in l. ſi quando numero 311. in fin. C. vnde vi quibus addo Marſi. ſing. 597. contra naturam. & Coraſium in l. in teſtamento, numero 23. C. de impub. & aliis ſubſt. Alcia. l. inter

l. inter ſtuprum, num. 4. de verb. ſign. & Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur. num 384. C. de reuo. dona. Boſſius tract. cauſarum criminalium, titulo, De ſtupro deteſtabili in maſculos. num. 2.

Tertia punitio eſt ſterilitas. Sæpe qui fuerunt vel qui ſunt dediti huiuſmodi vitio: ſunt ſteriles. Ne arbor infœlix ſoboleſcat.

Quarta pœna eſt flagellationis. Nam cum apoſtolus Col. 2. nominet immundiciam: & libidinem ſubiungit. Propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatum vbi doctores dicunt, quod maximè vitium Sodomiticum: eſt per quod concitatur & prouocatur Deus ad mittendas peſtilentias fames, ſterilitates. tempeſtates, & vrbium excidia vt patet in authentico; vt non luxurientur contra naturam, vbi ait Imperator. Propter enim talia delicta & fames & terremotus & peſtilentiæ fiunt. Propterea admonemus omnes abſtinere ab huiuſmodi vitiis vt non ſuas perdant animas. Idem etiam dicitur. 32. q 7. flagitia, in gl. Inficit enim aerem: & homines terram corrumpit & ſubuertit. Exemplum patet in Sodomæ ſubuerſione. Gen. 19. Patet etiam in vniuerſali diluuio. De cuius tempore dicitur. Gen. 6. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.

Quinta punitio diciturcontemptus, vſque à Deo ſpernitur peſſimus Sodomita: vt non ſit amplius homo, ſed vilior beſtia. Propterea Philoſophus in 7. Ethi. Sodomia continetur ſub beſtialitate. Immo eſt inferior atque deterior beſtiis. Vnde ſeptimò Ethic. dicitur: Homo prauus etiam deterior beſtia. Et quis magis prauus, magiſq; ſceleratus peſſimo Sodomita? Poliphemi reſponſum Nunquam enim viſa eſt beſtia cum beſtia per modũ non naturalẽ concumbere, vnde Petrus Damianus vbi ſupra. Nunquam aſinus ſtimulo concumbendi cum aſino rugitus emiſit. Hoc ergo perditi homines perpetrare non metuunt: quod ipſa quoque bruta animalia perhorreſcunt, hæc ille. Et ſic patet quòd ſodomita punitur à natura quæ transfert eum in beſtiam: & peius efficitur ea, cuius naturaliter homo eſt Dominus vt habetur. Gen. 1. & 1. Politicorum.

Sexta punitio dicitur ſeparatio. Certè conueniens eſt ſi natura abiicit ſodomitam: vt etiam propria vxor ipſum abiiciat. Etenim comprehenſo marito in vitio Sodomitico: diuortium fieri & denegari debitum poteſt. Non enim debet huiuſmodi fœtidus: matrimonij ſacramento coniungi: à quo meretur omninò repelli. Quamobrem vtriuſque fori decreto propter crimen ſodomiticum ſeparatatur coniugium, vt eſt text. in cap. omnes excuſationes. 32. quæſ. ſeptima. Et eſt communis opi. vt atteſtatur Lamaer. de iure patr. in prima parte, lib. 2. quæſ. nona. art. 18. in fin. Didac. ſuper 4. decret. fol. 132. num. 6. Inno. autem in d. c. dicebat, quòd propter ſodomiam, quam maritus cum aliis exerceret, non poterat vxor ſeparari à thoro viri, niſi quando maritus vellet etiam vxorẽ ad illud trahere. Et opin. Inno. dixi eſſe magis communem Floria. in cap. maritus. de adul. quem refert Anan. ibi num 3. Sed certe prima opin. eſt magis communis, & tenenda, ſi enim propter adulterium ſit thori ſeparatio, vt dixit Iul. Clarus lib. 1. §. Adulterium, verſ. Alia quoque, multo magis propter hoc crimen debet fieri poſſe, quòd eſt multo grauius, & ex quo magis læditur matrimonium. Et ita hanc opin. contra Inno. dicit eſſe magis communem Abbas in d. cap. maritus. in fin. quem refert Pract. Contradi, fol. 374. num. 4. Barb. conſil 94. num. 8. libr. 1. vbi etiam ſubdit, quòd ita de conſuetudine obſeruatur.

Quatuor vltimæ pœnæ cæteris grauiores quadruplices ſunt, tres primæ temporales, vel igne, vel ferro exequuntur quarta terribilior eſt æternæ damnationis niſi gratia & miſericordia eluceſcant, & ſumma pœnitentia expietur. Pœna Sodomiæ de iure Ciuili eſt pœna mortis tam in agente, quàm in patiente, vt eſt text. in l. cum vir nubit in fœminam. C. de adul. & eſt communis concluſio, vt dicit Soc. Iun. in d. conſ. 7. num. 3. Ant. Gomez. ſuper l. 80. Tauri, num 32. Et nota, quòd quamuis ille text. videatur imponere pœnam gladij, ideſt amputationis capitis, tamen de conſuetudine eſt, quòd Sodomitæ igne comburantur, vt dicit Angel. in d. l. cum vir nubit in fœminam, quem refert Afflic. ſuper tertia parte conſtit. Regni Rub. 42 in princ. poſt num. 13. Pract. Io. deci cap. 96. num. 12.

Vltima punitio dicitur damnationis. 1. Cor. 6. Neque maſculorum concubitores neque molles, regnum Dei poſſidebunt. Et meritò. Nam dicit D. Albertus magnus, in 2. ſent. diſt. 35. quod hoc ſcelus, eſt contra naturam, contra rationem, contra gratiam, & ex conſequenti contra gloriam Quo igitur ibunt nephandiſſimi ſpurciſſimique, fœtidiſſimi, ſceleratiſſimi Sodomitæ? Ad Tartara, ad perpetuos rogos. Vnde prudentiſſimus doc. Petrus Damianus in libello Gomorreano ait. Hoc vitium Sodomiticum infernum aperit: paradiſi ianuam claudit

elaudit: cæleſtis Hieruſalem ciuem: tartarice Babylonis facit hæredem, de ſtella cœli ſtipulam exhibet ignis æterni; abſcidit membrum eccleſiæ, & in ipſum vorax proiicit gehennæ æſtuantis incendium. Hæc ille. *Et iterum ibidem. Sodomita enim inter homines in terra deſpicitur, & cæleſtium ciuium contubernio reprobatur, ſit ſibi cœlum ferreum terra ænea. Neque illud poteſt pondere grauatus aſſurgere, neque hic ſua mala diutiùs occultare. Dictum eſt ſatis.*

XXVIII.

Pœnæ impedientium ſanctum officium inquiſitionis hæreticæ prauitatis.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SI De protegendis cæteris omnibus Eccleſiæ miniſtris, quos in fidem & clientelam noſtram à Domino recepimus, cura nobis quotidiana inſidet, quanto maiore ſtudio eam nos ſolicitudinem capeſſere neceſſe eſt, vt qui in ſacro Inquiſitionis hæreticæ prauitatis officio verſantur, ſub tutela inuiolatæ auctoritatis huius ſedis periculorum omnium expertes, quæque munera ad exaltationem fidei Catholicæ exæquantur? Cum itaque generis impiorum vis quotidie magis inualeſcat, qui omnibus malis artibus prædictum officium ſubuertere miniſtroſque functionibus diſturbare moliuntur, eo iam nos detruſit neceſſitas, vt nefariam, & ſceleſtam illorum audaciam acerbiore castigationis verbere reprimamus. Hac igitur generali conſtitutione de fratrum noſtrorum conſilio ſancimus, vt quicunque ſiue priuatus, ſiue cuncta ciuitas, ſiue populus, ſiue dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo illuſtris, quemuis ex inquiſitoribus, Aduocatis, Procuratoribus Notariis, aliiſve miniſtris prædicti officij, vel Epiſcoporum id munus in ſua Diœceſi, aut prouincia obeuntium, ſeu accuſatorem, denuntiatorem, aut teſtem in cauſa fidei quomodocunque productum, vel euocatum occiderit verberauerit, deiecerit, ſeu perterrefecerit, quique Eccleſias, ædes, aliáſve res, ſiue publicas, ſiue priuatas officij aut miniſtrorum expugnauerit, inuaſerit, incenderit, expilauerit, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regeſta, protocolla, exempla, ſcripturas, aliáve inſtrumenta ſiue publica, ſiue priuata vbicunque poſita combuſſerit, diripuerit, ſeu interuerterit, ſeu ex incendio, aut direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerit, ſeu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, ſiue capiendi, ſiue comburendi, ſiue ſupprimendi cauſa fuerit, ſiue res, aut perſonas ſeruari, defendiue prohibuerit, quiue carcerem, aut aliam cuſtodiam, ſeu publicam, ſeu priuatam effregerit, vinctum extraxerit, ſeu emiſerit, capiendum prohibuerit, captúmve eripuerit, receperit, occultauerit, ſeu facultatem effugiendi dederit, ſeu iuſſerit id fieri, qui cœtum, concurſúmve fecerit, ſiue vt aliquid prædictorum fieret omnes accommodauerit, ſiue aliàs auxilium, conſilium, aut fauorem publicè, vel occultè in quolibet prædictorum ſcienter præſtiterit, licet nemo occiſus, nemo verberatus, nemo extractus, emiſſus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, ſuccenſum dereptúmve, nullum denique damnum re ipſa ſit ſecutum: nihilominùs is ſit anathemate præſentis canonis auctoritate ligatus, idem quoque læſæ Maieſtatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocunque alio beneficio temporali, & perpetuo eo ipſo priuatus, ſecularis iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipſas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per conſtitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebuſque omnibus fiſci iuribus applicatis, vti etiam eſt de damnatis hæreticis per ſanctiones canonicas conſtitutum: eius filij paterna infamia ſubiecti, omnis, & cuiuſcunque hæreditatis, ſucceſſionis, donationis, & legati ſiue propinquorum; ſiue extraneorum omninò ſint expertes, eiſdem præterea portæ nunquam pateant dignitatum. Nemo autem expurgationem habere, aut cauſam vllam proponere, vel prætendere poſſit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officij admiſerit, niſi contrarium per claras probationes docuerit ſe feciſſe. Quòd porrò de prædictis eorumque filiis ſtatuimus illud idem de omnibus clericis, & presbyteris ſecularibus, & presbyteris ſecularibus, & quorumuis ordinum etiam exemptorum regularibus, & quacunque etiam Epiſcopali, & maiori dignitate præditis, ac etiam priuilegio quomodocunque ſuffultis, decernimus exequendum, ita vt ipſi beneficiis & offi-

Ipſius iuris ſtatuto excommunicatur qui directè vel indirectè aut quocunque modo impedit officium inquiſitionis in cauſa hæreſis, & ſi per annum in ea animo indurato perſtiterit tanquam hæreticus poteſt condemnari vt in inquiſitionis de hæreticis lib. 6. & ibi per Doctores & maximè per Dominicum. Quamobrē Pius Pontifex in eos qui vel inſidiantur officio Inquiſitorum dato impedimēto aut qui eorum deprædantur bona carceres frangūt pœnas hic deſcriptas ſtatuit.

ciis

ciis omnibus eccleſiaſticis, præſentium auctoritate priuati, per iudicem eccleſiaſticum, hæreticorum more degradentur, demum poteſtati ſeculari traditi, pœnis prædictis laicorum inſtar ſubiiciantur; Pontificum tamen, cauſis nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruatis, vt re quæſita, & nobis renunciata contra eos ad depoſitionem, & aliàs pœnas prædictas procedamus, vti criminis atrocitas videbitur poſtulare, Quicunque autem pro talibus veniam petere, aut aliàs intercedere tentauerint, in eaſdem illas pœnas, quæ in hæreticorum fautores à ſacris conſtitutionibus inferuntur, ipſo facto ſe nouerint incidiſſe. Verum ſi quis etiam huiuſmodi criminum conſcius vel affinis, ſiue religionis ſtudio, ſiue pœnitentia ductus rem adhuc incognitam retexerit, ſupplicio liberetur. Cæterum eam omnium, & quarumcunque abſolutionem rationem à prædictis criminibus, necnon habilitationum etiam ad famam, & honores, ita deinceps habendam optamus, vt ſucceſſores noſtri nullas niſi ſaltem ſemeſtri poſt cuiuſque aſſumptionem ad huius dignitatis faſtigium excurſo, ac precibus apud ſuppremum officium inquiſitionis hic inſtitutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quaſcunque huiuſmodi abſolutiones, habilitationes, & reſtitutiones, quæ precibus ſic non verificatis de cætero fient, nemini prorſus prodeſſe, ſed nec præſentibus, niſi toto ipſarum tenore ad verbum inſerto, & gratia ex certa Romani Pontificis ſcientia facta, & propria manu ſubſignata, vlla in parte derogari, nec derogatum cenſeri debere, & ſi illis ex quacunque cauſa aliter derogari contigerit, derogationes huiuſmodi nullius prorſus fore roboris, & momenti. Iubemus igitur vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & cæteros Eccleſiarum Prælatos per vniuerſum orbem conſtitutos vt per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, aut earum exempla in ſuis quiſque prouinciis, ciuitatibus, diœceſibus, & locis ſolenniter publicare, & quantum in ſe eſt, firmiter obſeruari procurent, contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione propoſita compeſcendo, ipſaſque cenſuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggrauādo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem vt præſentium exempla etiam impreſſa edantur, eaque Notarij publici manu, & cuiuſcunque curiæ Eccleſiaſticæ, vel prælati ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem vbique locorum faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Cæterùm omnes orbis terrarum Principes, quibus gladij ſæcularis poteſtas ad malorum vindictam eſt commiſſa, per eam quam ſe tueri promiſerunt fidem, obteſtamur, ita ſuas quiſque partes ſiue in præſtando miniſtris prædictis auxilio, ſiue in criminum poſt Eccleſiæ ſententiam animaduertione, interponere, vt eorum quoque præſidiis miniſtri ipſi tanti officij munus pro Dei æterni gloria, & religionis incremento feliciter exequantur, ampliſſimum à Domino præmium recepturi, quod fidei prædictæ aſſertoribus in æternæ beatitudinis conſortio præparauit. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Cal. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Epiſcoporum cauſæ Romano Pontifici reſeruantur.

Qui pro reis huiuſmodi intercedunt aut ſuffragia poſtulant pœnas hæreſis incurrunt.

Impunitatem conſequuntur qui hæc delicta reuelauerint.

Forma abſolutionis horum criminum.

Executorum deputatio.

Turbulentiſſimi quidam adeò exe:rantur Iuſtitiæ ſolenne munus, vt omnia ſcelera inulta manere velint & manibus pedibuſque digladientur quoties in flagitioſos animaduertitur. Nolunt *hæc impunè pati leges, ſtatuúntque ſeueriſſimè puniendum qui iudicem impedit ne ſuam Iuriſdictionem exerceat. quiue in ius vocatum vi eximit quo minus in iudicium ſiſtat qua in re extat. l. ex hoc edicto. ff. de eo per quemquam retulit. Vlpianus his verbis.* Ex hoc edicto aduerſus eum qui dolo fecit quo minus quis in iudicium vocatus ſiſtat in factum actio competit quanti actoris interfuit eum ſiſti. *Lege ius eſt id quod populi iuſſu ſancitum eſt. Quod genus eſt vt in ius eas cum voceris. Adeo vt rapere, inuitúmque ducere & trahere permiſſum eſſet. Terent. in Eunuch. Si vim faciet in ius ducito hominem Horatius Satyra 9.*

--caſu venit obuius illi
Aduerſarius, & quo turpiſſime? magna
Exclamat voce, & licet atteſtari? ego vero

Oppono auriculam, rapit in ius, clamor vtrinq;
Vndique concurſus.

Ergo ſi dum ego alium in ius voco, id eſt, vt Nonius Marcellus *interpretatur, duco vel traho, tu eum vi eximas, etſi priuatim mea non interſit, publico tamen iure me ſpolias, & per te ſit quo minus ego id ius quod populi iuſſu in commune omnibus propoſitum eſt, obtinere valeam. Itaque & mihi, qui quamuis in nullo priuato, quippe cum calumniari voluerim, in publico tamen iure læſus ſum: & contra te qui publicum ius turbaſti, actionem prætor merito dari debere cenſuit. Quidam non ſolum hac ratione Iuris effectum reuocant verumetiam clancularis inſidiis Iudicem proſequuntur ne ius dicat. Sunt & qui delegatorum Iuriſdictionem impediant, quos & ipſe delegatus punire poteſt cap. 1. de offi deleg. & ibid. gloſſ. vlt. Abb. num. 6. Felin col. pen. Dec. num. 5. & num. 14. 16. & probat. cap. Significaſti ibi Abb. in vlt notab. eod. tit. de offi. deleg. & extenditur etiam hæc ſententia ad delegatum inferioris à Principe. Sic cenſet Inno. Butr. Bald. & alij plures in d c. 1. de offi. deleg. Extenditur etiam vt precedat in delegato impropriè ſicut eſt in Inquiſitorem hæreticorum ita Dec. in d. c. 1. num. 6. de off. deleg. poſt Cardinalem in Clem. 2. de hæretic. & idem ſcripſit Alber. de Roſat. in tractat. ſtatutorum parte 3. q. 18. verſ. eſt tamen aduertendum.*

XXIX.

Titulo penſionis aut beneficij ex decreto Concil. Trident. promoueri debent clerici ad Sacerdotium.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Quod Concilio Tridentino de promotione ad Sacerdotium cũ titulo decretum eſt id prius in Calcedonenſi Synodo deliberatũ fuerat, nequis ſcilicet ad ſacros ordines admitteretur ſine titulo hoc eſt niſi ad alicuius præfecturam Eccleſiæ aut miniſterium eſſet vocatus aut titulo profeſſionis ſiue patrimonij ſufficientis prouiſus. Pariter & Vrbanus irritam ordinationem eſſe voluit quæ ſit abſque titulo. Vide Cõcil. Trid. Seſſ. 21. c. 2. de reformat.

ROMANVS Pontifex ſacrorum Conciliorum auctor & interpres, illa quæ in huiuſmodi Conciliis à prudentibus patribus in Spirituſancto legitimè congregatis ſalubriter ſancita ſunt, pro ſui paſtoralis officij debito dum æquitas, & honeſtas, & decus ſuadet, ſicuti declarare, & moderari, ita etiam ad alios caſus extendere conſueuit. Sanè cum non deceat diuino miniſterio aſcriptos cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere ſacro Tridentini Concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps Clericus ſecularis, quamuis aliàs moribus, ſcientia, & ætate eſſet idoneus, ad ſacros ordines promoueretur, niſi prius legitimè conſtaret eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficienter, pacificè poſſidere, vel aliàs ordinari non poſſet niſi iuxta decreti ab ipſo Concilio deſuper editi formam, & tenorem. Cum autem nulla in huiuſmodi decreto religioſorum Clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (vti moleſtè accipimus) certorum ordinum Religioſi ſeu Canonici, vel Clerici, intra clauſtra monaſteriorum, ſeu domorum more regularium in communi viuentes, qui nonnunquam, ſeu nonniſi ad certum tempus profeſſionem emittunt, & ex clauſtro exire, & dimitti, ad ſæculum reddire liberè & licitè poſſunt, Religionis prætextu abſque titulo ſufficientis beneficij, nec iuxta dicti decreti tenorem, ad ſacros ordines ſe promoueri prætendunt. & à nonnullis Epiſcopis paſſim promoueantur, atque inde plerunque illud inconueniens eueniat, vt ſic promoti, & è clauſtro exeuntes, & per ſæculum vagantes, vel mendicare, vel ſordidum quæſtum exercere, non ſine ipſorum dedecore, ac ordinis vilipendio, & quam plurimorum Chriſti fidelium ſcandalo cogantur. Nos igitur qui ſingulorum Dei miniſtrorum honorem, & decus (quantum in nobis eſt) ſinceris exoptamus affectibus, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac perpetuò valitura ſanctione, decretum prædictum de Clericis ſæcularibus loquens ad omnes & ſingulos etiam cuiuſcunque ordinis Clericos religioſos ſiue ſæculares more religioſorum viuentes in communi non profeſſos harum ſerie extendimus, & ampliamus, ac religioſis, & aliis prædictis non profeſſis, vt ad ſacros ordines promoueri, necnon omnibus & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habentibus, vt ordines ipſos huiuſmodi Religioſis perſonis impendere, niſi obſeruata forma dicti decreti nos virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna interdicimus, & prohibemus, ac contrafacientes per annum à præſtatione talium ordinum ipſo iure ſuſpendimus. Statuentes, & decernentes

nentes promotiones quarumlibet religioſarum perſonarum prædictarum ad ordines huiuſmodi contra ipſius decreti Concilij Tridentini formam, etiam cuiuſuis licentiæ illis ab Apoſtolica Sede, vel illarum Superioribus cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtant, etiamſi Pontificali dignitate fungantur, vel Cardinalatus honore præfulgeant conceſſæ, prætextu factas, executione prædictorum ordinum omninò carere, nullaſque prorſus, & irritas exiſtere, ſicque promotas perſonas in altaris miniſterio miniſtrare non poſſe. Quinimò miniſtrantes, priuilegiis exemptionibus, immunitatibus, & aliis gratiis Clericis conceſſis omnino priuari, & irregularitatis, aliaſque in dicto decreto contentas pœnas eo ipſo incurrere, à quibus niſi à Romano Pontifice, vel in mortis articulo minimè abſolui poſſint. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quorumuis monaſteriorum, & ordinum, etiam iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quaſi firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, illis, illorúmque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus & formis; ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, efficaciſſimis, reſtitutiuis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, & in ſpecie, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamſi aliàs pro illorum ſufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, formas datas, & decreta in illis impoſita, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Et vt præſentes literæ ad omnium notitiam perueniant, neue quis illarum ignorantia excuſari poſſit, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus præſentes literas ad valuas Principis Apoſtolorum de vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicę, ac in acie campi Floræ publicari & earum exempla affigi, & imprimi, illarumque exemplis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici, & ſigillo prælati Eccleſiaſtici, vel eius curiæ obſignatis eandem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, Pridie Idus Octobris, Pontificatus Noſtri, Anno Tertio.

Promotiones nõ ſeruata forma Concilij Tridentini factæ nullæ ſunt & inanes.

Clauſulæ derogatoriæ.

Forma publicationis.

Promotionem Clericorum ad ſacros ordines latè diſtinguit author Oeconomiæ Canonicæ nóſque in illum Paragraphum tituli beneficij penſionis aut patrimonij quid hac in re iure conſultum ſit, diximus Nemo itaque ordinetur ſine certo titulo, id eſt, ſine certa poſſeſſione, iuſtáque poſſidendi cauſa. Nam quos inopes clericos ordinat Epiſcopus, hos alere iure cogitur. Aliàs quidem eſt agitatum in hac, quæ ſequitur, & ſimilibus ſpeciebus. Habeo titulum beneficij, ſed ſine poſſeſſione, an ſufficiens eſſe dicatur ad ordinationem, & promotionem? Reſpondeo quòd non: ſed me oportet ipſum beneficium ſiue rem cuius titulo promoueor obtinere; verùm is qui habet ſolum titulum beneficij ſine poſſeſſione non dicitur habere beneficium: nam habere cum effectu accipiendum eſt, in ſ. n. l. Nomen filiarum. ff. de verb. ſig. propterea, Innocentium puto ſemper (& rectè quidem) expoſuiſſe, Sine titulo, id eſt, ſine eccleſiaſtico, vel alio beneficio. Titulum pro re ipſa capiens. Vult Pontifex Clericos regulares & ſæculares hoc pacto promoueri ne vel deſcedentes è Clauſtris ſordidè viuant aut quodquam officio indignum faciant.

XXX.

Forma contrahendi cenſus.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe, & indies celebrari cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos, verumetiam

Annui reditus qui pecunia ſoluendi frequenter cōſtituuntur vulgo cenſus appellari ſolent collocantur autem ſuper re immobili.

etiam quod deterius eſt, contrariis omninò pactionibus, propterea ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt, animarum, prout tenemur ſaluti conſulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo, læriferoque veneno ſalutari antidoto non mederi.

Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſum ſeu annuum redditum creari, conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit.

Rurſum niſi verè in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, ac Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtoque pretio.

Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos eum, qui alias ex naturę contractu, non tenetur, nullo modo valere volumus.

Pacta illicita ſunt impedientia alienationem rei cenſualis.

Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper, & liberè, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda ſit, volumus Dominum cenſus aliis omnibus præferri eique denuntiari conditiones quibus vendenda ſit, & per menſem expectari.

Dominus cenſus præfertur in re cenſuali vendenda.

Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla.

Imo & cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis vel præteriti, vel futuri, omninò prohibemus.

Sicuti etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non ſpectarent.

Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos non ſolum re in totum vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire; ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui. Non obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunque verbis, aut clauſulis concepta ſint.

Cenſus ab initio repeti non poteſt.

Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & poſt denuntiationem, intra annum tamen, etiam ab inuito pretiū repeti poſſe, & vbi pretium nec volens intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocunque reditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuntiatione de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra, idque obſeruari mandamus etiam quod plures ac plures denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet.

Pacta etiam continentia precium cenſus extra caſum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omninò prohibemus.

Contractuſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus.

Fœneratitij iudicantur contractus aliter quā hac conſtitutione præſcriptum ſit celebrati.

Et ita illis propterea non obſtantibus, quicquid vel expreſſè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à Fiſco volumus poſſe vendicari. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem nedum in cenſu nouiter creando, verumetiam in creato quocunque tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit perpetuò, & in omnibus ſeruari volumus.

Declarantes precium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui vel augeri.

Et licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos

ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubiiciant, & animarum ſaluti conſulant.

Nec augeri nec minui debet pretium cenſus ſimul conſtitutū.

Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis & conſuetudinibus, necnon priuilegiis, & literis etiam per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus decretis, ex quauis cauſa, etiam per modum legis vniuerſalis, aut alias quomodolibet editis, ſiue in fauorem vniuerſitatum, Communitatum Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directè, vel indirectè, præſenti noſtrę conſtitutioni in toto, vel in parte contrarientur, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteríſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem quod præſentes in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes perpetuò valituras conſcribantur.

Clauſulæ derogatoriæ.

Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Decretum irritans.

Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, quartodecimo Kalendas Februarij, Pontificatus noſtri anno quarto.

De cenſu vix poteſt ordiri ſermo, quin & illicò de cenſoribus aliquid dicendum non occurrat. Cum enim Ciuitate creſcente augendus eſſet cenſus conſulibus hic officio non ſufficientibus, conſtituti ſunt Cenſores, quam hiſtoriam latius proſequitur Fen. *ſub tit. de cenſorib. Eſt autem cenſus æſtimatio rerum & bonorum cuiuſque facta, ſecundum quam tributa pendebantur. Et quotiens cenſus agebatur, numerus ciuium recognoſcebatur: cenſum enim agere eſt recenſere hominum facultates: & cenſum conſtituere, qui ſoluebatur populo, aut* Principi *viritim in ſignum ſubiectionis. cap. magnum. cum gl.* 11. *q.* 1. *vbi refertur de cenſu ſoluto etiam à Chriſto Cæſari imperatori. Ser. tul.* 7. Romanorum *rex: omnes deſcribere & æſtimare rem ſuam iuratos iuſſit, primúſque cenſum egit. Et inuenti ſunt vt lib.* 4. *teſtatur* Halicar. *octoginta quatuor millia ſeptingentique* Romani *ciues. Et ita deinceps multos ad annos per conſules cenſus acti ſunt. Poſteà vt ſcribit* Fene. *loco prædicto, cùm ob multa & varia bella ó bque ciuiles ſeditiones populus incenſus remanſiſſet, id eſt capita & patrimonia ciuium non eſſent profeſſa, vel deſcripta, augendúſque vt hic dicitur, eſſet cenſus, nec diffiniri per conſules belli implicitos poſſet, circiter annum tricenteſimum poſt vrbem conditam conſtituti ſunt cenſores ſic dicti, quòd ad eorum cenſionem & arbitrium populus cenſeretur.* Hinc Liui *in* 4. *ab vrbe condita hic annus cenſuræ initium fuit, rei à parua origine ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta eſt, vt morum, diſciplinæq;* Romanæ *penes eam regimen ſenatus: equitúmque decoris dedecoríſque diſcrimen ſub dictione eius magiſtratus publicorum ius, priuatorúmque locorum vectigalia pop.* Rom. *ſub nutu atque arbitrio eſſent,* Cic. *in orat. pro* Cluentio, *cenſores dicit eſſe præfectos moribus magiſtros veteris diſciplinæ & ſeueritatis. De prædictis plura inuenias vltrà* Fe. & Pomp. Letum *ex* Plut. *in* AEmilio, & Liuio *in* 9. *lib. de bell.* Maced. *vbi ſcribit quòd licet talis honor à principio ſpretus fuerit à primoribus ciuitatis, ex poſt tamen de eo inter ſummos viros* Catonem, Scipionem, *& alios magna fuit contentio. Cenſus autem dicitur iure* Pontificio *contractus quidam, quo habens plenum rei dominium eam alteri tradit, quo ad ipſum dominium vtile directum pro centum aureis, ea pactione, vt perpetuò ex ea re ſibi decem aurei annui ſoluantur, quemadmodum notatur in c. conſtitutus. de reli. domib.* Bar. *in l* 1. §. 1. *ff. de publica.* Imo *in c.* 2. *ad audientiam. col.* 2. *de reb. eccl. ex quibus conſtat differentia inter contractum cenſus, & emphyteuſis, ſiquidem emphyteuſis contractus tunc dicitur, quando dominus rei ipſam ſub annua penſione, vel propter aliud pretium ſimul & recognitionis ſolutionem alteri tradit quo ad vtile dominiū, reſeruato ſibi dominio directo. Forma vero contrahendi cenſus hic præſcribit* Pontifex *iubetq; cenſus imponi ſuper re immobili fructiferà & certis confinibus deſignata, & in pecunia numerata in actu celebrationis inſtrumenti.*

XXXI.

Reformatio pœnitentiariæ Apoſtolicæ.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruuorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN omnibus rebus humanis nihil tam perfectè inſtitui, nihil vllis legibus, ſanctionibuſque tam diligenter muniri poteſt, quin id lubrica, & præceps malorumque effectrix cupiditas nouis quotidie artibus peruertere atque corrumpere moliatur. Quocirca omnes ad huius præcelſæ dignitatis faſtigium euecti, perpetua quadam neceſſitate coguntur, nuſquam oculos à commiſſo ſibi grege auertere, ſed continenter vigiles circumferre, vt quandocunque vſus poſcit, nouis modo veteribus corrigendis, vel ad vſum reuocandis, ea quæ paulatim deprauata ſunt, in melius reformentur. Quod quidem nos iam inde ab ipſo Pontificatus noſtri principio, & libenter fecimus, & quantum in nobis eſt, illud idem ſtatutum vrgere, & perſequi, annuente Deo, conamur: neque quicquam nobis eſt vel præclarius, vel optabilius, quam vt collapſos à vetere diſciplina mores ad priſtinam ſuam integritatem denuò erectos, & in agro Domini à prauarum conſuetudinum ſentibus omnia diligenter perpurgata videamus. Sed ne dum ea quæ ad communem totius corporis ſalutem pertinent, tantopere procurantur, quiſquam nos accuſet, quod eam partem, quæ nobis proxima eſt, negligamus, neque vllius vlceribus neceſſarium ſalutis remedium applicemus, diuino auxilio freti, Curiæ noſtræ vniuerſæ reformationem iamdudum oculis noſtris obuerſantem aggredi decreuimus: pro qua & ſi antehac nonnulli prædeceſſores noſtri multa ſanctè & ſalubriter ordinarunt, hominum tamen fragilitate non ita multò pòſt, aut neglecta, aut corrupta ſunt, aliis atque aliis aliena ſuo ſibi officio vſurpantibus, & dictæ Curiæ expeditiones inuicem confundentibus, quarum ſingulis ſagax illa vetuſtas proprium, & diſtinctum, pro cuiuſque diuerſitate, & materiæ genere officium, tanto ſtudio aſſignauit. Vnde nos operæpretium fore arbitrati illud in primis conari, vt quod cuique ordini, quod cuique officio congruit, ad illud idem reuocetur, demum ſapienter prouidere, & prouidenter ſtatuere per quos viros, quibuſque modis Curiæ prædictæ negocia pro rerum, temporum, & locorum qualitate deinceps dirigantur. Atqui cæteris omnibus illa anteponere neceſſe eſt, ex quibus pendere dignoſcitur periculum animarum: Nos huiuſce reformationis exordium à Pœnitentiariæ noſtræ officio capere inſtituimus eiuſque rei cauſa omnem auctoritatem ordinariam, & delegatam, omniaq; priuilegia, facultates, & indulta, ideo duximus reuocanda, vt habita de miniſtrorum qualitate numero, functionibus, & officiis ratione explicita, nouam futuris formam de integro preſcribere valeamus; qua ipſum Pœnitentiariæ officium certis quibuſdam facultatibus, quæ aliis officiis magis conueniunt, exoneratum atque expeditum dehinc ea quæ animarum ſalutem præcipuè concernunt, attentiore ſtudio proſequatur.

Malorum omniũ effectrix cupiditas iura omnia & ſtatuta euertere ſolet.

Reformatio exorditur ab his rebus è quibus pendere dignoſcitur grauius periculum animarum.

Primum igitur omnium de huiuſmodi officio, miniſtris & functionibus rationem prodere volentes, De Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnia & ſingula loca, ſeu officia Referendariorum, & Correctorum, & Reuiſoris, necnon functiones, & exercitia Scriptorum, qui viginti ſeptem, & Procuratorum, qui viginti quatuor ſunt quorumque procuratorum octo officia ad diſpenſationem pro tempore exiſtentis maioris Pœnitentiarij pertinere noſcuntur, in eodem pœnitentiariæ officio perpetuò ſupprimimus, & abolemus: eorumque Scriptorum, & Procuratorum rationem aliorſum habituri, illos omnes iam nunc ab ipſo Pœnitentiariæ officio amouemus.

Officiarij quidam inutiles expunguntur.

Ac dictum officium dehinc maiore Pœnitentiario, Regente, Datario, vno Correctore, vno magiſtro in Theologia, vno Doctore in Decretis, duobus Procuratoribus, duobus Scriptoribus, & vno Sigillatore (quos pro futuris rebus, & negotiis illius ſatis eſſe duximus) perpetuò conſtare volumus.

Illorumque omnium officiorum in ipſo Pœnitentiariæ officio conſtitutorum venditionem, aut quamuis aliam ad voluntatem tacitam, vel expreſſam ea dimittentium diſpoſitionem, expreſsè prohibemus: ſed illa omnia Probis, & Peritis gratis omninò, & ſine aliqua dimittentium, aut aliorum quorumcunque acceptione concedantur

Pœnitentiarij officium eſt perſonale.

quod ſi ſecus factum fuerit, quæcunque conceſſione de illis pro tempore factæ, nullius ſint roboris, vel momenti.

Officiorum prohibetur nundinatio.

Præterea ſtatuimus, & ordinamus, vt deinceps in perpetuum maior Pœnitentiarius officium ſuum per ſeipſum exerceat: quare ſit Presbyter, magiſter in Theologia, ſeu decretorum Doctor, & ſi cauſa legitima à Romano Pontifice admiſſa, abſens, ſeu impeditus fuerit, vnum alium ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus prædictis qualitatibus inſignitum ſibi pro Pœnitentiario ſurroget: qui interim hoc munus etiam per ſeipſum proſequatur: literáſque non Pœnitentiarij delegantis, ſed ſuo proprio nomine iubeat expediri.

Similiter Reges, Datarius, Magiſter in Theologia, & decretorum Doctor viri eximia doctrina præſtantes, caſuumque conſcientiæ periti.

Item Corrector in decretis ſtylo, cæteriſque Pœnitentiariæ rebus diligenter verſatus & inſtructus.

Ac etiam Sigillator probatæ vitæ, & vti id munus poſtulat omnium officij expeditionum peritus

Qui omnes maioris Pœnitentiarij cura & ſollicitudine delecti, & à Romano Pontifice confirmati, ad ſuum quiſque officium admittantur.

Procuratores quoque, & Scriptores, prædicti vita, moribuſque integris ornati ad ſuum quique officium exercendum idonei.

Quales eſſe debeant Regens, Datarius & Theologiæ magiſtri Corrector Sigillator, Scriptores & procuratores.

Adhæc omnes prædicti officij miniſtri, etiam Procuratores, & Scriptores ſint Presbyteri, vel certè in aliquo ex ſacris ordinibus conſtituti, huiuſmodi arcanorum continentiſſimi: quorum etiam iuramento de fidelitate præſtando adſcribatur, quod nec occultus caſus huiuſmodi, nec perſonas vnquam cuiquam extra officium reuelabunt: qui ſecus fecerint, non leuius quam Presbyteri peccatorum confeſſiones prodere audentes, puniantur.

Procuratoriæ autem, & Scriptoriæ officia ita demum à maiore Pœnitentiario illis concedantur, qui prius à Regente, & Correctore ſuper vita, moribus, ætate, ſcientia, & aliis qualitatibus requiſitis diligenter, ac propoſitis edictis, & mora ſex dierum præcedente per concurſum examinati, & idonei comprobati fuerint: alioquin omnes conceſſiones, etiam ſi à Romano Pontifice ex aliqua cauſa pro tempore factæ fuerint pro irritis habeantur.

Officiales Pœnitentiariæ debent eſſe in ſacris ordinibus cõſtituti, iudicio maturi, & arcanorum continentiſſimi.

Omnes verò ſupradicti officia ſua per ſeipſos cum diligenter, tum etiam fideliter exerceant, ſolique præſentes & actu exercentes, niſi legitimè impediti, & fructus & emolumenta percipiant: quorum ſingulis certum, ſtatumque aliunde ſtipendium cuique conueniens aſſignare intendimus: quo ſolo contenti eſſe debeant, nihilque aliud etiam ſponte oblatum, à partibus, aut aliàs ſiue pro expeditionis celeritate, ſiue pro alio extraordinario labore, tam procurando, quàm ſcribendo, aut recognoſcendo, capere poſſint, quicunque ſecus fecerint officio ſuo huiuſmodi priuati, excommunicationis quoque ſententia innodati ex ipſo cenſeantur: cuius abſolutionis beneficium ab alio, quàm Romano Pontifice (excepto mortis articulo) nequeant obtinere.

Vt autem negocia vniuerſa qua decet puritate, & diligentia dirigantur, prædictus Regens petitiones, caſuſque omnes ad prædictum officium deductos in primis examinet diligenter: quæque perſpicua, & ſecundùm communem in eodem officio curſum abſque difficultate expediri conſueuerunt, eadem expediri iubeat: nihilque omninò vel ordinatum, aut clauſum, niſi prius ab ipſo recognitum & probatum, Procuratores expedire incipiant: Dubia verò vel obſcura, vel difficultate obſtructa, Regens ipſe ad maiorem Pœnitentiarium referat, vt diligentius examinentur: demum in eius ſignatura propoſita, cum maturo omnium iudicio decidantur.

Stipendiis ſint contenti, & nihil vltra etiam à ſponte offerentibus accipere debent ſub pœnis hic expreſſis.

Cæterum materiæ omnes ſiue conficiendæ, ſiue ſcribendæ inter procuratores, & Scriptores, cura ſigillatoris æqualiter diuidantur.

Sed vt literæ prædictæ ſtylo ſuo conſcriptæ, ſanæ & incorruptæ emittantur Corrector prædictus, antequam illæ ſcribantur, ſchedulas ſiue minutas earum à prædictis Procuratoribus conficiendæ, cum ſupplicatione expedita diligenter recognoſcat, examinet, & corrigat; vt inde literæ ipſæ mundæ, & integræ, raſuriſque

Regentis Pœnitentiariæ officium.

proiſus

Correctoris.

proſſus carentes expediantur. Itemque ſuper omnibus materiis tam ordinariis, quàm extraordinariis ſupplicationes, vbi illis opus erit, in totum expediri debeant prius quam ad expeditionem literarum ſuper illis quoquo pacto procedatur.

Sigillatoris.

Denique Sigillator prædictus literas omnes eatenus recognoſcat, vt manus requiſitæ illis appoſitæ ſint: & eorum datæ cum libello ſupplicationis concordet: deinde ipſius ſigillo Pœnitentiariæ obſignet, obſignatas, & in totum gratis vbique expeditas, tunc demum eas procurantibus reſignet.

Expeditio literarum gratis ſieri debet.

Illud autem ſanctè & inuiolabile apud officium prædictum volumus obſeruari: vt nihil prorſus pro literarum confectione, & expeditione, nec aliàs etiam pro charta, atramento, cera, capſula, cordulis, aliiſque rebus ad ipſam expeditionem pertinentibus exſoluantur: rationem aliunde habituri, vnde hæc omnia, ſimulque miniſtrorum omnium ſtipendia debeant comparari.

Sigillator cuſtos omnium ſcripturarum pœnitentiariæ.

Sed ne quid rerum dictæ Pœnitentiariæ lapſu temporis pereat, neglectúmve iaceat, Sigillator ipſe omnia exemplaria, literas, ſcripturas, & inſtrumenta quorumque priuilegiorum, facultatum, conceſſionum, prohibitionum, reformationum, & cæterorum omnium dictum officium Pœnitentiariæ in vniuerſum, & priuatim concernentium, fideliter, ac cum periculo ſuo aſſeruèt; deque his omnibus authenticum inuentarium, ac regeſtum conficiat: cui quicquid poſtea additum, ſtatutum, conceſſum, vel vetitum erit, illud totum qualecunque quamprimum adſcribatur: & ſic deinceps hæc omnia in futurorum Sigillatorum fidem cum eiſdem conditionibus, & periculis deponantur.

Officialium iuramenta.

Ad retinendam verò in dicto officio puritatem, & confirmandam ſingulorum fidem, diſtrictè præcipimus, vt iuramenta quæ in admiſſione officialium requiruntur, ad præſentem noſtram reformationem accomodata quotannis in manibus dicti maioris Pœnitentiarij debeant irritari.

Monemus inſuper omnes & ſingulos ſupradictos, vt caueant diligenter, ne in officiorum ſuorum exercitio fraus, vel dolus quoquo pacto admittantur, vel captio inducatur: neue ipſi partibus quicquam doloſè, & fraudulenter ſuggerant, quò faciliùs optata impetrare poſſint: ſed ſolùm petitiones iuſtas, rationabiles, & honeſtas recipiant, & proponant. Quod ſi dolum, vel fraudē feciſſe, aut quidquam vel minimum pro labore, aut aliàs quoquo modo accepiſſe conuicti fuerint, præter illas cenſuras, & pœnas, quę contra talia admittentes quomodocunque propoſitę ſunt, in pœnam priuationis officiorum ſuorum incurrant, & ad futura inhabiles, infameſque reputentur: prout nos illos priuatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipſo.

Inobedientium pœna.

Decretum irritans.

Decernentes ex nunc irritum, & inanè, quidquid ſecus ſuper prędictis, aut eorum aliquo à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoria.

Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quęſito & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac de certo officiorum prędictorum numero etiam pluries à Romanis Pontificibus reducto, necnon officij Pœnitentiarię huiuſmodi iuramento, cōfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, vetere ſtylo, & conſuetudinibus quantocunque tempore obſeruatis cęteriſque contrariis quibuſcunque.

Depulſa igitur omnis auaritię fœditate, pro ſe quiſque piam, caſtamque mentem ad impoſitum ſibi munus pro Dei ęterni gloria, & Chriſti fidelium ſalute acriter intendat: & pro virili parte conetur, vt cuncta proſpera, & hoc tanto officio digna ſuccedant: ſedeſque apoſtolica pro bene geſtis condignæ laudis præconio in ſingulis Chriſtiani orbis partibus plenius celebretur: Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Quintodecimo Cal. Iunij. Pontificatus noſtri, Anno Quarto.

Quam turpiter Romanæ ſedis ſanctitatem proſcindant Hæretici ex eo videre eſt quod iagentur vbique omnia licere Romæ precio, & quodlibet facinus certis nummis expiari. Longe aliud factum ſe habet, vt ex hac Pij V. conſtitutione colligitur, qua omnes abuſus (ſiqui hactenus

hactenus ſteterint) pœnitentiariæ extinguntur tolluntur, & cohibentur, tam ſanctè & grauiter vt nulla calumniandi vis relicta ſit ſubdolis iſtis calumniatoribus aut iniquis cenſoribus. Tantum abeſt vt rem ſpiritualem ſummus Pontifex deducat in æſtimationem quinimo prohibet ne quidquam ſumatur aut accipiatur pro expeditione cera, charta, ſigillo literarum, diſpenſationum, abſolutionum & gratiarum huiuſmodi. In hoc tamen exploduntur ſtoli i illi hæretici qui ſomniarunt hæc conuicia in ſedem Apoſtolicam vt dicant pœnitentiariæ[d] officium eſſe ſimoniacum quoddam figmentum in quo authoritate Papæ omnium peccatorum condonationes elargiantur conſtituto pretio. Hoc diplomate horum tenebrionum maledicentiſſima ora obſerata ſunt.

XXXII.

Iudæorum ab omnibus locis ditionis S.R.E. exterminium & exilium.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam

HEBRÆORVM gens ſola quondam à Domino electa, quæ diuinis eloquiis infuſa, cœleſtium myſteriorum particeps eſſet, quantum ceteris omnibus gratia, & dignitate excelluit, tātum poſtea incredulitatis ſuæ merito contempta, & neglecta in præceps meruit deturbari, quod adueniente temporis plenitudine perfida & ingrata ſuum Redemptorem indigna morte peremptum impiè reprobarit. Amiſſo namque ſacerdotio, legis auctoritate adempta, propriis deiecta ſedibus, quas tamquam lac, & mel fluētes, clementiſſimus, & benigniſſimus Deus iam inde à prima ipſius gentis origine illi præparauerat, terrarum Orbem tot iam ſæculis pererrans, inuiſa, probris contumeliiſq; omnibus obiecta, fœdas, & infames quaſque artes, quibus famem tolerare poſſit, haud ſecus quam viliſſima mancipia, cogitur attrectare. Sed Chriſtiana pietas hunc ineluctabilem caſum in primis commiſerans, illam humanius ſatis apud ſe paſſa eſt diuerſari, vt ſcilicet crebro illius intuitu paſſionis Dominicæ memoria fidelium oculis frequentius obuerſetur, ſimúlque ea exemplis, doctrina, monitis, ad conuerſionem, & ſalutem (quæ reliquiis Iſrael, Prophetæ oraculo futura eſt) amplius inuitetur: à qua, ſi Chriſtianorum ſedibus exploſa, ad eas gentes quæ Chriſtum non norunt diuerteret, magis magiſque aliena reddetur. Verumtamen illorum impietas peſſimis omnibus artibus inſtructa, vſque eo proceſſit, vt iam pro communi noſtrorum ſalute expediat tanti morbi vim celeri remedio prohibere. Nam vt tam multa vſurarum genera omittamus, quibus Hebræi egentium Chriſtianorum ſubſtantiam vſquequaque exinaniuerunt, perſpicuum ſatis putamus eoş furum, & latronum receptores, atque participes, qui quaſque res ab iis ſurreptas, & interuerſas non modò profanas, ſed etiam diuino cultui ſeruientes ne internoſcantur, aut ad tempus ſupprimere, aut ſ alio transferre, aut omninò transformare conantur, plerique etiam ſpecie tractandæ rei proprio exercitio conuenientis, honeſtarum mulierum domos ambientes, multas turpiſſimis lenociniis præcipitant, quodque omnium pernicioſiſſimum eſt, ſortilegiis, incantationibus, magiciſque ſuperſtitionibus, & maleficiis dediti quamplurimos incautos, atque infirmos Satanæ præſtigiis inducunt, qui credant euentura prænunciari, furta, theſauros, res abditas reuelari, multáque præterea cognoſci poſſe quorū ne inueſtigandi quidē facultas vlli omnino mortalium eſt permiſſa. Poſtremo cognitum ſatis, & exploratum habemus, quàm indignè Chriſti nomē hæc peruerſa progenies ferat, quàm infeſta omnibus ſit, qui hoc nomine cenſentur, quibus denique dolis illorum vitæ inſidietur. His, aliiſque grauiſſimis rebus adducti, & augeſcentium quotidie ad Ciuitatum noſtrarum perniciem ſcelerum grauitate permoti, cogitantes præterea ſupradictam gentem præter medioeres ex oriente commeatus nulli Reipublicæ noſtræ vſui eſſe, noſtris verò populis qui præſertim à nobis aliquanto remotiores ſunt, conducibilibus fore illius nomen flagitia miſerias aliunde ad ſe relatas audire, quàm vllo charitatis ſtimulo eam in ſuo deinceps ſinu vt antehac confouere auctoritate præſentium præcipimus, vt omnes & ſinguli vtriuſque ſexus Hebræi in omni ditione noſtra temporali, & ſub ea conſiſtentium Ciuitatum, Terrarum, & locorum domicellorum, Baronum, aliorúmque dominorum temporalium,

Iudæorum populus Dei electus ob incredulitatis & perfidiæ reatum vbique neglectus.

Quare Iudæi inter Chriſtianos commorari patiantur.

Iudæi præter vſuram: ſortilegia, & incantationes exercent.

lium, etiam merum, & mixtum Imperium, ac vitæ neciſque poteſtatem, & quamcunque aliam iuriſdictionem, at exemptionem habentium, de ipſis omninò finibus intra trium menſium ſpatium poſtquam præſentes literæ hic fuerint publicatæ, omninò excedant.

Iudæi iubentur infrà tres menſes vertere ſolum & diſcedere ab oris dominij Romanæ Eccleſiæ.

Quibus præteritis quicunque ſiue incolæ, ſiue peregrini, ſiue præſentes, ſiue futuri in quacunque dictæ ditionis Ciuitate, Terra, vel loco, etiam Domicellorum, Baronum, Dominorum, & aliorum exemptorum prædictorum quandocunque inuenti fuerint rebus omnibus ſpolientur, & Fiſci iuribus applicentur, mancipia Romanæ Eccleſiæ fiant, & in perpetuam ſeruitutem aſſerantur, dictáque Eccleſia illud idem ius in eos quod cæteri Domini in ſeruos, & mancipia, ſibi debeat vendicare (Vrbe Roma, & Ancona dumtaxat exceptis) vbi eo ſolos Hebræos, qui nunc eas habitant, ad prædictam memoriam amplius excitandam, perſequendáſque cum orientalibus negotiationes, mutuóſque commeatus cum eiſdem permittimus tolerandos, cum eo tamen, vt noſtras, & prædeceſſorum noſtrorum, aliáſque canonicas de eis conſtitutiones ſtudeant obſeruare, ſin minus, in pœnas omnes quæ dictis conſtitutionibus continentur, quáſque ad hoc innouamus, eo ipſo incidant.

Temporibus huius Pontificis quidam Iudæi Chriſtianam fidem ſuſceperūt, Surio, & Genebrardo, teſtibus.

Futurum enim ſperamus eos qui præſertim noſtro, & huius ſedis conſpectui proximi ſunt, noxæ metu à maleficis temperaturos, & interdum aliquos (vti antehac noſtro quoque hortatu ſatis multis contigit) lumen veritatis cum gaudio agnituros. Sed neutri ad alteros, nec in alium dictæ ditionis locum vllo tempore demigrent, nec proficiſcantur, neque quempiam ex proſcriptis ad ſe recipiant, ſi ſeruitutis iugum, & ſupplicia voluerint euitare. Iubemus igitur omnium Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum dictæ ditionis Legatos, Gubernatores, Præſidentes, Prætores, & Magiſtratus, ac etiam locorum ordinarios, necnon Domicellos, Barones, Dominos, & exemptos ſupradictos, ac quotieſcunque alios ad quos id pertinet, vt quiſque pro ſe, nulla alia à nobis expectata iuſſione, aut mentis declaratione omnia prædicta quamprimum exequantur, & caueant diligenter vlli poſthac Hebræi ad ipſas Prouincias, Ciuitates, & loca etiam Domicellorum, Baronum, & aliorum prædictorum ex quacunque cauſa amplius accedant.

Huius conſtitutionis exequutionem curare debent Barones & gubernatores.

Quicunque vero etiam de iis qui Romæ, & Anconæ nunc ſunt, excurſo trimeſtri proximò inuenti in quacunque dictæ ditionis parte, etiam quæ Dominij temporaliter eorumdem Domicellorum, Baronum, Dominorum, & exemptorum ſit, ſtatim Eccleſiæ prædictæ mancipati in ſeruitutem perpetuam coniiciantur, quorum etiam ceruicibus grauiores pœnas impendere ſignificamus, vt ceteri eorum exemplo diſcant quanti fuerit hanc noſtram prohibitionem temerè neglexiſſe. Non obſtantibus prædictis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, legibus, Communibus, & municipalibus Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum prædictorum,

Clauſula derogatoriæ.

necnon Cameræ Apoſtolicæ iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, & conuentionibus cum Hebręorum prædictorum vniuerſitate etiam ſub fide publica pactis, priuilegiis quoque, indultis, exemptionibus, & literis Apoſtolicis omnibus, ac etiam prædictis Domicellis, Baronibus, & Dominis, ipſorumque Ciuitatibus, Terris locis, & populis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac alias quomodocunque, & ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & ex quibuſuis cauſis, etiam onerofis, ac cum reſtitutionibus præſeruationibus, derogatoriarum, derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, & in ſpecie quotieſcunque conceſſis, confirmatis, & ſępius iteratis vicibus innouatis. Quæ omnia & ſingula etiam ſi de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum infererentur pręſentibus pro expreſſis habentes, quatenus pręđicta impedire, vel differre, aut alias illis obeſſe poſſent, harum ſerie de ſimili poteſtatis plenitudine ſpecialiter & expreſſè reuocamus, & abolemus, viribuſque, & effectu prorſus carere, ac quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter attentari, contigeri, irritū, & inane decernimus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem vt pręſentium, exempla

pla etiam impreſſa edantur, eaque Notarij publici manu, & cuiuſcunque curię eccleſiaſticę, aut Prælati ſigillo obſignata eadem illam prorſus fidem vbique locorum faciant, quam ipſę pręſentes facerent, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, Quarto Cal. Martij, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Vaticinia Iudæorum excidij frequentiſſima ſunt in ſacra ſcriptura. Nihil aliud conqueruntur, Ieremias, Iſaias, & cæteri Prophetæ *qui triſtiſſimis elegiis futuras miſerias induratiſſimi, & pertinaciſſimi populi dolent. Nihil valuerunt monitiones, nihil tot Prophetarum ad ſaluberrimam viam conſilia:* Execati *ſunt ſicut ſcriptum eſt. Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant vſque in hodiernum diem.* Et Dauid *dicit, Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in captionem, & in ſcandalum, & in retributionem obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Qui locus poſt* Pſaltem *ab* Apoſtolo *relatus à ſeptuaginta interpretibus ita legitur.* Incraſſatum *eſt cor populi huius & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt, ne fortè videant oculis ſuis, & auribus ſuis audiant, & corde intelligant, & conuertant ſe, & ſanem illos.* Textus *ſic conſpicitur* Hebraicæ *veritatis.*

השמן לב העם הזה ואזניו הכבד ועיניו השע פן יראה
בעיניו ובאזניו ישמע ולבבו יבין ושב ורפא לו׃

Non *idolatriæ flagitium, non prophetarum, ſed Meſſiæ cædem illis tantam malorum congeriem attuliſſe credimus.* Hoc *crimen veluti maieſtatis ad poſteros emanauit, lepra illa hæreditario iure tranſit ad infidelem illam colluuiem.* Nec *eſt quod ignorantia ſeipſos excuſent, aut vulneris cauſas ignotas eſſe, hæc meritò patiuntur, quoniam exacerbauerunt* Spiritum *Sanctum* Domini. Parua *eſſe equidem mala illa, quæ* Iudæi *perpeſſi ſunt in captiuitatibus videbuntur, ſi cum his quæ poſt* Chriſti *mortem pertulerunt conferantur.* In *illis ſtatuta fuit meta, & tempore conſumptus dolor, in hac mors eſt ſolatium & vita ſupplicium, perpetuò deterior & periculoſior inualeſcit morbus. Priores calamites certum habuerunt exitum hæc nullo fine præſcribitur. Si quis igitur eiuſmodi calamitatum differentias conquirat, nimirum quinque reperiet.* Principio *antiquiorum calamitatum, quæ acciderunt* Iudæis *ante* Domini *noſtri ortum, tres fuerunt omnium grauiſſima, & ſuper alias memorabiles, prima fuit* Aegyptiaca, *ſecunda* Babylonica, *tertia, quam ſub rege* Antiocho Epiphane, *tempore* Machabæorum Iudæi *tulerunt.* Inter *quas & præſentem* Iudæorum *calamitatem, quinque vt dixi notari poſſunt diſcrimina.* Nam *primò, illas* Deus *& venturas prædixit, & quanto tempore duraturæ erant, præſignificauit: ſiquidem, vt eſt in libro* Geneſ. *cap.* 15. *prædixit* Deus Abrahæ, *poſteros eius peregrinaturos in* Aegypto, *ſeruituróque annis quadringentis: hic autem exactis, excuſſóque ſeruitutis iugo, terram* Chanaan *poſſeſſuros,* Babylonicam *captiuitatem, prænunciauit* Deus *per* Hieremiam, *vt ab eo ſcriptum eſt, cap.* 25. *&* 29. *tempus quoque eius captiuitatis, annorum duntaxat ſeptuaginta futurum prædixit.* Miſerabilem *cladem & calamitatem, qua afflicti contritíque ſunt ab* Antiocho, *& futuram, & tribus annis ac dimidio manſuram, prædictum eſt à* Daniele *ca.* 8. *ſui vaticinij.* Hanc *verò calamitatem, qua iamdiu toto orbe conflictantur* Iudæi *prænunciauit quidem hoc loco* Gabriel *euenturam, ſed finem eius non indicauit: quo ſilentio, & durationis eius reticentia, ſatis oſtendit nullo eam tempore terminandam.* Quinimo, *non obſcurè id demonſtrauit, cùm dixit, deſolationem vrbis templi, &* Iudaicæ *gentis captiuitatem, vſque ad conſummationem & finem permanſuram.* Poſtea, *longiſſima priorum captiuitatum, fuit* Aegyptiaca *quæ tamen centum quinquaginta annos non exceſſit.* Loquor *enim de ſeruitute & afflictione, quam in* Aegypto Iudæi *poſt mortem* Ioſeph *pertulerunt: namque habitatio ſeu peregrinatio* Iudæorum *in* AEgypto *quadringentis triginta annis definitur à* Moſe *in cap.* 12. Exod. *Captiuitas autem* Babylonica *longè breuior fuit: videlicet ſeptuaginta annos minimè ſupergreſſa.* At *hæc* Iudæorum *calamitas tranſactis iam vſque adhuc mille quingentis annis, nihilominus tamen ſicut fuit ab initio, eodem nunc ſtatu aut etiam peiori & miſerabiliori permanet.*

Fœliciſſimus *tandem illis miſeriis datus eſt finis, aſt deſolatio illa qua premuntur*

Iudæi hodie à Chriſto paſſo vſque ad ſæculorum finem perdurabit, vt colligitur ex Danielis oraculo, & clade & excidio Vrbis Hieroſolymitanæ ſub Veſpaſiano & Tito comprobatur. Cuius miſeriæ malorum Oceanum extorri, & profugo illo populo attuliſſe videntur. Hieroſolymitani excidij teſtes ſunt antiqui hiſtoriographi, qui illius luctuoſiſſimi belli enumerant euentus. Peruia & notiſſima ſunt omnibus. Taceo multiplicem & atrociſſimam peſtilentiam diu multúmque cùm innumerabilium hominum interitu, graſſatam, tantámque famen, vt etiam matres filiorum ſuorum viſceribus paſcerentur. Taceo immanes ruinas, publicè priuatímque factas, vaſtiſſimáque incendia & alia mala, longè maiora exiſtimatione hominum, & vel memoratu horrenda. Dicam tantùm breuiter de Iudæorum cæde eo bello facta: ſanè incredibili: niſi Ioſephus, ſpectator, nec minima eius belli pars, eam memoriæ prodidiſſet. Sic autem ſcribit cap. 16. & 17. lib. 7. de bello Iudaico. Captiuorum omnium qui toto eo bello comprehenſi ſunt, nonaginta & ſeptem millium notatus eſt numerus. Mortuorum verò per omne tempus obſidionis, numerus vndecies centena millia comprehendit. Ex his verò, qui tanto exitio ſuperfuere, qui proceri & formoſi corporis erant, triumpho ſeruati ſunt: reſiduæ multitudinis, ſeptemdecim annos transgreſſi, in AEgyptum miſſi ſunt, operibus deſtinandi: plurimos autem per prouincias Titus diſtribuit, in ſpectaculis, ferro & beſtiis conſumendos. Qui autem infra decimum & ſeptimum ætatis annum erant, diuenditi ſunt. Hæc Ioſephus. Hanc funeſtiſſimam Iudæis calamitatem, altera, quinquaginta poſt annos, principatu Adriani imperatoris, conſequuta eſt: eò tantùm minor, quòd ex priori calamitate minùs in ea gente ſuperfuerat, in quod ſæuiri poſſet. Narrat Euſebius lib. 4. cap. 6. hiſtoriæ eccleſiaſticæ: innumerabilium Iudæorum tunc factam eſſe cædem. Atque vniuerſæ genti Iudæorum, ex illo tempore, prorſus interdictum eſt, ne pedem in agrum Hieroſolymitanum aliquando inferrent. Quin etiam legis decreto vetitum eſt, (nempe ſic in mandatis dederat Adrianus) ne quiſquam Iudæorum eò accederet, vnde vel proſpicere vrbem Hieruſalem poſſet. Cúmque Hieruſalem fuiſſet tunc Iudæorum gente orbata, & exteris hominibus frequentata ad honorem AElij Adriani victoris, veteri mutato nomine deinceps AElia appellata eſt. Sic Euſebius.

Inter alia multa & hoc narrat Ioſephus, tantam fuiſſe obſeſſorum, partim fame, & peſtilentia: partim ſeditioſorum ferro morientium multitudinem vt viæ, plateæ, cloacæ, foſſæq; cadaueribus complerentur: nec aliter quàm lutum, vel ſtercus, cadauera conculcarentur & proiicerentur. Et quamuis à primo inſtitutum eſſet ſumptu publico mortuos ſepeliri, quod ex illis intolerabilis ac peſtilens fœtor efflaret, tamen quia nec homines, nec loca innumerabilibus ſepeliendis ſufficiebant, in valles eos ex muro præcipitabant. Quas, circumiens Titus imperator, vbi plenas cadaueribus vidit, altámque ſaniem tabefactis è corporibus defluentem, ingemuit, & extentis manibus Deum teſtabatur, factum illud ſuum non eſſe. Hæc Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico cap. 14.

Hæc flagella, hæc malorum tonitrua minimè tamen potuerunt cecitatem infideliſſimæ huius gentis auferre, vel ad reſipiſcentiam cogere. Efferatiſſima & obſtinatiſſima perſuaſione effaſcinati negant Meſſiam veniſſe. Ex Dyoniſij Carthuſiani in Danielem commentariis hic adſcripſimus cuiuſdam Rabbini Samuelis, ad Rabbinum Iſaac Epiſtolam ab hinc ſexcentis propè annis ſcriptam, qua apprimè Iudæorum fabulas de futuro Meſſia aperit, cuius hæc verba ſunt. Videtur Domine mi, Danielis prophetia, quæ ſcribitur 9. capite, iam completa eſſe: vbi ſic dicitur: poſt ſexaginta duas hebdomadas occidetur Chriſtus, & veniet populus cum principe venturo: deſtruétque ciuitatem & domum: & erit conſummata deſtructio deſolationis perpetuæ. Et non eſt, Domine mi, dubium, quin deſtructio perpetuæ deſolationis ſit hæc captiuitas, in qua iam ſumus. Nam iam ſunt mille anni, & apertè dicit Dominus per prophetam, quod erit deſolatio perpetua propter occiſionem Chriſti, ſicut eſt deſolatio noſtra poſt occiſionem Chriſti. Non enim comminatus eſt deſolationem perpetuam, niſi poſt occiſionem Chriſti. Et ſi voluerimus dicere, quod ante occiſionem Chriſti fuerimus in deſolatione, reſpondent nobis Chriſtiani, quod ante illam mortem non fuit deſolatio niſi ſeptuaginta annis, & poſt hoc, fuimus reducti in terram promiſſionis, & fuimus apud Deum in gratia & honore. Certè Domine mi, non video euaſionem: de facto enim probatur nobis, quod poſtquam à reædificatione templi completæ fuerunt ſeptuaginta hebdomades annorum, tunc fuit Ieſus occiſus à patribus noſtris, & poſtea venit dux, ſcilicet Titus, & populus, ſcilicet Romani, & fecerunt nobis ſecundùm prophetiam iſtam. Hodie ſunt mille anni, & nihilominus in ira Dei ſumus: & tamen nos in ipſo ſperamus, expectantes adhuc venturum Meſſiam,

& reuerſuros nos in terram promiſſionis, & ciuitatem atque templum inſtauraturos, futuróſque in gratia & honore apud Deum: nec deſolationem hanc fore perpetuam, ſed temporalem, Heu mi Domine, non eſt iſta excuſatio, & euaſio conſona, & vana videtur talis expectatio? Hæc ille Rabbinus.

Longum hic eſſet enumerare Iudæorum clades, quas per tot ſecula, Chriſti Euangelio in orbe fulgente ſuſtinuerint. Longam & diuturnam hanc captiuitatem, nec ipſi diffitentur præter ſpem illis accidere vnam hanc calamitatem, qua patrum noſtrorum memora affecti ſunt, à Chriſtianiſſimo illo Hiſpaniarum rege Ferdinando, huc afferre libet, quandoquidem hæc adeò atrox fuit, vt nihil vnquam fere vel triſtius vel acerbiùs ſe paſſos nec ipſi quidem diffiteantur. Erat in Hiſpania iam olim ingens Iudæorum multitudo, illuc tranſlata, cum primum gens illa è ſuis ſedibus eiici cœpta erat, quod in lib. Chronicarum quas Sederholam vocant ſic legitur.

בא אספסיאנוס והחריב הבית והגלה את ישראל
והרבה מבית דוד ויהודה לאספניא

Id eſt Venit Veſpaſia. & deſtruxit templum, tranſtulitque Iſrael & plurimos de familia Dauid & Iehuda in Hiſpaniam. Incredibile eſt quantopere creuerit gens impia in Hiſpanis oris. Plurimum certè ibi poterant Iudæi multitudine, diuitiis, auctoritate, vt etiam metuendi viderentur. Expugnauerat iam Ferdinandus Granatam cum Bethica, in quam tanquam in Hiſpaniæ angulum Sarraceni ſeſe abdiderant, éſtque ſic vniuerſa Hiſpania Chriſti Euangelio acquiſita. Secundam hanc victoriam Iudæos quoque ex Hiſpania faceſſere iuſſit. Mirum dictu eſt quanta fuerit Iudæorum emigrantium multitudo & quanta impiorum colluuione, & pudenda ſentina, tum Hiſpaniæ fuerint leuatæ. Aiunt ſupra quadringenta & viginti Iudæorum milia fuiſſe, qui Hiſpaniam multorum annorum patriam tum reliquerint. Atqui neque emigratio illa Iudæis innoxia erat, ſed ſumma rerum omnium & hominum iactura illis ſtetit. Itaque multi naufragio, peſtilentia quamplurimi, fame, maxima pars eorum abſumpti ſunt, vt Chriſtianis etiam in tanta calamitate, in qua diuinæ iuſtitiæ gloria delectabat homines, tamen extrema adeo patientes, commiſerationem faceret & dolorem An putabimus in tanta infœlicis huius exercitus copia, nullos fuiſſe viros, qui tantam iniuriam armis propulſare non potuiſſent? Fuerunt quidem, vt opinor, multa milia. Sed ceciderunt iam olim acres illi Iudæorum ſpiritus, & manus metu torpuerunt, vt gladium fœmori accingere non poſſent. Emarcuit enim fœmur Iacob. Senſerunt Iudæi ante Chriſtum natum varias à variis gentibus clades, ſed poſt filij Dei humanitatem, longè grauiſſimã ſupremã hanc ferunt, ex qua nunquã cap. t exerent, neque in integrũ reſtituentur.

Pius V. perpendens quantam malorum & criminum colluuiem ex hac hominum profugorum & exulum clade vrbi Romanæ remaneret, quot vſuris & extorſionibus Chriſtianam Rempublicam vexarent, noluit eos iure hoſpitij longiùs in ditionibus ſtatus eccleſiaſtici commorari, & multis Romanis ciuibus reclamantibus quibus volupe erat fœnore Iudaico ditari & piſcari in aqua turbida eos eiecit. Hinc miſerè exules & vagi errant vbique nec certum habent ſolum, ita vt & Prophetiæ veriſſimæ comperiantur, & pulchrè à Prudentio Poeta Chriſtiano dictum ſit.

Exiliis vagus, huc illuc, fluctantibus errat
Iudæus, poſtquam patria de ſede reuulſus,
Supplicium pro cæde luit: Chriſtiq; negati
Sanguine reſperſus, commiſſa piacula ſoluit.

Neque cuiquam mirandum accidat, Iudæos hanc tam manifeſtam, teſtatámque oraculis prophetarum, atque ſuorum malorum experientia comprobatam, de Meſſiæ aduentu & morte doctrinam, non videre atque intelligere. Siquidem, hæc ipſa cæcitas, vna eſt de multis aliis, & quidem maximis Iudæorum pœnis, quibus illi propter necem Meſſiæ, à Deo puniti ſunt. Duplici enim pœnarum genere mulctati ſunt: vnum fuit corporale, & hoc triplex, amiſſio regni ac dignitatis perpetua vrbis ac templi deſolatio, & ſempiternum exilium, innumeris malis miſeriiſq; refertum. Alterum pœnæ genus fuit ſpirituale, tantò ſanè grauius & exitialius priore, quantò & potioribus bonis eos ſpoliauit, & acerbioribus malis affecit Et hoc duplex: excæcatio mentis & abduratio cordis, videlicet ad intelligenda credendaq; atque amplectenda quæ ad Meſſiam pertinebant. Reliqua ſunt concionatoris non Commentatoris.

XXXIII.

Pœnæ retinentium beneficia in confidentiam.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTOLERABILIS multorum peruerſitas, qui ſacroſanctas
conſtitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, ſępe illarum auctores in

Nouis fraudibus nouæ conſtitutiones eluduntur.

neceſſitatem adducit cautius prouidendi, quo pertinacium animi ab improbis
conatibus grauiore ſanctione propoſita reprimantur. Bene quidem & prouidenter
fœlicis recordationis Pius Papa Quartus prędeceſſor noſter ad tollendam fiducia-
rię mancipationis beneficiorum eccleſiaſticorum corruptelam, ſtatuit, & decreuit,
vt ipſo iure vacarent Eccleſię, Monaſteria, cęteráque beneficia Eccleſiaſtica in
confidentiam à quibuſcunque, etiam Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus, cuiuſ-
uis perſonę contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum diſpoſitionem
ſibi, & Apoſtolicę Sedi reſeruando, Nec valerent ipſorum collationes, ſeu conceſ-
ſiones, nec fructuum, nec penſionum reſeruationes, nec facultates illas transfe-
rendi nec regrediendi, ſeu accedendi ad Eccleſias, Monaſteria, beneficia ſu-
pradicta, illáque recipientes, fructus, penſiones, & alias res eorundem indebitè
perciperent, Prohibens quibuſcunque etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, ne quid
huiuſmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes & quaſcunque prouiſiones
prępectiones, collationes, commendas, & alias diſpoſitiones de Eccleſiis, Monaſte-
riis, & beneficiis, necnon reſeruationes fructuum, penſionum, rerum, & iurium, ac
etiam transferendi, regrediendi, accedendi, & ingrediendi, aliáſque facultates, ſiue
per ſe, ſiue per futuros Romanos Pontifices, etiã Motu proprio, ac conſiſtorialiter,
ſiue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum pręſentationem, cum
interuentu confidentię huiuſmodi, ſiue expreſsè, occultè, ac de iure pręſumpto,
& alias contra prędicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam
ſuffragari, ſed Eccleſias, Monaſteria, & beneficia huiuſmodi ipſo iure vacare, ac
prędictę diſpoſitioni reſeruata eſſe, ſicq; per quoſcunque etiam per pręſumptiones,
& coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo cum alioqui confi
dentias huiuſmodi in lucem erui, & probari non poſſe conſtaret, iudicari & diffiniri

In cauſis confidentiarum indices remiſsiores.

debere Necnon irritum & inane quicquid ſecus contigeret attentari, quemad-
modum confectis ſuper his literis ſuis pleniùs continetur, Veruntamen propter
improbas multorum cupiditates, prædicta, quæ ad purgandam hac pernicie Ec-
cleſiam, & animarum ſalutem ab ipſo prædeceſſore edita ſunt, in multis deprehen
dimus viam aperuiſſe grauius delinquendi. Siquidem cum frequentibus plurium
querelis pridem concitati, quod iudices in cauſis huiuſmodi confidentiarum expe
diendis remiſſiores eſſent, omnes & ſingulas cauſas ipſas vbicunque, & inter quoſ
cunque motas ad nos aduocauiſſemus, ac omnimodam huiuſmodi cauſarum præ-
ſentium, & futurarum, rerumque omnium ex ipſis reſultantium cognitionem no-
bis & ſucceſſoribus noſtris reſeruauiſſemus, & ſuper quibuſdam coram nobis pro-
ceſſum fuiſſet, variis inde, nec leuibus coniecturis intelleximus vitium quidem
confidentiæ occultè irrepſiſſe, ſed pleriſque cauſis præſumptiones, & coniecturas,
quæ ad illud probandum deducuntur, minime ſufficere, eiuſque rei cauſa pluri-
mos qui ante literarum prædictarum editionem huiuſmodi confidentias exerce-
bant, vbi cognouerunt obſtructam veritatem propter difficultates probandi in iu-

Fraudulenta beneficiorum perpetuatio.

diciis confidentias ipſas contempta conſtitutione prædicta, Eccleſias, Monaſteria,
& beneficia ſic recepta, vt prius retinere, alios, fructus, penſiones, & alias eorum
exemplo ad ſimilia & grauiora fidentius commoueri. Multi enim ipſa beneficia
iure retinere nequeuntes, alij ne cogantur ad ſacros ordines, ad reſidentiam, ad in-
cedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiſcantur, vt inimicos occidant,
alij vt alieno nomine lites agant, aut defendant alij propter crimina incapaces,
quidam vt purgato delicto, vel abſolutione conſecuta illa repetant, eadem in alios
deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum aut eis miniſtrantur, aut quibus ipſi ſta-
tuunt, ſæpe laicis, & inhabilibus, Plerique vel ſenes, vel infirmi, vt beneficia in do-
mibus ſuis perpetuent, illa renunciarunt & renunciant in alios, qui vel profanam
familiam cedentium de fructibus eccleſiaſticis alant, vel illa etiamnum infanti-
bus

bus, aut naſcituris aſſeruent, facto interdum circuitu retroceſſionis, cum reſeruatio
ne fructuum, & aliarum rerum, aut acceſſu, præſertim ab illis qui præſtandorum
iurium Cameræ Apoſt. ſunt immunes, aliis beneficiis Eccleſiaſticis onuſti, aut Ec-
cleſiaſtico ordini ſeſe mancipare refugientes, aut merè laici beneficia Eccleſiaſti-
ca aliis conferenda procurant, vt de illis poſtmodum ad libitum ſuum diſponatur,
fructus etiam percipientes illorum. Adhæc plerique ordinarij, & alij collatores, ac
etiam patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus ſeu penſiones capiant
eorundem, aliiſque faciant miniſtrari. Alia item per multa eiuſcemodi admittun-

Immaculata rerum diuinarum puritas violatur.

tur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impiè violator, diſciplinæ eccle-
ſiaſticæ neruus corrumpitur, & imminens patratur exitium animarum. Quare nos
volentes periculoſam talium audaciam noui iuris ſubſidio cohibere, præſentium
auctoritate ſtatuimus, vt ſiquis quacunque auctoritate eccleſiam, vel monaſte-
rium, aut aliud beneficium eccleſiaſticum qualecunque ex reſignatione, vel ceſſio-
ne cuiuſcunque perſonæ ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſſionis. cum regreſſu,
vel acceſſu, etiam ſola dimittentis intentione receperit, vt illa vel illud etiam in
euentum regreſſus, vel acceſſus, eidem dimittendi vel alteri poſtea conferatur, aut
illius fructus, vel eorum pars alij vel aliis concedantur, vel penſiones ſoluantur, ex
eiſdem hæc confidentia cenſeatur. Itidem ſi ordinarius, vel alius collator contu-
lerit ante hac, aut conferat in futurum beneficium eccleſiaſticum quouis modo va
cans, ea conditione tacita, vel expreſſa, vt poſtea in alterum pro arbitrio Collato-
ris, ſeu alterius cuiuſcunque contra iuris communis ordinationem diſponatur
ſiue vt de eo prouiſus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem vel libitum confe-
rentis vel decedentis, aut alterius reliquat, & remittat, ſeu penſionem illi vel illis,
quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per ſe vel alium ſcripto, aut ver-
bo iuſſerit ſeu ſignificauerit, perſoluat, & pariter ſi à patrono etiam laico, vel alteri
præſentatori, ſeu electori contigerit, aut contingat id fieri. Adhæc ſi clericus præ-
dictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à ſolutione iurium ipſius Cameræ, vel e-
tiam Cancelarię Apoſtolicę exemptus, poſt reſignationem vel ceſſionem alicuius
extranei, de eccleſia, monaſterio, vel alio beneficio eccleſiaſtico in ſe, apoſtolica
vel alia auctoritate factam & admiſſam, illam vel illud etiam confectis literis A-
poſtolicis, & poſſeſſione apprehenſa, in eaudem reſignantem vel cedentem, modi-
co ſpatio interiecto, veluti duorum aut trium menſium retroceſſerit, aut retroce-
dat in futurum, & ex illa retroceſſione fructus eccleſię, ſeu monaſterij, aut benefi-
cij, vel eorum pars, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatum, aut regreſſus, & ingreſſus
ad illam vel illud, ipſi clerico, vel Cardinali, aut alij exempto ſit fueritue conceſſus.
Poſtremò ſi quis crimine aliquo abſolutus, aut cum quo ſuper irregularitate diſ-
penſatum eſt, denuo receperit quacunque auctoritate eccleſiam monaſterium, vel
aliud beneficium eccleſiaſticum, quod ante, vel poſt commiſſum delictum, aut con
tractam irregularitatem dimiſerit, in quibus horum caſuum confidentię prauitas
ſit contracta, caſuſque huiuſmodi literis prędictis comprehendantur, ac ſi illis ſpe
ciatim expreſſi fuiſſent, licet ipſum confidentię crimen alterius tantum partis con-
ſcientia ſit admiſſum. Ad probandum verò plenè confidentiarum abuſum, inter a-
lias etiam hę pręſumptiones, & coniecturę habeantur legitimè. Videlicet. Si quis

Præſumptiones & coniecturæ legitimæ habentur aduerſus cõfidentiæ abuſus.

poſt ceſſam ab ſe eccleſiam, vel monaſterium, aut beneficium, & publicatam reſig
nationem, ſeu ceſſionem, captamque à ſucceſſore poſſeſſionem ſeſe in illa, vel illo,
ſeu rebus illius, per ſe vel alium, ſeu alios de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit,
aut quicunque ſucceſſor illi, vel eius propinquis ipſos, aut partem aliquam remiſe-
rit eorundem Si recipiens beneficium conſtituerit dimittentem vel eius parentes,
aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructibus perceptis,
aut percipiendis donationem fecerit. Si vel ſola procuratoris depoſitione, vel li-
bris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis, expeditio quæ perſonam re-
cipientis concernit, proſecuta ſit, ſimulque expenſę pro ea neceſſariæ ab illo factę
fuerint. Denique ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacunque auctoritate de be-
neficio Eccleſiaſtico per ſe, vel alium, ſeu alios interceſſerit, vel alias in negotio con
ceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis benefi-
cij de facto, etiam per manus profeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo per-
ceperit,

ceperit,ſeu de illo poſtmodum ad voluntatem interceſſoris fuerit diſpoſitũ quan-
docunque. Teſtes autem de quaq; re ſingulares ſingulas probare valeant pręſum-
ptiones , & coniecturas, pluresque huiuſmodi præſumptiones, & coniecturæ ple-
nam probationem faciant in prædictis. Cæterùm criminoſi, & cæteri omnes, qui
ad prohibendum in caſibus ſimonię teſtimonium recipi poſſunt, ad prædicta om-
nia admittantur. Sed ne quiſquam etiam vana fiducia fretus , non intendendi con-
tra ſe iudicij, in crimine perſeueret , vtque hoc malum grauioris cenſuræ ſtimulo
vſquequaque prohibeatur, omnes & ſingulos, qui hucuſque Eccleſias, Monaſte-
ria,beneficia fructus,penſiones,aliáſve res, intercedente hoc confidentiæ vitio re-

Confidentiæ criminis reos pœnis hic expreſſis afficit.

ceperunt,ac retinent , niſi ſtatim ad ſe reuerſi,& reſipiſcentes celeri dimiſſione ſibi
proſpexerit,&quicquid tale admiſerint in futurum,etiam omnibus & ſingulis aliis
Eccleſiis,Monaſteriis,dignitatibus,adminiſtrationibus,officiis,& beneficiis obten-
tis, quæ pariter ſub dicta reſeruatione comprehendi volumus , necnon fructibus,
penſionibus,& aliis rebus Eccleſiaſticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & aliis officiis
temporalibus præſentium auctoritate priuamus , & ad futura inhabiles decerni-
mus,& in iuris ſubſidium excommunicationis ſententia innodamus, à qua nullus,
niſi in mortis articulo conſtitutus,ab alio quàm à Romano Pontifice , abſolutio-
nis beneficium valeat obtinere. Nos enim aduocatione cauſarum huiuſmodi,& re-
ſeruatione cognitionis illarum,rerúmque omnium inde emergentium, nobis , &
prædictis ſucceſſoribus.vt prædictum eſt facta cauſis illis dumtaxat exceptis, quæ
iam coram nobis pendere noſcuntur , ac etiam iis quas ratione Eccleſiarum , &
Monaſteriorum , quorum diſpoſitio in Conſiſtorio fieri conſueuit , aut debet,

Pius IIII. conſtitutionem edidit in Prælatos & Cardinales beneficia in confidentiam reſeruãtes.

itémque contra ordinarios , collatores , Epiſcopos , & alios Superiores præ-
latos , etiam Cardinales haberi contigerit, vti iam aliis noſtris literis ſtatutum
eſt audiendis , decidendis, & terminandis,harum ſerie prorſus relaxata , decerni-
mus ita deinceps quoſcunque Iudices ordinarios & delegatos , etiam cauſarum
Palatij Apoſtolici Auditores , ac prædictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales , ſublata
eis,& ipſorum quicunque quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate,& au-
ctoritate,vbique iudicari,interpretari,& diffiniri debere, necnon irritum & inane
quicquid ſecus in prædictis per quoſcunque , quauis auctoritate , ſcienter , vel i-
gnoranter , contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinariis diſtri-
ctiùs iniũgimus,vt in ſuis quiſque Eccleſię,Ciuitatibus,Diœceſibus,& locis etiam
exemptis,ad prædicta ſtudioſè attendant,& quatenus illis relaxauimus, in delin-
quentes ſeuerè animaduertant,ſi diuinę Maieſtatis iudicium , dictæque Sedis cen-
ſurã voluerint euitare. In ceteris verò cauſis,& negotiis(nobis & prędictis ſucceſ-
ſoribus exceptis)eoſdem locorum ordinarios pręſentium auctoritate delegamus,
vt gratia,& fauore poſtpoſitis, pro ſe quiſque,cum venerit vſus , contra prędictos
omnes ſub ipſa exceptione comprehenſos diligenter inquirant,ſuóque inquiſitio-

Ad quos cauſæ deuoluantur.

nes omnes ſigillo obſignatas ad prędictam Sedem quamprimum transferant , vt
nos & prędicti ſucceſſores in cauſis huiuſmodi procedentes , quod iuſtum fuerit
decernamus. Nos enim ſingulis ordinariis ipſis prędictos omnes , & quoſcunque
alios,etiam exẽptos,etiã per edictum publicum,conſtito prius ſummariè,& extra
iudicialiter,de non tuto ad illos acceſſu,citandi,& monendi,eiſq; ac iudicibus or-
dinariis, & delegatis,aliiſque perſonis quibuſunque,ne prędictorum executionem
quoquomodo impediant,vel aliàs in illis ſeſe interponant,etiam per ſimile edictũ
inhibendi,eoſdemque,ac alios contradictores,& rebelles , quoſcunque per cenſu-
ras,& pœnas Eccleſiaſticas,ac omnia alia iuris , & facti remedia opportuna com-

Clauſulæ derogatoriæ.

pellendi,auxilium brachij ſęcularis,quandocunque opus erit inuocãdi, cęteraque
in prędictis omnibus,& ſingulis neceſſaria faciendi,& exequendi,plenam, & libe-
ram tenore pręſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus fœl. rec. Boni-
facij Papę Octaui prędeceſſoris noſtri de vna , & in Concilio generali edita de
duabus dietis,aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus,& ordinationibus , quodque
Epiſcopis , Collatoribus , & pręlatis prędictis, etiam Cardinalibus ,vel quibuſuis
aliis communiter, vel diuiſim à prędicta ſit ſede indultum, vel in poſterum indul-
geri contingat,quod interdici, ſuſpendi , vel excommunicari , aut contra indulta
huiuſmodi ad iudicium trahi non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes
plenam,

plenam,& expreſſam,& ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſ-
libet aliis priuilegiis,indulgentiis,&literis Apoſtolicis,generalibus,vel ſpecialibus,
quorumcunque tenorum exiſtant,per quę pręſentibus non expreſſa,aut in totum
non inſerta effectus pręſentium , aut attributę prędictis ordinariis iuriſdictionis
explicatio,ſeu exercitium,vel executio impediri valeat quomodocunque vel dif-
ferri,& de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio
ſpecialis cæteriſque contrariis quibuſcunque. Literis prædeceſſoris huiuſmodi
nihilominùs in ſuo robore duraturis. Volumus autem , vt præſentium exempla
etiam impreſſa edantur , eaque Notarij publici manu, & cuiuſcunque Curiæ Ec-
cleſiaſticæ,eiúſve Prælati ſigillo obſignata,eandem illam prorſus fidem in iudicio
& extra vbique locorum faciant,quam ipſæ pręſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ,
vel oſtenſæ. Nulli ergo,&c. Si quis autem,&c. Datum Romæ apud Sanctum Pe-
trum Anno Incarnationis Dominicę,milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono.
Cal.Iunij.Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

*Tota hæc conſtitutio referta eſt pœnarum in varios beneficia poſſidentium abuſus,quo-
rum plus æquo copioſiorem ſeriem Eccleſia experitur & indies repullulaſcentem videt.Hæc
remedio potius quam quærimonia exigẽt.Nõ potuit profecto Chriſti Eccleſiã maior inuadere
calamitas,quàm dum victus prætextu,inſatiabilis, quæ eſt,teſte Diuo Paulo,radix omnium
malorum,auaritia miniſtrorum animis inſedit,quæ quoſlibet quo indoctiores,eo impudentio-
res impellit ad ambienda munera Eccleſiaſtica. Quod quidem iam ſuo tempore exoriri ægrè
ferẽs vir ſanctiſſimus & doctiſſimus Gregorius Nazianzenus,ita ſcribit in ſuo Apologetico:
Pudet me aliorum,qui cùm cæteris nihilo ſint meliores,atque adeò magnum quid eſſet ſi nõ
multo deteriores,illotis,vt dicitur manibus & profanis animis ad res ſanctiſſimas ſe inge-
runt,& priuſquam digni ſint ad ſacra accedere,ſuggeſtum ſibi vendicant , & circa ſacram
menſam ſe comprimunt ac trudunt , vt qui non exemplar virtutis,ſed victus parandi ratio-
nem & materiam hunc ordinem eſſe exiſtiment,neque munus rationi reddendæ obnoxium,
ſed magiſtratum cuius nulla eſt examinatio. Hactenus Nazianzenus,qui quod indigni ſe
ad ordines ingerant eccleſiaſticos,hanc ſtatuit eſſe cauſam, quòd ordinem eſſe ſtatuant victus
parandi rationem & materiam. Hinc nobis profluxere tot beneficiorum collationes , & de
beneficiis prouiſiones,& cùm eſſet prouidendum eccleſiæ,prouideretur perſonæ,& licet dica-
tur beneficium dari propter officium , nihil tamen minùs curetur quàm officium , idémque,
videatur & perſonæ cui prouiſum eſt eſſe beneficium , & eccleſiæ quæ à paſtore negligitur
veneficium. Peccata hæc admodum grauia nemo eſſe diffitetur non tantùm connexa , ſed
etiam cohærentia beneficiorum multitudini.Guymerius refert in gl.ad verbum,cenſeatur.§.
Inſuper. de collat. in prag. determinatum quondam fuiſſe tempore Gulielmi Epiſcopi Pari-
ſienſis,per vniuerſitatem Pariſienſem , beneficiorum modum intra quem quiſque conſiſtere
debeat. Maioribus noſtris grauiſſimis viris tum viſum eſt , duo beneficia , quorum vnum
Pariſienſes libras.20.valeret, ab vno teneri cum ſalute ac ſine lethali noxa non poſſe, decre-
tum hoc,regnante D.Ludouico anno Chriſti 1238.quod annales Francorum,& aliæ hiſtoriæ
tradunt. O frugi tempora! Nunc, creuerunt & opes , & opum furioſa libido. Ad ducentos
aureos qui peruenit,& iam licèt, his contentus ad alia beneficia, per leges quidem pragma-
ticæ ſanctionis,non aſpiret. §.quòd ſi quis ex dictis.de colla. Si quo vitam honeſtè tranſigas,
tibi contigerit ab eccleſia, vel aliunde, quid fur & ſacrilegus res aliis debitas inuadis? Iure
cogitur Epiſcopus ordinatis à ſe competentem aſſignare titulum quo viuant: ſi tamen de
ſua paterna hæreditate ſubſidium vitæ nequeant habere. cap. Epiſcopus. ſupra hoc tit. quod
obtinet(vt ibi ſcribit Inno.)ſiue quis expreſſè ſiue tacitè ſit ordinatus ſub titulo ſui patrimo-
nij,Innuens,quòd à diuitibus clericis non eſt exigendus titulus:competentis enim patrimo-
nij dominus clericus ſine alio titulo ad ſacros promoueri poteſt. cap. Tuis. ſupra. Nec huiuſ-
modi ditibus eccleſia prouidere debet,quibus ſua ſufficiunt , quod habet eccleſia (prout eſt à
Proſpero ſcriptum.cap.10. lib.2.de norma eccleſiaſticorum) omnibus nihil habentibus habet
commune,nec aliquid inde eis, qui ſibi de ſuo ſufficiunt, erogare debet : quando nihil aliud
ſit habentibus dare,quam perdere tantum clericos illos conuenit eccleſiæ ſtipendiis ſuſten-
tari , quibus nulla parentum , vel propinquorum ſuffragantur bona.1. q. 2. cano. cleri-
cos. & ſeq. In rebus eccleſiæ non habet Epiſcopus aliam poteſtatem , quam vt eas diſpen-
ſet habentibus neceſſitatem:ſibi nihil omnino ſumere debet,niſi quod neceſſarium eſt: ſi ta-*

 men

men ipſe,aut qui cum eo ſunt fratres,indiguerint aliquo,id eſt, tantùm vt neceßitatem non patiantur can.Epiſcopus.10.q.2.can Ex his & ſeq.& can.vlt.12.q.1.Si priuatim poßideas, quod tibi ſufficiat,eccleſiaſticam rem nullam debes vſurpare can. Quod autem.23.q.7. Eſt vbi Gratianus ſentit eos cogi debere, ceſſante neceßitate,beneficiis renunciare,quibus neceßitatem patientibus collata fuerant.25.q.2.in fin.q. Ex his etenim aliena rapere conuincitur (ait Hieronymus) qui vltrà neceſſaria ſibi retinere probatur.in prima.diſt.42.Hæc vera norma eſt:quam qui non ſeruat,ab Auguſtino, Iudæ proditori comparatur, improbò loculorum dominicorum expilatori,& in peculatum incidiſſe dicatur.can.quid ergo.23.q.4. Peculatus reus eſt,quiſquis pecuniam ſacram & religioſam abſtulerit,interceperit, in rem ſuam verterit.l.1.& 4.ff.ad leg. iul pecul. Lex, eccleſiæ bona nomina Ieſu Chriſti patrimonium, & Chriſti pecunias.12.q.2.can.1.c.Quum ſecundum ſupra eodem. quas in pauperes & clericos diſtribui pro communi vtilitate voluit,non propriis cuiuſquam vſibus & voluptatibus applicari. Aliter qui expendunt, vt fures ad reſtitutionem tenentur, ex auctoritate Arch.& Dom.§.1.44.diſt.Feli.in c.Poſtulaſti.de reſcrip.cap.de quarta.de præſcrip.

Ad hæc certè maledicta tempora peruentum eſt,vt & mulieribus (neſcio quibus) promotiones ad beneficia & ordines quoſcunque ſacros pro beſtiis terræ veſtitis facilè concedantur,& ſi id modo aliquo fieri poſſet,vereor ego,ne id per eas ipſas fieri vellent.Sed ſatis eſt, quòd pro libito voluntatis hæc omnia facilè ab habentibus conferre illa antiqua maturitas in beneficiis eccleſiaſticis,& ſacris ordinibus conferendis? vbi nunc zelus domus Dei eſt? Quid eſt,qui ita confers,quod ad reddendam rationem pro inutili eccleſiæ omninò te adſtringas? & dare animam pro anima velis? tales enim meo iudicio alacres,& voluntarij ad gehennam perpetuam properant: ſiſtant gradum(quæſo)& ſibi conſulant. Quid enim talibus proderit in illo die iudicij fuiſſe epiſcopos,abbates,dignitatéſque alias habuiſſe in eccleſia,curam animarum, vel alia quæcunque eccleſiaſtica beneficia vocarique in hoc miſero ſeculo ab hominibus Rabbi: & ob animarum detrimentum puniri à plus enim habenti, plus exigetur: quod conſtat ex verbis Matthæi 25.c.Domine quinque talenta tradidiſti mihi &c. & Lucæ.6,de vilico diffamato apud ſuum dominum,qui inquiens illi.Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ &c.Quis alius eſt villicus,quàm prælatus eccleſiæ potißimum, qui multa inter manus habet legitimè adminiſtranda? & de eis omnibus rationem redditurus? Caueat ſibi quiſque, ſi vult: quia quiſque etiam ſuum onus eſt portaturus, & non ſolùm onus proprium,imò & quamplurimorum aliorum nec quis ex his verbis noſtris ſtomachari debet cùm neminem pulſemus ſpecialiter. Ego enim omnes bonos arbitror quod ſi ita ſit (quod faxit Deus)hæc præ oculis habent vt in eorum ſancto propoſito perſeuerent,caueantq; ne in errores & abuſus quos diximus cadant ſub pœna damnationis perpetuæ,& ſi qui tales ſint(quod abſit) putent errores ſuos corrigere quòd ſi non fecerint multò magis eis valuißet animarum brutorum fuiſſe paſtores,quàm animarum. Nec, qui ita promotus eſt, maximè ad beneficia curata eccleſias,dignitates,per ignorantiam poterit ſe excuſare, quia proprio iaculo ſeipſum confoderet quaſi allegaret turpitudinem propriam:& ſic non audiendus.c.1. & c.inter dilectos de dona.c.cum ſuper quæſtione de conceß.præb.c.ſicut.de teſtib.c.nemini. 15.q.3 c.non ſanè.14.q.5.l.cùm profitearis.C.de reuocandis.dona. l. tranſactione finita: de tranſact.eodem lib.l. ſi ſeruus plurium ff. de leg.1.& l.1.ff. de conductione ob turp.cauſ. cum ſimilibus. Et nedùm ita ignorantes, & pueri ſimul, & quaſi tales, qui adhuc pendere deberent à maternis vberibus quod in maximum ludibrium eſt ordinis clericalis:in Concilio Cartaginenſi tempus vigintiquinque annorum ad ordinandos diaconos fuit ſtatutum. c. placuit.77.diſt.& in Agathen. Concilio presbyteris,& epiſcopis tempus triginta annorum, & ſic,vt in ætate perfecti viri eſſent.c. epiſcopus eadem diſt.quod ſi aliter faciant epiſcopi à collatione ordinum ſuſpendi debent.c.vel non eſt de temporibus ordinat. vt in quo peccauerunt,puniantur qui & humanis & c.de viro.12.q.2.c.reuertimini.16.q.1.& l.ſi fugitiui. iuncta gl.ibi in verbo amputato.ff.de ſeruis fug. Cardinali verò ab eorum executione vſque ad ætatem legitimam ſunt ſuſpendendi.d.c.vel non eſt. & ſic licet ordinati non ſint in ætate legitima nihilominùs ordines recipiunt, ſed eorum executio vſque ad legitimam ætatem ſuſpenditur.c.ex ratione.de ætate,& qualit. Et ſic defectus ætatis non impedit ordinis collationem: ſed tantùm earundem vſque ad legitimam ætatem exercitium. Adde ad hoc cap. conſultationem.cap.ſanè.c.cùm quidam de temporibus ordinandis. hodie tamen nihil horum inſpicitur, ſed paßim docti,indocti, iuuenes,ſenes, & vt in ſumma agam,quicunque vult: aſſumitur,vnde certè ſit(vt frequenti experiẽtia didiſcitur)hoc reliquis criſticolis,maximo eſſe

ſcandalo &

ſcandalo & plebis contemptu.

Non eſt quod quiſquam mihi ſuccenſeat licentioris linguæ dicacitatem, quod in beneficiarios Sacerdotes indignus potißimum ita rigidus Cenſor videar. Solent enim quidam e arguere & reprehendere quibus carent. Dei & Eccleſiæ amor id facit, & innata pietas qua condolemus huius temporis vlceribus,non ſic beneficia diſpenſanda eſſe cenſuerunt priſci Patres. Ambitus varios cuniculos, inextricabiles verſutias cauponandi beneficia adinuenit abſque ætatis,& prudentiæ diſcrimine.Quis non doleat Chriſti hæreditatem quaſi ſucceſſionis nõ meritorum iure venari? Aucupantur puerulis beneficia quæ ſenes & doctos decerent, illa in confidentiam recipiuntur donec matura adoleuerit ætas. Sic factis iniquis adhibetur ſemper iuſtitiæ fucus. Siccine beneficia nepotantur, vt ſuperiùs ſub Pio IIII. diximus? Hinc etiam effectum eſt, vt cùm quiſpiam ſolutus canone Eccleſias aliquot poßit obtinere amico ſuo gratificans,& nomen ſui ei accomodans per fauorabile, ſed ſceleſtum neſcio quod cuſtodi nos nundinatoriæ artis vocabulis vtendum eſt eam ſuſcipiat Eccleſiam, quam vt qui nullos inde prouentus percipiat,nunquam audeat,aut ei ita reſeruetur,vt abſque functione officij,beneficij fructibus luxurietur.

XXXIIII.

Roſarij Beatæ Virginis Mariæ Indulgentiæ.

PIVS Papa Quintus,Ad perpetuam rei memoriam.
CONSVEVERVNT Romani Pontifices, & alij Sancti patres prædeceſſo-
res noſtri cum bellis corporalibus,vel ſpiritualibus premerentur,aut aliis tẽtatio- *Diuus Dominicus diuino numine edoctus Roſarij inſtituit.*
nibus vexarentur, quo faciliùs ab illis euaderent, & tranquillitatem adepti, Deo
quietiùs,& feruentiùs inſeruirent,& vacarent diuinam opem implorare, & San-
ctorum ſuffragia per ſupplicationes, ſeu per Litanias depoſcere, ac oculos cum
Dauide in Montes leuare, certa ſpe confidentes, inde illis auxilia affutura.Quo
rum exemplo adductus,& Spiritusſancto, vt piè creditur, afflatus Beatus Domini-
cus ordinis Fratrum Prædicatorum auctor, (cuius inſtitutum, & regulam cum in
minoribus eſſemus,expreſsè profeßi ſumus) ſimili,quã nunc temporis occaſione,
quo Albigenſium hæreſis partes Galliarum, & Italiæ miſeræ vexabantur, & tam
multos excæcauerat ſæculares;vt in Domini ſacerdotes, & clericos ſæuiſſimè fu-
rerent: leuans in Cœlum oculos, & Montem illum Glorioſæ Virginis Mariæ Al-
mæ Dei Genitricis,quæ germine ſuo tortuoſi ſerpentis caput obtriuit, & cunctas *Virgo germine ſuo caput antiqui ſerpentis attriuit.*
hæreſes ſola interemit,ac benedicto fructu eius ventris. Mundum primi parentis
lapſu damnatum ſaluauit, & de quo ſine humanis manibus abſciſſus eſt lapis ille,
qui ligno percuſſus gratiarum aquas affluenter produxit, reſpiciens modum fa-
cilem,& omnibus peruium, ac admodum pium orandi, & præcandi Deum Ro-
ſarium, ſeu Pſalterium eiuſdem Beatæ Mariæ Virginis nuncupatum, quo eadem
Beatiſſima Virgo ſalutatione Angelica cencies, & quinquageſies, ad numerum
Dauidici Pſalterij repetita, & oratione Dominica ad quamlibet decimam cum
certis meditationibus totam eiuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti vitam demon
ſtrantibus,interpoſita,veneratur, excogitauit,excogitatum per S.R.E.patres pro- *Meditatio & oratio coniunguntur in Roſario.*
pagauit, orandique modo prædicto per aſſeclas Beati Dominici fratres, videlicet
ordinis prædicti diuulgato, & à nonnullis accepto,cœperunt Chriſti fideles iis
meditationibus accenſi, iis precibus inflammati in alios viros repente mutari,
hæreſum tenebræ remitti, & lux Catholicę fidei aperiri, & ad hanc orandi for-
mam pro locorum, diuerſitate Sodalitates per fratres eiuſdem ordinis ad hoc à
ſuis Superioribus legitimè deputatos inſtitui, & Confratres in eis deſcribi. Nos
quoque illorum prædeceſſorum veſtigia ſequentes, militantem hanc Eccleſiam
diuinitus nobis commiſſam his temporibus tot hereſibus agitatam tot bellis,pra-
uiſque hominum moribus atrociter vexatam,&afflictam cernentes lachrymabun-
dos,ſed ſpei plenos oculos in montem illum,vnde omne auxilium prouenit,leua-
mus, & ſingulos Chriſtifideles ad ſimile faciendum benignè in Domino horta-
mur,& monemus.Vtque faciliùs modus ille ab omnibus cum ea, qua decet, de-
uotione,& mentis Religioniſque Chriſtianæ ſinceritate amplectatur, auctoritatis
noſtræ partes,quantum nobis ex alto conceditur, fauorabiliter impartientes,mo-

dum

dum orandi & præcandi prædictum, omniaque, & ſingula indulta, indulgentias

Pius V. ad excitandum maiorẽ Chriſti fidelium deuotionem roſarij indulgentias & indulta omnia confirmat.

peccatorum remiſſiones, relaxationes immunitates, priuilegia, & aliàs gratias per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & dictæ Sedis, etiam de latere Legatos, ac alios Apoſtolica ad id auctoritate ſuffultos, iuſta præcandi modum prædictum orantibus, & Confraternitatibus, ſeu Sodalitatibus, ſub dicto Roſario inſtitutis, & illarum Eccleſiis, ſeu Altaribus, aut Cappellaniis, vel Confratribus, ac Sodalibus, tam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ſiue in genere, vel in ſpecie, quam aliàs quomodolibet, etiam pluries conceſſa, confirmata, & innouata. quorum omnium, & ſingulorum tenores, & compendia, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & inſertis, eadem auctoritate harum ſerie perpetuò confirmamus & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus. Necnon potiori pro cautela, præmiſſa omnia eiſdem modo, & forma, quibus conceſſa reperiuntur, etiam perpetuò innouamus, Ac omnibus, & ſingulis Chriſtifide-

Confratres Roſarij oblationes & legata quæcunque recipere poſſe decernit vt conuertãtur in pios vſus confraternitatum.

libus vtriuſque ſexus Confratribus per dilectos filios modernos, & pro tempore exiſtentes, fratres ordinis prædicti in ſuis, & tam per eos, quàm per alios Sacerdotes, etiam in aliis Eccleſiis à dilecto filio, etiam moderno, & pro tempore exiſtente ipſius ordinis Generali Magiſtro, vel eius Vicario dumtaxat deputatos, in huiuſmodi Sodalitatem, ſeu Confraternitatem Roſarij receptis, & deſcriptis, Eccleſias, Altaria, & Cappellas huiuſmodi viſitantibus, necnon Deo preces iuxta Roſarij modum prædictum effundentibus, quod omnibus, & ſingulis indultis, indulgentiis, peccatorum remiſſionibus, relaxationibus, priuilegiis, & aliis gratiis præfatis frui, vti, potiri, & gaudere, Necnon eiſdem Confraternitatibus, ſeu Sodalitatibus, quod illarum ad id deputati Confratres omnia, & ſingula oblationes, & legata, ſeu donationes, aut alias quouiſmodo ſiue in teſtamento, ſiue codicillis, aut alia vltima, vel inter viuos volũtate illis relicta, & erogata, quæcũque quotcunque, & qua-

Indulgentiæ conceſſæ à ſummo Pontifice confraternitatibus Roſarij.

liacunque, etiam ſi ſpeciali nota digna ſint, percipere, exigere, leuare, & in Confraternitatum huiuſmodi pios vſus conuertere, etiam ordinarij loci, aut cuiuſuis alterius licentia deſuper minime petita, liberè, & licitè poſſint. Et inſuper quò quiſque ad ſe numero Confratrum præfatorum aggregandum promptior, & alacrior fiat, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Confratribus prædictis per deputatos prædictos deſcriptis, vere pœnitentias, & confeſſis, qui prima vice, qua deſcripti fuerint, ſanctiſſimum Euchariſtię Sacramẽtum in aliqua Eccleſia, aut Cappella dictæ Confraternitatis perceperint, & vnam ſaltem quinquagenam Roſarij re-

Roſarium integrum qualibet hebdomada deuotè recitandum.

citauerint, & pro tranquillitate Sanctæ Matris Eccleſiæ orauerint, necnon qui in mortis articulo conſtituti ſalutaris pœnitentiæ, & viatici Sacramento muniti fuerint, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Qui verò in Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Annuntiationis, ac Aſſumptionis eiuſdem Beatæ Mariæ præfatum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & partem Roſarij, vt præfertur, recitauerint, decem annos, & totidem quadragenas eiſdem autem Confratribus, qui in reliquis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis præfatorũ feſtis diebus, in quibus ſacra ipſius Roſarij myſteria recenſen-

Clauſulæ preſeruatiuæ.

tur, vnã ſaltẽ Roſarij quinquagenam recitauerint, necnõ aliis omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, etiam nõ Confratribus, quin in eiuſdem Roſarij Proceſſione, quę menſe quolibet fieri conſueuit, deuote interfuerint, & pariter Cõfratribus præfatis qui ipſum Roſariũ integrũ qualibet hebdomada deuote recitauerint, ſeptẽ annos, & totidem quadragenas de iniunctis ſibi pœnitentiis, etiã miſericorditer in Domino relaxamus. Decernẽtes Cõfratres, & alios pręfatos à quoquã deſuper moleſtari, Pręſentéſque literas de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, alióve vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, argui, vel impugnari, & limitationibus, ſub quibuſuis ſimiliũ, vel diſſimiliũ gratiarũ reuocationibus, alterationibus, ſuſpenſionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi non poſſe, ſed quoties illæ emanauerint, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, de nouo, etiam ſub poſteriore data per ipſos deputatos Confratres eligenda conceſſas, ac perpetuò validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuóſque plenarios, & integros effe-

ctus

ctus ſortiri debere; Et ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffinirri debere, ac ex nunc irritum, & inane ſi ſecus

Decretum irritans.

ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus conciliis æditis generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus. & ordinationibus, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis editis, & edendis, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod pæſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici

Clauſulæ derogatoriæ.

ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in iudicio quam extra adhibeatur, quæ præſentibus literis adhibereruꝛ, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die decimaſeptima Septembris, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Pontificatus noſtri anno quarto.

De Roſarij Inſtitutione & primordiis hæc circumfertur hiſtoria. Cum olim hæretica peſtis graſſaretur in Italia & Francia, præſertim ab hæreticis Albigenſium, inter alia remedia quibus ſanctiſſimus Patriarcha beatus Dominicus vſus eſt, ſicut conſtat ex literis Apoſtolicis, ad extirpandas huiuſmodi hæreſes, hoc potiſſimùm remedio vſus eſt vt patrocinium implorarent ſanctiſſimæ Virginis per eius deuotiſſimum Roſarium. Siquidem hæc eſt beatiſſima virgo de qua canit Eccleſia. Gaude Maria Virgo, quia cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo, Eſt enim hic orandi modus accommodatiſſimus omnibus hominum conditionibus & ſtatibus, facilis quidem non modò doctis, verùmetiam rudibus & indoctis: cuius quidem beneficio multa nobis atque ampliſſima à liberaliſſima Dei manu conferuntur beneficia, mutantúrque homines ex ferinis & crudelibus ac barbaris moribus ad ciuilem & ſanctum quendam cultum atque vitam. Cæterùm in huiuſmodi ſancta deuotione complexus eſt beatiſſimus Patriarcha noſter Dominicus duplicem illum celeberrimum orandi modum, videlicet orationis mentalis, & vocalis. Vocalis enim orandi modus eſt cum recitantur ore quindecim Pater, noſter & centũ ac quinquaginta Aue Maria, ad ſimilitudinem pſalterij Dauidis, vbi ſunt centum & quinquaginta pſalmi, vnde etiam factum eſt vt non modò Roſarium, verùmetiam pſalterium appelletur. Recitatur etiam precatio Dominica quindecies ad ſimilitudinem Cantici graduum, in quo ſunt quindecim Pſalmi. Mentalis autem modus orandi eſt cum contemplamur quindecim præcipua myſteria redemptionis noſtræ. Reduxit autem beatus Dominicus ad tres partes orationem ipſam vocalem, datis vnicuique parti quinque Pater noſter ſiue dominicas precationes & quinquaginta ſalutationes Angelicas, ſiue Aue Maria. Mentalem autem orationem vt roſæ aſſimilaretur diſtribuit in triplicia myſteria videlicet gaudioſa, doloroſa, & glorioſa, iuxta tria quæ reperiuntur in ipſa roſa, videlicet flores, ſpinæ, & folia. Quinque igitur myſteria gaudioſa quæ correſpondent foliis, ſunt iſta, Annuntiatio, Viſitatio, Natiuitas Domini, præſentatió eiuſdem in templo, & inuentio etiam in eodem templo. Quinque myſteria doloroſa quæ correſpondent ſpinis, ſunt oratio Chriſti in horto, item flagellatio, corona ſpinea, baiulatió crucis, & denique crucifixio. Quinque myſteria glorioſa quæ correſpondent floribus ſunt iſta, Reſurrectio, Aſcenſio, miſſio Spiritus ſancti, Aſſumptio virginis, denique Coronatio eiuſdem. Tria igitur ſunt Roſaria minima quæ conſtant vnum roſarium integrum, quoniam triplicia ſunt myſteria quæ contemplantur in hac deuotione Roſarij. In huiuſmodi autem tripliciũ myſteriorum recitatione ſiue meditatione ita nos gerere poſſumus, vt vel poſtquam tertiam Roſarij partem abſoluerimus, quinque myſteria ſuo ordine contemplemur: vel etiam poſt ſingulas precationes dominicas, & decem ſalutationes Angelicas, myſteria ſigillatim, ſuo ordine meditemur ac contemplemur. Quid autem excellentius excogitari poteſt ipſa precatione Dominica & ſalutatione angelica? Si quidem à Chriſto altera, altera verò ab Angelo contexta eſt. Ex his autem conflatur ipſum Roſarium, quod eſt inſtar paradyſi cuiuſdam, vel ſpiritalis zodiaci diſtincti ſole, luna, & aſtris ſuis, quæ quidem ſuos dant motus opportunos & conuenientes, potéſtque per huiuſmodi zodiacum ſpatiari anima ipſa deuota, efficiens & circunducens circulos ſuos, atque cõmemorãs in meditatione huiuſmodi myſteriorũ. Nec verò ſolùm fructus ampliſſimos reportat in ſpirituali meditatione qui huiuſmodi roſarium percurrit meditando eius myſteria verùmetiam indulgentias multas refert ac reportat conceſſas à variis ſummis Pontificibus,

quas

quas quidem vbicunque obuias poterit quilibet videre. De his latius infrà vbi addam motum proprium Sanctiſsimi Gregorij XIII. de inſtitutione feſti ſanctiſsimi Roſarij in memoriam feliciſsimæ illius victoriæ quam Chriſtianorum exercitus reportauit de Turcis infenſiſsimis hoſtibus Chriſtiani nominis, quod feſtum inſtitutum eſt celebrari prima Dominica Octobris, -uo die contigit victoria illa ſempiernis hiſtoriis digniſsima.

XXXV.

Coſmus à Medicis Reipublicæ Dux, eiúſque ſucceſſores magni Ducis titulo honorantur Pontificio munere.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

In principes de republica Chriſtiana benemeritos Pontificum fauor & beneuolentia.

ROMANVS Pontifex in excelſo militantis Eccleſiæ Throno diſponente Domino ſuper gentes, & Regna conſtitutus poſt perluſtratas ſuæ indefeſſę mentis acię Orbis Chriſtiani Prouincias circumſpecta ſua prouidentia præclaros, ac Principes viros, qui de Sancta Sede Apoſtolica, fideque Catholica bene mereri videntur, ſingulari ſuæ benignitatis clementia, quantum ſibi ex alto conceditur, augere, eoſque inſignibus, ornamentis, ac ſpecioſis honorum titulis decorare, atque illuſtrare conſueuit necnõ aliàs diſponit, prout temporum, locorum, & perſonarũ qualitate penſata, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sanè cum nos his noſtris luctuoſiſſimæ tempeſtatis diebus animo noſtro diu multumque grauiſſimo cum dolore verſaremus, quot, & quantæ peſtiferarum hæreſum ſectæ, quotidie

Ethruriæ prouinciæ commendatio.

vndique erumperent, diraque, & exitioſa perditorum hominum à fide Catholica aberrantium ſemina paſſim ſerperent, & vſquequaque propagarentur, omnia Italiæ loca circumſpicientes, Ethruria Prouincia nobilitatis decore, & antiquitatis nomine à maioribus celebrata, cuius maxima pars quæ nobis, & ipſi Apoſtolicæ Sedi ſubiecta non eſt, ab omnibus ferè lateribus ditioni noſtræ Eccleſiaſticę conterminata, atque coniuncta exiſtit, nobis præcipuè occurrit, quam diuinæ primum bonitatis gratia, ſolicitudineque, ac vigilantia noſtra, deinde præſtantiſſimi, ac Re-

Ethruſci ſuppetias tulerunt afflictæ ſedi.

ligioſiſſimi eius principis virtute, conſilio, diligentia, præ ceteris intactam, & incorruptam, ab huiuſmodique pernicioſa labe, & contagione ſartam tectam conſeruatam eſſe cõſpicimus. Huc accedit, quod profectò magnopere nos mouet, Sedem Apoſtolicam, cum ob regionis vicinitatem, tum propter loci opportunitatem gratiſſima plerumque obſequia atque etiam commoda ſubminiſtratis ab Ethruſcis auxiliis à multis iam ante ſæculis recepiſſe, idque complures Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & præſertim fe. re. Innocentium IV. Clementem

Coſmus Medices laudatus à religionis & iuſtitiæ cultu.

etiam IV. Gregorium X. Benedictum XI. Martinum V. & Leonem X. luculenter teſtatos fuiſſe, adeò vt tam eandem Prouinciam, quam eius Rectores, & Magiſtratus ob peculiarem eorum erga Romanam Eccleſiam deuotionem, & obſeruantiam propenſo, paternoque affectu, variis gratiis, honoribus, ac priuilegiis iure cohoneſtandos, atque ornandos eſſe dixerint. Quibus rebus debita meditatione maturè conſideratis, attendentes quoque in primis, quod dilectus filius nobilis vir Coſmus Medices Reipublicæ Floren. Dux maiorem, in dies ſuæ eximiæ virtutis ſplendorem, feruentioremque Catholicæ Religionis cultum, & in adminiſtranda iuſti-

A liberalitate præſidij ferendi pro rege Gallorum aduerſus hæreticos.

tia præcellens ſtudium, ex eo tempore, quo imperare cœpit nuſquam prætermiſſum, laudabiliter præſeferre non ceſſat. Quod omnibus in occaſionibus, nobis, ac prædeceſſoribus noſtris, & Apoſtolicæ Sedi prompto, ac libenti animo obſequi ſemper ſtuduerit. Quod nos, & eandem Sedem ab ipſo noſtri Pontificatus initio continuato debitæ reuerentiæ, honore coluerit, mandatis noſtris filiali obedientia paruerit, honeſtis noſtris petitionibus obſequentiſsimè morem geſſerit. Quod à

Ab expectatione maioris virtutis incrementi.

nobis requiſitus, cœpta noſtra pecuniis, peditatu, æquitatuque alacriter iuuerit, præſertim pro ferendo auxilio Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Francorum Regi Chriſtianiſſimo, aduerſus eius rebelles, & hæreticos, centũ etiam aureorum millia, vltra alia, illi mutuando, hortatu noſtro id fecerit. Quod maiora, ſi vſus venerit, ad Catholicæ fidei defenſionem, & incrementum ſe præſtaturum vltro pollicetur, Quod pro Inclyta eius in Deum pietate, Superioribus annis, Militiam

litiam Sancti Stephani ad ſanctę fidei exaltationem, ac propagationem inſtituerit, bonis ditauerit, & ampliauerit. Quod vniuerſæ propè Prouinciæ Ethruiæ imperſcrutabili Dei iudicio ad ſummæ dignitatis poteſtatem ciuium Florentinorum aſſenſu vocatus feliciſſimè præſit ac dominetur. Quod delatum ſibi admirabiliter Principatum admirabilius regat, & moderetur, illumque incomparabili prudentia ac ſapientia in pacis ac iuſtitiæ amœnitate ab ineunte eius ætate diligentiſſimè contineat & conſeruet. Quòd terra marique exiſtat. Quod Piratis, facinoroſis, ſicariis, quietis, & ocij turbatoribus, necnon noſtris, & huius ſanctę Sedis rebellibus, & aduerſarij hoſtis acerrimus, ſcelerumque & delictorum ſeuerus vindex ſit,

Ab erectione & inſtitutione militiæ S. Stephani cuius priuilegia ſuperiùs habentur ſub Pio 4 conſt. His quæ pro.

Quòd numeroſa ac frequenti populorum ei ſubditorum Deo benedicente multitudine, copioſis grandibuſque redditibus, & ampliſſimis prouentibus gaudeat, & fruatur Quod validus peditum, & æquitum numerus in omnes vſus ei præſto ſemper eſſe poſſit. Quòd quamplures Florentiſſimas Vrbes, tam Cathedralium, quàm earum nonnullas Metropoliticarum Eccleſiarum dignitate inſignes, ac ſtudiorum generalium vniuerſitatibus ornatas, munitiſſimos portus, validiſſimas arces, loca tutiſſima, triremium claſſem paratam, & inſtructam tam ad Tyrrheni ſui maris, quàm etiam ad noſtræ oræ maritimæ tutelam habeat. Quod rerum omnium copia, ditionis amplitudine, locorum vbertate, continua vitæ felicitate, demumque gentis celebris admodum, & opulentæ viribus firmiſſimè ſubnixus vigeat. Quod

Ab acerbiſsima flagitioſorum expugnatione.

cuncta hæc ipſa bona per immenſam Dei omnipotentis benignitatem ſibi elargita ad diuinum honorem & gloriam paratiſſima ſemper fore profiteatur. Quod abſoluta poteſtate ratione liberi & directi dominij Florentini nemini ſit ſubiectus, ita vt iuxtà diſtinctionem piæ memoriæ Pelagij ſimiliter Roma. Pont. prædeceſſoris noſtri vti Rex & magnus Dux ac Princeps meritò exiſtat, & inter cæteros Magnos Duces, ac Principes re ipſa eſſe, cenſeri, & commutari poſſit, & debeat. Nos igitur tot ac tantis rationabilibus, digniſque de cauſis, clariſſimis quoque ipſius Coſmi Ducis erga nos, & Sedem eandem meritorum, & officiorum monumentis inducti, firmaque ſpe freti, quod is, & eius ſucceſſoribus collati noſtri in eos beneficij memores debitam nobis, futuriſque Romanis Pontificibus grato animo fidei ac deuotionis ſinceritatem, perpetuò exhibere, conſeruareque ſtudebunt, attenden-

Ab opũ, vrbium & populorum copia.

tes etiam quod ſanè plurimi facimus, dictum Coſmum Ducem, ac dilectum filium nobilem virum Franciſcum eius filium primogenitum arctis admodum affinitatis ſanguinis & neceſſitudinis vinculis cum chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Maximiliano in Imperatorem electo, & maximis Chriſtiani nominis Regibus coniunctos eſſe, eoſque à nobiliſſima ſtirpe Medicea multis honoribus & titulis decorata, & ex qua tot illuſtres proceres, ac tres Romani pontifices prodierunt, ortum habere. Propterea eundem Coſmum Ducem ſpecialibus fauoribus, & gratiis paternè benigneque proſequi volentes, ipſumque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, Motu proprio, non ad ipſius Coſmi Ducis ſeu alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, maturaque deliberatione, & mera liberalitate noſtris, ac de ſuppremæ noſtræ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tam dictorum prædeceſſorum, quàm etiam Alexandri III. & Innocentij pariter III. ac Pauli IV. ſimiliter prædeceſſorum noſtrorum, Qui Portugalliæ, & Bulgarorum, ac Blanchorum, necnon Hiberniæ Reges, & vt tunc Dux Bohemię Rex in ſuis literis nominari poſſit, reſpectiuè crearunt, conſtituerunt, & conceſſerunt, aliorumque Romanorum Pontificum erga diuerſos Principes exempla ſequentes, veſtigiiſque inhærentes, vt potiſsimum cæteri Principes hoc exemplo inuitati ad bene de ſancta hac Sede promerendum incitentur, eundem Coſmum Ducem; eiuſque ſucceſſores pro tempore exiſtentes Duces perpetuis futuris temporibus in Magnos Duces, & Principes prouinciæ Ethruriæ ſibi pro maxima illius parte ſubiectæ, & in ipſa prouincia reſpectiuè auctoritate Apoſtolica tenore præſentium creamus, conſtituimus, pronunciamus, & declaramus, Magnorumq; Ducum Ethrurię prouinciæ vt præfertur eius ſubiectæ nomine,

Stirps Medicea tres Pontifices Romanos protulit.

nomine, titulo, & denominatione extollimus, & amplificamus, Necnon eos dictæ
Coſmus Magnus dux Ethruriæ renunciatur.
Ethruriæ prouinciæ eis ſubiectæ Magnos Duces, & Principes ab omnibus nomi-
nari, appellari, inſcribi, dici, haberi, cenſeri, & tractari debere volumus, pręcipimus,
ac mandamus, atque Coſmum Magnum Ducem, eiúſque ſucceſſores præfatos
omnibus & ſingulis exēptionibus, immunitationibus, libertatibus, fauoribus, præ-
eminentiis pręrogatiuis, indultis, priuilegiis, aliiſque quibuſlibet gratiis, & hono-
ribus quibus alij verè liberi, & directi Domini, ac Magni Duces, & principes etiam
Ducali, aut alia quauis etiam maiori dignitate pręfulgentes, ac quacunque libera
& abſoluta poteſtate fungentes, in genere vel ſpecie, in quibuſcunque locis, pom-
pis, ſeſſionibus, celebritatibus, cæremoniis, & actibus publicis vel priuatis, tam de
iure, quàm de conſuetudine etiam in Aula noſtra Vaticana, & vbique terrarum,
etiamſi aliqui alij Magni & ſimiles Duces & Principes præſentes fuerint, quoquo
modo vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu vti, frui, potiri, & gaudere in fu-
turum quomodolibet poterunt, & ſoliti ſunt, non quidem ad illorum inſtar, ſed
pariformiter, & abſque vlla prorſus differentia vti, frui, potiri, & gaudere poſſe, ac
debere: Et inſuper in euideas clarumq́ue propenſæ noſtrę voluntatis erga dictum
Coſmum Magnum Ducem teſtimonium, certamq́ue dilectionis ſignificationem
eum amplioris quoque gratiæ, & fauoris pręrogatiua, maximè dignum cenſentes,
vt iuxta ſententiam Clementis Quarti prædeceſſoris noſtri pręditi, ex maiori de-
core ornatuum, maioritas appareat dignitatis ipſum Coſmum Magnum Ducem
& eius Succeſſores huiumodi Regali Corona, vt inferius depingi mandauimus,
qua ſuper eorum gentilibus inſignibus ad illuſtrius, nobiliuſq́ue ipſorum decus,
Inſignia ducalis honoris.
& ornamentum vti, eamq́ue portare, ferre, & geſtare, depingíque & inſculpi face-
re liberè & licitè poſſint, & valeant, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine
ſimilibus decoramus, exornamus, & inſignimus, decoratoſq́ue, exornatos, & in-
ſignitos fore, & eſſe, Præſenteſq́ue literas de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut
intentionis noſtræ, ſeu quocunque alio defectu ex quauis etiam quantumlibet
iuſtiſſima, & vrgētiſſima, rationabilique cauſa nullo vnquam tempore à quoquam
notari, vel impugnari poſſe, ſed illas validas & efficaces perpetuò fore, & eſſe, ſuoſ-
q́ue plenarios, totales, & omnimodos effectus ſortiri poſſe ac debere in omnibus
& per omnia ac ſi conſiſtorialiter, & de fratrum noſtrorum conſilio factæ, & ipſo
Conſiſtorio noſtro ſecreto lectæ fuiſſent, ſicq́ue per quoſcunque Iudices etiam
Imperiali, Regia, Ducali, vel quauis alia excellentia, ac dignitate præditos, & alios
Commiſſarios qualibet auctoritate fungentes, etiam cauſarum Sacri Palatij no-
ſtri Auditores, & Sāctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuili-
bet quauis aliter iudicandi, ſententiandi, diffiniendi, & interpretandi, facultate, &
auctoritate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ac quicquid ſecus ſuper his à
quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum
& inanè decernimus, & declaramus. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutio nibus
& ordinationibus Apoſtolicis, ac Prouinciarum, Ciuitatum, & Locorum quorum-
libet ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel
quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis
illis, & quibuſuis aliis perſonis etiam Ducibus, quibus forſan per Sedem Apoſto-
Priuilegia ſummorum Ducum.
licam conceſſum ſit, quod priuilegiis, præeminentiis, fauoribus, indultis, & gratiis
ad inſtar Magnorum Ducum, perinde ac ſi ipſi Magni Duces realiter, & cum effe-
ctu eſſent, vti, & gaudere poſſint in genere vel in ſpecie, ſub quibuſcunque tenori-
bus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, & quantum-
cunque efficaciſſimis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, &
innouatis (Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumq́ue totis tenoribus ſpecialis,
ſpecifica, & expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum mentio ſeu quæuis alia
expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, eorum om-
nium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo ro-
bore permanſuris, hac vice dūtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſ-
ſè derogamus, totaliterq́ue, & latiſſimè derogatum eſſe volumus, & decernimus)
cæteriſq́ue contrariis quibuſcuuque. Salua nihilominùs in noſtris dictę Prouin-
ciæ, Ciuitatibus, & locis, noſtra, & Romanæ Eccleſiæ auctoritate, iuriſdictione, &
poteſtat.

poteſtate necnon Imperatoris, & Regum ſuperioritate, iuriſdictione, ac quibuſuis
iuribus reſpectiuè, in locis mediatè, vel immediatè eis ſubiectis, ac citra aliquod
præiudicium Ciuitatum, Terrarum, & Locorum in eadem Hetruriæ Prouincia
conſiſtentium, quæ non ſunt ditiones dicti Coſmi Ducis, nec ei quomodolibet
ſubiecta ſunt, neque aliquo modo obediunt. Nulli ergò, &c, Si quis autem, &c. Da-
tum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo
quingenteſimo ſexageſimo nono, Sexto Cal. Septempris, Pontificatus Noſtri,
Anno Quarto.

Coſmi à Medices æquitate & ſtrenuiſſima in vindicandis S.R.E. *illatis iniuriis forti-
tudine accenſus* Pius V. *Pontifex illum titulo* magni Ducis Ethruriæ *voluit eius propoſiti
nuntiū præclara legatione* Michaelis Bonnelli *Cardinalis ex ſorore Papæ nepotis in cōſpectu
Primorum* Florent næ *reipublicæ* 13. Decemb. Ann. 1569. *excepit. Et vt teſtaretur gratum
ſuum animum in* Pontificis *gratiam illicò* Romam *verſus itineri ſe accinxit exarcharum &
Regulorum Italiæ ſolent apparatu comitatus. Vrbem ingreſſus ſalutatur à Patribus pur-
puratis hac enim magnificentia ſcelera ſummi* Principes Reges *aut* Imperatores *recipi: &
per* Madruccium *&* Alciatum Cardinales *apud Pontificem deducitur, & inſolita celſitudine
commendatur. Hinc poſtero die inter ſacra Miſſarum ſolennia* Ducali *corona & pallio
exornatur, &* Pontificij *muneris inſigni roſa donatus ad ſacrum fœdus in* Turcas *ſuſcipien-
dum inuitatur.* Pollicitam *fidem ſupra ſub* Pio IIII. *ſoluere nequeo. Decreueram hic addere
fuſiorem narrationem ceremoniarum ſolennis huius honoris, tum eiuſdem Magni ducis pom-
pam funebrem, ſed hæc omnia ad manum tempeſtiuè non habui cum feruentioris præli ratio
poſtularat, adeo vt multa compendioſè dicantur quæ ampliorem rerum ſeriem deſiderarent.
Hoc quantulumcunque ſit ex* Chronicis Italicis *deſerpſint cleri conſulet* Lector *Candidus.*

XXXVI.

Contra offendentes S.R.E. *Cardinales.*

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
INFELICIS Sæculi pericula miſerati, dolorem comprimere non vale- *In eos qui offendūt* S.R.E. *Cardinales, habes proceſſum bullæ Cœnæ Domini* §. II. *& Hieronymum de Torris conſ quodam quod reperies in fin. Anthonij de Butrio.*
mus quòd nefarij homines, iuſtorum ſanguinem ſitientes, ad illorum quoque per-
niciem infeſtiore animo incumbant, quos Spiritusſanctus membra conſtituit prę-
cipua Eccleſiæ Dei quàm ſuo ſibi ſanguine acquiſiuit. Magna igitur ratione poſt
alios felicis recordationis Bonifacius Papa Octauus de fratrum ſuorum conſilio
perpetua conſtitutione ſanciuit, vt ſi quis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem
hoſtiliter inſecutus, aut percuſſerit, aut cœperit, aut mandauerit id fieri, ſo-
fuerit hoſtiliter inſecutus, aut percuſſerit, aut cœperit, aut mandauerit id fieri, ſo-
ciúſque fuerit facientis, factúmve ratum habuerit, ſeu dederit conſilium, vel fauo-
rem, aut receptauerit, aut defenderit ſcienter eundem, tanquam læſę Maieſtatis
reus, perpetuò ſit infamis: & præterea diffidatus, bannitus, & inteſtabilis. Omnia
eius ædificia ruinæ perpetuæ ſubiaceant, nullus ei debita reddere, nullus ei in iudi-
cio reſpōdere teneatur, bonis omnibus fiſco, vel reipublicæ applicatis. Idem etiam
feudis, beneficiis, & officiis ſpiritualibus, & temporalibus ſit ipſo iure priuatus, ſed
& ipſe inſectans excommunicationis ſenten tiam incurrat, quàm ſolus Romanus
Pontifex, excepto mortis articulo, valeat relaxare, Sed hęc ne quidem conſtitutio,
propter abdita conſceleratorum conſilia, omninò ſatis eſſe noſcitur ad huiuſmo- **Sacrilegum hoc tanto maius eſſe cenſetur quanto perſona quæ patitur maior eſt. gl. in verb. ſacrileg. c. fœlicis. de pœnit. in 6. de pœnit. diſt. I. aut facta. C. de Epiſcop. & Cleric. l. ſi quis in hon.*
di ſacrilegia * ampliùs prohibenda. Qui enim alicui vim inferre ſibi proponunt,
idſecreto, in occulto vt maximè machinantur veluti impium illud facinus
indicat in perſonam dilecti filij noſtri Caroli tituli Sanctæ Praxedis Presbyteri
Cardinalis Borrhomæi, Eccleſiam Mediolanenſem Sanctiſſimis Inſtitutis ſtudio-
ſè informantis proximè attentatum. Quæ res nos grauius commouet, vehemen-
tiuſq́ue excitat omnia exquirere vt nobiliſſimæ corporis noſtri partes vndique
protegantur. Quibus enim præſidio erimus, quibus ſuppetias afferemus, quos de-
nique tutabimur, ſi Templi Dei baſes, ſi clariſſima Eccleſiæ lumina, ſi ſpeciales fi-
lios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro iuſtitia, pro vnitate peruigilant,
inultos deſeramus? Itaque ſanctioni prædictæ de ſimili fratrum noſtrorum con-
ſilio adiicientes, Statuimus, vt quiſquis, etiam à nudo conſilio, aut ſimplici fauore,

Coſmus Magnus dux Ethruriæ renunciatur.

nomine, titulo, & denominatione extollimus, & amplificamus, Necnon eos dictæ Ethruriæ prouinciæ eis ſubiectæ Magnos Duces, & Principes ab omnibus nominari, appellari, inſcribi, dici, haberi, cenſeri, & tractari debere volumus, pręcipimus, ac mandamus, atque Coſmum Magnum Ducem, eiúſque ſucceſſores præfatos omnibus & ſingulis exẽptionibus, immunitationibus, libertatibus, fauoribus, præeminentiis prerogatiuis, indultis, priuilegiis, aliiſque quibuſlibet gratiis, & honoribus quibus alij verè liberi, & directi Domini, ac Magni Duces, & principes etiam Ducali, aut alia quauis etiam maiori dignitate pręfulgentes, ac quacunque libera & abſoluta poteſtate fungentes, in genere vel ſpecie, in quibuſcunque locis, pompis, ſeſſionibus, celebritatibus, cæremoniis, & actibus publicis vel priuatis, tam de iure, quàm de conſuetudine etiam in Aula noſtra Vaticana, & vbique terrarum, etiamſi aliqui alij Magni & ſimiles Duces & Principes præſentes fuerint, quoquomodo vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu vti, frui, potiri, & gaudere in futurum quomodolibet poterunt, & ſoliti ſunt, non quidem ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & abſque vlla prorſus differentia vti, frui, potiri, & gaudere poſſe, ac debere: Et inſuper in euideas clarumque propenſæ noſtrę voluntatis erga dictum Coſmum Magnum Ducem teſtimonium, certamque dilectionis ſignificationem eum amplioris quoque gratiæ, & fauoris pręrogatiua, maximè dignum cenſentes, vt iuxta ſententiam Clementis Quarti prædeceſſoris noſtri prędicti, ex maiori decore ornatuum, maioritas appareat dignitatis ipſum Coſmum Magnum Ducem & eius Succeſſores huiumodi Regali Corona, vt inferius depingi mandauimus, qua ſuper eorum gentilibus inſignibus ad illuſtrius, nobiliuſque ipſorum decus, & ornamentum vti, eamque portare, ferre, & geſtare, depingíque & inſculpi facere liberè & licitè poſſint, & valeant, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus decoramus, exornamus, & inſignimus, decoratoſque, exornatos, & inſignitos fore, & eſſe, Præſenteſque literas de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quocunque alio defectu ex quauis etiam quantumlibet iuſtiſſima, & vrgẽtiſſima, rationabilique cauſa nullo vnquam tempore à quoquam notari, vel impugnari poſſe, ſed illas validas & efficaces perpetuò fore, & eſſe, ſuoſque plenarios, totales, & omnimodos effectus ſortiri poſſe as debere in omnibus & per omnia ac ſi conſiſtorialiter, & de fratrum noſtrorum conſilio factæ, & ipſo Conſiſtorio noſtro ſecreto lectæ fuiſſent, ſicque per quoſcunque Iudices etiam Imperiali, Regia, Ducali, vel quauis alia excellentia, ac dignitate præditos, & alios Commiſſarios qualibet auctoritate fungentes, etiam cauſarum Sacri Palatij noſtri Auditores, & Sãctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, ſententiandi, diffiniendi, & interpretandi, facultate, & auctoritate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inanè decernimus, & declaramus. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutio nibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Prouinciarum, Ciuitatum, & Locorum quorumlibet ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis, & quibuſuis aliis perſonis etiam Ducibus, quibus forſan per Sedem Apoſtolicam conceſſum ſit, quod priuilegiis, præeminentiis, fauoribus, indultis, & gratiis ad inſtar Magnorum Ducum, perinde ac ſi ipſi Magni Duces realiter, & cum effectu eſſent, vti, & gaudere poſſint in genere vel in ſpecie, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, & quantumcunque efficaciſſimis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis (Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, eorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dũtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſè derogamus, totaliterque, & latiſſimè derogatum eſſe volumus, & decernimus) cæteriſque contrariis quibuſcuuque. Salua nihilominùs in noſtris dictę Prouinciæ, Ciuitatibus, & locis, noſtra, & Romanæ Eccleſiæ auctoritate, iuriſdictione, & poteſtate

Inſignia ducalis honoris.

Priuilegia ſummorum Ducum.

poteſtate necnon Imperatoris, & Regum ſuperioritate, iuriſdictione, ac quibuſuis iuribus reſpectiuè, in locis mediatè, vel immediatè eis ſubiectis, ac citra aliquod præiudicium Ciuitatum, Terrarum, & Locorum in eadem Hetruriæ Prouincia conſiſtentium, quæ non ſunt ditiones dicti Coſmi Ducis, nec ei quomodolibet ſubiecta ſunt, neque aliquo modo obediunt. Nulli ergò, &c, Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Sexto Cal. Septempris, Pontificatus Noſtri, Anno Quarto.

Coſmi à Medices æquitate & ſtrenuiſſima in vindicandis S.R.E. *illatis iniuriis fortitudine accenſus* Pius V. Pontifex *illum titulo* magni Ducis Ethruriæ *voluit eius propoſiti nuntiũ præclara legatione* Michaelis Bonnelli Cardinalis *ex ſorore Papæ nepotis in cõſpectu Primorum Florentinæ reipublicæ* 13. Decemb. Ann. 1569. *excepit. Et vt teſtaretur gratum ſuum animum in* Pontificis *gratiam illicò* Romam *verſus itineri ſe accinxit exarcharum & Regulorum Italiæ ſolent apparatu comitatus. Vrbem ingreſſus ſalutatur à* Patribus *purpuratis hac enim magnificentia ſcelera ſummi* Principes Reges *aut* Imperatores *recipi: & per* Madruccium *&* Alciatum Cardinales *apud* Pontificem *deducitur, & inſolita celſitudine commendatur. Hinc poſtero die inter ſacra Miſſarum ſolennia Ducali corona & pallio exornatur, & Pontificij muneris inſigni roſa donatus ad ſacrum fœdus in* Turcas *ſuſcipiendum inuitatur. Pollicitam fidem ſupra ſub* Piò IIII. *ſoluere nequeo. Decreueram hic addere fuſiorem narrationem ceremoniarum ſolennis huius honoris, tum eiuſdem Magni ducis pompam funebrem, ſed hæc omnia ad manum tempeſtiuè non habui cum feruentioris præli ratio poſtularat, adeo vt multa compendioſè dicantur quæ ampliorem rerum ſeriem deſiderarent. Hoc quantulumcunque ſit ex* Chronicis *Italicis deſerpſint cleri conſulet* Lector *Candidus.*

XXXVI.

Contra offendentes S.R.E. *Cardinales.*

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INFELICIS Sæculi pericula miſerati, dolorem comprimere non valemus quòd nefarij homines, iuſtorum ſanguinem ſitientes, ad illorum quoque perniciem infeſtiore animo incumbant, quos Spiritusſanctus membra conſtituit pręcipua Eccleſiæ Dei quàm ſuo ſibi ſanguine acquiſiuit. Magna igitur ratione poſt alios felicis recordationis Bonifacius Papa Octauus de fratrum ſuorum conſilio perpetua conſtitutione ſanciuit, vt ſi quis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, aut percuſſerit, aut cœperit, aut mandauerit id fieri, ſociúſque fuerit facientis, factúmve ratum habuerit, ſeu dederit conſilium, vel fauorem, aut receptauerit, aut defenderit ſcienter eundem, tanquam læſę Maieſtatis reus, perpetuò ſit infamis: & præterea diffidatus, bannitus, & inteſtabilis. Omnia eius ædificia ruinæ perpetuæ ſubiaceant, nullus ei debita reddere, nullus ei in iudicio reſpõdere teneatur, bonis omnibus fiſco, vel reipublicæ applicatis. Idem etiam feudis, beneficiis, & officiis ſpiritualibus, & temporalibus ſit ipſo iure priuatus, ſed & ipſe inſectans excommunicationis ſenten tiam incurrat, quàm ſolus Romanus Pontifex, excepto mortis articulo, valeat relaxare, Sed hęc ne quidem conſtitutio, propter abdita conſceleratorum conſilia, omninò ſatis eſſe noſcitur ad huiuſmodi ſacrilegia * ampliùs prohibenda. Qui enim alicui vim inferre ſibi proponunt, id ſecreto, in occulto vt maximè machinantur veluti impium illud facinus indicat in perſonam dilecti filij noſtri Caroli tituli Sanctæ Praxedis Presbyteri Cardinalis Borrhomæi, Eccleſiam Mediolanenſem Sanctiſſimis Inſtitutis ſtudioſè informantis proximè attentatum. Quæ res nos grauius commouet, vehementiuſque excitat omnia exquirere vt nobiliſſimæ corporis noſtri partes vndique protegantur. Quibus enim præſidio erimus, quibus ſuppetias afferemus, quos denique tutabimur, ſi Templi Dei baſes, ſi clariſſima Eccleſiæ lumina, ſi ſpeciales filios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro iuſtitia, pro vnitate peruigilant, inultos deſeramus? Itaque ſanctioni prædictæ de ſimili fratrum noſtrorum conſilio adiicientes, Statuimus, vt quiſquis, etiam à nudo conſilio, aut ſimplici fauore,

In eos qui offendũt S.R.E. *Cardinales, habes proceſſum bullæ Cœnæ Domini* §. 11. *& Hieronymum de Torris conſ quodam quod reperies in fin. Anthonij de Butrio.*

**Sacrilegium hoc tanto maius eſſe cenſetur quanto perſona quæ patitur maior eſt. gl. in verb. ſacrileg. c. fœlicis. de pœnit. in 6. de pœnit. diſt. 1. aut facta. C. de Epiſcop. & Cleric. ſi quis in hom.*

aut omninò à cæteris prędictis alienus, quempiam auctorum, adminiſtrorum, vel conſciorum coniurationis, ſiue conſpirationis, aut commiſſi, committendiue criminis in perſonam Cardinalis, illorúmue fautorum, receptorum, vel occultatorum, ſiue ex renunciatione ſibi protinus vel per interpoſitam perſonam aut literas facta, cognouerit, ſiue ex ſcripturis, cœtu, conatu, concurſu, inſidiis, aliiſve ſignis, & indiciis qualemcunque ſciendum habuerit, vel etiam coniecerit, quiue horum quicquam intellexerit, quantuncunque res aliàs occulta ſit quamprimum id Rom. Pont. ſi in Curia fuerit, ſi autem ordinario loci, vel ſi Cardinalis ipſe ordinarius extiterit, propinquiori Epiſcopo, & ſi crimen nondum commiſſum fuerit, etiam ipſi Cardinali properet reuelare.] Quicunque verò etiam non ſubditus, & omninò extraneus defecerit, cuiuſcunque dignitatis fuerit, prædicto ſit excommunicationis laqueo innodatus, paritérque maieſtatis reus infamiam, & omnes pœnas prædictas eo ipſo incurrat. Eadem nihilominus conſtitututione quoad reliquas eius partes, ac cæteris omnibus ſanctionibus canonicis, & ciuilibus, ad talium coertionem editis, in ſuo robore duraturis. Porrò ſi quis ad ſanitatem reuertens, rem adhuc incognitam retexerit, omni noxa pleniùs liberetur. Cæterùm loci Ordinarius ſecreto cur caſum ad ſe delatum, prædicto Pontifici primo quoque tempore nunciare, & interim rem omnem ab ſtirpe exquirere, & ſi neceſſitas tunc poſtulet, ſeculare quoque brachium adhibere. Sed ne quiſquam horum ignorationem valeat excuſare, iubemus præſentes valuis Eccleſiæ Sancti Ioannis Laterannenſis, & baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, vbi publicabuntur appendi, eiſque detractis earum exempla eo in loco relinqui, & ea pariter ab omnibus locorum ordinariis in ſuis Eccleſiis, lociſque inſignibus promulgari. Quia verò difficile nimis eſſet ipſa præſentes. quocunque illa opus erit perferre. Volumus earum exempla etiam impreſſa, Notarij publici manu, & Prelati Eccleſiaſtici, eiuſue curiæ ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem in iudicio, & extra illud vbique gentium facere, quám ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono. Quartodecimo Cal. Ianuarij, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Extendantur pœnæ conſtitutionis Bonifacij octaui in ſcientes & non reuelantes.

Hæc conſtitutio ſubſignata fuit per XXXV. Cardinales.

Cardinalium inſtitutionem, originem, & priuilegia fusè enarraſſe ſuperius memini. Ex multis autem priuilegiis quibus gaudent vnum hac conſtitutione oſtenditur præſtantiſſimum. Immunitas nimirum & ſecuritas, aduerſus quoſcunque, qui eos, vel verbo, vel facto impetere auderent. Pœnas enim varias in tales tanquam in ſceleratos & læſæ maieſtatis conſcios ſtatuit Pius V. Curioſis tamen hoc videbitur vero minus conſonum. Sed Ludouicum Bologninum controuerſia iudicem habeant qui integrum conſ. 75. edidit ſuper hac quæſtione, Vtrum inſultans Cardinalem Epiſcopum, vel Prælatum incurrat crimen læſæ maieſtatis. Sic & Cardinales propter ampliſſimam eorum dignitatem inter perſonas egregias annumerantur. Rom. ſing. 172. And. Barb. in toto illo tract. de præſtantia Cardinalium & alia apud Gendil. tract. de poteſtate Cardinalium. Breuitati conſulturus non addam cap. 5. Fœlicis recordat. quod ſitum eſt in 6. tit. X. de pœnis in inſequentess, percutiente, aut capientes Cardinales, & eius criminis ſoccos, huius rei ſtudioſus lector ſitim illic explebit.

XXXVII.

Eccleſia Lateranenſis de Vrbe præcedit omnes Vrbis & Orbis Eccleſias.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INFIRMA qui conditio, ſæpe officit, vt res vel maximè perſpicuæ, & immmemorabiles, perplexi erroris caligine, ſenſim obductæ, in grauia diſcrimina prolabantur. Quo genere incommodi affecta ſacro ſancta Eccleſia noſtra Lateranen. poſt tot inſignes ruinas, quæ ei tenebroſis illis ſæculis acciderant, quibus plerique omnes Rom. Pont. aut Religionis ſtudio, aut componendæ pacis gratia, aut bellorum periculo, longe ab Vrbe, ſæpe enim in Galliis agebant, de ſumma quoque iuris ſui, & honoris prærogatiua perperam laborauit. Etenim longo poſt interuallo, quam fel. rec. Leo Papa I I I I. parta de Saracenis ſpectabili victoria, Vrbem ſui

Sæpius diruta eſt Lateranenſis Eccleſia aut hoſtiũ ſacrilegio, aut incendio.

ſui nominis, præſidiumque ad Vaticanum ſtatuerat, cum reduces deinceps Pont. in aliis Vrbis Eccleſiis vti cuique tutum aut commodum erat concederent prædicta Eccleſia, ex tam multis direptionibus, quaſi ſolitudine facta Sacerdotes Baſilicæ Principis Apoſtolorum cum parilis vetuſtatis gloria, tum nomine & dignitate illuſtres & inſignes ab ea rerum commutatione, prædictum ſibi ius nixi ſunt vindicare. Quam rem non ferens Gregorius Papa X I. qui etiam tunc Auinioni ſedebat, vt omnem dubitationem eximeret, declarauit, & definiuit, prædictam Eccleſiam Lateranen. præcipuam Sedem ſuam dictæ Baſilicæ, ac cæterarum omnium Vrbis & Orbis Eccleſiarum maximum, ſupra illas omnes locum tenere, ſed dicti Sacerdotes tranſlato inde prorſus Pontificum domicilio, elatiores quandocunque res tulit audentius inſtiterunt, donec Pius Papa Quartus anteceſſor noſter merito commotus quos in cleri conuentu & ſupplicationibus res turbæ intercederent, moleſtæque diſſentiones fierent, huic tamen controuerſię finem conſtituere volens, cauſam vniuerſam dilecto filio Magiſtro Franciſco Sermento cauſarum Palatij Apoſtolici Auditori commiſit audiendam, & omni appellatione præciſa penitus terminan. qui vocatis vtrinque Capitulis, in ipſa cauſa ritè procedens, definitiua ſententia ex communi aliorum dicti Palatij Auditorum conſilio nuper prolata declarauit ius præcedendi, & prærogatiuam honoris, locique nobilioris ac ſupremi etiam ſupra canonicos beneficiatos clerum, & perſonas prædictæ Baſilicæ in proceſſionibus ſolemnibus, & decretis, cęteriſque omnibus actibus publicis, & priuatis ad Canonicos beneficiatos, & clerum dictæ Eccleſiæ Lateranen. omninò pertinere. Quin etiam perpetuo ſilentio his rebus impoſito, res iudicata ita executioni mandata eſt, vt habitis poſtea Cleri conuentibus ac ſupplicationibus, ſacerdotes omnes prædictæ Eccleſiæ Lateranen. ſupremum ibi locum etiam ſupra omnem clerum dictæ Baſilicæ re ipſa obtinuerint. Quo circa nos tuendi iuris ſtudio, hanc ſententiam atque declarationem, & definitionem, & literas prædicti Gregorij Papæ, & quæcunque in literis ipſis continentur, Motu proprio certaque quam habemus predictorum omnium ſcientia, auctoritate Apoſtolica approbamus. & confirmamus, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupplemus omnes, & quoſcunque iuris & facti defectus, ſi qui in proceſſu & actibus reperiantur ineſſe, & vti ipſe Gregorius Papa optimo iure fecit itidem definimus, iubemuſque Capitulum & Sacerdotes perſonaſque omnes dictæ Baſilicæ vbique ſemper ſententiæ, & definitioni parere. Statuentes vt nulla omninò ipſorum prouocatio, & teſtificatio, vel reclamatio ſiue in iudicium producta, ſiue clam interiecta, præterita & futura noceat, nec prorſus vim habeat materiamue denuo tribuat litigandi. Præcipimus igitur atque interdicimus eiſdem ne poſthac quicquam audeant ſuſcitare quicũque ſiue vniuerſi, ſiue ſinguli contrafacient, vel nitentur eos canonicatu præbenda dignitate beneficio, & officio priuamus priuatoſque ad futura inhabiles declaramus, eo ipſo. Decernentes ſic in his, & aliis omnibus ſupradictis per eoſdem Iudices, & quoſuis alios omni & quacunque aliter iudicandi, & interpretandi facultate penitus adempta vbique indicari debere, ac irritum & inane quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter, vel ignorantet contigerit attentari, non obſtantibus contrariis quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentes in Cancellariæ Apoſtolicæ libro appellato quinterno deſcribantur, ipſorumque exempla notarij publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici eiuſue Curiæ ſigillo obſignata eandem illam omninò fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorum faciant, quod ipſemet præſentes facerent ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum xij. Cal, Ianuarij, Anno Domini M.D. L X I X. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Gregorius XI. declarauit Baſilicam S. Ioannis eſſe maiorẽ cæteris Vrbis & Orbis Eccleſiis.

Lis præcedentiæ ſoluitur ſententia DD. de Rota, in fauorem Lateranenſis Eccleſiæ.

Confirmatio ſententiæ Gregorij XI.

Clauſulæ derogatoriæ.

Templis antiquis, atque piis Auguſtiſſima Roma, Lateranenſis Eccleſiæ antiquitate & priſco tum Cæſarum, tum Pontificum ſolio nobilitatur, hinc fit vt primatum adepta ſit inter reliquas ſacras ædes Vrbis & orbis, cædentibus huius auitæ gloriæ æmulis. Controuerſia ſiquidem agitata fuerat inter Lateranenſes Canonicos pro præeminentia iure quam antea ſoluerat Gregorius X I. cuius reſcriptum iuſſu Pontificis Dominorum Apoſtolici Palatij De Rota confirmatur. Addam ex Onuphrio Panuino antiqua Lateranenſis Eccleſia monumenta.

 Familia

Familiæ Lateranæ, à qua ædes Lateranenſes vocatæ, multa mentio eſt in hiſtoriis Romanis, Tabulæ conſulares Capitolinæ. L. Sextium Lateranum primum è plebe, Iulius Capitolinus Sextelium Lateranum cum T. Vero Imperatore. Faſti alij conſulares eundem cum Aquillio Orfito conſule profitentur, Antiquus lapis Auguſtæ Vindilicorum, App. Claudium Lateranum conſulem. Cornelius Tacitus lib. 15. Plautium, Lateranum Coſ. deſignatum, à Nerone interfectum. In cuius domo Baſilicam Lateranenſem poſtea exædificatam fuiſſe, in epitaphio Fabiolæ tradit D. Hieronymus. Sex. Aurelius Victor alium Lateranum copiarum ducem, virum Conſularem præcipuum, Seueri Imperatoris amicum commemorat. Egregias ædes Lateranas in monte Cœlio, Iuuenalis ſatyra 10. Iulius Capitolinus in vita Marci Imp. Sex. Victor in vita Seueri, P. Victor, & Sex. Rufus in libris de regionibus Vrbis Romæ repetunt. Victor quidem ſic: Seuerus Imperator Lateranum, Cilonem, Annulinum, Baſſum cæteróſque alios ditauit, ædibus quoque memoratu dignis, quarum præcipuas videmus quæ Parthorum dicuntur, & Laterani. Egregias has ædes progreſſu temporis poſſedit Fauſta Auguſta Maximiani Herculij filia, Conſtantini Pij Imperatoris vxor, vt libro 6. Contra Donatiſtas tradit Optatus Mileuitanus Epiſcopus. Qui auctor eſt, Miltiadem Epiſcopum Romanum XIX Epiſcoporum Concilium Romæ in domo Fauſtæ Lateranenſi celebraſſe, anno ſalutis CCCXIII. Cõſtantino, & Licinio Augg. III. Conſulibus VI. nonas Octobris, in cauſſa Cæciliani Epiſcopi Crtahaginenſis. Quo anno IIII. Idus Decembris, Miltiadi Papæ mortuo, ſucceſſit. S. Silueſter: cuius rogatu (vt Damaſus tradit) Conſtantinus Imperator aliquot Romæ magnas Baſilicas, in his Lateranenſem in S. Saluatoris honorem, cum propinquo palatio, in ædibus vxoris Fauſtæ conſtruxit, ſanctóque Silueſtro donauit.

Huius ſacroſanctæ Baſilicæ frequens in vetuſtis Eccleſiæ monumentis mentio eſt. Prudentius libro primo contra Symmachum Vrbis præfectum, vbi plebem Romanam in Chriſtum credidiſſe commemorat, ita ſcribit.

Poſt hinc ad populum conuerte oculos: quis in Vrbe eſt
Qui Iouis in fectam ſanie non deſpuat aram?
Omnis qui celſa ſcandit cœnacula vulgus
Quique terit ſilicem variis diſcurſibus atram,
Et quem panis alit, gradibus diſperſus ab altis.
Aut Vaticano tumulum ſub monte frequentat,
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obſes.
Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes,
Vnde ſacrum referat regali chriſmate ſignum.

Eximiam huius baſilicæ præſtantiam teſtantur hi verſiculi, qui paſſim per eccleſiam inciſi leguntur.

Aula dei hæc ſimilis Synai ſacra iura ferenti,
Vt lex demonſtrat, hic quæ fuit edita quondam
Lex hinc exiuit mentes quæ ducit ab imis,
Et vulgata dedit lumen per climata ſæcli
Flauius Conſtantius fœlix victor magiſter vtriuſque militiæ Patricius, & conſul ordinarius, & Paduſia illuſtris fœmina
eius vxor voti compotes de proprio fecerunt.

Extabant & alio verſus, quamquam barbari, lectu tamen digni.

Agnoſcant cuncti ſacro baptiſmate functi
Quod domus hæc munda nulli ſit in orbe ſecunda:
Nam quum Papalis locus hic ſit, & cathedralis,
Primatum mundi meruit ſine lite rotundi:
Contendat nemo ſecum de iure ſupremo
Omnis ei cædit locus, & reuerenter obedit.
Hunc Conſtantinus in cœlum mente ſupremus
Lepra mundatus intus, foriſque nouatus
Fundauit primus factum quod in ordine ſcimus,
Et ſeries rerum cogit nos ſcribere verum.
Chriſti ſucceſſor primus, fideique profeſſor
Petrus ab hac ſede laxauit retia prædæ
Claue poteſtatis recludens regna beatis,

Supra peryſtilium exterioris baſilicæ porticus, eiuſdem propemodum ſententiæ, & hi verſus ſunt.

Dogmate Papali datur ac ſimul imperiali
Quod ſim cunctarum mater caput eccleſiarum.
Hinc ſaluatoris cœleſtia regna datoris
Nomine ſanxerunt cum cuncta peracta fuerunt.
Sic vos ex toto conuerſi ſuppilce voto
Noſtra quod hæc ædes tibi chriſte ſit inclyta ſedes.

In abſida vero baſilicæ ſupra marmoream ſedem, quæ in medio extat ante aram maximam, vbi papa ſedere ſolet quando ſacris intereſt, ſunt & alij verſus, ſic.

Hæc eſt papalis ſedes & pontificalis
Præſidet, & Chriſti de iure Vicarius iſti,
Et quia iure datur ſedes Romana vocatur,
Nec debet vere, niſi ſolus Papa ſedere,
Et quia ſublimis, alij ſubduntur in imis.

Veteres Romani Pontifices, Leo, Hilarius, Gelaſius: Symmachus, Gregorius, & alij antiquitus epiſcoporum Italicorum concilia, pro ſtatus eccleſiaſtici conſtitutione, apud S. Petrum celebrare ſolebant. Poſtea cum minus commode, tute, & ſalubriter propter diſtantiam loci, ſolitudinem Vaticani, & eccleſiæ frigidiorem locum, ſacerdotum conuentus in Baſilica Vaticana haberentur: eaſdem Synodos Laterani congregarunt.

Primus (quod ſciam) Symmachus Papa Laterani duo concilia celebrauit, pro ſchiſmate ſuo tempore orto, tollendo, cum alibi niſi cum periculo ea celebrare non poſſet S. Martinus papa & Martyr contra Monothelitas hæreticos, Stephanus iij. contra ſchiſmaticos, & pro nomi. Pontificis Romani comitiis, Hadrianus pro Caroli magni Francorum regis priuilegiis, Nicolaus Papa in cauſa Ioannis archiepiſcopi Rauenatis. Sergius III. & Ioannes X. pro reformatione ecleſiæ. Leo VIII. pro Othonis Imperatoris priuilegio, Leo IX. aliquot, Nicolaus II. duo, Alexander II. ſex, Gregorius VII. decem, Victor III. vnum, Paſchalis II. quatuor: pro ſacroſanctæ eccleſiæ poteſtate: & iure tuendis, concilia maxima Laterani celebrarunt. Ex omni vero orbe Latino Generalia Concilia Calliſtus II. Innocentius II. Alexander III. Innocentius III. & nouiſſimè Leo X. in eadem Baſilica conuocarunt.

Conſtantini pij Imperatoris exemplum in de nouo ædificandis & exornandis Vrbis Baſilicis, etiam cæteri Imperatores orthodoxi ſecuti ſunt, nam ſub Xiſto Papa III. eius rogatu Placidius Valentinianus Auguſtus in Baſilica Lateranenſi refecit faſtigium argenteum, quod à Barbaris ſublatum fuerat bello Gothico, librarum M.DC X. Carolus Rex Francorum Imperator à Leone Papa tertio conſecratus, obtulit Lateranenſi Baſilicæ crucem auream cum gemmis hyacinthinis, quam idem Pontifex in litaniis ſe præcedere conſtituit, iuxtà S. Imperatoris rogatum: eam verò furto ablatam, & ornamentis ſuis ſpoliatam. Leo IIII. inuentam auro & margaritis: gemmiſque hyacinthinis, & praſinis exornauit, & pulcherrimam refecit, iuſſitque vt more maiorum ante Pontificem in litaniis præferretur. Hilarius quoque Simplicius, Hormiſda, Gregorj ſecundus, & tertius, Hadrianus, Leones tertius, & quartus, Nicolaus, Sergius tertius, Innocentius ſecundus, Lucius ſecundus, Anaſtaſius quartus, Alexander tertius, Honorius tertius, Innocentius tertius, Martinus quintus Eugenius quartus, Nicolaus quintus, Xyſtus quartus, Alexander ſextus, Paulus tertius, & alij Romani pontifices, multa aurea, argentea: ſericea dona huic Baſilicæ obtulerunt. In ſacrario nono ſunt adhuc duæ argenteæ cruces magnæ, & deauratæ, in quibus eſt de ligno crucis: quæ in litaniis ſancti Marci portantur: ſunt variis ſignis, & picturis, noui, veteriſque teſtamenti ornatæ. Extant præterea, gemmis, eo loci tres paruæ cruces argenteæ deauratæ & margaritis refertæ, & alia crux aurea quam Rex Luſitaniæ Milio ſecundo donauit, ille vero Baſilicæ Lateranenſi eam conceſſit.

Inter hæc præclariſſima huius templi monumenta Baptiſterium Lateranenſe commendatur. Hinc legimus in vita Papæ Adriani Regem Francorum Carolum magnum cum clero, & populo Romano ſabbato ſancto ſtetiſſe in baſilica Lateranenſi, quouſque in baptiſterio ſacramentum baptiſmatis Pontifex conficeret. Operoſum nimis eſſet recenſere ſanctorum reliquias quibus hoc templum ſanctè locupletatum eſt. His & multis aliis de cauſis iure ſingulari omnes Orbis Eccleſias antecellere debet vt pro antiquitatis religionis & ſummi cultus laude hoc priuilegio penſetur omnium celeberrimum templum.

XXXVIII.

In tribus caſibus egredi è clauſtris monialibus licet.

Conc. Triden. decretum iſtud habes in Seſſ. 25. c. 5. de reg.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DECORI, & honeſtati omnium ſanctimonialium, quarum Ieſus Chriſtus Dominus noſter ſponſus eſt, vt in puritate, & caſtitate superædificantes, in ipſo fœliciter inhabitare valeant, conſulentes, ea quæ illarum exiſtimationi detrahere poſſent, decet nos conſultò ſummouere. Sanè periculo & ſcandalo plena res eſt, ac regulari obſeruantiæ vehementer aduerſatur, ſanctimoniales aliquando parentes, fratres, ſorores, aut alios agnatos, vel cognatos, necnon Monaſteria & alia filiationes nuncupata, etiam eis ſubiecta viſitandi, aut infirmitatis cauſa, alióve prætextu à Monaſteriis, exire, & per ſæcularium perſonarum domus diſcurtere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honeſtatis, & pudicitiæ decus in diſcrimen committunt. Vnde nos malo huic pro noſtro Paſtoralis officij debito ſalubriter occcurrere volentes, inhærentes etiam decreto ſacri Concilij Tridentini, de clauſura Monialium diſponenti, ac aliis noſtris literis ſuper huiuſmodi clauſura editis adiicientes, volumus, ſancimus, & ordinamus nulli Abbatiſſarum, Prioriſſarum: aliarúmve Monialium, etiam Cartuſienſium, Ciſtercienſium, Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum etiam Militiarum, ac ſtatuum, graduum conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum exiſtentium, etiam à Regia, vel Illuſtri proſapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, ſeu aliorum Monaſteriornm, etiam eis ſubiectorum, aut domorum, parentum, altorúmve conſanguineorum viſitandorum, aliáve occaſione, & prætextu, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum Superiores, quibus cura Monaſteriorum incumberet etiam per Epiſcopum, ſeu alium loci ordinarium, etiam ſi prædicta Monaſteria ab Epiſcoporum, & ordinariorum iuriſdictione exempta eſſe reperiantur, cognita & expreſſè in ſcriptis approbata ſit, à Monaſteriis præfatis exire, ſed nec in prædictis caſibus extra illa, uix ad neceſſarium tempus ſtare licere? Aliter autem, quam vt præfertur, egredientes, ſeu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices perſonas, ſiue laicas, aut ſæculares, vel Eccleſiaſticas conſanguineas, vel non, excommunicationis maioris latæ ſententiæ vinculo ſtatim eo ipſo abſque aliqua declaratione ſubiacere, à quo præterquam à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo abſolui nequeant. Et inſuper tam egreſſas, quam præſidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam huiuſmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & adminiſtrationibus per eas, & eos, tunc obtentis, priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in poſterum obtinenda inhabiles, necnon licentias & facultates, ſeu indulta, & priuilegia exeundi à Monaſteriis, & extra illa ſtandi à nobis, ſeu alio Romano Pontifice prædeceſſore noſtro, ac Sedis Apoſtolicæ Nunciis, & Legatis, etiam de latere, ac maiore pœnitentiario, aut ordinum prædictorum Superioribus, aliiſve perſonis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis reſtitutiuis, præſeruatiuis, mentis atteſtatiuis, etiam nouam gratiam, & datam concedentibus, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis, ac inſolitis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S.R.E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac inſtantia, vel alias quomodolibet conceſſa (quæ prorſus abolemus) ac literas deſuper confectas, & in poſterum concedendas, & conficiendas nullas, & inualidas, nulliuſque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus, & habituris ſuffragari poſſe, & ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: Mandantes vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis in virtute ſanctę obedientię, & ſub obteſtatione di-

Nemini ſanctimonialiũ liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio etiam ad breue tẽpus quocunque prætextu, niſi cauſis hac conſtitutione declaratis.

Licentias concedentium pœnæ.

Reuocatio licentiarum iampridem conceſſarũ.

Decretum irritans.

uini

uini iudicij, & interminatione maledictionis æternę, quatenus per ſe, ve alium, ſeu alios præſentes literas in Ciuitatibus, & diœceſibus propriis quolibet anno publicent, omniaque in illis contenta, necnon pręfatum decretum ipſius Concilij, quod incipit Bonifacij VIII. diligenter, & inuiolabiliter ſub cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque præfatis pœnis, & in eodem decreto contentis, obſeruent, & obſeruari faciant, & procurent, Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, etiam aliis pœnis auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo: Necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictum Eccleſiaſticum apponendo. Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſęcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque: Aut ſi aliquibus cõmuniter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, & iuribus, de huiuſmodi clauſura diſponentibus, nihilominus in ſuo robore duraturis. Cęterum volumus quod pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Pręlati munitis, eadem prorſus fides vbique Terrarum, tam in iudicio, quam extra adhibeatur, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę, apud Sanctum Petrum, anno Iancarnationis Dominicę, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Kal. Februarij, Pontificatus noſtri anno quinto.

Deputatio & facultates executorum huius conſtitutionis & Concilij Tridentini.

Clauſulæ derogatoriæ.

Caſus quoſdam enumerat Pontifex quibus Moniales à lege ſtrictiſſimæ clauſuræ ſoluuntur. Primus eſt, Incendium, ſecundus Peſtis, tertius Lepra. His vrgentibus & neceſſitate premente. Monialis poteſt effugere à ſeptis monaſterij. Seuerus adeò hic Pius V. voluit videri Clauſuræ monaſticæ Cenſor, vt nec precibus procerum quorundam Moniali cuidam Neapolitanæ ſalubrioris recuperandæ valetudinis gratia, facultatem egrediendi à cœnobio, & ad Thermas eundi conceſſerit, ſatiùs fore exiſtimãs virginem commori cum gratia ſponſi Chriſti, quam inuiolabile voti iuriſiurandum frangere. Maior non eſt admittenda libertas moniali, niſi quam voti religio ei tribuit. Fingunt enim varia commenta neceſſitatis quæ luxuriari liberius volunt inter ſæcularium delicias, vt teſtantur tot & tam frequentiſſima ſcandala quæ comitantur licentiores illos affectus. Hinc Apoſtatrices innumeræ, & votifragæ Virgines, miſerè voluptatibus excantatæ inueniuntur, irrident, & proſtituntur. Hæc quidem omnia nuptiatoribus noſtris ignota non ſunt, ſed libidinis voluptate occæcati ruptis pudicitiæ & pudoris vinculis in vetitos ruunt thalamos, hircorum & ſuum more in libidinem ſudant, ſacrilegia ſua coniugium vocantes, hoc enim prætexunt nomine culpam.

Quàm verò coniugia illa apud reliquum vulgus, vt rata recepta ſint, vel illud ſatis coarguit, quod nemo neque patricius, neque plebeius, nuptiatoribus illis, neque filiam in matrimonium vnquam collocare dignatus eſt, neque filium coniugij titulo dare, niſi ſi quem huc fœda egeſtas adegerit, vt liberis ſuis haud alia via conſulere poterit. Ineunt ergo ipſi inter ſeſe connubia, quorum inter ipſos nota vitia ſunt, idq; ridente plebe, & prouerbium illud in eos iaciente: Cæcus cæcam duxit. Accedat hic Hieronymus locuples, & ipſe teſtis tractat enim idem argumentum, quo votorum nuncupationem illibatam eſſe debere ſcribit. Si autem acceperis vxorem, non peccaſti. Aliud eſt non peccare, aliud benefacere. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit. Non illa virgo, quæ ſemet Dei cultui dedicauit. Harum enim ſi qua nupſerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit, quanto magis de virginibus præualebit: cum etiam iis non liceat, quibus aliquando licuit? Virgines enim quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ. Sed quid prohibet alterum teſtem hunc aſciſcere, nempe Ambroſium, vt Damuiratus iudicio cauſam noſtram probemus. Eſt virginitas ipſa ſæpe multorum ſcriptis prædicata, ſed à nullo vnquam ſublimius laudibus ornata eſt quam ab Ambroſio. Vicio verterunt nonnulli ſanctiſſimo viro, quod virginitatis prædicatione, complures puellas à matrimonij inſtituto auertiſſet. Quod tamen adeò non metuit Ambroſius, vt etiam lubens agnoſcat, Vtinam, inquit conuinceret, vtinam tanti criminis probaretur effectus: Non vererer inuidiam, ſi efficaciam recognoſcerem. Initiatas, inquit, ſacris myſteriis, & conſecratas integritati puellas nubere prohibes.

prohibes. Vtinam potuiſſem reuocare nupturas. Vtinam poſſem flammeum nuptiale prò integritatis velamine mutare. An indignum videtur, vt ſacratæ virgines à ſacroſanctis altaribus non abducantur ad nuptias? Et quibus licet ſponſum eligere, non licet Deum præferre? Liquet ergo ex hac tot claſsicorum Theologorum doctrina, votifragorum nuptias inceſtas eſſe & ſummenianas, & ſceleratæ rei honeſtum vocabulum prætexere. Illis vt in ſuperiore conſtitutione eiuſdem argumenti diximus nefas erat ipſis veſtalibus metas phani aut templi egredi, hodie virgines quæ clauſtris mancipatæ inſomnes agunt noctes, vt vel exeant, vel ſacrilego furto ſurripiantur, & libidini complaceant.

XXXIX.

Elizabet prætenſa Regina Angliæ, hæretica cum ſuis adhærentibus declaratur, ac omni iure Regni, & dignitate priuatur: Eiúſque Subditi ab omni fidelitatis, & obſequij debito liberantur, & ei de cætero obedientes anathematizantur.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Poteſtas cœlitus Petro & ſucceſſoribus delegata.

REGNANS in exelſis, cui data eſt omnis in Cœlo, & in Terra poteſtas, vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, extra quam nulla eſt ſalus, vni ſoli in Terris videlicet Apoſtolorum Principi Petro, Petrique ſucceſſori Romano Pontifici, in poteſtatis plenitudine tradidit gubernandam. Hunc vnum ſuper omnes gentes, & omnia Regna Principem conſtituit, qui euellat, deſtruat, diſſipet, diſperdat, plantet, & ædificet: vt fidelem Populum mutuæ charitatis nexu conſtrictum, in vnitate Spiritus contineat; ſaluúmque, & incolumem ſuo exhibeat Saluatori. Quo quidem in munere obeundo, nos ad prædictæ Eccleſiæ gubernacula Dei benignitate vocati, nullum laborem intermittimus, omni opera contendentes, vt ipſa vnitas, & Catholicę Religio (quam illius auctor ad probandam ſuorum fidem, & correctionem noſtram, tantis procellis conflictari permiſſit) integra conſeruetur. Sed impiorum numerus tantum potentia inualuit, vt nullus iam in Orbe locus ſit relictus, quem illi peſſimis doctrinis corrumpere nõ tentarint, adnitente inter cæteros flagitiorum ſerua Elizabeth prætenſa Angliæ Regina, ad quam veluti ad aſylum omnium infeſtiſſimi profugium inuenerunt. Hæc eadem Regno occupato ſupremi Eccleſiæ capitis locum in omni Anglia, eiúſque præcipuam auctoritatem atque iuriſdictionem monſtruoſè ſibi vſurpans, Regnum ipſum iam tum ad fidem Catholicam, & bonam frugem reductum, rurſus in miſerum exitium reuocauit. Vſu namque veræ Religionis, quam ab illius deſertore Henrico octauo olim euerſam, claræ memoriæ Maria Regina legitima, huius ſedis præſidio reparauerat; potenti manu inhibito, ſecutiſque, & amplexis Hęreticorum erroribus, Regium conſilium ex Anglica nobilitate confectum diremit; illúdque obſcuris hominibus Hęreticis compleuit, Catholicę fidei cultores oppreſſit, Improbos concionatores, atque impietatum ad miniſtros repoſuit. Miſſę ſacrificium Preces, Ieiunia, ciborum delectum, Cœlibatum, ritúſque Catholicos aboleuit: Libros manifeſtam hęreſim continentes, toto Regno proponi: impia myſteria, & inſtituta ad Caluini præſcriptum à ſe ſuſcepta, & obſeruata, etiam à ſubditis ſeruari mandauit: Epiſcopos Eccleſiarum, Rectores, & alios Sacerdotes Catholicos, ſuis Eccleſiis, & beneficiis eiicere, ac de illis, & aliis, rebus Eccleſiaſticis, in Hęreticos homines diſponere, déque Eccleſię cauſis decernere auſa; Prælatis, Clero & Populo, ne Romanam Eccleſiam agnoſcerent, néve eius pręceptis; ſanctionibúſque Canonicis obtemperarent, interdixit: pleróſque in nefarias leges ſuas venire, & Romani Pontificis auctoritatem atque obedientiam abiurare, ſéque ſolam in temporalibus, & ſpiritualibus dominam agnoſcere, iureiurando coegit: pœnas, & ſupplicia in eos, qui dicto nõ eſſent audientes, impoſuit, eaſdémq; ab iis, qui in vnitate fidei, & prędicta obedientia perſeuerarunt, exigit: Catholicos Antiſtites, & Eccleſiarum Rectores in vincula coniecit, vbi multi diuturno languore, & triſtitia confecti, extremum vitę diem miſerè finiuerunt. Quę omnia cum apud omnes nationes perſpicua, & notoria ſint, & grauiſſimo quamplurimorum teſtimonio ita comprobata, vt nullus omninò locus excuſationis, defenſionis, aut tergiuerſationis relinquatur: Nos multiplicantibus aliis, atque aliis ſuper alias impietatibus, & facinoribus, & prętèrea

Henricus octauus Rex Angliæ hæreſim introduxit in illo regno. vt ſup. in Paulo 3.

Eliſabeth Regina hæretica, etiã fuit & eſt: committendo multos errores, hic expreſſos.

terea fidelium perſecutione, Religioniſque afflictione, impulſu, & opera dictę Eliſabetę quotidie magis ingraueſcente; quoniam illius animum ita obfirmatum atque induratum intelligimus, vt non modo pias Catholicorum Principum de ſanitate, & conuerſione preces, monitioneſque contempſerit, ſed ne huius quidem Sedis ad ipſam, hac de cauſa Nuncios, in Angliam traiicere permiſerit, ad arma iuſtitię contra eam de neceſſitate conuerſi, dolorem lenire non poſſumus, quod adducamur in vnam animaduertere, cuius maiores de Rep. Chriſtiana tantopere meruere. Illius itaque auctoritate ſuffulti, qui nos in hoc ſupremo Iuſtitię throno, licet tanto oneri, impares, voluit collocare, de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, declaramus prędictam Eliſabeth Hęreticam, & Hęreticoruum fautricem, eique adhęrentes in prędictis, anathematis ſententiam incurriſſe, eſſeque à Chriſti corporis vnitate pręciſos: Qui netiam ipſam pętenſo Regni prędicti iure, necnon omni, & quocunque dominio, dignitate, priuilegioque priuatam, & item proceres, ſubditos, & populos dicti Regni, ac cęteros omnes, qui illi quomodoqunque iurauerunt, à iuramento huiuſmodi, ac omni prorſus dominij fidelitatis, & obſequij debito, perpetuò abſolutos, prout nos illos pręſentium auctoritate abſoluimus, & priuamus eandem Eliſabeth pętenſo iure Regni, aliiſque omnibus ſupradictis; Pręcipimuſque, & interdicimus vniuerſis, & ſingulis proceribus, ſubditis populis, & aliis prędictis, ne illi eiuſue monitis, mandatis, & legibus audeant obedire: Qui ſecus egerint, eos ſimili anathematis ſententia innodamus. Quia verò difficile &c. Datum Romę, apud Sanctum Perum, V. Kal. Mart. 1569.

Priſci reges Angliæ de fide Chriſtiana bene meriti.

Propter huius apoſtolici ſcripti publicationem ac defenſionem, vnus aut alter maiori zelo præditi, mox Londini, vbi ipſius pſeudoepiſcopi palatij valuis affixum fuit, extremum ſupplicium læſæ maieſtatis condemnati, conſtanter ſubierunt: Catholicis cæteris vel quia non agnoſcebant iuridicè publicatum, obſeruaréntque vicinos Principes ac prouincias Catholicas, ab aſſuetis cum illa commerciis non abſtinere: vel quia paulò poſt, promulgatore Pio V. mortuo, non ſciebant à ſucceſſore ſuo renouatum ac confirmatum: vel ſaltem (licet priora cauſarentur) propter metum, in ipſius obedientia permanentibus. Hæretici verò palàm, vt puerorum terriculamenta, ita ſe prorſus contemnere ſimulabant, licet reuera, de rei euentu, quem ex omni antiquitatis memoria luctuoſum eſſe cernebant, vehementer dubitantes, dicerentur ſecreto Romæ, per quoſdam magnos viros de ſententiæ reuocatione plurimùm, ſed fruſtrà laboraſſe. Sicut enim de Saule legitur, quòd poſt auditam Samuelis ſententiam, ſpiritus, timoris ac vexationis, furor etiam & incredibile odium in Sacerdotes Dei, perturbatum eius animum inuaſit: ita etiam in iſtis contigit, vt ex illo die nunquam animis quieſcere potuerint, quòd Eccleſiæ Catholicæ ſemper exinde creſcentis augmentum, non minori eos moleſtia affecit, quàm Saulem Dauidis proſperitas affligebat. Illud autem in primis eos malè habuit, quòd hoc iudicium non ab alio Pontifice profectum ſit, qui omnium bonorum calculis ſanctiſſimus, & ipſorum Proteſtantium opinione in optimis multorum ſeculorum Pontificibus habebatur.

Hac Eccleſiæ contra ipſam ſententia, & Catholicorum nouis incrementis quotidianis non mediocriter offenſa Elizabetha, conuocatis ordinibus, leges valdè iracundas & cruentas contra veteris fidei cultores promulgat: quibus primùm cauetur, ne quis Elizabetham hęreticam, ſchiſmaticam, infidelem, vſurpatricémve ſub pœna capitis vocet.

Item ne quis aliam quamcunque certam perſonam nominet, cui regnum vel in vita, vel poſt mortem ipſius deberi dicatur, excepta Elizabethę naturali prole. *Ea enim ſunt ipſa decreti verba. In eam enim hominũ vel adulationem vel neceſſitatem ita perduxit hæreſis, vt quod illud nobiliſſimum regnum illegitimæ illius Regis ſui proli ægrè vnquam conceſſit, nunc naturali, id eſt, ſpuriæ ſoboli Reginæ, in cuius ſexu fornicationis peccatum eſt fœdius, non denegarint: pariter & reipublicæ ex proximi ſucceſſoris ignoratione, extremum periculum, & Elizabethæ incontinentiam prodentes. Ita vt cum ridiculè ſibi primatum Eccleſiæ Anglicanæ vendicaret pulchrè quidam de ea cecinerit.*

Sollicitus dum quæro modum cur Papa vocetur
Anglorum virgo quæ diadema gerit
Hunc tandem inueni ſeruorum eſt ſerua ſeruorum
Cur ita? ſe ſeruis ſubiicit illa ſuis.

Deinde quia tum primum

mum cœpta ſunt, per presbyteros & alias perſonas deuotas in regnum inferri ad Catholicorũ conſolationem, varia ſymbola ſacra: prohibent ſub pœna peculatus, id eſt, proſcriptionis bonorum omnium & perpetuorum vinculorum, ne quis afferat, acceptet, vel geſtet vlla ſacra munuſcula quæ Roma ad communionis Eccleſiaſticæ teſtificationem mitti ſolent, qualia ſunt, Agnus Dei, cruces, imagines, calculi benedicti, aut alia quęcunque à Pontifice, vel ipſius authoritate conſecrata.

Bullas autem, Breuia Apoſtolica, inſtrumenta, aut ſcripta cuiuſcunque generis Roma deferre, capitale ſtatuitur. *Eodêmque tempore, vt Sacerdotum operas ſalutares impedirent, decernunt eſſe crimen læſæ Maieſtatis*, quemquam in ſacramento pœnitentiæ ab hęreſeos, aut ſchiſmatis culpa abſoluere, vel Eccleſię Romanę reconciliare, aut verò abſolui vel reconciliari. *Quibus etiam comitiis*, eorum omnium qui propter religionem in exteras regiones traiecerant bona & poſſeſſiones (*ne extra regnum haberent, vnde ſe alerent*) regio fiſco addicuntur. *In quas leges cùm multi deuoti Catholici vel verè offenderent, vel ſaltem calumnia legum irretiti tenerentur: alij carceribus, alij bonorum proſcriptione, alij etiam morte mulctabantur, tam Sacerdotes quàm vtriuſque ſexus laici omnium ordinum.*

Atque inter cætera quæ hoc tempore dum Catholici innocentes rapiuntur paſſim ad ſupplicium, acciderunt, iſtud in ciuitate ac vniuerſitate Oxonienſi memorabile contigit. Cùm enim de quodam Roulando Ginſco, qui pro Catholica religione reus cauſam dicturus comparuit, iudicium de præcidendis ei auribus (quòd plebeius eſſet) ferretur, vix ſententiam hæreticus iudex pronunciauerat, cùm morbus repentinus & exitialis Prætorium illud vniuerſum inuadens, nec alia loca ciuitatis aut homines attingens, ipſos iudices & aſſeſſores omnes, Prouincia quoque præfectum ſummum ſubito corripuit, duodecimq́; præterea iuratos ad hoc viros, vt pro conſuetudine, hominem vel reum vel innocentem denunciarent, ſic occupauit, vt iſti ſtatim: iudices verò, aſſeſſores, & præfectus prædictus, aliqui non poſt horas multas, reliqui poſt paucos dies ad vnum omnes interierint, & cum illis eodem morbo, loco, & tempore correpti, non minùs quam quingenti variis extra vrbem locis paulò pòſt extincti fuerint.

Reginæ conſilarij hoc caſu verè mirabili attoniti, miſerunt mox Londino quoſdam, qui adiunctis ſibi philoſophis & medicis illius Academiæ, diſquirerent, vnde iſta lues ante inaudita, potuerit aduenire. Sed aliis alia coniicientibus, nec vlla in natura cauſa rei adinuenta probabili, id ſolùm potuerunt tandem reſpondere, magicis artibus rem omnem procuratam eſſe à Papiſtis, ſicut & ante multos, annos, hæretici concionatores dixerunt, cùm viderent populũ Catholicum turbatum quòd Londini Paulinæ Eccleſiæ pyramis, primo illo ſanctiſſimi corporis Chriſti profeſto in quo falſa Caluiniſtarum officia ſunt introducta, de cœlo fulmine tacta conflagraret: quo etiam igne non pyramis tantum, ſed & totum ampliſſimi ferè in orbe templi tectum cum prophana cœnæ Caluinica menſa incendebatur. De his & aliis quamplurimis Reginæ flagitiis, conſule Sanderum

XL.

Impoſitio ſex decimarum ſuper fructibus, & penſionibus Beneficiorũ totius Italiæ præterquã Dominij Venetorum, pro præſidio contra Turcas, collectoriſq; deputatio & facultates.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CHRISTIANA Reſpub. quo redacta ſit, quantiſque incommodis conflictetur, omnibus perſpicuum eſſe non ambigimus: quando inter maximos ampliſſimorum Regnorum tumultus, ab impiis hominibus contra proprios Principes iam diu (peccatis noſtris facientibus) concitatos, cruentáſque paſſim cædes, ſæuiſſimus Turcarum Tyrannus, intelligens ſummos Reges inteſtino bello implicatos, atque confectos, ingentes excercitus cogit, potentiſſimam claſſem inſtruit, vt quas ſibi in arcano inſtituit Chriſtianorum partes, improuiſo adoriatur, inſitamque expleat feritatem: Nam etſi opprimendi Cypri cauſa fama vagatur, & id Venetis indixerit, ipſique alioqui hoc coniicientes ad defendendum bellum Cyprium egregias numeroſaſque eo militum manus claſſe traiicere maturant, quibus & nos iam pecunia ſuccurrimus, & quibus poſſumus rebus neceſſariis ſubuenire conamur, certum tamen non ſcimus eiúſne ſit ille concilij propius accedere, atque inuiſæ ſibi Italię portus idoneos opprimere, vt itinere patefacto in reliquam Italiam,

Cyprum inſulam Turca inuaſit An. M.D. LXXII.

& aliàs Fidelium Prouincias pro libito irrumpere poſſit. Quare prouiſa quoquo verſus omnia ſint neceſſe habentes, vt quacunque illius furor irruerit, potentibus armis reprimatur. Hoc cum vbique factum iri vehementer expetimus, & quæ poſſumus auxilia cuique egenti impertimur, tum etiam à nobis illud ſedulò curandum eſt, vt omnes oræ maritimæ muniantur, præſidia diſponantur, noui equitum peditumque delectus primo quoque tempore habeantur. Sed immenſi ſumptus quos Principibus Chriſtianis pro ſua & fidei defenſione laborantibus, vbi res tulit, ſuggeſſimus, & pro exercitu quem ſuperiore anno in Galliam contra hęreticos miſimus, ac pro tutela Auinionis, comitatuſque noſtri Venuſini, tamdiu ſuppeditauimus, & nunc ad tenendas ibi aliàs nouas, quas imminentibus quotidie magis dictorum Hæreticorum periculis proximè decreuimus, Militum copias, amplius facere compellimur. Aliæ item diuerſorum generum calamitates vſque eò temporalem Rom. Eccl. ſtatum afflixerunt, ita Cameram Apoſtolicam ordinario prouentu, exinaniuerunt; vt ſi repente vis aliqua ingruerit, ad eam propulſandam neceſſaria manifeſto ſint defutura. His nimirum anguſtiis, & difficultatibus circunuenti & obſeſſi, omnia prius conari decreuimus, quàm ſubditos noſtros aliis oneribus & miſeriis nimiũm affectos, grauioris ponderis acceſſione vexare.

Exercitus pro rege Chriſtianiſſimo Corolo, IX.

Quare habita pro rei grauitate cum fratribus noſtris deliberatione matura, ad peculium Eccleſiæ (cuius cauſa vt maximè agitur) de neceſſitate conuerſi, Indicimus & imponimus ſex integras Decimas omnium & quorumcunque fructuum, redditiuum, prouentuum, iurium, obuentionum, diſtributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum omnium & quarumcunque Eccleſiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium, necnon Monaſteriorum, & Conuentuum, ac etiam Menſarum, Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conuentualium, Prioratuum quoque, Prępoſiturarum, Pręceptoriarum, Canonicatuum, Prębendarum, Dignitatum, Perſonatuum, Adminiſtrationum, & Officiorum, cæterorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura, ſecularium, ac Sancti Benedicti, S. Auguſtini, Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Pręmonſtratenſis, S. Baſilij Humiliatorum, Sylueſtrinorum & (qui proprietates, redditúſque certos ex priuilegio, vel aliàs poſſident) Mendicantium, ac quorumcunque aliorum ordinum vtriúſque ſexus, necnon Congregationum regularium & prętereà Hoſpitalium etiam pauperum hoſpitalitatem non exercentium, ſeu bona & redditus vltra infirmorum neceſſitates, & alia pro quibus inſtituta ſunt, pia officia exercenda poſſidentium, necnon Beatę Mariæ Theutonicorum, Sancti Lazari de Altopaſſu, Templi Dominici, & aliarum Militiarum (Hoſpitalis Sancti Io. Hieroſolymitani, quæ pro ſui tutela contra dictos Turcas, & alios infideles alienis auxiliis continuò eget, dumtaxat excepta) in omni Italia, præter dominium prædictorum Venetorum (cuius clerum vniuerſum cauſa huiuſmodi expeditionis in Turcas iam onerauimus) conſiſtentium, ſecundum verum annuum valorem fructuum, redditũum, prouentuum, & aliorum prædictorum.

Impoſitio ſex decimarum.

Ac etiã indicimus, & imponimus ſex aliàs Decimas omnium & quarũcunque penſionum annuarum ſuper fructibus, redditibus, prouentibus; iuribus obuentionibus, emolumentis, & diſtributionibus, ſupradictis aſſignatarum, & aſſignandarum percipiendas, exigendas & leuandas ab omnibus, & quibuſcunque Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, Patriarchis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac cæteris cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, & conditionis perſonis prædicta quocunque iure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, necnon Oeconomis & adminiſtratoribus perpetuis & temporalibus, vſufructuariis, ac fructus penſiones, res & alia huiuſmodi iura ex quacunque cauſa ſibi Apoſtolica auctoritate in toto, vel in parte reſeruata habentibus, & habituris, ſecularibus, & regularibus, Ordinum, Congregationum, Militiarum, & Hoſpitalium prædictorum, necnon ab ipſis Eccleſiis, Capitulis, Conuentibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hoſpitalibus, Millitiis, maſſis, & locis quocunque priuilegio, & exemptione reali, perſonali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua ſuffultis.

Quos omnes ad hoc efficaciter obligatos pro vna intra proximũ Diem Feſtum

Sancti Michaëlis Archangeli,qui menſe Septembri incidit, & pro alia intra eundem Feſtum Anni proximè futuri , & pro tertia partibus æqualibus intra illum ipſum Diem Feſtum conſequentis protinus Anni,Cameræ prædictæ,& illius procuratoribus ad id conſtituendis omninò volumus perſoluiſſe.

Pæna non ſoluentium impoſitas decimas.

Quicunque verò decimas huiuſmodi nullo modo,vel non integrè ſcienter,aut non ſecũdum verum annuum valorem fructuum,reddituum,prouentuum,iurium, obuentionum , diſtributionum , & emolumentorum,ſiue non in terminis conſtituendis exhibuerint , ſeu in illorum exhibitione malitiam commiſerint,ſiue fraudem,Eccleſiarum Antiſtites ſuſpendimus à diuinis; Capitula verò,Conuentus , & Collegia quæcunque Eccleſiæ interdicto ſupponimus , ac ſingulares perſonas Antiſtite inferiores excommunicationis ſententia innodamus.

Cæterùm ad prædictas Decimas conſequendas , præcipimus etiam omnibus cõductoribus,cenſuariis,& locatoribus proprietatum,fructuum rerum, & iurium prędictorum,etiam huiuſmodi penſionibus oneratorum,vt vtraſque Decimas nomine Dominorum & penſionariorum ad computum ſuæ quiſque locationis, omnibus verò poſſeſſoribus, vſufructuariis , & aliis penſiones ſoluere debentibus, vt ipſi etiam Decimas penſionum huiuſmodi nomine penſionariorum Cameræ, & procuratoribus prædictis integrè perſoluant.

Decem pro centenario.

Decernentes Decimas fructuum , reddituum , prouentuum,& aliorum iurium prædictorum ſecundùm communem illorum æſtimationem arbitrandas,aliàs verò penſionum Decimas ad rationem Decem pro Centenario præſtari debere , & ſecundùm ea prædictos omnes inſolidum cogendos eſſe,ipſarumque Decimarum procuratotes à quibus libuerit integrè exigendi optionem facultatemq; habere.

Nequę vllas omninò immunitates , & exemptiones,etiem ex cauſa reſignationis,cenſionis,iuris, concordiæ, conuentionis, & quacunque alia graui & onerosa occaſione,quocunque modo conceſſas,& interim concedendas,integram ſolutionem huiuſmodi minuere,vel impedire,neque poſſeſſores,vſufructuarios, aut alios penſiones huiuſmodi ſoluere debentes,etiam ſi ipſi iuri & actioni petendæ vel retinendæ portionis,& ratæ partis penſionar.os contingentis iureiurando renuntiauerint,& illam liberè donauerint, & facultati repetendi renunciauerint , atque ex forma dictæ Cameræ ampliſſima cauerint , modo aliquo obligari,nec ad id pro dicto tempore conſtringi poſſe.

Omnes verò confeſſiones,& quittantias receptionis Decimarum à Procuratoribus,& Miniſtris Cameræ prædictæ,tam conductoribus cenſuariis,& locatoribus nomine ſuorum principalium,quàm etiam ipſis,necnon poſſeſſoribus vſufructuariis,& aliis penſiones ſoluere debentibus,nomine penſionariorum faciẽdas, perinde valere , atque in iudicio & extra illud vbique locorum fidem facere, ac ſi ipſiſmet principalibus & penſionariis præſentibus , & ſoluentibus, factæ, & exibitæ fuiſſent.

Conductores autem , qui pretium locationis dominis legitimè anticipauerint locationem ſuam huiuſmodi, quam ad hoc prorogamus vſque ad integram ſatiſfactionem,vt prius etiam adueniente ſucceſſore continuare debere.

Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,ac S.R.E.Cardinales in quauis cauſa & inſtantia,ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, vbique iudicari & diffiniri debere,necnon irritum & inanè quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decimarum collectores.

Vt autem omnia ſupradicta , ſicut cauſa, vrgens poſtulat,diligenter & fideliter exequantur, Dilectum filium noſtrum Aloſyum tituli Sancti Clemencis Presbyterum Cardinalem Cornelium nuncupatum,Camerarium noſtrum , cuius integritas & experientia iam pridem nobis perſpecta eſt,generalem omnium Decimarum Prædictarum Collectorem in vniuerſa Italia, cum omnibus & quibuſcunque priuilegiis,iuriſdictionibus,& iuribus,quæ omnes alij ante hac huiuſmodi Collectores habuerunt , auctoritate prædicta tenore præſentium conſtituimus, & ordinamus,eique plenam,liberam,& abſolutam poteſtatem,facultatem, & auctoritatem tribuimus , omnes ipſas Decimas Cameræ prædictę nomine vbique procurandi, prędictos

prędictos omnes,tam coniunctim,quàm diuiſim ad integram illarum ſolutionem, vti prædictum eſt,faciendam,etiam per edictum locis publicis affigendum,monendi , & requirendi, non parentes,fraudantes, & cæteros contumaces in cenſuras & pœnas prædictas incidiſſe declarandi,proprietates, res, fructus , & alia bona ipſorum etiam manu Regia æpprehendendi , & vſque ad condignam ſatisfactionem retinendi , contradictores,& perturbatores,moleſtatores , & rebelles quoſcunque eiſque auxilium,conſilium,vel fauorem,publicè,vel occultè quouis quæſito colore præſtantes , cuiuſcunque dignitatis, gradus, ordinis fuerint , prædictis aliiſque cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis ,necnon pecuniariis , cæteriſque iuris & facti remediis opportunis compellendi,illaſque etiam iteratis vicibus aggrauandi,dignitatibus,beneficiis,& officiis omnibus priuandi & amouendi,& ad futura inhabiles faciendi , interdictum Eccleſiaſticum apponendi , auxiliumque brachij ſecularis quodque opus fuerit inuocandi. Ad ſanitatem verò reuerſos , qui debitè ſatisfecerint , ab omnibus cenſuris & pœnis ſupradictis in forma Eccleſiæ conſueta abſoluendi,ſuper irregularitate forſam incurſa diſpenſandi , & ad priſtinum ſtatum ominò reſtituendi. Præterea collectores , & ſubcollectores fide & facultatib. idoneos in omnib.ciuitatib.terris,& prouinciis, Italiæ prædictæ quotquot viderit expedire , cum ſimili aut limitata , non tamen abſoluendi poteſtate conſtituendi, eumque vel eos arbitrio ſuo reuocandi,negligentes & moroſos remouendi,ac aliũ ſeu alios ſurrogandi,quotieſcunque ei videbitur,In delinquentes & ſuſpectos per ſe vel alium ſeu alios,etiam ſimpliciter & de plano , ac ſine ſtrepitu & figura iudicij inquirendi & meritis pœnis puniendi,modos & formas in prædictis ſeruandis præſcribendi,dubia quæcunque in præmiſſis forte oritura declarandi , & prorſus omnia,& quæcunque circa ea neceſſaria,& opportuna faciendi,ſtatuendi, & exequendi,etiam ſi talia forent quæ mandatum exigerent magis ſpeciale,quàm pręſentibus eſt expreſſum.

Contumaces & rebelles cogendi.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus Fel.recor.Bonifacij Papæ VIII.de vna , & in Concilio generali edita de duabus dietis,ac aliis Apoſtolicis conſtitutionibus,necnon Eccleſiarum,monaſterium,ordinum,congregationum,hoſpitalium, militiarum, & locorum,prædictorum iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate aliaroboratis ſtatutis,& conſuetudinibus, ſtabilimentis, viſibus,& naturis. Quodque prælatis & perſonis prædictis,eorumq; Eccleſiiis & locis,vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim à prædicta ſit Sede indultum , quod interdici , ſuſpendi , vel excommunicari nõ poſſit per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam,ac de verbo ad verbum, de indullo, necnon perſonis, earumque nominibus, cognominibus, Eccleſiis,monaſteriis ordinibus,& locis huiuſmodi mentionem,& quibuſlibet aliis priuilegiis , exemptionibus , immunitatibus illis in genere & in ſpecie quomodocunque conceſſis,confirmatis ,& innouatis,etiam ſolutione decimarum aliter quam ſecundùm antiquam taxam, & niſi in vniuerſali decimarum per vrbem impoſitione fieri prohibentibus,necnon promiſſionibus,donationibus, obligationibus , iuramentis,renunciationibus,vinculis, & cautelis in aſſignatione prædictarum penſionum factis , quibus per impoſitionem decimarum huiuſmodi penſionum neminem teneri,neque eas quoad præmiſſa contra quemquam locum habere declaramus,aliiſque indulgentiis,& literis Apoſtolicis,generalibus,& ſpecialibus , cuiuſcunque tenoris exiſtant , per quæ præſentibus non expreſſa , aut omninò non inſerta , effectus earum impediri valeat quomodoſlibet vel deferri, & dequibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis,quæ omnia contra præmiſſa nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari , nec non aliis huiuſmodi impoſionibus & conceſſionibus ad tempus nondum elapſum per nos factis cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Sacra vaſa ne impignorentur.

In percipiendis autem decimis prædictis conſtitutionem piæ me. Clementis V.in Concilio Vienen.editam,quod decimæ ad monetam currentem communiter leuari, nec calices,libri,cæteraque Eccleſiarum ornamenta diuino cultui dicata,ex cauſa pignoris capi , recipi , vel diſtrahi , aut alias quomodoſlibet occupari debeant volumus obſeruari.

Quin etiam præcipimus,ne quiſquã etiam plura quanticunque valoris benefi-

cia Eccleſiaſtiea,ſeu plures penſiones,aut fructus, ſeu talia miztim obrinens, pro
litera & ſigillo quitantiæ vniuerſalis, ſi illam habere voluerit, vltrà vnum carle-
num conficientem quatrenos triginta ſeptem huius monetæ, ſoluere teneatur,
nec ad aliud onus etiam prætexu Cambij compellatur.

Quia verò difficilè nimis eſſet præſentes literas quocũque illis opus erit perferre
etiam volumus vt illarum exemplis etiam impreſſis & notarij, plublici manu,ac
Aloyſij Cardinalis & Camerarij prædicti,aut alterius, collectoris ſeu prælati Ec-
cleſiaſtici, eiúſve curię ſigillò obſignatis eadem prorſus fides in iudio & extra il-
lud vbique locorum adhibeatur, quæ illis ipſisadhiberetur ſi eſſent exhibitæ, vel
oſtenſæ.Nulli ergo,&c.Si quis autẽ,&c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum An-
no Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Pridie
Idus Maij,Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

*In ſacri fœderis aduerſus Turcas initi præſidium ſuper fructibus & penſionibus beneſi-
ciorum decimas imponit Pontifex quæ eo alacrius & celerius perſoluendæ erant quod in
publicam vtilitatem & Chriſtianorum hoſtis excidium deſtinatæ erant. Quos effectus fœlix
ſortita ſitpugna illa paulò inferiùs dicetur.*

XLI.

Tonſores Monetæ, tam aureæ, quàm argenteæ, vltimi ſupplicij pœnam incurrunt.

PIVS Papa V. Motu proprio,&c.
CVM nil magis humanæ vitæ commercio ſit neceſſarium, quàm pecu-
Pecuniarum vſus.
niarum vſus, quæ hominibus cuncta humano victui neceſſaria præbent, decet Ro-
manum Pontificem ad ea libenter intendere, per quæ pecuniæ ipſæ non ſolum nõ
adulterentur, verum etiam in primæuo illarum ſtatu ab omnibus illeſæ conſeruen-
tur, Quod, & ſi cunctis in locis, præcipuè tamen in hac Alma Vrbe noſtra, quam
glorioſi Apoſtolorum Principes martyrio ſuo conſecrarunt, & ad quam veluti cõ-
munem omnium matrem gentes vndequaque concurrunt, ſingulíſque aliis domi-
niis, Terris, & locis, nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediatè, vel immediatè ſubiectis, cu-
randum eſt, vt & ad illam venientibus vitiorum exempla non proponantur, & qui-
buſuis id peccandi materies ſuccidatur. Attendentes itaque quod licet monetarum
aurearum tonſoribus vltimi ſupplicij de iure ſit inflicta pœna, argenteas tamen mo-
netas tondentibus, ſatis minor pœna impoſita ſit, Ac animo reuoluentes, quam par
ſit vtriuſque delictum, cum ij qui argenteas minuunt, nulla alia de cauſa ab aurea-
rum mutilatione, niſi ob earum defectum ſubſiſtant, ac propterea eodem iuris rigo-
re, in vtroque ſæuiendum eſſe, æquum reputantes. Motuſimili, &c. hac noſtra per-
petuò valitura cõſtitutione ſtatuimus, eos qui argenteas tondent monetas, vltimij
ſupplicij, & ea qua aureorum tonſores hactenus puniti ſunt, & de iure puniri de-
Monetarum tonſores vltimo ſupplicio afficiuntur.
bent, pœna puniendos eſſe, & ita ab omnibus, quibus Iudicis officium tam in Al-
ma Vrbe noſtra, quam alibi in toto ſtatu Eccleſiaſtico commiſſum eſt, quouis no-
mine cenſeantur, & quauis auctoritate præfulgeant, iniunctum eſt, puniri volumus,
& mandamus. Diſtrictius inhibentes ſingulis Terrarum, locorum & Ciuitatum do-
minis in temporalibus, ne Iudices præfatos in præmiſſis hoc modo ſequientes, ſub
excommunicationis, &c. impedire, moleſtare, vel inquietare audeant, vel præſu-
mant. Decernentes quoque ſic, & non aliter per præfatos & quoſcunque alios Iudi-
ces, &c. etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſubla-
ta, &c. iudicari debere. Irritum quoque, &c. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſ-
uis Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis ſpeciali-
bus vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus ac legibus, etiam Imperia-
libus, etiam in corpore iuris clauſis, ac tam municipalibus, & particularibus,
quam quibuſuis aliis etiam iuramento, &c. roboratis, ſtatutis, &c. priuilegiis quo-
que indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Motu ſimili, &c. etiam Conſiſtorialiter,
&c. conceſſis, &c. quibus omnibus, illorum tenores, &c. hac vice latiſſimè deroga-
mus, cæteríſque contrariis quibuſcunque cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Fiat Motu proprio M.

Et quod quorumcunque priuilegiorum, ſtabilimentorum, pœnarum, ſtatuto-
rum,

rum, legum, & aliorum neceſſariorum tenores habeantur pro expreſſis, ſeu in toto,
vel in parte exprimi, ac de verbo ad verbum inſeri poſſint. Et de declaratione, ſan-
ctione, mandato, inhibitione, decreto, & aliis præmiſſis, quæ hic pro repetitis, ha-
beantur, & ad partem perpetuò in forma gratioſa. Et cum deputatione, quatenus
opus ſit, iudicium, qui aſſiſtant, &c. inuocato, &c. ſæcularis. Cum derogatione die-
Clauſulæ derogatoriæ
tarum latiſſimè extenden. Et cum decreto opportuno, quod vt præſentes ad om-
nium, quorum intereſt notitiam deducantur, nullúſque dinceps aduerſus eas ali-
quam excuſationem prętendere, aut ignorantiam allegare queat, quod illę impri-
mantur, & in valuis Baſilicę Principis Apoſtolorum, & Sancti Ioannis Lateranen-
ſis, ac Cancellarię Apoſtolicę necnon acie Campi Florę affigantur, & inibi earum
copię dimittantur, quódque affixio huiuſmodi omnes perinde afficiat, ac ſi fuiſſent
perſonaliter exhibitę, intimatę, & oſtenſę. Quodque earum tranſumptis, etiam im-
preſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Pręlati, aut per-
ſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur,
quę ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Et quod
prę ſentis Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio,
& extra, regula quacunque contraria, nõ obſtante, ſeu literę ſuper illis cùm maiori
prę miſſorum expreſſione, per Breue expediri poſſint.

Fiat M.

Datum Romę, apud Sanctum Petrum, octauo Kal. Nouembris, Anno quinto.

*Tondens monetam, eámque radens, vel tingens, ſi liber eſt beſtiis, ſubiicitur: ſi
ſeruus, vltimo afficitur ſupplicio, l. quicunque. ff. de falſis: vbi eſt communis omnium adnota-
tio. Et item in l. 2. C. de falſa moneta. & in c. quanto. de iureiur. quod procedit in tondente
radentéve monetam auream, aut auro tingente numos, alterius metalli, non in alio, ſecundum
Hipppo. in cõſ. 71. Regia Hiſpanorũ tamẽ l. 19. tit. 7. part. 7. probat huius criminis reũ arbitrio
Regis puniendum fore. Sic & Conſtantinus Imperator ad Leontium Præfectum Prætorio
ſcribit eum, qui circuli menſuram exterioris in ſolido aureo adroſerit, puniendum eſſe capite,
vel flammis: vel alia pœna mortifera, vt expreſſim cautũ eſt in l. 1. tit. 22. lib. 9 codicis Theo-
doſiani. pragmatica verò regũ Catholicorũ, quæ de monetis conſtituta eſt, §. 67. in hac ipſa ſpe-
cie ſanxit, tondentem monetam, aut numiſmata puniendum eſſe indiſtinctè pœna mortis, &
amiſſionis omnium bonorum. Quod quãtũ attinet de mortis pœna deducitur à præcitata lege
Conſtantini, & ex l. vlt. C. de veteris numiſmat. poteſtate. lib. 11. Idem obſeruatur in Gallia.*

XLII.

*Reuocatio Priuilegiorum, & conſuetudinum Eccleſiarum, aliquid recipiendi in collatione
aut alia prouiſione ſeu admiſſione ad poſſeſſionem Beneficiorum.*

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
DVRVM nimis, & incommodum arbitramur, quod eccleſiarum mini-
ſtri in iis quæ ad ipſorum ſuſtentationem ſubpeditant, diſpendia patiantur. Quo-
circa cum hanc ad rem, ſimúlque prohibenda ab Eccleſia Dei auaritiæ prauita-
tem, editas ante hac ſanctiones minimè ſatis eſſe intelligimus, nouæ conſtitutionis
ſubſidio cogimur prouidere. Cùm itaque alias ex plurium Eccleſiarum Cathedra-
Collationes beneficiorum gratis ſunt expendendæ.
lium & Collegiatarum conſtitutionibus, aut ex praua conſuetudine obſeruari
intelligeretur, vt in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirma-
tione, collatione, vel alia prouiſione, ſiue admiſſione ad poſſeſſionem alicuius Ca-
thedralis Eccleſiæ, vel beneficij, canonicatuum, aut præbendarum vel partem pro-
uentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex
fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationéſve illicitæ, aut etiam quæ in
aliquibus Eccleſiis dicuntur Turnorum lucra, interponerentur, licet Sancta Sydo-
dus Tridentina hæc deteſtata mandauerit Epiſcopis, vt quæcunque huiuſmodi
quæ in vſus pios non conuerterentur, atque ingreſſus eos qui ſimoniacę labis, aut
ſordidæ auaritiæ ſuſpitionem haberent, fieri non permitterent, ipſique diligenter
de eorum conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcerent, &
illis tantum quos probarent exceptis, reliquias vt prauas & ſcandaloſas reiicerent,
eos

eos vero qui aduerſus prædicta quauis ratione commiſiſſent, pœnis contra ſimo-
niacos editis teneri decreuerit: multorum tamen indomita cupiditate tam prędi-
cta, quàm alia ad beneficium, & commodum ipſorum miniſtrorum edita, aut om-
ninò contemnuntur, aut in varios ſenſus traducta perperam eluduntur. Qua-

Reuocatio & irritatio priuilegiorum.

re nos pro diuini cultus exercitio, ſimulque euocatorum ad illam auxilio plenius,
euidentiuſque conſulendum fore, rati, reuocamus, & abolemus, omnia & quęcun-
que priuilegia, conſuetudines, & ſtatuta quorumcunque Eccleſiarũ Cahedralium
& Metropolitanarum, ac maiorum, necnon collegiatarum, etiam iuramento, con-
firmatione Apoſtolica, aut alio quouis præſidio munita, ac etiam ſupra hominum
memoriam, & longiſſimo ac quotocunque tempore etiam continuò obſeruata,
ſiue pro ſoluendis Eccleſiarum, vel Prælatorum debitis, ſiue pro ſupportandis illo-
rum oneribus, ſiue aliis etiam maioribus, maximis, & vrgentiſſimis cauſis conceſ-
ſa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extenſa, & moderata,
quod vacantibus ipſarum Eccleſiarum dignitatibus, canonicatibus, prębendis, por-
tionibus, beneficiis officiis, fructus, ac etiam quotidianæ diſtributiones ex eis pri-
mo ab ipſa vacatione Anno, aut longiore, vel etiam breuiore tempore prouenturi,
menſæ Epiſcopali, ſeu capitulari alióue loco integrè vel partim remaneant,
ſeu applicentur, aut in communes vſus cedant, ſeu inter alios canonicos, & perſo-
nas Eccleſiæ, ſeu Capituli diuidantur. Quodque nullus etiam Apoſtolica auctori-
tate prouiſus in canonicum recipi, aut ad dignitatem, ſeu portionem, beneficium
vel officium admitti, vel aliàs in eius poſſeſſionem induci poſſit, niſi prius de ob-
ſeruandis huiuſmodis priuilegiis, conſuetudinibus, & ſtatutis iuramen-
tum præſtiterit, & obtentæ illorum derogationi, ac fructuum, & diſtributionum
perceptioni renunciauerit, ſeu capitulo, & perſonis prædictis ceſſerit, ſeu (vt appel-
lant) dulciaria, aut quid aliud præſtiterit, Quorum omnium tenores, cauſas, & ef-
fectus habemus præſentibus pro expreſſis, quibuſcunque illa concepta ſint formu-
lis, necnon irritantibus, & aliis decretis roborata: Volentes ea omnia vires & ef-
fectum de cætero non habere. Præcipimus igitur & interdicimus omnibus Epiſco-
pis, Capitulis, Collegiis, & perſonis ad quos id pertinet, ne poſt hac fructus, aut di-
ſtributiones huiuſmodi, nec prorſus vllam eorum partem retineant, neue ipſorum
ceſſionem, vel renunciationem, aut dulciaria, vel alia quomodocunque petant, vel
exigant, aut quemquam ſiue ordinaria, ſiue Apoſtolica auctoritate prouiſum, ad
pręſtandum huiuſmodi iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti poſ-
ſeſſionem impediant, vel remorentur. Quicunque contrafecerint, ſi Eccleſiarum
Antiſtites, tamdiu à pontificalis officij exercitio ſint ſuſpenſi, donec ſatisfactione
præuia illis per ſedem Apoſtolicam ſuſpenſio relaxetur: capitula verò, & collegia
quæcunque Eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto, ac ſingulares perſonæ in ex-
communicationis ſententiam incurrant, à qua, niſi in mortis articulo con-

Decretum irritans.

ſtituti, ab alio quam à Rom. Pont. abſolutionis beneficium nequeant obtinere.
Decernentes huiuſmodi præſtita iuramenta non tenere, nec quemquam illis obli-
gari, quinimò iurantes in huiuſmodi cenſuram incidere; Necnon irritum, & inane
quicquid ſecus ſuper his per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter contigerit atten-
tari. Et nihilominùs ſtatuimus, vt vbicunque huiuſmodi fructus, & diſtributiones
fabricæ, vel ſacriſtiæ, aut alterius pij loci vſibus vltra ſemeſtre tempus reperiuntur
conceſſi, horum duntaxat dimidia pars ipſi ſacriſtiæ, vel fabricæ, apud pios locos
deinceps tribuatur, alteram verò beneficiati prædicti, integrè percipiant. Non ob-
ſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque
aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod
interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non
facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi men-
tionem, decreto prædictæ ſynodi, ac etiam conſtitutionem fe. re. Ioannis Papæ
XXII. quæ incipit, Suſcepti, & aliis iuribus hac de re diſponentibus nihilominùs
aliàs in ſuo robore duraturis. Cæterùm per prædicta non intendimus illis præiu-
dicare capitulis, collegiis, menſis, aut perſonis fructus & diſtributiones inter voca-
tionem beneficiorum, & eorum collationem, ſiue poſſeſſionis apprehenſionem
prouenientes ex ſtatuto, & conſuetudine, vel priuilegio huiuſmodi percipientibus,

vel retinen

vel retinentibus, quominùs ipſi illos interim vt anteà exigere valeant & habere.
Poſtremò volumus, vt præſentium exempla etiam impreſſa, Notarij publici ma-
nu, & Prælati Eccleſiaſtici eiuſue Curiæ ſigillo obſignata eandem illam prorſus
fidem vbique locorum in iudicio & extra illud faciant, quam facerent ipſæmet
præſentes, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum
Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quin-
genteſimo ſeptuageſimo, Pridie Cal. Iunij, Pontificatus Noſtri, Anno Quinto.

*Collationes beneficiorum hodie vario precio non ea ratione qua ſacris Canonibus decer-
nitur & Concilij Tridentini Seſſ. 24, cap. 14. de reformatione iubetur ſolent licitari & in
pactum deduci, quod tamen impium & execrabile eſt nam purè fieri debent hoc eſt abſque
pacto aliquo, conuentione, vel conditione. c. fin. de pactis, & cano. quam pio. 1. quæſt. 2. Huiuſ-
modi enim conuentiones ſymoniam inducunt, cap. cum pridem. de pact. Siue tacitè, expreſſè,
ſiue directè fiant, cano. per laicos. 16. q. 7. facit regula iuris, Actus legitimi &c. de reg. iur. in
6. & quod per dominum de Ancharano notatur ibi. Quod autem dico conditionem in colla.
inducere ſymoniam: hoc verum eſt, niſi talis conditio ſit, quæ de ſui natura inſit in ipſa colla-
tione. Puta ſi collator dicat, confero tibi talem eccleſiam vel præbendam ſi vaccet, vel ſi ca-
pax es eiuſdem. Talia enim vel ſimilia actum non faciunt conditionalem: quia quæ in bene-
ficiorum collatione de iure tacitè inſunt, ſine aliquo vitio ſymoniæ exprimi poſſunt, ita notat
Pan. in c. ſignificaſti de elect. in c. olim. in 1. de reſtitut. ſpolia. & c. ad audientiam de præſcr.
hanc igitur ex prædictis elicio regulam. Ea quæ tacitè inſunt, ſi exprimuntur, nihil operan-
tur. Pro hac regula adfero tex. in l. 2. ff. de leg. 1. & in l. conditiones. ff. de condit. & demon.
Aliter autem nec pactum, nec conditio in ſpiritualibus valent: cum talis conditio vel pactum
turpe ſit, & ſic ceſſare debeat. dict. c. quam pio. 1. q. 2. tanquam inducens ſymoniam. cap. cum
pridem. de pact. vel tacitum ſit, vel at expreſſum. dicto cano. per laicos. 16. q. 7. Turpe pactũ
poteſt etiam dici, quod de re ſacra, ſeu ſpirituali fit. d. c. fin. de pactis. Et tale pactũ turpe nul-
lam ſecundùm Canones inducit obligationem. c. vnuſquiſque. c. in malis præmiſſis c. non ſem-
per promiſſa. c. diffinitio. c. ſi ad pactum. & c. mulier. 22. q. 4. Et nedum tale pactum turpe
inimicum eſt canonibus, imò nec ſecundùm leges ſeruandum eſt, nec obligat. l. generaliter. &
l. veluti. ff. de verb. oblig. l. ſi vnus ex argentariis. §. pacta ff. de pactis. l. ſi remunerandi. §. rei
turpis. ff. mandati. & §. quod turpi inſtituta de inutil. ſtipu.*

X.LIII.

Confirmatio inſtitutionis, Priuilegiorum, Societatis, Crucesignatorum.

PIVS Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

SACROSANCTÆ Romanæ, & vniuerſali Eccleſiæ diuina diſponen-
te clementia, meritis licet inſufficientibus præſidentes, omnem paſtoralis noſtri of-
ficij curam, atque vigilantiam in id potiſſimum adhibere debemus, vt fides Catho-
lica vbique Terrarum, quantum in nobis eſt, integra, inuiolataque conſeruetur,
& impij, ac deteſtandi Hæreticorum conatus, ipſam vnam fidem violare ſatagen-
tium omnibus rationibus comprimantur. Vnde ſi quę ad iuuandum huiuſmodi no-
ſtrum propoſitum, ac debitum, alias piè inſtituta, ac conceſſa fuiſſe à prædeceſſori-
bus noſtris comperimus, libenter approbamus, & aliàs deſuper diſponimus, prout

De Societate Crucesignatum aduerſus hæreticos Innoc. III. habes. ſup.

in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque inter cæteras, quæ in Ec-
cleſia Dei hactenus inſtitutæ ſunt Chriſtifideliũ Societates, illa ſatis vberes, Chri-
ſtianæ Religionis fructus afferre videatur, quæ ſub Crucesignatorum vocabulo ad
aſſiſtendum Hæreticæ prauitatis Inquiſitorib. auxiliúmq;, quando, & quoties opus
ſit, in Catholicę fidei negotiis aduerſus Hæreticos, etiam vita ipſa præſtandũ, inſti-
tuta exiſtit, vt nõ immeritò diuerſis Rom. Pontificib. prædeceſſoribus noſtris ſpe-
cialibus gratiis, & priuilegiis fuerit decorata, Nos attendentes, quod ea maiorẽ obtinent
roboris firmitatem, quæ plures Apoſtolicæ confirmationis præſidio ſint cõmunita,
vtque paternum noſtrum erga ipſam ſocietatem charitatis affectum oſtendamus,
eiuſdẽ Societatis Crucesignatorũ creationem, & inſtitutionem, ac priuilegia, quæ
ſunt in vſu, necnon indulgentias, prærogatiuas, facultates, gratias, & indulta quæ-
cunque, eidem ſocietati, & illius vtriuſque ſexus Confratribus Crucesignatis pro
tempore exiſtentes, tam per Innocentium IIII. Innocentium VIII. Iulium II.

LII Leonem

Leonem X. Clementem VII. quàm quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis hactenus quomodolibet conceſſa, & confirmata, decretis tamen Concilij Tridentini non repugnantia, necnon literas deſuper emanatas, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus approbamus, & innouamus illiſque perpetuæ, & inuiolabilibus firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, ſupplemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notartj publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipſis Præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die tertiodecimo Octobris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Pontificatus noſtri Anno quinto.

Irridebunt dementiſſimi Iconomachæ *huius conſtitutionis ſcholium* Crucis Chriſti *præconio inſtructum, qui templum non eſſe contendunt, nec hominem Chriſtianum in quo vel imagunculam crucis aſpexerint.* Cruce *ſignatis attamen hæc priuilegia deuouentur. Quid ſoluto cachinno reprehendis impiè? Religioſiſſimúmne* Pontificis *arguis fauorem in eos qui ob fidei & Catholici cultus tutelam teſſeram gerunt ſalutiferæ crucis. Quæ eſt hæc cæcitas? Iam in tuum pertinaciſſimũ caput his argumentis digladiabor. Abſoluta iam* Chriſti *paſſione non vetatur primo mandato ne crucis imaginem pingamus: id quod primum hinc patet quod non eſt contra finem præcepti, auget enim potius quàm imminuit vnam honoris* Dei *partem. Accedit, quòd ſi poſt traditum præceptum priuſquam fieret illa crux in qua precium noſtrum ſoluit* Chriſtus, *licuit quandam effingere imaginẽ quæ crucis eſſet figura futuræ, multo magis licebit præteriti per crucem beneficij memoriam, aliqua ipſius imagine reficare: maximè cùm eccleſiam* Chriſtianam *viuentibus etiam Apoſtolis, & toto deinceps tempore id factitaſſe conſtet. Teſtis eſt Abdias* Babilonis *Apoſtolorum diſcipulus, qui in vitis ſanctorum* Ioannis, *Iacobi, Simonis, Iudæ. Andreæ, Matthæi,* Bartholomei, Thomæ, *&* Philippi, *hos omnes ſigno crucis ſe ſignaſſe narrat.* Docet *etiam* Dionyſius *Areop. lib. de eccleſiaſtica* Hierarchia *cap. 4. omnibus ſacramentis eſſe commune, vt ſigno crucis perficiantur, quod ipſe cap. 5. & 6.* σφραγῖδα *appellat.* Martialis *in epiſtola ad* Burdegalenſes *cap. 8. crucem inquit* Domini, *in quem credidiſtis:* Deum *verum, &* Dei *filium ſemper in ore, in membris, in ſigno tenete* Hippolitus *illi coeuus lib. quem de quadam virgine ſcripſit, docet cum illa ad libidinem à iudice tentata recuſaſſet: facinus ac prouidè in proſtibulum detruderetur, ſigno crucis fuiſſe liberatam, vt author eſt* Palladius *hiſt. c. 149. qui & ſe librum illum legiſſe teſtatur* Iuſtinus *q. 118. earum quas* Chriſtianis *gentes proponebant, rogatus à gentibus cur orientem verſus orarent* Chriſtiani *reſpondet, quia volunt* Deo *ſemper meliora tribuere quamuis enim (inquit) dextra ne an ſiniſtra ſe quis ſignet, nihil interſit: ſemper tamen dextera ſe* Chriſtiani *ſignant & quæſti. 122.* Chriſtianis *inquit cum baptizantur, ſignum crucis imprimitur.* Tertull. *ad omnem ait progreſſum atque promotum ad omnem aditum atque exitum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcunque exercita in nos tenet, frontem crucis ſignaculo terminis, & rurſus latebis: nec tu cum lectulum tuum & corpuſculum ſignas, & in fine, non furtiua ſignatio: non trepida gratulatio, &c. idem etiam habetur principio lib. quem* Scorpiacum *inſcripſit,* Cyprianus *lib. 4. epiſtolar. Muniatur (inquit) frons vt ſignum* Dei *incolumes ſeruetur, muniatur os vt* Dominum *ſuum* Chriſtum *victrix lingua fateatur & lib. de* Simplicit. *prælatorum: ait* Azariam *propterea in fronte lepra concuſſum quia ea corporis parte ſignare ſe ſolent qui* Dominum *permerentur. & ſermone de lapſis frons, inquit, cum ſigno* Dei *pura, diaboli coronam ferè non potuit coronæ ſe* Domini *reſeruauit. Coeuus ipſi* Cornelius *epiſtola ad* Fabianum, *docet* Nouatum *à dæmonibus fuiſſe correptum quia non ritè fuerat* Baptiſatus *impreſſo ſigno crucis. Author* Euſebius Cæſarienſem Originis *lib. 3.* Iob *ſcribit ſolitos* Chriſtianos *cibum & potum cruce ſignare, ſicut & quicquid ſumerent* Gregorium Neoceſarienſem *frequenter ſigno crucis vſum, author eſt* Greg. Niſſenus *in eius vita.* Minutius *fœlix lib. cont. gentes euidenter ſatis oſtendit quàm ipſius*

ipſius ætate vſitata fuerit inter chriſtianos crux Lactantius Firmianus *lib. 4. cap. 26. & 27.* Epiphan. *hæreſi 30. &* Baſil. *lib. de ſancto* Spiritu. *c. 27. primum & communiſſimum chriſtianorum dogma ſine ſcripto ab* Apoſtolis *traditum. aiunt eſſe vt ſe cruce ſignetur. Diuus* Chryſoſtomus *Homel. 55. in cap. 16.* Matth. *neminem igitur pudeat horum ſalutis noſtræ* Symbolorum *atque ſignorum, ſed coronam, læto animo circunferamus* Chriſti *crucem, omnia enim quæ ad ſalutem noſtram conducunt, per ipſam conſummantur, cùm regeneramur crux* Chriſti *adeſt cum ſacratiſſimo cibo alimur, & in ordine conſecrandi ſtatuimur, hoc vtique victoriæ inſigne ſemper nobis aſſiſtit, quapropter & in penetralibus & in parietibus, & in fronte ac vbique crucem inſeramus.* Ambroſ. *ſerm. 47. docet vt quicquid agamus, à ſigno crucis incipiamus* Hieron. *tom. 1. epiſtola ad* Euſtochium, *ad omnem inquit, actum atque promotum manus pingat* Domini *crucem.* Auguſtinus *negat vllum* Sacramentum *ritè ſine ſigno crucis perfici rurſus, aſſerit reges* Chriſtianos *in fronte crucem impreſſam geſtare. Serm. autem 131. de tempore crucem, inquit, illam in qua* Chriſtus *crucifixus eſt, non in fronte geſtamus, idem ſerm. 19. de ſanct. ad ſin. crucifixus, inquit, noſter à morte ſurrexit, & cœlos aſcendit, crucem nobis in memoriam ſuæ paſſionis reliquit, crucem reliquit ad ſanitatem, hoc ſignum præſidium eſt amicis, obſtaculum inimicis huius crucis myſterio rudes catechizantur, eodem myſterio fons regenerationis conſecratur; eiuſdem crucis, ſigno per manus impoſitionem, baptizati dona gratiarum accipiunt, cùm eiuſdem crucis caractere* Baſilicæ *dedicantur, altaria conſecrantur; cætera ſacramenta cum interpoſitione dominicorum verborum conficiuntur, ſacerdotes &* Leuitæ *per hoc ſignum ad ſacros ordines promouentur & vniuerſaliter omnia eccleſiæ ſacramenta. In huius virtute perficiuntur, qui hoc mare abſque naufragio trãſire deſiderat crucem non deſerat donec ad portum perueniat, hæc curſum noſtrum dirigit ad agonem nos inſtruit, in certamine adiuuat, ad victoriam prouehit, ad coronam perducit, maleficia deſtruit, & omnia dæmonum machinamenta ad nihilum redigit, &c. Non ignoramus interea* Iulianum Apoſt. *ſui temporis* Chriſtianis *obieciſſe quod hodie catholicis* Caluiniſtis *quorum* Nænias *diluit luculenter ſatis* Cyrillus, *illis reſpondens quem qui ea de re plura cupit, conſulat. lib. 6 contr. Iul.*

Venerandi Signi *crucis vſus quatuor de cauſis* Chriſtianis *frequentatus eſt. Primùm ad refricandam dominicæ paſſionis memoriam. Secundò ad myſterij intelligentiam. Tertiò, ad vim eius exprimendam. Quartò, ad venerationem. Primus vſus non indiget explicatione, Secundus ab* Auguſt. *explicatur. epiſtola. 191. c. 14. & exempla. 120. c. 15. idq; ex* Apoſtolo *qui ait. Vt poſſitis aſſequi quæ ſit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profunditas, Docet autem totam* Chriſtiani *profeſſionem figura crucis explicari, & cruce omnes mundi partes attingi, quod alibi latiùs proſequens crucis latitudinem dicit eius brachia, quibus* Chriſti *deſignatur charitas, quæ non amicos tantum verũ etiam inimicos complectitur: profunditatem eſſe quæ ſub terra latitat ac ſignificare chriſtianæ vitæ fundamentum humilitatem: longitudinem eſſe eam partem quæ eſt inter terram & gratiã, ac denotare perſeuerantiam in bonis operibus, ſublimitatem denique eſſe ad quam caput inclinatur, & ſignificare finem vitæ eſſe* Deum: *hæc inquam* Auguſt. *allegoricè nam ſenſum literalem eſſe alium non ignorabat.* Proſper. *lib.* Promiſſionum.

Quod autem propter virtutem & vim quandam ad multa efficatem quàm ſigno crucis ineſſe perſuaſum habebant, eo chriſtiani vterentur, vel ex eo conſtat quod ſignum illud imprimebant etiam rebus ad memoriam nihil facientibus, vtpote, aqua, oleo, veſtibus, & cibis: id quod apertis veterum teſtimoniis probatur Tertull. *nobis, inquit, fides præſidium eſt, ſi non & ipſa percutitur diffidentia, ſignandi ſtatim & adiurandi ex vngendi beſtiæ calcem denique hoc modo ethnicis ſubuenimus donati à* Deo *ea poteſtate quàm amplius dedicauit morſum viperæ ſpreuit.* Origenes *homilia. 8. ad diuerſos,* Gaudentes *leuemus hoc ſignum in humeris noſtris, victoriarum vexilla portemus, immortale labarum portemus in frontibus noſtris, cùm dæmones hoc viderunt, contremiſcent, qui aurata capitolia non timent, crucem D.* Aug. *2. de* Symbolo *ad cathecumenos docet eos fuiſſe propterea cruceſignatos, vt dæmones terrerentur. Accedit ad hæc omnia ipſius etiam* Dei *teſtimoniũ quod* Conſtantino *contra* Maxentiũ *bellũ gerenti cœlitus conſpecta fuerit crux, his inſcripta verbis.* IN HOC VINCE, *vt author eſt* Euſebius *lib. 9. c. 10* Zonaras *li. 3. initio. &* Sozomenus. *li. 1. c. 37. Quibus accedit magnum illud teſtimonium* Artemij *ducis ſub* Conſtant. *qui coram* Iuliano *apoſtat. vt refert* Auguſt. Tenchus *lib. 2. de* Conſtant. *donatione, affirmabat ſe cum toto exercitu ſignum crucis oculis conſpexiſſe, ac literas legiſſe.*

Tertium argumentum quo ſigni crucis virtus probatur, eſt ipſa experientia, apud Lactant. enim legimus ſigno crucis expulſos dæmones, quemadmodum & apud Greg. Nazianzenum orat. prima cont. Iulian. & apud Gregorium Niſſenum in vita Greg. Neocæſarienſis & apud Athanaſium in vita S. Anthonij, & Epiphan. cont. Etioneas, & Hieron. in vita S. Pauli & Hilariū apud Palladium hiſt. c. 54. & in vita Iacobi, & Theodoretum hiſt. eccleſiaſt. lib. 5. cap. 21. qui & morbos ſigno crucis narrat curatos, & Aug. lib. 23. de ciuit. c. 8. apud Seuerum Sulpitium D. Martini ſigno crucis extincta incendia ac veneneſas beſtias legimus interfectas & apud Theodoretum in vita Iuliani, & Martini qui & in ſequentibus cap. narrat ſigno crucis occiſos ſua ætate dracones. Quod autem ſigno crucis quandam exhibuerunt Chriſti venerationem argumentum eſt quod ante mille trecentos annos illis vitæ datum eſt à gentibus quod cruces ligneas adorarent, & religioſi crucis ab ipſis ſunt appellati, vt conſtat ex Tertull. in apolog. & c. 16. quod nullum certè locum habuiſſet, niſi Chriſtianos ſignum crucis venerantes gentiles vidiſſent: & ex Minutio fœlici lib. cont. gentiles, quibus licet ipſe reſpondeat nos cruces non adoramus neque aptamus, oramus, non tamen crucis venerationem tollit, ſed negat tantum illam à nobis vt gentiles putabant, adorari, id eſt, tanquam deos aut deorum imagines. Vnde ſicut ex obiectione intelligimus eo ſeculo in veneratione crucem habitam, ita ex reſponſione, qualis ipſa fuerit adoratio, perſpicuum eſt. Obiecit idem Iulianus apoſtata Cyrillo, vt eſt apud eundem lib. 6. videre. Refert & Damaſcenus verba Hieronymi cuiuſdam presbyteri ad eandem. Iudæorum calumniam reſpondentis. Aſterius quoq; in hiſt. S. Euphemiæ quæ ſeptima Synodo recitatur. Signum, inquit, crucis eſt quod venerari ſolent Chriſtiani: & paſſim depingere. Conſtantinus ille magnus ad nati ſeruatoris annum quaſi 300. labarum inſigne imperatorium vt narrat Euſebius, in crucis ſignum mutauit: cùm autem labarum ſolenne milites adorare, nunquam profectò pius princeps crucem pro labaro erexiſſet, ſi eius venerationem idolatriam putaſſet, quin eo potius conſilio, vt teſtatur Theodoretus, & Saxomenes crucem erexit, vt ea ratione milites ad amplectendam fidem verumq; Deum, Chriſtum inquam per eius crucem venerandam induceret. Rogatus magnus ille Athanaſius, cur crucis potius imaginem quam ſpongiam aut alius cuiſpiam inſtrumenti quibus noſtram perfecit Chriſtus ſalutem, adorarent Chriſtiani, reſpondit id fieri, vt cùm adorarent crucem, non eius materia, id eſt, ligna, ſed formam, id eſt, imaginem adorare eos conſtaret, quod poſſumus, inquit, probare, in ignem coniectis lignis, Ambroſius lib. de incarnatione dominica ſacramento cap. 7. Cùm diuinitatem, inquit, in eo & crucem adoramus, nunquid Chriſtum diuidimus? Sedulius antiquus ille Scotus lib. 5. Paſchalis carminis ſic ait,

Ne ne quis ignoret ſpeciem crucis eſſe colendam
Quæ Dominum portauit ouans, ratione potenti
Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.

Citat etiam Damaſcenus in Apologeticis, præclarum illud Leontij teſtimonium de crucis veneratione: Denique in ſexto Synodo æditus erat canon. de crucis veneratione, qui & in ſeptima recitatur.

Non abſre itaque Summi Pontifices cruceſignatos piis fauoribus illuſtrant, iubéntque tales vbique præclaro ſigno crucis incedere. Sic teſte Nicephoro lib. 7. c. 46. refert Conſtantinum magnum vt memoria continua milites Chriſtum colere aſſuefaceret, arma eorum ſigno crucis exornaſſe atque in nummis, imaginibúſve feciſſe. Crucis myſteria, & triumphos palàm cecinerunt vates omnes, nec deſunt eius præconia apud Chriſtianos qui teſſeram è onmine Saluatoris noſtri accipiunt. Addam hic Sybillæ carmen prædicentis Chriſtum crucifigendum quæ & in Acroſticis meminit de cruce. Et præcipuè li. 6. oraculorum de eadem cruce ſic cecinit.

ὦ ξύλον ὦ μακάριστον ἐφ' ᾧ θεὸς ἐξετανύσθη
οὐκ ἕξει σε χθὼν, ἀλλ' οὐρανὸν οἶκον ἐσόψει.
ἡνίκα ἀστράψει, τὸ νέον θεοῦ ἔμπυρον ὄμμα, id eſt,
ô lignum, ô fœliciſſimum, in quo Deus extenſus eſt
Non capit te terra, ſed cæleſte domicilium inſpiciet,
Quando fulgebit noua facies Dei ignita.

In perpetuum Chriſti nominis & fidei decus crucis vexilla hac conſtitutione commēdātur, cuius auſpitiis hoſtes noſtri terrerentur.

Contra

XLIIII.

Contra fraudulentos & doloſos decoctores.

PIVS Papa V Motu proprio, &c.

POSTQVAM eo vſque humana proceſſit intemperantia, vt Chriſtifideles qui in ſacri baptiſmatis ſuſcriptione diabolo, ac omnibus vanitatibus eius ſponte ac ſolemniter renunciatur, diabolica fraude ſeducti, ita mundi huius illecebras expetant, vt pro illis aſſequendis, non modo filij prodigi in Euangelio per Dominum demonſtrati exempla ſequentes, ſua luxurioſè viuendo profundant, verum etiam illis abſumptis, aliena appetant, grandè es alienum à proximis ſuis qui id eis, prout mutuum fert hominum commercium, ſub variis inſtrumentorum obligationibus liberaliter mutuant, extorquendo, ac deinde dum id eis ſub paupertatis ſpecie reſtituere negligunt, proximos ſuos vna cum tota familia aliquando mendicare cogunt, facere nullo modo poſſumus, quin & Paſtoralis officij debito, cui diſponente domino præſidemus, moniti, & ea qua Chriſtus prior dilexit nos charitate impulſi, clementiæ, & miſericordiæ reiectis viis, inſtitiam & iudicium in tales acriter inſurgendo aſſumamus, iuriſque rigorem acriorem reddamus, vt ſaltem per hoc eos quos timor domini à malo non retrahit, vltimi ſuplicij pœna exterreat, ſicque vniuerſas Dominici gregis oues ad ouile ad quod, dante domino, omnes dirigi cupimus, ſalubre perducamus. Sane licet alias fe. re. Paulus Papa IIII. prædeceſſor noſter inter cætera dilectis filiis Paulo Romano conceſſa priuilegia per quaſdam ſuas literas voluerat, quod dilationes quæcunque niſi iuxtà diſpoſitionem iuris ac formam ſtatutorum almæ Vrbis concedi nullatenus poſſent, & qui illas obtinerent, ſemper biretum viride portare tenerentur, ac alias prout in dictis literis continetur. Nihilominus diuerſi iniquitatis filij, præmiſſis nō attentis, propriáque temeritate confiſi, poſtquam propriis eorum bonis non aduerſa fortuna, aut fortuitis caſibus, ſiue hoſtium incurſu, vel ventorum, mariſque violentia atque iniuria (quod quidem vel certe ferendum eſſet, cum ab iis facile caueri nequat humana prouidentia) ſed ſua ipſorummet incuria, negligentia, prodigalite, atque luxu in explendis propriis voluptatibus, penitus dilapidatis, proximos ſuos ad varia eorum bona ſibi mutuanda ſub ſpe reſtitutionis compulerunt, illis ſimiliter profuſis, creditores ſuos, ceſſione bonorum deludentes, ac tam literas præfatas quàm alia per nos contra huiuſmodi decoctores, *fallitos* nuncupatos, edita ſtatuta deridere audent, in graue Apoſtolicæ auctoritatis vilipendum, proximorum ſuorum detrimentum & grauamen, ac animæ ſuæ periculum non modicum. Nos præmiſſa conniuentibus oculis pertranſire nequeuntes, & attentè conſiderantes nulla allia de cauſa in fures vltimi ſupplicij pœnam eſſe impoſitam, niſi vt talia perpetrandi hominibus via intercluſa, liberum eſſe vnicuique ſua abſque periculo poſſidere & vti, hos autem adeò furibus & latronibus ſimiles eſſe, vt ab illis in nihlo differant, niſi vt quod eis niſi cum vitæ ſuæ periculo agitur, hoc decoctoribus impunè liceat, volenteſque propterea vt par immò grauius delictum, parem etiam ſortiatur pœnam, iuriſque rigorem in hos grauiorem reddere, ac genus hoc hominum tanquam humano generi infeſtum, è cęterorùm coetu ſegregandum merito eſſe diiudicātes, omnium & ſingularum legum & conſtitutionum tam Imperialium, quàm Apoſtolicarum, etiam in corpore iuris deſcriptarum tenores & forma, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus pro expreſſis habentes, ſine illarum aliquo præiudicio, quinimò illas reualidantes & confirmantes, Motu proprio hac noſtra perpetuò valitura conſtitututione ſancimus, & declaramus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus quęcunque perſona, tam ſæcularis, quàm Eccleſiaſtica, etiamſi clericali & Eccleſiaſtico foro gaudeat, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtat, & quacunque dignitate tam mundana, etiamſi Domicellus, Comes, aut aliter Nobilis aliquando fuerit, quàm Eccleſiaſtica, non tamen Epiſcopali, præfulgeat, qui omnem eorum ſubſtantiam non præmiſſis de cauſis fortuitis, ſed incuria, negligentia, prodigalitate, & luxu ſuis, proprias voluptates explendo, & cupiditatibus non mediocri intemperantia ſeruientes ſubuerterint & dilapidauerint, necnon qui ſe bona ſua decoxiſſe ſimulantes, illa in fraudem

Propriis conſumptis & decoctis altera appetere nefario modo iniquum.

Pius IIII. vt ſup. hrbetur obtinentibus alternatiuas & dilationes birretum viride deferre iuſſit.

Qui bona fide negotiantes infortuniis quibuſdam infauſtiſq; ſucceſſibus in pauperiem prolapſi ſunt licitè poſſunt potiri beneficio legis dum cedunt bonis ne carceribus mancipentur. l. 1. C. qui bonis. ced. poſſ. Attamen multi ſunt qui dilapidatis luxu & gula bonis omnibus & ingenti ære alieno onuſti ceſſione bonorum creditores fraudulenter eludunt.

creditorum

creditorum ſuorum occultant,& eorum pecuniam totam in eorum vtilitatem forſan conuerterint, vt eorum creditores ad ſecum componendum facilius alliciant vltimi ſupplicij, & ea qua fures ipſi de iure vel conſuetudine, aut particulari vel municipali ſtatututo plecti ſolent, puniri debent. Mandantes tam verbis pręfatæ Gubernatori,& Curię cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori,quàm omnibus & ſingulis noſtris & ſedis Apoſtolicæ in quibuſcunque prouinciis legatis & vicelegatis,necnon quarumcunque Ciuitatum,terrarum,oppidorum, & locorum, nobis & eidem Sedi tam mediatè, quàm immediatè ſubiectarum Gubernatoribus,Prætoribus, Capitaneis, Commiſſariis, & aliis quibuſcunque iudicibus quauis etiam ſubdelegata poteſtate fungentibus, vt præſentes noſtras inuiolabiliter in eorum iudiciis obſeruent,nec contra tales, niſi illarum forma ſeruata, procedere audeant vel præſumant. Diſtrictiùs quoque inhibentes quibuſcunque terrarum, oppidorum & locorum dominis in temporalibus in virtute ſanctæ obedientiæ,ac ſub excommunicationis,&c.pœnis,ne ſic in præmiſſis iudicantes, eorum,ſeculari auctoritate moleſtare, inquietare, perturbare, vel impedire audeant vel pręſumant. Decernentes poſtremò præſentes, & deſuper conficiendas literas nullo vnquam tempore de ſurreptionis vel obreptionis vitio,aut intentionis noſtræ defectu notari,minuſque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, comprehendi, vel illis derogari nullo modo tacitè vel expreſsè poſſe,niſi de illis eorumque totis tenoribus,ac eorum Datum de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio & expreſſio facta fuerit,aliterque factas derogationes nullius roboris vel momenti fore,& tanquam tales à nemine attendi,nec vlli ſuffragari poſſe, Sicque per quoſcunque Iudices, &c.etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,& S.R.E.Cardinales, eorumque Collegium,ſublata,&c.Irritum quoque,&c.Non obſtantibus pręmiſſis,ac quibuſuis Apoſtolicis,necnon in prouincialibus & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus,ac legibus etiam Imperialibus, etiam in corpore iuris,vt præfertur,clauſis,ac quibuſuis etiam municipalibus & particularibus etiam iuramento,&c.roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis,&c. ſub quibuſcunque tenoribus,&c. etiam motu ſimili,&c. etiam conſiſtorialiter,&c.ac ſub quibuſuis verborum formis conceſſis,&c. Quibus omnibus etiamſi de illis &c. illorum tenores,&c. illis alias,&c. latiſſimè ſpecialiter, & expreſsè derogamus,cæteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis oportunis, & conſuetis.

Decoctores fraudulenti ad ceſſionem bonorum non admittendi ſed vltimo ſupplicio plecti debent.

Fiat Motu proprio M.

Et quod quorumcunque ſtatutorum,conſtitutionum,& legum,&c.tenores habeantur pro expreſſis,ſeu in toto vel in parte exprimi, ac de verbo ad verbum inſeri poſſint. Et de ſanctione, ſtatuto,declaratione,decreto,inhibitione, mandato, & aliis præmiſſis,quæ hic pro repetitis habeantur,& ad partem perpetuò in forma gratioſa & cum oportuna, ſi videbitur iudicum deputatione qui aſſiſtant, &c. inuocato,&c.ſæcularis. Et cum opportuno decreto quod vt præſentes ad omnium quorum intereſt notitiam deducantur, nulluſque deinceps aduerſus eas aliquam excuſationem prætendere,aut ignorantiam allegare queat, quod illæ imprimantur,& in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum,& S. Ioannis Lateranen. ac Cancellariæ Apoſtolicæ,necnon in acie Campi Floræ affigantur, & inhibi earum copiæ dimittantur. Quodque affixio huiuſmodi omnes perinde afficiat, ac ſi fuiſſent perſonaliter inhibitę, intimatę, & oſtenſæ. Quodque earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius Prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitę vel oſtenſę. Et quod præſentis Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, regula quacunque contraria non obſtante, ſeu literæ ſuper illis cum maiori præmiſſorum expreſſione per breue expediri poſſint.

Fiat M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Cal. Nouembris, Anno Quuinto.

In fraudem

In fraudem creditorum quidam fingunt ſe variis vorſuris omnia bona decoxiſſe vt pinguiores habeant loculos poſt ceſſionem bonorum,tales hic Decoctores *dicuntur,* Latinis Italis falliti, G*allis* Banqueroutiers, *qui quidem cum ſunt banniti licitè poſſunt occidi vt ſcribit* Dec. *in capit. quæ in eccleſiarum numero* 14, *de conſtit. qui tamen nec iure, nec ratione hanc ſuam probat opinionem.* Ego *quidem eam probo & iuriſconſultorum calculos hic aſcribi non ignoro.* Lege 12. *tabularum cautum eſt vt decoctores graui pœna plectātur,nam olim carcere mancipabantur, ac compedibus quindecim ponderis vinciebantur: author eſt* Gellius *lib.* 10. *noct.* Attica. *capit.* 1. *meminit gloſſ.* 1. *in gloſſ. item & in eo quod poſtmodum* C. *qui bo. ced. poſſ. quæ inquit, hos decoctores eſſe dandos, dilacerandos creditoribus. hinc* Theodoſius & Valentinia. Imperato. *in l. quilibet.* C. *de decurio. lib.* 10. *hos decoctores eſſe ictibus plumbatarum ſubiiciendos conſtituerunt. ſunt plumbata flagelli genus, vt meminit* Platina *de vitis* Pontificum, *in vita* Cornelij *primi.* Accedit, *iure noſtro grauiſſima infamiæ nota affici conſueuiſſe, ita* Bald, *conſ.* 400. Caſus, *lib.* 5. *quin omni beneficio priuantur, vt illo excuſſionis. gl. l. vlt.* §. *vlt. ff. de iis quæ in fraud. cred. latè* Iaſ. §. *vlt. inſt. de actio.* Paris. *conſ.* 94. *num.* 11. *lib,* 1. *qui num.* 58. *rectè intelligit de decoctoribus illis, qui non fortuito, ſed ſua culpa decoxerunt, alia ſunt apud* Ruinum *conſ.* 90. *num.* 13. *lib.* 4. Soc. Iun. *conſ. nu.* 14. *lib.* 2. Benue Straccham *tract. de decocto. parte.* 3. *& doctè apud* Budæum *in annotat. in* Pandectas *d l. ſi hominem* §. *quoties. ff. de poſſ.*

XLV.

Publicis Concionibus *prohibetur diſputatio de* Conceptione B. *Virginis Mariæ.*

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
SVPER ſpeculā Domini,viribus licet exiguis,conſtituti prophetæ ſolicitu-
dinem imitantis, Die, noctuque ad diuerſos Eccleſiæ ſtatus noſtræ mentis aciem
intendimus,ſtudioſè prouidentes,vt communi Domino ab omnibus gradibus fide-
liter ſeruiatur ac illis maximè, quibus digniora miniſteria diuini Spiritus fauore
credita ſunt,inter quos diuini verbi prædicatores adnumerandos eſſe nemo dubi-
tare poterit, qui eorum munus ab ipſo Domino conſecratum,Apoſtolis præcipuè
iniunctum fuiſſe animaduertet,qui ſi adepto gradu dignè fungerentur, euangeli-
zantes pacem,anunciantes bona,prædicantes ſalutem,non ſolùm vox eorum dul-
cis,verum & ſpecioſi pedes viderentur,& fraternæ ſalutis vberes fructus referentes,
multam fiduciam haberent in die Domini: Verum quod neque ſine animi dolore
accepimus,nec referre poſſumus quidam diuerſorum ordinum Regulares,Clerici-
que ſæculares omiſſis quæ diuinæ maieſtatis gloriam, & ſanctiſſimæ Dei genitri-
cis aliorúmque diuinorum venerationem,atque fidelium pietatem,promouere po-
terant quod Apoſtolus in quibuſdam arguit,languent circa quæſtiones, & pugnas
verborum,ex quibus oriuntur inuidiæ, & contentiones cæteráque vitiorum mon
ſtra,potiſſimum verò cum de glorioſæ Virginis Marię Conceptione ſermo incide-
rit,tam pertinaciter pro alterutra parte contendunt,ac ſi de illis dogmatibus eſ-
ſet,quæ corde credere ad iuſtitiam,ore confiteri ad ſalutem neceſſarium eſt. Qui-
bus illud prophetæ conuenire videtur, dicunt:ait Dominus cum ego non ſim lo-
cutus,cum S.R.E. omnium Eccleſiarum magiſtra, & doctrix diſciplinæ de ea re
hucuſque non definierit,nemo abſque temeritate, præiudicare, vel alterius partis
ſententiam damnare poteſt;& quaſi deſint præclariſſima inuentricis gratiæ merita
quæ nec angelica quidem lingua ſatis dignè referri poſſunt, & cum ex illo vberri-
mo fonte,puteóque aquarum viuentium non poſſint ſaluberrimas haurire aquas,
quibus fidelis populus,magna cum vtilitate,atque dulcedine,reficeretur,ad diſſipa-
tas ciſternas occurrunt,ſtultas ſcilicet,& ſine diſciplina quæſtiones, quæ generant
lites;quas nec frequens multitudo intelligere,nec viri ſapientes:qui capiunt, vtili-
ter percipere valeant, præſertim quoniam, vt experimento didicimus ipſorum
Concionatorum, qui ad quæſtiones huiuſmodi proponendas faciliùs erumpere
ſolent maior numerus materiæ difficultatem, prorſus ignorantes, neque intelli-
gentes,quæ loquuntur,aut de quibus affirmant, ſimplicium animos,indiſcretę de-
uotionis obtentu,vel potius loquacitatis, & oſtentationis effectu, ad tumultus &
ſimultates concitant,quos tumultuantes atque diſſidentes componere, ſedareque

Quæſtiones & diſputationis de conceptione Beatæ Virginis Mariæ tollendæ.

In prædicatores qui variis obſcuriorum quæſtionum ambagibus aniles controuerſias & ſimultates fidei periculo ſas excitant.

potius

potius oportebat. Cnmque paruulis in Chriſto lac infundere, prouectis ſolidum cibum apponere deberent, dum in huiuſmodi controuerſiis interminatis verſantur, omnibus vbera proferunt arentia quod non abſque maledictionis nota legimus in Propheta. Nos igitur qui prædeceſſorum noſtrorum ſaluberrima decreta pro viribus ſalua eſſe cupimus, potiſſimum illa quæ à ſacroſancta Synodo Tridentina denuò ſunt confirmata, liberam cuique facultatem relinquentes opinandi huius controuerſiæ quamlibet partem prout, vel magis pium, vel magis probabilem eſſe iudicauerit. Prędictorum igitur, Concionatorum, aliorumque contentioni, atque temeritati populorumque ſcandalis occurrere ſtudentes, Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatutum fe. re. Sixti IV. prædeceſſoris noſtri, ſuper ea re, quod à præfata Synodo innouatum eſt (illud præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum eſſet inſertum, pro planè & ſufficienter expreſſo, & inſerto habentes) Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, confirmamus, & approbamus, Atque vt deinceps efficiamus à cunctis obſeruemus perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, ac per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs nemo cuiuſcunque ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis exiſtat, popularibus concionibus, vel vbicunque promiſcua, virorum, & mulierum multitudo conuenire ſolet de huius controuerſiæ alterutra parte diſputare rationibus vel doctorum auctoritate aſſerendo propriam ſententiam & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipſa quęſtione, cuiuſuis pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumant. Qui contrafecerit ſuſpenſionis pœnam à diuinis abſque noua declaratione, ipſo facto incurrat ſi modo fuerit in ſacris conſtitutus. & quocunque pręterea gradu ſiue dignitate, vel adminiſtratione fungantur, illis omnibus ſit ipſo iure priuatus, & ad eadem, vel ſimilia munera obtinenda perpetuæ inhabilitatis cenſuræ ipſo etiam facto ſit obnoxius, ſuper quibus niſi à Romano Poncifice pro tempore exiſtente diſpenſari, ſiue abſolui non poſſit. Et nihilominùs aliis pœnis, ſi opus fuerit à proprio prælato pro delicti menſura inſligendis ſubiiciatur, prout ſubiicimus. Cæterùm quamdiu per Apoſtolicam Sedem, altera pars diffinita non fuerit, oppoſitaque ſententia condemnata liceat viris doctis, in Academiæ diſputationibus, ſiue generalium, aut prouincialium Capitulorum, vel vbi aliàs interſunt, qui rem capere poſſunt, nec ſcandali vlla ſubeſt occaſio, de illa quæſtione diſſerere, & argumentis vtramlibet partem, vel aſſerere, vel impugnare, dum tamen neutra, veluti erronea prędicetur, ſeruenturque illa omnia quæ à dicto Syxto prædeceſſore noſtro ſtatuta ſunt, quorum ſingula, vt præfertur, etiam quantum ad alias pœnas, duximus innouanda, & innouamus per præſentes. Vt autem hæc noſtra conſtitutio, & præmiſſa omnia, ad eorũ omniũ, quorum intereſt, notitiam congruentius peruenire poſſint, in virtute ſanctæ obediẽtiæ, & ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, etiã eo ipſo incurrenda, ſi in his, quę mandamus exequendis ſe negligentes, exhibuerint, præcipimus, & mandamus, omnibus, & ſingulis locorum ordinariis, ac eorundem vicariis ſuffraganeis, & officialibus quibuſcunque, & aliis ſingulis ad quos quomodolibet ſpectat, & pertinet, quatenùs huiuſmodi noſtram conſtitutionem ſiugulis ſuæ diœceſis, vel diſtrictius Prędicatoribus, & aliis quibus expedire iudicauerit opportunè inſinuent, & publicent, ac inſinuari, & publicari faciant. Et ne quis in poſterum quoquomodo ignorantiam de præmiſſis poſſit prætendere, aut ſe contra præmiſſa, valeat excuſare, Volumus, & ſimiliter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præſentes literæ per aliquos ex noſtris Curſoribus in Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, valuis, ac in acie Campi Florę de Vrbe de more publicentur, & affigantur, & illis inde amotis remaneant in eiſdem locis earumdem exempla affixa, quę publicatio, & affixio ita omnes, ad quos ſpectat afficiant, & arctet, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis, etiam quantumcunque qualificatis, & in quacunque etiam Cardinalibus, Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, & quauis alia dignitate, & honore conſtitutis, etiam quod interdici, ſuſpendi, vel excommu-

Confirmatur decretum Sixti IIII. approbati à Concil. Trid. Seſſ. 5. de peccat. original.

Suſpenſionis pœnam à diuinis incurrunt qui in conſpectu plebeculæ pertinaciter alterutrã opinionum de conceptione B. Virginis Mariæ concionantur.

In publicis Academiis & in coetu virorum Doctorum debent agitari huiuſmodi quæſtiones.

Forma & effectus publicationis.

nicari nequeant quomodolibet conceſſis, quæ eis contra præmiſſa in aliquo ſuffragari non poſſe decernimus cæteriſque contrariis quibuſcunque, Volumus inſuper, & decernimus, quod præſentes vim perpetuæ, & irrefragabilis conſtitutionis obtineant, & quod illarum tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur quæ præſentibus literis adhiberetur, ſi oſtenſę, vel exhibitæ forent, Regula Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ quacunque in contrarium diſponente, non obſtante. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo prid. Cal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno quinto.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Orationes, & ſupplicem animum cum omni laudum cumulo BEATISSIMÆ, SANCTISSIMÆ, INTEMERATÆ, VIRIGINI DEIPARÆ, *vt eius præſidio & ſuppetiis operis portum, & fœlicem vitæ exitum conſequi merear offero pro luculentiſſimo ſcholio do dedicoque.*

XLVI.

Humiliatorum ordo extinctus.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVEMADMODVM ſolicitus pater quem vnicè charum educauit filium, via ſalutis ingreſſum reuocare cupiens primùm hortatur, indulget, prætermittit, increpat, alia præterea, atque alia tentare non deſinit, dum quod expetit, modo aliquo conſequatur, omnia denique expertus, cum nihil iam proficere intelligit, deſperata prorſus ſalute, omnem de illo parentis animum eiicit, domo expellit, indignum exiſtimans, qui parta hæreditate fruatur Sic Romanus Pontifex, quem diuina Maieſtas patrem, & paſtorem omnium Eccleſiæ ſuæ ordinum conſtituit, ſicubi quampiam ſacrarum Congregationum à Regula, & vitæ præſcripto aberrare percipit, modo admonendo, modo corripiendo, connititur, eam, vel primis inſtitutis reſtituere, vel certe, quo pacto emendatam in aliquo ſtatu illis magis cohærenti continere, omnibus tandem ad illius ſanitatem conquiſitis, vbi ſalutaria remedia faſtidire, & viam iniquitatis obſtinatiùs procedere, atque adeò in prauum indureſcere animaduertit, vt potius confringi, quam corrigi poſſit, omni curatione reiecta, de ipſa remouenda decernit, ne inueterati atq; indomiti mali vis, in alias inſurgat, eiſque exitio ſit futura. Quod (vt noſtrum hac in re ſtudium flagrat) cum in plurimis, tum maximè in fratrum Humiliatorum familia enixè curauimus, nihil inexpertum relinquentes, quin illa multis iampridem modis affecta, & ſi non protinus, certè accommoda rerum moderatione directa ad priſtinum inſtitutum paulatim regrederetur. Etenim poſtquam dilectus filius noſter Carolus, tituli Sanctæ Praxedis, Preſbyter Cardinalis Borrhomæus, huius ordinis Protector, & Apoſtolicæ Sedis delegatus, animaduertens dictos Fratres in luxum iampridem effuſos eſſe, multa de ratione cultus diuini, de obedientia, & vita, vt antea communi, deque modo recipiendorum, & educandorum Religioſorum, prouidenter ſtatuerat, intelligeremus eos illa cæteraque omnia Regulæ ſuæ inſtituta, omninò aſpernari, vitãque omnium voluptatum varietate confertam ducerere, ac præpoſitos, & qui ex eo ordine rerum adminiſtrationem habebant, bonam magnamque fructuum partem veluti propriam in vanitatibus mundanis, turpitudinibuſque flagitioſè profundere, innumeraque ſcelera committere. Nos vias omnes, quę illos in aperia huiuſmodi pericula atque incommoda coniecetant, excindere conati, pleraque alia de ipſorum vita, moribus, & proprietate Regulæ inimica, deque modo, & tempore gubernandæ cuiuſque præpoſituræ, necnon ratione adminiſtrationis bonorum, & diſpenſatione prouentuum, aliiſque muneribus, & officiis, ad prolapſi huius ſtatus, & diſciplinæ regularis reparationem maximè conferentibus, edidimus, ſperantes illa proſperos tandem ſucceſſus dicto ordini allatura. Sed obſiſtente bonarum rerum perturbatore, plerique omnes (quoniam otio, & deſidia nimium aſſueuerant) regulæ inſtituta, & emendationem abhorentes, etſi ſtatura, & præcepta noſtra com-

Congregationes à regula aberrantes & deuias admonet & corripit, Pontifex.

Cardinalis Borromæus Apoſtolicæ ſedis legatus protector ordinis humiliatorum.

Reformationem ordinis Humiliatorum edidit Pius V.

muni conſenſu palam, acceptarunt, clam tamen quibus illa modis ſupprimerent comminiſcentes, nefarias proteſtationes in oculto fecerunt, neceſſarios ſuos, & alios potentiores laicos ad inteſtinas ſeditiones concitarunt, ſuaſores præterea, & impulſores ad intimos ſummorum Principum Miniſtros dimiſerunt, qui magnis præmiis, & pollicitationibus eos pellicerent, in animos prædictorum Principum inducere, vt nos ad illam reſcindendam inclinarent, multaque alia de ea tollenda prauis artibus ſunt conati, vt turpem illam, & flagitioſam vitam ſuam retinerent, letaleſque mundi voluptates ſequerentur, inter quos non defuit, qui altius præcipitatis, etiam à Catholica fide ad Hæreticos, & impia illorum dogmata declinarit. Qubus cognitis, omnium grauiſſimum impœnitentiæ peccatum in eis animaduertimus, qui toties fruſtra correpti, in eadem obſtinatione perdurare contendunt, non ſatis habentes talia attentare, niſi, & ij, qui inter ipſos qui poſſe putant, illis in primis qui ſaluti eorum ſedulò inuigilant, exitium machinentur, illius ſtimulis concitati, qui ſceleſtum Iudam in funeſtum auaritiæ morbum inieciſſe non contentus, etiam ad prodendum Dominum ſuum pecunia impulit. Huius nimirum ſpiritus nequiſſimi ductu quondam Hieronymus Lignana Præpoſitus præpoſituræ Sancti Chriſtophori Vercellen. & plures alij conſcelerati huius ordinis, in necem dicti Caroli Cardinalis propitiatoris ſui conſpirantes, vt pecuniam ad tantum nefas expeditam conficerent, de trucidando in primis dilecto filio, Fabio Simonera Fratre dicti ordinis, prouentuum præpoſituræ Bredæ Mediolanenſis depoſitario, apud quem nummos inuenire credebant, ſecreto conuenerunt, inde ad Eccleſiam dictæ præpoſituræ, in qua ipſum orantem laqueo ſuffocare decreuerant, profecti, ſed inter ſe de modo aggrediendi miſericordia Saluatoris noſtri, diſcordes, hoc conatu deſtiterunt, mutatoque conſilio ſacra aurea, & argenta furati ſunt Quibus clam venditis, ſeu pignori datis, prædictus Hieronymus quendam Donatum Fariam comprofeſſorem ſuum, apoſtatam, pacta pecunia induxit, vt ipſum Carolum Cardinalem occideret, qui nacta loci, & temporis opportunitate, in eum veſperi de more in ſacello cum familia precantem, vt tranſuerberaret, ſclopum glandibus confertum, igne admoto exonerauit, ſed telorum parte ad veſtes orantis exinantia, aliis vtrinque in proximo violentia ictus defixit, innocẽtem diuina pietas ſaluum, & incolumen conſeruauit. Quare ambo, & quidam alij huius nefandi criminis participes, poſtea capti pœnas debitas perſoluerunt. Quando igitur familiam prædictam, nulli ſtudio ad Eccleſiæ Dei vtilitatem proficienti incumbentem, nulli diſciplinæ Eccleſiaſticæ deditam, nullum omninò futuræ virtutis ſpecimen oſtendentem, tam deteſtandis facinoribus infectam, tam atroci ſacrilegio contaminatam, & præterea impœnitentem, atque incorrigibilem agnoſcimus, omni de illa ſpe prorſus excluſa, ipſam tãdem tollere conſtituimus, tanquam malam arborem fructus peſſimos proferentem. Habita itaque cum fratribus noſtris deliberatione matura de illorum conſilio, & nobis attributæ poteſtatis plenitudine, extinguimus, & abolemus ordinem prædictorum fratrum Humiliatorum, officium Præpoſiti Generalis, ac Prouincialium, & quæcunque alia miniſteria ordinis, ſic ſuppreſſi, necnon omnia, & quæcunque ſtatuta, conſuetudines, & decreta eiuſdem, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quacunque firmitate munita, & pariter priuilegia, & indulta generalia, & ſpecialia, quorum omnium tenores, ac ſi ad verbum inſererentur, præſentibus habemus pro expreſſis, quibuſcunque illa concepta ſint formulis, necnon irritantibus aliis decretis, & vinculis roborata. Priuamuſque Generalem, ac cæteros omnes Præpoſitos, & fratres, omnes præpoſituris, dignitatibus, adminiſtrationibus, officiis & beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, necnon domibus, Conuentibus, & bonis immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus, in Italia, & vbicunque gentium conſtitutis, ſacra quocunque, & communi ſupellectile, ac ipſorum omnium vſu, vſufructu, adminiſtratione, ac poſſeſſione ſpirituali, & temporali, ac etiam iure, & actione, ſiue per ſtatuta noſtra, ſiue alias quomodolibet pertinente, Ac tollimus eis omnimodam facultatem, vſum, & auctoritatem, generalia, Prouincialia, & alia capitula de cætero celebrandi, Volumus tamen, vt omnes fratres qui nunc ſunt, qui profeſſionem regularem emiſerunt, deinceps in domibus, & locis, quos eis cum victu, & aliis neceſſa-

riis

Humiliati luxu & ambitione deperditi variis flagitiis delectabantur.

Inſidiæ Humiliatorum aduerſus Cardinalem Borrhomæum.

Ordo fratrum Humiliatorum qui ſub regula S. Benedicti anno 1189. à quodam Beato viro Ioanne Nouocomenſi inſtitutus fuerat, Pio V. ob flagitia innumera hic expreſſa extinctus eſt. Geſtabant habitum inſtar presbyterorum ſæcularium ſed totum album cum pileo rotundo.

riis proximè aſſignandos curabimus, omninò redigantur, vt ibi vitam ducant regularem ſuæ profeſſioni conformen ſub cura, & viſitatione ordinariorum locorum, aut alterius vel aliorum, quos eis duxerimus delegandos, vel iuxta iuris communis diſpoſitionem tranſeant ad pares, vel ſtrictiores ordines approbatos. Nouitij verò, & alij quicunque non profeſſi, detracto Religionis habitu, ex profeſſorum conſortio, & domibus expellantur. Quibus profeſſoribus nominatim præcipimus atque interdicimus, ne poſthac quemquam expulſorum, aut omninò alium, etiam vouentem, ad profeſſionem, vel habitum admittant, nec nouas domos, vel loca recipiant, vel acquirant, quod ſi ſecus fiat, profeſſio ſit inanis, neminemque obliget, neque in genere, ſic profeſſum. Nouarum domorum, ſeu locorum receptiones, vel acquiſitiones, viribus, & effectu careant, & contrafacientes, excommunicationis ſint ſententia eo ipſo innodati, à qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus abſolui poſſit, abſque Romani Pontificis licentia ſpeciali. Cæterùm intendentes, & cultui diuino, & Eccleſiæ Miniſtris, quamprimum proſpicere, omnes prępoſituras, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, cęteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, quę deinceps ſęcularia ſint, per priuationem prędictam, apud Sedem Apoſtolicam vacantia, necnon domos, Conuentus, loca ſupellectilem, bona, fructus, res, actiones, & iura ſupradicta eorumque proprietatem, & dominum noſtrę, & dictę Sedis liberę diſpoſitioni, ſpecialiter, & expreſſè reſeruamus. Decernentes irritum, & inane quicquid ſecus per prędictos, aut quoſcunque alios ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem vt pręſentium exempla Notarij publici manu, & perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę, ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorum faciant quam ipſęmet pręſentes facerent, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romę, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, 1577. Id. Februarij, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Fratribus profeſſis huius ordinis ſcelerum minime conſcius ad parem vel laxiorem viuendi regulam tranſire conceditur.

Beneficia ob huiuſmodi extinctionem clarantia ſedi Apoſtolicæ reſeruat.

In Longobardia tres Religioſi, ordinis Humiliatorum, non modò in ſacris, verumetiam in dignitate conſtituti, coniurationem inter ſe fecerant: è viuis tollendi R. D. Carolum Cardinalem Borromæum Archiepiſcopum Mediolanenſem, & cuidam, non quidem ſacris initiato ſed tamen eius ordinis profeſſo, Apoſtatæ negotium id efficiendi dederant, qui Mediolani diuerſans: capta ea occaſione in domo archiepiſcopali in Cardinalẽ flexis genibus in Oratorio precantem ſclopeto glandem coniecit, ſed diuina manu antiſtitem protegente, globus non penetrauit. Qui conieceerat, poſt aliquot menſes captus, ac Mediolanum ductus, coniurationem detexit, & manu truncatus, candentibuſq; forcipibus laceratus, extremo tandem mortis ſupplicio affectus eſt. Coniurati etiam comprehenſi, & initæ inter ſe coniurationis ſcelus faſſi. Summo Pontifice conſentiente, ſolenniter degradati ſunt, ac per Curiam ſecularem capite cæſi, Cuius rei ampliſſimum reddit teſtimonium Bulla ad extinctionem totius ordinis prædicti, propter hanc & diuerſas alias cauſas, præſertim impœnitentiã & incorrigibilitatẽ edita. Quæ extinctio hoc verborũ tenore declaratur Spiritus nequiſſimi dictu, quondã Hiero. Lignana Præpoſitus Præpoſituræ S. Chriſtophori Vercellenenſi, & plures alij conſcelerati ordinis Humiliatorũ, in necẽ Caroli, tituli ſanctæ Praxedis Presbyteri Cardinalis Borromæi huius ordinis Protector, & Apoſtolicæ Sedis delegatis, propitiatoris ſui conſpirantes, vt pecunia ad tantum nefas expetitam conficerent, de trucidando in primis dilecto filio Iabio Simoneta fratre dicti ordinis prouentuum præpoſituræ Bredæ Mediolanenſi depoſitario, apud quem nummos inuenire credebant, ſecretò conuenerunt, inde ad eccleſiam dictæ Præpoſituræ, in qua ipſum orantem laqueo ſuffocare decreuerat, profecti, ſed inter ſe de modo aggrediendi, miſericordia Saluatoris noſtri diſcordes, hoc conatu deſtiterunt, mutatóque conſilio, Sacra aurea, & argentea furati ſunt. Quibus clam venditis ſeu pignori datis, prædictus Hieronymus quondam Donatum Iarinam Comprofeſſorem ſuum, Apoſtatam, pacta pecunia induxit, vt ipſum Carolum Cardinalem occideret, qui nacta loci, & temporis opportunitate, in eum veſperi de more in Sacello cum familia precantem, vt tranſuerberaret Sclopum glandibus confertum igne admoto exonerauit, ſed telorum parte ad veſtes orantis exinanita, aliis vtrinque in proximo violentia ictus defixis. innocentẽ diuina pietas ſaluum & incolumen conſeruauit. Quare ambo, & quidam alij huius nefandi criminis participes, poſteà capti pœnas debitas perſoluerunt. &c.

Regulares

XLVII.

Regulares cuiuſcunque Ordinis etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduati non poſſint ſæcularium confeſſiones audire niſi ſint ab ordinariis approbati.

Tota hæc conſtitutio comitatur authoritate Cõcilij, Tridentini Seſſ.23.c.15. de reformat.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta nonnunquam geſta per eum rationabilibus & honeſtis ſuadentibus cauſis moderatur & commutat in melius, prout in domino conſpicit ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem quaſdam declarationes & moderationes circa nonnulla Concilij Tridentini decreta regulares perſonas ordinum Mendicantium eorúmque inſtituta concernentia edidimus & promulgauimus: Et quia vti accepimus illarum vigore ſacerdotes regulares prædictorum Ordinum quandoque minus idonei, & inhabiles confeſſionibus ſæcularium audiendis ab eorum ſuperioribus præpoſiti abſque aliqua Epiſcoporum, ſed ſola Magiſtri Ordinis Generalis, aut Prouincialium miniſtrorum approbatione admittuntur. Nos ſuper his pro debito paſtoralis officij prout tenemur ſalubriter prouidere volentes, tenore pręſentium hac noſtra conſtitutione perpetua ſancimus, decernimus, & declaramus, decretum Concilij Tridentini de approbatione Regularium audiendis confeſſionibus ſęcularium prępoſitorum ab Epiſcopis facienda obſeruari debere, etiam in omnibus Regularibus, quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, etiam ſub regulari diſciplina viuentibus, etiam ſi ſint lectores, aut in Theologia etiam de ſuperiorum ſuorum licentia, gradatui, vel promoti vel à ſuis Magiſtris Generalibus, vel Prouincialibus, Miniſtris, ſęcularium confeſſionibus audiendis expoſiti. Volumus tamen eos qui ſemel ab Epiſcopo in ciuitate & diœceſibus ſuis preuio examine approbati fuerint, ab eodem Epiſcopo iterum non examinari. Ab Epiſcopo autem ſucceſſore pro maiori conſcientię ſuę quiete examinari de nouo poterunt. Inhibentes cuiuſcunque Regularibus quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium vt pręfertur, ne vigore deputationis, & approbationũ ab eiſdem Magiſtris, & Miniſtris, prouincialibus, etiam quod illarum occaſione ab Ordinariis huic vſque tolerati fuerint, abſque ſpeciali in poſterum licentia, & approbatione ab Ordinariis obtinenda ſæcularium confeſſiones audire pręſumant. Decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac noſtris literis pręditis, & aliis poſtea quibuſcunque regularibus conceſſis, & forſan extenſis quas quo ad ea quę præſentibus aduerſantur & contrariantur, penitus, & omninò reuocamus, caſſamus, & irritamus, necnon monaſteriorum, & aliorum regularium locorum, ac ordinum quorumcunque, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis, quoque indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu bulla aurea, aut aliis nuncupatis, quibuſuis monaſteriis, & regularibus locis, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus & aliis decretis, etiam Motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet conceſſis ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorúmque totis tenoribus, ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentes literę ad omnium quorum intereſt notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prętendere, aut contra eas ſe excuſare valeat, dicta auctoritate ſtatuimus & decernimus, vt ipſęmet literę, vel earum tranſumptum in baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, ſancti Ioannis Lateranenſis, ac Cancellarię Apoſtolicę valuis, ac in acię Campi Florę per aliquos ex Curſoribus noſtris publicentur, earum

Regulares ante approbationem ab Epiſcopo non debent, audire Confeſſiones ſæcularium.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Forma publicandi conſtitut.

cuma

rum exemplo ſingulis valuis & acie prędictis affixo & dimiſſo. Verum quia difficile foret pręſentes literas ad ſingula quęque loca in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus & dicta auctoritate decernimus, quod earundem literarum tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Pręlati ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio & extra illud, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Datum Romę apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, octauo Idus Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Confeſſorum munus vt arduum & difficile eſt, ſic viros & Iudicio & prudentia maturos & ſumma eruditione conſpicuos expoſtulat. Nec omnibus presbyteris, ſed iis duntaxat qui ab ordinario probantur delegata facultas audiendi confeſſiones vt exactè traditur hac Pontificia conſtitutione. Poteſtas ſiquidem conſecrandi & poteſtas abſoluendi inter ſe maximè differunt. Hic poteſtas clauium clarius ſplendeſcit. Oportet vt concurrat vtraque poteſtas ſcilicet ordinis & Iuriſdictionis ad conferendum abſolutionis ſacramentum. Confeſſarius legitimus poteſtatem ordinis ſiue ſacramentalem immediate accipit à Chriſto in collatione ordinum, poteſtatem verò Iuriſdictionis recipit ab Eccleſia, idcirco iſtam poteſt auferre Eccleſia, illam verò Deus. Quamobrem Eccleſiæ authoritate debent probari qui foro conſcientiæ præſidere cupiunt vt omnibus ornentur conditionibus optimi confeſſoris, quas dilucidè enarrant Scholaſtici Doctores quorum ſententias enucleatiſſimè colligit Lopæſius 1. parte Inſtructorij Conſcientiæ.

XLVIII.

Coadiutoriarum, regreſſuum & acceſſuum reuocatio.

Coadiutoriarũ abuſus tollit Cõcil. Trid. Seſſ.25. de reform.c.7.

PIVS Epiſcopus ſeruorum ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta nonnunquam geſta per prædeceſſores ſuos rationabilibus & honeſtis ſuadentibus cauſis moderatur & reuocat, prout id Eccleſiarum indemnitati conſpicit in domino expedire, Hinc eſt quod nos volente omnem hæreditariam beneficiorum Eccleſiaſticorum ſucceſſionem de Eccleſia Dei tollere, ac libertati beneficiorum huiuſmodi prouidere, & vt de perſona magis vtili & idonea, prout requiritur, faciliùs prouidere valeat, Omnes & ſingulos regreſſus, acceſſus, etiam euentuales, aut pœnales, ac coadiutorias etiam de conſenſu, aut alias quomodolibet ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis efficaciſſimis, etiam Motuproprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, clauſulis irritantibus, & aliis decretis quomodolibet per quoſuis Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ad beneficia eccleſiaſtica, cum cura & ſina cura, ſecularia, & quorumuis ordinum regularia, etiam ſi ſecularia. Canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis aut collegiatis Eccleſiis & dignitates ipſæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt pontificales maiores, ſeu collegiatis Eccleſiis huiuſmodi principales, Regularia verò beneficia huiuſmodi, Monaſteria etiã conſiſtorialia, prioratus, præpoſiturę, dignitates etiam conuentuales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia etiam clauſtralia, ac hoſpitalia præceptorias etiam hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, etiam quarumuis aliarum militiarum quibuſuis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali dignitatate, aut Cardinalatus honore pollentibus conceſſos, ſuper quibus literæ Apoſtolicæ integraliter hactenùs expeditę nõ fuerunt, etiamſi in Plombaria noſtra aut penes Summatorem noſtrum reperiantur, Motu proprio, & ex certa noſtrà ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reuocamus, caſſamus, abolemus. Mandantes dilectis filiis noſtris Vicecancellario, & dicto Summatori, cæteriſque officialibus tam Cancellarię Apoſtolicæ, quàm Cameræ noſtræ ad quos ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis

Coadiutoriarũ reuocatio in beneficiis ſuper quibus literæ Apoſtolicæ integraliter expeditæ non fuerint.

noſtræ

noſtræ pœna, ne in futurum ſuper dictis gratiis regreſſus, acceſſus, & ingreſſus, nec non coadiutoriarum literas expediant aut relaxent. Decernentes ex nunc irritum & innane quicquid illorum prætexu contra præmiſſa ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam noſtra de non tollendo iure quæſito regula, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentes literæ ad omnium, quorum intereſt, notitiã deducantur, nec aliquis, earum ignorantiam prætendere, aut contra eas ſe excuſare valeat, dicta auctoritate ſtatuimus & decernimus, vt ipſæmet literæ vel earum tranſumptum in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ſancti Ioannis Lateran. ac Cancellariæ Apoſtolicæ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex curſoribus noſtris publicentur earum exemplo in ſingulis valuis, & acie prædictis affixo & dimiſſo. Verum quia difficile foret præſentes literas, quod eorũdem literarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutę munitis, & eadẽ prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extrà illud quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli exgo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incanationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo. Pridie Id. Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Prohibetur ne Camerales officiarij literas deſuper expediant.

Decretum irritans.

Corruptiſſima hæc ſæcula varios quotidie parturiunt abuſus illóſque potiſſimum in his rebus quæ debent eſſe ab omni abuſus proteruia alienæ. Irrepſerunt inter beneficia Eccleſiaſtica ſcandala quamplurima, quæ vel neceſſitatis, vel vtilitatis fuco teguntur. Hæc paſſim obſcurantia Eccleſiaſticum decorem euellit & eradicat Pius V. Epiſcopis deſidibus & pigris iubet, ne in poſterum dentur Coadiutor. Hæc perículoſiſſima animarum curam habentium conſuetudo ita inualuit vt Coadiutor, hæres viuentis eſſe cœperit quod ipſum quoque introductum eſt per eam quam vocant, cuiuſmodicunque ea ſit, electionem & acceſſum, propterea quòd Diuus Auguſtinus Valerio Hipponenſi Epiſcopo non ſucceſſerit, ſed acceſſerit. Hinc etiam fuerunt ſæpenumero Eccleſiæ eiuſmodi hominibus commendatæ, vt oues lupis commiſſas eſſe dicas. Cum aliquando cautum fuiſſet vt ad ſex ad ſummum menſes Eccleſiæ commendarentur, inita eſt ratio vt eſſent commendæ quas vocant perpetuæ, maximè earum Eccleſiarum, quas ſi Canones exactè obſeruarentur, ne poſſent quidem adminiſtraro ij quibus commendantur.

XLIX.

Statutum de fructibus, quos amittunt, qui horas Canonicas non recitant.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam

Ex proximo Lateranenſi Concilio pia, & ſalubris ſanctio emanauit, vt, quicunque habens beneficium eccleſiaſticum, cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex, mẽſes, quam illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento, non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus pro rata omiſſionis officij, & temporis, ſuos non faciat, ſed eos tantum iniuſtè perceptos in fabricas ipſorum beneficiorum vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentiùs, atque expreſſiùs prouidere volentes, ſtatuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur: qui verò matutinum tantum dimidiam: qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat: tametſi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis Canonicis cum aliis preſens ad ſit, fructuſque & diſtributiones forte aliter aſſignatas, ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel alias ſibi lucrifeciſſe prætendat. Is etiam præter fructuũ, & diſtributionum amiſſionem. Item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omninò ſeruitium habentia obtinentes, cum prædictis

Præceptũ de dicendis horis Canonicis ſub pœna amiſſionis fructuum beneficij habetur variis in locis iuris canonici 92. diſ. c. Si quis præsb. & extr. de celeb. miſſ. & de offic. Iudi. ordinat.

ctis pariter contineri. At quicunque penſionem, fructus, aut alias res eccleſiaſticas vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę 1572. duodecimo Kal. Octobr. Pont. noſtri anno ſexto.

Præter ea quæ copioſiſſimè in Oeconomia Canonica leguntur, ſingularia quædam de precibus canonicis recitandis hic adſcribſi. Ab eo tempore quo diuinitus primum è medio plebis ſelecti ſunt qui eſſent ſacerdotes Dei altiſſ. ſacerdotes ſemper fuit officium orare pro populo, adeò, vt peccata populi dicerentur comedere quod diſertis etiam verbis aſſerit Apoſtolus dicens, omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum. In nouo teſt. tametſi Christus verè ſummus ſacerdos vno ſacrificio ſui corporis in cruce mundi peccata tulerit, orationis tamen neceſſitatem ne ipſi quidem aduerſarij tollunt cuius certè præcipua cura non dubium, quin ſit eccleſiæ miniſtris peculiaris id quod apertè docet Iacob: infirmatur quis (inquit ille) in vobis, vocet eccleſiæ presbyteros, vt orent ſuper eum. Quo loco ſicut eccleſiis miniſtrorum vult eſſe proprium vt pro aliis orent: Ita eorum quam efficaciores eſſe preces non obſcurè demonſtrat. Perinde ſiquidem eſt, ac ſi dixiſſet, Si quis ægrotat, medicum vocet nam eius proprium ægrotis eſt mederi, hoc vt eludat Caluinus, vult presbyterorum nomine non quidem ſacerdotes aut eccleſiæ miniſtros, ſed iuxtà vim vocis, ſeniores qui maiore ſolent probitate ac grauitate pollere, eſſe intelligendos idque contra omnium Apoſtolorum: ac veterum tum omnium qui Apoſtolorum temporibus vicini fuerunt, conſuetudinem: alioqui proferat ipſe è tot venerandæ antiquitatis cateruis vel vnum ſuæ ſententiæ fautorem. Certè Paulus non ætatem ſed ordinem denotat, cùm ait, cum impoſitione manuum presbyteri, & rurſus. Qui bene præſunt presbyteri, & alibi, Reliqui te Cretæ vt conſtitueres per ciuitates presbyteros, & in actis, cùm conſtituiſſent illi per ſingulas eccleſias presbyteros, & rurſus. Statuerunt aſcendere Hieroſolymam ad Apoſtolos & presbyteros. Clemens certè lib. 2. conſtit. c. 24. & Iren. lib. 4. c. 44. Tertull. lib. de pœnit. & lib. de bapiiſm. aliique antiquiores vbicunque nomen presbyterorum vſurpant, non niſi in noſtram ſententiam id faciunt. Quod ad ſecundum caput attinet, quamuis Christus conceptis nos verbis orare docuerit. Pater noſter &c. præter eam tamen orationem quam meritò dominicam dicimus, in Eccleſia ſemper fuiſſe alias preces conſtat, vtpote Pſalmos, Hymnos, Lectiones, Antiphonas, & Orationes. Pſalmos fuiſſe teſtatur Paulus, inquiens. Cum conuenitis, vnuſquiſque veſtrum Pſalmum habet, &c. & alibi, commouentes voſipſos in Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritualibus, & rurſus loquentes vobiſipſis in Pſalmis, Hymnis, & canticis ſpiritualibus. Vide quam libenter hæc tria Paulus coniungat, Pſalmos, Hymnos, & Cantica, quæ ſic diſtinguit Hier. vt Pſalmos dicat locum Aethicum, id eſt, mores continere, Hymnos, Dei laudem, Cantica autem ad gratiarum actionem & beneficia Dei, vtpote ad mundi redemptionẽ, &c. referri putet. Quin etiam ipſo Christi tempore certam fuiſſe quandam precationem quæ à ſumpto cibo caneretur, ac laudem Dei cum cantu fuiſſe ex Euangelio conſtat, Et hymno, inquit, dicto, exierunt q. d. Solennibus precibus de more recitatis. Poſt Chriſtum Pſalmos fuiſſe vnam partem Chriſtianarum precum iudicat Dionyſ. Areopag. in omnibus docens ſacerdotum miniſteriis ſolitos fuiſſe decantari Pſalmos, Accedit Clemens lib. 2. conſt. c. 63. docens diebus Dominicis à Chriſtianis pro more recitari manè Pſal. 62. Deus Deus meus ad te de luce, Veſperę autem Pſal. 140. Domine ad te clamaui, &c. Tribus locis idem ſignificat Tertull. in exhort. ad caſt. Recogitemus inquit ipſam conſtantiam noſtram, quam alius alium ſe homo ſentiat cum ſua vxor ceſſit, ſi orationes facit ad Dominum, in proprio eſt cœlo, ſi ſcripturæ incumbit, totus illic eſt, ſi Pſalmum canit, placet ſibi, & lib de Veland. Virg. ad fin. Quantam caſtigationem merebuntur etiam illæ quæ inter Pſalmos & in quantũque Dei mentione retectæ perſeuerant, & lib. ad vxorem prope finem. Sonant inter duos Pſalmi, & hymni, & mutuò prouocant, quin meliùs Deo ſuo canat. Vnde orta eſt hæreticorum emulatio, vt ferè ſemper ad imitationem eccleſiæ aliquos ſibi Pſalmos finxerint, teſtis eſt Tertull. lib. de carne Chriſti. Remiſſo inquit Alexandro cum ſuis ſillogiſmis quos in argumentationibus torquet, etiam Pſalmis Valentini, &c. & Epiphan. ſcribit Hieracem Hæreſiarcam Pſalmos compoſuiſſe, ſuoſq; diſcipulos vt eos canerent edocuiſſe. Simile ferè eſt quod Aug. de Donatiſtis ait epiſtola 119. c. 18. Lectiones autem quæ nunc inter

inter precescanonicas leguntur, partim ex veteri, partim nouo teſtamento, partim etiam ex ſanctorum hiſtoriis: eiuſdem videntur antiquitatis, quod teſtatur Philo Iudæus lib. de vita contemp. Inter alia quæ in precibus Chriſtianorum fuiſſe dicit numerans λογια θεσπιθέντα διὰ τῶν προφητῶν quæ videntur eſſe veteris teſtamenti. Deinde ſcripta antiquorum virorum & principum Chriſtianorum, quæ videntur eſſe lectiones ex Apſtolorum hiſtoriis. Ex D. quoq; Aug. lib. 22 de ciuit. c. 8. & ſerm. de miraculis S. Stephani colligitur morem fuiſſe, vt loco lectionis in eccleſia recitaretur libellus publica authoritate confirmatus qui ſcribebatur mox vbi ab alio quouis ſancto æditum eſſet miraculum. Rabanus Maurus lib. de inſtit. cleric. c. 81. ſcribit Hæbreorum eſſe traditionem vt inter preces, lectiones reciiantur, quod vel hodie à Iudæis vidimus obſeruari, Antiphonæ à D. Ignatio dicuntur inſtitutæ in Antioch. eccleſia idque ad angelorum imitationem quos ſtrophas & antiſtrophas cantantes audierat, vt author eſt Caſsiod. lib. 1. hiſt. tripartitæ cap. 9. & Iſid. lib. de offi. c. 7. Orationes ſemper in eccleſia fuiſſe, eaſdemq; publicas ac ſuccinctas notius eſt quam admonicione egeat, fuerunt ergò ſemper ſed variæ tamen. De Tertio capite idẽ quoque ſentiẽdũ, ſemper enim publicus aliquis erat locus, orationi publicæ deſtinatus, cuiuſmodi in vet. teſt. erat templũ quod Salomonis dicebatur, in quo vel orabant, vel ſi peruenire non poterãt, eò ſemper orantes vultum conuertebant, hinc eſt quod Daniel apertis domus ſuæ feneſtris templum dum oraret reſpiciebat, accedit etiam quod ipſe Chriſtus domum patris ſui: domum vocat orationis, idem non obſcurè ſignificat Apoſtolus dicens, Annon domos habetis ad manducandum num eccleſiam Dei contemnitis? Accedit quod Petrus oraturus aſcendit in templum. Chriſtianorum autem templum quod σεμνεῖον & μοναστήριον appellat Philo Iud. deſcribit ex quo vel vno ſolo verbo patet eo lib. eum de Chriſtianis agere neque enim legimus vnquam apud gentes fuiſſe locum orationis μοναστήριον dictum, accedit Iuſt. Mart. qui in ſecunda pro Chriſtianis apologia dicit certum fuiſſe locum ad quem orationis gratia Chriſtiani conuenirent Tertull. initio lib. cont. Valentinum antiquorum templorum etiam formam deſcribit: dicens, Columbæ noſtræ ſimplex eſt domus, etiam in æditis, & ſemper apertis in lucem, amat enim figuram Spiritus S. amat orientis Chriſti figuram.

De quarto capite idem quoque eſt iudicium: in ſeptẽ enim tempora preces canonicæ hodie diſtinctæ ſunt, quod ſatis quadrat cum ſcripturis vel enim his precibus Deum laudamus, iuxtà illud, ſepties in die laudem dixi tibi, vel quoties peccamus, toties veniam petimus, iuxtà illud, ſepties in die cadit Iuſtus, &c. hæc autem quæ iam addiximus teſtimonia in eiuſdem ſenſum adfert D. Baſil ſerm. de inſt. monach. Primum orandi tempus iuxtà antiquiſſimum ſanctorum virorum inſtitutum, eſt nocturnum, iuxtà illud, media nocte ſurgebam, ad confitendum tibi, & illud, memor fui nocte nominis tui, & rurſum in noctibus, extollite manus veſtras &c. & alibi Lauabo per ſingulas noctes lectum, & iterum meditatus ſum nocte In corde meo, & alibi, Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Quid: quod ipſum Chriſtum in oratione pernoctaſſe legimus, & apoſtolos media nocte oraſſe: hæc igitur eadem conſuetudo in eccleſiam ab ipſius cunabulis inualuit quod teſtatur Clemens lib. 8. conſt. c. 42. ſcribens duas orationes quas ſolebant Chriſtiani nocte recitare: ac Plinius ſecundus, Chriſtianorum preces vocat, hymnos antelucanos, Tertull. quoque lib. de corona mil. docet Chriſtianos nocte ſolitos, ad orationem conuenire, & Cypr. lib. de orat. dominica, ad finem, inquit: ſint nocturnis horis precum damna, nulla orationum pigra & ignaua diſpendia. Sunt qui putant quatuor vel tribus ſemper vicibus noctu ad orationem Chriſtianos conueniſſe, ita tamen vt prima vigilia Pſalmos aliquot quidam ad hoc deſignati ſacerdotes canerent, ſecunda, alij, alios, tertia, alij, alios, quarta autem appropinquante aurora omnes ſimul conuenire ſolebant ad canendas Deo laudes: (vnde fortaſſe trium nocturnorum, & laudum in eccleſiis nomen hodie perſeuerat, omnia iam ſimul cantentur) quod ſignificare forteſſe volebat Hieron. in epiſtola ad Euſtachium, dicens, bis térque noctu ſurgendum ad orationem. Prima autem tertia, ſexta & nona horæ orationum ex propheticis & apoſtolicis literis deſumptæ videntur veſpere (inquit Dauid) mane & meridie narrabo miſericordiam tuã, Daniel quam tribus temporibus ſingulis diebus oraſſe Igitur, quæ à vetuſtiſſimis authoribus de horis canonicis accipienda dicuntur, hinc Cypr. inuenimus, inquit, obſeruaſſe tres pueros, in fide fortes, in captiuitate victores, horam tertiam, ſextam & nonam in orationibus celebrandis, & Hieron. tria, inquit, ſunt tempora quibus quotidie Deo flectenda ſunt genua, horam tertiam, ſextam, & nonam eccleſiaſtica traditio intelligit: & in actis hora tertia miſſus eſt Spiritus ſanctus in apoſtolos, cùm conueniſſent (vt vero ſimile eſt) ad orandum,

randum, & Petrus hora ſexta aſcendit in ſuperiorem domum ad orandum: ac hora orationis nona in templum ſe contulit ad orandum hinc Cypr. dicit has horas orandi antiquis obſeruatas. De prima apud eundem quoque Cypr. teſtimonium extat non obſcurum. Nobis, inquit, fratres dilectiſſimi præter horas antiquitus obſeruatas, orandi, & ſpacia & ſacramenta creuerunt, nam & manè orandum eſt, vt reſurrectio domini in matutina celebretur, hic certè manifeſtum eſt de matutina aliqua oratione loqui, ea autem non poteſt eſſe nocturna, quam nos hodie matutinam dicimus de nocturnis enim precibus iam prius egerat, tertia autem eſt vna harum quas antiquitus dixit obſeruatas, reliquum eſt ergo vt eadem ſit hora quam ille hoc loco matutinam, nos hodie primam dicimus. Vnde colligimus à vero alienum eſſe, quod ait Caſsiod. in ſuo primum miniſterium reliquis orandi horis iam olim receptis primam fuiſſe additam. De veſperis teſtamentum eſt apud Hier. epiſt. ad Euſtochium & apud Ambroſ. lib. 3. epiſt. 2. & Theodoretum In hiſt. ſanctorum. c. 17. De completorio Ambr. in Pſal. 118. Loquitur comparans Chriſtianos auibus quæ cum concedunt cubitum ſuauius canunt. De omnibus ſimul horis fuſè ſatis diſputat Baſil. ſerm. 1. de inſtit. monach. & in regulis, diſputatis fuſius interrogatione. 37. & Hieron. ad Euſtoch. tom. 1.

Vt autem omnes clerici & Sacerdotes quotidie canonicas horas recitarent, ſub Aug. ætatem in Agathenſi primum Concilio, c. 30. fuit decretum ſimiliter in Laodicenſi c. 18. Obſeruandum hoc loco, cùm horarum ſæpe fecerimus mentionem, eas non eſſe eius generis cuius ſunt quibus diem noctémque diſtinguimus, hæ enim æquales ſunt, canonicæ inæquales fuit enim antiquus Iudæorum mos totum diem artificialem in duodecim æquales partes diuidere, noctémque in totidem, quarum quæque erat hora iuſta, quæ tamen inter ſeſe inæquales erant propterea quod dies illi artificiales, quorum erant illæ partes, inter ſeſe non ſunt æquales hunc itaque in modum accipiendi ſint omnes ſcripturæ loci, in quibus de horis eſt ſermo vt in ea parabola qua deſcribitur paterfamilias qui primo mane, hora tertia, ſexta, nona & vndecima exiit, &c. Eſt igitur hora tertia hoc modo accepta diei ante meridiem medium, totius autem artificialis diei pars quarta, hora ſexta meridies: hora nona, diei poſt meridiem, medium, duodecima, finis. Huc ſpectat, quod ait Chriſtus, Nónne duodecim horæ diei ſunt ad huius ergo partitionis quaſi imitationem à primis Chriſtianis ſic videtur orandi tempus diſtributum, vt quoniam nunquam non orare, humana tum imbecillitas, tum neceſſitas non permittit, quoad eius fieri poſſit, quaſi obſeruetur, quod dictum eſt, Oportet ſemper orare, & illud, ſine intermiſſione orate, cum enim ter in quáque hora, quæ diei (vt dictum eſt) artificialis quarta ſemper pars eſt, oramus, ſingulis quodammodo diei artificialis orare cenſemur. Non itaque abſre Hieron. in epiſt. ad Euſtochium, & Baſil. in regulis fuſius explicatis interrog. 22. ac Beda in Luc. c. 18. eum locum (Oportet ſemper orare) de horis canonicis interpretati ſunt. Cætera quæ ad conſtitutionem pertinent alibi dicta ſunt.

L.

Appellationum cauſæ in criminalibus infra ſex menſes expediri debent.

PIVS Papa V, Motu proprio, &c.

LICET iuri maxime conſentaneum, nobiſque præcipuè cordi ſit, vt delinquentes condignis pœnis afficiantur, tamen re ipſa experiendoque cognouimus quamplures ſubterfugiis & cauillationibus legum diſciplinam euitare. Siquidem compertum eſt eos, qui tam in alma Vrbe noſtra, quàm in prouinciis ditionis Eccleſiæ in pœnis pecuniariis condemnantur, clypeo appellationum ſuffultos, ab aliis Iudicibus inhibitiones obtinere. Cumque tam dicti Iudices appellationum, quã qui coram eis iura Fiſci & Cameræ ſunt promoturi, de rei & cauſæ qualitate minus informati exiſtant, ac ipſi appellantes non modo appellationem ſuam proſequi non curant, quinimo illius expeditionem totis viribus ſatagunt retardare, quo fit, vt modo officialium mutatione, quæ interim contingit modo alio quouis prætextu condemnatio obliuioni tradatur, & ſic delictum impunitatem, & exinde ditionis noſtræ tranquillitas perturbationem, ac ipſa etiam Camera apoſtolica detrimentum non modicum conſequatur Quibus malis prouidere volentes cum remedium appellationis contra Iudicium iniuriam à legibus introductum minimè tollere intendamus, ſaltem cum eo homines abuti, & illud in calumniam verſum proſpiciamus, illius tempus limitandum & reſtringendum duximus, vt eo magis

Appellatio eſt triplex, videlicet quædam à ſententia diffinitiua de qua tractatur. ff. & C. de Appellationibus. Quædam ab interloquutoria ſententia quam require in l. 2. ff. de Appellat. recip. vel non. Quædam denique ab actibus extraiudi-

c albus cuius ſit mentio in l.1. 1. §. ſolent. ff. Quando appellan. ſit. Appellatio intra decē dies tantum poteſt interponi. auct. Hadre. C. de appellat. Appellatio illa quæ in cauſis criminalibus contigit debet iuxta hoc reſcriptum infra ſex menſes finiri.

hominum malitiis occurratur, & bene viuere volentium quieti & ſecuritati conſulatur. Hac igitur perpetuo valitura conſtitutione decernimus, vt lata in cauſis criminalibus ſententia continente pœnam pecuniarum Fiſco noſtro applicandam, appellantes ab ea (in caſibus tamen quibus aliàs de iure communi permiſſa eſt appellatio, & ſeruatis iis, quæ ex forma conſtitutionum apoſtolicarum circa depoſitum facien. ſeu cautionem præſtan ſunt ſeruanda) teneantur infra ſex menſes à die ipſius interpoſitæ appellationis computandos, ita coram Iudice appellationis cauſam ſuam proſequi, vt etiam expeditionem reportent, quibus elapſis & expeditione coram Iudice à quo, ad quamcũnque Fiſci inſtantiam, etiam ſi acta fuerint tranſportata, ſententiam præfatam debitæ executioni omni mora poſtpoſita demandare, ita vt effectualis incameratio ſubſequatur. Verum ne malitia Iudicis ius litigatorum efficiatur deterius, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ ac priuationis officiorum, etiam ſi illa ex cauſa oneroſa obtineant, ac refectionis omnium damnorum & intereſſe, quibuſcunque Iudicibus totius ſtatus noſtri eccleſiaſtici quacumque dignitate & præeminentia fulgentibus etiam ſi Legati, Vicelegati, ac prouinciarum Gubernatores exiſtant, committimus & mandamus, vt appellantibus ſine mora acta & proceſſus quoſcumque effectualiter tradi curent & faciant, & ipſi Iudices ad quos reſpectiuè, bona fide & omni verſutia ſemota ad cauſarum legitimam expeditionem procedant, ſcituri nos acriter vindicaturos ſi per eorum quempiam in præmiſſis fuerit appellantibus ipſis præiudiciũ generatum. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac quibuſuis legibus, & ſtatutis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque.

Placet Motu proprio M.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, indictione decimaquarta, die verò decimaſexta menſis Octobris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Sexto, Supraſcriptæ literæ affixæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, per me Ioannem de Soya Curſorem.

Iure ſtatutum eſt illud quod vno contextu fieri poteſt, varias temporum intercapedines non poſtulare ſecundùm Spec. in tit. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſ. cap. 1. col. verſ. ſed pene. & not. in l. 1. in pr. nc. ff. de verb. oblig. Sic & iuſtitiæ effectus non debet longis impedimentis remorari quod tamen plærúmque fit in appellationibus quæ clauo vt aiunt ſuſpenduntur ita vt delicta inulta remaneant, cum graui bonorum detrimento, bonis enim nocere videtur qui malis parcit. Iubet ideò Pontifex breui tempore infra ſex menſes appellationibus cauſarum criminalium finem imponi ne hac indulgentia & deſidia langueſcat iuris authoritas. Ex auth. ei qui C. de temporib. appellat. Appellans debet proſequi cauſam appellationis intra annum quo elapſo prior ſententia rata manet niſi longius tempus impetratum fuerit.

LI.

In ambientes dignitates officia Iuriſdictionum precio.

** Non opes nec fauore electioni Iudicis ſuffragari debent, publicis virtutis, eruditionis, & prudentiæ ſuffragiis opus eſt. Non aptè vtitur Pius V. voce illa ſuffragij, cum aliquantulum diſcrepet ab intentione & effectu conſtitutionis. Eſt enim ſuffragium vox illa quæ dabatur in comitiis & in tabellis deſcribebatur, qua vnuſquiſque ſuã declarabat voluntatem de aliquo magiſtratu creando aut re condamnando. Initio autem verè & palam ferebantur tabellariæ leges, quæ ſuffragia tabellis diſcuti voluerunt. Verum ſuffragium aliquando vt ſcitè notat Oldendorpus pro auxilio. vt in Tit. C. de ſuffrag. Nam quod in Nouellis legitur: vt* Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, *inſulſiſſimè verſum eſt è Græco Iuſtiniani. G. Sed à Gregorio Holoandro homine Doctiſſimo ſic reſtitutũ eſt vt præſides abſque vlla datione pecuniæ ad officia mittantur.*

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

ETSI Romani Pontificis continua, indefeſſáque meditatio circa ſubditorum ſuorum commodum, & vtilitatem continuè implicatur, ac quæ iis, quos vt filios tenerè diligit, obeſſe poſſe credit, de medio tollit: negociorum tamen multitudine preſſa ſingula indies ſingulos conſiderans illorum executionem, etiam dietim diſponit, vt & negocia ipſa ſalubrius dirigantur, ac ipſi ſubditi paulatim ſuis in eos amoris cognoſcant iudicia. Sanè licet alias ne ordo iuſtitiæ præuerteretur, & ex certis aliis inibi expreſſis cauſis per ciuiles conſtitutiones ſalubriter fuerit ſtatutũ, vt Iudices, & alij iuſtitiæ Adminiſtratores ſine quoquo ſuffragio* fieri debeant, grauiſſimis etiam iniunctis pœnis, qui præmiſſam conſtitutionem tranſgredi auſi quoquomodo fuiſſent: accepimus tamen nuper, non ſine animi noſtri diſplicentia, nonnullos pro conſequendis officiis, & dignitatibus iuriſdictionis exercitium habentibus pecunias, & alias res ſoluere, & permittere aliquibus Curialibus, quorum interceſſionibus, & fauoribus talia officia, & dignitates obtinent. Licetque nos pro noſtri Paſtoralis officij debito præmiſſa conniuentibus oculis pertranſire nequeuntes, omnem adhibuerimus diligentiam, vt tam ambitioſi huiuſmodi, quàm pecuniarũm huiuſmodi receptores, & ſtipulatores, tam publicè, quàm ſecretè reperirentur; nihilominus exinde nihil certi expiſcari hactenus potuimus, Cupientes igitur præmiſſis modum aliquem imponere, ac eos, quos ciuilium pœnarum timor à ſimilibus non coercet, per Canonicas ſanctiones auctoritate Apoſtolica omninò deterreri, & auaritiæ huiuſmodi genus iuri, & iuſtitiæ huiuſmodi tam obnoxium de medio tollere, conſtitutionis ciuilis, ac pœnarum per illas ſtatutarũm tenorem, & formam præſentibus pro expreſſis habentes, Motu ſimili, &c. & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas leges, conſtitutiones, ſtatuta, & decreta contra delinquentes huiuſmodi, tam à iure ciuili, quam à ſacris Canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones: & pœnas quaſcunque in tales inflictas harum ſerie innouamus, eaſque idem robur, eandemque vim obtinere volumus, atque ſtatuimus, quod, & quam habuiſſent, & haberent, ſi hactenus ad vnguem obſeruatæ fuiſſent, vel à nobis per præſentes emanerent. Inſuper quoque, vt earum vſus pœnarum multiplicatione ſtabilior efficiatur, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, quamque vim legis, etiam inuiolabilis habere ſancimus, legibus, conſtitutionibus, ſtatutis, & decretis prædictis præiudicium non inferendo, quinimo illis addendo, decernimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nemini cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerit, liceat mediante pecunia, vel ſolutione, & traditione, ac promiſſione aliarum rerum, etiam per interpoſitas perſonas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates, & officia exercitium, & adminiſtrationem iuriſdictionis habentia procurare, aſſequi, vel obtinere, ac ſi quis his præſentibus contraueniſſe quoquomodo dici, aut cenſeri potuerit, ipſum contrauenientem, eo ipſo confiſcationis omnium bonorum, degradationis & amiſſionis, tam priuilegij doctoratus, quàm quorumcunque per eum obtentorum officiorum, tam ſæcularium, quàm Eccleſiaſticorum, ac demum vltimi ſupplicij pœnas irremiſſibiliter incurrere volumus. Cæterũ, vt fraudibus, quæ circa premiſſa exoriri poſſent facilius occurratur, pari modo ſtatuimus, quòd vbicũnque, & quandocunque compertum fuerit per interpoſitam perſonam aliquas pecunias, ſeu alias res traditas, ſeu promiſſas fuiſſe alicui Curiali familiari, vel cuicunque alteri perſonæ pro officiis, & dignitatibus iuriſdictionis adminiſtrationem habentibus, is qui officium huiuſmodi obtinuerit ſe à præmiſſis, attenta interpoſitione perſonæ huiuſmodi nullatenus excuſare queat: quinimo nulla admiſſa ignorantiæ excuſatione ipſo iure præſumatur ſolutionem, & promiſſionem huiuſmodi de eorum qui officia, & dignitates ſimilia obtinuerunt conſenſu, & mandato penitus eſſe facta, iiſdemque propterea pœnis ſubiacere omninò intelligatur. Poſtremo ne ij qui in præteritum talia officia, ſeu dignitates ſolutionibus, ſeu promiſſionibus mediantibus impetrauerint, credant ſe per preſentes abſolutos eſſe; eiſdem Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine perpetuò declaramus eos pœnas in tales à iure communi inflictas incurriſſe, & contra eos ad pœnarum huiuſmodi proſecutionem procedi poſſe. Eos vero qui ſimilibus mediis aliqua officia, & dignitates ſimiliter iuriſdictionis adminiſtrationem habentia obtinent, ſi in futurum quippiam vnquam vigore præcedentium promiſſionum in aſſecutione officij huiuſmodi factarum ſoluerint, ipſo iure, & facto pœnas in hac noſtra conſtitutione contentas incurrere, præſentéſque noſtras tam eos qui in futurum officia ſimilia, & dignitates ſolutionibus, & promiſſionibus præcedentibus obtinebunt quàm eos qui iam obtinuerunt, ſi in futurum aliquid manutentionis in eis, aut alia cauſa ſoluerint ligare volumus. Decernentes contra præmiſſa quoduis pactum, etiam iuramento vallatum, ac inſtrumenta, & aliàs forſan deſuper editas ſcripturas minimè in cauſa eſſe poſſe quominus ſoluere habentes, ſi pro præmiſſis ſoluerint, pœnas preſentibus contentas incurrant. Nos enim pacta, conuentiones, promiſſiones, & ſcriptas, ac alia quæcunque quomodolibet vt præfertur initia exinde caſſamus, irritamus, & annullamus, eóſque á iuramentis, & aliis nexibus prædictis abſoluimus, necnon preſentes, & deſuper forſan conficiendas literas perpetuis futu-

Tollit nō ſolum nundinationes officiorum Pontifex verumetiā & media illa quibus ambitur ius aliquod in aſſequenda dignitate.

ris temporibus durare, ac omnes, & ſingulos à data præſentium irremiſſibiliter ligare volumus, illáſque nullo vnquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, aut ſub quibuſuis reuocationibus, & derogationibus comprehenſi nullatenus poſſe, Sícque per quoſcunque Iudices, &c. & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ac quibuſuis etiam Almæ Vrbis, & aliarū ciuitatum, oppidorum, terrarum, & locorum etiā iuramento &c. roboratis, ac prouincialibus, municipalibus, ac particularibus ſtatutis, ac legibus, etiā imperialibus, & in corpore iuris ſcriptis, priuilegiis quoque &c. etiam motu ſimili &c. etiam conſiſtorialiter &c. quibus omnibus illorum tenores &c. hac vice latiſſimè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentium tenor omnibus innoteſcat, nullúſque earum ignorantiam allegare queat, eas in valuis Baſilicæ principis Apoſtorum, ac ſancti Ioānis Lateranenſ. & in acie Campi Floræ de Vrbe publicari mandamus, ipſáſque ſic publicatas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, ita afficere volumus, ac ſi eſſent omnibus perſonaliter intimatæ. Decernentes quoque præſentium earundem ſolam ſignaturam ſufficere, & vbique fidem facere, in iudicio & extra regula quacunque contraria non obſtante, Ac illarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Almæ Vrbis Gubernatoris, aut alterius alij Iudicis ſigillatis eandem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Promiſſiones facta ſunt irritæ & inanes.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Non. Decembris Anno ſexto.

Extenditur conſtitutio etiam ad recipientes pecunias & mediatores.

Pœnæ in ambitus reos à iure ciuili ſtatutæ confirmantur hac conſtitutione.

CVM nuper, ne ordo iuſtitiæ peruerteretur, & ex certis aliis cauſis animum noſtrum mouen. fuerint confirmatæ omnes, & ſingulæ leges, conſtitutiones, ſtatuta, & decreta contra ambientes officia iuriſdictionis adminiſtrationem habentia, ea quæ pretio, ſeu promiſſionibus acquirend. tam à iure ciuili, quàm à ſacris canonibus facta, ac in illis contenta punitiones, & pœnas quaſcunque in tales inflictas innouauerimus, eaſque idem robur, eandemque vim obtinere voluerimus atque ſtatuerimus, quod, & quam habuiſſent, & haberent, ſi hactenùs ad vnguem obſeruatæ fuiſſent, vel à nobis emanaſſent: Inſuperque vt earum vſus pœnarum multiplicatione ſtabilior efficeretur, per noſtram conſtitutionem perpetuò valituram, quam vim legis etiam inuiolabilis habere voluimus, decreuimus inter cętera, quod perpetuis futuris temporibus nemini cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis fuerit, liceat mediante pecunia, vel ſolutione, & traditione, ne promiſſione aliarum rerum etiam per interpoſitas perſonas, aut alias quouiſmodo faciendis, aliquas dignitates, & officia, exercitium, & adminiſtrationem iuriſdictionis habentia procurare, aſſequi, vel obtinere ſub grauiſſimis pœnis in dicta noſtra conſtitutione, quàm hic de verbo ad verbum pro expreſſa haberi volumus, & mādamus, expreſſis: Attendenteſque quod fortè probabiliter dubitari contingat, an dicta noſtra conſtitutio comprehendat recipientes huiuſmodi pecunias, ac res, ac promiſſiones ſibi factas ſtipulantes, vt officia prędicta exercitium, ac iuriſdictionis adminiſtrationem habentia conferri faciant, ac mediatores, & interpoſitas perſonas: Propterea nos motu ſimili, & ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione declaramus, & quatenùs opus ſit, addendo prædictæ noſtræ conſtitutioni decernimus, quòd dicta noſtra conſtitutio, ac omnes, & ſingulæ pœnæ in ea expreſſæ perindè ligetn, & afficiant onnes, & quoſcunque cuiuſuis dignitatis, gradus, conditionis, ac præeminentiæ exiſtant, qui pro huiuſmodi officiis iuriſdictionis adminiſtrationem habentibus conferendis, ac mediatores, & interpoſitas perſonas quaſcunque pocunias vel aliàs res, et ſuprà receperint, ac ſi prædicti in dicta noſtra conſtitutione comprehenſi eſſent, & de illis in ea expreſſa

Extenditur conſtitutio ſuperior in mediatores.

ea expreſſa mentio facta eſſet. Necnon præſentes, & deſuper conficiendas forſan literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes, & ſingulos à data præſentium irremiſſibiliter ligare volumus, illáſque nullo vnquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quodpiam alio defectu notari, aut ſub quibuſuis reuocationibus, & derogationibus comprehendi nullatenus poſſe: Sicque per quoſcunque Iudices, &c. & cauſarum palatij apoſtolici Auditores ac S.R.E. Cardinales, ſublata, &c. iudicare debere, irritum quoque &c.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum pridie Idus Februarij, Anno ſeptimo.

Venalia ſunt paßim ſenatus & Iuriſdictionis forenſis officia vt minimè mirer ſi & ipſa iudicia aliquando venentur precio, quanuis venales ſententias quæ in mercedem ū corruptis iudicibus proferuntur etiam citra interpoſitæ prouocationis auxilium iampridem à Diuis Pontificibus infirmas eſſe decretum ſit l. venales. C. Quam prou. non eſt neceſ. Nunc vbique omnia venalia comperiuntur, vrbs quoque ipſa ſi emptorem inuenerit vt dixit ille apud Salluſtium. Tanti mali cauſas exploranti mihi occurrit truculentißima cupiditas, & auri fames cui nihil ſatis eſſe videtur. Ita vt omnes pauperiem fugientes infamem & parum laudabilem rerum copiam exquirant. De diuitiis ergo & Paupertate aliquid dicendum operepræcium exiſtimaui, vt concinna varietate progimnaſmatum noſtra in multas Pontificis conſtitutiones ſplendeſcant & frequentiore applauſu excipiantur. Primum ergo amentes illos cenſeo qui impigrè ſitiunt dignitates & officia nefario tramite, vt locupletentur & ſeipſos è luto honeſtæ paupertatis euehant. Meo iudicio præſtaret tenui ſaltem, mediocri fortuna contentum eſſe quemlibet, nihilque ſubire quod honeſtati non eſſet conſonum, quam ſummos inter & magiſtratus & honores, ea vel tentare, vel committere, quæ dum mentem ab omni diſtrahunt æquitatis via, vitam pariter infamant, & nomen homini extinguunt. Fateor quidem ingenuè, cunctis odioſam eſſe pauperiem, propterea quòd à multis quæ in deliberationem veniūt auocet, careat amicis, & ſollicitudinem pariat, atqui de cura minimum vel nullum prorſus ſit negocium. Nam quis niſi mentis expers, vel ἀθεός curis vacat? Nec adeo dolendum eſt, quod deliberationes impediat, niſi quatenus & honeſtæ ſint & vtiles, quod autem amicis careat habet malè. Id enim ſit præter ius & æquum, nam tum exactè perpenditur amicitiæ probitas, cùm debilis eſt fortuna, neque poteſt proſperis in rebus verum de amicis ferri iudicium: Sed noſtris quod mirum in modum diſplicet. Ita viſum eſt temporibus, vt cùm pauperi amicus ſit nemo, nihili paßim & fiat, & quod aiunt, vbique iaceat, quódque durius eſt & peius multò, noſſe velint eam, vt tamen de cæteris, aliquando ne parentes quidem. Ego nihilominus (quantum ad me pertinet) vt ſummam ſecludam rerum defectum, qui Græcis π]ώχεια ſonat, eſt enim & moribus claris, infeſtus: & ad turpia facilis, pluris ſemper feci nec minoris adhuc facio, tamen bonorum ſupellectilem, quam πενιαμ vocant, vt qua quis non minus commodè quàm ſine luxu, tum ſibi, tum familiæ ſuæ poßit ſatisfacere, quàm ſupremam illam diuitiarum congeriem, in qua vel optimus quiſque conſtitutus non aberret. Rapiunt ſiquidem mentem hominis velit, nolit, opes amplißimæ, eiúſque ad copiam ſemper maiorem intendendo, ita ſibi vendicant, vt ſuo propè iure non committant viuere, ſic diues quilibet, cum eo meritißimò venit conferendus, qui vel intercutem vel hidropiſim patitur, hic enim quo plus bibit hoc ſitit amplius, ille, quo abundat magis, hoc ardentius diuitias expetit. Impiger extremos (quod ex Venuſino poeta legitur) currens mercator ad Indos, per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes, concurrit tandem dolus fœnus, & id genus multa, quæ vt virtutem deduceretur, ita nullam habent cū æquo conſuetudinem. Credunt nihilominus iſtiuſmodi homines, dum plus æquo cogendis pecuniis intenti ſunt, vltrà cæteros ſapere multum, perſuadéntque ſibi primam vitæ fœlicitatem in rerum opulentia ſitam eſſe, neque admittunt pſalmographi regis conſilium, quo vult neminem ex diuitiarum opulentia inebriari debere Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, *neque perpendunt imò negligunt, quod in ſacris legitur,* Quid prodeſt homini ſi mūdum vniuerſum lucretur, animę verò ſuæ detrimentum patiatur? *aut nullam eſſe condignam rebus mundanis cum anima commutationem: Ea ſiquidem vt paulòpoſt legitur, plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm veſtimentum, & quod alibi de diuite ſeruator noſter loquutus eſt.* Facilius eſt enim camelum

per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. *Adhæc in ſacra pagina paſſim conſtat reiectos ferè ſemper diuites, ibi in Deiparæ virginis Cantico*, *Diuites dimiſit inanes, & ex Euangelio D. Lucæ*, Diues in inferno ſepultus. *Nam à delitiis quibus hac in vita largiter fruimur ad æternas dubium eſt non parum aditum. Falluntur qui diuites beatos eſſe putant, vt pulchrè cecinit Vergilius in culice verſ.* 78.

Quis magis optato (inquit) queat eſſe beatior æuo,
Quàm qui mente procul pura ſenſúque probando
Non auidas agnouit opes, non triſtia bella,
Non funeſta timet validæ certamina claſſis:
Non ſpoliis dum ſancta Deum fulgentibus ornet
Templa, vel euectus finem tranſcendit habendi
Aduerſum ſæuis vlterò caput hoſtibus offert.

Proinde Solomon cui ſapientiæ titulus datus eſt, non ab re, nec diuitias, nec paupertatem à ſummo rerum omnium conditore poſcebat,

רֵאשׁ וָעֹשֶׁר אַל תִּתֶּן לִי הַטְרִיפֵנִי לֶחֶם חֻקִּי

Id eſt, Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, nutri me pane demenſi mei. Cauſam verò ſic reddit. Ne forte ſatier, & negando dicam, quis eſt Dominus? aut ne fortè paupertate oppreſſus, furtum committam & aſſumam nomen Domini mei. Porrò quod Sapiens tantopere diuitiarum affluentiam deprecetur, nulla alia cauſa eſt, niſi quod luxum & viciorum examina ſecum trahere ſoleant, ſuperbiam quoque, atque alia infinita mala, ad hæc homo ſeipſum dediſcere ſolet, & ſubitò alius fieri, quod Euripides ait.

ὅτε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
εἰς ἕτερον ἦθος οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν.
Diuitiæ Dominum torquent in alium
Morem, non in quo prius erat.

Diuitias nempe comitantur faſtus, luxus, ebrietas, libido, ſimilis farinæ multa quibus vacat pauperies. Nec *deſunt* (*proh dolor*) *qui ſeipſos dum minus pro ſententia cadit negocium. cacodæmonum vinculis conſtringunt, vel laqueo ſuffocent, vel aqua peſſumdent, vtq; alios prætermittam. Quid de* Marco *Craſſo ſummo illo diuite dicturus ſum? Qui cùm* Romanorum *omnium foret ditiſſimus, idémque eloquentiſſimus, nobiliſſimus, iuriſconſultiſſimus, & Pontifex maximus, vt* Aulugelij *ſcripta ex* Aſellione *fidem faciunt, eo tamen auiditatis rerum deuenerat, vt inſatiabilis quoad vixit, ſemper fuerit eius in cogendis pecuniis animus tantúſque ardor, vt nemini ſatis eſſe minimorum iudicaret, niſi poſſet* Romanorum *exercitum ſuis redditibus alere. Quare, videtur non adeò factum incommodè, vt bello per eum & ipſius filium in* Parthos *pecuniæ cupidine ſuſcepto, abſciſſum eius caput auro liquefacto compleretur præſertim vt aurum quod perpetuò ſitiuerat: & cuius copia quantumuis magna ſatiari non poterat ſorberet, indéque fieret ſatur. Porrò ſubtilis opum conditio, qua quis & ſibi & ſuis vtrumque poteſt ab inedia cauere, tum quod magis ad virtutem faciat, tum quod ipſe* Deo Opt. Max. *nonnihil gratior videatur. Cum inquit pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non,* Deinde, pauperes euangelizantur, *& alibi.* Beati pauperes: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Denique apud pſaltem regium, Qui & Ipſe à paſtoris officio in regem vocatus fuit legitur.* Suſcitans de puluere egenum, & de ſtercore erigens pauperem. *Tandem, quia Deus ipſe pauperes elegit, vt & ſibi præſentia temporis adeſſent, & cœleſte conſequerentur regnum, ad quos ſuperbos requirendo: ſeſe conuertit ſemper ampliore dubio procul laudum congerit debet extolli, Ea ſiquidem arteis, à quibus vt abhorrent, ſic alieni ferè ſemper ſunt diuites inuenit, leges moderandis vrbibibus, bona pro parte ſtuduit excogitari, At quid non facit? aues, canes, ſimias, edocet, etiam naturalem præter inſtinctum, arcet pigritiam, ingenium ſuſcitatat, fugat ſomnum, quódque multoties negauit natura id ſibi parat, tum induſtria, tum labore, hæc exemplis licet vel paratiſſimis demonſtrare. Primùm ſic de ipſa paupertate ſcribit* Theocritus, ἁ πενία ὦ Διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει· αὕτα ὦ μόχθοιο διδάσκαλος· οὐδὲ γὰρ εὕδειν ἀνδράσιν ἐργατίναισι κακαὶ παρέχοντι μέριμναι, *Paupertas inquit* Theocritus *ô* Diophande *ſola artes excitat, ipſa laboris magiſtera eſt, neque enim dormire viris paratoribus malæ præbent anguſtiæ, Deinde Perſius.*

Quis expediuit pſitaco ſuum χαῖρε
Picas quis docuit verba noſtra conari?

Magiſter

Magiſter artis ingeniiq; largitor venter,
Negatas artifex ſequi voces,
Quòd ſi doloſi ſpes refulſerit nummi,
Coruos Poetas & Poëtidas picas
Cantare credas pegaſeium melos.

Et quod paupertas ipſa leges hominibus tradiderit, teſtatur ea quæ de frumentis diſponendis, & reprimendo menſarum ſumptu ſcripta eſt, quarum vtraque paupertati conſulit, denique quod paupertas, quamplurimos ad bonarum artium & diſciplinarum amorem compulerit, nónne qui tenui ſunt fortuna, vt plurimum conſequendis, vel liberalibus, vel mechanicis artibus ſe dedunt quo & vrgentem à dentibus famem aliámque quamlibet alias venturam à ſe neceſſitatē propellant? Fiuntq; aliqui clariſſimi artiū profeſſores aliqui periti ſſimi concionum expreſſores, nonnulli etiam in architectos doctiſſimos euadunt, quorum vt argumentum minoris conſtat euidentiſſimo, timeo bona pars ſi haberet, vnde poſſet victum trahere, longè maiorē artium notitiam faceret. Præterea, quod ingenium moderetur, & ad honeſta concitet paupertas, docet Dionyſius *tyrannus, qui aliquando regno propulſus, hominum alioqui quotquot tunc terra ſuſtinebat ſceleratiſſimus,* Corinthi *ludum aperiens, à morum intemperantia non parum ad manſuetudinem declinauit. Hac videlicet rerum mutatione commonſtrans non eſſe plus ſatis fortunæ credendum, cùm ex regni poteſtate quam habebat, in ludi moderatoris calamitatem ceciderit. Inſuper, quis neſcit quanti ſemper fecerit paupertatem* Cornelia Gracchorum *mater? quæ filios commonſtrando ſummis pro diuitiis ſupputabat, Nunquid &* Phocion *clariſſimus* Athenienſium *philoſophus pluris rerum tenuitatem, quàm opulentiam feciſſe videtur, quum legati* Philippi Macedoniæ *Regis ingentia proferrent ei munera, hortarentúrque vt caderet, quibus etſi non admodum egeret, liberos tamen eius fore neceſſaria, quibus difficile futurum erat, in anxia paupertate ad paternam gloriam conſcendere. Si mei* (*inquit* Phocion) *ſimiles erunt, idem hic agellus alet, eos, qui me ad hanc deuexit dignitatem, ſi diſſimiles nolo meis impenſis illorum ali augeríque luxuriam.* Valerius *quoque* Publicola, *qui primus omnium cum* Iunia Bruto Romæ, *conſulatum geſſit, ſic paupertatem amplexus eſt, vt illi poſt mortem, nihil nec celebrandis exequiis, nec cōponendo funebri foco, ſupereſſet.* Attilius *etiā* Calatinus, *vt de eo quod ſentit* Valerius *maximus dicā ex aratro ad* Romanorum *imperium citatus, pauperes nonnihil conſolatur, ſed diuites non minus erudit dum ſolidæ laudis cupidini non vult neceſſariam eſſe friuolam externorum comparationem. Poſtremò conſtat plures claris parentibus ortos, ad ſummum honoris apicem deuectos fuiſſe, quàm qui ſplendidis orti natalibus, aliquid amplioris gloriæ, maioribus parauerint. Quemadmodum* Publius Rutilius *qui vltima penè confectus inopia, ſua tandem induſtria Conſulatum adeptus,* Siculis *leges miniſtrauit eóſque à prædonum & fugitiuorum bello liberauit.* Publius *item* Venditius, *qui de* Craſſi *copiis primo triumphum duxit, deinde victor magnificè capitolinum ingreſſus eſt, qui aliquando captiuus turpiter in carcere vixerat. Quod profectò pluribus agerem, niſi paſſim id omnes teſtarentur hiſtoriarum paginæ, igitur vt ſemel dicam eorum qui valent cerebro nemo negabit mediam illam quam prædiximus bonorum poſſeſſionem, non minus ad obtinendum ingenij cultū accommodatiorem eſſe, ſed paratiorem multò quàm ſit ampliſſimus ille rerum cumulus. Rarò quippe videas pauperem luxui faſtui profuſioni deditum, rariùs pigrum, vinoſum, violentum, audacem, quæ quidem omnia nec tantum me Hercule cum virtute conueniūt: ſed & hic & maioribus ſarcinis ferè nunquam non grauatus eſt locuples, atqui non inficiabor quamuis rariſſimè contingat, vt idem & diues poſſit & bonus haberi. Sunt enim diuitiæ virtutis, vt docet* Ariſtoteles τὰ ὄργανα, *neque quò* Cicero *teſtatur vt præclaras res agat in facultates deſunt, frequenter accidit. Eſt enim quod impoſſibile, vt facilè emergant: & in magnos viros euadant, quorum virtutibus obſtat* Res (*ita ſentit* Iuuenalis) *anguſta domi. Verùm vt huc ſpectat, quoniam teſte* Gellio 1. *lib.* 2. *c. rerum quædam bonæ ſunt, quædam malæ, cæteræ dubiæ, vel indifferentes, bonæ quidem: vt virtutes: malæ quæ vitium participant: indifferentes reliquæ, nimirùm quæ inter has mediæ ſint: vt opes coniugium: vita, mors, voluptas: labor, aliáque id genus media vocabula:* Vituperio *diuitiarū illud additur quod his multi malè xantur, & opibus præſtent quod animo & eruditione exequi deberēt, nam minime cōceditur munerum fortunæ gratia abuti in conſequendis vel obtinendis falsò dignitatibus, ſic enim ambitus culpa vetari nec dilui poteſt. Quamobrē id ſeuerè prohibetur. l. hac lex. ff. ad l. Iul. de ambitu. nec hac nefaria venūdatione venudētur ſacra iura & adminiſtrationū officia.*

Cambiorum

LII.

Cambiorum illicitorum declaratio, & prohibitio.

Cambiũ eſt commutatio rerum ad res ſiue pecuniæ ad pecunias Syn vel vſur. 4. n. 1. Caiet. verb. cambium.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN eam pro noſtro Paſtorali officio curam diligenter incumbimus, vt Domini Noſtri ouibus opportuna pro animarum ſalute remedia adhibere minimè differamus. Cum itaque ad aures noſtras peruenerit, legitimum cambiorum vſum, quem neceſſitas, publicâque vtilitas induxit, ſæpenumero ob illiciti quæſtus cupiditatem ſic deprauari, vt ſub illius prætextu, vſuraria prauitas à nonnullis exerceatur: Nos petitionibus, quæ ſuper his nuper nobis factæ ſunt, hac perpetuò valitura decretali reſpondendum eſſe duximus, vt neque doloſis ſua fraus ſuffragetur, neque ignaros perdat inſcitia: ſic enim Paſtoris officium exequimur, dum gregem nobis commiſſum ab æternæ damnationis periculo eripere modis omnibus ſtudemus. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ ſicca nominantur, & ita confinguntur, vt contraentes ad certas nundinas, ſeu ad alia loca cambia celebrare ſimulant, ad quæ loca ij, qui pecuniam recipunt, literas, quidem ſuas cambij tradunt, ſed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt tranſacto tempore vnde proceſſerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiuſmodi literis traditis pecunia ibi denique cum intereſſe repoſcitur, vbi contractus fuerat celebratus, nam inter dantes, & recipientes vſque à principio ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, neque quiſquam eſt, qui in nundinis, aut locis ſupradictis huiuſmodi literis receptis ſolutionẽ faciat. Gui malo ſimile etiam illud eſt, cum pecuniæ, ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij traduntur, vt poſtea eodem in loco, vel alibi cum lucro reſtituantur. Sed, & in ipſis cambiis, quæ realia appellantur, interdum (vt ad nos præfertur) Campſores præſtitutum ſolutionis terminum lucro ex tacita, vel expreſſa conuentione recepto, ſeu etiam tantummodo promiſſo, differunt. Quæ omnia nos vſuraria eſſe declaramus, & ne fiant diſtrictius prohibemus. Porrò ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo poſſumus, occaſiones peccandi, fraudéſque fœneratorum, ſtatuimus, ne deinceps quiſquam audeat ſiue à principio, ſiue, alias certum, & determinatum intereſſe, etiam in caſum non ſolutionis paciſci, neque Realia cambia aliter quam pro primis nundinis, vbi illæ celebrantur, vbi verò non celebrantur, pro primis terminis iuxtà receptum locorum vſum exercere!, abuſu illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis & deinceps nundinis, ſiue terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur ne dum longiores præfiguntur, quam loca deſtinatæ ſolutionis deſiderant fœnerandi detur occaſio. Quicunque contra hanc noſtram conſtitutionem commiſerit, pœnis à ſacris Canonibus contra vſurarios inflictis, ſe nouerit ſubiacere Eos vero, qui conſpirationes fecerint, vel congeſtam, vndique pecuniam ita ad ſe redegerint, vt quaſi monopolium pecuniæ facere videbunrur pœnis, quæ à iure contra exercentes monopolia, conſtitutę ſunt teneri ſancimus. Volumus autem quod præſentes literæ in Camera Apoſtolica, & ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ, etiam Apoſtolicæ publicentur, & in ipſa Camera deſcribantur. Et quia difficilè foret eas ad ſingula quæque loca deferri, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius eiuſdem Cameræ, vel alterius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo dictæ Cameræ, vel Prælati Eccleſiaſtici munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Pœnæ aduerſus vſurarios ſtatutæ fuſè leguntur apud I. V. Doctores. Pan. de vſur. c. quia in omnibus. Hoſt. Bernar. Ioan. And. eod. tit. c. quia in omnib. Deci. conſ. 170. Glo. de iud. c. diſpendioſam. Archid. 14. q. cap. Quid dicam. Lau. Hug. & Goff. Ioan. Cal. Alex. conſ. 29. num 6. l. 1. Iaſ. conſ. 155. in rub. de vſur.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quinquageſimo ſeptuageſimo, quinto Calend. Februarij, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

A diuitiis ad vſuras ordine conſpicuo feruntur noſtra ſcholia per concomitantiam, ita vt raro iam iam ſeparentur. Opes illicita lucra petunt. Menandri eſt ſententia lucrum malum damnum ſemper adferre Κέρδ☉ πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει *Et Chryſoſtamus prudenter*

ter non minus quàm verè dixit ſæpe exiguum lucrum fraude quæſitũ magnas opes recte partas euertere. Nihil *eſt enim quod faciliùs omnia corrumpat quàm fraus. Quod ſi Capſam illam ſera, oſtio recte quoque communieris, tamen fruſtra id facis ſiquidem fraudem incluſam intus habes violentiſſimum prædonem qui quid inuenit diripit* Rapaciſſimum, *& auidiſſimum monſtrum hoc diplomate damnatur quod vſura eſt.* Cuius *diſcriptionem hic aptamus, eiuſq; diffinitionem exploramus.* Eſt *enim vſura nullius omninò rei precium ſed vſus rei mutuo datæ.* V*el eſt quicquid vltra ſortem mutuatam percipitur.* Nominis Etymologiam *breuiter adſcripſimus in annotationibus* Lòpeſij, *vt* Latinis *ab vſu,* Græcis *à partu* Hebræis *à morſu vocetur.* Dicitur *enim vſura, quicquid propter vſum ſortis accedit:* Græcè τόκ☉ *à* τίκω, *id eſt, pario. vel et* Græcis *filium ſignificat.* Vnde *etiã* Latinis *dicitur fœnus, quaſi fœtus, eo quòd numus numum pariat, quod contra naturam eſt, vt pulcbrè tradit* Ariſtoteles *politicôn libro primo capitulo ſeptimo, dicens quod ἡ βολοστατικὴ, id eſt, ars fœneratoria, ſiue vſura, meritò odio habetur, quoniam quæſtum facit à numo, cum non adhoc inſtitutus ſit: commutationis enim cauſa numus, non à natura ſed à νόμῳ, id eſt lege inductus eſt, quaſi medij ſeu fideiuſſoris vice, quod libro quinto* Ethicorum *latius proſequitur.* Fœnus *autem ſe ipſum maius facit, vnde & nomen (ſcilicet* τόκ☉ *quod partum ſignificat) venit: quia ſicut illa quæ pariuntur ſimilia gignentibus ſunt: ita in fœnore, numus numum parit.* Hinc *maximè præter naturam hunc quæſtum eſſe colligit Ariſtot. & Suidas ex Ariſtophane in nubibus ait,* τόκον *ſiue vſuram eſſe feram quendam beluam,* ἀργυριότοκον, *quæ per menſes & dies amplius argenti ſemper gignit ſerpente tempore &* D. Bernardus *in libro de cura rei familia. quem referunt* Calderi. *in repetitio. capituli nauiganti. in quinta oppoſi de vſu.* Salic *in auten. ad hæc.* C. *eodem, quæſt. vigeſimaquarta. ſimilis tropo inquit, quod vſura eſt latro legalis prædicens quod intendit (ſcilicet rapere)* Idem *ſimilis eſt vſura morſui aſpidis, vnde* Hebræis *à morſu dicitur, vt* Exodi 22. *ſi mutuò dederis pecuniam populo meo pauperi, qui tecum eſt, non eris ei tanquam exactor, neque inferes ei morſum, ſiue, neque imponas ei vſuram.* Per *morſum enim* Hebraico *ſchemate fœnus quo nocetur proximo intelligitur* Deuteronom. 23. *ibi.* Ne *morſum inferas fratri tuo &c. alienum mordebis &c.* Hinc *appoſitè grauiterque ſcripſit* Ioan. Chryſoſt. *ſuper illud* Matth. 5. Et *volenti mutuare. ſimilis eſt, inquit, pecunia vſurarij morſui aſpidis.* Percuſſus *enim ab aſpide quaſi delectatus vadit in ſomnum, & per ſuauitatem ſoporis moritur; quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit.* Sic *qui ſub vſura accipit, ſub tempore quaſi beneficium ſentit: ſed vſura per omnes ſuas facultates decurrit, & totum conuertit in debitum.* Hactenus Chryſoſt. *Pari ſchemate* Bal. *conſilio* 449. Ius *naturale, libro tertio ait, quòd vſurarius ſimilis eſt vermiculo ſigni (hunc eſſe puto qui latinè* Coſſus, Græcè ξολοφάγ☉ *dicitur, quem* Plin. *libro decimoſeptimo natural. hiſto. teredinem vocat, & tanquam delicatiſſimum cibum in deliciis fuiſſe refert, quod etiam autumat* Hieronym. *contra* Iouinia) *quia vermiculus (verba ſunt* Bal.) *ad tactum lenis apparet, ſed dentes habet ita duriſſimos, quòd omne lignum rodit & deuorat:* Ita *& vſurarius eſt vermis patrimonium rodens, & quamuis naturaliter eueniat, quòd animus maiora facinora magis deteſtetur tamen in vſurario contrarium eſt, quia quanto maiores vſuræ, tanto dulciores ſunt.* Et *ſicut ignis comburit infinitum, ſi combuſtibile habeat ſibi approximatum: ita vſurarius, tanquam ignis inferni, deuorat & redit quanto plus habet in marſupio.* Vide *ſi vacat apud* Bal. *ibi vbi latius viget.* Sed *tamen ignis ille in ſuos tandem authores conuertitur, eoſque deuorat, nedum in alio ſeculo, vt* Iacobi 5. *ſed etiam plerunque in hac vita: conturbat enim domum ſuam qui ſectatur auaritiam,* Prouerbiorum 15. Et *vetus teſtatur parœmia, malè parta malè dilabi.* Quàm *pulchrè* Heſiodus Ne *malè lucreris, mala lucra æqualia damnis.*

Definitionẽ *iam tandem præſcriptam vſuræ propius examinandam amplectemur primum ergo obſeruemus varia eſſe rerum diſcrimina, aliæ ſunt enim res quæ ipſo vſu minimè conſumuntur, vt agri, iumenta, ædes &c.* Sunt *autem inter hæc tres differentiæ.*

Prima, *vſus rerum quæ vſu conſumuntur non diſtinguitur quod ad contractum attinet, ab ipſis rebus & earum ſubſtantia neque enim propter ſubſtantiam, ſed propter ipſum, res in contractum veniunt: quare cum ſolo vſu perit ipſa rerum ſubſtantia, ab ipſo non cenſetur diſtincta earum autam rerum ſubſtantia quæ vſu non conſummuntur, quo ad contractum attinet, ab ipſo vſu cenſetur eſſe diſtincta, quia eiuſmodi rebus vti poſſumus ſalua earum ſubſtantia.*

Secunda *differentia eſt, quæ ex hac naſcitur, vſus rerum quæ vſu conſumuntur dominiũ transferri non poſſe niſi transferatur & vſus, & è contra vſum earum ſine dominio transferri quàm*

ri quàm non poſſe, qui enim pecuniam vinum, aut frumentum dat ad vſum, ipſam quoque dat earum ſubſtantiam, & earum illum conſtituit dominum. Poteſt nihilominus earum rerum quæ vſu non conſumuntur, vſus dari ſine earum dominio: qui enim equi ſui vſum cuipiam dat, non continuò facit eum equi illud dominium.

Tertia doctrina eſt, vſus earum rerum quæ vſu conſumuntur, non habet vllam æſtimationem ſine ipſarum ſubſtantia, aliarum autē rerum vſu, per ſe, etiam præter earum ſubſtantiam nonnullam habet æſtimationem: & hinc ſumit originem & quaſi radicem figit peccatum quod in omni vſura latet: quod vſura nihil aliud ſit quam precium rei quæ mutuo datur, cuius licet vſus ab ipſa eius ſubſtantia non ſit diſtinctus, ab ipſa tamen ſubſtantia venditur ſeparatus.

Tria igitur certiſſima ſunt agnoſcendæ vſuræ ſigna. Primum, ſi contractus habeat ſpeciem mutui, quia quemadmodum vbi non eſt in contractu venditio ibi non poteſt eſſe in iuſtitia, ita vbi non eſt ſimilitudo quæ de mutui, non poteſt eſſe vſura. Cæterùm an contractus re vera habeat mutui ſpeciem, ex rebus ſubiectis cognoſcendum eſt, Si enim res de quibus fit contractus, vſu conſumuntur, mutuum eſt, ſin minus mutuum non eſt.

Secundum ſignum eſt, ſi pro vſu rei quæ mutuo datur, accipiatur aliquid quod pecunia æſtimari poſſit. Hinc enim fit vt vſura ſit ſi quis pecuniam mutuò det: ea lege, vt qui nunc accipit, aſtringatur iam danti, alias eſt ſi indiguerit mutuare. Quamuis debeat hoc ipſum alter alteri ex charitate & gratitudinis ergò: ipſa tamen obligatio æſtimari poteſt pecunia idem quoque ſentiendum de cæteris conditionibus quæ mutuò accipienti imponuntur.

Tertium ſignum eſt, ſi precium accipiatur ratione ipſius mutuationis. Si enim alia ratione accipiat quis aliquid, vſura non erit. Sit enim qui mutuo dat pecuniam eo animo vt eius cui mutuat, amicitiam ſibi conciliet, etiamſi ex ea amicitia propter mutuum inita ſequatur aliquod emolumentum quod æſtimari poſſit pecunia non tamen erit vſura.

Vſuram diuino iure eſſe prohibitam non eſt dubium, id quod ex multis ſcripturæ locis patet, vt Exod. 22. Leuit. 25. Deut. 26. 2. Eſdr. 5. & alias ſæpe. Cæterùm num iure quoque naturali, prohibita ſit, verti poteſt in quæſtionem quæ tamen facilè diluitur. Si enim natura vſuræ ea eſt (vt re vera eſt) quæ in ſuprapoſita definitione explicatur, omnis profectò vſura contra ius etiam naturale eſſe conuincitur. In omnibus ſiquidem vſuræ cōtractibus neceſſariū eſt vnum è tribus inueniri. Aut enim eadem res bis venditur, vt cum res primum ipſa venditur, deinde eius vſus qui tamen ab eius ſubſtantia non eſt diſtinctus aut venditur tempus, id eſt. expectatio ſolutionis aut certè venditur, nihil quæ tamen omnia ſunt naturæ legi contraria. Hinc patet qua tandē ratione fuerit antiquitus Iudæis in alienigenas permiſſa vſura. neque enim per diſpenſationem vt multi putant fuit permiſſa, ſic vt ex re illicita fieret quaſi licita, id quod in furto Iudæorum de Aegypto exeuntium factum legimus. Quod enim contra ipſam naturæ legē militat, ex illicito fieri licitum non eſt, neque enim in eo Deus qui naturæ vim non rumpit, diſpenſauit, neque enim permiſit, vt paulatim Iudæos in terram promiſſionis infirmaret, ſi enim ea ratione eis vſuram permiſiſſet, id tantum cum gentibus eis quorum poſſeſſuri ibant terram exercere conceſſiſſet qui tamen omnibus gentilibus fieri permiſit, neque tanquam omnium bonorum externorum Dominus id fecit, tradens Iudæis eorum per vſuram poſſeſſionem, ſi enim voluiſſet eis omnium tradere bonorum tanquam dominis poſſeſſionem, quid opus erat his ambagibus? Accedit quod eo modo incurriſſet Deus aliarum omnium gentium offenſionem malo Iudæorum exemplo: &, quod ſi hoc intellexiſſent Iudæi, profectò ſine vllo exemplo ſuas inter gentes vſuras auxiſſent ſine modo. Supereſt ergo vt promiſerit tantùm Deus vſuram quantum ad impunitatem, vt qui fratri ſuo ad vſuram daret pecuniam, & peccaret, & puniretur, qui autem alienigenæ, peccaret quidem, ſed non puniretur: quod vel ex eo ſolo patet quod toto eo c. Deut. 23. de pœnis agitur huic ſequitur falſam eſſe eorum opinionem qui putant in nouo teſtamento non eſſe prohibitam vſuram, ex id colligentes quod dictum eſt. Oportuit te committere pecuniam meam nummulariis vt ego quod meum erat, cum vſuris vtique acciperem: hoc ſanè loco quamuis videatur, Chriſtus tamen vſuram non probat: ſed vtitur tantum argumentandi genere ex opinione aduerſarij ſumpto, vt ſcilicet quia putabat ſeruus. Dominum ſuum vſurarium debuit ipſius pecuniam dediſſe ad vſuram. Alij putant vetitam eſſe vſuram cum dicitur. Date mutuum, nihil inde ſperantes cum tamen ibi non de vſura ſed de charitatis perfectione agatur, etiam ſi ex eo loco manifeſtè colligatur vſuram eſſe contra ius diuinum. Si enim poſtulat charitatis præceptum vt egeno mutuum demus ſine vlla viciſſitudinariæ mutuationis expectatione multo

cerè magna poſtulat vt ſine vſuris mutuo demus. Neque tamen propriè autem in ſeptimo mandato prohibetur vſura, quæ ſi vera eſt, actum furtum eſt, Neque hic ſequendæ ſunt leges ciuiles quæ omnem vſuram committunt vſque ad centeſimam: eam videlicet quæ ſingulis menſibus pro centum mutuò datis reddere cogit vnum ſiue nummum ſiue aureum: cuiuſmodi leges inueniuntur in 22. lib. digeſtorum, & in Codic. titulo de vſuris. Hæ enim leges impunitatem tantum faciunt, ſecuritatem conſcientiæ non faciunt, quia ea actio cum ipſo naturæ iure pugnat.

Quamuis ipſa, vſura natura ſine peccato non conſiſtit, quia tamen erga contractus ſemper verſatur, contractus autem ex ſingulis circunſtantiis ſunt examinandi: fit aliquando vt eiuſmodi ſint contractus, circunſtantiæ vt eis tollatur vſuræ natura, harum autem quædam ab omnibus probantur, nempe damnum emergens, & lucrum ceſſans. De his compendiosè loqui nequeo cùm ampliſſimus abuſus omnem ſcholij laconiſmum excedat, iſtáque potius auarum cambiatorem quam iuriſconſultum deceant.

XIII.

In authores librorum famoſorum.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta ad ea ſolicitudinis ſuæ partis potiſſimum conuertit, per quæ inter ſingulos gregis eiuſdem fideles, præſertim vero nobis, & Romanæ Eccleſiæ ſubditos pax, & concordia confouentur, ſeditiones euitantur, ſcandalis obuiatur, & animarum ſalus procuratur. Cùm itaque iracundia ſit perturbatio immanis, affectione dura, violenta potentia, cædium cauſa, calamitatis ſocia, iacturam concilians & dedecus, pecuniarum pernicies, atque perditionis origo, eáque potiſſimum ex iniuriis verbo, vel ſcriptis, vel facto illatis naſcatur: Nos qui non ſine maxima mentis noſtræ perturbatione ſæpenumerò accepimus, quod licet tam per Sacras Leges, quàm Canonicas Sanctiones, ſub certis etiam grauiſſimis pœnis prohibitum fuerit, ne quis famoſum libellum componere audeat, & repertum ſiue domi, ſiue in publico, vel in quocunque loco, aut corrumpere, vel igne conſumere teneatur prius, quàm aliter inueniat, & nulli fateatur inuentum, & qui ſecus fecerit quaſi auctor huiuſmodi delicti eiſdem pęnis ſubiaceat: nihilominus conſiderando, quod in dies creſcente malitia, quàm plures iniquitatis filij, perditionis alumni pœnas prędictas paruipendentes eaſque variis fraudibus euitare ſatagentes, auſu temerario non erubeſcunt variis modis nonnullos Principes & Prælatos, nobiles, publicas & priuatas perſonas variis iniuriis, & conuitiis afficere eorumque famæ, & honori detrahere, ſub quodam ficto colore quarundam literarum incerto auctore ſcriptarum, nedum ab Vrbe noſtra, ſed etiam ex diuerſis prouinciis in quibus nedum ea quæ in vnaquæque regione ſucceſſerunt narrantur, ſed ea etiam quæ in futurum quodam eorum temerario iudicio fore opinantur, adeo vt plerunque odia, inimicitiæ ſeditiones, rixæ & homicidia permulta oriantur, in diuinæ maieſtatis offenſam, animarum periculum, perniciosum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum. Volentes pręmiſſis quantum poſſumus obuiare, conſiderantes attentius quod plures pœnarum grauitas quam Dei timor arcere ſolet à voluntate delinquendi, & propterea tanto periculo occurrere volentes, ac tam nefarios præſumptores & facinoroſos homines atrocibus pœnis torpeſcere, vt metus pœnæ meta huiuſmodi præſumptionis exiſtat: huius perpetuæ, & irrefragabilis conſtitutionis edicto pœnas omnes tam temporales, quàm Eccleſiaſticas in talia præſumentes per Sacras Leges, & Canonicas Sanctiones latas, & promulgatas auctoritate Apoſtolica approbantes & innouantes, ac ad omnes, & ſingulos prædictos, qui forſan ſub illis comprehenſi non eſſent, extendentes & ampliantes, ſtatuimus & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nemo cuiuſuis qualitatis, dignitatis etiam Eccleſiaſticæ ſtatus gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerit, audeat nec præſumat libellos famoſos, nec literas monitoras vulgo appellatas *Lettere d'Auiſi*, continentes conuicia, iniurias vel famæ & honoris alicuius læſionem, nec aliquam ſcripturam in qua de futuris ſucceſſibus diſſeratur, vel eáque coram nobis, vel aliis ad vniuerſalis Eccleſiæ ſta-

Ex iracundia & malo animo veluti è cauſis primaris ſolent libelli famoſi iudicari, nam pœna libelli famoſi nemo tenetur, niſi dolo malo illud fecerit, ediderit, compoſuerit, vel ab alio factum non lacerauerit, ſed aliis dolo malo publicauerit vel manifeſtauerit, tex. in l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. verſicu. dolóve malo fecerit. ff. de iniur. Et iſtud probatur ex alternatiua, dolóve malo fecerit. de qua in d. §. ſi quis librum. Nam cùm in d. §. ſi quis librū dicatur, Si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quo quid

earum fieret, &c. illa alternatiua, dolóve malo fecerit, tur dolus malus denotat, quòd etiam requiritur dolus malus inſcribente, componente, edente, ad hoc vt quis teneatur de libello famoſo, carmine famoſo, ſeu libro famoſo vel cantilena famoſa quia vna pars alternatiuè declaratur, & intelligitur ſecundùm alium. tex. ad literã in l. 1. & ibi Bart. Socin. & Docto. ff. de reb. dubiis. & Bapt. Zilett. l. ſi quando. nu. 356. verſi. & licet decretum. C. vnde vi. & iſtud comprobatur, l. 1. C. de famo. libel.

tus regimen deputatis ſecreto tractantur, reuelentur, componere, dictare ſcribere exemplaria retinere, nec aliquém tranſmittere, etiam ſi aliunde ab aliis prouinciis ciuitatibus, terris, & locis, ad eòrum manus peruenerint, ſed ſtatim quod aliqui ſimiles libelli, literæ, ſiue ſcripturæ, alicui delatę fuerint, ſtatim quod illos, ſeu illas habuerit, antequam vim earum manifeſtauerit, corrumpere, ſeu igni tradere, vel dilecto filio noſtro Cardinali Ruſticucio conſignare teneatur, ſub pœnis prędictis quas hic pro expreſſis haberi volumus, ac aliis etiam grauioribus, etiam vltimi ſupplicij & confiſcationis bonorum, ſecundum qualitatem facti, & perſonarum, arbitrio noſtro irremiſſibiliter infligendis, quibus pœnis etiam eos ligare volumus, qui in huiuſmodi libellis literis ſeu ſcripturis de aliquo oblocuti fuerint, alicuiuſque famę & honori, vera etiam exprimendo, detraxerint, ac ea quę coram nobis, vel aliis vt ſupra ſecretò tranctantur, reuelauerint: ex hoc equidem animus deprehenditur prauus iniuriandi, & nocendi, atque ideo eos eadem pœna teneri conuenit. Necnon præſentes, & deſuper conficiendas forſan literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes, & ſingulos à data præſentium irremiſſibiliter ligari volumus, illáſque nullo vnquam tempore de ſubreptionis vitio aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, aut ſub quibuſuis reuocationibus, & derogationibus comprehendi nullatenus poſſe, Sicque per quoſcunque iudices, &c. etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata &c. iudicari debere, &c. irritum quoque, &c. decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ac quibuſuis etiam Almæ Vrbis, & aliarũ ciuitatum, oppidorum, terrarum, & locorum etiã iuramento &c. roboratis, ac prouincialibus, municipalibus, ac particularibus ſtatutis, ac legibus etiã imperialibus, & in corpore iuris ſcriptis, priuilegiis quoque &c. etiam motu ſimili &c. etiam conſiſtorialiter &c. quibus omnibus illorum tenores &c. hac vice latiſſimè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentium tenor omnibus innoteſcat, nullúſque earum ignorantiam allegare queat, eas in valuis Baſilicæ principis Apoſtorum, ac ſancti Ioãnis Lateranenſ. & in acie Campi Floræ de Vrbe publicari mandamus, ipſáſque ſic publicatas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, ita afficere volumus, ac ſi eſſent omnibus perſonaliter intimatæ. Decernentes quoque præſentium earundem ſolam ſignaturam ſufficere, & vbique fidem facere, in iudicio & extra regula quacunque contraria non obſtante, Ac illarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Almæ Vrbis Gubernatoris, aut alterius alij Iudicis ſigillatis eandem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſextodecimo Calend. Aprilis Anno Septimo.

Maleferiati quidam homines nihil antiquius habent quam alienam famam laceſſere atrocibus iniuriis & libellis famoſis quibus inſontes digladiari ſolent, non minùs audacter quàm ſtolidè. Euulgãtur paſsim ex Officinis anonymis libelli anonymi virulentiſsima maledicẽtia & turpiſsimis ſcomatis referti. De his dicam quod iure edoctus aliquando opinatus ſum. Duplex eſt genus famoſi libelli, Famoſum libellum vocamus, qui ad alterius infamiam ſcriptus eſt, ſiue ſine nomine, ſiue etiam cum nomine authoris, quiquidem extra iudicium prolatus ſit. Deinde famoſum Libellum in iudicio appellamus, qui eſt ſine auctore & inſcriptione, hoc eſt cuius auctor nomen ſuum non profitetur, neq; ſubſcripſerit vt accuſator. Certè non eſt maius crimen, vbi quis vel alium mentitur nomen, vel ſine nomine famoſum libellum edidit. Nam & infeſtiores inſidiæ ſunt, cùm neſcimus cum quo nobis res eſt. Memini Catonem olim gloriari ſolitum, læſæ maieſtatis ſæpe accuſatum, ſemper abſolutum fuiſſe, ſed liquidiorem abſolutionem eſſe exiſtimo, vbi infeſtus inimicus accuſare palam non audet. Et vt breue faciam, conſtat accuſationem legitimam non eſſe, quæ ſuum auctorem non prodit. Libelli famoſi author Cæſaris reſcripto extremo ſupplicio punitur. Menochius Iuriſconſultorum noſtræ ætatis facilè princeps quo certiùs capitalis pœna authoris libelli famoſi internoſcatur

certos quoſdam caſus conſtituit. lib. 2. Centur. 3. caſ. 263. de arb. iud. quibus vel moderatur, vel augetur pœnæ ratio.

Primus eſt, cùm quis libellum famoſum compoſuit, & publicauit, vel alteri publicandum curauit, tũ iſte punitur ea pœna capitali. l. vnic. C. de famo. libel. vel aliquando deportatur. c. 2. quis. q. 1. efficitur etiam inteſtabilis. l. ob carmen. ff. de teſtibus. & iure Pontificio verberibus afficitur: & interdum excommunicatur. c. 1. c. 2. & c. 3. qui 5. q. 1. & ibidem ſcribunt Gemin. Archiep. & Ioan. de Turre crema. Sylueſter Prierius in ſumma, in verbo, libellus. num. 5. Placa lib. 1. Epito. delicto cap. 3. ad finem. Iulius Clarus lib. 5. ſententia. §. vlt. q. 68. verſ. libelli famoſi.

Secundus eſt caſus cùm is, qui libellum hunc famoſum compoſuit, illud non publicauit, nec publicandum curauit, ſed caſu fuit ab aliquo publicatus, hoc caſu crederem hunc eiſdem pœnis feriendum eſſe: quandoquidem is primam cauſam præſtitit infamandi illum, & ſuæ imprudentiæ adſcribere debet, quòd ita compoſitum libellum apud ſe retinuerit. Nam non dicitur facti pœnituiſſe, quia ſi pœnituiſſet, facilè ei erat illum lacerare & comburere. Conicitur ergo ſuo conſenſu factam eſſe publicationem, iure ergo pœna ordinaria meretur puniri.

Tertius eſt caſus, cùm quis libellum famoſum compoſuit, illum lacerauit antequam tota eius ſeries, vel forma publicaretur, cum ſolùm fama quædam generalis extaret libellum aliquem famoſum fuiſſe ab authore iſto compoſitum. Hoc in caſu opinor nullam pœnam eſſe huic compoſitori indicendam, cùm antequam prodiiſſet ad aliquem extrinſecum actum, facti pœnituerit. Quæ ſanè pœnitentia excuſat.

Quartus eſt caſus, cùm quis libellum hunc famoſum non compoſuit, ſed ita compoſitum caſu reperiit, nec illum, vel lacerauit, vel deleuit, vel combuſsit, ſed publicauit. Hic eadem pœna capitali plecti debet. d. l. vnica. §. 1. C. de famo. libel, Ea eſt ratio, quia hic præſumitur libelli compoſitor: ita ſenſerunt omnes in cap. 1. ex illo text. 5. c. 1. Sylueſter Prierius, in ſumma in verbo, libellus, ad finem, verſ. aduertendum eſt tertiò. Accedit quod ſine huius opera fruſtrà libellus fuiſſet compoſitus. Hic ergo qui delictum ad effectum perduxit, puniri meretur. Cæterùm, ſi hoc in caſu ciuiliter ageretur aduerſus hunc libelli inuentorem & publicatorem, pœna erit arbitraria ex iuramento læſi adhibita iudicis taxatione, vt in aliis iniuriis ſancitum fuit. §. pœna. Inſt. de iniuriis. & in ſpecie ita ſcribit Sylueſter. in d. ſumma, in verbo, libellus. in fine. qui ſubiungit hunc etiam in foro conſcientiæ teneri ad reſtitutionem famæ.

Quintus eſt caſus, cùm quis libellum hunc famoſum tantummodo reperit, atque ita illum non publicauit. Sed illum vbi inuenit reliquit; vel ſecretò apud ſe retinuit. Opinor hoc in caſu hunc nullam pœnam mereri Siquidem tex. d. l. vnic. §. 1. C. de famoſ. libel. copulatiuè requirit., quod libellum repererit & publicauerit, ita quod vbi deeſt publicatio, ceſſat pœna, quemadmodum & ibidem ſenſerunt Baldus in ſummario, & apertius Salic. in fin. Bonifacius vitalis in praxi maleſiciorum, ſub rub. de famo. libel. num. 5. & Sylueſter in dicto verbo, libellus ad finem. verſi. aduertendum eſt tertio. & Petrus Placa lib. 1. Epito. delicto. c. 3. num. 2. verſi. his tandem prænotatis. Ea eſt ratio (vt paulò, ante admonui) quòd inuenire libellum nil diffamato notet, ſed publicare illum maximè officit: cùm publicatio ad effectum perducat delictum. Cæterùm Ant. Gome. tract. de delictis. c. 6. nu. 1. opinatur: hunc ſaltem iudicis arbitrio puniri. & illum refert, nec improbat Placa d. c. num. 2. in fine. Ego verius opinor, nullo modo puniri.

Sextus eſt, caſus, cùm aliquis non cõpoſuit nec inuenit libellum famoſum, ſed ab altero curioſitate quadã accepit, vt exẽplum inde ſumeret, & apud ſe haberet Hoc in caſu reſpondi interrogatus, hunc nõ puniri aliqua pœna. Quãdoquidẽ conſtat eum nõ fuiſſe huius libelli auctorẽ nec illum publicaſſe: ſi enim è manu aliena illum eſt conſequutus, apparet iam eſſe publicatum. Præterea, dicebam nihil potuiſſe imputari illi ſumenti exemplum, quòd non lacerauerit, cum in ſua facultate non eſſet lacerare inuito eo à quo exemplar illud accepit: futurum enim fortè erat, quòd ſi eo reluctante laceraſſet, cum illo ad arma deueniſſet. Habenda ergo erat ratio ſcandali, & propriæ ſalutis ac periculi. Præterea in ea controuerſia dixi ceſſaſſe omnem ambiguitatem, cùm is qui tranſcribendum libellum ſumpſit, cœpit tranſcribere, & deinde pœnituit. Cætera quæ ad libellorum famoſorum materiam pertinent apud eundem Menochium explicatiſſimè traduntur.

LIIII.

Prohibitio deferendi pugiones cultellos & aliud genus armorum breuius menſuræ trium palmorum.

Pius IIII. prohibuit ne tormenta illa quibus glandes igne iaculantur menſuræ duorum palmorum breuiora ferrentur vt habetur ſup.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM vices eius licet immeriti geramus in terris, qui de cœlo ad ima deſcendens, pro ſalute humani generis ſeipſum ad crucis patibulum obtulit, omni quo poſſumus ſtudio inuigilare debemus, vt omnis prorſus occaſio homicidia tanquam in eiuſdem humani generis perniciem tendentia committendi, quantum in nobis eſt, ſubmoueatur. Et quia experientia cognouimus quamplura ex armis breuioribus, quæ occulto deferri poſſint, & ad necem inferendam aptiora, & ferè ineuitabilia eſſe videntur, in dies committi, & perpetrari, inherentes veſtigiis fe. me. Pij Papæ IV. prædeceſſores noſtri, qui volens proditorium, & abominabile & deteſtandum armorum genus huiuſmodi penitus & omninò deſtruere, & ab Alma Vrbe, aliiſque terris ſtatus noſtri eccleſiaſtici in totum eliminare, Motu ſuo proprio, & in perpetuum valitura conſtitutione ſanciuit, nemini cuiuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ licere tormenta ignea archibuſetta vulgariter nuncupata breuioris menſuræ duorum palmorum, modo, & forma, & ſub grauiſſimis pœnis etiam quæ pro crimine læſæ maieſtatis à iure inflictæ ſunt, & prout latiùs in dicta conſtitutione edita pridie nonas Martij, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, quam, & eius totum tenorem hic pro inſerto haberi volumus, continetur. Nos propterea attendentes, quòd eadem ratio militat etiam in aliis armorum generibus, quæ occultè deferri poſſunt: cupientes quod metu eiuſdem pœnæ à ſimilium armorum delatione, & eorum vſu quilibet abſtineat, Motu noſtro proprio, & ex certa noſtra ſcientia & poteſtatis plenitudine, dictæ conſtitutioni fe. me. Pij Papæ IV. prædeceſſoris noſtri addentes, hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, nemini cuiuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ exiſtat, licere pugiones, cultellos, nec aliud quoduis genus armorum breuioris menſuræ trium palmorum, exceptis tamen cultellis aptis ad incidendum panem qui tamen eſſe non poſſint maioris longitudinis vnius palmi, & ſine cuſpide, & vt vulgo dicitur *ſpontati*, in Vrbe noſtra, Ciuitatibus & locis Status noſtri eccleſiaſtici, & ſuburbiis quouis modo, aut etiam quouis militiæ, aut executionis iuſtitiæ prætextu deferre. Qui verò contrafecerint dictúmque genus armorum detulerint, pœnas in conſtitutione prædicta expreſſas incurrant. Inhibentes prout tenore præſentium inhibemus omnibus & ſingulis, etiam de Latere noſtro Legatis, ne ſub indignationis noſtræ & quibuſcunque Vicelegatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Præſidentibus, ac aliis miniſtris, & ſedis apoſtolicæ, ſeu ciuitatum, & terrarum præfatarum officialibus, ne ſub ſuſpenſionis à diuinis, ac excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque arbitrio noſtro pœnis cuiquam tale genus armorum ſub quouis colore deferendi licentiam, & facultatem ad quodcumque etiam breuiſſimum tempus concedere audeant, vel præſumant. Decernentes nihilominus licentias, ac facultates ſic concedendas, nullas penitus & inualidas exſtere, ac illis non obſtantibus, eos qui ſub illarum clypeo dictum genus armorum detulerint, pœnam præfatam omninò incurſuros illóſque irremiſſibiliter puniendos fore, & contra omnes & ſingulos huic noſtræ conſtitutioni contrauenientes ad fiſci noſtri inſtantiam & etiam ex officio procedi, & inquiri poſſe, ac ad pœnarum præfatarum executionem deueniri omninò debere. Vt autem præmiſſa ad omnium notitiam deducantur, nec aliquis prætextu ignorantiæ excuſari poſſit, volumus quòd præſentes noſtræ per aliquos noſtros curiæ noſtræ Curſores ad baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Eccleſiæ Lateranenſis, necnon Cancellariæ valuas, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, quódque earum tranſumptis manu Notarij publici, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, certa & indubitata fides adhibeatur, prout ipſis literis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ: Et tranſumpta huiuſmodi Legati, Vicelegati, Rectores, vel Præſidentes, aut Gubernatores, ſeu alij ſuperiores prouinciarum, ciuitatum, terrarum,

Conſtitutionem Pij 4. de Archibuzettis extenditur ad pugiones & cultellos breuiores menſuræ duorum palmorum.

Licentiæ aduerſus hanc conſtitutionem annullantur.

Forma & effectus huius conſtitutionis.

rum, oppidorum, locorum prædictorum per publicum præconem publicari, & valuis cathedralis ſeu matricis eccleſiæ, loci, ac palatij eorum reſidentiæ affigi faciant, publicationémque, & affixionem præfatas lapſis viginti diebus perinde omnes arctare, ac ſi perſonaliter intimatæ forent. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, priuilegiis quoque & indultis quibuſcunque perſonis forſan conceſſis, & aſſertis conſuetudinibus, quas ſi quæ forent per præſentes improbamus, nullaſque, & inualidas eſſe declaramus, & quæ omnia, illorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes reuocamus, & annullamus, nulláque & irrita eſſe decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, pridie Idus Februarij Anno Septimo

Inſidiæ quotidie hominum in homines callidiores & ſceleratiores adinueniuntur. Qui vitæ proximi inuident, non deſtituuntur peſſimis inuentis quibus malam mentem adimpleant. Præſentiſſima habent venena, gladios, & enſes, & vt his liberiùs vtantur eos pro libidine adaptant, & ſtruunt. Cum ergo ſæuiſſimè graſſentur vbique ſiccarij & proditoriè omnia tentent, ſiccáſque breuiores recondant quibus hominis nihil tale cogitantes trucident, iubet Pontifex ne quis his breuioribus gladiis latentē animi iram abſcondat, aut ſecum geſtet. Aduerſus Proditores & proditionis conſcios facit tota hæc conſtitutio, cuncta tollit media quibus ſolent clancularie aduerſari hominibus. Dicam ergo poſt Æſchillum in Proteo ligato circa finem,

Didici enim odiſſe proditores
Nec eſt vitium quod magis hoc reſpuam.

LV.

Declaratio conſtitutionis editæ circa illegitimorum inhabilitatem ad ſucceden. in bonis acquiſitis ex rebus Eccleſiaſticis & aliis bonis.

PIVS Papa Quintus, Ad futuram rei memoriam.

AD Roman. ſpectat Pont. ſua ſollicitudine indefeſſa, diligenter prouidere, vt ea quæ ab eo emanata ſunt, ita ſuæ declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla deſuper dubitandi occaſio cuiquam relinquatur. Licet etenim nos alias poſtquam fel. re. Pius Papa Quartus prædeceſſor noſter per eum accepto, nonnullos Romanos Pontifices prædeceſſ. noſtros tunc ſuos, ac prætextu quarumdam ſibi conceſſarum facultatum Comites Palatinos, & alios multos ſpurios naturales, & forſan inceſtuoſos etiam in præiudicium venientium ab inteſtato, & vocatos ex teſtamento ad fideicommiſſa, ac hæreditates, & legata, vel donationes, ita legitimaſſe vt in huiuſmodi fideicommiſſis, hæreditatibus, aut legatis, vel donationibus, non obſtan. teſtatorum voluntatibus, ſuccederent, vnde variæ contentiones, & ſcandala in graue multorum præiudicium exorta erant, & tunc exoriebantur, illa vtpote contra ius, & æquum exiſtentia de cætero ne fierent, opportunè prouidere, necnon eorum, quos hoc ipſum tangebat, vel tangere poſſet quomodolibet in futurum indemnitati conſulere volent, per quaſdam ſub Dat. Cal. Ianuarij Pontificatus ſui Anno Tertio, omnes & ſingulas legitimationes de quibuſcunque naturalibus ſpuriis per Romanos Pontifices prædeceſſores prædictos, & Comites Palatinos huiuſmodi, & quoſcunque alios ad id facultatem habentes in præiudicium vocatorum ex fideicommiſſo, aut teſtamento, vel quauis alia valida diſpoſitione ſub quibuſuis tenoribus & formis, & alias quomodolibet factas (nondum tamen ad huc viuentibus vltimis bonorum huiuſmodi poſſeſſoribus, per quorum obitum ad prædictos deuolui deberent, effectum ſortitas, nec ius in re conſecutas.) Necnon eorumdem Comitum Palatinorum, & aliorum facultates legitimandi habentium ad hoc tantum, vt deinceps tales legitimationes, in præiudicium fideicommiſſorum, & aliarum diſpoſitionum huiuſmodi facere non poſſent, Apoſtolica auctoritate perpetuò reuocauerat, caſſauerat, & annullauerat. Nos deinde per quaſdam noſtras ſub Datum ſexto Calen. Februarij, Pontificatus noſtri anno ſexto confecta

Legitimationes naturaliū ſpuriorum factas in præiudicium vocatorum ex teſtamento annullauit Pius IIII.

Comites Palatini priuilegio legitimandi iure ciuili gaudent.

in forma Motus proprij literas,de nobis attributæ poteſtatis plenitudine, reuocauerimus & aboluerimus omnia & quæcunque priuilegia,licentias,diſpenſations, & indulta faciendi teſtamenta,donationes ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis legata,& quaſcunque alias diſpoſitiones,de dominiis,terris,caſtris , domibus , & quibuſlibet aliis bonis,& rebus immobilibus,mobilibus,& ſe mouentibus,necnon pecuniis iuribus & actionibus,ex beneficiis,fructibus,penſionibus , & aliis rebus Eccleſiaſticis,qualibuſcunque confectis acquiſitis , & aliis quomodocunque prouenientibus, necnon de peculio , & aliis etiam ſola induſtria labore muneribus , ac quocunque alio modo partis,cuiuſcunque illegitimos ſiue ſuos , ſiue extraneos etiam legitimatos,eoſdemque in toto vel in parte hæredes inſtituen. vel ſubſtituen.ſeu quod ipſi in prædictis ab inteſtato ſuccederent,cæteraſque huiuſmodi facultates & permiſſiones,ac etiam habilitationes & capacitates ſuccedendi,in bonis & rebus feudalibus emphyteoticis ab Eccleſiis,Monaſteriis, & piis locis , profectis,quibuſcuneue perſonis ſæcularibus,& regularibus tam per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,quam etiam noſipſos , & Sedem Apoſt. eiuſque Legatos etiam de latere Nuncios,Notarios,Comites,Collegia,Officia,& loca , etiam per modum ſtatuti perpetui , generalis legis finiti & ſtipulati contractus, & alias ſub quibuſcunque tenoribus & formis , ac cum quibuſuis clauſulis & decretis,etiam Motu proprio & poteſtate ſimilibus,& alias quomodolibet conceſſa,& multiplicatis vicibus confirmata,innouata extenſa,& moderata , & quantocunque tempore pacifice obſeruata ; quo ad eam partem , quæ omnes prædictos tangebat dumtaxat:ac pariter ſubſtulerimus,& abrogauerimus,omnes & quaſcunque facultates ſimilia conceden.Legatis,Nunciis,Notariis,Collegiis , Officiis , & aliis ſupradictis,ita vt priuilegiorum diſpenſationum,facultatum,habilitationum, capacitatum,indultorum,& aliorum ſupradictorum ſic reuocatorum,aut etiam literarum legitimationis prætextu,nullus de huiuſmodi bonis rebus pertinentiis iuribus iuriſdictionibus,& actionibus,in commodum & fauorem illegitimorum vtriuſque ſexus,ſiue eorum filiorum,ſiue conſanguineorum,affiniumque,ſiue extraneorum etiam in ſtatu ſæculari procreatorum , ac legitimati quacunque auctoritate donatorum,& ad huiuſmodi res & capacium effectorum,ſine teſtamento, donatione,legato,eleemoſina , ſiue alio quocunque titulo,& pia opera(exceptis in communi,nec omni fraude,conuentione, ſeu compoſitione ceſſante Hoſpitalibus expoſitorum & orphanorum)diſponere,nec illegitimi ipſi in eis ab inteſtato , ſiue protinus, ſiue per interpoſitas perſonas , aut quomodocunque ſuccedere , aut illa alias ad eos etiam per quemcunque circuitum multiplicatarum in alios capaces ſucceſſionum,vllo tempore deuenire poſſent.Ac inſuper nulla eſſe , ac pro infectis haberi voluimus,omnia & quæcunque facta eo vſque teſtamenta,legata,donationes,& alia diſpoſita huiuſmodi,quæ viuentibus adhuc teſtatoribus,aut alias locum non habuerint,& pariter ab inteſtato ſucceſſiones non tamen litigioſas , quæ plenarium non erant effectum ſortitæ.Deinde verò diſtrictius prohibuerimus , ne talia in prædictos illegitimos vtriuſlibet ſexus,ſiue illorum coniuges , ſiue ipſorum parentes,filios,deſcendentes,aſcendentes,vel alios cognatos , ſiue viuentibus , ſiue defunctis ipſis illegitimis,etiam paupertatis,dotis,aut alterius cuiuſcunque piis operis intuitu fierent.Ne ve ipſi vnquam in rebus bonis,pecuniis,iuribus,iuriſdictionibus,& actionibus prædictis,ſiue in toto,ſiue in parte ſuccederent , vel illa ad ipſos quauis diſpenſatione ſuffultos , & per prædictum circuitum deuenirent , néve de eis vlla in alium ,ſeu alios conceſſio,donatio aliaue diſpoſitio fieret, vt alia bona ſimilia , vel diſſimilia illegitimis,aut aliis ſupradictis concederentur , & alias prout in dicti Pij prædeceſſoris,& noſtris literis prædictis continetur. Quia tamen ſicut poſtea accepimus,lite & cauſa in partibus coram dilecto filio Guber.Ciuitatis noſtræ Fauentinæ inter dilectum filium Barholomeum de Lanzonibus laicum Fauentinum ex vna,& quendem Sanctum filium ſpurium q. Barnabæ etiam de Lazonibus preſbyteri , ipſius Bartolomæi proximioris , de ſuper hæreditate & bonis dicti Barnabæ preſbyteri defuncti , quam & quæ Bartholomæus tanquam proximior,ſeu alias quomodolibet de iure,Sanctus verò præfatus tanquam aſſertus hæres teſtamentarius,& prius legitimatus eiuſdem Barnabæ , ad ſe ſpectare contendunt

Pius V. reuocauit facultates teſtandi ac diſponendi de bonis acquiſitis ex reditibus beneficiorum Eccleſiaſticorum.

Illegitimorum habilitas in gratiam ſucceßionis conceſſa reuocatur.

Nunciorum, & legatorum poteſtas in ſimilibus indultis & beneficiis reſtituendi natalibus reuocatur.

Diſpenſationes vltimarum voluntatum in iniuriam huius conſtitutionis factæ prohibentur.

In fauorem illegitimorum teſtamenta ædita infirmantur.

dunt , ac dictus Sanctus de eodam Barnaba tunc preſbxtero illegitime natus fuit, & defectum natalium patitur,rebuſque aliis in actis cauſæ,& cauſarum huiuſmodi deductis,& illorum occaſione deducendis in Rom. Curia pendentibus , partibus ex altera, contingit dubitari , an contra tales illegitimos dictę noſtræ literę editę, loquantur,& intelligantur etiam de bonis patrimonialibus,ipſeque Bartholomęus ſit pauper,& eius facultates ad ſubſtinendum litem non ſuppetāt,ac propterea dictus Bartolomęus cupiat mentem,& intentionem noſtram ſuper pręmiſſis expreſsè declarari. Nos huiuſmodi dubium elucidare & voluntatem noſtram patefacere volentes,Motu propriò,& ex certa noſtra ſcientia,ac de Apoſt.poteſtatis plenitudine,tenore pręſentium,declaramus,dictas literas noſtras loqui,& intelligi, etiam de quibuſcunque bonis patrimonialibus,tam mobilibus,quàm immobilibus, & ſe mouentibus,iuribus,& actionibus quibuſcunque , ſicque etiam ab initio intentionis,& incommutabilis mentis noſtræ fuiſſe,& eſſe , atteſtamur. Ac ita in præmiſſis omnibus cenſeri,ac per præfatos,& quoſcunque alios Iudices etiam Curiæ, & Palatij Apoſt Auditores,& S.R.E.Cardinales,& de latere Legatos,ſublata ipſis,& eorum cuilibet,quauis aliter iudican & interpretandi facultate,& auctoritate,iudicari , & diffiniri debere , & ſi ſecus ſuper iis à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari , irritum & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis,& quacunque alia litis pendentia,necnon conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſt.ac regula noſtra de non tollendo iure quæſito in Cancell.Apoſt edita,ac legibus,& ſtatutis,iuramento , confirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis,priuilegiis quoque,indultis,& literis Apoſt. in contrarium quomodolibet conceſſis , necnon omnibus aliis,quæ in dictis literis noſtris volumus non obſtare,cæteriſque contrariis non obſtan.quibuſcunque.

Datum Romę apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris , die v. Martij 1572.Pont.noſtri Anno Septimo.

Dubia exorta an ipſa conſtitutio intelligatur etiam quoad bona patrimonialia.

Declaratio & diſcußio dubij.

Decretum irritans.

Legitimationum materiam ampliſſimè ſatis deduximus ſub Pio IIII. *ſup. quam abſque tædio hic reuocare nolumus , ne tanta lectionum mole , & nobis & lectori probè ſatis prouiſum non ſit.*

LVI.

De Confraternitatibus Doctrinæ Chriſtianæ in ſingulis Ciuitatibus,& Diœceſibus erigendis, & earum Indulgentiis.

PIVS Papa V.Ad perpetuam rei memoriam.

Ex debito paſtoralis officij,nobis,meritis licet imparibus , ex alto commiſſi,ad ea libenter attendimus,per quæ diuinus cultus fideliũque deuotio vbique ſuſcipiat incrementum,ac ipſos fideles ad id indulgentiis, & remiſſionibus inuitamus vt Chriſtifideles ipſi per temporalia quæ egerint conſequi valeant præmia felicitatis æternæ.Nos igitur attendentes,quod infantes & pueri bonis moribus & exercitiis educari quaſi ſemper vitam pudicam,honeſtam , & exemplarem ac aliquando ſanctam agunt,è conuerſo autem qui parentum carentia, ſeu paupertate, aut incuria vel ignauia,non ſic educati, perſæpe ducuntur in exitium,& quod peius eſt,ſecum ducunt plures in interitum,vnde ſi diligenter educati,& in doctrina Chriſtiana inſtructi fuerint,à vitiis,& multis aliis erroribus retraherentur. Conſiderantes etiam,prout ex fide dignis relatibus intelleximus , quod nonnulli approbatæ vitæ Chriſtifideles,charitate omnium ſuprema virtute , circa tam pium, tamque reipublicæ ſaluberrimum opus accerſiti,in ſingulis feſtiuitatibus & Dominicis diebus in diuerſis Eccleſiis & locis hoc opus ſanctiſſimum amplexi ſunt, & ibi eoſdem infantes & pueros ac alias miſerabiles perſonas Chriſtianæ veritatis ignaras congregari faciunt,& eos bonis moribus, & ſana doctrina inſtruunt , ac diligenter in via mandatorum Domini dirigunt, ex quo ſalutiferi fructus hactenus prouenerunt,& in dies magis auxiliante Dominino prouenire ſperamus: Et quod ad hoc opus ſanctiſſimum vbique locorum exercendum,præfatos Chriſtifideles paternis fauoribus & indulgentiarum muneribus inuitaremus, proculdubio

In his ſchiſmaticorum tenebris ſumma eſt habenda Doctrinæ Catholicæ ratio , quam Pius Pontifex hoc diplomate curandã ſædulo iubet. Cathecheſes varias emiſit nouũ Euangelium,falſiſſimas & inſanas,partim latinas partim vernaculas,quas indocti Pædotribæ , & Paſtores interdum male

periti verum Theologicarum exceperunt, in iuuentutis perniciem. Id munere erat olim Diaconorum vt apparet ſatis ex Areopagita cap. 5. Eccle. Hierarchiæ, hoc eſt Theologorũ ſummorum quales habuit Alexandrina Eccleſia Pantænos, Clemẽtes, Dioniſios Heracles, Adamantinos, & alios. Noſtra ætas illis parum inferiores habet Societatis Ieſu Patres, qui fœliciſſimè hic & in nouo orbe incredibili diligentia id officij exequuntur.

non ſolùm eorundem infantium & puerorum ac perſonarum aliarum ſoluti conſuleretur, verum etiam deuotio Chriſtifidelium omnium ad præfatum opus amplectendum multo magis augeretur: Cupientes igitur tam pio tamque laudabili operi viribus totis fauere, & animas lucrifacere Creatori, ex certa noſtra ſcientia vniuerſos & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & cæteroſque eccleſiarum Prelatos & locorum quorumcunque ordinarios, vbilibet conſtitutos præſentes & futuros rogamus & hortamur attentè, eis ac eorum in ſpiritualibus & temporalibus variis ſeu Officialibus generalibus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus hoc opus ſanctiſſimum toto pectore amplectentes, aliquas eccleſias in ſuis ciuitatibus, & diœceſibus reſpectiuè ſeu loca honeſta, in quibus præfati infantes & pueri ad audiendum doctrinam Chriſtianam conuenire poſſint, deputent & viros ad id idoneos vita & moribus approbatos, qui diebus ſaltem Dominicis eoſdem infantes & pueros ac alias perſonas diuinæ legis expertes in articulis fidei, & præceptis ſanctæ matris Eccleſiæ inſtruant, confirment, & eligant atque tot ſocietates, ſeu confraternitates quot ad hoc tam ſanctiſſimum opus exercendum eis opportunè videbuntur, inibi auctoritate noſtra erigant & inſtituant. Nos enim vt promptius & alacrius ad hanc curam ſubeundam omnes Chriſtifideles alliciantur, & eo libentius curam ipſam ſuſpiciant, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe vberius refectos: De omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſextus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ſeu ſtatutis á iure temporibus firmum cõfitendi propoſitum habentibus, qui in aliqua dictarum Societatum ſeu confraternitatum vbilibet conſtitutarum intrauerint: & adſcripti fuerint, illis videlicet tam qui alios docuerint, quam qui ab aliis articulis fidei & pręceptis Eccleſię huiuſmodi inſtructi fuerint, quotieſcunque in pręfato ſanctiſſimo exercitio ſe occupauerint quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentiis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer in domino relaxamus pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Cęterum quia difficile foret pręſentes literas ad ſingula quęque loca, in quibus de eis fides forſan facienda foret deferri, volumus quod ipſarum trãſumptis manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, in iudicio & extra vbi opus fuerit eadem prorſus fides adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſę.

Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die ſexta Octobris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Pontificatus Noſtri Anno ſexto.

Symptomatum varietas, varia excogitauit Pharmaca, ſic & plurimis hæreſis vulneribus variis in huius corporis publici partibus inflictis: varia adhibuit remedia ſolers & vigilantiſſima parens Eccleſia. Cùm autem prima ætas Philoſophis dicatur tabula raſa in qua facilè quicquid libet depingitur, ſic cauendum eſt, ne hæc tenella pectuſcula dediſcenda diſcant. Ex hac pueritiæ educatione ſumma ſpes totius vitæ dependet, ita vt à malis moribus, vix adfrugem bonam ſpes relinquatur. Perfidiſſimi quidam ſcholarchæ tum in Germania, tum in Gallia rudem illam & docilem ætatem effaſcinarunt ita vt grandes effecti in ſummos & pertinaces hæreticos euaſerint, quamobrẽ piè inſtituta ſunt ſeminaria, & collegia Patrum Societatis Ieſu, & vbi loci conditio talia non patitur, iubet Pontifex Confraternitates doctrinę Chriſtianæ inſtitui in quibus fidei rudimenta ediſcantur.

Puerorum & rudium in Chriſtiana atque Catholica fide inſtitutionem & doctrinam commendat hic Pontifex, quàm non Cathecheſim, & Cathechiſmum vocamus, eſtq; inſtitutio fidei in Deum cuique ſuo tempore neceſſaria quæ interrogationibus, ac reſponſionibus, ac viua voce peragatur. Fuit hæc Catheche ſis ſemper ab initio Eccleſiæ obſeruata, vnde cernere licet quam ſint in Dei Ciuitate peregrini qui Catecheſim vel inuentam, vel primum excultam Luthero deferant, cùm nunquam tanta extiterit ignorantia Chriſtianæ religionis & alta caligo quin fuerit ſemper in Eccleſia hæc Pædagogia fidei. Quod ſi huius neceſſitatem paulò altius intueri velimus, nobis copioſè ſatisfacient Aquiſgranenſis Concilij canones primus, & ſecundus: quibus Chriſtiani titulo cenſetur indignus quiſquis Catecheſim, hoc eſt, orationem Dominicam, Symbolum, ac decalogum ignorat. Accidit Remenſis canon, octauus, dicens fidem quidem omnibus eſſe neceſſariam: eum tamen credere non poſſe, qui neſciat quæ ſint credenda, nec ne: neque fidem ad ſalutem ſufficere, ſed iuxtà Pauli doctrinam, neceſſariam oris eſſe confeſſionem: in quem vſum ſexti Concilij Patres, c.78. præcipiunt quinta feria omnes qui illuminantur, apud Epiſcopos, & presbyteros fidei quandam recitationem inſtituere, quod Laodiceni Patres anteà de catechumenis, & hebdomadæ magnæ feria quinta intelligendum eſſe demonſtrant. Huc adde inter omnes Catholicos conuenire, omnibus quantumcunque rudibus, adlaborandum: vt ea, quæ Eccleſia ſeruat in ſacramentis, recolit in præcipuis feſtiuitatibus, defendit contra cuiuſque tempeſtatis diuerſos hæreticos, norint vniuerſi: quorum in Tridentina Synodo videre eſt clariſſimam deſcriptionem.

LVII.

Reſeruatio Beneficiorum vacantium, Sede Epiſcopali vacante.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & Dominus noſter, Dominus Pius diuina prouidentia Papa Quintus, Cupiens pauperibus Clericis, & aliis benemeritis perſonis, de beneficiis eccleſiaſticis prouidere, omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumuis regularia qualitercunque qualificata, & vbilibet exiſtentia. Sede Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, & primitiali quarumcunque Eccleſiarum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Patriarchalium, & Primitialium, pro tempore paſtoribus deſtitutarum vacante, quomodolibet vacantia, & vacatura, tam in prædictis, quàm aliis Eccleſiis, necnon Ciuitatibus, & diœceſibus quibuſcunque, ad eorundem Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & Primatum collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem quomodolibet pertinentia, diſpoſitioni ſuæ reſeruauit. Sicque in præmiſſis per quoſcunque, &c. ſublata, eſſe iudicari debere, irritum quoque, &c. decreuit.

Beneſica reſeruantur vt his meriti prouideatur.

Placet publicetur, & deſcribatur M.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, die vero nona Menſis Martij, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Anno tertio.

De reſeruationibus beneficiorum dictum eſt ſuprà copioſè. Ea quæ intellectum huius conſtitutionis ſagaciſſimè edocent habentur apud Calder. in Conſ. 22. de præbend. Felin. in c. 1. in 4. col. de præſcript. Pauin. de poteſt. cap. ſede vac. q. 10. num. 23. atque Pute. deciſ. 88.

LVIII.

Forma obſeruanda in confeſſione, & expeditione literarum Apoſtolicarum ſuper gratiis reſignat. beneficiorum.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

COGIT nos neceſſitas, vt nouam futuris aliquot huius Curiæ negociis formam imponere curemus. Quocirca dilectis filiis S.R.E. Vicecancellario, literarum Apoſtolicarum Abbreuiatoribus, & in illarum expeditione dicto Vicecancellario aſſiſtentibus, Summatori, cæteriſque omnibus id expeditionis munus in Curia, & Camera Apoſtolica & vbicunque gerentibus, tenore præſentium auctoritate Apoſtolica mandamus, vt deinceps ſuper omnibus gratiis, & conceſſionibus Apoſtolicis de quibuſuis beneficiis cum cura, & ſine cura, ſæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus, etiam apud ſedem Apoſtolicam vacantibus, & diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatis, in quibus addita fuerit clauſula. Et in forma dignum, literas Apoſtolicas expediant in eadem forma quæ aut Epiſcopum diœceſanum, aut ad Vicarium generalem, aut ad officiales eiuſdem Epiſcopi diſiunctiuè, ad electionem impetrantis dirigantur, cum limitationibus, & clauſulis infraſcriptis, videlicet de parochialibus Eccleſiis, vel earum parochialibus Eccleſiis duntaxat,

xat,& per reſignationem vacantibus in dictis litteris poſt verbum mandamus, vt ſi ſibi conſtiterit,quod dictus N.reſignans,ſi in ſacris ordinibus conſtitutus exiſtat aliundè viuere poſſit,ac per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus ad hoc Concilio Tridentino deſignatis, ſi iſthinc ſint vel eſſe debent in diœceſana ſynodo deputati, ſin autem abſque illis faciendam dictum I. reſignatarium ad hoc idoneum eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Eccleſiam prædictam, cuius,&c.& inferius poſt verba. Cùm omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis eidem Ioanni, quibuſcunque aliis ſeſe ad examen prædictum, etiam per mutuum concurſum admitti, & ſibi de dicta Eccleſia prouideri petentibus penitus excluſis, infrà triginta dies poſtquam præſentes literæ tibi præſentatæ fuerint,auctoritate noſtra conferas,& aſſignes,&c.

In cæteris vero literis de quibuſuis aliis beneficiis per eandem reſignationem vacantibus ſimiliter poſt verbum mandamus,inferatur, vt ſi ſibi conſtiterit, quod dictus N. quatenus in ſacris ordinibus conſtitutus exiſtat, aliunde commodè viuere poſſit, ac per diligentem examinationem dictum I. idoneum eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Canonicatum,& præbendam prædictam, quorum,&c.Et inferius poſt verbum,pertinentiis ſuis,eidem I.intra 30.dies poſtquam præſentes literæ tibi præſentatæ fuerint,auctoritate noſtra conferas,&c.

Propterea in omnibus mandatis prouiſionum,ſeu commendis de quibuſcunque beneficiis,& Monaſteriis per ſimilem reſignationem,ſeu ceſſum vacantibus, ad finem ante clauſulam decreti irritantis,addatur hæc clauſula, videlicet. Cæterum ne dum prodeſſe ſtudemus, aliqua forte irrepat iniquitas in exitium animarum,tu attentè his circumſpicias,an ex prædictæ N. & I.prædictorum ſuper dicta reſignatione.val ceſſione, vt fuerit, quàm nos nullo huculque vitio laborare deprehendimus,interceſſerit ſimoniæ labes,aut alia illicita pactio,vel etiam corruptela,nos eum,&c.

In reliquis autem prouiſionibus, & commendis quarumcunque curatorum, & ſimplicium beneficiorum ſæcularium, & regularium prædictorum etiam reſeruatorum aliter quàm per reſignationem quouis modo vacantibus, videlicet quoad parochiales Eccleſias,vel earum perpetuas vicarias dumtaxat, poſt verbum mandamus,vt ſi per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus ad hoc,vt ſuprà vſque oneramus,eccleſiam prædictam cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis eidem Io.intra triginta dies,&c.conferas

Et ſimiliter in omnibus aliis eadem forma ſeruetur omiſſa clauſula adhibitis examinatoribus.

Et deinde ſuper omnibus huiuſmodi literis,etiam aliç literç executoriç dari debeant directè,vel ad Metropolitanum,vel vni ex propinquioribus Epiſcopis, ſiue eorum Vicario vel officiali diſiunctiuè, aut nomine dignitatis Epiſcopi expreſſe quãdo alij executores ſuper hoc à nobis dari pro tempore adfuerint videlicet pro parrochialibus Eccleſiis per reſignationem vacantibus in hunc modum, videlicet Fratri Archiepiſcopo N.ſalutem, &c.Hodie cum dilectus filius N. nuper parochialis Eccleſiç Rector de N.& N diœceſis dictam Eccleſiam quam tunc obtinebat,per certum procuratorem ſuum ad id ab eo ſpecialiter conſtitutum,in manibus noſtris ſpõtè & liberè reſignaſſet,noſque reſignationem huiuſmodi duxiſſemus admittendam, venerabili fratri Epiſcopo N. per alias noſtras literas dedimus in mandatis,vt ſi conſtaret, quod N in ſacris ordinibus conſtitutis exiſteret aliunde commodè viuere poſſet ac per diligentem examinationem per eundem Epiſcopũ adhibitis examinatoribus ad id à Concilio Tridentino deſignatis,ſi iſthic ſint, vt eſſe debent in diœceſana ſynodo deputati,ſint autem ſine illis faciendam dilectum filium N.Clericum dictç diœceſis ad id idoneum eſſe reperiret clauſulam prçdictam per reſignationem eandem tunc vacantem,& antea diſpoſitioni Apoſtolicç reſeruatam,etiam ſi illa alias quouiſmodo,aut ex alterius cuiuſcunque perſonç vacaret cum illis forſan annexis,ac omnibus iuribus,& pertinentiis ſuis prçdictos Io. quibuſcunque aliis ſeſe ad examen prçdictum,& dies per mutuum concurſum admitti,& ſibi de dicta Eccleſia prouideri petentibus penitus excluſis, intra triginta dies poſtquam dictç literç prçſentatç fuerint auctoritate noſtra conferret, & aſſignare, prout in dictis literis pleniùs continetur.

Quocirca fraternitati tuç,&c.mãdamus,vt ſi dictus Epiſcopus eandem Eccleſiam intra prçdictos 30.dies ipſi Io. non contulerit,& aſſignauerit,tu illis elapſis poſtquam tibi conſtiterit, quod dictus Io.ſi in ſacris ordinibus conſtitutus exiſtit,aliunde commode viuere poſſit,vt prçfertur ac ſolertem examinationem à te etaim adhibitis tribus vel pluribus aliis probis,& peritis viris quam primum facien.prædictũ N.idoneum eſſe repereris ſuper quo tuam conſcieniiam oneramus, prædictam Eccleſiam cum annexis, ac iuribus, & pertinentiis ſupradictis eidem N.quibuſcunque aliis huiuſmodi cõcurrentibus prorſus excluſis,dicta auctoritate conferre, & de illa etiam prouidere procures, inducens per te vel alium, ſeu alios ipſum N. vel Procuratorem ſuum eius nomine incorporalem poſſeſſionem Eccleſiæ,ac annexorum iurium, & pertinentiarum prædictarum,& defendens inductum amoto exinde quolibet detentore ac faciens illi de Eccleſiæ & annexorum eorundem fructibus,redditibus, prouentibus,iuribus,& obuentionibus vniuerſis integrè reſponderi, contradictores,&c. Non obſtantibus omnibus,quæ in dictis literis,voluimus non obſtare, aut ſi pro tempore exiſtenti Epiſcopo N.vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim Apoſtolica ſit ſede indultum,quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſit per literas Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum tu attentè iſtic circumſpicias, an ex parte N.& I.prædictorum ſupradictæ reſignationi, vt fieret interceſſerit ſimoniæ labes,aut alia illicita pactio,vel alia corruptela.Dat.&c.

In cæteris vero beneficiis prædictis per ſimilem reſignationem vacantibus, vt ſupra Venerabili Archiep.N.ſalutem,Hodie cum dilectus filius F. nuper Canonicus B.Canonicatum,& præbendam Eccleſiæ B. quos tunc obtinebat per certum Procuratorem ſuum,&c.vt ſupra diximus admittendum, venerabili fratri noſtro Epiſcopo N.per alias noſtras literas dedimus in mandatis,vt ſi ei conſtaret, quod dictus F.ſi in ſacris ordinibus conſtitutus eſſet,aliundè commodè viuere poſſet, ac per diligentem examinationem dilectum filium N.Clericum N. diœceſis ad idoneum eſſe reperiret, Canonicatum, & præbendam præfatos per reſignationem eandem tunc vacantes & antea Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruatos, etiam ſi illi alio quouis modo,aut ex alterius cuiuſcunque perſona vacaret, cum illis forſan annexis,& plenitudine iuris canonici,& omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis prædicto Io.intra triginta dies poſtquam dictæ literæ deputatç forent auctoritate noſtra conferret & aſſignaret,prout in dictis literis pleniùs continetur. Quocirca fraternitati tuæ,&c.mandamus,vt ſi dictus Epiſcopus eoſdem Canonicatum, & præbendã intra prædictos triginta dies ipſi Io nõ contulerit,& aſſignauerit tu illis & ipſis poſtquam tibi conſtiterit,quod dictus F ſi in ſacris ordinibus conſtitutus ſit aliunde commodè viuere poſſit, vt præfertur, & per ſimilem examinationem quam primum faciendam præfatum Io.idoneum eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus,Canonicum,& præbendam prædictos cum omnibus annexis de plenitudine iuris Canonici,ac omnibus iuribus,& pertinentiis prædictis eidem Io.conferre,& de illis,etiam prouidere dicta auctoritate procures vel inducens per te,alium vel alio ipſum Io.vel Procuratorem ſuum eius nomine incorporalem poſſeſſionem Canonicatus,& præbendæ, ac annexorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictarum,& defendens inductum amoto exinde quolibet detentore,ac faciens illum uel pro eo Procuratorem prædictum ad præbendam huiuſmodi in dicta Eccleſia in Canonicum recipi,& in fratrem ſtallo in Choro, & loco,in Capitulo dictæ Eccleſiæ cum iuris Canonici plenitudine aſſignatis, ſibique de Canonicatus,& præbendæ,ac annexorum eorundem fructibus, redditibus, prouentibus,iuribus,& obuentionibus vniuerſis integrè reſponderi. Contradictores,&c.Non obſtantibus omnibus quæ in dictis literis voluimus non obſtare,cæteriſque contrariis quibuſcunque,aui ſi pro tempore exiſtente Epiſcopo, & dilectis filiis Capitulo B.vel quibuſuis,&c.mentionem,Cæterum tu attentè iſthic circumſpicias,&c.Dat.&.

¶ Aliis autem prouiſionibus, ſiue commendis huiuſmodi beneficiorum alias vacantibus,alia forma executoria concipiatur,quæ literæ congruunt principali.

Similiter

Similiter quando Vicario, vel officiali prædicto huiuſmodis literas, tam pro principali, quam pro excutoria dirigi contigerit communi eis formula ſeruatis aliis omnibus ſupradictis ordinetur.

Cæterùm omnibus mandatis de præbendis, vel commendæ Monaſteriorum etiam reſeruata, tam eorum, quæ extra Conſiſtorium expediuntur, quam etiam mulierum, vetus forma commiſſaria ſicubi deſueuit, reſtituatur, ac literæ deſuper expediantur cum clauſula, quod delegatus de meritis, & idoneitate promouendi ſe informet, & ſi eum ad regimen, & adminiſtrationem Monaſterij repererit idoneum conſcientiam illius onerando prouideat, vel commendet intra triginta dies, vt ſupra, & deſuper forma executorialium, etiam concipiatur, quæ ſuis prouiſionibus correſpondeant, Denique in ipſis commendis poſt verbum idoneum repereris, interſerantur verba ad monaſterium, vel beneficium in commendam obtinendum.

Volentes præſentes tam in dicto Cancellariæ libro quinterno nuncupato, quam etiam Camera prædicta regiſtrari, & ab omnibus inuiolabiliter cuſtodiri.

Ac decernentes irritum, &c. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ quantocunque temporum ſeruato, cęteriſque contrariis quibuſcunque.

Placet, & ita Motu proprio mandamus M.

LIX.

Reuocatio facultatum conceſſarum Legatis, & Nunciis Apoſtolicis

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & Dominus noſter, Dominus Pius diuina prouidentia PP. Quintus, qui nuper in Conſiſtorio ſuo ſecreto, quoſcunque ſuos, & Sedis Apoſtolicæ Legatos in Italia per prædeceſſores ſuos conſtitutos, de fratrum ſuorum S.R.E. Cardinalium conſilio reuocauerat, cuique innotuit diuerſos, ſuos & eiuſdem ſedis Legatos, etiam de Latere, ac Nunciis per eoſdem prędeceſſores creatos, & deputatos prætextu facultatũ eis conceſſarum forſan ob Prouinciarum, & locorum, in quibus Legati, & Nuncij munere funguntur, à Romana Curia diſtantiam, & exinde ignotam eis Sanctitatis ſuæ mentem ea aliquando concedunt à quibus eadem Sanctitas ſua obtinet, & obtinere decreuit, volens præmiſſis occurrere, ac intendens ipſorum Legatorum: & Nunciorum facultates reformare, omnia, & ſingula facultates, & indulta, quibuſuis, ſint, & dictæ Sedis Legatis, & de Latere Nunciis in quibuſuis Regni, Prouinciis, Ducatibus, Dominiis, Ciuitatibus, & locis, tam citra, quàm vltra montes per quoſcunque Rom. Pont prædeceſſores ſuos ac Sedem Apoſtolicam, Conſiſtorialiter creatis, etiam deputatis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis declarationibus, atteſtationibus, & reuocationibus, præſeruatis, ac derogatoriarum, derogatoriis aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & ex quibuſuis, etiam vrgentiſſimis cauſis, ac quauis conſideratione, etiam Conſiſtorialiter conceſſa, quorum omnium tenores, & formas, ac decreta in illis appoſita Sanctitas ſua haberi voluit, pro expreſſis, quoad nondum ſunt effectum ſortita, reuocauit, caſſauit & annullauit. Ac quicquid prætextu facultatum, & indultorum reuocatorum huiuſmodi poſt publicationem præſentis Conſtitutionis contigerit attentari, irritum, & inane decreuit, ſtatuto, ordinatione, & declaratione ſuis in craſtinum aſſumptionis ſuæ editis, quibus voluit ipſos Cardinales in Coſtitutionibus per eandem Sanctitatem ſuam in poſterum edendis, & publicandis non comprehendi, niſi illæ eorum fauorem concernerent, vel ipſæ Conſtitutiones de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum Conſilio editæ forent, nequaquam obſtantibus.

Indulta & iura ſingularia Legatorum & Nunciorum apoſtolicæ ſedis minuuntur.

Placet, publicetur, & deſcribatur M.

Lecta,

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica. Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſio quinto. Die verò Martis decimanona menſis Februarij, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, Anno primo.

De legatis & legatorum poteſtate ampliſſimum ſuperius habes Scholium.

LX.

Exemptio monaſteriorum, piorúmque locorum, ab onere hoſpitandi Milites.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM, ſicut non ſine graui dolore nobis innotuit omnia, & ſingula ſeu quàmplurima huius almæ Vrbis, ac etiam ſtatus noſtri eccleſiaſtici conuentus, & monaſteria, & alia eccleſiaſtica, & pia loca tam ſæcularia, quàm regularia, & à perſonis, religioſis quomodolibet inhabitata, eo tempore, quo equites, & milites eiuſdem almæ Vrbis ac ſtatus eccleſiaſtici præfati pro defenſione ipſius vrbis, & ſtatus aduerſus infeſtiſſimum Turcarum tyrannum, vel ob alias, quæ pro tempore ſeſe offerunt cauſas expediri, & ad diuerſos eiuſdem ſtatus loca tranſmitti contingit, ab eiuſdem equitibus, & militibus perturbentur, & moleſtentur, ipſique conuentus, monaſteria, & alia eccleſiaſtica, & pia loca in eorundem equitum, ſeu militum diſtributione nonnullos eorundem equitum, & militum intra eorum domos, & monaſteria hoſpitio excipere, & recipere cogantur, in maximum eorum detrimentum diuini cultus perturbationem, grauiſſimum religionis dedecus, Dei optimi offenſam, & non ſolum præter omnem noſtram intentionem, verum etiam intolerabilem animi noſtri amaritudinem, Quapropter nos in præmiſſis quantum cum Deo poſſumus de optimo remedio celeri manu prouidere, ac monaſteriorum, & aliorum eccleſiaſticorum, & piorum locorum huiuſmodi perſonarum Deo altiſſimo die noctuque famulantium quieti, integritati, & decori conſulere volentes, Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vniuerſis, & ſingulis tam dictæ almæ Vrbis, quàm totius ſtatus præfati Gubernatoribus Poteſtatibus, Ducibus & Capitaneis, Communitatibúſque, & Vniuerſitatibus, & aliis ad quos ſpectat pertinet, ac ſpectabit, & pertinebit quomodolibet in futurum, ne deinceps perpetuis futuris temporibus in eorundem militum & equorum diſtributione, tam in tranſeundo quàm inibi commorando Communitatibus, & vniuerſitatibus videlicet ne dictos equites, ac milites eiſdem monaſteriis, cœnobiis, domibus, & aliis eccleſiaſticis, & piis locis ſub duorum millium ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicandi & aliis arbitrij noſtri pœnis quouis quæſito colore cauſa ingenio, ſiue prætextu diſtribuere ſiue aſſignare vel ad illos recipiendum, & hoſpitio exipiendum cogere, ipſis vero Capitaneis & Ducibus ne eoſdem ſuos equites, & milites ſub indignationis noſtræ, ac priuationis officiorum ſuorum aliiſque etiam arbitrij noſtri pœnis in dictis monaſteriis, cœnobiis, domibus, & aliis eccleſiaſticis, & piis locis, etſi Communitates & vniuerſitates ipſæ eadem loca eiſdem aſſignaſſent, diſtribuant. Gubernatoribus verò & ipſarum ciuitatum, & locorum Prætoribus, ac aliis officialibus quibuſcunque quo minus præmiſſa ab ipſis Communitatibus & vniuerſitatibus, ac Capitaneis, & Ducibus fiant, ſub eiuſdem indignationis noſtræ ac etiam priuationis officiorum ſuorum præfatorum reſpectiuè pœnis auctoritate Apoſtolica ſinant, vel permittant, inhibemus, præcipimus, committimus. Et inſuper tam illis, quàm equitatibus & militiis præfatis, ne monaſteria, cœnobia, & loca pia huiuſmodi in perſonis, rebus, & bonis, aut alias deſuper quomodolibet moleſtare, perturbare, impedire, & inquietare, ſeu moleſtari, perturbari, vel alias inquietari facere audeant, ſeu præſumant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub iam dictis pœnis eadem auctoritate inhibemus præcipimus, committimus & mandamus, ipſa monaſteria, cœnobia, domos, & alia eccleſiaſtica, & pia loca ex nunc ab eiſdem militibus, & equitibus, ac onere illos hoſpitio excipiendi, Motu, & auctoritate ſimilibus eximẽdo, & totaliter liberando, ac libera & immunia faciendi. Necnon dilectis filiis noſtris Vitellotio

Hoſpitio excipi non debent milites apud monaſteria.

Pœnæ in conſtitutionis contemptores.

Cardina

Cardinali Vitellio nuncupato,& pro tempore exiſtenti S.R.E.Camerario,ac præ-
ſidentibus & clericis Cameræ Apoſtolicæ, vt eiſdem monaſteriis, & piis locis in
præmiſſis efficacis defenſionis præſidij aſſiſtentes non permittant illa, ſeu eorum
perſonas à prædictis militibus, & equitibus, illorumque hoſpitio grauari contra
præſentium tenorem, ſed literas& exemptiones huiuſmodi eis deſuper concedant
ac fauorabiliter defendant, etiam præcipimus,& mandamus: Et ſic per quoſcun-
que Iudices ſublata,&c. iudicari,&c. debere: Irritumquoque,&c. decernimus. Non
obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtatutis e-
Clauſulæ derogatoria.
tiam iuramento,&c. roboratis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis
quibuſuis etiam prædictis,ac aliis quibuſuis etiam prædictis,ac aliis quibuſuis per
ſonis ſub quibuſcunque tenoribus,ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis
& concedendis. Quibus omnibus illorum tenores,&c. latiſſimè derogamus, cæte-
riſque contrariis quibuſcunque cum, clauſulis opportunis.

Et cum abſolutione ad effectum.&c.& de commiſſione, mandato, inhibitio-
ne, præcepto, exemptione, liberatione, decreto, derogatione, aliiſque, præmiſſis ex-
tendendis perpetuò in forma gratioſa,& ſi videbitur cum opportuna executorum
deputatione qui aſſiſtant, ac ſub cenſuris, & pœnis etiam pecuniariis,&c. cum fa-
cultate grauandi,&c. inuocato,&c. ſæcularis, cum opportuna dictarum derogatio-
ne latiſſimè extendenda,& quod præmiſſorum omnium, ſingulorum etiam maior,
& verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis etiam ad partem pro quoli-
bet monaſterio,& pio loco ſi videbitur per breue noſtrum expediendis, ſeu ſi vi-
debitur præſentis noſtri Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat,& vbique fidem fa-
ciat in iudicio extraque, regula contraria non obſtante.

Placet Motu Proprio,& ita mandamus. M.

*Militum inſolentia, crudelitas, & libido eò peruenit vt etiam pro bello iuſto militis no-
men odioſum ſit, ita vt non deceat ſacra & pia loca tam feros hoſpites fouere, quod ſecus
eſſe ſi modum affectibus præſcriberent.* Bellum *iuſtum à iuſtis & pijs geri debet non ab his
qui exuta omnis humanitatis religione nulla ſemina referunt* Chriſtiani *nominis. Sic vbi
quiduis militum permittitur libidini, vbi non minùs à ſociis, quàm ab hoſtibus accipitur
detrimenti, vbi vaſtatur prouincia, diripiuntur miſeri, virgines, ac matronæ conſtupantur,
omnia cædibus, furtis, violentia, graſſatione replentur: quis non videt bellum eſſe ſceleratiſſi-
mum? Imò quid tali milite, quid inquinatiſſimo exercitu, omniq; vitiorum genere contami-
natiſſimis armis piiſſimi alioqui principes fœliciter gerere queant? Illud certè meritò magis
hac ætate, ſi ab orco, redire contingeret, vociferaretur ille Poeta:* Nulla fides pietáſque vi-
ris, qui caſtra ſequuntur. *Quid precor cucullato monacho cum milite galeato, & loricato,
quid precibus ſacris cum ingenti armorum ſtrepitu, quid meticuloſis mulieribus cum hor-
rendo Cataphractorum ſatellitio, iuſtè ergo prohibet Pōtifex ne hoſpitentur apud ſacra loca
& cœnobia tales mali criminis nuncij.*

LXI.

*Conceſſio gratiarum tam ſpiritualium quam temporalium aliis per Rom. Pont. proficiſcentibus
ad ſubſidium Terræ Sanctæ conceſſarum pro iis, qui vel perſonis, vel facultatibus ad-
iuuerint hoc præſens bellum contra Turcas.*

PIVS Papa V. Motuproprio, M. &c.
VNIVERSIS, & ſingulis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpectu-
Fœdus ſacrum initium.
ris, ſalutem,& apoſtolicam benedictionem. Cum nos pro paſtoralis officij diuini-
tus nobis iniuncti cura, ac ſolicitudine diuino auxilio ac iuri pro vniueſæ Chriſtia-
næ Reipublicæ bono, ac tutela, cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo
Hiſpaniarum Rege Catholico, ac dilectis filiis nobili viro Duce, & Senatu Vene-
torum aduerſus perfidiſſimum, importuniſſimumque Turcarum tyranum, efferata,
rabie cuncta Chriſtianæ ditionis regna prouincias,& alia loca incendiis, ferro
cædibus expugnantem, atque vaſtantem, nō minus ſalutare quam neceſſarium fœ
dus iniuerimus, iamque admirabili Dei clementia,& beneficio naualem, glorioſiſ
ſimamq; victoriam feliciſſimè conſecuti fuerimus, modoque à nobis Principibus
fœderat.

fœderatis copiæ tam maritimæ, quam terreſtres, vt cœptam contra teterrimum
hoſtem expeditionem, monſtrante Deo, perſequamur, ſummis viribus, ſumme ſtu-
dio, ſumma diligentia comparentur, atque inſtruantur. Attamen conſiderantes
immanem Turcarum potentiam, infinitamque multitudinem, qua potiſſimum res
Chriſtianorum omni tempore miſerabiliter perculſiſſe, atque afflixiſſe non ignora
mus, magnopere idoneum,& opportunum eſſe cenſemus, ſi Chriſtiani maiori quo
fieri poterit militum numero, bellicoque apparatu contra hoſtilem ferociam in-
ſurgere conabuntur, ſic enim facilius ſperandum eſt felicia noſtra cœpta adiuuan-
te Domino, fore indies fœliciora, atque optatum exitum graui cum hoſtium for-
Sanctiſſimum bellum illud dicitur quod contra hoſtem publicum ſidei geritur.
midine, ac pernicie habitura. Itaque decreuimus omnes,& ſingulos fideles ad piiſ-
ſimum, iuſtiſſimumque bellum, vbi de Ieſu Chriſti Domini, & Saluatoris noſtri
cauſa,& gloria, Chriſtianique nominis ſalute (ſicut omnes apertè vident) in primis
agitur, monere, requirere,& enixè hortari, prout monemus, requirimus,& horta-
mur per præſentes, vt vnuſquiſque ſanctiſſimum hoc bellum vel perſonis, vel fa
cultatibus adiuuare velit. Negabit enim ſeruus Domino opes temporales largiter
exhibere, cum Dominus ſeruum viuere faciat,& habere, ipſique demum diuitias
largiatur æternas,& ſi Deus ſubiit mortem pro homine, dubitabit homo mortem
ſubire Deo? Quod vt eò libentius, & alacrius cuncti facere ſtudeant, quo ex hoc
ſpiritualibus muneribus,& temporalibus quoque gratiis à nobis ſe refectos, pariter
& munitos eſſe cognouerint, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Apo
ſtolorum Petri,& Pauli auctoritate confiſi, ex illa, quam nobis Deus, licet indignis,
ligandi,& ſoluendi contulit, poteſtate, omnibus, qui ad ſubueniendum huic ſacro
bello in perſonis propriis,& expenſis ſe ſe contulerint: Necnon eis, qui non in per
ſonis propriis illuc acceſſerint, ſed ſuis tantū expenſis iuxta facultem,& qualitatem
ſuam viros idoneos deſtinauerint, donec milites noſtri ibi fuerint, commoraturos,
Et illis ſimiliter, qui licet alienis expenſis propriis tamen perſonis belli laborem,
& pericula ſuſtinuerint, Ac demum eis, qui de bonis ſibi à Deo collatis congruam
ad id portionem benignè erogauerint, pleniſſimam,& ampliſſimam omnium pec-
catorum ſuorum, de quibus corde contriti,& ore confeſſi fuerint, & eandemmet,
quam Romani Pontifices prædeceſſores noſtri Cruce ſignatis proficiſcentibus
ad ſubſidium Terræ Sānctæ concedere ſoliti fuerunt, veniam, remiſſionem & abſo
lutionem tenore præſentium indulgemus,& elargimur, Bona inſuper proficiſcen-
tium ad bellum huiuſmodi, ex quo profecti fuerint, ſub beati Petri,& noſtra prote
ctione ſubſcripſimus, necnō vt talia ſub Archiepiſcoporum,& omnium Prælatorū
Eccleſiæ Dei tutela conſiſtant, & nullam de iis, quæ dum fuerint in dicto bello
quiete poſſident, ſuſtineant quæſtionem: ſed integra maneant, & quieta: quinimò
in quibuſuis eorum cauſis,& litibus, coram quibus vertuntur, omninò ſuperſederi
debere, donec de eorum obitu, vel reditu certiſſimè, cognoſcatur, ſtatuimus,& man
demus. Ad vſuras quoque, ſi iuramento teneantur alicui, non cogantur, verum ab-
ſoluti maneant, & quieti. Quod ſi quiſquam contra attentare præſumpſerit per
cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, compeſcatur. Si quis autem credi
torem contra tenorem præſentium ipſos ad ſolutionem coegerit vſurarum, eum
ad illarum reſtitutionem appellatione etiam remota, ſimili cenſura compelli volu
Communio hæbreis deneganda.
mus. Iudæos verò ad remittendas ipſis vt præfertur vſuras etiam per Principes, &
ſæcularem compelli præcipimus poteſtatem,& donec eis remiſerint, tam in mer-
cimoniis, quam aliis rebus, & commerciis ſub excommunicationis ſententia per
ordinarios promulganda vniueſis Chriſtifidelibus iubemus communionem omni
modam ipſis hebræis denegari. Mandantes quibuſcunque locorum ordinariis in
virtute ſanctæ obedientiæ, vt ſtatim præſentes literas, vel earum tranſumpta per
ſuas quiſque diœceſes publicari,& etiam per prædicatores ad populi notitiam abſ
que vllo quæſtu deuenire quam primum curent,& faciant. Non obſtan. præmiſſis,
ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcun
que. Volumus autem, ꝙ præſentium tranſumptis etiā impreſſis manu Notarij pu-
blici ſubſcriptis,& ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica cōſtitutæ munitis eadē
prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur originalibus literis, ſi eſſent exhibitæ,
vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, decimoſe-

cundo Martij milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Turcarum Imperium maximum ſumpſiſſe incrementum ferri violentia non ſine damno teſtantur qui orientis celebriora loca huic Tyranno parere conſpiciunt. Qui inquam Mahometicam impietatem & Turcicam tyrannidem Antichriſti nomine intelligunt, manifeſtè percipiunt, eam nunc Aegyptiis, Arabibus, Libyis, & Aethiopibus, longè latéque imperare: ſciunt etiam reliqua regna, id eſt, Syriam, Armeniam, Aſiam minorem, Thraciam, Bulgariam, Peloponeſum hoſtibus, illis in ditionẽ veniſſe. Et noſtro hoc ſeculo cœleſtem iram prouocantibus, & aduerſum nos dimicantibus peccatis noſtris, accepimus Hungariam, Negropontem, Rhodũ, Cyprumque belluis iſtis manus dediſſe. Legimus præterea inter Germanos Lutherum ſuis cancionibus & ſcriptis tanquam claſſico, Antichriſtum euocaſſe, his verbis: Turcis non eſſe reſiſtendum, nec tributa pendenda, nec collectas faciendas ad inferendum Turcis bellum; Præliari aduerſus Turcas eſt repugnare Deo, *Contra craſſiſſimam iſtã impietatẽ obtrudo ſacrum fœdus nunc in Turcas ſuſceptum, mutuis copiis Pontificis Regis Catholici, & Venetorum Reipublicæ iunctis, quo Barbari hoſtis iam de tota inſula Cypri triumphantis & audaci ſupercilio Europam minantis impetus retuſus domitus, & ingenti clade ad extremos maris ſui ſinus relegatus. Sanctæ huius expeditionis ſummus Imperator deſignatus fuerat Ioannes ab Auſtria, & ſacro vexillo donatus, cuius ſtrenua & inſigni fortitudine victoria qualem à Chriſto paſſo maiorem nec fœliciorem parentum ætas vidit conſequuta eſt, quæ cùm paſſim ab omnibus chronographis fusè commendetur, eiúſque copioſa illuceſſat ſeries ſub Gregorio XIII. in inſtitutione feſti Roaſrij. Triumphi Chriſtiani parta ſigna Romã delata in Baſilicis S. Ioannis in Laterã Principis Apoſtolorum & Aræ cœli huc vſque vidẽtur. Quandiu verum miles in caſtris fuit Pius Pontifex ſingulis diebus ſacrificium feriáque 2. 4. & 6. cuiuſque hebdomadis ieiunauit. Singulis triremibus Capuccinos ſtrictes regula D. Franciſci monachos præpoſuit qui milites ad pugnam animarent. Naupactum perpetuò celebre erit ob hoſtium Chriſtiani nominis ſtragem numeroſiſſimam. Bellum hoc ſacrum pulchrè deſcribitur in Auſtriade Ioannis Ruffi Hiſpani, tanta elegantia vt Virgilij & Homeri gratiam illum æquare ſuo idiomate dicas.*

LXII.

Miſerabiles perſonæ in cauſis diſcuſſionum, cæteris aliis creditoribus præferuntur, pro eorum creditis, vſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta.

PIVS Papa V. Motu proprio. &c.

ACCEPIMVS multos pauperes, & perſonas miſerabiles reperiri, qui cum alicuius ſint creditores, de eorum credito volentes ſibi ſatisfieri, comparent in cauſis diſcuſſionum bonorum eorum debitoris, iura ſua producentes: verum ipſi aut quia non priores, potioréſve, aut quia vt priores, nec potiores ſunt, propterea euenit, quod dum eorum creditum in maximum ipſorum præiudicium conſequi non valent ſæpiſſimè fiat quod eorum pauperrimæ familiæ non modicum ipſorum earúmque dedecus mendicare cogantur. Nos itaque, huiuſmodi perſonarum miſeriis compatientes, eiſdémque in præmiis ſubuenire volentes, Motu ſimili, & non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera voluntate & deliberatione, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Apoſtolica auctoritate volumus ac perpetuò ſtatuimus & ordinamus, quod ſi in cauſis huiuſmodi in Tribunali dilecti filij Alexandri Riarij noſtri & Cameræ Apoſtolicæ Auditoris tam motis, quàm mouendis in futurum comparuerint creditores vſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta incluſiuè pro quolibet, qui verè ſint miſerabiles perſonæ, iis de eorum credito, etiam quod non ſint priores, ſatisfieri poſſit & debeat. Mandantes propterea præfato dilecto filio Alexandro Riario Aditori noſtro, quatenus conſtito ſibi prius etiam ſummariè, & extraiudicialiter, ac quantum ſibi ſufficere videbitur, de præmiſſis paupertate & miſeria, dictos pauperes ad ſatisfactionem eorum crediti admittat, eiſque ſatisfieri mandet, & faciat realiter & cum effectu, plenámque & liberam ac omnimodam ſibi in & ſuper præmiſſis eadem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium

In fauorem & compaſſionem pauperum lata conſtitutio.

tium concedimus facultatem. Cùm poteſtate quos, quibus, vbi, quando, & quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè & extraiudicialiter de nouo tuto acceſſu, ac etiam ſub eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & etiam pecuniariis pœnis, aliiſque arbitrio ſuo imponendis, & moderandis, & applicandis, citandi, monendi, & inhibendi, & in euentum non paritionis declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, & excommunicandi, interdicendi, auxiliúmque brachij ſæcularis, ſi opus fuerit, inuocandi ſeu adhibendi, necnon perpetuum deſuper ſilentium omni & quacunque appellatione & recurſu remotis, imponendi, omniáque & ſingula alia faciendi, dicendi, gerendi, mandandi, & exequendi in præmiſſis & circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet opportuna, Sicque etiam in præmiſſis ab omnibus cenſeri, ac ita etiam per quoſcunque alios iudices, &c. ſublata, &c. iudicari, &c. debere, irritúmque, &c. decernimus & declaramus de gratia ſpeciali. Non obſtantibus præmiſſis, ac dicta noſtra de non tollendo iure quæſito, & quibuſuis aliis Apoſtolicis, vniuerſalibus, prouincialibúſque, & Synodalibus, ac municipalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ſpecialibus, & generalibus, necnon etiam Vrbis & Curiæ Romanæ etiam iuramento, &c. roboratis ſtatutis, &c. vſibus, naturis, ſtylis, & etiam nouis reformationibus, priuilegiis in genere vel in ſpecie, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibúſque, aliiſque decretis, &c. etiam Motu proprio & conſiſtorialiter, &c. ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, &c. in poſterúmque concedendis, necnon legibus etiam pontificiis, & imperialibus, &c editis & edendis, quibus omnibus etiam ſi de eis, &c. eorum tenores, &c. pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, latiſſimè hac vice derogamus cæteríſque contrariis quibuſcunque, ſtatum, &c. & merita cauſarum huiuſmodi, ac præmiſſorum omnium & aliorum neceſſariorum tenores, &c. etiam pro plene & ſufficienter expreſſis habentes. Volumus autem præſentem noſtrum Motum proprium perpetuis temporibus durare, ac illius ſolam ſignaturam ſufficere, & vbiq; in iudicio & extra fidem facere, regula contraria non obſtante.

Pœnæ arbitrariæ.

Decretum irritans.

Placet Motu proprio M.

Fauet conſtitutio perſonis miſerabilibus, in quibus pauperes iure numerantur, quorum cauſæ fauorabiles conſpiciuntur. Cauſa enim pauperum dicitur miſerabilium perſonarum pauperes miſerabiles vocantur. c. 1. & ibi Pan. de poſtul. & in cap. ſignificantibus, vbi etiam Abb. de offi. deleg. & per Alber. in dictiona. in ver. miſerabilis, ſed cauſa miſerabilium perſonarum dicitur pia, Spec. in tit. de inſtrum. editio. §. nunc aliqua. verſ. & ſcias quòd relicta. Felyn. in d. c. ſignificantibus, num. 6. ergo cauſa pauperum dicitur pia. Itaque dicebat Bald. in l. illud, in princip. C. de ſacroſ. eccl. quòd vbicunque ſit donatio piis locis, pauperibus, vel pro redemptione captiuorum dicitur pia, & quòd ſit verum quòd paupertas ſit pia cauſa corroboro vltra prædicta, nam valet argumentum de loco ad perſonam & è contra. l. 1. §. offilius. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi exi. iuncta. l. 2. eod. tit. & eſt bonus text. in c. peruenit. iuncto c. cum eccleſia. extr. de immun. eccl. Et valet argumentum à loco ad rem & è contra, vt l. pen. ff. de iuſt. & iur. & in l. ſi quis ita legauerit. de aur. & arg. lega. Iaſ. in l. vinum. num. 6. ſi cert. pet. in fin. Sed locus pauperum, quod hoſpitale dicitur, eſt pius quando erectum eſt epiſcopi auctoritate. Abb. in d. conſi. 31. facti contingentia, col. 2. poſt gl. in Clemen. quia contingit de relig. domi. & Bal. in l. orphanotrophos. C de epiſc. & cleric. gaudétque omnibus priuilegiis conceſſis eccleſiis. l. omnia priuilegia. C. de epi. & cle. Arch. in c. ſi ex laicis. 10. q. 1. Abb. in c. eccleſiæ. col. 1. ext. de immun. eccl. & in c. cùm ſit generale. col. 1. de foro compet. Alex. lib. 2. conſi. 209. in princ. Calder. in conſi. 1. de relig. domi. Corn. in conſ. 206. licet in hac conſulta. col. 1. lib. 1. Capra. in conſi. 54. circa primum, col. pen. & Dec. in conſ. 488. in cauſa. num. 4. & bona hoſpitalium æquiparari bonis eccleſiarum, conſuluit Pau. Caſtr. in conſ. 295. in fi. & Dec. in conſ. 504. in caſu occurrenti. col. 1. cum concor per Nicol. Euer. in centu. in loco ab eccl. ad pia loca. & Cor. lib. 3. conſ. 57. in cauſa, col. 1. ergo ipſorum quoque pauperum perſonæ & res, & cauſæ, piæ dici debent, quod adhuc ſtringitur, nam ſi loca pauperum dicuntur pia, & fruuntur immunitatibus fauore & cauſa pauperum, vt in l. ſancimus, la 2. ibi huiuſcemodi piis conſortiis. C. de ſacroſanct. eccl. & not.

Bald.in d.l omnia.per illum text.à fortiori & ipſi pauperes pij appellari & immunitatibus potiri debent, vt maior ſit cauſa quàm cauſatum, l. de acceſſionibus. §. itaque ff. de diuer. temp. præſcr.& per Bart.in auth.multò magis C. de ſacroſ. eccl. Non iniuria itaque proferuntur in cauſis diſcuſſionum cæteris creditoribus.

LXIII.

Reuocatio priuilegiorum de recipiendis & retinendis Fratribus alterius ordinis.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

QVÆCVNQVE ſacrarum Religionum ſtatum offendere noſcuntur, noſtrum nos incitat officium, de medio remouere. Quanquam enim de cohibendis regularibus ad alium ordinem tranſlatis ſancta Synodus Tridentina ſalubri conſilio decreuit, vt nemo cuiuſcunque ordinis, prælatus, vel ſuperior vigore cuiuſuis facultatis, illorum quempiam ad habitum, & profeſſionem admittere poſſit, niſi vt de ordine, ad quem tránsfertur, ſub ſui ſuperioris obedientia in clauſtro perpetuò maneat. Multi tamen ſuperiores, & prælati, obtentu priuilegiorum, quamplurimos Apoſtatas, & alios diuerſorum ordinum ad ſe ob iurgia, contentiones, leuitatem, & malefacta vt maximè fugientes, eo etiam conſilio receptare non deſinunt, vt illorum opera in curandis infirmis, gerendíſque eorum locorum rebus, & negotiis vtantur, ex qua re plerique ſolutiores effecti, & quaſi impunitatem aſſecuti, non perſonas tantum eorum ordinum, vnde animaduerſionis metu forte exierant, ſed& ipſorum ordinum ritus, moréſque maledictis inſequuntur. Quocirca cum eiuſmodi priuilegia veniant abroganda, quandocunque inſigniter comperiuntur nocere, vel etiam ſcandala generare. Nos his, aliíſque rationabilibus cauſis adducti, & vt quibuſlibet huiuſmodi effugia præcludamus. De nobis attributæ poteſtatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta, præter iuris communis diſpoſitionem emanata recipiendi, vel retinendi fratres, monachos, canonicos, & alios etiam laxiorum ordinum profeſſores quibuſcunque ordinibus, monaſteriis, hoſpitalibus militiis, & piis locis, etiam ſancti Antonij Viennen. ſancti Spiritus in Saxia de Vrbe, ſancti Ioannis Hieroſolymitani, Ieſu Chriſti, ſancti Iacobi de Spatha, ſancti Lazari Hieroſolymitani, corúmque eccleſiis, membris, ſuperioribus, & perſonis, per quoſcunque Romanos Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem apoſtolicam tam in ipſorum monaſteriorum hoſpitalium, & locorum inſtitutione, quam deinceps quomodocunque, ac quotieſcunque, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & alias ſub quibuſcunque tenoribus & formis ac cum quibuſuis reſtitutionibus, præſeruationibus, mentis atteſtationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili poteſtatis plenitudine, etiam pauperum infirmorum miſerabilium, & cuiuſcunque alterius pij operis intuitu, ac etiam ex quibuſcunque aliis cauſis, quantumuis grauibus, charitatiuis, & neceſſariis, etiam conſideratione, vel ad ſupplicationem Imperatorum, Regum, aliorúmque Principum, necnon S. R.E. Cardinalium, deque illorum conſilio, & matura deliberatione prius habita, conceſſa, confirmata, ac etiã multiplicatis vicibus innouata, extenſa, vel etiam moderata. Caſſamus quoque, & annullamus, quo ad illa, omnes apoſtolicas, & alias literas ſuper iis cõfectas, ac proceſſus, & alia inde ſecuta quæcunque. Ac volumus ea omnia vires, & effectum de cætero non habere, ita vt poſthac illorum ſic reuocatorum prætextu Prælati, & ſuperiores prædicti, aut alij quicunque nullum prorſus alterius, etiam laxioris ordinis, vel obſeruantiæ regularem, etiam ſpecialem tranſeundi ad ipſos licentiam iuxta huiuſmodi priuilegia duntaxat ferentem, ad habitum, & profeſſionem regularem in ſuis quiſque monaſteriis domibus, locis, vel ordinibus etiam vt in clauſtro perpetuò maneat, admittant, nec omninò quemquam recipiant, vel retineant. Eos vero, quos in aliquo ex caſibus ſupra dictis vigore huiuſmodi priuilegiorum tantum, ac præter iuris communis diſpoſitionem iam habent tranſlatos ad eorum ſuperiores, & loca eius ordinis, vnde erant profecti, quam primum remittant. Decernentes

Priuilegia recipientiũ fratres alterius ordinis reuocantur.

cernentes admiſſiones, receptiones, & retentiones huiuſmodi nulla firmitate ſubſiſtere, neminemque prorſus vlli voto vlliue regulæ, vel obſeruantiæ etiam iuramento, aliáue ſolennitate promiſſæ obligare, necnon irritum, & inane quicquid ſecus per prædictos, aut quoſcunque alios quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quicunque verò aliquem contra huius noſtræ reuocationis tenorem admiſerint, aut receperint, aut illos, aut quos iam habent, modo prædicto tranſlatos, aut receptos retinuerint, ipſos omnibus, & ſingulis dignitatibus, adminiſtrationibus, beneficiis, officiis, fructibus, & penſionibus eccleſiaſticis præſentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles eſſe volumus eo ipſo. Quocirca omnibus locorum ordinariis, in quorum diœceſibus loca prædicta conſiſtunt, per apoſtolica ſcripta mandamus vt per ſe, vel alium, ſeu alios de tranſlatis prædictis auctoritate noſtra cognoſcentes, in eos, quos contra hoc præſcriptum noſtrum degere inuenerint, ac etiam recipientes, vel retinentes reiecto quocunque exemptionis priuilegio, animaduertant, ipſóſque præterea tranſlatos, & retentos, ad priores ordines, & diſciplinam remittere procurent. Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, cæteráque iuris & facti remedia opportunè, quacunque appellatione poſtpoſita, compeſcendo, Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, Hoſpitalium, Militiarum, ordinum, & locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus & naturis, quódque Prælatis, & ſuperioribus prædictis, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim à predicta ſit ſede indultum, quod literis reuocatoriis ſub quacunque formula editis nullatenus, vel niſi modis, & formis in huiuſmodi indultis contentis parere, & ob non paritionem aliquas cenſuras, & pœnas incurrere, aut alias interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, necnon Monaſteriis, Hoſpitalibus, Militiis, & Ordinibus huiuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis priuilegiis, exemptionibus, indulgentiis, & literis apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine prædictis conceſſis, cuiuſcunque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel omninò non inſerta, effectus, earũ expediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorúmque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia nolumus cuiquam contra prædicta in aliquo ſuffragari, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem vt ipſarum præſentium exempla edantur, eadémque etiam impreſſa, notarij publici manu, & Prælati eccleſiaſtici, eiúſue curiæ ſigillo obſignata, eandẽ illam vbique locorum fidem in iudicio, & extra illud faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ Nulli ergo, &c. Siquis autem, &c. Datũ Romæ, apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Pridie Idus Octobris. Pontificat. noſtri anno quarto.

Cenſuræ Eccleſiaſticæ videntur in contradictores.

Decretum irritans.

LXIIII.

Deputatio Cardinalium Hæreticæ prauitatis generalium Inquiſitorum, & declaratio, quod, quæ maior pars eorundem in Congregatione interuenientium facit valeat, ac ſi omnes interuenirent.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM fœ. rec. Pius IV. prædeceſſor noſter per ſuum ſpecialem Motumproprium ſubdata Romæ apud Sanctum Marcum, quarto nonas Auguſti, anno quinto ſui Pontificatus, Ioannem Michaelem ſanctæ Anaſtaſiæ Saracenum, & Ioannem Baptiſtam ſancti Clementis Cicadam, ac Ioannem ſanctæ Priſcæ Romanum, necnon Clementem ſanctæ Mariæ in Aracæli monelium, & Ludouicum Sancti Cyriaci in Thermis Simonetam, & Carolum Sancti Martini in Montibus Borrhomæum preſbyteros, ac Vitellotium Vitellium Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconum, & ſucceſſiuè per alias literas in forma breuis, Franciſcum Alciatum Sanctæ

Suſannæ titulorum miſeratione diuina Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales cum facultatibus, iuriſdictionibus, & auctoritatibus, prout in eiſdem literis in forma Motusproprij, & forſan aliis antea, vel poſtea conceſſis latiùs continetur, in officio ſupremo in Alma Vrbe, & Curia Romana, ac tota Republica Chriſtiana Snnctæ Inquiſitionis hæreticæ prauitatis Inquiſitores, eiuſque cauſarum audientia cognitioni, expeditioni, & terminationi præfecit, & deputauit: Nos poſtquam diuina prouidentia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, conſiderantes eoſdem præfectos Cardinales in variis, ac diuerſis publicis negotiis ob eorum experientiam, & doctrinam implicitos, & occupatos eſſe, vt dictum officium concernentes eò celerius expediri poſſint, quo illi præpoſiti aliis negociis fuerint minus impliciti, loco ipſorum, quibus etiam aliorum quorundam negociorum ad Sedem Apoſtolicam ſpectantium curam dedimus, in eodem ſacro officio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis deputauimus Inquiſitores dilectos filios noſtros Bernardinum Scotum tituli Sancti Matthæi, Scipionem tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Rebibon, Franciſcum tituli Sanctæ Crucis in Hieruſalem Paciechum, Ioannem Franciſcum de Gābara tituli Sanctæ Prudentiæ S.R.E. Cardinales. Ne tamen in poſterum, de eorum iuriſdictione hæſitari contingat, Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia deputationem huiuſmodi tenore præſentium approbamus, & confirmamus, & quatenus opus ſit de nouo eoſdem quatuor Cardinales generales hæreticæ prauitatis in eiſdem Alma Vrbe, Curia Romana, ac tota Republica Chriſtiana creamus, confirmamus, & deputamus. Et inſuper pro faciliori earum expeditione ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, vt quicquid per maiorem partem præſentium, vel aliquibus abſentibus per duos ex prædictis Cardinalibus deputatis, qui in Congregatione pro dicto officio interuenerint, ſeu, conuenerint, dictum, geſtum, ſtatutum, ordinatum, decretum, terminatum, ſeu ſententiatum extiterit, ſit validum, & firmum ita, & taliter, quod nullo modo impugnari poſſit, perinde, ac ſi omnes, & ſinguli Cardinales prædicti in dicta Congregatione interueniſſent, & conuenirent, & maior pars eorum conſenſiſſet: cum plena, & omnimoda iuriſdictione auctoritate, & poteſtate dicto officio, ac omnibus prædictis Cardinalibus, & eorum prædeceſſoribus per nos, vel alios ſummos Pontifices aliàs quomodolibet conceſſis, & attributis. Irritum, &c. decernentes. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & omnibus illis, quæ nos, & prædeceſſores noſtri voluerunt, & voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Decernentes ſolam præſentis noſtri Motuſproprij ſignaturam ſufficere, & vbique in iudicio, & extra fidem facere, regula contraria non obſtante.

Inquiſitores Cardinales.

Placet Motu proprio M.

LXV.

Cauſæ beneficiorum confidentialium ad Pontificem euocantur.

PIus Papa V. Motu proprio, &c.

Licet fel. record. Pius Papa Quartus prædeceſſor noſter poſtquam certam ſimoniacæ prauitatis ſpeciem beneficiorum confidentiam vocatam, etiam in Romana Curia, atque adeo in ſacrum venerabilium Fratrum noſtrorum, tunc ſuorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Collegium quaſi per cuniculos irrepſerat, ac nonnullos ex fratribus nimia quadam facultate, ſeu potius importunis amicorum familiariúmque precibus adductos, beneficia in confidentiam huiuſmodi recepiſſe, & tunc frequenter recipere intellexerat, háncque illicitam beneficentiæ exercendæ, ſeu amicitiæ colendæ viam à tanto ſaltem Collegio prorſus eliminare cupiens, eoſdem fratres in ſuo Conſiſtorio ſecreto non ſemel admonuerat huic aliena beneficia cuſtodiendo modo ne aſſueſcerent, néve illa hoc pacto reciperēt, ſed ſic recepta dimitterent. Cúmque ad aures ſuas perueniſſet eorum aliquos monitionis huiuſmodi immo potius ſuimet oblitos ea quæ cuſtodienda receperant beneficia nondum tamen dimiſiſſe, & inſuper illos & nonnullos alios etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos, Eccleſias, Monaſteria, dignitates, & alia beneficia in eorum fauorem reſignata, ceſſa, vel alias dimiſſa acceptaſſe, illáque in titulū, commendam, vel adminiſtrationem, aut alias auctoritate Apoſtolica conceſſa quā-

Simoniaci fauores vſitatiſſimi in confidentiis beneficiorū.

Pius IIII. contra recipiētes beneficia in confidentiam conſtitutionem tulit.

doque

doque in reſignantium, vel cedētium, ſeu etiam aliorum fauorem cœpiſſe, vel alias dimiſiſſe, ac ſibi propterea fructus Eccleſiarum, Monaſteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum huiuſmodi in toto, vel in parte, ac regreſſus, ſiue acceſſus, & ingreſſus ad Eccleſias, Monaſteria, & beneficia huiuſmodi ſibi reſeruari procuraſſe, & obtinuiſſe, ad hoc videlicet, vt confidentes ſic decimarum Apoſtolicarum, vel communis dicti Collegij, & annatæ, aliorúmque iurium dictæ Cameræ debitorum ſolutionem eluderent, & alia tunc expreſſa feciſſe in animarum ſuarum periculū, & pernicioſum exemplum. His & aliis tunc expreſſis occurrere volens, per ſuas ſub plumbo expeditas literas, Eccleſias, & Monaſteria, ac beneficia huiuſmodi ipſo iure à die receptionis eorum vacauiſſe, & vacare, ac fructuū reſeruationes, vt præmittitur factas, ac regreſſus, ſiue acceſſus, & ingreſſus conceſſos huiuſmodi ceſſaſſe, & ceſſare, ac extinctos eſſe, & alia ſimiliter tunc expreſſa decreuerit, & declarauerit, cum prohibitionis, & decreti, ac aliis clauſulis etiā tunc expreſſis, prout in ipſis literis plenius cōtinetur. Tamen pro eo, quod ipſe Pius prædeceſſor ſibi ipſi, & ſucceſſoribus ſuis præmiſſorum, & in eiſdē literis cōtentorū cognitionem, & dictarū literarum executionē prout debebat nō ſeruauit, cū vt plurimū, iſtæ confidentiæ inter S.R.E. Cardinales, & Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios potentes viros ſint, & inferiores iudices ad eos pro eorū dignitatibus, gradibus, vel officiis, aut potentia reſpectum habentes ac etiā quia nullus eſt, qui cōtra eos ſe inſtigatorē, aut accuſatorē oſtendere, aut propalare velit in iuſtitia deſuper exhibenda, & miniſtranda, ac præfatis Pij prædeceſſoris literis exequendis ſe negligentes ant moroſos reddunt. Quo fit, vt ad aures noſtras nō ſine animi noſtri diſplicentia peruenit, vt nonnulli ſacros canones, ſeu literas Pij prædeceſſoris huiuſmodi paruipendētes non vereātur in animarum ſuarum perniciē Eccleſias etiā Cathedrales, & Metropolitanas, Monaſteria prioratus, & alia beneficia ſecularia, & regularia in confidentiā, quam ſimoniacā prauitatem ſapere non ignorant, acceptare, & retinere, ſeu illa in vim aſſertorum regreſſum, fiae acceſſuū, & ingreſſum ſic, vt præfertur, eis conceſſorū, & effectum, vt aiunt, fortiorē conſequi & habere velle: Nos qui poſt noſtrā ad ſummi apoſtolatus apicē diuina fauente clementia aſſumptionē inter alias nobis imminētes curas hoc præcipuè, & maximè cordi habuimus prout habemus, huiuſmodi cōfidentias de medio tollere, & in ſua pertinacia circa huiuſmodi Eccleſiarū Monaſteriorū, & beneficiorū detentionem, ſeu aſſecutionē, perſiſtentes niſi reſipiſcant debitis viſis pœnis plecti, ac vnicuique prout ex noſtro vniuerſali, & paſtorali, officio tenemur, in his iuſtitiā miniſtrare, & ne abuſus vel potius delictū huiuſmodi vlterius fideliū animas illaqueatas tenendo progrediatur, omni debito, & celeri remedio prouidere volentes: Motu ſimili, &c. ac ex noſtra certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præmiſſorū omniū cognitionē, & literarum prædictarū executionē nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus reſeruantes, prout harum ſerie reſeruamus, omnes, & ſingulas confidentiarū huiuſmodi contra quoſcunque etiā eiuſdem S.R.E. Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoſcunque coram quibuſcunque iudicibus, etiā ad hoc ſpecialiter delegatis, etiā ſacri Palatij Apoſtolici cauſarū Auditoribus, ac S.R.E. Cardinalibus motas, & pendentes in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur, ac etiā alias quaſcunq; ſimiliū confidentiarū cauſas contra ſupradictos, & alios quoſcunque de cætero mouendas, ſeu ad nos quomodolibet deferēdas per nos ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſola facti veritate inſpecta etiā per viā inquiſitionis, ſeu ex noſtro officio, aut alias nobis expedire videbitur procedendo, audiendas, cognoſcēdas decidendas, fineque debito terminādas, & totaliter exequendas ad nos auocamus, deciſionique, & terminationi per nos ſuper illis faciendæ appellatione quacunq; etiā alias de iure admiſſibili reiecta, & poſtpoſita ſtandū, ac acquieſcēdū, & omninò parendū, & obediendū fore ſtatuimus, & ordinamus, ſicque mētis, & volūtatis noſtræ incōmutabilis eſſe dicimus decernimus, & declaramus. Certificantes prout certificamus, & atteſtamur omnib. & ſingulis ſupradictis, in ipſis cauſis eos in eorū prætenſis iurib. & aliis quæ corā nobis dicere, & allegare, ſeu prætēdere voluerint audiēdo iuſtitiā, vt per eſt, nos miniſtrare paratos exiſtere. Non obſt. &c. Dat. Romæ apud S. Petrum 1568.

Confidentiæ beneficiorū cum paciſcuntur inter potentes & maioris notæ viros facilius à iudicibus tolerantur qui non audent in eos, quidquam conari.

Idcirco ne hæc Simoniæ molimina inulta manerent eorū deciſionem ad ſe euocat Pontifex.

Appellationes nō admittendæ.

Clauſulæ derogatoriæ.

Vir

Vir Sanctus Pius V. longiore vita dignus exhantlatis multis laboribus in Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem, de abſoluendo vitæ itinere cogitauit. Elegantiſſimam in illius funere orationem habuit Muretus Doctus, doctum apello ſimpliciter Stoico more, ex cuius calce tres aut quatuor periodos hic accommodatiſſimè excepi. Duo ſunt (inquit) cum ad extremū vitæ ventū eſt, etiam ſpectatæ virtutis viros de gradu deiicere interdum ſolent, doloris acerbitas, & metus mortis cum iuxta Philoſophum terribiliū terribiliſſimū dicatur Mors. Et sūt tamē qui quādiu à ſe mortis periculū abeſſe confidunt, dolorem ſatis fortis animo ferunt. Sunt etiam, qui, dum ne graui, & diuturno dolore crucientur, imminentem mortis neceſſitatem ſatis æquo animo expectant. Qui autem vtrumque præſtet, vt neque doloris acerbitate ac diuturnitate frangatur, neque aduentantis atque imminentis mortis metu terreatur, ei pectus incredibili quadam fortitudine armatum eſſe ac munitum neceſſe eſt. Quæ laus ſi cui vnquam meritò tributa eſt, huic certe omnium confeſſione tribuenda eſt. Qui cum quadraginta totos dies tantam vim doloris perpeſſus ſit, quanta maxima cadere in hominem poteſt, nunquam tamen vllam vocem parum ſe dignam emiſit. Mortem autem ſibi ab ipſo morbi principio certam atque exploratam ita non exhorruit, vt de ea ſine vlla prorſus aut vultus, aut animi perturbatione loqueretur: planéque oſtenderet eam à ſe, vt Diuus Paulus ait, in lucro poni. Ac ne cui dubium ſit, præſciuiſſe eum, ſibi ex illo morbo moriendum fore, duas apertas atque illuſtres eius rei ſignificationes dedit. Vnam quod Cardinalem Alexandrinum pridie paraſceues, hoc eſt viceſimo nono ante ipſius obitum die, ſacroſanctam Euchariſtiam ſibi porrigentem, & vſitata verborum formula vtentem, iuſſit inſiſtere, & ita verba concipere vt in iis tantum ſit, qui ſanctiſſimum illud ſacramentum pro viatico accipiunt, vt paulò pòſt ad aliam vitam cōmigraturi. Alteram quod cum, ob quandam morbi leuationem, depulſum ab eo eſſe mortis periculum, conſtans opinio eſſet, ſeptem illa præcipua vrbis templa inuiſere voluit, eiuſque itineris, quamquam viribus morbi grauitate & longinquitate deiectis, magnam partem pedibus confecit, apertè profitens, velle ſe eorum reliquias poſtremum videre, quos ſe, non multò poſt viſurum eſſe ſperaret in cœlo. Mortem autē illius & præceſſerunt multa prodigia, terræ fremitus, terræmotus, fluminum inundationes, crebri fulminum ictus, & ſecuta eſt tanta populi conſternatio, vt eius deſiderium vix longo tempore mitigari poſſe videatur. Sed nos quidem alieniſſimo reipub. tempore optimo & præſtantiſſimo principe orbati ſumus: ille autem, vt confidimus è tenebris ac vinculis corporis in lucem libertatémque perductus, promiſſā piis omnibus poſſidet hæreditatem: ita vt mors ipſius, ſi ſortem noſtram reſpicimus luctu & lamentationibus: ſin ipſum, cultu & gratulationibus proſequenda ſit. Hæc Muretus Sanctiſſimam animam 7. Cal. Maias anno Domini. M. D. LXXII. vbi diutius calculo & dyſuria laboraſſet Deo reddidit. Diutius forſan victurus niſi ex innato quodam pudore qui prohibuit ne partes corporis occultas Medicis curandas daret hoc malum contraxiſſet, quod patientiſſimè tulit diceretque in ipſo dolorum conflictu Domine adde ad dolorem dummodo addas ad patientiam. *Corpus primum in æde Petri Romæ conditum deinde ad Boſchi Monaſterium quod paulò ante condierat tranſlatum.*

* *
*

GREGORIVS XIII.

Hugo Boncompagnus & patria & genere nobilis, patre Chriſtophoro Bononienſis Ciuitatis Patricio natus, vtriuſque Iuris laurea ſummo Clariſſimorū profeſſorū Academiæ applauſu decoratur, ibique magna laude & frequentiſſimo auditorū concurſu iura docet. Romæ deinde Palatium Apoſtolicum inſigni mentis in rebus gerendis prudentia illuſtrauit, quamobrem Pontifici Pio IIII. admodum charus Pæneſtanæ Eccleſiæ præficitur ita vt paulò pòſt inter Purpuratos eligeretur. Mortuo deinde Pio V. 4. Id. Maij an. M.D.LXXII. Summus Pontifex coronatur Religionis Catholicę ſtudioſiſſimus noui orbis inſulis per Societatis Ieſu Patres conuertendis & inſtituendis magnam diligentiam inſumpſit. Errantes ab Eccleſia populos Angliæ, Scotiæ, Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, atque Græciæ reuocauit, illiſque magnificentiſſima Collegia inſtruxit vt eorum alumni aliquando Eccleſiæ prodeſſent. Prudenter ſeditionum & bellorum ciuilium procellas placauit. Ægrè tulit Venetos ſacrum fœdus aduerſus Turcas initum diſſoluiſſe. Iuris canonici monumenta reſtituit. Regi Chriſtianiſſimo in hæreticorum tumultus ſuppetias tulit, illius electionem reclamante Maximiliano Imperatore in Regno Poloniæ apud Ratisbonam Morono legato probauit. Reges Iapponios ſedi Romanæ officioſè ſe ſe offerentes fortunatus ſenex amplexus eſt. IVBILEVM AD LIMINA APOSTOLORVM INCREDIBILI PEREGRINORVM FREQVENTIA CELEBRAVIT.

I.

Prohibitio depingendi aut venales proponendi Agnos-dei à Romano Pontifice benedictos.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

OMNI certè ſtudio, & opera à nobis procurandum eſt, vt ea tollantur, quæ non cōueniunt, ac noſtrum, & aliorum bonorum piorúmque Chriſtifidelium animos offendunt. Itàque prouidè conſiderantes certas formas innocentiſſimi Agni imagine figuratas, & per Romanos Pontifices ſtatutis temporibus conſecrari ſolitas, ſicut Agni puri & mundi à ſummo Pontifice benedicuntur, ita ab omnibus poſtmodum immaculatas, non autem auro, & coloribus vllis depictas, ſed in ſua albedinis mundicie ſanctificatas congruenti cum reuerentia tenere, & conſeruari debere. Statuimus, & ordinamus, ac ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda prohibemus, & interdicimus ne quiſquam ſiue vir, ſiue mulier, ſæcularis, aut Eccleſiaſtici etiā regularis ordinis ille ſit & quocunque gradu, conditione ſtatu, nomine, dignitate, & honore præcellat, poſthac in perpetuum Agnosdei per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem benedictos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud ſuperinducere, neque depingi, aut miniare facere, nec illos venales proponere, ſeu tenere quouis prætextu, qualibétve de cauſa audeat. Verum eos albos, & mundos Agnum illum purum, & innocentem repræſentantes, qui occiſus precioſiſſimo ſanguine ſuo nos redemit, & decenter, ac reuerenter à cunctis haberi, deferri, & cuſtodiri præcipimus: & ita ab omnibus fieri, & cenſeri debere decernimus. Mandantes omnibus, & ſingulis loco-

Primo anno Pontificatus Pontificis & ſingulis ſeptennis benedicuntur agni Dei.

rum ordinariis per vniuerſum Chriſtianum Orbem conſtitutis, eorúmque Vicariis in ſpiritualibus generalibus, vt præſentem noſtram conſtitutionem, & prohibitionem in ſuis quiſque Ciuitatibus, & diœceſibus ſtatim publicare procurent, ita vt ad omnium notitiam quamprimum peruenire poſſit. Quicunque vero inobedientes fuerint, præter excommunicationis pœnam, quam vt præfertur incurrent, etiam alijs pœnis ipſorum ordinariorum ſeu Vicariorum plecti, & mulctari volumus, & iubemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus, & iubemus etiam quod præſentium literarum exemplis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati Eccleſiaſtici obſignatis plena eademque prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Octauo Kal. Iunij Pontificatus noſtri Anno primo.

Inobedientibus excommunicatio inflicta.

Solennes habent ſummi Pontifices benedictiones: quibus vel ſacra peragunt, vel fœliciter ominantur populo Chriſtiano. Tales Pontificum Eulogiæ dicuntur S. Petri benedictiones, quæ multiplices ſunt. ſingularem autem hic adſcripſimus, qua conficiuntur Agni-Dei. Rem narramus iis qui Romam aliquando viſitarunt vulgatiſſimam, ſed digniſſimam ac multis nominibus efficaciſſimam ſi ſigillatim ceremoniæ, antiquitatis vſus, & ſignificationes conſiderentur. Hic optatiſſima vſum ſum opera, & tabulis æneis Laurentij Cabilonij Vercellani presbyteri, qui cùm Romæ ageret apud illuſtriſſimũ Cardinalem Grauellanum inſigniter in ſacrorũ Romanorum faſtis, & ſummorũ Pontificũ ſolennibus ceremoniis oblectabatur domũ tandem reuerſus fœlicis itineris egregias ἐπιτημασίας dedit. Cúmque tabulis æneis depictam oſtenderet celeberrimam illam Eulogiam Agnorum Dei illico ſagacius & enucleatius percunctari quò deſtinata ſingula haberentur incœpi. Curioſula quadam talia edicendi cupiditate ducebar, eámque nullo modo liberius aſſequi me poſſe exiſtimabam, quam ſi virum integræ fidei & harum rerum eruditiſſimum interpellarem. Agnorum Dei ſiquidem antiquitatem etiam apud priſcos diuinorum officiorum ſcriptores commendari intelligebam, eóque impenſius mirabar, ſoliditatem aduerſariorum qui hæc ad excantationes magicas & impiè & indignè referunt. Scilicet inſulſiſſimus Lutherus Catholicæ doctrinæ antiquator, Petro & Petri ſucceſſoribus imò & ipſo Chriſto præferendus? Scilicet, ſyncerum candidum, robuſtúmque Eccleſiæ teſtimonium minuetur hæreticis commentis? In Chriſmatis, vel vt Dionyſius ait τελεσιουργοῦ τοῦ χρίσματος, hoc eſt, perfectionis Chriſmatis, tum in aquæ benedictæ rationem plauſtra & naues conuitiorum exonerant. Aſt pudeat illos (dicebam) qui tam parum in antiquis ſcriptoribus verſati hunc ritum Catholicum traducere conantur. Adferebam quæ aliquando legeram apud Alcuinum Caroli magni Imperatoris præceptorem. c. 1. de ſabbath ſanct. & Amalarum eius diſcipulum lib. 1. c. 1. Hi aduerſus craſſiſſimam hæreticorum ignorantiam ſcribunt ſabbatho ſancto, manè Archidiaconum fundere ceram in vaſe mundo, & miſceri in ea oleum, & fundi ſimilitudinem agnorum, eoſq; ſeruari in loco mundo. In Octaua vero Paſchæ dari eos agnos poſt communionem populo, ad fumigandum in domibus ſuis pro quacunque neceſſitate ſeu ad ponendum in agris & vineis propter illuſiones diabolicas, ſiue contra fulgura, & tonitrua.

Scribit præterea VVidmanſtadius, Cancellarius Auſtriæ, ſacræ ceræ illius imagines, quas agnos Dei appellant, in Vaticanæ baſilicæ apſide teſſellati operis, aræ Pontificiæ imminente, ex Conſtantiniani operis ſtructura exſtare, quas ei olim Marcellus ſecundus Pontifex maximus, ſanctiſſimúſque, iam tum priuatus, veluti argumentum ceremoniæ, ante Conſtantini magni imperium vſitatæ, oſtenderit. His probabam Agnorum Dei antiquitatem multis annorum centuriis in Eccleſia Romana perduraſſe, ſed recentiorem poſtulabam teſtis occulatiſſimi auctoritatem. Aderant noſtro illo colloquio Vercellani quidam feſtiuo ingenio, ac ſanctis & planè incorruptis moribus. Nulla vi ex pulmonibus verba eruès ab oue vt aiunt & ordine conſpicuo rem omnem vt optabam, narraui, quorum omnium nulla interceſſit ἀμνηστία vbi tempore conſultum fui huic conſtitutioni luculentiſſimum adferre ſcholium. Inter pleráque dicebat non quolibet aut quouis tempore agnos cereos benedici, ſed Romano duntaxat Pontifice, tempore Paſchali anno primo ſui Pontificatus, & deinde ſingulis ſeptennis annis. Ritum conſecrationis talem eſſe prædicabat. Primò, Pontifex benedicit aquæ, ſecundo, aquæ per modum crucis infundit Balſamum, & ſacrum chriſma: tertio multas preces & benedictiones fundit ſuper ceras agnorum: quartò, cùm ſolennitate cubicularij in peluibus argenteis agnos Pontifici deferunt, quas ipſe in aquam immergit, aſtantes autem Prælati decenter extrahunt, & vt ſiccenter reponunt, vſque ad Sabbathum in albis, Sabbatho autem hoc, peracta communione, Pontifex competenti ritu agnos diſtribuit, primum Cardinalibus, & Epiſcopis in eorum mitras, dum illi manum eius, hi autem genu dextrum, oſculantur, poſtea prothonotariis, & reliquis, qui in manus, qui ad pedis oſculum prouoluuntur. Hæc loquebatur propoſito etiam totius rei Icone accutè rem omnem oculis intuentium referente. Virtutem verò efficatiorem ſacrorum illorum Amuletorum ex ipſis orationibus conſecrationi aptiſſimis aperuit, quorum vnam ex lib. 1. ceremoniarum Pontif. excerptam retulit. Sic enim orat Pontifex, Deus omnium ſanctificationum, Dominator Dominus, cuius pietas ſine fine ſentitur, has cereas formas, innocentiſſimi agni imagine figuratas, benedicere † & per inuocationem tui ſancti nominis ſanctificare & † conſecrare † digneris, vt per eius tactum & viſum, fideles inuitentur ad laudes, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempeſtatum, ventorum rabies, infeſta tonitrua temperentur, fugiant, atque tremiſcant maligni Spiritus ante ſanctæ Crucis vexillum, quod in illis exſculptum eſt. Omnipotens ſempiterne Deus, ſicut ille agnus, de cuius ſanguine poſtes & ſuperlimina domus linebantur, immolatus, populum tuum à perſecutione Aegyptiaca media nocte liberauit, & quemadmodum ille agnus, innocens, tua voluntate immolatus in ara crucis, Ieſus Chriſtus, filius protoplaſtum noſtrum de diabolica poteſtate eripuit, ſic iſti agni immaculati virtutem illam accipiant, quos conſecrãdos offerimus, in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ. Tu eos bene † dicere, ſancti † ficare, & conſe † crare digneris, vt tua larga benedictione ſanctificati eandem virtutẽ accipiant contra omnes diabolicas verſutias, & fraudes maligni ſpiritus, vt illos deuotè ſuper ſe ferentibus nulla tempeſtas præualeat, nulla aduerſitas dominetur; nulla aura peſtilens, neque aeris corruptio, nulluſq; morbus caducus, nulla maris procella, & tempeſtas; nullum incendium: neque vlla iniquitas, dominetur eis, neque præualeat homo: partus cum matre incolumis conſeruetur, per interceſſionem vnigeniti filij tui, Domini noſtri, Ieſu Chriſti. Ita iſtos agnos bene † dicere, ſancti † ficare, & conſe † crare, digneris, quatenus eos deuotè deferentes ob reuerentiam & honorem nominis tui liberentur ab omni inundatione aquarum, & ab omni fluctuatione diabolicæ tempeſtatis, & à morte ſubitanea, per virtutem paſſionis Ieſu Chriſti, filij tui benedicti. Quæſumus Domine hos agnos, quos de cera virginea in tuum honorẽ formauimus, ſacra & perenni vnda, balſamoq; ſacri chriſmatis, perfuſos, bene † dicere, ſancti † ficare, & conſe † crare digneris, quatenus à te benedicti, virtutem accipiant, contra omnia diabolica tentamenta: & omnes portantes tuti eſſe poſſint inter aduerſa & proſpera, vt tua conſolatione accepta, nullum periculum timeant, nullámque formident vmbram, nulla ſæuitia diabolica, aut verſutia humana eis noceat, ſed fortitudine tuæ virtutis roborati, tua conſolatione glorientur, qui verè paracletus diceris, & in Trinitate perfecta viuis, & regnas. Sic eos deferentes tuearis, protegas, & defendas, ab omni periculo incendij, fulguris, procellæ, & tempeſtatis: & ab omni aduerſitate cuſtodi, per myſterium paſſionis tuæ: & ſic eos digneris, ab omnibus periculis tueri, & in puerperio laborantes, ſicut matrẽ tuam ab omni periculo liberaſti, & Suſannam de falſo crimine, & beatam Theclam, virginem & martyrem tuam, ab incendiis, & Petrum à vinculis abſolutum, illæſum abire feciſti: ita nos ab hoc ſæculo illæſos abire facias, vt tecum ſine ſine viuere valeamus. Virtus ſacri huius amuleti certius quoque colligitur ex Octoſticho illo Vrbani Quinti cum tribus agnis ad Græcorum Imperatorem miſſo quæ his verbis.

Balſamus, & munda cera, cum chriſmatis vnda,
Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum:
Fonte velut natum, per myſtica ſanctificatum.
Fulgura deſurſum depellit, & omne malignum:
Peccatum frangit, vt Chriſti ſanguis, & angit.
Prægnans ſeruatur, ſimul & partus liberatur.
Dona confert dignis virtutem deſtruit ignis:
Portatus mundè de fluctibus eripit vndæ.

Guilielmus Heſtius Canonicus & Theologus Louanienſis hæc non veriùs ſed elegantiùs tractauit hoc Epigrammate,

Quale ſit, & qua vi venerabile polleat agni

Σταυροφόρȣ ſignum carmine diſce breui
Punica cera ſubeſt,mixtúmque opobalſamum vnda,
Chriſmáque:Pontificis cuncta ſacrata prece.
Pellitur hoc ſigno tentatio dæmoni atri,
Et pietas animo ſurgit,abitque cepor.
Hoc aconita fugat,ſubitæque pericula mortis:
Hoc & ab inſidiis vindice tutus eris.
Fulmina ne feriant,ne ſæua tonitrua lædant,
Ne mala tempeſtas obruat,iſtud habe.
Vndarum diſcrimen idem propulſat,& ignis,
Illáque ne noceat vis inimica,valet.
Hoc facilem partum tribuente,puerpera fœtum
Incolumen mundo proferet,atque Deo.
Vnde rogas,vni tam mag na potentia ſigno?
Ex Agni meritis,haud aliunde fluit.

Hæc variis etiam comprobantur atque firmantur experimentis & miraculis noſtra & priſcorum ætate editis. Bona fide refert Molanus quid Hiſpano cuidam amuletum Agni in collo geſtanti contigerit. Anno 1568. cum Princeps Auraicus numeroſo exercitu in Brabantiam irrumpere tentaret, In agro Iuliacenſi, propè Traiectum ad Moſam, quendam Hiſpanum captiuum habuit, quem, capitis damnatum, milites arbori alligatum, ſclopetis vel bombardis traiicere conabantur. Verum fruſtra in illum ſua emiſerunt tormenta ænea. Tantum enim abfuit vt illum ſic arbori alligatum bombardis tranſuerberare, vt nec creberrimis emiſſionibus ipſum lædere, potuerint. Quo viſo, ipſi obſtupefacti, ceperunt eum ſuis ſpoliare veſtibus, arbitrantes hominem occultis quibuſdam armaturis communitum, quas vis tormentorum penetrare non potuerit. Verùm nihil præſidij ab ipſis inuentis inuentum fuit, præter dependens ex collo amuletum Agni, quo eidem ſublato, primo ictu bombardæ extinctus, occubuit Plæraque alia miracula euenerunt. Verum quia his copia ſuperabundat ideo vileſcunt. Sic ſolem quod quotidie oriatur nihiliſacimus, Eclipſim vero quod rariùs eueniat miramur cætera quæ in conſtitutione traduntur per ſe ſatis patent.

II.

Reſeruatio menſium Apoſtolicorum & alternatiua pro Epiſcopis reſidentibus.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus Gregorius diuina prouidentia Papa 13 Cupiens pauperibus Clericis, & aliis benemeritis perſonis prouidere omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura ſæcularia, & quorumuis ordinum regularia, qualitercunque qualificata, & vbicunque exiſtentia, in menſibus Iulij, Auguſti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, Aprilis, & Maij vſque ad quinquennium à die publicationis præſentis conſtitutionis computandum extra Romanam Curiam, aliàs, quàm per reſignationem quocumque modo vacatura, ad, collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, & quamuis aliam diſpoſitionem quorumcunque collatorum, & colatricum ſæcularium, & quorumuis ordinum regularium, (non tamen S.R.E. Cardinalium, aut illorum ſub concordatis inter Sedem Apoſtolicam, & quoſcunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obſeruare debuerunt acceptatis, & obſeruatis, quæ lædere non intendit comprehenſorum quomodolibet pertinentia) diſpoſitioni ſuæ generaliter reſeruauit. Volens in ſuplicationibus, ſeu conceſſionibus gratiarum, quæ in dictis beneficiis tunc vacantibus etiam Motuproprio fient de menſe, in quo vacauerint diſpoſitiuè mentionem fieri, alioquin gratias nullas eſſe, Ac priuilegia, & indulta Apoſtolica diſponendi de huiuſmodi reſeruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis, ac fortioribus efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quibuſuis perſonis & Colegiis, cuiuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus quomodolibet conceſſa aduerſus reſeruationem huiuſmodi interim ſuffragari.

Concordatis Pontifex non refragatur.

Inſuper Sanctitas ſua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis intenta ipſis quandiu apud Eccleſias, aut diœceſes ſuas perſonaliter reſederint

rint dumtaxat de omnibus, & quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſæcularibus, & regularibus ad liberam ipſorum dumtaxat, non aliorum cum eis diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem pertinentibus, quæ inantea menſibus Iunij, Auguſti, Octobris, Decembris, Februarij, & Aprilis extra Curiam ipſam vacare contigerit (dummodo aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, vel affecta non fuerint) libere diſponendi facultatem conceſſit, Ac etiam voluit, quod ſi ipſi in collatione, aut alia diſpoſitione beneficiorum in aliis ſex menſibus videlicet, Iulij, Septembris, Nouembris, Ianuarij, Martij, & Maij vacaturorum (quæ etiam diſpoſitioni ſuæ, vt præfertur reſeruauit) ſeu etiam aliorum diſpoſitioni ſuæ, & dictæ Sedis aliàs quomodolibet reſeruatorum, vel affectorum ſeſe intromiſerint, aut quominus prouiſiones, & gratiæ Sanctitatis ſuæ de illis debitum effectum conſequantur impedimentum quoquomodo præſtiterint, vſu & beneficio prædictę facultatis eo ipſo priuati exiſtant, ac collationes, & aliæ diſpoſitiones de beneficiis illius prætextu deinceps faciendæ nullius ſint roboris, vel momenti, illi verò qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint acceptationem huiuſmodi per patentes literas ſuo ſigillo munitas declarare: & literas ipſas huc ad Datarium Sanctitatis ſuæ tranſmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiant ſupradicta. Decernens in prædictis omnibus per quoſcunque, &c, iudicari debere, ac irritum, &c.

Reſeruationes menſium Apoſtolicorum.

Placet, & publicetur V.

Lecta, & publica fuit ſupradicta regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, die verò Iouis 26. menſis Iunij, Pontif. S.D.N. Gregorij diuina prouidentia Papæ 13. Anno primo.

Hac conſtitutione S. Dominus noſter Gregorius XIII. in menſium apoſtòlicorum reſeruatione apertiſſimè dicit ſe concordata lædere nolle, nam clariſſimus iuriſconſultus ſciebat apprimè quod concordatis Pontifices derogare non cenſentur propter cuiuſdam pacti naturam, quæ in ſimilibus concordatis eſt, quòd pactum tolli non poſſit, prout coram Puteo fuit aliàs tentum deciſ. 226. In vna Germana concordatorum lib. 3. & ſentit Gambar. de legat. lib. 3. nu. 207. fol. 78. qui licet aliter ſentire videatur ex ratione, nam legatus eſt Ordinarius: tamen reſpondet Put. deciſ. 345. in vna Auguſtana, lib. 2. in fin. dicens, eſſe ſuperinductum non naturalem. Et pro hac parte pondereetur Gabriel. de iure quæſito non tollendo q. 5. & 6. pro qua pariter adduci poſſet concluſio illa gloſſ. in verbo, in decurionibus, l. 3. C. de ſilentiariis, lib. 12. videlicet per generalem diſpoſitionem nunquam tolli peculiare, priuilegium alicui conceſſum, de qua per Loffred. conſ. 31. col. penult. & Gabriel. de legibus, concluſ. 1. atque ex aliis, quæ miſſa facimus.

III.

Contra Famigeratores nuncupatos Menantes, eorúmque famoſos libellos.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Ingenioſiſſimæ hæc ætas hominum ad nequitias excogitandas.

EA eſt rerum humanarum infelicitas, vt non vetera tantum vitia pertinaciter aduerſus omnem legum latorum ſoleratiam luctentur, & quamuis acribus compreſſa ſupliciis renaſcantur, ſed noua etiam indies, & Superioribus ſæculis ignota ſuccreſcant, Quo nos pro iniuncto nobis diuinitus munere diligèntius adiuti, par eſt, vt, & illa, coertamus, & horum, quæ ſe nunc primum offerunt, antequam ſe corroborent, radices ipſas ſi qua ratione poſſumus, amputemus. Cū igitur haud ita pridem in Vrbe noſtra, ſecta quædam emerſerit hominum improbè curioſorum, qui quoſcunqne de publicsi priuatiſque negotiis, vel aliunde rimari poſſunt, vel ipſi etiam pro ſua libidine cominiſcuntur, domi, foríſque facta infecta, vera, falſa, nullo diſcrimine proponunt, recipiunt, & ſcriptitant, ita, vt huius rei, iam artem quaſi quandam inſtituerint, ac plerique eorum, etiam vili mercedula conducti

ducti;harum rerum commentariolos,ex falſis plerumq; vulgi rumoribus, incerto auctore collectos,huc illuc miſſitent, aut etiam tanquam primum ex Vrbe ad diuerſa loca miſſos. deinde iiſdem illis ex locis in Vrbem remiſos circumferant, ac venderent,quibuſuis non tantum de præteritis arbritatu ſuo nugantur,ſed etiã quid ex hac,aut illa re,euenturum ſit,ſtolidè vaticinantur. Nos qui, & facile proſpicimus, & rerum experimentis edocti ſumus, quæ quantaque mala ex eo proueniant;cum & ſæpius ſparguntur falſa pro veris,ſeu obliquè,ac quodam quaſi colore quæſito multorum exiſtimatio,& fama violatur,his ac talibus incommodis occurrere cupientes,huius conſtitutionis auctoritate prohibemus, ne quis in poſterum,tales commentarios conficere, neue ab aliis confectos, recipere,deſcribere, ſpargere,aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipſo facto perpetua ignominiæ nota affectus,ſine vlla ſpe veniæ,ad triremes aut perpetuò aut ad tempus pro admiſſi qualitate damnetur.Qui verò huiuſmodi commentariorum, aut ſcriptorum quidquam vndecunque, & à quocunque receperit, id quam primum Vrbis noſtræ Gubernatori ſignificare,& eidem omnia conſignare debeat. Quòd ſi non fecerit,ipſum pœnis prædictis decernimus ſubiacere. Antiquis iuribus contra ſcribentes,aut mittentes libellos famoſos editis, nihilominus in ſuo robore duraturi Volentes præſentium exemplis, etiam impræſſis Notarij publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eandem illam vbique fidem in iudicio,& extra adhiberi,que ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ,vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ,milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno primo.

Ad triremes Famigeratores deleguntur.

IIII.

Indulgentiæ Confraternitati doctrinæ Chriſtianæ conceſſæ ampliantur.

GREGORIVS Papa XIII Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.

ILLIVS qui pro gregis Dominici Saluatione in ara Crucis immolari non abnuit, vices licet immeriti gerentes in Terris omni ſtudio circa ſalubrem Reip. Chriſtianæ directionem,& augumentum intendimus,& vt ad ea Chriſtifidelium vota facilius concurrant,ipſos Chriſtifideles ſpiritualibus muneribus inuitamus, Cum itaque ſicuti nuper accepimus. Dudum fel.record.Pius Papa V. prædeceſſor noſter per ſuas literas omnibus,& ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus tunc expreſſis,qui eſſent deſcripti in Societatibus,ſeu Confraternitatibus,ad pueros, & alios Chriſtifideles in bonis moribus,& doctrina Chriſtiana erudiendos,in quocunque loco deputatis, ac puero, & Chriſtifideles rudes huiuſmodi in præmiſſis bene inſtruerentur,in eiuſdem certis diebus,& temporibus tunc expreſſis, quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentiis Apoſtolica auctoritate relaxauerit, prout in dictis literis quas idem prædeceſſor perpetuò valere decreuit, plenius continetur,Nos tam gratiis,& ſpiritualibus muneribus proſequi volentes, dictos quadraginta dies ad centum dies,auctoritate Apoſtolica tenore præſentium extendimus, & ampliamus, ita quòd perſonæ ſupradictæ præmiſſa adimplendo non ſolum dictos quadraginta dies,ſed centum dies Indulgentiæ,præfatis rudes,& temporibus vt præfertur in totum conſequantur, & conſequi poſſint. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.Volumus autem,vt præſentium tranſumptis, manu alicuius publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta munitis,eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ.Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris,die vigeſimoprimo Octobris, milleſimo quinquageſimo ſeptuageſimo ſecundo.Pontificatus noſtri anno primo.

Pius V. confraternitates Doctrinæ Chriſtianæ quadraginta dierum indulgentiis donauit.

V.

Indulgentiæ pro Confratribus Societatum Doctrinæ Chriſtianæ.

SANCTISSIMVS D.N.Gregorius Papa XIII. per ſuas literas ſub dat. Tuſculi Anno Domini,milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoſexto,vj. Kal.Iunij, Anno

Anno quinto.Conceſſit omnibus,& ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui in dictam Confraternitatem,Doctrinæ Chriſtianæ,ex nũc deinceps intrauerit,in eorum ingreſſu huiuſmodi quotieſcunque peccata ſua confeſſi fuerint, & ſacram Communionem receperint, decem annos,& totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis.

Item conceſſit dictis Confratribus vtriuſque ſexus ſi confeſſi fuerint,& receperint ſacram Communionem,decem annos,& totidem quadragenas bis in anno.

Item conceſſit dictis Confratribus deſcriptis,& deſcribendis centum annos indulgentiæ quotieſcunque in huiuſmodi ſancto exercitio ſe occupauerint.

Item dictis Confratribus quotieſcunque ſe in vnum congregauerint, & de rebus ad promotionem & felicem ſucceſſum inſtitutionis puerorum in doctrina pertractauerint,centum dies de iniunctis eis,ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in Domino miſericorditer relaxauit.

Item dictis Confratribus qui ſingulis annis ſemel iuxtà determinationem & prouidam ordinationem ſuorum Superiorum verè pœnitentes, & confeſſi ſacram Communionem receperint, necnon eiſdem ſimiliter contritis & pœnitentibus pro tempore decedentibus, in cuiuſlibet eorum mortis periculo plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſit & elargitus eſt. Dictis literis perpetuis futuris temporibus duraturis.

VI.

Facultas quinque Cardinalium Deputatorum,ſuper recognitione indicis, & expurgatione librorum prohibitorum.

GREGORIVS,Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,Ad perpetuam rei memoriam,

Dilectis filiis Guilielmo Sancti Laurentij in Paniſperna Sirleto, Gabrieli.S. Martini in Montibus Paleoto,Archangelo S.Cæſarei Txoanen.Felici S.Hieronymi Illyricorum de Montealto:* & Vincentio S.Nicolaici Iuſtiniano nuncupatis presbyteris Cardinalibus ſaltem,& Apoſtolicam benedictionem,

VT Peſtiferarum opinionum diſſeminandarum omnis tollatur occaſio, & conſcientiam tranquillitati,quantum in nobis eſt,conſulatur vehementer cupimus Indicem librorum prohibitorum in eam formam primo quoque tempore redigi,vt Chriſtifideles intelligant,quos libros tuto legere poſſint,& à quibus abſtinere debeant neque vllus cuiquam ſuper ea re ſcrupulus, aut dubitatio relinquatur.Cuius rei quoniam vobis cura ab hac ſancta Sede mandata eſt, vt in ſuſcepto munere maiori cum auctoritate verſari, idque liberius atque expeditiùs ad finem,Deo fauente,perducere valeatis,& præterea hoc opus remotis aliorum expurgationibus,quæ diuerſitatem afferre poſſent, in publicum vniformiter prodeat,omnes,& quaſcunque facultates ad omnia infraſcripta cuiuſcunque ſtatus, ordinis,& conditionis perſonis à prædeceſſoribus noſtris,& prædicta Sede ex quibuſuis cauſis,ac ſub quibuſcunque tenoribus,& formis conceſſas reuocantes,& abolentes neminique poſthac quocunque modo ſuffragari debere,necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcunque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernentes,vobis quorum fides prudẽtia,& experientia ſatis perſpecta eſt,ſeu maiori veſtrûm parti,vt etiam adhibitis ſpectatæ fidei viris ſacræ Theologiæ,& Canonum peritis ſæcularibus,& regularibus,quibus ſolis & adhunc dumtaxat effectum libros prohibitos tenendi,& legendi licentiam tribuere poſſitis omnes,& quaſcunque obſcuritates,& difficultates in ipſo Indice, & eius regulis exortas,& impoſterum emergentes declarare,aperire,& definire,libros hæreticorum aut ſuſpectorum, aut quoquo modo improbatorum ſcriptorum expurgare, quos libros prohibendos prohibere,quos permittendos eſſe cenſebitis permittere, in eo indice non comprehenſos reponere permiſſos tollere, venales qui videbuntur vbique locorum,etiam prohibere,prohibitos,ac peritorum opera expurgatos, & à vobis probatos,legendos,& tenendos permittere,quæ videbuntur addere mutare,ſupplere,& emendare.Vtque res ipſa facilius,vtiliuſque peragatur,vniuerſis, & ſinguli

**Hic ex Cardinale creatus eſt Pontifex maximus poſt Gregorium XIII.*

Poteſtas Cardinalibus recognoſcendi libros ſuſpectos.

& ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, cæteriſque locorum ordinariis, & præterea doctoribus, Magiſtris, Bibliopolis, Impreſſoribus, Librariis Mercatoribus Gabellariis, cæteriſque omnibus cuiuſcunque gradus, ordinis, aut dignitatis, vt in omnibus, quæ ad dicti Indicis explicationem, reformationem, & directionem pertinere videbuntur, vobis prorſus obtemperent, veſtramque ſine vlla refragatione iuſſionem, & auctoritatem ſequantur, ſub pœnis, & cenſuris arbitrio veſtro imponendis præcipere, cæteraque omnia eodem pertinentia, & alias ſuper iis neceſſaria, & opportuna, prout vobis in domino animarum ſaluti, & tranquillitati videbitur expedire facere, & exequi valeatis plenam, & liberam auctoritatem & facultatem concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem harum exemplis, Manu notarij publici, aut Secretarij veſtri ſubſcriptis, & ſigillo alicuius veſtrum munitis eandem prorſus vbique fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi eſſent exibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quigenteſimo ſeptuageſimoſecundo. Idibus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Indici librorum pvohibitorum Concilium Tridentinum certa quædam axiomata & regularum capita præſcripſit, quæ exactiſſimè docent quis delectus quæve ratio in diſcernendis huiuſce farinæ libris haberi debeat.

I Libri omnes, quos ante annum M. D. XV. aut Summi Pontifices, aut Concilia œcumenica damnarunt, & in hoc Indice non ſunt, eodem modo damnati eſſe cenſeantur, ſicut olim damnati fuerunt.

II Hæreſiarcharum libri, tam eorum qui poſt prædictum annum hæreſes inuenerunt, vel ſuſcitarunt, quàm qui hæreticorum capita, aut duces ſunt, vel fuerunt, quales ſunt Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Balthaſar Pacimontanus, Suuenchfeldius, & hi ſimiles, cuiuſque nominis, tituli, aut argumenti exiſtant, omninò prohibentur. Aliorum autem hæreticorum libri, qui de religione quidem ex profeſſo tractant, omninò damnantur. Qui verò de religione non tractant: à Theologis Catholicis iuſſu Epiſcoporum, & inquiſitorum examinati, & approbati permittuntur. Libri etiam Catholicè conſcripti, tam ab illis, qui poſt lapſum ad eccleſiæ gremium rediere, approbati, à facultate Theologica alicuius vniuerſitatis Catholicæ, vel ab inquiſitione generali, permitti poterunt.

III Verſiones ſcriptorum etiam eccleſiaſticorum, quæ hactenus editæ ſunt à damnatis auctoribus, modò nihil contra ſanam doctrinam contineant, permittuntur. Librorum autem Veteris Teſtamenti verſiones viris tantum doctis & piis iudicio Epiſcopi concedi poterunt: modò huiuſmodi verſionibus tanquam elucidationibus uulgatæ editionis ad intelligendam ſacram Scripturam, non autem tanquam ſacro textu vtantur. Verſiones verò noui Teſtamenti ab auctoribus primæ claſſis huius Indicis factæ: nemini concedantur: quia vtilitatis parùm, periculi verò plurimùm lectoribus ex earum lectione manare ſolet. Si quæ verò annotationes cùm huiuſmodi, quæ permittuntur, verſionibus, vel cum vulgata editione circunferuntur, expunctis locis ſuſpectis à facultate Theologica alicuius Vniuerſitatis Catholicæ, aut inquiſitione generali, permitti eiſdem poterunt, quibus & verſiones. Quibus conditionibus totum volumen Bibliorum, quòd vulgò Biblia Vatabli dicitur, aut partes eius concedi viris piis, & doctis poterunt. Ex Bibliis verò Iſidori Clarij Brixiani prologus & prologomena præcidantur: eius verò textum nemo textum vulgatæ editionis eſſe exiſtimet.

IIII Cum experimento manifeſtum ſit, ſi ſacra Biblia vulgari lingua paſſim ſine diſcrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quàm vtilitais oriri, hac in parte iudicio Epiſcopi, aut inquiſitoris ſtetur, vt cum conſilio Parochi, vel confeſſarij Bibliorum à Catholicis auctoribus verſorum, lectionẽ in vulgari lingua eis concedere poſſint, quos intellexerint ex huiuſmodi lectione non damnum, ſed fidei, atque pietatis augmentum capere poſſe: quam facultatem in ſcriptis habeant. Qui autem abſque tali facultate ea legere, ſeu habrre præſumpſerit, niſi priùs Bibliis Ordinario redditis, peccatorum abſolutionem percipere non poſſit. Bibliopolæ verò, qui prædictam facultatem non habentes: Biblia idiomate vulgari conſcripta vendiderint, vel alio quouis modo conceſſerint; librorum pretium, in vſus pios ab Epiſcopo conuertendum, amittant: aliiſque pœnis pro delicti qualitate

qualitate eoſdem Epiſcopi arbitrio ſubiaceant. Regulares verò non niſi facultate à Prælatis ſuis habita ea legere, aut emere poſſint.

V Libri illi, qui hæreticorum auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de ſuo apponunt, ſed aliorum dicta colligunt, cuiuſmodi ſunt Lexica, Concordantiæ, Apophtegmata, Similitudines, Indices, & huiuſmodi, ſi quæ habeant admixta, quæ expurgatione indigeant, illis Epiſcopis, & Inquiſitoris vnà cùm Theologorum Catholicorum conſilio ſublatis, aut emendatis, permittantur.

VI Libri vulgari idiomate de controuerſiis inter Catholicos & hæreticos noſtri temporis diſſerentes, non paſſim permittantur: ſed idem de iis ſeruetur, quod de Bibliis vulgari lingua ſcriptis ſtatutum eſt. Qui verò de ratione bona viuendi, contemplandi, confitendi, ac ſimilibus argumentis vulgari ſermone conſcripti ſunt, ſi ſanam doctrinam contineant, non eſt cur prohibeantur, ſicut nec ſermones populares vulgari lingua habiti. Quod ſi hactenus in aliquo regno, vel prouincia aliqui libri ſunt prohibiti, quod nonnulla continerent, quæ ſine defectu ab omnibus legi non expediat, ſi eorum authores Catholici ſunt, poſtquam emendati fuerint, permitti ab Epiſcopo, & Inquiſitore poterunt.

VII Libri, qui res laſciuas, ſeu obſcœnas ex profeſſo tractant, narrant, aut docent, cùm non ſolùm fidei, ſed & morum, qui huiuſmodi librorum lectione facilè corrumpi ſolent, ratio habenda ſit, omninò prohibentur, & qui eos habuerint, ſeuerè ab Epiſcopis puniãtur. Antiqui verò, ad Ethnicis conſcripti, propter ſermonis elagantiam & proprietatem permittuntur: nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

VIII Libri, quorum principale argumentum bonum eſt, in quibus tamen obiter aliqua inſerta ſunt, quæ ad hæreſim, ſeu impietatem, diuinationem, ſeu ſuperſtitionem ſpectant, à Catholicis Theologis, Inquiſitionis generalis auctoritate expurgati, concedi poſſunt. Inde iudicium ſit de prologis, ſummariis: ſeu annotationibus, quæ à damnatis auctoribus, libris non damnatis: appoſitæ ſunt, ſed poſthac non niſi emendati excudebantur.

IX Libri omnes, & ſcripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Æeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, ſiue in quibus continentur Sortilegia, Veneſicia, Auguria, Auſpitia, Incantationes artis Magicæ, prorſus reiiciantur. Epiſcopi verò diligenter prouideãt, ne Aſtrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indiees legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus ſucceſſiuis, fortuniſve caſibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audeãt. Permittuntur autem iudicia, & naturales obſeruationes, quæ nauigationis, agriculturæ, ſiue medicæ artis iuuandæ gratia conſcripta ſunc.

X In librorum, aliarúmve ſcripturarum impreſſione ſeruetur, quod in Concilio Lateranenſi, ſub Leone Decimo, Seſſione decima ſtatuta eſt. Quare, ſi in alma vrbe Roma liber aliquis ſit imprimendus, per Vicarium ſummi Pontificis, & ſacri Palatij Magiſtrum, vel per perſonas à Sanctiſſimo Domino noſtro deputandas, prius examinetur. In aliis verò locis ad Epiſcopum, vel alium habentem ſcientiam libri vel ſcripturæ imprimendæ, ab eodem Epiſcopo deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ prauitatis eius ciuitatis, vel diœceſis, in qua impreſſio fiet, eius approbatio & examen pertineat, & per eorum manum propria ſubſcriptione, gratis & ſine dilatione imponendam, ſub pœnis & cenſuris in eodem Decreto contentis approbetur, hac lege, & conditione addita, vt exemplum libri imprimendi authenticum, & manu auctoris ſubſcriptum, apud examinatorem remaneat, eos verò, qui libellos manu ſcriptos vulgant, niſi ante examinati probatique fuerint, eiſdem pœnis ſubiici debere iudicarunt Patres deputati, quibus impreſſores: & qui eos habuerint, & legerint niſi auctores prodiderint, pro auctoribus habeantur. Ipſa verò huiuſmodi librorum probatio in ſcriptis detur, & in fronte libri vel ſcripti, vel impreſſi authenticè appareat: probatióque, & examen, ac cætera gratis fiant. Præterea in ſingulis ciuitatibus, ac diœceſibus domus, vel loci, vbi ars impreſſoria exercetur, & bibliothecæ librorum venalium ſæpius viſitentur à perſonis ad id deputandis ab Epiſcopo, ſiue eius Vicario, atque etiam ab Inquiſitore hæreticæ prauitatis, vt nihil eorum, quæ prohibentur, aut imprimebatur, aut vendatur, aut habeatur. Omnes verò librarij, & quicunque librorum venditores habeant in ſuis bibliothecis indicem librorum venalium, quos habent, cum ſubſcriptione dictarum perſonarum, nec alios libros habeant, aut vendant, aut quacunque ratione tradant ſine licentia eorundem deputandorum, ſub pœna amiſſionis librorum, & aliis arbitrio Epiſcoporum, vel Inquiſitorum imponendis. Emptores verò, lectores, & impreſſores eorundem arbitrio puniantur. Quòd ſi alicui libros quoſcunque in aliquam

ciuitatem introducant, teneantur eiſdem perſonis deputandis renunciare: vel, ſi locus publicus mercibus eiuſmodi conſtitutus ſit, miniſtri publici eius loci prædictis perſonis ſignificent libros eſſe adductos. Nemo verò audeat librum, quem ipſe vel alius in ciuitatem introduxit, alicui legendum tradere, vel aliqua ratione alienare, aut commodare, niſi oſtenſo prius libro, & habita licentia à perſonis deputandis: aut niſi notoriè conſtet, librum iam eſſe omnibus permiſſum. Idem quoque ſeruetur ab hæredibus, & executoribus vltimarum voluntatum, vt libros à defuncto relictos, ſiue eorum indicem illis perſonis deputandis afferant, & ab eis licentiam obtineant, priuſquam eis vtantur, aut in alias perſonas quacunque ratione eos transferant. In has autem omnibus & ſingulis pœna ſtatuatur vel amiſſionis librorum, vel alia, arbitrio eorundem Epiſcoporum, vel inquiſitorum, pro qualitate contumaciæ, vel dicti.

Circa verò libros quos Patres deputati aut examinarunt, aut expurgarunt, aut expurgandos tradiderunt, aut certis conditionibus, vt rurſus excuderentur, conceſſerunt, quidquid illos ſtatuiſſe conſtiterit, tam Bibliopolæ, quàm cæteri obſeruent. Liberum tamen ſit Epiſcopis, aut Inquiſitoribus generalibus ſecundùm facultatem, quam habent, eos etiam libros, qui his Regulis permitti videntur, prohibere, ſi hoc in ſuis regnis, aut prouinciis, vel diœceſibus expedire iudicauerint. Cæterùm nomina cùm librorum, qui à Patribus deputatis purgati ſunt, tum eorum, quibus illi hanc prouinciam dederunt, eorundem Deputatorum Secretarius notario ſacræ vniuerſalis Inquiſitionis Romanæ deſcripta Sanctiſſimi Domini noſtri iuſſu tradidit.

Ad extremum verò omnibus fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra harum Regularum præſcriptum, aut huius Indicis prohibitionem libros aliquos legere, aut habere. Quòd ſi quis libros hæreticorum, vel cuiuſuis auctoris ſcripta, ob hæreſim, vel ob falſi dogmatis ſuſpicionem damnata atque prohibita, legerit, ſiue habuerit, ſtatim in excommunicationis ſententiam incurrat. Qui vero libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, iudicio Epiſcoporum ſeuerè puniatur.

VII.

De clauſura monialium & eleemoſynis eis præſtandis.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Concil. Trid. Seſſ. 25. cap. 5. de regul. & Monial.

DEO ſacris virginibus, quæ, comtemptis illecebris ſeculi, diuinis ſe obſequiis manciparunt, æquiſſimum eſt præcipua quadam à nobis, ac ſingulari ſollicitudine prouideri, tum vt ab eis omnia quæ ſanctum ipſarum propoſitum impedire poſſet, remoueantur, tum etiam vt eis in cultu Dei caſtè, ac religioſè permanentibus, quæ ad victum neceſſaria ſunt, ſubminiſtrentur. Et quidem poſt ſacri Concilij Tridentini decretum, quo conſtitutio fel. rec. Bonifacij Papæ viij. prædeceſſoris noſtri, quę incipit, Periculoſo, renouatur, prohibens ne aut ipſis Monialibus ex Monaſteris ſuis egredi, aut vlli cuiuſcunque ſexus, aut ordinis perſonæ ad eas ingredi liceat, Et præterea vniuerſis Epiſcopis præcipitur, vt in omnibus Monaſteriis ſibi ſubiectis, in aliis verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate clauſuram ſanctimonialium, vbi violata diligenter reſtitui, vbi verò inuiolata, conſeruari maximè procurent. Piæ memoriæ Pius Papa V. etiam prædeceſſor noſter victui quoque, & neceſſitatibus ipſarum proſpicere cupiens, cum ſuperiora illa approbaſſet, atque innouaſſet, eademque omnia etiam in Monialibus quarumcunque Militiarum etiam Hieroſolymitanæ omnibuſque aliis tacitè, vel expreſſè religionem profeſſis, quocũque nomine cenſerentur, locum habere decreuiſſet, ne illæ quicquam detrimenti neceſſitatibus ſuis hac occaſione pateretur, etiam præcepit locorum ordinariis, & ſuperioribus earum, vt fidelium eleemoſynas per conuerſas non profeſſas, vel profeſſas quidem ſed ætatis ſaltem quadraginta annorum & iam pridem conuerſas, quæ in domibus, contiguis extra tamen Monaſterium degerint, colligendas curarent, ita tamen vt prædictæ Conuerſæ neque clauſuram aliarum Monialium, niſi in caſibus permiſſis ingrederentur, nec ex illis ipſis habitationibus ſuis ad tales eleemoſynas colligendas ſine permiſſu ordinariorum, aut ſuperiorum ſuorum exire poſſent. Quod ſine hoc quidem ſufficere videretur, idem Pius prædeceſſor mandauit ipſis ordinariis,

Pij V. conſtitutiones huius rei habes ſup.

ordinariis, & ſuperioribus, vt negotium darent aliquibus perſonis piis tales eleemoſynas colligendi, aliaque arbitratu ſuo proſpicerent, quæ ad ſubleuandam Monialium inopiã expedire iudicarent. Cum autem, ſicut accepimus, multæ Moniales, etiam quæ Tertiariæ vocantur, ſub ſolenni religionis voto, perpetuaque clauſura degentes, aliæque, talibus literis comprehenſæ, & in ipſa clauſura permanentes, multis præterea ad ſe ſuſtentandas neceſſariis egeant neque vſque ad hoc tempus vllo ſufficienti remedio earum neceſſitatibus ſubuentum ſit. Quin etiam aliæ Tertiariæ citra vllum ſolenne huc vſque votum viuant, quæ ad tuas ſuorumue domos neutiquam rediturææ eſſent, ſed ſub ſolenni religionis voto, & clauſura prędictis permanerent, ſi earũ congruæ ſuſtentationi prouideretur: Nos, qui illas neceſſariis rebus deſtitui nolumus, certioreſque facti ſumus in multis ciuitatibus, oppidis, villis, aut aliis locis tam in Eccleſiis, & Monaſteriis, quam Hoſpitalibus, Collegiis, Confraternitatibus, aliis locis piis, etiam quę à priuatis hominibus, tum Eccleſiaſticis, tum Laicis multas, ac diuerſas eleemoſynas Chriſti pauperibus erogari, Conſiderantes in eiuſmodi perſonas, vel in primis exercendam eſſe charitatem quę, voluntaria paupertate ſuſcepta ac omni hominum cõmercio ſegregatę Deo ſeruiunt, & aſſiduis precibus, iram ipſius ob peccata conceptam à Chriſtiano populo deprecantur, Illud quoque cogitantes, ſi eis ad tales eleemoſynas petendas ad loca prędicta conferre ſe liceret, vix fore, vt prędicta Monaſteria, Eccleſię, loca, ac perſonę eis ſingulis non tantum ſaltem tribuerent, quantum ſingulis aliis pauperibus eodem concurrentibus ſolent, vniuerſo illi Deo deuotarum mulierum generi de opportunę, ac ſufficientis ſubuentionis auxilio prouidere cupientes, De nobis attributę poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, vt omnes, & quicunque Patriarchę, Primates Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Eccleſiarum Pręlati, necnon Abbates, Priores, Prępoſiti, & alij Eccleſias Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, Cathedrales, & alias Eccleſias, necnon Monaſteria, Prioratus, Prępoſituras, Canonicatus, Prębendas, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, Officia, cętera que beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſecularia, & ſancti Benedicti, ſancti Auguſtini, Ciſtercien. Cluniacen. Pręmonſtraten, Cartuſien. Camaldulen. ſancti Baſilij, Caſſinen alias ſanctę Iuſtinę, Montis Oliueti, ſancti Saluatoris, ac Lateranenſis & Cuciferorum, ſeu Fratrum ſancti Hieronymi, necnon Prędicatorum, Minorum, Minimorum & Carmelitarum, Eremitarum eiuſdem ſancti Auguſtini, Seruorum beatę Marię, ſanctę Clarę, & quorumcunque aliorum tam virorum, quam mulierum etiam Mendicantium ordinum, & Congregationum, & Militiarum regularia, etiam de iure patronatus laicorum, etiam nobilium, Ducum, Regum, & aliorum Principum exiſtentia in titulum, commendam, adminiſtrationem, & alias quomodocunque obtinentes, necnon Rectores, Gubernatores, Confratres, Adminiſtratores, cęterique omnes, qui ratione illorum, necnon Capitulorum, Conuentuum, Menſarum Hoſpitalium etiam Laicorum, & per Laicos adminiſtrari ſolitorum, Chriſtifidelium Confraternitatum, Scholarum, Collegiorum, ac aliorum piorum locorum quocunque nomine nuncupatorum, & in quibuſuis mundi partibus conſiſtentium, quę ſingulis annis, menſibus, hebdomadis, vel diebus ex Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Officiorum, Dignitatum, & Beneficiorum, ac Congregationum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Scholarum, Collegiorum, piorum, & aliorum locorum prædictorum fructibus, reditibus, & prouentibus pauperibus Chriſti aliquas eleemoſynas in pane, frumento, farina, vino eduliis, pecunia, ſeu aliis ad victum, vel veſtium pertinentibus, etiam ad ſupplicationem & preces & per cedulas, & bolettina, aut alias diſtribuere, & elargiri ab immemoriabili tempore conſueuerunt, aut alio quocunque iure tenentur, ex dictis fructibus, & prouentibus, & quoad Hoſpitalia prædicta ex iis, quæ ſeruata in illis actuali Hoſpitalitate ſuperſunt, ſeu ſupererint, necnon quæcunque perſonæ particulares etiam laicæ, vel vniuerſitates etiam laicorum quæ teſtamento, vltima voluntate, vel alia diſpoſitione, etiam inter viuos aliquas tales eleemoſynas facere tenentur dimidiam partem omnium, & quarumcunque eleemoſynarum, & largitionum huiuſmodi quocunque nomine nuncupatarum, quocunque tempore, & modo diſtribui ſolitarum, etiam ſi ſpeciali nota dignæ, & ſecundùm pias defunctorum

Eleemoſynarũ colligendarum cura per conuerſas non profeſſas, vel profeſſas quidem, ſed prouectioris ætatis exequi debent.

Voluntariam paupertatem vouentibus liberalius debent elargiri piorum Eleemoſynæ.

Monialibus religioſè clauſurã obſeruantibus medietas eleemoſynarũ pro Chriſti pauperum victu & veſtitu deſtinatarum & erogandarum applicatur.

rum, aut aliorum voluntates ſub certa forma ab eis in teſtamento, vel alia quacunque diſpoſitione diſtribuendæ ſint, dummodo non in certas perſonas, nec ad certos vſus pios alios, quam victus, & alimenta pauperum diſtribuantur, quibuſlibet prædictarum Monialium, etiam Tertiariarum ſub ſolenni religionis voto, & perpetua clauſura de cætero viuentibus, & in terris, & locis, quorum pauperibus huiuſmodi eleemoſynæ diſtribuuntur, conſiſtentibus, verè, realiter, & cum effectu, & abſque vlla eleemoſynarum & largitionum huiuſmodi petitione, exactione & cõquiſitione aut alia deſuper à nobis expectata iuſſione, aut mentis noſtræ declaratione, ac quibuſuis mora, ſubterfugio, ac exceptione ceſſantibus, & eiectis dare, atque diſtribuere omninò teneâtur, & quàm dimidiam partem nos illis applicamus:

Dimidium Eleemoſynarum huiuſmodi Ordinariorũ opera debet in ſingula loca diſtribui.

Vt autem præmiſſa omnia cum charitate, & pietate procedant, & efficaciter ſuum effectum ſortiantur, vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt quiſque per ſe, vel alium ſeu alios ad præſentium executionem in ſuis Ciuitatibus, & Diœceſibus procedens, ab Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, Scholis, Collegiis, locis & Eccleſiaſticis, ac laicis perſonis prædictis, etiam quomodolibet exemptis dimidium eleemoſynarum huiuſmodi exigant, ac proportione, vt ordinariis ipſis locorum æquum eſſe videbitur, ſingulis pauperum Monialium etiã Tertiariarum Monaſteriis huiuſmodi ſuarum Ciuitatum, & Diœceſum, etiam ſi aliis ſuperioribus ſubiectæ ſint, cum effectu diſtribuant. Nos enim eiſdem locorum ordinariis etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatis, ac cuilibet illorum tam per ſe, quam alium, vel alios præmiſſa faciendi, ac etiam contradictores quoſlibet, & rebelles per pœnas pecuniarias eorundem Ordinariorum, & cuiuſlibet illorum arbitrio infligendas, & applicandas, ac in ſubſidium ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliáque opportuna iuris, & facti remedia quacunque appellatione poſtpoſita, reſpectiuè compeſcendi, auxiliúmque brachij ſæcularis inuocandi, aliáque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, gerendi, mandandi, & exequendi, plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Iure ſanguinis egenis monialibus parentes & affines opitulari debent.

Inſuper, quia valde rationi conſonum eſt, vt etiam ij, qui ipſis Monialibus etiam Tertiariis indigentibus præfatis conſanguinitate aliqua ſunt coniuncti, aliquod in præmiſſis ſubſidium conferãt cum ratio ſanguinis, & debitum charitatis, & honeſtatis id expoſtulet, ſingulis locorum Ordinariis committimus, vt omni eos officio & diligentia monere, eiſque perſuadere ſtudeant, parentes verò, & fratres, alios, ad quos illas, ſi in ſeculo permanſiſſent: dotare pertinebat, vel ad quos bona, & ſucceſſiones deuenerunt & qui, ſi eas nuptui tradidiſſent, multò amplius, quam ingredientibus Monaſteriorum dediſſent, vel qui ſi eas nunc domi retinerentur quibuſcunque viis ipſi beneuiſis inducant, vt Monialibus etiam Tertiariis prædictis iuxta eorum facultates charitatiuè ſubueniant ſcituri id ſibi etiam ad animarum ſalutem plurimum profuturum.

Declaratio conſtitutionis Pij V. circa conuerſas profeſſas & non profeſſas.

Cæterum quod attinet ad conuerſas profeſſas, quas prædictus Pius prædeceſſor per prædictas literas ſub certis conditionibus ibi contentis permiſit poſſe manere extra monaſteria pro colligendis eleemoſynis eiſdem locorum ordinariis iniungimus, vt quibus monaſteriis prædictarum Monialium quotidianis laboribus computatis, ſupradicta, vel alia qualibet ratione de ſufficienti ſubuentione, & ſuſtentatione prouiſum eſſe cognouerint, eaſdem conuerſas ſub eadem clauſura cum aliis Monialibus reducant, neque à ſuis monaſteriis amplius exire permittant: Conuerſas verò non profeſſas, & profiteri nolentes dimiſſo habitu domum remittant, neque alias in futurum, niſi profeſſionem ſuo tempore emiſſuras, atque ſub perpetua clauſura manſuras in monaſteria huiuſmodi recipi permittatur. Quod autem idem Pius prædeceſſor ſtatuit de cætero nullas alias Conuerſas profeſſas recipi amplius etiam de conſenſu ſuorum ſuperiorum poſſe, ita eſſe intelligendum declaramus, præter illas Conuerſas, quæ extra monaſterium in domibus cõtiguis degerent. Eleemoſynarum vero prædictarum contributionem, & applicationem durare, & valere decernimus ac ſuos effectus ad plenum ſortiri debere, donec numerus Monaliũ etiã Tertiariarũ huiuſmodi (quem per ipſos locorum ordinarios etiam in Monaſteriis ab eorum cura, & regimine quomodocunque exemptis, cum illarũ ſuperiorum interuentu ſtabiliri,

& ordinari neque ſupra illum numerum alias recipi poſſe, etiam de conſenſu ſuperiorũ ſuorum, volumus, & mandamus) ita imminutus fuerit, vt reliquæ Moniales, & Tertiariæ ex propriis redditibus Monaſteriorum ipſorum, vel conſuetis eleemoſynis ſe commodè ſuſtentare queant: ſuper quo eorundem ordinariorum cõſcientia oneramus, ita tamen vt decentibus ſingulis ex tribus earundem Monialium partibus, tertiæ quoque earundem eleemoſynarum partis diſtributio, & ſic ſucceſſiuè in totum extinguatur, atque in priſtinum ſtatum ſub debitis, aut ſolitis oneribus reuertantur, & remaneant.

Iterum præcipitur clauſuræ Monialibus inuiolata obſeruatio. Antiquiſſimi enim ritus eſt atque probatiſſimi inſtituti vt cum ſacram Virginitatem Deo vouerint vni illius cultui dicatæ, quo à mũdi oblectamentis, & tentationibus remotiores ſunt, eo tutius, liberiuſque ac ſanctius, Chriſto Domino tanquam ſponſo dilectiſſimo ſeruiant. Atque illæ quidẽ (vt eſt perpetuò deuotionis munere inſignis fœmineus ſexus) ieiuniis & orationibus, aliiſque vitæ ſpiritalis exercitationibus quibus maximè ira Dei placatur, non mediocrẽ afferre poſſunt opem rebus Eccleſiæ afflictis adeò, ac perturbatis.

Declaramus præterea nullis Monialibus etiam Tertiariis licere habere oſtium, per quod ex Monaſterio introiri poſſit in ipſarum Monialium eccleſiam exteriorem, in quam ſecularibus ad miſſas, & diuina officia patere ſolet acceſſus, ſed omninò muro ſtruendum, neque itidem licere Monialibus etiam Tertiariis egredi à ianua Monaſterij, quæ eſt pro clauſura ipſius Monaſterij, etiam ad claudendum aliam vlteriorem ianuam, qua patere ſolet aditus ſecularibus venientibus vel ad rotam, vel ad crates, ſeu loca colloquiis deſtinata, quæ vulgo parlatoria vocantur, ſed ad pulſandum ipſam ianuam clauſuræ, quæ loca, cum ſaltem pro cauſis prædictis patere ſoleant ſecularibus, extra clauſuram cẽſeri debent, etiam quo tempore clauſa ſunt. Inſuper quoſcunque Dominos, & Magiſtratus temporales in Domino hortamur, monemus, & requirimus, vt ad omnẽ ipſorum ordinariorum, aut ad alicuius ipſorum petitionem, vel ſimplicem requiſitionem illis in præmiſſis aſſiſtentes omnem opportunum fauorem, & auxilium præſtent, & exhibeant. Ipſis denique Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis præcipimus, & mandamus, vt has præſentes noſtras literas (quarum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem vbique fidem in iudicio & extra adhiberi debere volumus, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ) ſinguli in ſua Ciuitate, & Diœceſi publicent, ac publicari eaſque iuxta earum continentiam, & tenorem vna cum prædictis, ac aliis prædicti Pij V. & aliorum prædeceſſorum noſtrorum literis, & conſtitutionibus, & iuſſionibus pro integra clauſuræ inſtauratione, cuſtodia firmitate editis inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari faciant, Non obſtantibus teſtatorum, & aliorũ voluntatibus, ac fundationibus, & Bonifacij prędicti de vna, & Concilij generalis de duabus, non tamen tribus dietis, ac quibuſuis aliis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum ordinum Hoſpitalium, Militiarum, Confraternitatum, Collegiorum, & aliorum piorum locorum prędictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegiis quoque indultis, exemptionibus, libertatibus, gratiis, & literis Apoſtolicis eccleſiis, monaſteriis, & ordinibus, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, Collegiis, & piis locis, ac eorum ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere vel in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & pluries innouatis, etiã ſi in eis, caueatur expreſsè, quod illis niſi ſub certa inibi expreſſa forma, aut alias derogari non poſſit: Quibus omnibus & ſingulis, etiã ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbũ inſererentur pręſentibus pro plane & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis, quibuſcũque, aut ſi ſupradictis, vel aliis ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergò, &c. Si quis autem &c. Datum Romę apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Tertio Kal. Ianuarij. Pontificatus noſtri anno primo.

VIII.

Inſtitutio Feſti Sanctiſſimi Roſarij.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

1. Theſſ. 5. c.

Monet Apoſtolus in omnibus gratias agere, monent quoque ſacracrum literarum hiſtoriæ inſignia Dei beneficia, tum vt ei à quo accepta ſint, meritæ referantur gratiæ, tum vt fideles quibus collata ſunt, illorum memores ad diuinum cultum magis in dies excitentur, ſolénibus annis feſtiuitatibus celebranda eſſe. Quod cum multoties inſtitutum fuerit, tum verò maximè cùm Deus patrum noſtrorum populum ſuum à ſeruitute Ægyptiaca per manum fortem liberauit. Notabis itaque non minora beneficia quotidie à Deo optimo maximo accipimus, inter quæ illud ſingulariſſimum ſuperiore anno ab ineffabili ipſius clementia nobis cõceſſum fuit, vt Turcarum claſſis & numero longè ſuperior, & præteritis collata victoriis à Chriſtianorum claſſe virtute Domini noſtri Sabbaoth decertante, die ſeptimo Octobris non longè à Corinthiaco ſinu penitus deuicta & quaſſata fuerit, qua nempe victoria vniuerſum populum Chriſtianum ab impiiſſimi Tyranni faucibus diuino munere ereptum fuiſſe, inficiari nemo poteſt: Apoſtoli præcepto parere & ſanctorum patrum exempla ſequi volentes, vt huius ingentiſſimi beneficij anniuerſaria habeatur memoria, inſtituere omninò decreuimus. Quia verò preces ad Deum oblatæ, eò gratiores ad illius conſpectum aſcendunt, quò dignioribus interceſſoribus, & pio aliquo orandi modo offeruntur, memores beatum Dominicum ordinis pxædicatorum inſtitutorum cum, & Gallia, & Italia à pernicioſis premeretur hæreſibus, ad iram Dei placandam, & beatiſſimæ virginis interceſſionem implorandam, piiſſimum illum orandi modum inſtituiſſe quod Roſarium aut Pſalterium beatiſſimæ virginis Mariæ nuncupatur: animaduertentes quoque eadem die ſeptima, quæ tunc fuit dies Dominica prima dicti menſis Octobris, fraternitates omnes ſub dicti Roſarij nuncupatione militantes, per vniuerſum orbē iuxta earum laudabilia inſtituta & conſuetudines proceſſionaliter incedentes, pias ad Deum preces effudiſſe, quas per interceſſionem beatiſſimæ virginis ad dictam victoriam conſequendam multùm profuiſſe piè credendum eſt, opere pretium nos facturos eſſe exiſtimauimus, ſi ad tantæ victoriæ cælitùs proculdubiò conceſſæ memoriam conſeruandam, & ad gratias Deo & Beatiſſimæ Virgini agendas, feſtum ſolenne ſub nuncupatione Roſarij in prima Dominica menſis Octobris ſingulis annis celebrandum inſtitueremus. Quocirca motu proprio & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad laudem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiúſque glorioſæ virginis matris, tenore preſentium decernimus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus, qualibet prima die Dominica menſis Octobris, per vniuerſi orbis partes, in his videlicet Eccleſiis in quibus altare vel capella Roſarij fuerit, ab omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus feſtum ſolenne ſub nuncupatione, Roſarij prædicti ſub duplici maiori officio, ad inſtar aliarum ſolennium feſtiuitatum celebretur & ſanctificetur, eadémque die officium de beatiſſima Virgine nouem lectionum more eccleſiaſtico perſoluatur & recitetur. Decernentes præſentes quas perpetuò valere volumus, nullo vnquam tempore de ſurreptionis vel obreptionis, aut nallitatis ſeu alio vitio, vel intentionis noſtræ, aut alio defectu notari, argui, vel impugnari poſſe, ſed plenarios effectus ſortiri debere: & ita per quoſcunque iudices, quauis auctoritate fulgentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, aut interpretandi facultate, & authoritate iudicari & interpretari, & definiri debere. Ac ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper iis à quoquam quauis auctoritate ſcienter, ignoranter contigerit attentari, contrariis quibuſcunque non obſtantibus. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur tam in iudicio, quam extra, quæ præſentibus literis adhiberetur, ſi fuiſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum

Claßis Selini Turcarum Imperatoris in ſinu Corinthiaco apud Naupactũ deuicta.

Pſalterij ſiue Roſarij Beatißimæ Virginis Mariæ inſtitutor D. Dominicus.

Prima Dominica Octobris feſtum Roſarij celebratum.

Romæ

Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die primo Aprilis. milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio. Pontificatus noſtri anno primo.

Sacri fœderis ſub Pio V. initi fœliciſſimum exitum Gregorius expertus eſt, diémque illum victoriæ Chriſtianis perpetuò inter faſtos habendum indixit, in hac feſti ſanctiſſimi Roſarij Deiparæ Virginis inſtitutione. Quamobrem ſeriem hiſtoriæ ſub breuitate contractam referemus iuxta ea quæ ſcripſerunt Ludouicus de Marmol, Ferdinandus Herrera, & Hieronymus Coſtiol, cum Ioanne Ruffo in Auſtriade egregio Buccinatore huius trophæi.

Conſiderans Pontifex Pius V. incommoda multa quæ contra Rempubl. Chriſtianam inflicta fuerant ſæpe à nefario Turca, & præſertim quòd non minora incommoda imminerent à Sultamo Selimo qui tunc regnabat, niſi tanto imminenti malo prouideretur, hortatus eſt Catholicum Regem Philippum ad prælium ineundum contra infenſiſſimi Turcarum regis immanitatem, tùm etiam hortatus fuit ſenatum Venetianum, dicens eis: non ſufficere quidem potentiam vnius duntaxat Chriſtiani principis contra Turcarum immanitatem, proptereaq; conuenientiſſimum eſſe vt fieret vnio quædam ad debellandum nefandum dominatum, & proſtrandum ſuperbiam Turcarum regis. Pollicitúſque eſt ſe pro ſua virili præſtiturum quæ ad ſe pertinebant, eos verò hortabatur ad huiuſmodi vnionem apprimè neceſſariam Reipublicæ Chriſtianæ. Statim igitur Catholicus Rex Philippus tam iuſtis & piis hortationibus Summi Pontificis condeſcendit: ſimul etiam Venetorum ſenatus, præſertim cum magna incommoda ſibi tunc imminerent: nam hoc tempore Turcarum rex inuaſerat Cypri regnum. Itaque factæ huiuſmodi vnione electus fuit in generalem ducem totius exercitus heros ille Ioannes Auſtriacus vir magna virtute, qui audiens incommoda quæ infligebant Turcæ tunc regionibus Chriſtianis, geſtiebat iam ad pugnam animo ſuo inuicto & bellicoſo. Siquidem vaſtauerat tunc Turca aliquas Venetorum inſulas, videlicet Cephaloniam, Zanthem, & alias huiuſmodi, inſuper etiam in captiuitatem arripuerunt Turcæ triremem quandam Chriſtianorum, ex qua intellexerunt de vnione facta inter principes Chriſtianos: & monuerunt ea de re Sultanum Selimum magnum Turcam. Inſuper etiam ducentos milites interfecit Turcarum exercitus apud Xumaram caſtrum quoddam Venetorum. Tum præterea apud inſulam Corfu vocatam, ſtragem multam, multáque incommoda pepererunt, deprædantes quæcunque potuerunt, atque hoc modo receſſerunt Turcæ cum opimis ſpoliis, non audentes impugnare arcem ipſam, & propugnaculum. Venit igitur Turcarum exercitus cum ſeptem millibus captiuis ad Corinthiacum ſinum, vt ibi milites refocillarentur in amœnitate & fertilitate illius regionis. Ibi igitur reſciuit Chriſtianorum principum claſſem aduentantem, quo accepto nuntio magnopere gauiſus eſt Turcarum exercitus, exiſtimans ſe certam habere victoriam: vnde & precioſiſſimam quandam veſtem præfectus ipſe Turcarum dedit ei qui tam optatum ſibi nuntium adportauerat. Soluit igitur feliciter Chriſtiana claßis ex Meßina die 16. Septemb. 1571 cum intentione & animo conſerendi manum cum hoſte, quamuis talis intentio palam non diuulgaretur. Nauigantéſque Chriſtiani viderunt non ſine multis lacrymis & dolore, damna innumerabilia quæ in Corfu inſula inflixerant Turcæ, noluerúntque præ commiſeratione ibi quieſcere, ſed vlterius progreßi ſunt ad portum S. Ioannis. Quò cum perueniſſent, reſciuerunt viciſſim vtrique exercitus, & certiores redditi ſunt de locis in quibus verſarentur. Nauigantéſque vlterius Chriſtiani peruenerunt in Cæphaloniam, vbi nuntium acceperunt de captura ſiue expugnatione illuſtris illius ciuitatis Cypri vocatæ Famagoſta. Cúmque intellexiſſet inuictus Princeps Ioannes Auſtriacus, crudelitatem & inhumanitatem Turcarum quâ vſi fuerant contra illam ciuitatem, longè aliter quàm pacti fuiſſent, animoſior factus eſt ad certamen. Itaque conſtituit ordinem commodiſſimum & prudentiſſimum in ſuo exercitu, diſpoſuitq; vniuerſa quæ diſponenda & ordinanda erant mira prudentia & induſtria, ad conſerendum cum hoſte. Erant autem ducentæ & nouem triremes Chriſtianorum: ſex inſuper magna nauigia, & quadraginta ex aliis communibus. Ex quibus Catholicus Rex Philippus ſtipendiis ſuis ſuſtentabat triremes octuaginta vnam, cum multis aliis communibus nauigiis. Itaque quindecim erant triremes Hiſpaniæ, triginta Neapolitanæ, decem Siculæ, tres Genuenſes, vndecim Andreæ de Oria, quatuor Lomelini, quatuor Negronis, duæ Georgij Grimaldi, duæ Stephani Marini, vna Saurini, tres militum S. Ioannis, tres ducis Sabaudiæ, duodecim Summi Pontificis, in quibus etiam contribuebat dux Florentiæ, centum & nouem Venetiarum cum ſex magnis nauigiis. Præfectus igitur claßis Turcicæ cùm ſciret appropinquantem exercitum Chriſtianorum cum deliberatione conſerendi manum,

cœpi

cœpit magno exiliens gaudio tanquam certus iam ſecundùm opinionem ſuam potiundæ rerum & exploratam ſibi habens & perſuadens victoriam, ordinare acies ſuas & phalanges nauales. Die igitur Dominica 7. Octobris, cœperunt ſe inuicem vtræque copiæ proſpectare prope ſinum Corinthiacum: fudit autem preces ſuas ad Dominum animoſiſſimus & prudentiſſimus Princeps Auſtriacus cum vniuerſo exercitu, atque ſigno facto ſuam ſtationem & aciem ſingulæ triremes obtinuerunt. Deinde generoſus Dux quandam conſcendens ſcapham ſiue nauigiolum præferens vexillum quoddam cum imagine crucifixi, cœpit animare exercitum ſuum huc atque illuc diſcurrens, vt paratiores eſſent ad viriliter præliandum, quanuis iam ex ſeipſis animati ſatis eſſent & paratiſſimi ad ſanguinem ſuum pro Chriſto fundendum. Rediens poſtmodum ad principem triremem ſuam, eduxit vexillum in altum, in quo erat imago Crucifixi, & ad pedes eiuſdem poſita erant inſignia ſummi Pontificis, ad quarum inſignium dexteram erant inſignia Catholici Regis, & ad ſiniſtram inſignia Venetiana. Videns igitur vniuerſus exercitus vndique Domini noſtri Ieſu Chriſti imaginem, ſupplices ad eum retenderunt palmas, atque preces magna cum deuotione & reuerentia efferentes eis vitam ſuam & ſanguinem vniuerſum. Tum etiam religioſiſſimi & integerrimi viri multi qui ibi aderant, diſperſi per vniuerſum exercitum cœperunt animare ſuis prædicationibus & hortationibus vt poterant vniuerſos milites, notificarúntque eis & declarârunt indulgentiam permagnificam quam concedebat Summus Pontifex. Ex quibus omnibus animoſiſſimi redditi ſunt Chriſtiani milites ad præliandum, nequaquam recuſantes vitam ſuam in diſcrimen exponere, ſi modò hoc diſcrimen vocandum eſt, & non potiùs gloria ſempiterna. Appropinquabat ergò claſſis Turcica primùm quidem ſecundo vento, ſed poſtmodùm reflantes experientes ventos, paulò tardiùs contractis velis, accedebant remigantes. Itaque hoc modo Chriſtiani triremes ſuis quæque locis & ſtationibus opportunè collocatæ ſunt hoc modo, Princeps triremis ad dexteram triremem habebat principem Summi Pontificis, cui præſidebat Marcus Antonius Colona, ad ſiniſtram verò triremem Principem Venetianam habebat, cui præſidebat Sebaſtianus Venierus. Ad latus autem Pontificiæ triremis principis erat triremis ducis Sabaudiæ cum Domino Leni & de principe Vrbino. Ad latus verò Venetianæ principis erat Genuenſis cum generali ſuo Hectore Spinola, vbi etiam erat princeps Parmenſis. Aderat etiam claudens huiuſmodi alas princeps triremis militum S. Ioannis, cui præſidebat frater Petrus Iuſtinianus: ad ſiniſtram verò huius erat triremis Lomelina, in qua erat Paulus Ioannes Vrſinus. Ad ſubſidium autem Principis triremis Auſtriacæ aderat patrocinatura triremis, tum triremes ſocias ſuas habentes, quæ erant ſeptuaginta hoc ordine conſtitutæ. Porrò in dextero cornu conſtitutus etiam erat Andreas de Oria cum quinquaginta triremibus. Auguſtinus Barbarigus aderat in ſiniſtro cornu, qui erat prouiſor generalis Venetianus, cum aliis quinquaginta triremibus. Ante verò præcedebant ſex magna nauigia triplici diſtincta ordine, vt ſuis tormentis bellicis quibus munitiſſima erant, pugnarent primùm & interrumperent longè exercitum antequam præliaretur cum ipſis triremibus. Denique Marchio S. Crucis aderat cum triremibus triginta, & vna poſt principia ſeu in triariorum loco. Cæterùm erant in vniuerſo exercitu octo millia militum Hiſpanorum duodecim millia militum Italiæ, & denique tria millia aliorum militum ſpontaneorum variarum nationum, præter alios ordinarios milites qui reperiebantur in ſingulis triremibus. In oppoſito verò Turcarum exercitu erant ducentæ triginta triremes, & ſeptuaginta magna nauigia, denique milites numero centum viginti millia. Diſpoſitus autem erat Turcarum exercitus in figuram ſemicirculi ſiue dimidiæ Lunæ. In cornu verò dextro aderat Mahometus Bey gubernator Corinthiacus, in ſiniſtro Aluchus Alinus gubernator Argelli, habens quiſque ſexaginta triremes. In medio autem poſitus erat Alinus præfectus cum centum triremibus. Cæterùm inuictus Auſtriacus mandauerat ipſi naucleto triremis ſuæ, vt diligenter contueretur principem triremem Turcicam, & recta ad eam contenderet tam animosè & confidenter vt nulla nauigia quæ eam affectabantur, ſibi proponerent ſpem effugiendi, ſed potiùs, aut victoriam reportarent, aut ibidem vitam ſuam terminarent. Porrò præfectus Turcicæ claſſis conſtituerat ne tormenta bellica vlla ratione detonarent, priuſquàm appropinquaſſent ipſi Chriſtianorum exercitui, & cominùs præliari poſſent: veruntamen coacti ſunt Turcæ huiuſmodi intentum ſuum mutare, nam magna illa nauigia Chriſtianorum quæ præibant, vbi viderunt ſe poſſe pertingere tormentis ſuis bellicis quibus munitiſſima erant, ad copias Turcarum, ſtatim cœperunt globos ſuos contra Turcas tranſmittere, & mirabili quodam animo, vehementia & celeritate. Auſtriaca triremis

primùm tormenta ſua ſoluere cœpit, adeò vt vix dimidiatam tormentorum bellicorum partem exoneraſſent Turcæ, cùm iam ſe obrutos viderunt impetu, fulgure & ionitruo Chriſtiani exercitus. Tam vehemens ergò fuit pugna primùm quidē inter duas prætorianas triremes vtriuſque exercitus, vt modò hæc modo illa victa videretur. nam in Turcica trireme erant in ſubſidio ſeptem triremes & duo magna nauigia, quæ ſemper milites ſuppeditabant animoſos & bellicoſos. In principe autem Chriſtianorum, erat flos ipſe militiæ: erant etiam acies ipſe ordinatiſſimè diſpoſitæ, in alia acie aderant centum milites exercitatiſſimi, & veterani, in alia item acie vigintiquinque non minùs exercitatiſſimi, item in alia. Item alij vigintiquinque robuſtiſſimi; & reliqui in ſuis ſtationibus ſinguli verſabantur. Denique inuictus princeps Auſtriacus cum aliis illuſtribus & heroicis viris aderat ſemper mandans, conſulens, animans, hortans ad ea quæ neceſſaria eſſe videbantur. Hic quidem animosè cùm intendiſſent Chriſtiani in Principem Turcarum triremem, ſed tamen repulſi fuiſſent, duraſſétque iam conflictus ipſe ſpatium ſeſquihoræ: tandem animoſiores facti Chriſtiani, ſequentes heroem virum Lopexium Figuerca, ingreſſi ſunt in triremem principem Turcarum, & eam obtinuerunt, interſiciente: ipſum Alinum præfectum & eos qui cum eo erant, inſuper etiam impiiſſimum & abominabile Mahumeticum vexillum proſtrauerunt & conculcauerunt, erecto Chriſtianorum vexillo ibidem, atque pleno ore maxima cum iucunditate & iubilo victoriam perſonare cœperunt, vt hoc modò penitùs qui præliabantur cæteri Turcæ exanimarentur, & Chriſtiani omnes animarentur, dulciſſimo victoriæ nomine in eorum aures influente, gratiáſque maximas pro tam ſingulari beneficio Deo optimo maximo omnes egerunt. Cæterùm cum adhuc Turca quædam triremis inſoleſcere vellet & inuadere Hiſpaniam principem triremem, animosè quidem ac viriliter à Marco Antonio Colona ſuperata & capta eſt, ſicut alias multas ceperat præſidio Pontificiæ principis triremis. Princeps etiam Vrbinus in trireme ducis Sabaudiæ admirabiliter ſe geſſit. Nec minùs etiam ſe ad mirabilem & inuictum exhibuit Paulus Vrſinus. Princeps inſuper Parmenſis non ſolùm viriliter præliabatur ex ea trireme in qua conſtitutus erat, verùm etiam tanquám ſimplex quidam miles non dubitabat ſe ingerere in medias armorum flammas atque fulgura, quem etiam nonnulli illuſtres viri imitati, honorificentiſſimè præliati ſunt: & pro Chriſto obierunt. Princeps Venetiana triremis quàm heroice ſe geſſerit, vix poteſt pro dignitate explicari. Porrò triremes quæ erant in cornu dextro: non perinde proſperum habuerunt ſucceſſum, nam impares expertæ ſunt inimici vires, imparémque congreſſum & nimis ſuperexcedentem, cùm infiniti propè eſſent Turcæ qui eas adorſi ſunt. Vnde quanuis admirabiliter planè pugnaſſet triremis militum S. Ioannis, tandem tamen magnam ſtragem in heroicis illis viris ediderunt Turcæ, præſertímque Aluchus Alinus ſuperueniens cum innumeris Turcis qui nondum pugnauerant, neque defeſſi adhuc erant ex longa pugna. Sed tandem frater Petrus Iuſtinianus qui in captiuitatem redactus fuerat, ſimul cum triremi ſua, liberatus eſt ſubſidio & induſtria Neapolitanæ cuiuſdam triremis. Denique videns Aluchus Alinus ipſe quòd res Turcicæ deſperatæ eſſent: & iam victoriam obtinuiſſent Chriſtiani, decreuit ornare fugam cum paucis quibuſdam nauigiis quæ eum ſecuti ſunt. Cæterùm aliæ duæ quæ ſupererant triremes militum S. Ioannis, videntes quantam crudelitatem Turcæ exercuiſſent in principe ſua trireme, tam ſtrenuè ſe geſſerunt, vt cùm viciſſent tres triremes cum quibus pugnabant, omnes Turcas qui in eis erant gladio interimerent. Porrò cum perilluſtris Ioannes de Cardona Generalis triremium Sicularum, rediiſſet ab obeunda quadam legatione ad quam miſſus fuerat ab inuicto Principe Ioanne Auſtriaco, viderétque aliquas triremes Turcicas inſidiis manentes, validiſſimè ſe geſſit contra eas cum triremibus ſuis, atque eaſdem ſuperauit & proſtrauit, omnem eis præcindens aditum ad Chriſtianorum exercitum inuadendum, quanuis non ſine maxima iactura ſuorum militum. Inſuper etiam hoc tempore non erat otioſus Andreas ab Oria, ſed potiùs tanquam exercitatiſſimus in præliis, vt poſſet eos omnes ſuperare atque in captiuitatem redigere. Tum etiam inuictus Princeps Auſtriacus cùm vidiſſet triremes ſiculas ſubſidio indigere, accurrit ad eas validiſſima manu ita aduerſarios oppugnans, vt eos ad fugam cogeret atque compelleret. Inſuper etiam cùm triremis quædam Turcica impugnaretur validiſſimè ab ipſis Chriſtianis in qua quidem trireme erant duo filij Alini præfecti, quorum nomina erant Mahumetus Bey, & Alinus Bey, tandē capta eſt à Chriſtianis, & in captiuitatem redacti duo illi filij præfecti. Tandem verò congregatæ principes triremes Chriſtianorum, conuenerunt ad locum vnum per quem effugere debebant Turcicæ triremes quæ ſuperfuerant, atque ibidem ampliſſima

ſpolia reportarunt, adeò vt ſolummodo euaderet Aluchus Alinus cùm quatuor triremibus & vigintiquinque nauigiolis. Caeterùm ex Chriſtianis huiuſmodi nauali conflictu interierunt quatuor millia militum: inter quos erant nonnulli perilluſtres viri, qui ſtrenuè ſe geſſerunt in ipſo praelio. Ex Turcis autem interierunt viginti millia, inter quos fuerunt ducenti principes viri, & triginta gubernatores prouinciarum, & centum & ſexaginta duces, in captiuitatem autem redacti ſunt duo millia. Atque hic quidem ponitur minimus numerus qui reperitur in hiſtoriis: nam variant hiſtoriae circa huiuſcemodi numerum. Praeterea Chriſtianorum captiui libertate donati ſunt duodecim millia ex variis nationibus. Item centum & ſexaginta triremes reportarunt Chriſtiani, & duodecim magna nauigia, triginta autem triremes ſubmerſae ſunt: & quamplurima etiam alia ſpolia reportarunt Chriſtiani, inter quae fuerunt multa inſignia Turcica, & denique praecipuum vexillum magni Turcae. Et quoniam Ponto nox atra iam incumbebat, & procelloſus quidem turbo imminebat, decreuerant Chriſtianae copiae in proximum portum concedere: vt ibi poſſent feſſi milites refici ac recrari: vt deinceps poſſet vlteriùs progredi ad domandam magis ac proſtrandam Turcicam potentiam, ſed cùm hyems intraret, & vulnerati eſſent multi: ac deniq; commeatus eſſent neceſſarij, decreuit inuictus princeps Auſtriacus redire iam ex ipſo conflictu poſt partam victoriam immortalem, non ſine maximo emolumento Chriſtianae Reipub. & nominis Chriſti gloria & exaltatione, quandoquidem placuit Chriſto Domino potentiam ſuam oſtendere contra feritatem & immanitatem hoſtium Chriſtianorum, etiam inſigni beneficia Eccleſiam ſuam donare & exornare. Itaque plaudebant regiones omnes, prouinciae, & vrbes, felici principi Ioanni Auſtriaco, & gratias agebant primùm Deo Opt. Max. pro tanto accepto beneficio, deinceps etiam beatiſſimo Pontifici, qui hortator extitiſſet tam heroici facti, & denique Catholico regi, quandoquidem tam promptum ſe exhibuerat ad huiuſmodi ſalutarem hortationem Summi Pontificis amplectendam, ſimul etiam Senatui Veneto, propterea quòd facile ſtatim beatiſſimi Pontificis hortatus complexus fuiſſet tam ſingulares & vigilantiſſimos vniuerſae Reipublicae Chriſtianae. Inſuper etiam in memoriam ſempiternam tam diuinae victoriae, non ſolùm vt ſupra diximus, inſtituit ſummus Pontifex Gregorius 13. feſtum Roſarij celebrandum eodem die quo victoria parta eſt per ſingulos annos, verùmetiam Catholicus Rex Philippus Toleti inſtituit vt celebraretur huiuſmodi ſolennitas in perpetuum, quod etiam in multis aliis ciuitatibus ſeruatur. Summus verò Pontifex Pius V. qui cum aliis perilluſtribus praelatis erat in oratione poſitus eo tempore quo parta eſt victoria, quique illius caelitus accepit nuncium tanti fecit hoc beneficium diuinum, vt non ſolùm pro eo gratias maximas Deo egerit, & fieri mandauerit, verùmetiam ipſe in ipſis pecuniis quas in terris ſibi ſubiectis cudi mandauit, ex altera quidem pecuniae facie effigiem ſuam poſuerit, ex altera huiuſmodi victoriam imprimi iuſſerit.

Victoria huius faeliciſſima auſpicia pulchrè narrauit Auſtriadis Poeta, aſſeritque longè ante illa à Turcis prodigiis quibuſdam praeuiſa fuiſſe. Haec ex illis Poematibus Hiſpanicis clarius patent in trophaei gloriam & inuictam Ducis Ioannis ab Auſtria celſitudinem. Fatebantur enim vnum ex multis haeroibus Auſtriacum ſtrenua fortitudine excelluiſſe, & excidij Turcici cauſas praeſtantiores dediſſe.

Dos Turcos, o de pura couardia,
O preſagos del caſo per ventura
Quiſieron ſer teſtigos eſte dia
Deſde vna roca de ſublime altura,
Huydo auian de ſu compañia
Enel ſilencio de la noche oſcura,
Algunos dias antes que el terrible
Recuentro fueſſe cierto, ni creyble.

Miran la nuue eſcura temeroſa
Embuelta en humo haſta el cielo alçarſe,
Y la ſonante llama preſuroſa
Sembrada crecer luego y leuantarſe,
En imagen y forma pauoroſa
Cinco galeras ſuyas abraſareſe,
Y viendo aquel eſtrago manifeſto
El vno al otro Turco dixo aqueſto.

Eſtauan pues los dos filoſofando
Attonitos y fuera de ſentido,
El dudoſo ſucceſſo recelando,
Continuo dellos con razon temido,
La importante victoria ponderando,
Y el miſerable eſtado del vencido
Mirauan de nora en hora temeroſos
Caſos funeſtos triſtes y eſpantaſos:

Dime Roayme amigo, que viſiones
Son eſtas quo nos tiennen eſpantados
Quien vino à perturbar nueſtras regiones
Que aſſi dexa a los Turcos laſtimados;
Eſpanto fuimos y a de la naciones,
Mas la iniuſta mudança de los hados
Nos quiere hazer oy tan dura ofenſa
Que iamas no ſe eſpere recompenſa.

Ves

Ves como ſe nos mueſtra claramenta
El fin aduerſo de la infauſta guerra.
No ves vna quadrilla diligente
De nueſtra armada çabardada en tierra,
Sin otra que la fuerça vehemente
Del ancho Fo profundo cierra,
De la qual no ſe veni a duras poenas,
Sino garceſes rotas las entenas.

Que ſe podra eſperar de tu ventura
De tu madruo ſeſo, y verdes años?
Que fuerça puede eſtar de ti ſegura
Deſpues deſtos preſentes deſengaños?
O eſtremo de dolor y deſuentura.
O cielo coniurado en nueſtros daños,
Temiſte a dicha que los Othomanos
Auian de rendirte con ſus manos.

O don Iuan de Auſtria para mal naſcido,
Del Turqueſquo poder cuchillo fiero,
Mas que todos los hombres atreuido,
Principio en nueſtros daños verdadero,
Si agora tu fortuna tal ha ſido,
Si te has aſſi moſtrado en lo primero
Quales ſeran los triunfos y deſpoios
Que en otro tiempo miraran tus oios?

No ſin admiracion eſtoy atento
(Reſpondio el otro Turco) a tus razones,
Y lo que en ellas dizes, veo y ſiento
Que no es duda que ſufre opiniones
Valgamonos del buen conocimiento,
Huyendo el roſtro en eſtas ocaſiones,
Y pues tenemos tales enemigos
No pretendamos amas que ſer teſtigos.

IX.

Executio literarum Apoſtolicarum, & declaratio Concilij Tridentini.

GREGORIVS Epiſcopus, &c. Ad futuram rei memoriam.
AD ROMANI Pontificis prouidentiam circumſpectam pertinere
dignoſcitur, dubia ſuper ſacrorum Conciliorum decretis pro tempore inſurgen-
tia, ſic ſuae declarationis oraculo dilucidare, & interpretari, vt exinde litium diſpen
dia inter fideles quoſlibet valeant ſubmoueri. Accepimus ſanè nuper quodlibet
multoties Romanus Pontifex, vt prouiſiones, & gratiae per eum de beneficiis pro
tempore vacantibus, ac ſuae, & Sedis Apoſtolicae diſpoſitioni, & ordinationi reſer
uatis, in fauorem diuerſarum perſonarum ſibi gratarum, & acceptarum factae, exe
cutioni debitae demandentur, & ne (dum literae Apoſtolicae ſub plumbo deſuper ex
pediuntur) beneficia ipſa ab aliquibus indebitè occupentur, aut aliqua in ſpiritua-
libus, & temporalibus detrimenta ſuſtineant, nonnunquam corporalem poſſeſſio-
nem ipſorum beneficiorum, & illis annexorum, iuriumque, & pertinentiarum quo
modocunque Sedis, & Camerae Apoſtolicarum nominibus apprehendi, ac omnes,
& quoſcunque fructus, redditus, & prouentus beneficiorum, & annexorum eorun-
dem percipi, exigi, eoſque integros perſonis praedictis, poſtquam ipſas literas ſub
plumbo expeditas haberent, vna cum dicta poſſeſſione conſignari, quandoque ve-
rò, dum literae ſub plumbo huiuſmodi expeditae exiſtunt, vt ius ſuum vnicuique il-
lorum conſeruetur, & temerariorum audacia debita caſtigatione compeſcatur, ac
ipſae literae Apoſtolicae facilius debitae executioni, vt par eſt, demandentur, proui-
ſos de beneficiis in corporalem realem, & actualem poſſeſſionem beneficiorum, &
annexorum, iuriumque, & pertinentiarum praedictorum induci, & inductos in ea
manuteneri amotis quibuſlibet intruſis detentoribus ab eiſdem, aliaque fieri, & exe
qui per diuerſas ſuas in forma breuis, & ſub Annulo Piſcatoris confectas literas
mandet, & percipiat certis inibi modo, & forma tunc praeſcriptis, dilecto filio cau-
ſarum Curiae Camerae Apoſtolicae generali Auditori, ſeu aliis executoribus deſu-
per deputatis, quibus omninò parendum eſſe. Nihilominus, nonnulli beneficiis
praedictis inhiantes, ac gratias praedictas eludere eorumque intruſiones, & deten-
tiones improbè tueri ſatagentes, executionem literarum in forma breuis huiuſmo-
di, & facultatem per eas ipſis executoribus attributam diuerſis dubiis, & cauilatio-
nibus remorentur, & proceſſus per eoſdem executores deſuper habitos, & forma-
tos, ac inde ſecuta quaecunque nulla, & inualida, nulliuſque roboris, vel momenti
eſſe, neque attendi debere contendunt, ſub praetexu, quòd in decreto ſacri Conci-
lij Tridentini, ſeſſione vigeſimaquarta, capitulo vigeſimo, diſpoſitum fuerit, quod
cauſae omnes ad forum Eccleſiaſticum, quomodolibet pertinentes, etiam ſi benefi-
ciales, ſint in prima inſtantia coram ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur,
exceptis his, quae iuxta Canonicas ſanctiones apud Sedem praedictam ſunt tractan
dae, vel quas ex vrgenti rationabilique cauſa iudicauerit Summus Pontifex Roma

Sedi Pontificiae intereſt oraculo ſuae declarationis Conciliorum decreta interpretari.

Executiones literarum Apoſtolicarum quomodo remorentur.

Ttt 2 nus, per

nus, per ſpeciale reſcriptum ſignaturæ ſuæ eius manupropria ſubſcribendum committere, aut auocare. Verum cum decretum huiuſmodi Concilij conceſſionem prædictarum literarum in forma breuis, & illarum executionem nihil efficiat, neque per illos cauſa, ſeu inſtantia introducatur, ſed merè, executiuè procedi mandetur, literæ quoque in forma breuis annulo Piſcatoris munitæ non minoris ſint efficaciæ, & auctoritatis quàm reſcripta ſignaturæ Rom. Pont eius manu propria ſubſcripta; Nos in his noſtræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac prouiſorum prædictorum ius aduerſus dubia & cauillationes huiuſmodi, æquitates & iuſtitia ſuadentibus perſeuerare volentes, necnon prædictarum, & quarumcunque literarum in forma breuis ſuper capienda poſſeſſione nomine Cameræ huiuſmodi, aut in fauorem literarum ſub plumbo expeditarrum tam à prædeceſſoribus noſtris quàm nobis, & dicta Sede hactenus conceſſarum, tenores ac litis, & cauſæ ſi quæ deſuper executæ ſint ſtatum & merita, nominaque & cognomina iudicum executorum, & collitigantium præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, Motu proprio, non ad ipſorum prouiſorum aut aliorum nobis pro eis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia ac de mera noſtra deliberatione decernimus, & declaramus per conceſſionem literarum in forma breuis, ſub annulo Piſcatoris ſuper capienda poſſeſſione quarumcunque beneficiorum diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatorum ſeu affectorum Sedis, & Cameræ Apoſtolicarum nominibus apprehendenda, & eiuſdem poſſeſſionis in fauorem prouiſorum ab ipſa Sede de eiſdem beneficiis poſtquam literas ſub plumbo ſuper prouiſionibus huiuſmodi habuerunt expeditas relaxatione, necnon aſſiſtentia ipſis prouiſis literas deſuper ſub plumbo expeditas habentibus praſtanda, & aliorum inibi expreſſorum executione facienda quæ mandata executiua ſunt, & ſummariam dumtaxat cauſarum propter quas illæ emanarunt cognitionem requirunt, decretis Concilij huiuſmodi non contraueniri, nihilque præiudicij illis inferri vel eorum formam in aliquo violari, neque indici aut cenſeri, vel executionem literarum earundem propterea in aliquo ſuſpendi ſiue remorari, aut facultatem literarum executores ipſos & ab eis deputatos ſub executoris facultate ſibi per eaſdem literas, vt præfertur conceſſas, vti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incurſus pœnarum, & cenſurarum in eiſdem literis in forma breuis contentarum ac inuocatione brachij ſæcularis procedere, alia omnia & ſingula in eiſdem literis contenta (illarũ tamen forma ſeruata) facere & exequi liberè &, licitè potuiſſe, & poſſe, necnon proceſſus deſuper habitos, & formatos habendoſque, & formandos, ac inde ſecuta, & ſequenda quæcunque firma, valida, & efficacia fuiſſe, & eſſe & fore, ſuoſque integros, & plenarios effectus ſortiri debere in omnibus, & per omnia. Præſentes quoque literas de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quoquam alio defectu notari, impugnari, vel inualidari nullatenus poſſe. Sicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quacunque auctoritate fungentes, etiam Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales (ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Diſtrictiùs inhibentes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, & quauis etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel alia maiori dignitate, & Eccleſiaſtica etiam Cardinalatus honore fungentibus, & quauis ſæculari poteſtate fungentibus ne decreto, & declarationi noſtris prædictis, quouis quæſito colore directè vel indirectè contrauenire audeant, vel præſumant, Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis noſtris, & dictæ Sedis Nunciis, ac locorum ordinariis, eorumque officialibus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quecunque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte prouiſorum & executorum & ſubexecutorum prædictorum ſeu quarumcunque aliarum perſonarum in præmiſſis intereſſe habentium vel alicuius ex eis fuerint requiſiti ſolenniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciat auctoritate noſtra prædictos prouiſos, & ſubexecutores, ſeu alios in præ-

miſſis

Cauſæ beneficiales in prima inſtantia coram ordinariis locorum decidendæ.

Executio literarum Apoſtolicarum impediri non debet.

Decretum irritans.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

miſſis intereſſe habentes, eorúmque ſingulos, decreto, declaratione, inhibitione, & aliis præmiſſis pacificè, frui, & gaudere, ac præſentes literas, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus quos illa concernunt, & concernent quomodolibet in futurum inuiolabiliter obſeruari. Non permittentes aliquem deſuper contra illarum tenorem quomodolibet indebitè moleſtare, Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliáque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus fe. re. Bonifacij Papæ VIIJ. prædeceſſoris noſtri de vna, & in Cõcilio generali edita de duabus dietis (dummodo non vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad Iudicium non trahatur) aliiſq; Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum quod inter ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca vbi opus fuerit deferre, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides iudicio, & extra adhibeatur, quę ipſis originalibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Executorum deputatio & facultates.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ apud ſanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die decima Iulij, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

X.

Indictio Sancti Iubilei, pro viſitantibus Baſilicas SS. Petri, & Pauli, ac Sancti Ioannis Lateranen. & B. Mariæ Maioris de Vrbe, Anni 1575.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DOMINVS, ac Redemptor noſter Ieſus Chriſtus, qui pro ineffabili charitate ſua ſerui formam accipiens, acerbiſſimam Crucis mortem ſubire dignatus eſt, vt Deo patri genus humanum reconciliaret, atque in ſortem hęreditatis æternæ donaret, volens noſtræ plenius ſuccurrere imbecilitati, & donum hoc pretioſiſſimo ipſius ſanguine acquiſitum copioſius communicare, ne elapſis poſt regenerationis lauacrum opportunum eiuſdem diuinæ miſericordiæ deeſſet ſubſidium, Beato Petro Apoſtolorum Principi, eiúſque deinceps ſucceſſoribus ſuis in Terris Vicariis Sanctæ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ (quæ cæterarum omnium caput, mater, & magiſtra eſt) poteſtatem dimittendi peccata pleniſſimam reliquit, ac theſauro præterea immenſo meritorum eiuſdem paſſionis (cui etiam Glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, omniúmque Sanctorum merita accedunt) idcirco ditauit Eccleſiam ſponſam ſuam, eúmque prædictis Beato Petro, & ſucceſſoribus diſpenſandum commiſit. vt eo cæteri fideles pro temporalibus pœnis ex remiſſis culpis ſæpius remanentibus ad ſatiſfaciendum adiuti, ad percipiendos cœleſtis gratię fructus expeditiores redderentur. Quarum rerum conſideratione adducti, diuinęque bonitatis exuberantia confiſi Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, animarúmque ſaluti toto animi ſenſu proſpicientes, pro facultate diſpenſandi theſaurum prædictum illis credita, Sanctum Iubileum ſtatutis annis, Priores quidem longioribus interuallis, alij verò breuioribus, & poſteriores vigeſimo quinto quoque anno celebrandum decreuerunt, quo ſcilicet tempore idem Eccleſiæ theſaurus ad ſalutarem eorum lætitiam depromeretur, qui ea cauſa Almam inuiſerent Vrbem, quam prædictis Princeps Apoſtolorum, & doctor gentium, totque deinceps Chriſti Martyres ſuo ſanguine conſecrarunt. Quocirca dictorum prædeceſſorum pium ſaluberrimúmque inſtitutum ſecuti, de fratrum noſtrorum aſſenſu Iubilei celebra-

Cum Iubileum in ea haberi debeat Ciuitate quæ dignitate cæteris præſtet id quod tam præclara ſolennitas ſuo veluti iure poſcere videtur conſequens eſt vt Romæ celebrari debeat. Ita enim fiet vt in ea habeatur ciuitate quæ ſicut olim ſub Imperatoribus cunctis gentibus dominabatur ita nũc ſub vero cœleſtique Imperatore Chriſto ſaluatore noſtro & eius Vicario,

 tionem

Pontifice ſcilicet Romano in animos quoque ipſas Dominium obtinere demonſtratur, Locuples eſt Roma ſingulari theſauro pretioſarum reliquiarum quæ Chriſtianæ religionis feruorem accendunt, & Martyum monumentis quibus piè oblectantur hominum mentes. De his conſule Thomam Treterum.

tionem proximè ſequenti anno, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoquinto, à primis veſperis, quæ vigilia eſt diei Feſti proximè futuri Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipiendam, & per totum annum ipſum finiendam, vniuerſo Chriſtiano populo quanto maiore poſſumus animi gaudio indicimus. Quo quidē anno durante, qui verè pœnitentes & confeſſi, Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Baſilicas, & Sancti Ioannis Lateranenſis, ac Sanctæ Mariæ Maioris in Vrbe Eccleſias triginta continuis, vel intermiſſis diebus ſemel ſaltem in die, ſi Romani, vel vrbis incolæ fuerint, ſi vero peregrini, quindecim diebus deuotè eodem modo viſitauerint, ac pro ipſorum totiuſque Chriſtiani populi ſalute pias ad Deū preces fuderint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, quemadmodum etiam prædeceſſores noſtri conceſſerunt, conſequentur. Et qui poſt iter ad Vrbem huius deuotionis cauſa ſuſceptum, illud proficere ob aliquod legitimum impedimentum non potuerint, aut in morbum inciderint, & ſiue in via, ſiue in Vrbe ipſa ab humanis exceſſerint verè pœnitentes, & confeſſi, hos quoque pro eorum pia, ac prompta voluntate ipſius Indulgentiæ, ac doni participes fieri volumus. Monemus itaque, & hortamur omnes Chriſtifideles, qui ſacro huic cœtui intereſſe poterunt, vt humanæ vitæ miſerias, ſæculi huius vanitatem, dierúmque paucitatem, qua ad mortem, & diſtricti examinis diem aſſiduè properamus contra vero immenſa cæleſtis vitę gaudia, ſummam fœlicitatem, perpetuā æternamque beatitudinem attentè conſiderantes, & animo reuoluentes, ita conſcientias ſuas examinare, & omnium peccatorum vitiorùmque maculis, & ſordibus purgare ſtudeant, ſimulque bonis, & ſanctis operibus, atque Orationi adeo intenti ſint, vt tanti huius gaudij, & Eccleſiaſticorum munerum largitionis verè participes fieri, & in altero poſtea ſæculo præmium vberrimum conſequi mereantur. Quare mandamus omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteríſque Eccleſiarum prælatis, vt ſuos quiſque populos diligenter curent ea omnia edocendos, quæ ad remiſſionis, & Indulgentiæ prædictæ adipiſcendæ præparationem fuerint opportuna, debita in eos pietatis, & miſericordiæ opera exercendo. Rogamus quoque in Domino chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Maximilianum Rom. Regem in Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Chriſtianos quo magis merita ipſorum in fouenda hac peregrinantium pietate apud Deum creſcant, & tanti tamque boni operis participes efficiantur, vt viarum ſecuritati ad eorundem peregrinorum commodum proſpicere, egentibúſque beneficio, & eleemoſynis ſuccurrerę velint. Vt autem præſentes literæ in omnium notitiam facilius perferantur, volumus earum exemplis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, ac perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis eandem prorſus fidem haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi exhibitæ forent, & oſtenſę. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę, milleſimo quingenteſimo quarto, ſexto Id. Maij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Gregorij Temporibus Iubilæi indicta eſt celebratio quæ prioribus omnibus tum peregrinorum frequentia, tum Chriſtianorum omnium applauſu ſolennior atque plauſibilior viſa eſt. Rerum geſtarum ſeriem ſparſim illis temporibus ab his, vel qui vrbem viſitabant vel à reducibus ſumma mentis & conſcientiæ alacritate in patriam acceptam legimus. Compendioſe tamen quædam de iubilei inſtitutione, ceremoniis & fructibus adferam quæ ex prioribus iubileis à Patribus Romanæ Eccleſiæ iampridem celebratis didici. Sunt qui putent apud Polidorum Virgilium, & Nauagerium edocti Bonifacium Iubilei indulgentias & ritum inſtituiſſe verum ne nos quoque huius eſſe ſententiæ iudicemur, præmittendum eſt prorſus quidem quando haberi cœperit ignorari, quod tamen Bonifacij tempora multis annorum curriculis quamquam non eadem qua poſtea ſolennitate in vſu fuerit, & à pluribus fide dignis ſenioribus (id enim magna diligentia perquiri curauit) Bonifacius ipſe accepit, & diplomate ille quod de ipſo iubileo edidit, haud obſcurè deſignauit. Habet enim hæc verba, Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem Baſilicam Principis Apoſtolorum de vrbe conceſſæ ſunt magnæ remſſiones & indulgentiæ peccatorum. *In his controuertitur difficultas, nec in antiquitate, iubilæi authoritas conſiſtit, ſiquidem*

ſtit, ſiquidem illum inductum fuiſſe exiſtimo ſecundum rerum & temporum vtilitatem. IVBILEI *autem præſtantiam antiquiſſima eſt ex veteris & noui teſtamen pagina, videturque cœpiſſe in ipſius naſcentis orbis initio cum dulci fruerentur mentium* IVBILO *protoparentes nondum tenebris pecccatorum excæcati. Ipſa quoque* IVBILEI *antiquitas comprobatur, quod & in lege naturæ videatur adumbrari. Nam, vt locupletiſſimi teſtes ſunt Euſebius & Beda, anno quinquageſimo (quem appoſitè* IVBILEO *conuenire ſuperius, idemq; non infrugiferè iterabitur inferius) peracto vniuerſali cataclyſmo: Noe ex arca prodiit, & Deus tam benignum ſeſe humano generi exhibuit; vt eius amore non cunctis viuentibus modo benedixerit: ſed etiam cum eo illud inierit fœdus: vt in poſterum mundum hunc diluuij aquis ſe nunquam ſummerſurum, ſit pollicitus.*

Tertio id ipſum hinc quoque conuincitur manifeſtè, quòd in lege Moſis IVBILEVS *ipſe præclaro typo demonſtretur. Etenim cùm Deus ea, quæ ad quinquageſimi anni requiem pertinebant, in ſacro Leuitico diſpoſuiſſet, ſi quemadmodum ſcriptura docet, omnia in figura contingebant illis, quid aliud intelligi volebat, niſi verum ſacrúmque nouæ legis* IVBILEVM? *Neque enim obſtare putandum eſt, quòd hic non pro quinquageſimo anno tantum, ſed pro centeſimo, trigeſimotertio, atque vigeſimoquinto inſtitutus ſit, ille ſolum haberetur quinquageſimo. Non enim videtur neceſſarium, vt figura omni ex parte figuratum demonſtret, alioquin neque æneus ſerpens Chriſtum, neque rubrum mare baptiſmum, neque Iſaac & Iſmael (vt cætera omittamus) duo deſignaſſent teſtamenta. Cùm tamen id, tum Euangelio, quàm Paulinis Epiſtolis, apertiſſimè contradicat. Huc accedit, quia ſat eſſe videtur, vt in præcipis conformentur myſteriis, quod* IVBILEO *noſtro reſpectu antiqui* IVBILEI *conuenire, ſiet cuilibet vtrumque accuratè contemplantis compertiſſimum.*

Demum ne pluribus agamus rationibus IVBILEVM *antiquitus exordium habuiſſe ex quibuſdam Chriſti geſtis dilucidè coniici poteſt. Primum quidem, quoniam in mundum veniens, illum modo quodam inſtituit. Nam, vt id clariſſimis oſtenderetur indiciis, voluit gaudium illud magnum, quod commune foret omni populo, ab Angelo paſtoribus nuntiari, & à cœleſtium ſpirituum multitudine gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax bonæ voluntatis hominibus cani. Atqui hæc omnia ceu quædam ipſius* IVBILEI *effecta, functionéſque eſſe luce clarius comprobantur. Etenim ſi vnquam ob meliorem, meritiſque cumulatiorem ſubditorum vitam gaudendi occaſio offertur eccleſiarum paſtoribus, eo præſertim tempore offerri ex his, quæ mox dicturi ſumus, manifeſtum efficietur. Exultant populi, quod per graui criminum onere ſubleuati in ſanctitate & iuſtitia Deo coram ipſo deſeruiant. Quo ſit, vt, quoniam bonis eorundem fidelium operibus glorificari dicitur: gloria ſit Deo in altiſſimis: Sed in in terra pax bonæ voluntatis hominibus, quòd à culpis omnibus prorſus abſoluti, atque à pœnis cunctis erepti, cum Deo, cum proximo, cúmque ſeipſis pacem habere dicantur. Adhæc cùm Magdalenæ, & adulteræ peccata peperciſſet: necnon cum latroni nulla ſatisfactionis facta mentione pollicitus eſſet paradiſum: quid aliud intelligendum putamus, niſi quòd, quemadmodum & ſupra dicebatur, ipſe veri abſolutiſſimique* IVBILEI *auctor iam* IVBILEVM *celebrare, ipſumqué aliis prædicare cæpiſſet? Qua etiam de cauſa, nimirùm vt ſcirent omnes verum iam adeſſe* IVBILEVM, *omnes quotquot ſub grauiſſima criminum ſarcina laborarent; vt ad ſe pergerent (quod eos leuare, & reficere, atque veram ipſorum animabus requiem donare vellet) alliciebat. Cum ergo (vt quàm pauciſſimus quæ diximus, colligamus) ſater* IVBILEVS *antiquiſſimus ſit, quæ autem antiqua ſunt (ſi ſpiritalia fuerint) digniora cenſeantur, profectò fieri non poteſt, vt non ſit* IVBILEVS *ipſe digniſſimus.*

Iam non exſpatiabor in ampliſſima illa Indulgentiarum Iubilæi materia, admiratur potius illos cœleſtes theſauros qui largiuntur iis qui purè & ſincerè cum nitido mentis candore ea præſtitere quæ ad hos fructus conſequendos proponuntur, Quare & quando à centeſimo ad quinquageſimum & deinde ad vigeſimum annum Iubilei annus reuocatus ſit ſuperius diximus, ſolis iam ſolennibus ceremoniis inhæremus quæ non carent myſteriis vt pulchrè eas tradit, Angelus Peritinius Ord. Præd. Theologis. Appropinquante (inquit) iam ſacri IVBILEI *anno, in iocundiſſimo admirabilis Aſcenſionis Domini noſtri die, non abſque magna ſolennitate in D. Petri Eccleſia: atque tam latino, quàm vulgari, communique ſermone, in duobus ſuggeſtibus ſummorum Pont. leguntur diplomata, quibus ſacer indicitur* IVBILEVS. *Mox quatuor Vrbis locis affiguntur. Nuntiatur ergo ipſo Aſcenſionis die* IVBILEVS: *non quidem ea tantum de cauſa, quia Deus* IVBILEI *anno ſeſe benigniorem præſtiturus ſit, quemadmodum*

modum & cœlum Aſcenſionis tempore ſerenius, magiſque atris nubibus cernitur expurgatam ſed etiam quia non parum videatur ea die delineari IVBILEVS, vt ex plurium à ſeruitutis iugo liberatione, ex magnifica munerum largitione, atque ex communi fidelium lætitia ſuaderi poteſt. Porrò Latino ac materno idiomate diplomata illa publicantur, non tantùm vt à doctis pariter & indoctis, ab Italis ſimul, & ab aliis, quot quot Latino vtuntur ſermone, probè intelligantur, verumetiam vt aliorum quoque idiomatum cuncti homines (alio enim modo apud quoſlibet loquuntur periti alio verò imperiti) hoc ſibi quoque concedi cognoſcant. Móxque in quatuor Vrbis ſingularibus locis IVBILEI affigi iubentur diplomata, vt ſignificetur Chriſtianos quoſlibe à quatuor mundi plagis, ſcilicet ab Oriente, ab Occidente, ab Auſtro, & ab Aquilone Romam ad ipſius IVBILEI peragenda ſolennia conuocari.

Secundùm verò ceremoniarum genus eſt, quòd vbi tempus quo inchoari debet ſanctus IVBILEI annus, aduenerit: in natiuitatis Domini vigilia mirabilis inſtituitur proceſſio communiſque ſupplicatio, ad quam: præter ingentem vtriuſque ſexus multitudinem, conueniunt omnes principum Oratores, omnes Romanæ curiæ præpoſiti, omnes vrbis Magiſtratus ſacrum illuſtriſſimorum Cardinalium collegium, necnon ſanctiſſimus Chriſti Vicarius Pont. Max. Inchoatur ergò in natiuitatis Domini noſtri vigilia IVBILEVS ea præſertim de cauſa, quod veteris Legis ſtatus, cuius imaginem gerit ſacri aduentus decurſus, (hanc enim ob rem Meſſiam tunc inuocamus, vtquè iam veniat, iis, ac ſimilibus verbis deprecamur: Domine præſtolamur aduentum tuum, vt citò venias, & diſſoluas iugum captiuitatis noſtræ) iam ſuum affecutus ſit terminum: ac propterea quemadmodum pro ſynagoga habemus eccleſiam, pro prophetis Apoſtolos, pro ſacrificiis ſacramenta, & pro lege euangelium: ita etiam opus ſit, vt pro veteri IVBILEO ſubrogetur, colatúrque eo potiſſimum tempore nouus. Vnde, cùm ipſius IVBILEI virtute, vberius, & copioſiùs auferantur iniquitates, mundanus ſeruiliſque timor procul pellatur, & diuinum gratiæ regnum, quod in Dominica oratione petimus aduenire, extendatur, latúmque videatur ſumere incrementum, non ſine ingenti lætitia, magnóque iubilo canitur, Iudea Hieruſalem cras egredimini & Dominus erit vobiſcum. Rurſus: Craſtina die delebitur iniquitas terræ, & regnabit ſupper nos ſaluator mundi. Porrò proceſſio illa inſignis celebratur, vt hinc agnoſcatur quanta charitatis concordia conari deberent, quicunque præclariſſimo Chriſtiani nomine gloriantur, vnà cum ſuo ipſorum Præſide, Pontifice videlicet Romano, illius ſanctiſſimi anni atque ſacri IVBILEI Romæ intereſſe ſolennius

Sed tertium ceremoniarum genus eſt, quod Summus Pontifex ſacris indutus veſtibus magna cum maieſtate ad ſanctam D. Petri portam procedens, malleúmque tenens eam tribus ictibus aperit. Quo in loco non inane fuerit diligenter animaduertiſſe, portam illam haud immeritò ſanctitatis nomine inſigniri. Quicunque enim per eam: vti conuenit, ingrediuntur, à peccatorum omnium inquinamentis dubio procul emundantur. Scriptum namque eſt: Hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam. Et eodem in loco: Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino Neque enim ignoramus hæc ſacræ ſcripturæ loca in ipſius portæ reſeratione à Summo Pont. decantari, atque propterea non ineptè in hanc ſententiam vſurpari poſſe. Si ergò per eam ritè ingredientes à criminum ſordibus expiantur, ſi iuſti tantum per ipſam pariter intrare debent: etſi propterea porta iuſtitiæ nuncupatur (neque obſtat ſacri eloquij tropus, quo plurali nomine pro ſingulari vtimur) nónne ſancta congruenter nuncupetur? Sed eam quoque ob rem ſanctitatis nomine appellatur, quòd ſupernæ ciuitatis aditum, ceu figura quædam inſinuare videatur. Cùm autem ciuitas illa tam ſancta ſit, vt nihil coinquinatum, nihil immundum, ſicut in Apocalypſi dicitur, in eam ingredi poſſit, atque ſancta ſanctorum nonnunquam appelletur: cumque propterea & ipſius portæ maxima ſint ſanctitate prædita: iure ſanè factum eſt, vt porta illa ſancta nominetur. Tandem hac quoque de cauſa eo nomine illam deſignari crediderim, quòd ſpeciali benedictione, luſtralis aquæ (quam benedictam meritò nuncupamus) aſperſione, aliiſque diuinis ritibus, vt ex ceremoniis, quibus anno 1525. cum ea clauderet, vſus eſt Clemens huius nominis vij. elici poteſt, materia illa, qua claudenda eſt, Deo Opt. Max. dicatur. Quo fit, vt nemini mirum eſſe debeat, ſi Chriſtianorum plerique per eam ingredi non audeant, niſi prius genu flexi pias preces effuderint: ſi poſtes religioſè deoſculentur, ſi lapides, lateres, calcem, vbi aperitur, tanta pietate colligunt, ſerico inuoluunt, &tique domum deferunt. Quæ enim Deo dicata fuerint, vt ſuprà comprobatum eſt, ſancta

ſunt,

ſunt, ſuáque propterea veneratione digna.

Aperitur autem porta illa in ipſius anni ſancti inchoatione, primo quidem, vt intelligatur eo anno nulli non patere Eccleſia, nulli, ſi IVBILEVM lucrari velit, eius ingreſſus denegari. Cum enimapud Chriſtianos olim in vſu fuerit, quod à multis relatū eſt, & in ſacris canonibus fieri præcipitur: vt quicunque in grauiora quædam prolaberentur facinora, ex eccleſiæ limitibus pellerentur, & quouſque demandatas pœnitentias abſoluiſſent, ipſius eccleſiæ ingreſſus penitùs interdiceretur. Vbi verò eas peregiſſent, ſicq; ſcelera illa exiſtimari poſſent expiaſſe: ad eccleſiam redire, atque in eam ingredi permitterentur.

Porro à ſummo tutius Eccleſiæ Antiſtite porta ſancta reſeratur, vt ſignificetur ipſum tantùm illius ditiſſimi theſauri habere claues, eiúſque ianuam aperire, & quatenus expedire ei videtur, ex eo ſubditis ſuis elargiri poſſe. Quo fit, vt non incongruè, quantum ad rem hanc de ipſo dici poſſit: Aperit & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Rurſus in materiali Eccleſia, vt ex iis, quæ in ipſius Dedicatione, dedicationiſque ſolemniis leguntur, colligi poteſt, modo quodam ſupernam ciuitatem adumbrata Petro autem eiúſque ſucceſſoribus illius cœleſtis Ciuitatis à Domino collatæ fuerint claues (ei namque dictum eſt: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam &c. Et tibi dabo claues regni cœlorum) nonne ratio poſcit, vt ille huius templi portam aperiat, cui collatæ fuere ipſius cœleſtis regni claues.

Neque autem putandum eſt, abſque myſterio portā illā tribus ictibus à Pontifice Max. ſacri IVBILEI tempore aperiri. Primo enim id arbitror ea fieri ratione, vt ſignificetur Sum. Pont. theſaurum cunctis Chriſtianis eo tempore communicaturus. Nam ſi terrarum orbis, communi coſmographorum conſenſu, tribus partibus, nimirum Europa, Africa, & Aſia, diuiditur, in his omnibus Chriſtiani aliqui inueniuntur: profectò, cum ſacer IVBILEVS cunctis, qui Chriſto nomen dedere, in fidei & charitatis vinculo copiosè condonari debeat, eiſq; propterea ditiſſimus ille theſaurus omnibus impartiri, non irrationabiliter ſtatutum eſt, vt totidem percuſſionibus ianua illa in ipſius IVBILEI anni exordio cunctis, quotquot adeſſe poſſent, ſpectantibus reſeretur. Deinde neminem pium latere arbitror tam admiranda eſſe ſacri IVBILEI ſolennia, vt eius cauſa, qui in cœlo, & qui in terra, necnon & qui in purgatorio ſunt, maximo afficiuntur gaudio: ſicque tribus perſonarum generibus idem pretioſum eccleſiæ ærarium modo aliquo erogetur, id quoque ſenſibili quodam ſigno innueretur: porta illa trina mallei percuſſione conuenit aperiri. Sed ſi abſque fide, ſpe, & charitate prædictum indulgentiarum theſaurum impoſſibile eſt cuiquam communicari, nequaquam inaniter philoſophari cenſendus eſſet, qui diceret, idcircò etiam eadem porta tribus ictibus pateſieri: quo, quid ad ipſius theſauri participationem potiſſimum requiratur, inſinuetur.

Quarto verò loco pſalmi, hymni, & antiphonæ quædam ex diuinis depromptæ eloquiis interim magno iubilo à clero decantantur: non ſolùm eam ob rem, vt inſinuetur quanta angelorum, cæterorúmque, ſanctorum lætitia in triumphante Eccleſia ſacer recolatur IVBILEVS, aut ea de cauſa, vt quicunque ceremoniis illis præſentes fuerint, rectè intelligant, quàm religioſè ac piè debeat in militante eccleſia à Chriſtifidelibus celebrari: ſed ob illam maximè, vt diuina eiuſdē IVBILEI ſignificentur, atque agnoſcantur mysteria.

Verum, cùm quatuor eccleſias vrbis ſanctis ſtationibus deſtinatas viſere iubeantur quicūque IVBILEI participes fieri concupiſcunt: & in earum qualibet porta illa, quæ meritò ſancta dicitur, debeat aperiri: ad hoc exercendum munus (propterea quod qui per alium facit, vt ex Ariſtotele, dicitur, De regulis iuris, per ſeipſum facere videatur) ſuos deſtinat legatos, vt hoc quoque pacto, & maxima prorſúſque inſolita ipſius theſauri inſinuetur erogatio: & eos omnes, præſertim qui eccleſias illas adierunt: ſanctorum meritis, quemadmodum in ſua extrauagante innuit Bonifacius 8. ditiores fieri deſignetur.

Quintum demum ceremoniarum genus eſt, quod porta illa, quæ adueniente IVBILEI tempore à Summo Pontifice apperiri conſueuiſſe dicebatur, ipſius IVBILEI anno peracto, non abſque ſolennitate clauditur ab eodem. Faxit Deus Opt. Max. vt hæc cum lectoribus piis atque Catholicis anno M. D. C. experiri occulatiſſimè & digniſſimè poſſimus.

XI.

Contra dantes vel recipientes pro obtinenda aliqua gratia apud ſedem Apoſtolicam.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Anathemate damnauit Boniſac.8.recipien tes & dãtes mu nera in gratiam conſequendi aliquid à Sede Apoſtolica.

AB IPSO Pontificatus noſtri principio quàm maximè poſſumus eniti-
mur atque contendimus,vt domus & curia noſtra à ſordibus expurgetur:Cum ſa-
lubri conſilio incumbens fel.reccor. Bonifacius Papa viij.excommunicauit & ana
thematizauit omnes Clericos.religioſos,& laicos vtriúſque ſexus, ſiue familiares
Curiæ,ſiue vndecúmque alios,qui aliquod pactum facerent, ſeu quid paruum vel
magnum promitterent,vel promiſſione occulta vel manifeſta,ſiue ſub verbis ge-
neralibus & plenè non expreſſis,ſiue ſpecialibus & apertè expreſſis facta , quic-
quam darent aut reciperẽt pro iuſtitia,ſiue gratia,ſiue pro ſe,pro alio,in cauſis vel
iudiciis,ſeu alias per literas Apoſtolicas,& quibuſcúnque aliis modis apud Sedem
Apoſtolicam obtinenda,& eam ſententiam ad promittentes,& acceptantes , dan-
téſque & recipientes duxit extendendam : Illos etiam qui ſibi intra triduum non
renunciarent eum,quem in culpa eſſe ſcientet , vel alicui per quem ad ſe fideliter
referretur, ſimili voluit ſententiæ ſubiacere:Ac decreuit , vt nullus hanc incurrens
excommunicationis ſententiam,abſque ſpeciali mandato ſub abſolutionis beneſi-
cium valeret obtinere,niſi in mortis articulo conſtitutus:Sed nec quiſquam admit
teretur ad abſolutionis gratiam,niſi prius erogatum eſſet pauperibus quantum il-
lis dediſſent.Iuſtitiæ verò,ſiue gratiæ expeditiones ſic obtentæ nullius prorſus eſ-
ſent roboris,vel momenti:& ſcienter illis vtentes ſimili ſententia innodauit : ac
reſeruans ſibi abſolutionem eorum cum prædictis , ad pœnas ſimiles in omnibus
obligauit.Sed hoc ſcelus ita hodie in mores inductum eſt,vt pleriq; cupiditate im-
probi quæſtus potentiorum ſuffragationibus adnixi, huiuſmodi negotiorum expe
ditiones hac illac conquirentes turpiſſimè nundinentur. Alij alios,quos gratia pre
ſtare arbitrantur,donis pollicitationibus,ambiãnt. Quidam etiam ſe talium operã
atque induſtriam pretio & muneribus quæſiſſe affigant. Quæ cum peſſima ſint, &
Curiæ prædictæ exiſtimationem grauiſſimè offendant:in eos qui talia agunt ani-
maduertendum fore arbritati, Conſtitutionem prædictam cum ſuis cenſuris & pœ
nis omnibus innouamus:eáſdemque omnes extendimus ad audentes qualecunque
horum facinorum quæ adſcripſimus, dantéſque illis & aliis ſupradictis auxilium,
conſilium,vel fauorem. Quin etiam eos omnes omni beneficio,& officio eccleſia-
ſtica & ſæculari,ſiue temporali ſiue perpetuò ipſo iure priuamus , ac priuatos eſſe
declaramus,& prætera infamia ſubiectos perpetuò , ac inhabiles ad illa & alia eſſe
volumus. A quibus etiam,prout quæque res,erit,tales pœnæ exigantur, quæ cæte-
ris ſint exemplo. Illis tamen qui rem adhuc incognitam,complicéſque fautores,&
ſocios retexerint,impunitas concedatur.

Expeditiones ſimoniacè adeptæ annullãtur. Confirmatio conſtitutionis Bonifacij VIII.

Augentur pœnæ in ambientes precio officia gratias Apoſtolicas.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſi-
mo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Nonis Nouembris , Pontificatus noſtri
Anno Tertio.

XII.

Iubilei anni Sancti pro Catholicis Anglis.

GREGORIVS Papa XIII. Vniuerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas in-
ſpecturis ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.

SALVATOR Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius,qui ſui pręcioſiſſimi
ſanguinis effuſione de manibus aduerſarij noſtri, quęrentis quem deuoret, nos e-
ripere dignatus eſt,ad hoc nobis licet immeritis vices ſuas committere hac li-
gandi,& ſoluendi poteſtatem tradere voluit,vt pro gregis Dominici ſalute , hos
potiſſimum accepto remiſſionis tempore , & Anno Iubilei Apoſtolicos cogitatus
plenius effundamus. Hinc eſt,quod cum,ſicut accepimus,Chriſtifideles,Catholici
Angli,tum exiſtentes in Aglia,tum extra Agliam per varias regiones diſperſi , ad
percipiendos pręſentis anni Iubilei fructus Romam venire nequeant, illi quia non
habent liberam ex Anglia egrediendi poteſtatem hi quia pro fide Catholica exu-
les,& bonis priuati,non poſſunt,tam longi itineris impenſas,& labores ſuſtinere,
vel alia habent,eaque iuſta impedimenta: Propterea nos pro vniuerſalis Paſtoris
officij debito,paternaque erga Chriſtianos omnes charitate illorum animarum
ſaluti proſpicere volentes,omnibus vtriuſque ſexus Anglis Catholicis prędictis
verè pœnitentibus,& confeſſis,quod in locis,vbi eos eſſe contigerit , quatuor Ec-
cleſias

Temporibus Iubilæi Pij Catholici apud Anglos metu machinationũ qua frequentiſſimè erãt in eos qui antiquum Chriſtinæ religionis affectum ſpirabant non poterant ad limina Apoſtolorum properare. Tot oculi,tot , ora,tot hoſtiũ inſidiæ. Idcirco Gregorius ſummus Pontifex illis largitur iubilei fructus in patria conſequi. Cùm enim bellorum ac religionis tumultus impedimento ſunt quominus fideles peregrè proficiſcantur ſolet Romanus Pontifex ea etiã abſentibus erogare vt tam optato bono perfruantur.

cleſias ſi tot adfuerint,ſin minus tres,vel duas,& earum ſingulas,vel vnam tantum
vbi plures non fuerint,quindecim vicibus Religioſè viſitauerint, ac Omnipotenti
Deo preces deuote effuderint,& alia in literis noſtris indictionis Anni Iubilei con-
tenta adimpleuerint:qui vero in Anglia vbi nulla Eccleſia , vt accepimus, publicè
permittitur Catholico more Deum adorari,vel alibi,vbicunque fuerint, quouis le
gitimo impedimento detenti,iuxta pręſcriptum prudentis Confeſſoris pro cuiuſ-
libet ſtatu,& conditione,ac loci,& temporis ratione habita faciendo,& operando,
vel ſi Confeſſoris copia haberi non poterit,cum vera cordis contritione,Roſarium
ſeu Coronam quindecies Beatę Marię Virginis deuotè recitando.omnes,& ſingu-
las Indulgentias,& peccatorum remiſſiones,etiam plenarias conſequantur,& co-
rum quilibet conſequatur,quas conſequerentur,& conſequi poſſent ſi in hoc prę-
ſenti anno Iubilei,diebus,ad id ſtatutis quatuor adid deputatas Baſilicas,& Eccle-
ſias Almę Vrbis,& extra illius muros pro quibus viſitandis Iubileum,& indulgen-
tię prędictę conceſſę ſunt.perſonaliter viſitarent,& eorum cuilibet viſitaret , Et ad
effectum huiuſmodi Confeſſores, Preſbyteros , ſæculares vel cuiuſuis ordinis re-
gulares,qui confeſſionibus eorum diligenter auditis eos , & eorum quemlibet à
quibuſuis peccatis,criminibus & delictis quantumcunque grauibus,& enormibus
etiam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis,etiam in Bulla cœnæ Domini contentis,iniuncta
eis pœnitentia ſalutari,abſoluere poſſint , eligere valeant , auctoritate Apoſtolica
tenore præſentium concedimus,& indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus
& ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus au-
tem,quod præſentium literarum exemplaribus,etiam impreſſis,manu Notarij pu-
blici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ
munitis,eadem vbique fides adhibeatur,quæ ipſis præſentibus adhiberetur , ſi fo-
rent exhibitæ,vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſ-
catoris,die trigeſimo Martij.milleſimo quingenteſimo ſeuptageſimo quinto Pon-
tificatus noſtri anno tertio.

XIII.

Confirmatio Priuilegiorum Franciſcanorum fratrum de obſeruantia ac Sanctæ Claræ & tertij ordinis de Pœnitentia.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam,

EX BENIGNA Sedis Apoſtolicæ prouiſione prouenire dignum eſt,
vt perſonæ Deo deuotæ ſub regulari caſtimonia Domino militantes pia deuotio-
ne proficiant,vnde Romanus Pontifex quandoque per prædeceſſores ſuos pro re-
ligionis conſeruatione,& augmento,ac perſonarum earundem quiete, & commo-
do conceſſa approbat,& innouat ac approbata & innouata Apoſtolica auctorita-
te communit. Sane pro parte dilecti filij Chriſtophori de Capite Fontium moder-
ni Generalis miniſtri ordini Fratrum Minorum de obſeruantia nobis nuper ex-
poſitum fuit , quod cum inter operarios, qui ad excolendam vineam Domini
Sabahot Dei gratia ordo ipſe fratrum minorum magnos probitatis, & doctrinæ,
ac animarum fructus ſemper olim attulerit,& quotidie afferre conetur, & exinde
pro ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtiſq; laboribus,proque ſalute animarum,ab Apoſto-
lica Sede,cuius continuè pacem,& dignitatem ordo idem fortiter tutatus eſt , tam
ſpiritualia quàm temporalia ſubſidia,ornamentáque acceperit,& accipiat , quibus
& ſua ſancta officia,ac vitam ſuam regularem faciliùs,atque magis expeditè tran-
ſigere poſſint,& cæteræ religioſæ perſonæ,ordinéſque alij exemplo ipſorũ prom-
ptiores,alacrioréſque ad ſua officia perſoluendam reddantur, cumque etiam ex ip
ſius ſedis prouiſione,ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur , vt Romanus
Pontifex quandoque prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta in-
nouet,ac Apoſtolica Auctoritate innouata & reſtaurata muniat,& fulciat,& in pri
ſtinum ſtatum reponat,ac reducat, necnon propterea nonnulli Romani Pontifi-
ces prædeceſſores noſtri nonnullas gratias conceſſiones, indulgentias,peccatorum
remiſſiones,abſolutiones etiam plenarias,libertates,prærogatiuas,fauores, immu-
nitates,exemptiones,declarationes,facultates,ac omnia & ſingula priuilegia,& in-
dulta tam ſpiritualia,quàm temporalia,etiam per ſignaturam,aut per oracula vi-

Chriſtophorus de Capite fontium Generalis Miniſter ordinis fratrum Minorum confirmationem priuilegiorũ à Pontificibus conceſſorũ poſtulat.

uæ vocis tam pro foro conſcientiæ,quàm foro fori, tam prædictis fratrum minorum,quàm Sanctæ Claræ,ac tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, illorúmque ſuperioribus fratribus,monialibus,& ſororibus , ac vtriuſque ſexus perſonis, & Monaſteriis,Domibus,eccleſiis,& locis quibuſcunque dictorum,ordinum nunc & pro tempore exiſtentibus in genere vel in ſpecie,etiam per modum communicationis ſiue extenſionis priuilegiorum inter ſe,ac etiam cum aliis quibuſcunque ordinibus mendicantibus,& non mendicantibus conceſſerunt , aut iam conceſſa confirmarunt,& approbarunt : prout in ſingulis proceſſibus , & literis eorundem prædeceſſorum deſuper confectis plenius dicitur contineri,Cum autem , ſicut eadem expoſitio ſubiungebat,illa quæ ſæpius apoſtolica auctoritate prærata munita exiſtunt maiorem obtineant roboris firmitatem, dictuſque Chriſtophorus Miniſter Generalis cupiat priuilegia,facultates,conceſſiones, indulta diſpenſationes, & ſingulas alias huiuſmodi etiam per nos approbari,innouari & cõfirmari,pro parte eiuſdem Chriſtophori nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt eiſdem priuilegiis, immunitatibus,exemptionibus,libertatibus fauoribus,conſeruatoriis , declarationibus facultatibus,diſpenſationibus,gratiis,conceſſionibus , indulgentiis , indultis pro illorum obſeruantia noſtræ approbationis robur adiicere,aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur , qui omnium votis præſertim illis, quibus ſub ſuaui religionis iugo diuinis laudibus, & Chriſtianæ religionis augmentum incumbentium perſonarum tranquillitati,& commoditati conſulitur,libenter annuimus,eaque fauoribus proſequimur opportunis,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,pręmiſſa ac omnia ſingula alia priuilegia,immunitates,exemptiones,libertates, pręrogatiuas,fauores conſeruatorias declarationes facultates,diſpenſationes,gratias,conceſſiones,indulgentias,& indulta ſpiritualia , & temporalia etiam per modum communicationis & extenſionis inter ſe,& cum aliis ordinibus mendicantibus,& non mendicantibus , eidem fratrum Minorum regularis obſeruantię,ac Sanctę Clarę,& de pœnitentia tertio ordinibus etiam in congregatione ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione & eorundem ſuperiorum ordinis minorum regularis obſeruantię huiuſmodi obedientia degentibus,ipſorúmque Superiorum fratribus monialibus ſororibus ac vtriuſque ſexus etiam ſingularibus perſonis,necnon monaſteriis Domibus, Eccleſiis,& locis quibuſcunque in genere,& in ſpecie,etiam per ſolam ſignaturam, etiã viuo vocis oraculo,vt pręfertur aut alias tam pręfatos,ac quoſcunque alios Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros ac nos,& Sedem prædictam,quàm Imperatores,Reges,& alios Principes ſub quacunque forma,& expreſſione verborum conceſſa,ac etiam iteratis vicibus approbata,necnon cum omnibus , & ſingulis in eis contentis clauſulis decretis,& declarationibus ſingulas deſuper confectas literas, & in eis contenta,& inde ſecuta quęcunque illorum omnium tenores , & formas datas effectus,& decreta in illis appoſita ac ſi de verbo ad verbum infererentur pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes dicta auctoritate Apoſtolica tenores præſentiũ ex certa noſtra ſciẽtia,ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine,quatenus ſint in vſu,& ſacris canonibus & decretis ſacri Concilij Tridentini non aduerſentur,approbamus, &confirmamus,&innouamus,perpetuàmque roboris firmitatem obtinere & firmiter obſeruari , necnon ordinibus fratrum minorum regularis obſeruantię, & Sanctę Clarę,ac tertio de pœnitentia nuncupato etiam in congregatione ſub obedientia fratrum minorum de obſeruantia huiuſmodi degentibus Superioribus fratribus monialibus etiam tertiariis nuncupatis , Sororibus,Perſonis, Monaſteriis,Domibus,Eccleſiis,& locis pręfatis , etiam per modum communicationis & extenſionis huiuſmodi ſuffragari, iiſque frui,vti, & gaudere quando & quoties opus fuerit,& poſſe,& debere in iudicio & extra,ac etiam in foro conſciẽtiæ in omnibus,& per omnia, perinde,ac ſpecialiter & expreſsè eiſdem fratrum minorum,ac Sanctæ Claræ,& tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus conceſſa fuiſſent,decernimus ſupplentes ,omnes & ſingulos & alios quoſcunque defectus,ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Quocirca venerabilibus fratribus Cordu ben.& Laodien.Epiſcopis ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per eaſdem præſentes committimus , & mandamus , quatenus ipſi

Priuilegia fratrum Minorum de obſeruantia confirmata quatenus ſacris canonibus & Concilio Tridentino beneplacita & approbata ſunt.

Duo Epiſcopi cũ generale Auditore Cameræ Apoſtolicæ deputantur ad executionem huius conſtitutionis.

ipſi,vel duo,aut vnus eorum per ſe, vel alium ſeu alios faciant auctoritate noſtra præſentes literas,& in eis contenta quæcunque plenum eorum effectum ſortiri,illiſque omnes quos concernunt,pacificè frui,& gaudere.Non permittentes quemquam deſuper per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet,& rebelles,etiam per quaſcunque, de quibus eis videbitur , cenſuras & pœnas eccleſiaſticas,ac alia opportuna iuris remedia,appellatione poſtpoſita cõpeſcendo,ac legitimas ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus aggrauando,inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus , Super Cathedram , Bonifacij,& Dudum. Viennen concilij,ac Clemẽtinæ,religioſi,de priuilegiis,& Dudum.de ſepulturis,ac etiam Ex frequentibus.de ſententiæ excommunicationis , ac extrauagante,Ad conditorem. Ioannis vigeſimi ſecundi , cum aliis conſtitutionibus eandem prædictæ materiam extrauagantis tangentibus,ſeu concernentibus, ac regulis cancellariæ Apoſtolicæ editis,& in futurum edendis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri de vna, & in concilio generali de duabus dietis editis,dummodo non vltra tres dietas aliquis præſentium vigore ad iudicium extrahatur,aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus,ac prouincialibus, capitularibus,generalibus,& ſpecialibus,conſtitutionibus,& ordinationibus etiam in vltimo generali Lateranen. concilio celebrato aliis conciliis editis, necnon ſtatutis,& conſuetudinibus,etiam iuramento confirmatione Apoſtolica , vel quauis firmitate alia roboratis,priuilegiis quoque indultis,& literis Apoſtolicis, etiam in forma breuis per Leonem decimum,Clementem ſeptimum,Paulum tertium,Iulium etiam tertium,Paulum Quartum , Pium etiam Quartum prædictos, ac etiam Pium Quintum,& quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac etiam nos,& Sedem eandem,etiam Motu proprio , ac ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus,ac cum quibuſuis irritatiuis ,annullatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorum eorundem reuocatiuis,reſtrictiuis , reſeruatiuis , exceptiuis, reſtitutiuis,declaratiuis,mentis atteſtatiuis,ac derogatoriarum derogatoriis , aliiſque efficacioribus efficaciſſimis,& inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſſis,confirmatis,& innouatis Quibus omnibus,etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione,de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica,expreſſa, & indiuidua,ac de verbo ad verbum,non autem per clauſulas generales idem importantes mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda,aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,etiam quod in eis caueatur expreſsè, quòd illis nullatenus,aut non niſi ſub certis modo,& forma derogari poſſit,tenores huiuſmodi,ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo,& forma in illis tradita,obſeruata , inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis,& inſertis,habentes,illis etiam in ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus: Aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum , quod interdici, ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas , non facientes plenam & expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Verum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca,in quibus fortè opus eſſet,deferri volumus,&pariter Apoſtolica auctoritate decernimus,quod illarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ , ſeu curiæ Eccleſiaſticæ munitis,eadem prorſus fides in iudicio & extra illud adhibeatur,quæ pręſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum,ſub annulo Piſcatoris, die vigeſimoprimo,Martij milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto.Pontificatus noſtri anno tertio.

Clauſulæ derogatoriæ.

Põtificum diplomatibus derogatur.

XIIII.

Erectio Collegij Germanici Romæ ſub regimine quinque Cardinalium protectorum & presbyterorum ſocietatis Ieſu.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei , Ad perpetuam rei memoriam.

POSTQVAM

POSTQVAM Deo placuit omnipotenti, qui ex ſumma miſericordia,& bonitate ſua, vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt, humilitatem noſtram ad vniuerſalis Eccleſiæ regimen vocare, ex quo tempore nos, eiſdem adiuuante gratia, ea cogitare,& vrgere non deſtitimus, quæ ſicut officij noſtri ratio poſtulat, ad

Germania religionis & pietatis cultu ſemper claruit, nunc infuſcatur hæreſeos tenebris.

diuinum vbique cultum & eccleſiaſticam diſciplinam reſtaurandam & augendam animarúmque ſalutem procurandam maximè cognouimus pertinere. In primis verò animo recolentes ampliſſimam Germaniæ Prouinciam perpetuis ſuperioribus ſæculis inter cæteras fortiſſimæ ipſius nationis laudes, atque virtutes, tanto ſyncerę fidei,& Chriſtianæ religionis cultu eminere ſolebat, vt reliquis Chriſtianæ Reipublicæ partibus non minori exemplo, quàm ornamento, atque decori eſſet, nunc tot tantiſque in ea inſtinctu Satanæ excitatis de religione diſſidiis in miſerandum, in modum afflictam & deformatam eſſe, vt nemo vel mediocri pietate præditus ſine lacrhymis tam grauem animarum iacturam recordari, nedum intueri queat, eam præcipuè curam ſuſcepimus, vt quibuſcunque poſſimus modis, nullis laboribus, nullíſve ſumptibus parcentes apta ſanandis illius vulneribus remedia adhibeamus.

Iulius Tertius Romæ collegiũ inſtituit in gratiam Germanicæ nationis, vt illic literis humanioribus, tum Philoſophiæ atq; Theologiæ præceptis inſtituerẽtur pueri, quod tamen diu incultũ ẽporum iniuria, nũc opera Summi Pontificis Gregorij 13. & ſocietatis Ieſu Patrum multum commendatur.

Ac præter alia, quæ & literis ſcribendis, & Nunciis in quaſdam Germaniæ partes hac ipſa de cauſa mittendis; agere aggreſſi ſumus conſiderantes fel. recordationis Iulium Papam III prædeceſſorem noſtrum optimo quidẽ conſilio Collegium in Vrbe alendorum,& latinis, græcis, habeat eiſque literis, Logica, Phyſica, aliiſque liberalibus diſciplinis,& ſacra denium Theologica, ac piis, & Chriſtiano homine dignis moribus inſtituendorum Germanicæ nationis puerorum cauſa erexiſſe, vti ij nõ per ſolum boni doctique euaderent, ſed ad patriam remeantes, habendis concionibus, ac diſputationibus, refellendis hæreſibus fideique orthodoxæ veritati dilucidandæ, ac prætereà exercendæ animarum curæ, aliiſque piis,& ſanctis operibus apti,& idonei eſſent,& quam maximum in Eccleſia Dei fructum ex ſe proferrent, tamen id eius cœptum atque conatum, tum propter obitum ipſius, tum ob varias quæ poſtea ſequutæ ſunt temporum & rerum difficultates, parum proceſſiſſe, nullumque incrementum ſuſcepiſſe, quin potius quaſi deſtitutum, ac prætermiſſum eſſe, quoniam nec redditus vllus, nec quicquam fere certi attributum ei Collegio fuerat, & ob id exiguum admodum puerorum huiuſmodi numerum præ magnitudine Prouinciæ & meſſis quæ in ea eſt, hoc tẽpore ali & inſtitui. Nos propterea ad opus hoc eidem nationi adeo vtile, & ſalutare totis viribus promouendum, animum & mentem noſtram conuertimus. Quocirca ad Dei omnipotentis laudem ſanctæque ipſius Eccleſiæ incrementum, præcipuamque Germanicæ nationis ſalutem, & commodum, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra auctoritate Apoſtolica Collegium prædictum Germanicum appelandum renouantes illud rurſus de integro in alma Vrbe noſtra erigimus & inſtituimus, Volumuſque in eo poſthac non minus quàm centum pueros ex vniuerſa Germaniæ, Septentrionalibuſque illi adiacentibus regionibus colligendos, dictis ſcientiis ac diſciplinis, necnon ſacris canonibus inſtitui atque erudiri.

Pro profeſſorum & iuuentutis inſtituendæ ſubſtentatione decem millia ducatorum annui reditus applicantur.

Ad quorum ſuſtentationem redditus annuos decem millium aureorum ipſi Collegio attribuimus, quos ex Cameræ noſtræ Apoſtolicæ pecuniis quotannis volumus numerari, diſtributa in menſes ſingulos pro rata ſolutione, quo ad totidem redituum ſumma in bonis ſtabilibus eidem Collegio à nobis fuerit prouiſum. Cæterum cum Societatis preſbyterorum Ieſu in hoc educandorum inſtituendorúmque puerorum munere diligentia fides integritas,& in aliis huiuſmodi Collegiis & in hoc ipſo ſatis cognita ſit, atque perſpecta, volumus idem Collegium atque ſcholares ſub ipſorum ſicut adhuc fuit regimine inſtitutione doctrina atque obedientia eſſe: Necnon Collegium ipſum illiúſque Rectores, Gubernatores, Magiſtros Præceptores, atque Scholares pro tempore in eo exiſtentes, corúmque bona mobilia,& immobilia cuiuſcunque qualitatis & quantitatis, in dicta Vrbe vel extra ac alias vbique locorum conſiſtentia, ab omni iuriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate,& poteſtate pro tempore exiſtentis Senatoris & Conſulum, ac conſeruatorum,& Reformatorum dictæ Vrbis, necnon Rectoris ſtudij generalis aliorúmve quorumcunque Iudicum & Officialium in ipſa Vrbe, vel alias vbilibet conſtitutorum, Illáque ac in propriis eorum rebus & bonis cum eis

eis contrahentes à ſolutione & exactione quorũcunque pedagij, gabellæ, bollettini decimarum,& cuiuſuis alterius tam ordinarij quàm extraordinarij oneris, ex quacunque cauſa impoſitorum, & imponendorum eximimus & prorſus liberamus, ac ſub beati Petri,& Sedis Apoſtolicæ, atque noſtra protectione ſuſcipimus, nobiſque,& dictæ Sedi immediate ſubiicimus, ac liberos immunes & exemptos declaramus.

Collegium Germanicum priuilegiis ſtudij vrbis Doctorum donatur.

Atque inſuper eidẽ Collegio, & Scholaribus, Rectoribus,& Gubernatoribus, vt omnibus & quibuſcunque priuilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & indultis, quibus Studium generale almæ Vrbis,& illius rector, Doctoréſque, & in eo legentes quouis modo vtuntur, potiuntur,& gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum non ſolum in eorum inſtar, ſed æqualiter & pariter vti potiri,& gaudere valeant in omnibus,& per omnia concedimus, & indulgemus, illáque eis communicamus. Necnon Senatori, Conſulibus, Conſeruatoribus, Reformatoribus, Rectoríque,& aliis Iudicibus, Officialibus, & perſonis prædictis, ac pro tempore exiſtenti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, Præſidentibúſque, & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, ac quibuſuis Commiſſariis ad exactionem onerum pręfatorũ pro tempore deputatis, ne quarumcũque literarum eis ſub quibuſcunque tenoribus,& formis conceſſarum prætextu, Collegium Scholares, Rectores,& Gubernatores prædictos, ſeu eorum aliquem in præmiſſis quomodolibet moleſtent, ſeu moleſtari permittant, diſtrictius inhibemus.

Profeſſores Collegij Germanici poſſunt ſuos ad gradus Baccalaureatus, licentiatorum, doctoratus & Magiſterij promouere.

Et præterea Regentibus, ac Superioribus dicti Collegij, cum aſſiſtentia tamen Cardinalium Protectorum, qui pro tempore conſtituti fuerint, ſeu alicuius eorum, vel de ipſorum conſilio,& expreſſo conſenſu, illos quos in dicto Collegio,& alibi per debitum tempus ſtuduiſſe, ac ſcientia,& moribus idoneos eſſe repererint, in prædictis facultatibus ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratúſque,& Magiſterij gradus ſeruata forma Concilij Viennen. iuxta vniuerſitatis eiuſdem Vrbis conſuetudinem, ſeu alias promouendi,& ipſorum graduũ ſolita inſignia eis exhibẽdi, Quodque in facultatibus ſupradictis ſic promoti illas legere,& interpretari, ac de eis diſputare,& quoſcunque gradus, ſeu gradibus huiuſmodi conuenientes actus exercere, ac omnibus,& ſingulis priuilegiis, gratiis, fauoribus, prærogatiuis, & indultis quibus alij in prædicta ſeu aliis vniuerſitatibus,& alibi iuxta illius, & aliorum Vniuerſitatum huiuſmodi conſtitutiones,& mores, ad gradus prædictos promoti de iure, vel conſuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri,& gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti potiri,& gaudere poſſint, ac debeant, perinde, ac ſi gradus prædictos in ipſa vniuerſitate iuxta conſuetudines, & mores prædictos ſuſcepiſſent, concedendi,& indulgendi, liberam eadem auctoritate damus facultatem,& poteſtatem.

Quinque Cardinales protectores collegij Germanici.

Facultas protectorum deputatorum.

Præterea, vt eiuſdem Collegij conſeruationi, bonoque regimini, tam in his, quæ ad ſcholarium inſtitutionem,& diſciplinam, quàm quæ ad victum veſtitum, aliáque huiuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur & promptũ eis paratúmque auxilium ſit, Venerabiles fratres noſtros Ioannem Moronum Hoſtien.& Alexandrum Farneſium Præneſtinen. Epiſcopos, ac dilectos filios Marcum Sancti Georgij ab Altaemps, Ptolomæum Comen. Sanctæ Agathæ, ac Ludouicum Madruccium Sancti Honuphrij titulorũ S.R.E. preſbyteros Cardinales, eiuſdem Collegij Protectores,& defenſores, conſtituimus, & deputamus, quorum conſilio,& ope, tam ſupradicta, quàm quæcunque alia ad eoſdem in Collegio admittendos ſcholares, retinendóſve, atque de beneficiis Eccleſiaſticis prouidendos ſpectantia agantur, ſtatuantur,& ordinentur: Dantes eiſdem,& pro tempore exiſtentibus Protectoribus plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem pro ſalubri directione,& conſeruatione dicti Collegij, illiúſque bonorum,& rerum, ac iurium tam temporalium, quam ſpiritualium, Oeconomos, Aduocatos, Procuratores, alióſque Miniſtros,& officiales in eo deputandi, amouendíque,& alios eorum loco ſufficiendi: ordinationes præterea,& ſtatuta (æqua tamen,& honeſta, ſacriſq; Canonibus,& Concilio Tridentino non repugnantia) faciendi,& edendi, eáque cum opus viſum fuerit, reuocandi, immutandi, corrigendi, aliáque de nouo condendi, quæ poſtquam facta, edita, reuocata, immutata, & correcta fuerint, perinde haberi volumus, ac ſi auctoritate Apoſtolica approbata & confirmata eſſent, illáque ab omnibus Rectoribus, Magiſtris, ſcholaribus, aliiſque perſonis in Collegio ſeruientibus,

ſeruientibus, & miniſtrantibus inuiolabiliter obſeruari,ac iuxtà eorundem diſpoſitionem à quibuſuis Iudicibus,ſublata quauis aliter iudicandi facultate,iudicari,& diffiniri debere:& ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus, ordinationibus Apoſtolicis,& dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis,& literis Apoſtolicis eiſdem Senatorib. Conſulibus,Conſeruatoribus,Reformatoribus,Camerario, Vniuerſitatibus,ac earum collegiis,Rectoribus,& perſonis,aliiſque prædictis,necnon prædictæ Vrbi,& Populo Romano ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis clauſulis & decretis,etiam,iteratis vicibus conceſſis,approbatis,& innouatis,quibus omnibus, illorum tenores præſenti pro ſufficienter expreſſis habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque

Clauſulæ derogatoriæ.

Vt verò etiam temporalibus commodis ſpitualia munera addamus, quibus fidelium deuotio,& merita creſcere magis,& augeri poſſint:De omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius auctoritate, noſtráque confiſi,omnibus,& ſingulis Scholaribus,qui in id Collegium recepti fuerint,in ipſo ingreſſu,ac deinde in exitu,ſiquidem confeſſi,& contriti ſacram communionem deuotà perceperint, atque etiam ſi in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit.in mortis articulo plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem concedimus, & elargimur. Volumus inſuper vt præſentium tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo communi dicti Collegij, aut alicuius curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides iniudicio,& extra alias,vbicunque opus fuerit,habeatur,quæ haberetur eiſdem præſentibus,ſi exhibitæ forent,vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c Si quis autem,&c. Datum Romæ apud ſanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio,octauo Id Auguſti Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Indulgentiæ ſcholaſticis ſtudioſis collegij Germanici in ingreſſu & exitu.

XV.

Exemptiones collegij Germanici eiúſque ſcholarium.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

VT CÆTERI de Rep. benemeriti immunitate interdum iuuandi ſunt,ita maximè eorum ratio hac in re habenda eſt quos ad fidei catholicæ incrementũ in ſinu noſtro confouemus. Quocirca vt Collegium Germanicum pridem à nobis in Vrbe noſtra de integro inſtitutum, in quo non minus quàm centum pueros ex vniuerſa Germania Septentrionalibúſque illi adiacentibus regionibus colligendos liberalibus ſcientiis ac diſciplinis necnon ſacris Canonibus & Theologia inſtituti atque erudiri volumus & ad illorum ſuſtentationem redditus annuos decem millium aureorum ipſi Collegio perpetuò attribuimus,ſpeciali priuilegio proſequi volentes. Motu proprio deque noſtra mera liberalitate, Collegium præfatum eiúſque res & bona quæcúnque præſentia & futura, ac ipſius Collegij Scholares, & alios in eo degentes ab omnibus & ſingulis Portarum Molendinorum Farinæ trium pro centenario,ac quatuor Iuliorum pro quolibet vegete vini ſolui ſolitorum aliiſq; Datiis, Vectigalibus, Angariis,ac Terræ Mariſq; Gabellis & Dohanis ordinariis & extraordinariis hactenus quomodolibet impoſitis & poſterum quandocúnque quauis occaſione vel cauſa etiam de neceſſitate exprimenda imponendis,etiam ad inſtar exemptionis dilectorum filiorum Cameræ Apoſtolicæ Clericorum,etiam ratione Ripæ & Ripettæ Dohanæ terræ,ac etiam Graſciæ nuncupatæ Vrbis prædicts,necnon Carnium,vinorùm,pannorum lini,lanæ ſerici,& quarumcunque aliarum rerum ad humanum victum & veſtitum neceſſariarum ex toto ſtatu noſtro Eccleſiaſtico & quibuſcunque aliis locis extra dictam ſtatum conſiſtentibus ad Collegiũ præfatum, tam per Terrarum, quàm per Mare & aquem dulcem ac alias quomodolibet conducendorum, ac etiam iam ad dictum Vrbem quomodolibet

Centum pueri ex Germania & ſeptemtrionalib. regionibus Germaniæ vicinis inſtituũtur bonis literis & pietati Romæ in collegio Germanico liberalitate Pontificia.

modolibet conductorum ac in ea exiſtentium & pro eodem Collegio in magna ſeu parua quantitate tam in Barchis quàm in Magazenis, & aliàs vbilibet emendorum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò eximimus & liberamus,& liberèque immunia & exempta eſſe volumus. Diſtrictius inhibentes omnibus & ſingulis tam Vrbis quàm ſtatus prædictorum Gabellarum Datiorum, & Vectigalium eorundem Datiariis,Conductoribus,ſeu Apaltatoribus, cæteriſq; ad quos ſpectat & ſpectare poterit quomodolibet in futurum, ne Collegium præfatum illiúſque Scholares & perſonas vel pro eis agentes& eorum bona quæcunque aut eorum quemlibet directè vel indirectè quouis quæſito colore moleſtare,impedire,vel perturbare audeant ſeu præſumant. Quinimmo eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant ipſos, & eorum quemlibet immunitate, exemptione,& aliis præmiſſis pacificè frui,& gaudere. Ac decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,necnon dictæ Vrbis & Dohanarum prædictarum ac quorumcúnque Tribunalium & Curiarum iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegiis quoque indultis,& literis Apoſtolicis eiſdem Tribunalibus & Curiis,illorúmque Iudicibus, necnon Apaltatoribus & Dohaneriis prædictis,ac quibuſcunque aliis perſonis ſub quibuſcunque tenoribus & formis ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; eficacioribus & inſolitis clauſulis,necnon irritantibus & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiam Motu & ſcientia ſimilibus ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis,& innouatis. Quibus omnibus etiam ſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa indiuidua ac de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata,inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris,hàc vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus,cæteriſque contrariis quibuſcunque, Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici eiſdem Collegij Secretarij ſubſcriptis & ſigillo communi eiſdem Collegij munitis, eadem prorſus fides in iudicio & extra.ac alias vbicunque opus fuerit adhibeatur,quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo &c Si quis &c.

A ſubſidiis, gabellis, & impoſitionibus ſcholares collegij Germanici immunes.

Inhibitio ne officiales collegium Germanicum perturbent aut moleſtent.

Decretum irritans.

Clauſulæ preſeruatiuæ.

Datum Romæ apud ſanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Idibus Iulij, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Sequitur conceſſio Iuriſdictionis, & Facultatum Protectorum dicti Collegij Germanici.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Pro noſtri muneris,officio æquum eſt prouidere, vt qui in ſcholis bonarum diſciplinarum operam dant à perturbationibus,quantum poteſt liberentur. Quocirca Collegium Germanicum pridem à nobis in Vrbe noſtra inſtitutum, in quo nõn minus quàm centum pueros ex vniuerſa Germania Septentionalibuſque illi adiacentibus Regionibus colligendos,liberalibus ſcientiis, ac diſciplinis, necnon ſacris Canonibus,& Theologia inſtrui,atque erudiri voluimus, & ad illorum ſuſtentationem redditus annuos decem millium aureorum ipſi Collegio perpetuo adtribuimus,ſpeciali priuilegio proſequi volentes, Motu proprio Venerabilibus Fratribus noſtris Ioanni Oſtien. Morono. & Alexandro Præneſtin. Epiſcopis Farneſio,ac dilectis filiis noſtris Marco Sancti Georgij ab Altaemps,& Ptolemeo Sãctæ Agatæ Comen. ac Ludouico Sancti Honuphrij titulorum Madrutio nuncupatis,Preſbyteris Cardinalibus,eiuſdem Collegij Protectoribus, & Defenſoribus, à nobis conſtitutis,ac eorum cuilibet,omnes & ſingulas cauſas ciuiles,criminales,& mixtas dicti Collegij illiuſque Collegialium,Scholarium, Rectorum, Magiſtrorum, Oeconomorum, Aduocatorum, Procuratorum, aliorumque Miniſtrorum, & Officialium pro tempore exiſtentium, Collegium prædictum, illiuſque res iura actiones, & bona concernentes dumtaxat,tam actiuè, quàm paſſiuè per ſeipſos

Theologiæ & Iuris canonici profeſſores in Collegio Germanico celeberrimi.

 aut,

aut quemlibet ipſorum, vel eorum, aut cuiſlibet ipſorum Auditorum, ſeu Auditores, aut alium, vel alios qui eis videbuntur, etiam ſummariè ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura Iudicij necnon manu Regia, nullâſq; tela iudiciaria, ſeruata, ſed ſola facti veritate inſpecta, atque etiam omni, & quacunque appellatione, remota audiendi, cognoſcendi, decidendi, & ſine debito terminandi, vel etiam delegandi, & ad hunc effectum quoſcunque citandi, ac quibus, & quoties inhibendum fuerit, etiam ſub pœnis pecuniariis, & aliis eorum arbritrio, ac in ſubſidium iuris, cenſuris Eccleſiaſticis, inhibendi. Cæteraque omnia in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria & opportuna faciendi, & exequendi, liberam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem.

Cauſarum cognitio Germanici collegij ad Cardinales protectores delegata.

Decernentes irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtylo Palatij & Romanæ Curiæ, necnon quorumcunque Tribunalium Vrbis prædictæ iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Tribunalibus, & Curiis, illorumque. Iudicibus etiam eiſdem Palatij Auditoribus: ac quibuſuis aliis perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuls etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere vel in ſpecie, etiam motu & ſcientia ſimilibus, aut alias quomodolibet in genere vel in ſpecie, ac alias conceſſis, approbatis, & innouatis, Quibus omnibus etiam ſi pro ſufficienti eorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita, obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici, dictique Collegij Secretarij ſubſcriptis & ſigillo communi eiuſdem Collegij munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud, ac alias vbicumque opus fuerit adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Si quis autem &c

Facultas procedendi ſummariè & ſine ſtrepitu & figura Iudicij.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto. Idibus Iulij Pontificatus noſtri, Anno Tertio.

Germania multũ nouis hæreſibus effaſcinata ab antiqua patrum religione aberrauit, fuit enim ſemper celerrima fidei Catholicæ propugnatrix nunc variis ſchiſmatibus reſperſa. Quadraginta duo imperatores Germanici nominis hucuſque regnarunt, qui pacem & religionem in occidente inter varios ſæpe tumultus glorioſè conſeruarunt. Primarij inter eos religionis, patriæve defendendæ cauſa magis, quam priuato commodo aut inanis gloriæ cupiditate impulſi bella ſuſceperunt, quibus ſuum & gentis nomen glorioſum reddiderunt. Hi ſunt, Carolus magnus Otto magnus, Conrardus magnus, Conradus Francus & Carolus acerrimus religionis defenſor & Saracenos, & Saxones inſanis ſuperſtitionibus ſeruientes feliciter perdomuit, & Longobardos pacem in Italia turbantes funditus excidit. Ottho tulit ſanctionem principum electorum, qua imperialis dignitas ſupra quingentos annos in Germania retenta, varios præterea tumultus in Italia excitatos viliter compeſcuit. Conradus expeditionem ad Hieroſolymas ſuſcepit, in qua ad Meandrum fluuium cum Turcis fœliciter dimicauit. Non ignota eſt Auſtriacorum Imperatorum virtus in extinguendis hæreticis monſtris quamobrem ne latius ſerperet lætale illud vulnus ſeminari varia inſtituit Pontifex vt in his Germanorum ſoboles fidelius inſtrueretur & fidem ac doctrinam capeſſeret, ſub inſtitutione & cura patrum Societatis Ieſu, ex his vnum Romæ celebre eſt quod multis priuilegiis

uilegijs & decem millium aureorum reditibus locupletatum eſt ex quo veluti ab quo Troiano ſtrenuæ virorum doctiſſimorum acies aduerſus hæreſes & ignorantiæ monſtra proficiſcuntur.

XVI.

Eleemoſynæ Hoſpitalis Corcyrenſis applicantur Hieroſolymitano.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM dilecti filij Magnus Magiſter, & conuentus Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, qui inſulam Melitam Italiæ propugnaculum aduerſus Turcas defendendam ſuſceperunt, eámque hactenus ſtrenuè & conſtanter, vt omnibus notum eſt, tutati ſunt, maximis neceſſitatibus premantur, & grauiſſimis periculis, quæ ab ipſis Turcis eis imminere videntur, expoſiti ſint, decreuimus eos, quibus poſſumus modis, & rationibus adiuuare. Itaque cùm dux & Dominium Venetorum cum Turca pacem inierint, nec amplius Hoſpitali Corcyrenſi pro Chriſtianorum militum ſubuentione opem & auxilium ferre opus ſit: Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturáque deliberatione noſtra quaſcunque eleemoſynas, ſuffragia & ſubſidia, quæ à Chriſtifidelibus pro dicto Hoſpitali Corcyrenſi hactenus ſunt erogata, & impoſterum erogari contigerit, dictis magno magiſtro & Conuentui Hieroſolymitano in eorum neceſſitates exponenda, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium donamus, concedimus, & elargimur: ac dilectum Hieronymum de Guette dictę Religionis conſeruatorem, & ad nos Oratorem deſtinatum collectorem generalem omnium pecuniarum, quæ ex eleemoſynis prædicto Hoſpitali Corcyrenſi iam factis aut faciendis hactenus prouenerunt, & prouenient in futurũ cum facultate deputandi per ciuitates, terras, & loca quæcunque ſubcollectores ſibi beneuiſos tam ordinis ſui Hieroſolymitani, quàm alias perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares, cùm facultate ad hoc opportuna, de qua ſibi videbitur, harum ſerie conſtituimus, & deputamus: mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus locorum ordinariis quibus curam colligendi eleemoſynas pro dicto Hoſpitali Corcyrenſi dedimus, vt viſis præſentibus ſeu earum tranſumptis authenticis pecunias, & eleemoſynas prædictas ſubcollectoribus ipſius religionis Hieroſolymitanæ ſub debita quietantia cum effectu tradant, & conſignent, ſeu tradi, & conſignari mandent, & faciant quas ſic traditas beneſolutas eſſe volumus, & mandamus. Non obſtantibus literis in fauorem dicti hoſpitalis Corcyrenſi per fel. rec. Pium V. prædeceſſorem noſtrum, ac nos, vt præfertur, emanatis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę originalibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitę vel oſtenſę.

Anno 1529. vt legitur in noſtris chronicis equites Hieroſolymitanos è Rhodo pulſos Melitam Pontificio & Cæſareo fauore habitarunt.

Datum Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die vndecima Aprilis, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Pontificatus noſtri anno primo.

Sacrum fœdus ſiue vinculum poſt mortem Pij Pontificis cuius ſtudio & ſumptibus fuerat conciliatum, à Venetis diſſoluitur, dum clam ſociis Victores à victo Turca magno ære & integra Cypri ceſſione pacem turpiter promercantur, pertæſi Dei hoſtes vincere, niſi interim pertotius Mediterranei emporia ſuam quæſtuoſam mercaturam exercerent, nec recordati illud Græcorum apud Pachymerem lib. 5. hiſtoriæ. Cum Hoſtibus Crucis geratur bellum, vbi & victoria laudabilis eſt, & vinci ſalutare. Item; Pax colenda, vbi Dei iacturam facimus, rurſus bellum gerendum, vbi religio periclitatur.

Pij V. & Gregorij XIII. liberalitate & fidelium Eleemoſynis locupletiſſimum Noſodochium inſtructum fuerat Corcyræ vbi ex claſſibus ſacri fœderis Chriſtiani variis vulneribus ſaucij ſumma ſollicitudine curarentur. Sed diſſoluto fœdere, iubet Pontifex Eleemoſynas collatas Corcycenſi Hoſpitali remanere Hieroſolymitano, ne ab inutilibus hominibus aut ganeonibus abſumerentur.

XVII.

Reuocatio quarumcunque licentiarum ingrediendi monaſteria & loca monialium

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

VBI GRATIÆ & indulta ab hac Sede conceſſa, ſucceſſu temporis incommodum afferre noſcuntur, expedit illa ſalubri præſidentis conſilio ſubmoueri. Proinde Sanctimonialium quieti, & tranquillitati conſulere, ac omnia quæ illas à ſpiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere periculaque, & ſcandala ab eis remouere cupientes auctoritate præſentium reuocamus, & abolemus omnes & quaſcunque licentias, ac facultates ingrediendi Monaſteria, Domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumuis Ordinum quibuſuis etiam Comitiſſis, Marchioniſſis Duciſſis, & aliis cuiuſcunque ſtatus & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quaſcunque licentias ingrediendi monaſteria, Domos, & locos ipſarum Sanctimonialium, qiubuſcunque viris etiam eiuſdem ſtatus & dignitatis tam à prædeceſſoribus noſtris, quàm etiam à nobis, & ſedis Apoſtolicæ Legatis, aut aliis ex quibuſuis quantumcunque vrgentibus cauſis ſub quibuſcunque tenoribus, & etiam derogatoriis, reuocatorum reſtitutoriis, aliiſq; efficacioribus clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis etiam motu proprio & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum Reginarum, aliorumue Principum comtemplationem, vel ſuplicationem conceſſas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas, Caſſamuſque, & annullamus literas deſuper confectas & proceſſus habitos per eaſdem. Inhibentes eiſdem qui illas obtinuerunt, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ſuper qua à nemine niſi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) abſolutionis beneficium poſſit impertiri, ne ipſarum licentiarum prætexu Monaſteria huiuſmodi quouis moda ingredi audeant. Abbatiſſis verò necnon Abbatibus, Conuentibus, ac aliis Monaſteriorum vtriúſque ſexus ſuperioribus, & perſonis quocunque nomine vocentur, diſtrictè præcipimus ſub eadem excomunicationis pœna, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum & officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illũ & alia in poſterum obtinenda ne in Monaſteria, Domos, & loca ſua quenquam prætextu huiuſmodi licentiarum & facultatum ingredi faciant vel permittant. Quin etiam ſub eiſdem pœnis ipſo facto iucurrendis prohibemus atque interdicimus omnibus & quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis & ſæcularibus ac etiam ordinum quorumcunque etiam Mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab Epiſcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantum ex decreto Concilij Tridentini tribuitur ne Monaſteria ipſa Monialium pro libito, ſed neceſſitatibus vrgentibus dumtaxat ingredi, neue Moniales ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Monaſteriorùmque & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis illis eorùmque ſuperioribus prædictis, ac aliis quibuſcunque per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & dictam Sedem ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis conceſſis, & confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus, eorum tenores, perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſq; contraris quibuſcunque. Quoniam autem difficile eſſet præſentes ad omnia loca perferri, volumus earum exemplis etiam impreſſis manu notarij publici, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis: eandem fidem in iudicio & extra illud vbique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſę. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Sacri Concilij Tridentini decreto Seſſ. 25. de regul. Ingredi intra ſepta monaſterij monialiũ nemini liceat cuiuſcunque aut conditionis ſexus vel ætatis fuerit ſine licentia Epiſcopi aut ſuperioris in ſcriptis obtenta ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.

Prohibitio vtendi licentiis pro caſibus neceſſariis niſi ipſis neceſſitatibus vrgentibus.

Datum Romę apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, Idibus Iunij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Declaratio

XVIII.

Declaratio conſtitutionis à Nicolao V. editæ circa collationes beneficiorum vacantium in menſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis iuxtà formam concordatorum nationis Germanicæ.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

QVÆ in Eccleſia Dei incommoda inferunt, noſtra nos expedit animaduerſione remouere, Cum itaque per literas fel. record. Nicolai Papæ V. nationi Germanicæ pro illius virtute, & concordia cum Sede Apoſtolica inter alia concedatur, vt quoties aliquo vacãte beneficio Eccleſiaſtico, in menſibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris in quibus vacantium Germaniæ beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio dictæ Sedi ſpecialiter reſeruata eſt, non apparuerit intra tres menſes à die notæ vacationis, in loco beneficij, quod alicui de illo Apoſtolica auctoritate prouiſum fuerit, ex tunc, & non antea ordinarius, vel alius ad aliquem illius diſpoſitio pertinet, de illo diſponere poſſit, & ſæpenumero contingat, vt antequam inquiſitio quam plerumque etiam in concurſu plurium, ſiue in partibus, ſiue apud dictam Sedem fieri oportet in vitam, mores, & doctrinam eorum, quibus de dictis beneficiis per Sedem eandem prouidendum eſt, compleri poſſit, aut antequam de ipſis prouiſionibus, ſeu de mandatis, quæ ad inquiſitiones, & prouiſiones huiuſmodi faciendas ab eadem Sede impetrantur, vel Motuproprio procedunt literæ Apoſtolicæ conficiantur, vel etiam antequam mandata ipſa à Iudicibus, ad quos directa ſunt, recipiantur, vel recepta impediantur, interdum quoque literis Apoſtolicis expeditis, & gratia purificata, ſeu mandatis prædictis receptis, & inquiſitione completa, antequam omnimoda executio perficiatur propter diuerſa impedimenta, quæ frequenter ſuccedunt, tempus trium menſium, ex quo vacatio beneficij in loco ipſius nota eſt, expiret, ac proinde ordinarij locorum, aut alij ad quos talium beneficiorum diſpoſitio, ceſſantibus Apoſtolicis reſeruationibus, pertinet ab ipſo tempore prædicto licet priuſquam illud laberetur; prouiſionis ſiue alterius diſpoſitionis de illis à dicta Sede iam gratia facta fuerit (quod ipſum ad tribuendum, & quærendum ius ſatis ſupérque eſſe certa iuris interpretatione frequenter declaratum eſt) illa tamen conferre contendant: Qua de cauſa multis religione, & pietate inſignibus, quando ij poſt oſtenſum virtutis, & doctrinæ ſuæ ſpeciem atque inde emenſos labores, & ſumptus beneficiis potiri deberent, alij præoccupatores obtentu ordinariæ collationis huiuſmodi contra aduerſantur: Nos indignum rati, quod temporis mora, quam ad perſcrutandum accuratius talium probitatem, induſtriam, & alia requiſita intercedere pro vtilitate Eccleſiæ neceſſe eſt, locum iuris aperiat, attendentéſque verba prædicta (in loco beneficij) cum verbis (notæ vacationis) quæ protinus antecedunt coniungi, & ad illa dũtaxat referri, ac voluntatem concedentis, ſenſumque conceſſionis, & literarum prædictarum ſic eſſe, vt diſpoſitio beneficij intra tres menſes à die notæ vacationis à Sede prædicta fieri, deque gratia facta alicubi apparere debeat, quemadmodum re inter vtriuſque iuris interpretes iampridem controuerſa ſumma ratione iudicatum apparet: vix enim eſt, vt itineribus non modo infeſtis, aut prohibitis, quod ferè ſemper aliquo contingit, ſed etiam expeditis quis ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, & in ea ad expediendum negotium, vel pauliſper moratus, in eaſdem ſe recipere tanta temporis anguſtia poſſit. Quocirca æquitate, & iuſtitia ſuadentibus, præſentium auctoritate declaramus conceſſionem Nicolai Papæ, & literas prædictas locum omninò non habere, quod ordinarij, aut alij collatores prædicti, poſt lapſum trium menſium ex die notæ vacationis in loco beneficij diſponere poſſint de vllis beneficiis prædictis, aliàs ſub conceſſione, & literis prædictis cõprehenſis extra Ro. Cu. in mẽſibus prædictis quoquomodo vacantibus vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium menſium per Romanum Pontificem, ac dictam Sedem qualiſcunque gratia vel diſpoſitio, aut conceſſio facta fuerit: Ne tamen cuiquam licitum ſit factam à Sede prædicta diſpoſitionem huiuſmodi in longum obtegere: illi quibus deinceps gratiæ huiuſmodi concedentur, earum conceſſionum, fidem, & teſtimonium intra tres menſes à die no-

Nicolaus V. conceſſit facultatem ordinariis locorum Germaniæ diſponendi de beneficiis vacantibus in menſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, niſi fuerit à dicta ſede prouiſum.

Declaratio conſtitutionis Nicolai V. ex variis locorum & ordinariorũ, impedimentis nationi Germanorum fauorabilis.

Beneficiorum diſpoſitiones cõtra hanc declarationem latas annullatas & irritas eſſe decernit.

Collatorum inobedientium pœna.

tæ vaca-

tæ vacationis in loco beneficij huiuſmodi, vel dictis collatoribus ſignificare, vel in ipſo beneficij loco publicare quoquomodo teneantur. Decernentes omnes, & quaſcunque diſpoſitiones de dictis beneficiis ab eiſdem collatoribus poſt ſignificationem, ſeu publicationem huiuſmodi pro tempore factas, nullas, & inualidas nulliúſque roboris, vel momenti fore. Sicque in quibuſuis pendentibus, & futuris iudicari debere. Necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his ac eis collatoribus, aut quibuſcunque aliis ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quod ſi fortè quiſquam collatorum prædictorum fuerit præſentium violator, eum à beneficiorum, & officiorum collatione tandiu ſuſpendimus, donec ipſe veniam petens reſtitutionis gratiam à Sede prædicta meruerit obtinere. Cæterum volumus vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis Notarij publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Kal. Nouembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

Collator à collatione ſuſpenditur qui beneficiũ in iniuriam huius conſtitutionis contulit.

Reſeruationum materiam citrà compendij metas extendimus ſuperius ſub Pio 4. *nunc accuratius inueſtigandum eſt quæ ſint concordata reſeruationis factæ in gratiam* Germanorũ *ſub* Nicolao 5. Nam Ioannes *tunc* Diaconus Cardinalis, *in partibus iſtis idonea cũ poeſtate & Legatus Apoſtolicus exiſtens, ita cum* Frederico Imperatore, *aliiſque eccleſiaſticis, & ſecularibus loci* Principibus*concordauit Ipſéque* Nicolaus V. *anno.* 1447. 14. *Calend. Aprilis firmitatis robore communiuit.*

Nec enim, vt breuiter exponam, aliud concordata Germaniæ *continent, niſi extrauagantium execrabilis, atque ad* Regimen *moderationem, cùm reſeruationum à communi iure duntaxat præſcriptarum, peculiari retentione. Permittitur tamen illis in* Metropolitanis, Cathedralibus, *atque etiam immediatè non ſubiectis* Eccleſiis, & Monaſteriis *immediatè* Sedem Apoſtolicam *recognoſcentibus: canonica electio, infra tempus* Conſtit. Nicolai IIII. *incip. cupientes facienda. Alioquin ad ſanctam* Sedem *deuoluta cenſeatur. Cuius electionis confirmationem à* Chriſti *vero* Vicario *efflagitare tenentur, clauſula tali addita videlicet.* Niſi ex rationabili, & euidenti cauſa, ac de dictorum fratrum Cardinalium noſtrorum conſilio, de digniori & vtiliori perſona duxerimus prouidendum.

Porrò, Papa *ſibi reſeruat* Monaſteriorum *Monialium exemptorum diſpoſitionem & tunc per commiſſionem ad partes. Cætera verò beneficia, & dignitates vult vt illi conferant, ad quos antea ſpectabant. In menſibus tantùm* Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris, *diſpoſitione quauis alia, reſeruatione, gratia expectatiua quacunque ſub verborum forma factis, & faciendis, non obſtantibus. In reliquis autem ſex anni menſibus collationem illis indulget in euentum in quem* Sum. Pont. *beneficia omnia huiuſmodi pro tempore vacatura infra trimeſtre ſpatium à die in beneficij loco vacationis, non contulerit. Alia pleraque complectitur ad hancde qua ſermo eſt, collationem minimè pertinentia, de quorum intellectu habetur plenè per* Caſſiod. *d. deciſ. vnica. de pactis.*

XIX.

Bona Regularium extra clauſtra degentium, veniunt ſub nomine ſpoliorum, & ſpectant ad Reuerendam Cameram Apoſtolicam.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

OFFICII noſtri partes ſedulo præſtare tenemur, vt dubia, quæ ab aliquib. falſò ſub prætextu, vel nimis ſubtiliter excitata, in Cameræ noſtræ Apoſtolicæ præiudicium tendunt, declaratione noſtra dilucidentur. Nuper accepimus quod etſi fel. rec. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter conſtitutionem, & quæcunque in illa continerentur per piæ memoriæ Paulum Papam IIII. etiam prædeceſſorem noſtrum contra Apoſtatas, editam, per quam intra cætera decreuit bona quæcunque mobilia & immobilia, ac cenſus redditus, & prouentus, iura, & actiones per regularem ordinem profeſſos extra clauſtra ſuorum regularium locorum, etiam de licentia ſuorum ſuperiorum degentes, tempore quo extra clauſtra huiuſmodi fuiſſent

Bona quæ prælati & alij beneficiarij regulares relinquũt inconſumpta connumerantur ſpoliis ex Pij 4. & Pij V. & Gregorij XIII.

fuiſſent acquiſita, etiam acquiſitiones huiuſmodi ab ipſis profeſſis ex redditibus beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura per eos obtentorum ſeu detentorum, aut ex propria induſtria, ſeu artificio, mercatura, vel ex teſtamento, ſiue ſucceſſione ab inteſtato quorumuis conſanguineorum, affinium, vel amicorum ſuorum aut quorumcunque aliorum factæ eſſent, non fiſco, aut Cameræ Apoſtolicæ, ſed religioni, aut monaſteriis, in quo, ſeu quibus primo profeſſi fuiſſent, eo ipſo applicata eſſe & cenſeri debere, ad iuris & ſacrarum conſtitutionum formа reduxerit: Necnon præfata bona regularium extra clauſtra, vt præfertur, degentium ſiue mendicantium ſiue non mendicantium, aut militiarum profeſſorum etiam ſi loca, & canonicales portiones aut dignitates in cathedralibus, vel collegiatis Eccleſiis cuiuſuis ordinis regularibus obtinuerint, ac Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, Primatiali, vel quauis alia præfulſerint dignitate, poſt eorum obitum ad eandem Cameram Apoſtolicam, & iuxta conſtitutionem fel. recordat. Pauli Papæ iiij ſuper ſpoliis ſub Dat. videlicet, tertio nonas Ianuarij, Pontificatus ſui Anno Tertio promulgatam, legitimè ſpectent & pertineant, idque per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, dum Collector generalis ad recuperandum ſpolia regularium ſpecificè deputatus fuerit, apertè demonſtratum extiterit, ac in poſſeſſione illa exigendi, ac recuperandi eadem Camera merito ſemper fuerit, nihilominus nonnulli vano ſub dictæ conſtitutionis Pauli iiij. prædeceſſoris præfati prætextu contrarium aliquando aſſerere non dubitarint. Nos omnem circa prædicta dubitandi occaſionem dimouere ſimulque æquitate, & iuſtitia ſuadentibus, eiuſdem Cameræ indemnitati, ne in dies moleſtiis, & incommodis afficiatur, conſulere volentes præſentiũ auctoritate, Declaramus res, & bona quæcunque per dictos regulares extra clauſtra eccleſiarum, monaſteriorum, domorum, & quorumcunque regularium locorum degentes, quocunque iure, & actione, ſiue ex cauſa teſtati, ſiue inteſtati acquiſita, & in poſterum acquirenda, vel ad eos delata in quibuſuis prouinciis, dominiis regnis & locis conſiſtant niſi iidem, ad quos illa ſpectauerint, ſufficienti fuerint teſtandi, aut de illis diſponendi facultati ſuffulti eaque legitimè vſi fuerint, ad eandem Cameram pleno iure pertinuiſſe & ſpectare, ac bona quæcunque eorundem ſub ſpoliorum nomine comprehenſa per ipſam Cameram, eiuſque nomine à quibuſcunque illa quandoque occupantibus & detinentibus recuperari, ac vindicari poſſe, & poſſe, ac iuxta Pauli iiij. & aliorum prædeceſſorum noſtrorum literas eadem Camera apoſtolica in huiuſmodi bonis ſpolia nuncupatis verè vniuerſaliter ſuccedente, quod ipſa Camera quæ cæteris hæredibus, & ſucceſſoribus ampliori eſt priuilegio munita, cuique merito magis fauendum eſt dum in eam rerum, & bonorum dominium, ac poſſeſſio nulla traditione præcedente tranſeat, in quacunque bonorum & ſpoliorum ſiue ad ſæculares, ſiue ad regulares dum viuerent, ſpectantium ſucceſſione, quibuſcunque in rebus, ſiue pecuniis illa conſiſtant, etiamſi nominatim aut alia ſpeciali nota illa deſignanda eſſent, quæ ad eandem Cameram iure ſpoliorum pertinuerunt, pertinebunt in poſterum, omni prorſus fictione penitus ceſſante, ius & nomen veri hæredis in eiſdẽ ſpoliis habere, illiúſque naturam ſortiri, ac veri hæredis priuilegiis, & iuribus in quibuſcunque bonis, pecuniis, iuribus, & actionibus vti ante hac potuiſſe, & nunc poſſe, idque eorundem prædeceſſorum, ac noſtræ etiam intentionis ſemper fuiſſe, & eſſe auctoritate præſentium declaramus: ſicque per quoſcunque Iudices in quibuſuis cauſis, etiam per appellationem, aut alia pendentibus, & futuris, ac in quacunque cauſa, vel inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere: necnon quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Mandantes dilecto filio Magiſtro Ludouico Tabernæ Notario, & Theſaurario, necnon ſpoliorum ad dictam Cameram pertinentium in vniuerſa Italia Collectori generali noſtro, eiuſque in dictis officiis ſucceſſoribus, quatenus præſentem noſtram declarationem, & in ea contenta quæcunque inuiolabiliter obſeruari curet, & faciat, non permitendo eandem Cameram contra illius ſeriem quacunque ratione vel cauſa, aut quouis quæſito colore, vel ingenio directè, vel indirectè

diplomate. Attamen iure conſtat quod omnia quæ acquirit prælatus, vel alius beneficiarius regularis, acquirit monaſterio, vel eccleſiæ, cuius eſt beneficiarius quum non poſſit ſuæ perſonæ quicquam quærere, cap. cùm olim. 2. de priuileg. vbi latè Innoc. *receptus ab omnibus. ca. in præſentia. de probat. auth. ingreſſi.* C. *de ſacroſan. eccl. cap.* Non dicatis, 12. q. 1. *vbi gloſſ. celeberrima, & receptiſſima habet, regularem non eſſe dominum veſtis quotidianæ qua veſtitur, nec eam poſſidere nomine ſuo, inſtar ſerui, l. id veſtimentum. ff. de pecul. & l. quod ſeruus. ff. de acquir. poſſ. & latius tradidit in Apolo.* Nauarrus. q. 1. Mon. 9. *vſque ad* 18. *& conſequent. omnia videntur eſſe impenſa, & inſumpta ante mortem illorum tanquam quæ ſunt quæſita Monaſteriis, & Eccleſiis eorum, ita vt non poſſint dici ſpolia.*

v. Emanuelem Rodriguez in queſtionibus regularibus. 1. tomo q. 30. art. 24. infra 3 art. 25.

ctè moleſtari,aut perturbari:contradictores quoſlibet,& rebelles per opportuna
iuris & facti remedia,ad demum per ſententias, cenſuras & pœnas eccleſiaſticas,
appellatione poſtpoſita,compeſcendo: necnon legitimis ſuper his habendis ſerua-
tis proceſſibus,ſententias,cenſuras,& pœnas ipſas,etiam iteratis vicibus aggrauan
do::inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis. Non obſtanti-
bus conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis, necnon eccleſiarum , & ordi-
num ; vel militiarum , cuius illæ fuerint monaſteriorumque , vel regula-
rium locorum etiam iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate
alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus priuilegiis quoque,indultis , & literis a-
poſtolicis earundem eccleſiarum præſulibus:capitulis,ac monaſteriorum , regula-
riumque locorum conuentibus,illorumque ordinibus,ſuperioribus, & perſonis,
necnon/ciuitatibus,prouinciis,dominiis,& regnis,in quibus bona , vel pecuniæ
collocatæ, aut illarum reditus percipiendi forſan fuerint, ſub quibuſcunque teno-
ribus,& formis,ae cum quibuſuis clauſulis,& decretis etiam Motu proprio , & ex
certa ſcientia , ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine , & ad fauorem religionis
conceſſis , confirmatis: & innouatis quibus omnibus(etiam ſi de illis, eorumque
totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica & expreſſa, non autem per clauſulas generales i-
dem importantes mentio,aut quæuis alias expreſſio habenda eſſet, illorum teno-
res præſentibus pro ſufficienter expreſſis,& inſertis habentes , illis alias in ſuo ro-
bore permanſuris)hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſſè derogamus,contrariis
quibuſcunque:aut aliquibus communiter,vel diuiſim ab apoſtolica ſit ſede indul-
tum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per literas apoſto-
licas non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſ-
modi mentionem,& quibuſlibet aliis priuilegiis, & indultis generalibus , vel ſpe-
cialibus quorumcunque tenorum exiſtant , per quæ præſentibus non expreſſa,
vel totaliter non inſerta, effectus præſentium impediri valeat quomodoli-
bet,vel deferri,& de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris
literis mentio ſpecialis,quæ quo ad hoc volumus eis nullatenus ſuffragari. Cæte-
rum præcipimus præſentium exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici ſub
ſcriptis,& dicti Theſaurarij ſeu alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſti-
tutæ ſigillo munitis,eandem prorſus finem adhibendam in iudicio , & extra,quæ
præſentibus adhiberetur,ſi exhiberentur, vel oſtenderentur. Datum Romæ apud
Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die vigeſimoprimo Ianuarij. milleſimo
quingenteſimo ſexageſimoſeptimo.

Clauſulæ derogatoriæ.

XX.

Erectio Collegij Græci in Vrbe , deputatio ac facultates Cardinalium illius Protectorum.

GREGORIVS, Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei , Ad perpetuam rei
memoriam.

IN Apoſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino meritis licet imparibus
conſtituti , ad vniuerſarum gentium populorúmque Chriſti fidem colentium
ſalutem procurandam ita nos eſſe agnouimus debitores,vt non minus longè,quàm
iuxtà poſitis charitatis & vigilantiæ noſtræ ſtudium impatientes quod expedire
cenſemus , hucuſque pro viribus exequamur. Itaque cum Chriſtiani Orbis partes
mentis noſtræ oculis perluſtramus, inter varias horum temporum ærumnas ani-
mum noſtrum iubet miſeratio Græciæ Nationis , quæ diu olim literarum ſcien-
tiarúmq; eruditione præſtans & imperij floruit ſublimitate,poſtea Turcarũ ſubie
cta Tyrannidi,ad extremam fuit redacta calamitatem , & quod miſerrimum eſt
corporum ſeruitutem ſequuta eſt captiuitas animorum , quia in ſcientiarum
omnium ignorantiam Græciæ populi deuenerunt, vt vix vllus inter eos reperian-
tur, qui illas profiteri,& alios docere poſſit,atque adeò omnes qui Epiſcoporum,
preſbyterorum, alteriúſque Eccleſiaſtici ordinis gradum inter eos obtinent fędiſ-
ſimis, ignorantiæ tenebris obuoluti , ſacræ Theologię rudes , Catholicorum
dogmatum ignari,& orthodoxorum religionis ſemita,& Sanctæ Romanæ Eccle-
ſiæ omnium matris & magiſtræ obedientia,recedentes,in varios errores, & ſchiſ-
mata

Imperij & literarum omnium diſciplinarum laude floruit olim Græcia.

mata prolapſi ſunt, & laicos in eandem erroris foueam ſecum pertraxerunt. Quo
circa cupientes antiquam & celebrem Nationem ab huiuſmodi ignorantiæ , &
eorum caligine ad veritatis lucem & ſalutis viam reuocare,nullum id aptius reme-
dium à nobis exiſtimauimus poſſe adhiberi,quàm ſi in Alma hac Vrbe noſtra col-
legium erigatur,in quo pueri:& adoleſcentes Gręci ex ipſa Gręcia,& aliis Prouin-
ciis , ac locis vbi commorantur conquiſiti , alantur , & Gręcis literis , liberalibus
diſciplinis,ac ſcientiis pręſertim Theologia, Eccleſiaſticis præterea ritibus, à viris
probatę fidei & doctrinę ſedulò inſtituantur , & poſtquam in Catholicę fidei fir
mitate ſolidati fuerint,& in huiuſmodi ſtudiis profecerint, ad eorum Prouinciam
& loca redeuntes alij , qui monaſticam vitam maluerunt profiteri , cęteros mona-
chos,& religioſos Catholicè inſtruere, & ad monaſticam diſciplinam regularém-
que obſeruantiam à qua penitus declarare videntur,iuxtà ſanctorum Patrum inſti-
tuta reuocare ſtudeant. Alij autem qui in clerum adſcribentur , nationis ſuę po-
pulis prodeſſe & pręeſſe animarum curã exercere , verbum Dei ſincerè pręedicare,
Populos ab erroribus & ſchiſmate promouere , & ad ſalutarem orthodoxæ fidei
veritatem reducere poſſint: Reliqui verò,qui in laicali vita permanſerint , publice
per Ciuitates aliorum Græcorum , filios eiuſdem fidei rudimenta & veritatem,
literáſque & artes liberales edocere , ac ſimiliter in orthodoxæ religionis cultu
continere valeant, Atque ita diuina fauente gratia ſperari poſſit , ſana & integra
fidei prædicatio & doctrina in ipſa Græcia, & totius præterea Orientis partibus,
aliquando reſtituatur. Priſcorumque gentis eiuſdẽ patrum lumina clareſcant. Pro
inde ad omnipotentis Dei gloriam , ſanctæ fidei Catholicæ exaltationem anima-
rum eorumdem Græcorum ſalutem, ac perpetuam ipſorum cum Eccleſia Roma-
na vnionem, Motu proprio, certáque ſcientia déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitu-
ne, vnum Collegium Græcorum puerorum , & adoleſcentum in eadem Vrbe no-
ſtra,loco ad id ſtatuendo auctoritate Apoſtolica , tenore præſentium erigimus &
inſtituimus,eique dotis nomine centum ſcuta auri ex noſtris,& Cameræ Apoſto-
licæ pecuniis, donec , aliter opportunè prouideatur in ſingulos menſes ſoluenda
aſſignamus. Præterea cum Cathedralis Eccleſia Chiſamen. inſulæ Cretæ certo mo
do vacauerit,& vacet ad præſens. Nos conſiderantes Eccleſiam ipſam clero popu-
loque Latino,exceptis paucis quibuſdam Canonicis,qui tamen ab immemorabili
tempore,ſiue ob tenuitatem præbendarum,ſiue alias ob cauſas ibi nunquam re-
ſederunt,ſed Cydonię ibi propinquæ habitatæ ſoliti ſunt, omninò carere conuen-
tu iudicauimus,ſubſidium aliquod Collegio prædicto in ſubſtentationem Schola-
rum ex huius Eccleſiæ fructibus applicare , donec Deo dante talis conſtitui poſſit
Epiſcopus,qui etiam clero & populo Græco ſacramenta , & quæ ſunt pontificalis
ordinis valeat miniſtrare , quare omnes dictæ Chiſamen. Eccleſiæ fructus redditus
& prouentus omniaque iura,obuentiones & emolumenta,exceptis ducentis ſcutis
annuè admiſtratori,ſeu Vicario,qui à nobis eidem Eccleſiæ deputabitur perſoluen
dis,& annua penſione centum ſcutorum auri ſimilium , quàm venerabili fratri
nunc Epiſcopo Milouien. vt commodius ſubſtentari poſſit , aſſignari decreuimus
ipſi Græcorum Collegio à nobis erecto ad annos quindecim , eadem auctoritate
Apoſtolica applicamus,attribuimus,& aſſignamus,ita vt ab ipſius Collegij procu-
ratoribus propria auctoritate ea omnia exigi,percipi,& leuari , prædiáque domus
& bona quæcunque locari,aliáque ac opportuna & neceſſaria fieri poſſint. Volu-
mus autem idem Collegium,illiúſque Rectores, Oeconomos,Magiſtros , Præce-
ptores,atque Scholares pro tempore in eo exiſtentes , & eorum domeſticos Offi-
ciales , & Miniſtros, ipſiſque Collegij bona mobilia & immobilia cuiuſcunque
qualitatis & quantitatis in dicta Vrbe & extra,ac alias vbique locorum conſiſten-
tia,exempta eſſe ab omni iuriſdictione , correctione viſitatione, dominio, ſuperio-
ritate,& poteſtate pro tempore exiſtentis Senatoris Conſeruatorum Reformato-
rumque dictæ Vrbis,necnon Rectoris Studij Generalis, Vicarij Vrbis , & ordina-
riorum locorum,aliorúmve quorumcunque Iudicum & officialium in ipſa Vrbe,
vel alias vbilibet conſtitutorum, Collegiumque ipſum etiam propriis eius rebus,
& bonis cum ipſo, & eius nomine ſupradicta contrahentes à ſolutione & exactio-
ne omnis,& cuiuſcunque pedagij, gabellæ, bullettini, decimarum , & cuiuſcunque
Yyy alterius

Græcia Tyrannidi Turcarum ſubiecta.

Collegium Græcorum Romæ inſtitutum.

Educationis & inſtituti collegij fructus.

Aſſignatio redituum.

Eximitur collegium à poteſtate & iuriſdictione Senatorum Conſeruatorum Romanorum & Rectoris generalis ſtudij auctoritate.

A ſolutione gabellarum.

alterius tam ordinarij, quàm extraordinarij oneris ex quacunque cauſa impoſitorum & imponendorum eximimus, & prorſus, Orbiſque & dictæ Sedi immediatè ſubiicimus, ac liberos immunes & exemptos declaramus, eidemque quoque Collegio, & Scholaribus, Rectoribúſque, & Oeconomis omnibus & quibuſcunque priuilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & indultis, quibus ſtudium generale almæ Vrbis, & illius Rector, Doctoréſque in eo etiam actu legentes quouis modo vtuntur potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere valeant, in omnibus & per omnia concedimus & indulgemus, illáque eis communicamus. Necnon Senatori, Conſeruatoribus, Reformatoribus, Rectoríque, & aliis Iudicibus, officialibus, & perſonis prædictis, ac pro tempore exiſtenti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, Præſentibuſque & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, ac quibuſuis Commiſſariis ac exactionem decimarum, & aliorum onerum præfatorum pro tempore deputatis, ne quarumcunque literarum eis ſub quibuſcunque tenoribus & formis conceſſarum prætextu, Collegium, Scholares, Rectores, Oeconomos, Officiales & Miniſtros, ſeu eorum aliquem in præmiſſis quouis modo moleſtent, ſeu moleſtari permittant diſtrictius inhibemus. Et præterea Regentibus, ac Superioribus dicti Collegij cum aſſiſtentia tamen Cardinalium protectorum, qui pro tempore fuerint, ſiue alicuius eorum, vel de ipſorum concilio, & expreſſo conſenſu illos, quos in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus ſtuduiſſe, ac ſcientia, & moribus idoneos eſſe repererint, ad Bacchalaureatus licentiaturæ, Doctoratúſque Magiſterij gradus, ſeruata forma Concilij Viennen. iuxta Vniuerſitatis eiuſdem Vrbis conſuetudinem, ſeu alias promouendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis exhibendi: quodque ſic promoti facultates, in quibus ſtuduerunt legere & interpretari, & de eis diſputare, & quoſcunque gradari, ſeu gradibus huiuſmodi concernentes actus exercere, ac omnibus & ſingulis gratiis, fauoribus, prærogatiuis, & indultis quibus alij in prædicta, ſeu aliis vniuerſitatibus, & alibi iuxta illius, & aliarum Vniuerſitatum huiuſmodi conſtitutiones & mores, ad gradus prædictos promoti de iure, vel conſuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum vti potiri, & gaudere poſſint, & debeant perinde, ac gradus prædictos in ipſa Vniuerſitate iuxta conſuetudinem, & mores prædictos ſuſcepiſſent concedendi, & indulgendi liberam eadem auctoritate tribuimus facultatem. Inſuper vt ipſius Collegij conſeruationi bonoque regimini, tam in his, quæ ad inſtitutionem & diſciplinam, quæ ad victum & veſtitum aliáque huiuſmodi neceſſaria pertinent opportunius conſulatur, Dilectos filios noſtros Iacobum Sanctæ Mariæ in Tranſtiberim Sabellum, & Gulielmum Sancti Laurentij in Paniſperna Sirletum, ac Iulium Antonium Sancti Bartholomæi in Inſula Sanctæ Seuerinæ titulorum preſbyteros, necnon Antonium Sanctæ Mariæ in Coſmedin. Diaconum Carafam, nuncupatos Cardinales eiuſdem Collegij Protectores, & Defenſores conſtituimus & deputamus, quorum concilio & ſpe ſupradicta, & alia quæcunque ad eoſdem in Collegio admittendos Scholares retinendóſve, ac admittendos ſpectantia agant, & ordinent. Dantes eiſdem & pro tempore exiſtentibus protectoribus plenam & liberam facultatem & auctoritatem pro ſalubri directione & conſeruatione dicti Collegij, illiúſque bonorum & rerum ac iurium, tam ſpiritualium, quàm temporalium Oeconomos Aduocatos procuratores, alióſque miniſtros, & officiales in eo deputandi, amouendique, & alios eorum loco ſufficienti ordinationéſque, & ſtatuta licita tamen & honeſta ſacriſque canonibus, & Concilio Tridentino non repugnantia faciendi, & edendi, eaque cum viſum fuerit reuocandi, immutandi, corrigendi, aliáque de nouo condendi quæ poſtquam facta edita, reuocata, immutata, & correcta fuerint, perinde haberi volumus ac ſi auctoritate Apoſtolica approbata, & confirmata eſſent, illáque ab omnibus Rectoribus, Magiſtris, Scholaribus, aliiſque perſonis in Collegio ſeruientibus & miniſtrantibus inuiolabiliter obſeruari, ac iuxta eorundem diſpoſitionem, & quibuſuis Iudicibus ſublata eis, quauis aliter iudicandi facultate iudicari, ac diffiniri debere. Et ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus: & ordinationibus Apoſtolicis, & dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apoſtolica

Priuilegiis ſtudij publici ditatur.

Gradus concedendi poteſtas.

Cardinales protectores Collegij.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

ſtolica, vel quauis alia firmitate, roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Senatori, Conſeruatoribus, Reformatoribus, Camerario, Vniuerſitatibus, ac earum Collegiis, Rectoribus, & perſonis, aliiſque prædictis, necnon præfatæ Vrbi, & Populo Romano ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo, &c Si quis autem, &c.

Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Idibus Ianuarij, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

XIX.

Inſtitutio, profeſſio ac Priuilegia Monachorum Prouinciæ Hiſp. Ordinis S. Baſilij.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

COGIT MVNERIS apoſtolici ratio de omnium religioſorum ſtatu nos eſſe ſollicitos, atque eorum curam ſuſcipere diligentem, qui reiectis mundi delitiis & illecebris antiquorum ſanctorum Patrum exemplo in ſolitudines conceſſerunt, ieiuniis, orationibus, & cæleſtium contemplationi aſſiduè inſiſtentes, vt cum talium numerum alicubi auctum intelligimus, ipſorum vitam, & mores ſub certa alicuius approbatæ regulæ norma ad Dei gloriam, & eorundem ſalutem prouidè dirigamus.

Ad noſtram ſiquidem peruenit notitiam, quod cum viginti ab hinc, vel circiter annis quondam Matthæus de la Fuente de Halmiruete Toletan. diœc. dum ſoli Deo placere ſtuderet, vna cum duobus vel tribus ſociis in Eremum del Tardon Corduben. diœc. ſe recepiſſet, & in ea proprio labore victum parans pauperem vitam duceret, nonnulli alij eius exemplo, & religioſæ vitæ fama commoti, ſeculi curis poſthabitis eadem viuendi rationem amplexi ſunt, & ſe illis ſocios adiunxerunt, ipſum præterea Matthæum per loci ordinarium ad ſacros, & preſbyteratus ordines fuiſſe promotum.

Et licet Eremi cultores inter ſe diſtinctas cellulas inhabitarent, eos tamen conſueuiſſe ad eundem Matthæum tanquam, eorum Patrem, & ſuperiorem, à quo in via Domini inſtruerentur recurrere, ſtatutiſque horis in quodam Oratorio ad piè orandum ſimul conuenire, ac ſub dicti Matthæi voluntaria obedientia degere, huncque viuendi morem eo vſque fuiſſe ſeruatum, donec ad eorum notitiam conſtitutio felicis recordationis Pij Papæ V. prædeceſſoris noſtri deducta fuit, qua ſancitum eſt, ab iis, qui in Congregationibus ſub obedientia voluntaria viuerent, quorum habitus à preſbyteris ſæcularibus eſſet diſtinctus, prout ipſorum erat, profeſſionem omninò eſſe emittendam, electa ab ipſis vna ſub qua degerent ex Regulis approbatis.

Nam poſtquam idem Matthæus, & ſocij conſtitutionis huius certiores facti fuerunt, Regulam Sancti Baſilij eorum viuendi inſtituto, vt cenſuerint magis accommodatam, ad cuius præſcriptum Altiſſimo pium exhiberent in habitu humilitatis obſequium, delegerunt. Et deinde Matthæus profeſſionem iuxtà dictam Regulam emittere volens, preſbyterum ex ſuis ſociis Eremitis, in cuius manibus profiteretur, ſuo arbitrio eligit, & in eius manibus tria vota iuxtà regulam prędictam quam tum in ſe fuit profeſſus eſt. Reliqui verò omnes Eremitæ in dicti Matthæi manibus ſimilem profeſſionem emiſerunt, & derelicto cellularum vſu in domos apud Eremum del Tardon, vt præfertur, & Vallis del Galleguillos Iſpalen. diœc. propriis eorum manibus ad Monaſterij formam conſtructas, clauſuraque munitas numero quadraginta, & vltra demigrarunt, vbi religioſorum, & Monachorum more viuerent, prout de præſenti viuunt, horaſque canonicas in Choro, & Miſſas conuentualiter quemadmodum in aliis Monaſteriis fieri conſueuit, iuxtà Romanam

Matthæus della Fuente Hiſpanus huius ordinis inſtitutum primum profeſſus eſt in eremo del Tardon.

Eremum incolentes antiquam Monachatus ſolitudinem excolunt qui D. Baſilij regulam ſequuntur.

nam vſum celebrarunt, neceſſariaque ad vitam propriis manuum laboribus iuxta eorum inſtitutum parando,nec eleemoſinas petierunt, nec oblatas acceperunt.

Religioſiſque in prædictis locis ſic,vt præfertur,redactis, idem Matthæus in vtriuſque domibus quaſi illæ in Monaſteria iam erectæ eſſent, nonnullorum qui periti habebantur conſilium ſequutus, Abbatis munere donec vixit ſine canonica prouiſione functus fuit, & poſt eius obitum credentes religioſi prędicti Monaſteria veri, & legitimi Abbatis regimine eſſe deſtituta, alium Religioſum ex eorum, numero, videlicet dilectum filium Didacum Vidal in eiuſdem Matthæi locum elegerunt.

Matthæi della Fuente Abbatis primi huius congregationis ſucceſſor Didacus Vidal.

Cum autem iidem Eremitæ prædictam profeſſionem in manibus eius qui illam recipiendi facultatem non habebat emiſerint, eadémque poſſeſſio nulla, & inualida reddatur,ac del Tardon,& Vallis del Galleguillos Domus, & Eremitoria huiuſmodi in Monaſteria Ordinis Sancti Baſilij adhuc canonicè erecta non fuiſſe nec eſſe conſtet.

Nos dictorum Eremitarum ſtatui opportunè conſulendum eſſe exiſtimantes,ipſoſque,& eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti,aliíſque eccleſiaſticis ſententiis,cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione.vel cauſa latis,ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt,ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum,harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes,Ad omnipotentis Dei gloriã,& Chriſtianæ Eccleſiæ propagationẽ prædicta del Tardon,& Valis de Galleguillos Eremitoria, ſeu Domos in Monaſteria dicti Ordinis Sancti Baſilij,cum ſuis eccleſiis,& Conuentibus,necnon Menſis, Sigillis,Arcis, aliíſque omnibus inſignibus ad id requiſitis, & conſuetis,ac in ſingulis dignitatem Abbatialem,adminiſtrationes, & officia,in aliis Monaſteriis ipſius Ordinis haberi ſolita pro Abbatibus,& Monachis ad iuſtum numerum Conuentus,monaſticum cultum, & regularem diſciplinam ibidem obſeruaturis, perpetuò erigimus,& inſtituimus.Ac illis ſic erectis,eorúmque Menſis,bona, cenſus,actiones,& iura omnia ſuarum cuiúſque domorum, ſeu Eremitoriorum ſic in Monaſteria erectorum perpetuò applicamus,& appropriamus.

Monaſteria huius ordinis præpoſitis, & alumnis canonicè inſtitutis exornantur.

Ac ipſorum Monaſteriorum ſic erectorum,Abbatibus, Conuentibus in ſuis quíſque eccleſiis prædictis ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum cum debitis honore,& reuerentia habendi,& retinendi.Miſſas,& alia diuina Officia latina lingua ſecundum conſuetudinem,ſeu ritum Roman. Eccleſię,& iuxta Breuiarium,& Miſſalem.Roman ex decreto Concilij Tridentini nouiſſimè reſtituta,& iuſſu prędicti Pij Papę edita,donec aliud ſedi apoſtolicę expedire videbitur celebrandi, recitandi,& cantandi,licentiam tribuimus.

Ipſaque ſic erecta Monaſteria del Tardon,& de Galleguillos, ac etiam Monaſteriorum S.Mariæ de Ouiedo eiuſdem Ordinis Sancti Baſilij Giennen. diœc.à felicis recordationis Pio Papa IIII.erectum,& inſtitutum, & à nobis per noſtras literas in foma Breuis Monachis eiuſdem ordinis in Italia exiſtentibus, ſub vnius Abbatis ſeu Pręſidentis generalis in toto Ordine eligendi obedientia ſubiectam,ac perpetuò coniunctum, & quęcunque alia Monaſteria eiuſdem Ordinis Sancti Baſilij in Hiſpaniarum Regnis in poſterum conſtruenda & erigenda, dicto Ordini Sancti Baſilij,ſeu obedientia futuri,& pro tempore exiſtentis Abbatis, ſeu Vicarij generalis, eiuſdem Ordinis aggregamus, annectimus, & incorporamus, eadémque ſic erecta, & erigenda Monaſteria, eorúmque Abbates, & Monachos ſub immediata noſtra,& ſedis apoſtolicę protectione recipimus,illàque & illos ab omni Ordinarij iuriſdictione, auctoritate, & poteſtate eximimus penitus,& liberamus.

Prima illa monaſteria erecta in eremo del Tardon, & Galleguillos ac S. Mariæ de Ouiedo & alia in regnis Hiſpaniarũ conſtructa ordinis S. Baſilij ſubiiciuntur.

Itaque tamen,vt tam del Tardon,& Galleguillos,quàm de Ouiedo,& alia in dictis Regnis ſub eadem Regula in futurum conſtruenda, & erigenda Monaſteria, vt prefertur,poſtquam conſtructa,& erecta fuerint,vnam faciant,& inter ſe conſtituant Prouinciam Hiſpaniarum nuncupandam,in qua prouinciale Capitulum vnoquoque triennio per Abbates,& Monachos,à Conuentibus, ſingulorum Monaſteriorum ſuorum deputandos celebretur,& in eo vnus Viſitator eligatur, qui cum primum electus fuerit, eo ipſo apoſtolica auctoritate confirmatus cenſeatur

nulla alia requiſita confirmatione,niſi eidem Capitulo Abbatem, vel Vicarium eiuſdem Ordinis generalem contigerit prẹſidere, vel eſſe prẹſentem, cuius auctoritate eo caſu omninò debeat confirmari, dictęque Prouincię Monachi ſecundum Regulam eiuſdem ſancti Baſilij quam profitentur de cętero viuere.

Atque vt Monachi prędicti del Tardon,& Galleguillos in habitu cum reliquis dicti Ordinis Monachis etiam in Italia exiſtentibus conueniant,loco habitus Griſei,ſeu Brunei coloris cuiuſmodi in prẹſentiarum gerunt, monaſticum habitum nigrum,prout etiam aliàs Monachis dicti Monaſterij de Ouiedo per dictas literas conceſſimus deferre,& ita in poſterum reliqui omnes eiuſdem ordinis,& Prouincię Monachi futuri eodem habitu regulari,vti debeant.

Habitus Monachorum, huius ordinis.

Prętereà eiſdem,ac Prouincię Hiſpaniarum Monaſteriis quibuſcunque,ac aliis membris,& locis ab ea dependentibus,illorumque Abbatibus,Prẹlatis,Monachis, & perſonis omnia priuilegia,indulta,immunitates prẹrogatiuas, exemptiones,libertates,gratias,& indulgentias Ordini Sancti Baſilij prædicti, necnon congregationi Montis Caſſinen. aliàs S. Iuſtinæ de Padua Ordinis S. Benedicti,tã per nos quàm per alios Roman.Pontifices prædeceſſores noſtros,ſedémque prædictam aliàs in genere,vel in ſpecie quomodolibet conceſſa (quatenus vſu recepta ſint; & Concilij Tridentini decretis aliíſque ſacris canonibus, & ipſius ordinis Sancti Baſilij inſtitutis non aduerſentur) concedimus & communicamus.

Priuilegia ordini S.Baſilij, & congregationi S. Iuſtinæ de Padua conceſſa Põtifex concedit Monaſteriis huius ordinis prouinciæ Hiſpaniarum.

Ac inſuper vt eadem monaſteria feliciter in via domini dirigantur, prædictorum omnium Monaſteriorum dictæ Prouinciæ Conuentibus, & monachis præcipimus, vt quamprimum prouinciale Capitulum eorundem Monaſteriorum Prouinciæ Hiſpaniarum celebrent,in quo vſque ad numerum viginti eorum Abbates, & conuentum diſcreti, ſeu Procuratores,& monachi habitu, vel profeſſione in eiſdem Monaſteriis,tam de Ouiedo, quam del Tardon, & Galleguillos antiquiores, donec tot Monaſteria dicti ordinis ſancti Baſilij in eadem Prouincia erecta fuerint, quod illorum Abbates, & Conuentuum diſcreti, ſeu procuratores in eodem Capitulo congregandi eundem numerum viginti conſtituant, conueniant.

Atque in eo ex monachis eiuſdem Prouinciæ vnum quem magis ad id habilem,& idoneum duxerint eligẽdum,in eorum Viſitatorem ad Triennij tempus,& eo completo ſucceſſiuè in prouinciali capitulo tertio quoque anno, vt præmittitur,celebrando eligant.

Qui omnem in quibuſcunque Monaſteriis prędictę Prouincię iuriſdictionem habeat,& exerceat,ipſorúmque Monaſteriorum monachis,tam in capite, quàm in membris viſitet, corrigat,& reformet, ſalua ſemper & reſeruata dicti Abbatis,ſeu Vicarij eiuſdem ordinis generalis pro tempore exiſtentis etiam in præmiſſis obedientia,auctoritate,& ſuperioritate, ac capitulis prouincialibus huiuſmodi præmiſis,& electioni Abbatum,quorum munus etiam triennale erit, per Monachos ſingulorum Monaſteriorum faciendæ aſſiſtat, vel ad aſſiſtendum electioni huiuſmodi alium ex dictæ Prouinciæ Monachis ſpecialiter deputet.

Viſitatores ordinis ad trienniũ eligendi.

Prædictus autem Viſitator Prouinciæ Hiſpaniarum huiuſmodi,necnon Monaſteria Abbates,Monachi, & perſonæ dictæ prouinciæ Hiſpaniarum prædicto Abbati,ſeu Vicario generali, vniuerſi Ordinis Sancti Baſilij in Italia, pro tempore eligendo conſtituendo,vel deputando ſubiecti exiſtant, & ab eo dependeant. Ita vt idem Abbas,ſeu Vicarius generalis pro tempore exiſtentes,tam in dictum eiuſdem prouinciæ Hiſpaniarum pro tempore Viſitatorem,quam in prædicta, & alia omnia eiuſdem prouinciæ erecta,& erigenda Monaſteria,Abbates, Priores, & alios Prælatos,ac Monachos,& perſonas pro tempore exiſtentes,plenam & omnimodam iuriſdictiocem auctoritatem, & ſuperioritatem habeat dictúmque Viſitatorem,Monaſteria,Abbates,Priores,& Prælatos,ac Monachos, & perſonas, tam in capite,quàm in membris viſitare corrigere,& reformare ſimul, vel ad partem valeat,ipſique Viſitator,Abbates,Priores, & Prælati,ac Monachi,& perſonæ dicto Abbati ſeu Vicario generali pro tempore exiſtenti tanquam membra capiti ſubiaceant,eiuſque monitis,& mandatis in præmiſſis,& aliis omnibus, omni prorſus

Viſitatoris iura & facultates.

appellatione,reclamatione,& recurſu poſt poſitis,parere & obedire,illúmque cum ad eos,vel dicta Monaſteria diuertere ſeu pro viſitatione huiuſmodi,aut aliàs accedere contigerit, honorificè & benignè recipere,& pertractare teneantur.

Idémque Viſitator Prouinciæ Hiſpaniarum in eiuſdem Abbatis generalis electione pro tempore facienda,ac aliis rebus ad vniuerſum Ordinem Sancti Baſilij pertinentibus,pro quibus pertractandis aliarum Prouinciarum Viſitatores, & Superiores euocabuntur,conuenire debeat.

Ac in electione Abbatis generalis huiuſmodi idem Viſitator actiuam , & paſſiuam vocem habeat.

Ordinationes fieri poſſe decernit Concil. Trid. decretis & ſacris canonibus conſonas.

Necnon eidem viſitatori , & capitulo prouinciali congregatis , tam hac prima vice quam in poſterum ſingulis Trienniis quæcunque ſtatuta , & ordinationes licita,& honeſta,ſacris Canonibus,ac prædicto Concilio Tridentin. dictique ordinis regularibus inſtitutis,ac generalibus illius ordinationibus,& conſtitutionibus non contraria condendi,&poſtquam condita fuerint illa in toto,vel in parte iuxta rerum, & temporum qualitates mutandi,reformandi,illáque in toto,vel in parte tollendi,& abrogandi aliáque denuo ſtatuendi,quæ tamen ab Abbate, ſeu vicario dicti ordinis generali,& in eius defectum à S. R. E. Cardinale eiuſdem ordinis Protectore,qui tunc erit,approbari debeant,licentiam,facultatem concedimus.

Cæterum perſonis Eremitoriorum,ſeu Domorum,del Tardon,& de Galleguillo ſic in Monaſteria erectorum,& earum ſtatu quamprimum conſulenda eſſe,rati,Dilectis filiis prædictis Sanctæ Mariæ,& Sancti Benedicti Iſpalen. ordinis eiuſdem Sancti Benedicti Monaſteriorum Abbatibus, per Apoſtolica ſcripta mandamus,vt ipſi,vel aliter eorum illos ſingulos in Monachos,& fratres ſuorum quemque Monaſteriorum del Tardon,& Galleguillos admittant,& ab eis profeſſionem regularem dicti ordinis Sancti Baſilij,ſi illam ſponte emittere voluerint,recipiant, facientes eos ſincera ibi in Domino charitate tractari.

Sed & eos qui in prædictis Domibus,ſeu Eremitoriis del Tardon , & de Galleguillos ſub voluntaria obedientia per annum,& vltra iam permanſerint, ſtatim vbi præſentium notitiam habuerint,ad profitendum,vt præfertur,omninò teneantur quod vt faciant præcipimus præſentes.

Ordinis profeſſio poſt annum emittenda.

Poſtremò animaduertentes eoſdem del Tardon,& de Galleguillos poſt prætenſam profeſſionem in dicti Matthæi manibus ſic præfertur emiſſam pro verè profeſſis habitos fuiſſe,decernimus,& declaramus illos iuxta exemptiones,ac priuilegia ordinis Sancti Baſilij,vel aliàs conceſſa ad ſolutionem decimarum frugum, & animalium ac aliarum rerum, quæ ex ſuarum manuum labore à die profeſſionis prætenſæ huiuſmodi vſque ad hæc tempora collegerunt,ac in poſterum vſque ad nouæ profeſſionis tempora colligent,vel adminiſtrabunt,minime teneri,nec obligatos fuiſſe,aut eſſe,nec ad id per locorum ordinarios aut alios quoſcunque , ad quos decimarum earundem collectio ſpectat,cogi ſiue compelli poſſe.

Irritúmque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Quinetiam eos vniuerſos, & ſingulos à ſolutione prædicta abſoluimus,& liberamus.

Exemptio à ſolutione decimarum.

Quocirca venerabili fratri noſtro Patriarchæ Alexandrin. & dilectis filiis Archidiacono Eccleſiæ Iſpalen. ac Abbati Sanctæ Fidei in Eccleſia Granaten. per apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus ipſi , vel duo , aut vnus eorum per ſe , vel alium,ſeu alios præſentes literas , & in eis contenta quæcunque , vbi , & quando opus fuerit,ac quoties pro parte prædictorum,& aliorum quorum intereſt, intererit , aut intereſſe poterit, aut præſentes literæ quomodolibet concernent , fuerint requiſiti,ſolemniter publicantes,eíſque, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eaſdem literas,& quæcunque in illis continentur firmiter obſeruari. Non permittentes eos , vel eorum aliquem deſuper à quibuſcunque indebitè moleſtari,contradictores quoſlibet,& rebelles , ac præmiſſis non parentes per iuris,& facti remedia opportuna,ac demum per ſententias, cenſuras , & pœnas eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo. Ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis ſeruandis proceſſibus illos ſententias,cenſuras , & pœnas huiuſmodi incurriſſe declarando , illáſque etiam iteratis vicibus aggrauando. inuocato

inuocato etiam adhoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.

Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifiacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri
de vna,& Concilij generalis de duabus dietis , dummodo vltra tres aliquis vigore
præſentium ad iudicium non trahatur,& quibuſuis aliis conſtitutionibus,& ordi-
nationibus apoſtolicis,ac ordinis prædicti , illiúſque Monaſteriorum etiam iura-
mento , confirmatione apoſtolica , vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis , &
conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis cum quibuſuis
clauſulis , & decretis in genere , vel in ſpecie , ac cum quibuſuis derogatoriarum
derogatoriis, aliíſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis, irritantibúſque,& aliis,
decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis,& innouatis , quibus
omnibus, etiam ſi de illis , eorúmque totis tenoribus habenda eſſet mentio ſpe-
cialis, perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis,&
incertis habentes , illis aliàs in ſuo robore permanſuris , hac vice duntaxat ſpecia-
liter , & expreſsè derogamus,cæteríſque contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus
communiter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel
excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam , &
expreſſam , ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Executorum deputatio & facultates.

Clauſulæ derogatoriæ.

Volumus autem præſentium exemplis manu Notarij publici ſubſcriptis,ac ſigillo
perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eandem prorſus fidem in
iudicio , & extra haberi, quæ eiſdem præſentibus haberetur exhibitis,vel oſtenſis.
Nulli ergo,&c. Si quis autem,&c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Octauo
Cal. Iulij,Pontificatus noſtri anno ſexto.

XXII.

De Reformatione Ordinis S. Baſilij,ac Abbatum,& aliorum,Officialium electione,& offi[c]iis, Priuilegiorúmque,exemptionum,& Indultorum confirmatione.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei , Ad perpetuam rei memoriam.

Baſilij ordo antiquiſſimus eſt ab anno 306. inchoatus qui in Oriente , vbi olim celeberrimus fuit & diu floruit propter Turcarum & aliorum infidelium multiplicem infeſtationem & oppreſſionem magna ex parte defecit.

BENEDICTVS Dominus Deus noſter , à quo ſancti ſui intelligentiæ
Spiritu repleti,tanquam imbres ſapientiæ ſuæ eloquia emiſerunt, eúmque in ora-
tione confeſſi ſunt. Quo gratiæ munere beatus Baſilius cognomento magnus,à di-
uina benignitate locupletatus,omnis bonitatis tantæq; in ſe beneficentiæ auctori,
quod recepit fertiliſſimi agri more, cum centeſimo reddidit incremento. Nam
præter ea quæ effudit Theologicæ ſcientiæ eloquentiæque flumina,quæque edidit
continentiæ abſtinentiæ, & ſuſceptorum pro Chriſto laborum tolerantiæ docu-
menta,ad optatos ſibi nouæ ſobolis fœtus , in cænobiaque procul à communi vi-
uendi ratione ſegregatos in compoſitum Ordinem redegit,& ſalutaribus præcep-
tis inſtituit,vt perpetua futurorum temporum ſucceſſione verbo & opere à ſe in-
ſtructi Deum confiterentur , Catholicæque Eccleſiæ ornamento eſſent , atque in
dubiis rebus adiumento.

Qui vitæ ſanctitate,& doctrina inſignes toto terratum orbe, maximè verò in
Aſia , Paleſtina , Thracia , Græcia, & Italia multis ſæculis floruerunt,Poſtea verò
(quod non ſine maximò animi noſtri merore recenſemus)temporibus culpis,exo-
rientium ſchiſmatum diſſentionibus,Ordo ille alibi penitus corruit , alibi ita fuit
imminutus,vt diſciplina regulari laxata,charitas illa priſtina deferbuerit,Monachi
que alij alio diſperſi ſine capite ſicuti oues ſine paſtore errauerint , in aliquibus
autem ne veſtigium quidem Monaſtici remanſerit inſtituti, monaſteria euerſa,&
bona fuerint diſſipata.

Cui incommodo(quod à nobis noſtri Apoſtolatus ratio expoſcit) prouidere,
ipſúmque Ordinem priſtinæ dignitati,regularique obſeruantiæ,quantum Domi-
no adiuuante poſſumus , reſtituere volentes vt quàm primum , in Agro Domini
vberes fructus maiorum ſuorum , & præcipuè tanti Patris , & Magiſtri exemplo
edere valeant maximè expedire duximus à Monaſteriis,quæ in Italia,& in vtriuſ-
que Silicæ Regnis conſiſtunt,quorum plagas propius inſpeximus, huiuſmodi Or-
dinis

dinis inſtaurationem inchoare, ipſaque Monaſteria in vnam Congregationem iuxta conſtitutionem fœlicis recordationis Innocentij Papæ III. Prædeceſſoris noſtri in Concilio generali editam, quæ incipit In ſingulis, ac Concilij Tridentini decreta redigere, & vt hæc facilius optatum conſequi poſſent effectum, primum Generale Capitulum dicti ordinis celebrari mandauimus, in quo Abbas Generalis, qui in ſingula prædicta & alia eius ordinis Monaſteria Conuentus, & regularia loca vbicunque ſub obedientia noſtra, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ illa fuerint illorúmque perſonas abſoluta ſit auctoritate præditus. Ac pæterea Viſitatores, Procurator generalis, & alij Officiales, quorum electio in capitulo generali facienda eſſet in Monaſterio ſancti Philareti eiuſdem ordinis Militenſis diœc. in feſto Pentecoſtes proximè præterito eligerentur, illo prius de more in dicto per dilectum filium noſtrum Guilielmum tit. ſancti Laurentij in Paniſperna preſbyterum Cardinalem Sirletum nuncupatum dicti apud nos Ordinis ſedémque apoſtolicam Protectorem, dilecto filio Paulo Abbate Monaſterij Caſtri Villariis ordinis ſancti Benedicti Caſſinenſis diœc. Congregationis Caſſinenſis, eidem Capitulo eiuſdem Guilielmi Cardinalis nomine præſidente, ac in eius manibus, antequam ad electionis negotium procederetur, per Priores, & alios Monachos Monaſteriorum dicti Ordinis ſancti Baſilij præſentes, vocémque in Capitulo generali habere debentes, profeſſione regulari, quæ per monachos eiuſdem ordinis S Baſilij emitti debet, expreſsè emiſſa.

Electiones in Generali capitulo fieri debent.

Et tandem cum pro electionibus, vt præfertur celebrandis iam in vnum conueniſſent, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt, electionibus huiuſmodi commodè intereſſe, die ad eligendum præſtituta, vt mos eſt, dilectum filium Nicolaum Antonium Abbatem Monaſterij S. Nicolai de Butramo dicti ordinis ſancti Baſilij Hieracenſis diœc. in Abbatem generalem ac ſi duos Viſitatores & vnum Procuratorem generalem, alióſque Officiales per ſecreta ſuffragia elegerunt.

Nicolaus Antonius Abbas Generalis S. Baſilij.

Nos autem reductionem eorundem Monaſteriorum, Priorum, & Monachorum in congregationem & Capitulum dictique Capituli indictionem, & præſidentiam ac electiones huiuſmodi ratas, & gratas habentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, déque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eaſdem tenore præſentium approbamus, & confirmamus, omnéſque tam iuris, quàm facti, ac omiſſarum ſolennitatum etiam ſubſtantialium, vel ex ordinis prædicti ſancti Baſilij ſtatutis requiſitarum defectus, ſi qui interuenerint, in eiſdem ſupplemus.

Et nihilominus prædictum Nicolaum Antonium Abbatem eidem congregationi vniuerſæ in Abbatem generalem præficimus, curam illius vniuerſam, & in ſpiritualibus, & temporalibus pleniſſimè committendo, ita vt ipſe, & Abbas generalis pro tempore electus, æque vt alij aliorum Ordinũ in congregationes reductorum Abbates generales, & Præſidentes in ſuiſque Capitulis, Congregationibus, & ordinationibus de iure, priuilegio, & conſuetudine habent, & exercent, habereq; & exercere poſſunt, & omnimodam ſuperioritatem iuriſdictionem, & auctoritatem habeat & exerceat, tam in ea omnia quæ in Italia & Regnis prædictis ſunt, quam etiam in ſanctæ Mariæ de Ouiedo Genuenſis, & del Tardon Cordubenſi, ac vallis del Gallguillos Iſpalenſis diœc. eiuſdem ordinis ſancti Baſilij Prouinciæ Hiſpaniæ, dudum à nobis in regnis Hiſpaniarum inſtitutæ, & prorſus in alia quæcunque Monaſteria, domos, & loca in eadem Prouincia ſub regula ſancti Baſilij hactenus erecta, & in poſterum erigenda, eorumq; Abbates, Conuentus, monachos, & perſonas, quę nos pridem cum monachis eiuſdem ordinis ſancti Baſilij in Italia exiſtentibus, & eorum congregationi prædictę ſub obedientia inde futuri Abbatis ſeu Vicarij generalis eiuſdem congregationis perpetuò coniunximus, eáque, necnon viſitatorem eiuſdem Prouinciæ Hiſpaniæ Abbati, ſeu Vicario generali congregationis huiuſmodi in Italia pro tempore eligendo ſubiecimus, & ab eo dependere decreuimus inter alia quemadmodum noſtris diuerſis literis prioribus, videlicet cal. Maij ſecundo, poſterioribus verò octauo cal. Iulij ſexto, Pontificatus noſtri annis dat. plenius continetur.

Abbatis poteſtas.

Iubemus itaque vniuerſos, & ſingulos eiuſdem Congregationis ſancti Baſilij

lij Abbates, priores, & Prælatos, necnon Monachos, & alias quaſcunque perſonas, ipſi Abbati Generali, tanquam membra capiti, & eorum legitimo ſuperiori, in omnibus, quæ ad officium Abbatis Generalis pertinent, eorúmque animæ ſalutem, regularíſque obſeruantiæ rationem concernunt, prompte & humiliter obedire.

Et vt habitus, qui exterius geritur, religioſis mentis affectibus pariter reſpondeat, ſtatuimus, vt omnes Congregationis eiuſdem profeſſores eundem habitum à Nouitiis diſtrinctum ex panno nigri coloris cum Caputio ſiue Cucula Monachali omninò deferant, velut iex antiquo eiuſdem Ordinis inſtituto priſci patres & Monachi geſtare ſolebant.

Panno nigri coloris cum caputio induuntur Monachi huius ordinis.

Atque omnes eiuſdem ordinis ſancti Baſilij Monachi & Religioſi, qui in dicto Ordine iam admiſſi ſunt, ad profeſſionem regularem eiuſdem Ordinis in manibus Abbatis, ſi ibi fuerit vel prioris Monaſterij in quo reperientur, expreſsè emittant. Deinceps vero nemo in dicto Ordine, illiúſque Monaſteriis ad eiuſdem Ordinis habitum regularem, ſiue tacitam, ſiue expreſſam admittatur, niſi in ætate legitima conſtitutus, anno demum integro in probatione iuxtà eiuſdem Concilij Tridentini decreta perſtiterit.

Generale autem Capitulum in quo de Ordinis prædicti reformatione, & regulari obſeruantia agendum erit tertio quoque anno celebretur.

A triennio ad Triennium celebrandum eſt capitulum generale.

Eorundem, ſiue Abbatis generalis, ſiue Procuratoris, item generalis munera, ſiue Officia Triennalia ſint: licebit tamen in eodem Capitulo generali, vbi manifeſtè cognitum fuerit expedire, eoſdem omnes, aut eorum aliquos Triennium in eodem quod geſſerint officio, nec vltra confirmare: qui tandem ab eiſdem muneribus abſoluti, ſaltem per aliud ſimile Triennij ſpatium officio vacent.

Triennialia officia.

Cæterùm ſi dicto Guilelmo Cardinali, & pro tempore dicti Ordinis Protectori videbitur opportunum, ac quouſque ille id expedire cenſuerit. concilium, & auxilium alicuius Abbatis Congregationis Caſſinenſis, in huiuſmodi Capitulis celebrandis, ex longa conſuetudine & experientia pleniùs inſtructi, ad ipſum Capitulum generale poterit adhiberi, qui eiuſdem Protectoris auctoritate etiam eidem Capitulo præſideat generali.

Præſes capitulorum generalium.

In ſingulis verò Capitulis generalibus locus in quo proximè futurum Capitulum generale celebrandum ſit deſignetur.

Electiones autem per ſuffragia ſecreta fiant prout Concilij Tridentini prædicti decretis eſt ſtatutum.

Electiones ſecretis ſuffragiis.

Ad hæc vt ipſi Monachi degentes in Monaſteriis in quibus menſa Conuentualis non eſt ab Abbatiali ſeperata, quæque clericis ſecularibus, & aliis cuiuſcunque gradus, & dignitatis, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant commendata ſunt, obſequiis altiſſimi liberius vacare poſſint, menſam Conuentualem à menſa Abbatiali diſtinguimus, & ab eiſdem Monaſteriis quouſque illa commendata fuerint, eam bonorum ſtabilum proprietatum iuriúmque partem, quæ tamen inter immobilia cenſeantur, perpetuò diſmembramus, atque diuidimus, quæ ad alendum ſolitum monachorum, & miniſtrorum numerum, ac victum & veſtitum, aliàque ad eorum ſuſtentationem neceſſaria comparanda ſufficiant, eoſdémque Commendatarios ad aſſignandum totidem bona proprietates, & iura prædicta contra tempus per eundem Guilielmum Cardinalem protectorem præfigendum omninò teneri volumus. Hæc autem bona ſtabilia, proprietates, & iura ſic per nos diſmembrata, necnon omnia alia mobilia, & immobilia, quæ ex piorum fidelium teſtamentis, legatis, largitionibus, aut alias quomodocunque ipſis Conuentibus, & monachis in poſterum donata, conceſſa, & relicta fuerint, pro quorum conſecutione monachi Conuentum eorundem nomine etiam in iudicio agere, & experiri, ac in illo interuenire valeant, ſed & oblationes atque eleemoſynas in eorumdem Monaſteriorum eccleſiis erogandas pro conſtituenda menſa Conuentuali in ſingulis Monaſteriis prædictis, ac pro augmento earundem menſarum Conuentualium etiam perpetuò applicamus, & appropriamus.

Nihilominus tamen Commendatariis incumbat prout tenetur in eiſdem Monaſteriis, quæ Conuentum habent, Monaſteriorum, & eccleſiarum eorundem reparationi, ac aliis ad diuinum cultum neceſſariis prouidere quorum Monaſteriorum

Monaſteria commendata.

Clauſtra, & ædificia pro vſu manachorum conſtructa ad monachos prædictos in eis permanere contigerit, eorum liberi atque abſoluti iure eſſe decernimus. Liceat porrò Abbatibus, Prioribus, cæteriſque dicti ordinis monachis, & religioſis, corporalem poſſeſſionem bonorum ſic diſmembratorum, & applicatorum, ac vt præfertur aſſignandorum cum primum illa per Commendatarios aſſignata fuerint, & Clauſtrorum, ac ædificiorum, Monaſteriorum prædictorum Conuentum habentium, per ſe vel alium ſeu alios propria auctoritate abſque alicuius iudicis miniſterio liberè apprehendere, & apprehenſa retinere, ac eorundem bonorum ſiue proprietatum & iurium fructus in communes eorundem monachorum & miniſtrorum vſus & vtilitatem conuertere, ipſorúmque Chriſtianorum, & ædificiorum libero vſu pacificè frui, & gaudere quorumuis licentia ſuper his minimè requiſita.

Bonorum & fructuum poſſeſſio.

Vt autem prædicta Monaſteria ordinis ſancti Baſilij ſic in vnam congregationem redacta, eliminatis omnibus abuſibus, in via domini quotidie magis proficiant, conuentus omnium Monaſteriorum virorum conuentum habentium dicti ordinis ſancti Baſilij, quę iam in Italia, & prędictis Regnis erecta ſunt, quæcunque quotcunque, & qualiacunque ſint & per quoſcunque etiam Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinales in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, aut alias obtineantur, dignitatibus Abbatialibus eorundem ſemper ſaluis, ita vt de eis quotieſcunque vacabunt per Rom. Pont. & ſedem prædictam omni tempore diſponi liberè debeat, & ſine præiudicio iurium eiuſdem ſedis, quæ inuiolata permanere volumus, ac etiam de Ouiedo, & del Tardon, ac vallis del Galleguillos prędictorum, necnon omnium, & quorumcunque aliorum, quæ deinceps à congregatione & monachis prædictis Deo adiuuante erigentur & conſtruentur in eiſdem Italia, & Regnis, ac Prouinciæ Hiſpaniæ, ipſi congregationi in perpetuum aggregamus.

Monaſteriorum aggregatio.

Ac Monaſteriis, Conuentibus, Prioribus, & monachis prædictis, necnon conuerſis, & oblatis, aliiſq; etiam dictorum Monaſteriorum ſancti Baſilij Religioſis, & perſonis vt de cætero omnibus & quibuſcunque priuilegiis, prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indulgentiis, fauoribus, gratiis, & indultis tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, congregationi prædictæ Caſſinenſi, illiúſque perſonis & locis per quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros ac nos & dictam ſedem in genere, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, & innouatis, ac etiam per viam communicationis, ad eandem congregationem Caſſinen. extenſis, quibus illis vtuntur, potiuntur, & gaudent, & vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum (quæ tamen vſu recepta ſint, & ſacris canonibus, ac dicti concilij Tridentini decretis, ipſiúſque ordinis ſancti Baſilij inſtitutis non aduerſentur) vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant concedimus & indulgemus.

Confirmatio priuilegiorum.

Exemptio à iuriſdictione ordinariorum.

Eandémque congregationem ſancti Baſilij, illiuſq; Conuentus, monachos & perſonas quaſcunque ab omni Ordinariorum locorum, ac etiam eorum qui Monaſteria dicti ordinis etiam Archimandritatus appellata in Commendam, vel aliàs quomodolibet obtinuerint, eundémque Ordinem Sancti Baſilij expreſsè profeſſi non fuerint iuriſdictione, authoritate, & poteſtate penitus eximimus, & liberamus, ac ſub noſtra & Beati Petri protectione immediatè ſuſcipimus. Ita tamen vt omne ſub dicta exemptione comprehenſi, Abbatis Generalis, Viſitatorum, Abbatuum, Priorum, & aliorum Officialium, tam in dicto generali Capitulo, quam extra illud canonicè electorum, & aliorum, qui pro tempore eligentur, iuriſdictioni, viſitationi, morúmque correctioni iuxta eandem regulam Sancti Baſilij, ac eius Ordinis inſtituta omninò, prout eorum incumbit muneri ſint ſubiecti.

Abbatis & viſitatorum generalium in reparanda ordinis collapſa diſciplina officium.

Inſuper Abbati generali, & Viſitatoribus in Capitulo generali deputatis, vt Monaſteria, Prioratus & alia loca, ac Abbates, Priores, Conuentus, & perſonas congregationis prædictæ iuxta dicti Concilij decreta & regularia inſtituta prædicta viſitare, & tam in Capite, quàm in membris reformare, delinquentes inobedientes & rebelles corrigere puniri & caſtigare, regularia dicti Ordinis Sancti Baſilij inſtituta in illis exactè cuſtodienda introducere, ac in dicto Capitulo Generali pro tempore congregatis eiuſdem Congregationis Monachis quaſcunque ſtatuta, & ordinationes ad ſalutare ipſius congregationis regimen, & ad regularem obſeruantiam pertinentia (tamen & honeſta, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis,

Decretum irritans.

decretis, necnon regulæ ſancti Baſilij prædictis minimè contraria) an ipſo tamen Guilielmo Cardinale & pro tempore exiſtente dictæ congregationis Protectore antequam promulgentur examinanda, & approbanda condere valeant licentiam tribuimus.

Guilelmus Sirletus Cardinalis protector & deputator huius conſtitut.

Decernentes ſupradicta omnia perpetuò inuiolata fore, ſicq; per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata cuique aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari debere, necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Sed ne præſentium literarum effectus in longum protrahatur Guilielmo Cardinali prædicto præcipimus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios ipſas præſentes literas, & quicquid in eis continetur ab vniuerſis & ſingulis ordinis & congregationis ſancti Baſilij prædicti Abbatibus, Prioribus, & Monachis aliiſq; prædictis, & dictorum Monaſteriorum & Archimandritatuum prædictorum commendatariis etiam vt præfertur qualificatis inuiolatè faciat obſeruari, & ad aſſignandum & cum effectu tradendum pro monachorum & miniſtrorum numero alendo, ac menſa Conuentuali in his monaſteriis quibus eorum conuentus exiſtunt partem bonorum & proprietatum, ac iurium, clauſtráque & ædificia prædictę liberè conſignandum intra duos menſes à die publicationis earundem literarum hic de more conſtitutionum & literarum apoſtolicarum faciendæ numerandos, etiam per priuationem monaſteriorum & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum ab eis obtentorum, cæteráque omnia iuris & facti remedia opportuna compellat. Nos enim illi, & pro tempore exiſtenti protectori per ſe vel alium ſeu alios contra commendatarios omnes monaſteriorum & locorum Conuentuum prædictorum ſic in congregationem reductorum, qui congruam aſſignationem bonorum, proprietatum, ac iurium diſmembratorum præſtituto tempore facere diſtulerint, recuſauerint, negauerint, vel etiam quouis modo impediuerint, cæteróſque omnes ſua in præmiſſis quomodolibet intereſſe putantes etiam per edictum locis publicis affigendum citandi, & monendi, ac contra eos & prorſus contra quoſcunque alios contradictores & rebelles, eiſque auxilium, conſilium, & fauorem publicè vel occultè præſtantes, etiam ſummariè ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſed ſola facti veritate inſpecta, omni & quacunque appellatione remota, procedendi: & ad hunc aliorúmque præmiſſorum omnium executionem & effectum, tam eiſdem quàm etiam quibuſcunque Iudicibus & perſonis etiam ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, ac etiam per ſimile edictum, inhibendi, cenſuras & pœnas ipſas etiam ſæpius aggrauandi, interdictum eccleſiaſticum apponendi, auxiliúmque brachij ſecularis vbicunque opus fuerit inuocandi, necnon partem proprietatum & poſſeſſionum menſarum Abbatialium prædictarum, quæ ad redditum annuum pro victu & aliis ad vſum ſoliti monachorum, & miniſtrorum numeri ſatis ſint arbitrio eiuſdem Guilielmi Cardinalis & pro tempore protectoris, vel eorum qui ab eo deputabuntur, eligendorum, pro menſa Conuentuali etiam per ſubtractionem & alias prout ei viſum erit, perpetuò conſtituendi, & aſſignandi, cæteráque in præmiſſis & circa ea neceſſaria & opportuna faciendi & exequendi, etiam ſi talia fuerint quæ mandatum requirant magis ſpeciale quam præſentibus eſt expreſſum plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem.

Animaduerſio protectoris libera abſque fori ſtrepitu in rebelles & contradictores.

Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtris de vnionibus committendis ad partes, ac valore fructuum exprimendo, necnon de non tollendo iure quæſito, ac generalis, & vniones perpetuas niſi in caſibus à iure permiſſis fieri prohibentis nouiſſimè celebrati Lateran Conciliorum, ac piæ memoriæ Innocentij 4. quæ incipit Volentes, & Bonifacij 8 Rom. Pontificum de vna, & in eodem Concilio generali edita de duabus dietis, aliiſque apoſtolocis conſtitutionibus, necnon monaſteriorum & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus priuilegiis quoque indultis & literis apoſtolicis eiſdem monaſteriis, & ordinibus, eorúmque Superioribus & perſonis, etiam monaſteria & Archimandritatus eiuſdem ordinis in Commendam obtinentibus,

Clauſula derogatoria.

A die Publicationis poſt duos menſes ſuos effectus conſequitur hæc conſtitutio.

tibus,per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & eandem ſedem,etiam per modum ſtatuti perpetui , aciniti & ſtipulati contractus , ac alias ſub quibuſcunque tenoribus & formis,ac cum quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatoriis,aliiſq; efficacioribus & inſolitis clauſulis , irritantibúſque & aliis decretis in genere & ſpecie etiam ab immemorabili tẽpore quomodolibet conceſſis,approbatis, & innouatis , ac etiam vſu receptis , ac quocunque tempore factis & promulgatis,& quibuſcunque aliis indulgentiis , & literis apoſtolicis ſpecialibus vel generalibus quorumcunque tenorum exiſtant , per quæ præſentibus non expreſſa aut omninò,non inſerta effectus earum impediri valeant quomodolibet vel differri , & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis : quæ omnia contra earundem præſentium tenorem noluimus cuiquam in aliquo ſuffragari,contratriis quibuſcunque,aut ſi Commendatariis & perſonis prædictis, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam & ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Publicatio.

Poſtremô volumus vt lapſis ſtatim duobus menſibus à publicatione prædictæ literę prędictę ita vnumquemque ſupradictorum arctent ,ac ſi ſingulatim intimatæ fuiſſent earum quoque exempla etiam impreſſa,Notarij publici manu,& Prælati Eccleſiaſtici ſigillo obſignata , eandem illam prorſus fidem vbique locorum in iudicio & extra illud faciant , quam ipſiæmet præſentes facerent exhibitæ vel oſtenſæ.

Nulli ergo,&c.Si quis autem,&c. Datum Romę apud Sanctum Petrum , Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimo Nono , Kal. Nouembris,Pontificatus noſtri anno Octauo.

M.Datarius. Cæ.Glorierius

Ia.Brohue.

Anno à Natiuitate Domini 1580 Indictione 8. die verò 8. Menſis Ianuarij, Pontif.S.D.N.D.Greg.diuina prouidentia Papæ 13. anno 8. præſentes literæ apoſt.affixæ & publicatæ fuerunt in valuis principis apoſtolorum de Vrbe , & acie campi Floræ , & cancellariæ apoſt , & per aliquot temporis ſpatium dimiſſæ per me.Io.Freile S.D.N.Papæ Curſorem.

Io.Andreas Panizza Magiſter Curſorum,

XXIII.

Confirmatio Priuilegiorum Congregationis S.Hieronymi Ieſuatorum.

GREGORIVS Papa XIII. Dilecti filij ſalutem & Apoſtolicam, benedictionem.

Martinus V. ſub protectione ſedis Apoſtolicæ congregationẽ Ieſuatorum ſuſcepit.

SPECTATVS, Qui in caſtitatis , paupertatis , & obedientię pręceptis diligenter & exactè cuſtodiendis in vobis elucet,religionis zelus , quo duce,cœleſtis beatitudinis aſſidua contemplatione , ſiue corporis afflictione , ſiue orationis ſanctę ſtudio,contra humani generis aduerſarium vos communitis, nos inducunt, vt his, quę à prędeceſſoribus noſtris ad veſtrę congregationis decus, commodum, & ornamentum , ac animarum ſalutem conceſſa ſunt, apoſtolicę firmitatis robur adiiciamus,aliáſque deſuper diſponamus,prout in Domino conſpicimus expedire. Dudum ſiquidem fel.recor. Martinus Papa Quintus prædeceſſor noſter veſtræ congregationis, qui tunc eſſent,& in poſterum forent perſonas,oratoria , domos, atque loca conſtructa,& conſtruenda vbicunque forent conſtituta, cum perſonis, iuribus,& pertinentiis,necnon poſſeſſionibus,rebus,& bonis ſub Sedis apoſtolicæ protectione ſuſcepit.Ac deinde piæ memoriæ Eugenius Papa Quartus, Nicolaus Quintus,Pius Secundus,Sixtus Quartus,Innocentius Octauus,Alexander Sextus, Iulius Secundus,Leo decimus,Adrianus etiam Sextus , Clemens Septimus , Paulus Tertius,

Eugenius 4. variis priuilegiis & exemptionibus hanc congregationem commendauit.

Tertius,& Iulius etiam Tertius,ac Paulus Quartus,& Pius Quartus , & forſan alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri Congregationis eiuſdem vtriuſque ſexu perſonas variis indulgentiis etiam plenariis,ac peccatorum remiſſionibus,& facultatibus priuilegiis,immunitatibus exemptionibus,libertatibus,& gratiis,tam ſpiritualibus,quàm temporalibus,etiam per ſolam ſignaturam,ac viuæ vocis oraculo,ac alias per literas ſub plumbo,& ſub annulo Piſcatoris conceſſas in genere, vel in ſpecie,tam principaliter eidem Congregationi,quàm per viam communicationis ſiue extenſionis priuilegiorum,tam in Mari magno nuncupatis,quàm aliis literis quibuſcunque,tam Mendicantium ordinibus conceſſorum contentis,ornarunt,& decorarunt ac locupletarunt,illáque antea conceſſa confirmarunt,& approbarunt,ac perpetua roboris firmitate conſiſtere voluerunt. Necnon vltimo loco recolendæ memorię Pius Papa Quintus etiam prędeceſſor noſter omnia & ſingula priuilegia,facultates,immunitates,exemptiones,gratias , libertates , indulta, tam tunc per ipſum quàm quoſcunque alios Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, & ſedẽ apoſtolicam,quomodolibet Mendicantib.ordinibus conceſſa,ad vos veſtrámque congregationẽ,fratres,domos,eccleſias,& loca quæcunque,quoad ea quæ veſtræ regulæ,& modo viuendi non repugnarent,extendit & ampliauit,vóſque verè mendicantes & ſub mendicantium ordinibus eſſe,& comprehendi debere.necnon omnia & ſingula Conc.Triden.decreta pro mendicantibus huiuſmodi declarata & modificata,etiam pro veſtra congregatione huiuſmodi declaratus & modificatus fuit,& alias prout in ſingulis prædictorum prædeceſſorum literis deſuper confectis plenius continetur.Cum autem ea maiorem vim & robur obtinere noſcatur,quæ ſæpius fuerint auctoritate noſtra communita,ac pro parte veſtra qui prædicta auctoritate noſtra communiri,& approbari mirum in modum deſideratis,nobis fuit humiliter ſupplicatũ,vt in præmiſſis petitiones veſtras ad exauditionis noſtræ gratiam admittere,vobíſque ſatisfacere de benignitate apoſtolica dignaremur:Nos igitur vos ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequi volentes,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,priuilegiorum,facultatum,exemptionum,immunitatum,indultorum,& cuiuſuis generis gratiarum per dictos, & quoſcunque alios Romanos Pontifices,quibuſuis etiam ſpecialibus rationibus conceſſorum tenores,præſentibus pro expreſſis habentes,omnia & ſingula priuilegia , facultates, gratias,exemptiones,immunitates,libertates,indulgentias,ac peccatorum remiſſiones(citra tamen clauſulam porrigendi manus adiutrices) & conceſſiones etiam per vos ſufficienti ad id facultate ſuffultos,ad veſtræ congregationis,aggregatos, infraternatos,nuncupatos,extenſas, ac indulta ſupradicta quomodocunque , & qualitercunque conceſſa & approbata (quatenus ſint in vſu,ac ſacris canonibus,& Concilio Tridentino non contraria)ex certa noſtra ſcientia denuo in perpetuum apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus & confirmamus : illiſque perpetuæ & inuolabilis firmitatis robur addidimus præſentiſque ſcripti patrocinio communimus:omnéſque & ſingulos tam iuris quàm facti defectus,ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus. Decernentes præſentes literas ſub quibuſuis ſimilium vel diſſimilium gratiarum reuocationibus,ſuſpenſionibus, aut derogationibus, ſimilium vel diſſimilium gratiarum,indulgentiarum conceſſionum & aliorum quorumcunque nullatenus comprehenſa , ſed ſemper ab illis excepta eſſe cenſerique debere:ac de ſubreptionis,vel obreptionis,vitio ſeu intentionis noſtræ defectu notari,aut impugnari non poſſe,ſed eaſdem validas ſemper & efficaces exiſtere,ac nobis & veſtræ congregationi,in perpetuum ſuffragari,nec ad probandum omnis & ſingula præmiſſa alterius probationis adminiculum requiri,verum eadem in iudicio,& extra abundè fidem facere; Sicque,& nõ aliter in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque Iudices ordinarios ,& delegatos quauis auctoritate fungentes,etiam cauſarum palatij Apoſtoli Auditores , ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card.(ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate iudicari & diffiniri debere: Irritum quoq; & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchæ Venetiarum, & Archiepiſcopo Mediolan ac Epiſcopo Bononien. ſiue eorum in ſpiritualibus Vicariis

Pius V. omnibus priuilegiis Mendicantium ſiue vult Ieſuatos Hieronym.

Gregorius XIII. confirmat priuilegia Concilij Tridentini. decreto & ſacris canonibus probata.

Inuiolabile Pontificis reſcriptum ab omni contradictionum iniuria præſeruatur.

Decretum irritans,

Vicariis generalibus per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra, aut alicuius ex vobis, & pro tempore dictæ congregationis fratribus nunc & in futurum fuerint requiſiti, ſolẽniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra vos, & pro tempore dictæ congregationis fratres, & alios quoſcunque confirmatione, approbatione, ſuppletione, decreto, aliiſque præmiſſis iuxta præſentium continentiam & tenorem pacificè frui & gaudere: Non permittentes vos & veſtræ congregationis pro tempore fratres per quoſcunque indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari, Contradictores quoſlibet, ac rebelles, & in iis quæ præmiſſa concernunt, non parentes per opportuna iuris & facti remedia, ac demum per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Necnon legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias cenſuras, pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus, fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac ſimilis memoriæ Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium vltra tres dietas ad iudicium non trahatur ac quibuſuis aliis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus & ſynodalibus concilij editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon dictæ congregationis, & ordinis ſancti Hieronimi, ac regulæ Sancti Auguſtini, ſub qua militatis, necnon aliorum, tam mendicantium, quàm non mendicantium ordinum, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis apoſtolicis eiſdem, vel alicui eorum ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis etiam Motu proprio et ex ſimili ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica & expreſſa, non autẽ per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret eorum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, necnon omnibus illis quę dicti prędeceſſores in eorum literis voluerunt non obſtare, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus cõmuniter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret pręſentes literas ad quęcunque loca, ad quę neceſſe fuerit, deferri, volumus pręſentium exemplis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, ac dictę congregationis aut alicuius eiuſdem congregationis ſuperioris ſigillo munitis eandem fidem in iudicio, & extra adhiberi, qua pręſentibus exhibitis, vel oſtenſis vbique gentium & locorum haberetur.

Executorũ deputatio & facultates.

Bonifacij 8. conſtitutioni derogatur.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Datum Romę, apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Februarij milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

XXIIII.

Electiones quolibet triennio in capitulo generali fiendæ.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filiis Priori generali, Viſitatoribus Abbatibus, Prępoſitis, Prioribus, Vicariis, Pręlatis, Procuratoribus, ac officialibus quibuſcunque nunc & pro tempore exiſtentibus quocunque titulo nuncupatis, necnon Canonicis, Nouitiis, Conuerſis, commiſſis, ac quibuſuis aliis perſonis in Congregatione canonicorum regularium ſancti Saluatoris ordinis ſancti Auguſtini degentibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem

QVÆ inter religioſorum cœtus diſſidia excitant, ea ne altius expullulent, ſunt à nobis radicitus extirpanda. Cum igitur fe. re. Pius Papa V. prædeceſſor noſter per ſuas in forma breuis literas ſuper reformatione Congregationis veſtræ ſancti Saluatoris Ordinis ſancti Auguſtini emanatas ſub dat. Decembris. 1571. pontificatus verò ſui anno ſexto, iuſtis & grauibus de cauſis inter alia ſtatuiſſet, ordinaſſet, & decreuiſſet, vt decætero Capitulum generalem eiuſdem Congregationis in quo Prior generalis, Viſitatores, cæterique Prælati, ac etiam Procurator generalis eligerentur, quolibet triennio tantum, non autem vt antea ſingulis annis celebraretur. Noſq; per alias noſtras litteras ſub dat. 23. Matrij. M.D.LXXIIII. licet quoad rationem eligendi Priores, alióſque Prælatos Conuentuales tantum prædictas litteras, ita ratione, & nouo rerum euentu ſuadente immutauerimus, ac modificati fuerimus, cæteris tamen omnibus in eiſdem litteris contentis, & ordinatis, ac præſertim triennali electioni huiuſcemodi non ſolum non aliqua alia ex parte detrahere, aut vlla tenus derogare velle profeſſi expreſſè fuerimus, vt ipſa quoq; Conuentualium prælatorum officia ad Triennium extendentes, ea omnia confirmauerimus, atque approbauerimus, quemadmodum in dictis noſtris litteris plenius continetur. Nihilominus quia nuper nobis eſt inſinuatum nonnullos veſtræ Congregationis huiuſcemodi ordinationi, ac ſtatuto à prędeceſſore noſtro prouida, ac matura deliberatione inuento, à nobis confimato, & in veſtro generali Capitulo acceptato, & iam in vſu recepto non ſolum acquieſcere velle, ſed colore quodam de huiuſmodi litterarum noſtrarum validitate dubitandi, re autem vera temeritatis, & ambitionis ſtimulis agitatus de illa immutanda vel etiam reuocanda, verba facere auſos fuiſſe. Nos ad tollendum omne dubium, & huiuſmodi audaciam compeſcendam, & pacem, tranquilitatemque in dicta Congregatione veſtra perpetuò confouendam, & retinendam, apoſtolica auctoritate tenore pręſentium hac noſtra declaratione, determinatione, ac diffinitione, ſupradictam, de triennali electione, & adminiſtratione, ordinationem conſtitutionem & decretum, iterum & de nouo quatenus opus approbamus, confirmamus eique perpetuę, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, ac ſuper eo ſpecialiter, & expreſſè perpetuum ſilentium imponimus. Mandantes propterea vobis omnibus & ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub priuationis perpetuæ tam officiorum, dignitatum, & adminiſtrationum quarumcunque, quam vobis actiuæ & paſſiuæ, aliiſque eccleſiaſticis cenſuris arbitrio noſtro moderandis, & infligendis pœnis diſtrictè præcipientes, & inhibentes ne quis veſtrum publicè vel priuatim ſecretò vel palam in Capitulis generalibus vel conuentualibus intra monaſteriorum ſepta, vel extra, ac tandem vſque vel vnquam omninò de ſupradicto Triennio corrigendo, vel mutando amplius loqui ſeu tractare præſumant. Contrariis quibuſcunque non obſtantibus. Volumus autem ad huius declarationis & prohibitionis noſtræ faciliorem notificationem præſentium exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, vel etiam Prioris generalis pro tempore exiſtentis veſtræ congregationis munitis eandem prorſus fidem adhiberi, quæ pæſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ, Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 16. Decembris, M.D.LXXIX. Pontificatue Noſtri Anno Octauo.

Pius V. ordinauit quolibet triennio celebrari cap. generale & ibi eligi priorem generalẽ & alios prælatos. Gregorius XIII. conſtitutionem Pij V. confirmauit.

Pœna immutantium huius confirmationis decretum.

XXV.

Contra Homicidas, & alios capitali crimine Bannitos, vel diffamatos, eorúmque receptatores, & fautores.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

TANTA, tamque horrenda quotidie ſuccreſcunt ſanguinariorum, & ſceleratorum hominum maleficia, vt nobis, qui ſubditos noſtros charitatis potius vinculo, quam ſeueritate pœnarum in officio cõtineri ſemper optauimus, tandem neceſſe ſit ad ipſos procul à ſocietate humana ſubmouendos, noua remedia adhibere, ac ſimul cogitare, quomodo illos confouendi facultas tolli ab iis poſſit, ſine quorum auxilio impuriſſimi illi pleráque omnia delicta neque perficere, neque pœnas

nas effugere poſſent.

Pontificum variæ conſtitutiones extant editæ in bannitos.

Quæ fel. record. Pius II. Paulus item II. Sixtus IV. Iulius II. Leo X. Clemens VII. Pius IV. Pius V. & diuerſi alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri ſuo quiſque tempore, prout neceſſitas tulit, bene & prouidenter reſpicientes, conſtitutiones ſuas in exitiale hoc genus pro temporis, & criminum ediderunt, quas nos cum ſuis cenſuris, & pœnis omnibus, ac ſi ad verbū infererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis, ex certa ſcientia noſtra innouantes, ita vt illæ omnes præſentibus, & viciſſim præſentes illis vniuerſis. & ſingulis ad omnes earum omnium caſus, & partes ſubſidio ſint:

Hoc edicto perpetuo de Fratrum noſtrorum conſilio ſtatuimus, vt quicunque etiam Eccleſiaſtica, & quacunque dignitate præditus ſiue Dux, aut Comes, Marchio, Vicarius, Feudatarius, Gubernator, ſiue alius cuiuſuis conditionis & ordinis huius ſtatus, & ditionis noſtræ temporalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in eiſdem temporalibus mediatè, vel immediatè ſubiectus, etiam dominia, iuriſdictiones, & loca extra ſtatum prædicens, ac etiam cuicunque extraneus bona in eodem ſtatu, habens, homicidas, latrones, graſſatores, & alios quocunque crimine capitali bannitos, vel diffamatos in ſuis quiſque dominiis, locis, ſeu domibus, tam in ipſo ſtatu, quàm extra eum conſiſtentibus receptauerit, ſeu quod in huiuſmodi locis receptentur permiſerit quoquomodo.

In impedientes animaduerſionē in flagitioſos.

Ac etiam quicunque ne ij capiantur impediuerit, captóſque arripuerit, vel occultauerit, poteſtatémque euadendi fecerit, vel carcerem, aut aliam quamcunque cuſtodiam fregerit, conatúſve fuerit, ſiue ad hoc homines, arma, aliáve miniſtrauerit, ſeu alias exilium, conſilium vel fauorem palam, vel in occulto, ac quocunque modo præſtiterit.

Præterea quicunque iudices, miniſtros, vel executores iuſtitiæ in perquiſitione captura, ſeu abductione ac omninò in libera eorum officij executione impediuerit, verberauerit, inſecutus fuerit, concuſſerit, perterrefecerit, arma conclamauerit, aliósve concitauerit, ſeu mandauerit.

Cum præſentium auctoritate excommunicationis maioris ſententia innodamus, à qua ſolus Romanus Pontifex abſoluere poſſit, niſi in mortis articulo, & ſatisfactione debita præcedente.

Reus læſæ maieſtatis.

Ac præterea ipſum læſæ maieſtatis reum, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ rebellem pronunciamus,

Necnon ducatu, comitatu, marchionatu, terris, oppidis caſtris, dominiis, vicariatibus, guberniis, feudis, & aliis, quæ à Romana, & quibuſcunque aliis Eccleſiis obtinet ac obtinebit in futurum, cæteriſque omnibus bonis immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus rebus, & iuribus ſuis, necnon omni, & quacunque etiam Eccleſiaſtica dignitate, gratia, exemptione reali & perſonali, honore, priuilegio, & beneficio eccleſiaſtico, & temporali priuamus eo ipſo.

Ac ipſum, & eius filios indignos decernimus ad illa, & alia in poſterum obtinenda, & ad quoſcunque actus legitimos exercendos, quibus etiam portæ nunquā pateant illius dignitatis Eccleſiaſticæ vel mundanæ.

Filij criminis patrum conſcij.

Sintque vaſalli, cuſtodes, & populi à fidelitatis iuramento, & quocunque alio iure abſoluti.

Omnia eius ædificia ſubiiciantur, aut aliis Cameræ Apoſtolicæ iuribus adſcribantur.

Ducatus verò, ac dominia, vicariatus, gubernia, feuda, cæteráque bona, & iura prædicta, eorumque fructus, emolumenta, aliis Fiſci noſtri iuribus perpetuò applicamus. Et ita Cameræ Apoſtolicæ eo ipſo abſque declaratione ſuper incurſu pœnæ priuationis huiuſmodi, aut citatione eius, vel eorum, qui pœnam huiuſmodi incurrint, facienda, aut iudicis ſententia, vel decreto alia iuris, & facti ſolemnitate habenda, aut iudicis ſententia, vel decreto, vel alia iuris, & facti ſolemnitate habenda, perpetuò applicata, appropriata, & incorporata, & ad noſtram, Romaníque Pontificis pro tempore exiſtentis liberam diſpoſitionem pertinere volumus, ac ſi per lapſum temporis conceſſionis eorum, aut infinitam lineam ad ipſam reuertiſſent.

Nec

Nec quiſquam exemptionis, vel vetuſti priuilegij de recipiendis, & non conſignandis huiuſmodi facinoroſis, & bannitis, aut alio quocunque prætextu iuuari poſſit.

Declarantes, ducatus, dominia, vicariatus, gubernia, feuda, aliáque prædicta ſub conſtitutione dicti Pij V. prædeceſſoris ſuper huiuſmodi dominiis, & iuriſdictionibus in feudum, aut alias non concedendis edita minime comprehendi,

In excidium bannitorū plebs ad arma erumpere debet.

Communitates, necnon vniuerſitates omnium Ciuitatum, Terrarum, & locorum ſtatus prædicti cum primum de acceſſu, ſtatione, vel tranſitu bannitorum, & aliorum prædictorum notitiam habuerint ſi ſtatim populos ſuos armatos pulſu campanarum, & aliis ſignis non conuocauerint, illoſque non cœperint, & tutè cuſtodierint, vel ſi illos capere non potuerint, finitimas quaſque Communitates, & vniuerſitates, aut Dominios non commonefecerint, vel ipſi, aut eorum aliqui illos receptauerint, vel tolerauerint, vel cibus, commeatus, auxilio, conſilio, vel fauore, aut quocunque alio modo etiam vt euadant, per ſe, vel alios iuuerint, cenſuris, & pœnis omnibus ſupradictis ſupponimus, earumque etiam res, & bona omnia, necnon fructus, & emolumenta Fiſco prædicto modo, & forma præmiſſis applicamus eo ipſo.

Et nihilominus dilecto filio Camerario noſtro, cęteriſque omnibus ſingularum literarum prædictarum executoribus, & præterea Gubernatori Vrbis, ac cauſarum Curiæ Camerę prędictę generali Auditori per apoſtolica ſcripta mandamus vt quiſque pro ſe ad omnimodam illarum, & pręſentium noſtrarum, ac cenſurarum, & pœnarum omnium in eis contentarum executionem omninò procedentes, faciant illas omnes, & in eis contenta quęcunque, ſemper, & vbique per omnia loca prędicta, & ab omnibus ſub illis comprehenſis iuxtà ſingularem literarum earundem continentiam, & tenorem inuiolabiliter obſeruari.

Non obſtantibus pręmiſſis, ac omnibus, quę in ſingulis literis prędictis conceſſum eſt non obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcunque.

Conſtitutionis publicatio.

Vt autem pręſentes literę omnibus amplius innoteſcant, & ne quiſquam illarum ignorantia excuſare poſſit iubemus illas valuis Eccleſiæ Sancti Ioannis Lateranenſis, & baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in acie Campi Florę de more appendi, eiſque detractis, ipſarum exempla etiam impreſſa eiſdem in locis affixa relinqui, factáque huiuſmodi publicatione, volumus ipſas pręſentes hic in Vrbe publicatas die ſequenti, extra verò eam poſt decem dies, quoſcunque perinde arctare, atque afficere, & contrafacientes pœnas, & alia ſupradicta omninò incurrere, ac ſi eis ſingulis pręſentibus in propriis eorum perſonis, & locis intimatę fuiſſent.

Inſuper earundem pręſentium exempla etiam impreſſa, Notarij publici manu & Camerarij prędicti, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignata, eandem prorſus fidem vbique locorum in iudiciis, & extrà illa facere, quę ipſemet pręſentes facerent, ſi exhiberentur, vel oſtenderentur.

Nulli ergo, &c, Si quis autem, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo, octuageſimo, quinto idus Iulij, Pontificatus Noſtri anno nono.

XXVI.

Annullatio diſpoſitionum Beneficialium, quæ fiunt perſonis prohibitis propter genus, aut hæreſim, & à fide Apoſtaſiam: Et declaratio quòd omnia beneficia eiſdem quomodocunque collata, ad nouam Romani Pontificis diſpoſitionem pertinent.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN Eccleſiis præſertim inſignibus, hoc magnopere curandum eſt, vt Sacerdotes, & perſonæ ſalubribus earum inſtitutis conuenientes ordinentur, quòd quantum in nobis eſt enitimur, atque eos ab illis repellendos in primis contendimus qui propter genus, aut hæreſim, & à fide apoſtaſiam ſiue proprio, ſiue ſtirpis, ſiue cognatorum vitio contaminati, per canonicas ſanctiones aut ſtatuta ab hac ſede

firmata,

firmata, aut Apoſtolica priuilegia prædictis eccleſiis prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine diſtentis, huius generis nonnulli ad illarum Sacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam exiſtimationis ſuæ prodigi, & ſi ſe ab illis expulſum iri ſciant, ſpe tamen inconceſſa præſumunt, ſe inde vel permutatione, vel quoquo pacto beneficium penſionem, aut quid aliud exacturos Nos malum hoc, quo dictæ eccleſiæ ſæpius diuexantur, penitus euellere volentes, præſentium auctoritate decernimus, omnes & quaſcunque apoſtolicas, necnon Legatorum dictę Sedis, & aliorum omnium ab ea facultatem diſponendi habentium, ac etiam ordinarias diſpoſitiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum eiuſmodi eccleſiarum in quaſcunque perſonas ſic infectas, & per huiuſmodi ſanctiones, ſeu ſtatuta, vel priuilegia, vt præfertur, inhabiles vires & effectum non habere, perſonáſque huiuſmodi, illarum prorſus vſu & commodo carere, beneficiáque ipſa vt prius vacare, & quæ ex illis tempore diſpoſitionis Apoſtolicæ prædictis perſonis, illi reſeruata fuerint vel affecta, ſub eadem reſeruatione, vel affectione manere, Et tam illa quam etiam omnia alia non reſeruata neque affecta, de quibus ab ipſa Sede, ac Legatis & aliis facultatem habentibus prædictis, in huiuſmodi perſonas quomodocunque diſpoſitum fuerit, ad nouam Romani Pontificis diſpoſitionem dumtaxat pertinere, eaque ab aliis idoneis ab ipſa Sede dumtaxat, liberè impetrari poſſe;

Irritæ impetrationes.

Impetrationes tamen, ac etiam motu proprio conceſſiones, niſi modus vacationis, necnon caſus ac decretum huiuſmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, ſed definitè, nominatim, ac diſpoſitiones in illis exprimantur, omninò non valere, Ab ordinariis verò, (ceſſantibus reſeruationibus vel affectionibus apoſtolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilij ſubiacere, Necnon irritum & inane quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Reſeruationibus apoſtolicis fructuum, penſionum, & aliarum rerum huiuſmodi beneficiorum, in perſonas idoneas etiam de huiuſmodi contaminatorum conſenſu factis, eiſdémque ab illis interim præſtitis vel ſolutis nihilominus valituris. Nemo autem ignorationem prætexens, valeat excuſari, cum prædictæ prohibitiones ſatis manifeſtæ ſint, & quiſque ante petitionem vel acceptationem beneficiorum huiuſmodi, num illorum capax ſit debeat ſe probare. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo. Id. Nouembris, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Adſtipulatur hæc conſtitutio Pij V. *edicto ſub* Dat. Romæ *apud* S. *Petrum an.* 1566. 6. *Calend.* Februarij *beneficia omnia ob hæreſis crimen vacatura, ſibi reſeruante.*

Quæ quidem obſeruanda eſt. c. ſin. §. conſtitutiones, de hæretic. in 6. *Authent. vt nouæ conſtitut. in princip. quoniam generalis legis vim obtinet. c. paſtoralis, vbi omnes, de fid. inſtrum.* Abb. *Felin. &* Dec. *in* Rubric. *de conſtit nouum cùm non ſit, illam* Romæ *duntaxat publicatam, confeſtim omnes, etiam ignorantes vinciſſe, nulla etiam in* Germania *illius promulgatione facta,* Bero *in c. cognoſcentes, num.* 49 *&* 50. *de conſtit. Auſier. ad* Capel. Tholoſ. q. 445. *de communi.* Roland. *à* Vall. *conſ.* 8. *num.* 28. *lib.* 3. D. Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 185. *à num.* 8. *ad* 14. *vſque.*

Stante præcipuè decreti irritantis clauſula in ea adiecta, cuius natura eſt ignorantes ſtatim ligare, vt per Felin *in* 4. *limit. &* Dec. *num* 5. *d. in c. cognoſcentes, & de communi teſtatur idem* Menoch. *loco iam relato, num.* 24. *& ſeq.* Pute. *deciſ. vlt. die* 9. April. *lib.* 3. *num.* 3. *qua de re abundè per noſtrum heraclium lapidem* Ant. Gabriel. *de clauſul. concluſ.* 6. *cum aliis, de quibus copioſè ſtudioſiſſ.* D. Burſat. *omnia prætacta comprobans, conſ.* 43. *incip. ob crimen hæreſis, num.* 46. *cum tribus. ſeq. vol.* 1. *addimus.* Mandoſ. *ad allegat.* Lap. 84. *litera n. atque ad alleg.* 14. *liter.* D.

Eóque magis id firmandum videtur, poſteaquàm inter Germaniæ *impreſſa concordata legimus, beneficia ex depoſitione, priuationéve (prout hæc, de quibus ſermonem habemus vacare intelliguntur) reſeruata* Summo Pontifici *eſſe. ibi necnon per depoſitionem, ſeu priuationem, iuncto principali, & extremo verbo, reſeruamus. Atque in his verbis potiſſimè fixa erat opinio pro hac parte erudítiſſimis.* V. I. D, *& Summi* Templi *Colonien.* Canonici D. Hermanni Vinckhelij.

Quocircà,

Quocircà, Ordinarij *quamuis collatio firmitatis robur aliàs obtineret, peculiare tamen re-*
ſeruationis ius, dicta ex Pontificia *conſtitutione emanans, illam impugnaret,* Aegid. *deciſ.*
116. *ſi petens confirmationem, nume.* 2. Caſſador. *deciſ.* 6. *lite pendente, num.* 9. *de præbend.*
perſpicuum cùm ſit, Decretum *irritans omnia, quæ in contrarium poſt reſeruationes facta*
ſunt, annullare, c. ſi eo tempore, de elect. lib. 6. *Gaſpar de* Peruſ. *tracta. reſerua. quæſt.* 10. *Pa-*
riſ. conſil. 29. *num.* 21. *& ſeq. volum.* 4. Mandoſ. *in* 2. *reg.* 2. *quæſt. num.* 13. *Mohedan. deciſ.* 301.
Regula cancellariæ, ibi & etiam.

Cæterùm, oppoſitam partem, & ſic affirmatiuam, *in illis tantùm beneficiis, quæ iure con-*
ſueto Ordinarij *Germaniæ conferre poſſunt, complectimur, ex eo quod* Ordinarius *de com-*
muni iure, in beneficiorum Diœceſis *ſuæ collatione fundatam intentionem habet. c.* 2. *c. ex par-*
te. c. conſtitutus, de conceſſ. præbend. c. omnes baſilicæ. 16. *quæſt.* 6. *c. ordinarij, de offic ordinan.*
lib. 6 *c. gratia, & ibi* Franc. *num.* 2. *de reſer. in eod. lib.* Milis *in repert. ver.* Epiſcopus *fundat,*
tradit Aegid. *deciſ.* 717. *collationes præbendarum. num.* 3. Caſſador. *deciſ.* 22. *variæ reperiun-*
tur, de præbend. Mandoſ *in* 4. *quæſt.* 13. *regul. num.* 2. *& in c. quæſt.* 14. *reg. num.* 2. *Scitè dixit*
Burſat. *conſil.* 126. *Cùm nihil ſit. num.* 44. *cum præced. & ſeq. immò fundatam habet inten-*
tionem in omnibus menſibus, niſi obſtent reſeruationum impedimenta, Put. *deciſ.* 492. *in*
vna Corduben. *num.* 3. *lib.* 2.

Atque in ſpecie, quòd hæretici beneficia poſſit in eius menſibus Ordinariis *conferre, aliàs*
Rota Romana *ſuppoſuit,* Achille de Graſſ. *teſte, deciſ. ibi in c. hæreticus, ſub* Rubr. *de hæreticis,*
quam retulit D. Lancellot. *de attentat.* 2. *part. c.* 5. *de attent. accuſat. pend. num.* 36.

Qua concluſione firmata, non obſtat *iã dicta* Pōtificis *conſtitutio. Primò, quia in* Germa-
nia non fuit publicata, ideóque ignorantes ligare non poteſt. c. vt animæ, de conſtit. in 6. *Ro-*
man. conſil. 128. *pro plena. num.* 7. *ipſáque ignorantia iſto in caſu probabilis eſt,* Cardinal.
conſil. 40. *prædictæ conſtitutionis, in princip.* Geminian. *conſil.* 78. *formantur iſta, num.* 1. *&*
ſeq. Mandoſ. *ad* Roman. *conſil.* 260. *in propoſito, ver. valida. litera, c. & hanc eſſe receptiorem*
vtriuſque iuris profeſſorum ſententiam, quòd ſcilicèt publicatio in Germania *requirebatur,*
Sotus *ſidem facit, de iuſt. & iur. lib.* 1. *quæſt.* 1. *artic* 4. *cum* Alphonſ. Caſtr. *de poteſta. legat. c.*
1. *ad ſin. Quòd tantum ſignificare ſatis ſupérque eſt, vt probandi onus in aduerſarium tranſ-*
feratur, Dec. *& cæteri in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Quinimmò probare quis tenetur*
extrauagantem eſſe vſu receptam, Gozadi. *conſil.* 16. *num.* 16. Pute. *deciſ.* 281. *ſtatim laudan-*
da, in ſin. lib. 1. Burſat. *conſil.* 55. *num.* 20. *lib.* 1. *Certo certius cùm ſit promulgationem* Romæ
duntaxat factam, veriori ex opinione vt Prouincias *arctet, non prodeſſe, vt poſt gloſſ. in eod.*
c. cognoſcentes voluerunt. Abb. *num.* 2. Felin. *num.* 21. *atque* Bero. *num.* 52. *&* 53. *qui de ve-*
riori teſtatur, & latiſſimè proſequitur idem Burſat. *conſ.* 200. *Quidam clariſſ. num.* 200. *nu.*
cum plur. ſeq. lib, 2. *ibique num.* 104. *apertè concludit,* Pontificis Conſtitutiones *per omnes*
Prouincias *omninò inſinuandas fore, quod repetit in conſil. ſtatim indicando* 225. *num.* 31. *&*
de Natta *meminit conſil.* 498. *num.* 20. *eóque loci. num.* 109. *Palinodiæ partem cecinit, dum*
ad prius per eum firmata in dicto conſil. 43. *num.* 48. *volum.* 1. *pro aduerſa opinione ſuprà*
per nos adducto, reſponſum aptare neruos intendit: hoc idem ſequitur in conſil. 255. *ex plu-*
ribus. num. 30. *cum tribus ſeq. confert* Ant. Gabriel. *lib.* 6. *de legibus, concluſ.* 4. *num.* 1. *&* 6.
dum ex magis communi probat, à publicationis die diſpoſitionem ligare.

Nec *obeſt de irritanti decreto* Piinæ Conſtitutionis *obiectum: nam contrarium* Rota *aliàs*
Sarnen. *proponente determinauit, in vna* Brixien. *donationis fructuum, de qua per* Pute. *de-*
ciſ. 281. *incip.* Duodecima Maij 1542. *libro primo, quo loci in terminis oſtendit,* Conſtitutio-
nem extrauagantem cum decreto irritanti Romæ *publicatam, non tamen in loco* Patriarchæ
Conſtantinopolitan. *illum non ligaſſe: ſubdens, quòd decretum licèt ignorantes afficiat, id ta-*
men intelligendum eſt, poſt publicationem in loco: & hanc pluribus relatis, communem dicit
Mandoſ. *ad* Roma. *conſil.* 330. *circa primum, verſ. puto, litera.* M.

V*erùm, concluſio hæc non tenuem compati poſſet ſcrupulum, ex* 13. *è regione authoritati-*
bus alicuius fortaſſe ponderis per Gabrielem *cumulatis, tit. de clauſulis, concluſ.* 3. *effectu* 5.
num. 45. *quem* Burſat. *dicto conſil.* 43. *num.* 49. *primo loco ſecutus, in cæteris eius reſponſis non*
confutauit: neque receptionem ponderandi fert in præſens occaſio: peregemus ad alia.

Non *obſtat ſecundò iam relata* Conſtitutio: Quoniam *dato etiam, non conceſſo, quòd publi-*
cata fuerit, tamen in his partibus cum vſu recepta non appareat, ideò illam ſeruare non tenen-
tur. c. final § hæc & ſi legibus. 4. *diſtinct. gloſſ. communi placito recepta in c.* 1. *de treug. &*
pac. Benedi. Capra *reg.* 5. *per totam,* D. Hippolyt. Riminal. *conſil.* 108. *nu.* 10. *& ſeq. volum.*

1. Burſat.

I.Burſat.dicto conſil.255.num.3.addimus Mandoſ. in 1.quæſt. reg. 23. de nendicantibus. num 5.& ſeq.addimus Nauarr.in Manual.c.23.num.40.& 62.

Tertiò,haud nocet ipſa Piina,poſtquàm ex concordatorum Germaniæ vigore, Ordinarij liberè in ſex alternatiuis menſibus poſſunt beneficia conferre, & hoc reſeruationibus factis, & faciendis ſub quacunque verborum forma non obſtantibus,vt legitur in ipſis concordatis. §. placet etiã nobis,& de verbo ad verbũ refert Pute in deciſ. Quæ concordata cùm reducant nos ad ius commune,fauorabilia eſſe dicit Caſſador.deciſ.vnica,incip.concordata Germaniæ. num.2. de pact. Et pleniſſimè in ordinariorum fauorem,& contra concedentem interpretanda,quibus Pium V.fœlic.memor.ſpecialiter derogaſſe,prout requirebatur,non inuenitur, & hoc,ſi illam amplecti velimus opinionem,quòd ſcilicèt Papa illis derogare poſſit,iuribus ibidem per nos iudicatis,quibus addimus Mandoſ.1 regul. Cancell. quæſt. 2.ſub num. 12. ibi, immò etiam in Gallia.Quamuis valdè vrgeat Mohedan.deciſ 233.Imperatori ſeu Regi Romanorum,in fine,vbi dicit,concordatis Pontifices derogare nnn cenſentur. Æquum tamen & Iuri conſonum videtur Gregorij Pontificis conſtitutioni adherere qua primum hæretici & naturalium genere obſcuri à beneficiis arcentur.

XXVII.

Declaratio Regulæ Fratrum Minorum S.Franciſci de Obſeruantia in Regnis Aragoniæ,& Valentiæ,ac Principatu Cathaloniæ,commorantium.

GREGORIVS Papa XIII.Ad perpetuam rei memoriam.

Ex quo nos Deus ad regendam eccleſiam ſuam conſtituit,paſtoralis officij cura nos ſemper excitauit, & quotidie excitat, vt regularis obſeruantiæ profeſſores,qui ſe totos Dei obſequio manciparunt,adiuuemus,& nihil, quod eorum ſanctum piè in Chriſto viuendi inſtitutum retardet, prætermittamus, Licet quidem arbitremur ſatis nos quieti,& ſtatus tranquillitati dilectorum filiorum profeſſorum ordinis fratrum minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia Reformatorum nuncupatorum ſuper modo viuendi eorundem profeſſorum Reformatorum, cum declaratione ampliatione,& confirmatione aliarum literarum fel.recor. Clementis Papæ VII.prædeceſſoris noſtri per alias noſtras in forma breuis die tertia Iulij milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono Pontificatus Noſtri Anno Octauo,confectas literas iam prouidiſſe, Nihilominus nuper nonnulli præfatorum fratrum Reformatorum,recollectorum nuncupatorum,Prouinciæ Cathaloniæ,ad nos recurſum habuerunt,ac conqueſti ſunt ad huc impedimenta quædam, ac moleſtias ſibi aliquas per fratres Minores de obſeruantia eiuſdem prouinciæ inferri,quibus fit,vt ſecundum eorum laudabile,& pium inſtitutum, tranquillam, & quietam vitam minime traducere poſſint,etiam contra dictarum noſtrarum literarum ſeriem,ac tenorem. Quare pro parte eorundem fratrum Reformatorum dictæ Prouinciæ fuit humiliter ſupplicatum, vt illi de ſufficienti,& opportuno remedio benigne prouidere dignaremur. Nos præfatorum fratrum Reformatorum truanquillitati, & quieti,eorumque propagationi,& profectui conſulere cupientes,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,ac de conſilio Venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper viſitatione Apoſtolica,conſulatione Epiſcoporum, & Regularium reformatione deputatorum, quibus hoc negocium examinandum mandauimus,omnia & ſingula Monaſteria, Domos,& loca eorundem Fratrum Reformatorum,& Recollectorum dictæ Prouinciæ Cathaloniæ,necnon Prouinciarum Aragoniæ, & Valentiæ nunc, & pro tempore exiſtentia,ſeu hactenus recepta erecta,& inſtituta,ac in poſterum in eiſdem tribus Prouinciis recipienda,erigenda,& inſtituenda ab eiſdem tribus prouinciis aliorum fratrum eiuſdem ordinis Minorum de obſeruantia nuncupatorum penitus, & omninò in perpetuum,apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſeparamns,ſeiungimus,& diſmembramus,ac fratres reformatos earundem trium prouinciarum ab omni iuriſdictione,viſitatione,correctione, & ſuperioritate Miniſtrorum prouincialium,& aliorum prælatorum,& ſuperiorum fratrum dictarum prouinciarum non reformatorum,ſeu non recollectorum perpetuò eximimus, & liberamus.

Hic Pontifex edidit conſtitutionem obſeruandam à fratribus reformatis de obſeruantia.

Soluuntur à iuriſdictione miniſtrorum Prouincialium omnes reformati commorantes in regnis Arragoniæ & Valentiæ ac principatu Cathaloniæ.

Verum eorundem frarrum reformatorum,ſeu recollectorum monaſteria,

ria domos,& loca quæcunque in Regnis Aragoniæ,& Valentiæ,ac Principatu Cathaloniæ hactenus habita,ſeu recepta,erecta,& inſtituta,atque in poſterum habenda,& recipienda,erigenda,& inſtituenda in vnam prouinciam à præfatis aliis prouinciis penitus diſtinctam eiuſdem ordinis minorum fratrum reformatorum de obſeruantia nuncupandam,per vnum miniſtrum prouincialem in capitulo dictæ Prouinciæ ex eiſdem reformatis eligendam,regendam,& gubernandã, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium in perpetuum erigimus,& inſtituimus, ita vt Prouincia fratrum reformatorum huiuſmodi ſic erecta,& inſtituta ſub obedientia, & ſuperioritate miniſtri generalis totius ordinis præfati,ac illius Commiſſarij generalis in partibus vltramontanis exiſtentis, ſicut aliæ prouinciæ eiuſdem ordinis ei ſubſunt,perpetuò ſubſit,atque ſubiecta remaneat,ipſeque Miniſter, vel Commiſſarius generalis per ipſum,vel alium virum idoneum eiuſdem,vel alterius Prouinciæ,aut cuſtodiæ reformatorum vel Diſcalciatorum,cui per ſeptem ſaltem annos in eadem reformatorum, aut diſcalciatorum obſeruantia extiterit, iuxta eorum regulam & inſtituta regularia ab ipſis fratribus reformatis obſeruari ſolita, eos tam in capite quàm in membris viſitare,corrigere, & reformare, ac etiam punire poſſit,intra monaſteria tamen eorundem fratrum Reformatorum, Ac dictus Miniſter,ſeu commiſſarius generalis nequaquam poſſit,aut debeat quouis prætextu aliquibus ſtatutis eoſdem reformatos moleſtare,aut perturbare, vel etiam ipſius Miniſter prouincialis,vel alterius prælati ipſorum fratrum reformatorũ poteſtatem, & facultatem,vel gratias,conceſſiones,& immunitates eiſdem fratribus reformatis conceſſas,ſeu illorum ſtatuta quouis prætextu aut quæſito colore directè vel indirectè arctare,annullare ſuſpendere,alterare,immutare,impedire,contrafacere, aut inquietare,nec etiam eoſdem fratres reformatos,aut eorum aliquem extrà dictam eorum Prouinciam,niſi pro aliarum prouinciarum, aut cuſtodiarum viſitatione, reformatione,vel correctione amouere, aſſignare, extrahere, aut transferre, nec illos ad quaſcunque alias prouincias mittere,aut retinere, niſi aliter in eorum capitulo prouinciali fuerit ordinatum,& multo minus ad ipſorum reformatorum loca non reformatos,etiam Nouitios,vel monialium confeſſores, aut alios quoſcunque à reformatis non receptos mittere,aut in eiſdem collocare, vel retinere, niſi de eorum conſenſu,nec etiam reformati ipſi aliquem præfatorum non reformandum recipere,vel ad conuiuendum,ſiue de familia in eorum locis admittere vllo modo cogi poſſint. Pro neceſſariis autem negociis ſuæ prouinciæ poſſit Prouincialis Miniſter reformatorum huiuſmodi ad Sedem Apoſtolicam,vel ad totius ordinis protectorem recurrere,vel mittere. Porrò ſtatuimus,& ordinamus, vt capitulum prouinciale ſecundùm ordinis conſtitutiones, in propriis prouinciæ locis per reformatos fiat,quando & vbi iuxtà eaſdem ordinis conſtitutiones fuerit ordinatum Huiuſmodi autem capitulo prouinciali Miniſter, aut Commiſſarius generalis præfatus hic voluerit, per ſeipſum præſidere poſſit. Si vero per alium, tunc niſi per aliquem fratrem eiuſdem,vel alterius prouinciæ, vel Cuſtodiam Reformatorum,aut Diſcalceatorum,qui præditus ſit eiſdem qualitatibus,quibus viſitator ad eos,vt ſupra mittendus præſidere poſthac valeat. Electione prouincialis Miniſtri per reformatos in eorum Capitulo prouinciali canonice facta, idem prouincialis Miniſter ſic electus officium ſuum exercere poſſit,abſque alia confirmatione, quàm tamen à Miniſtro, vel commiſſario generali mox petere, idem verò miniſter vel commiſſarius generalis,niſi iuſta,& rationabili cauſa ſubſit,concedere teneantur, Pædictus verò nunc, & pro tempore exiſtens Miniſter prouincialis reformatorum eandem poteſtatem habeat in ſuam prouinciam & fratres,quam alij dicti ordinis Miniſtri prouinciales in ſuas prouincias & fratres habent,tam vigore regulæ, quàm priuilegiorum, & indultorum per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſorum,quæ tamen obſeruantiæ huiuſmodi ſtrictiori non repugnent,præſertim verò ipſos fratres reformatos, illorúmque domos,Monaſteria,& loca quæcunque illorumque perſonas viſitandi, reformandi,corrigendi,puniendi,& caſtigandi,iuxta ordinis inſtituta,ac capitulum prouinciale ſuis loco,& tempore indicendi,conuocandi,& celebrandi,ac Cuſtodes Guardianos,& quoſcunque Officiales neceſſarios vna cum eiuſdem Capituli diffinitoribus,

Prouincialis à fratribus reformatis eligendus ad regionẽ prouinciæ à cæteris prouinciis diſtricta.

Prouincia ſub obedientia miniſtri vel commiſſarij generalis.

Miniſter generalis vel commiſſarius, capituli generalis præſes.

Confirmatur miniſter prouincialis à miniſtro vel commiſſario generale.

ribus,& vocalibus eligendi, necnon quæcunque ſtatuta, & ordinationes bonum regimen dictæ prouinciæ,ac Dei ſeruitiũ concernentia in eorum capitulo edendi,editáque corrigendi,mutandi,& in totum,ſi videbitur, abrogandi, ac de nouo edendi,dummodo ſacris Canonibus, & decretis ſacri generalis Tridentini Concilij,ac conſtitutionibus apoſtolicis, ac eorum reformationi, atque obſeruantiæ non aduerſentur,necnon abuſus quoſcunque tollendi,& emendandi, Monaſteria & Domos in quibuſcunque locis dicti principatus Cathaloniæ, & Regnorum Aragoniæ,& Valentiæ,cuiuſuis licentia deſuper minime requiſita,de conſenſu dicti eorum Capituli,ac obtenta licentia ordinarij loci,& alias,iuxtà decretum eiuſdem Concilij Tridentini erigendi,conſtruendi,& ædificandi, Præterea, vt qui in familia fratrum de obſeruãtia profeſſionem emiſerint,& ad reformatos de huiuſmodi obſeruantia reformatorum in futurum tranſire voluerint, habeant annum probationis continuum à die ingreſſus,ſicut alij nouitij ad deliberandum, an in huiuſmodi obſeruantia reformatorum remanere velint. Poſt præſentium autem publicationem & dictum annum completum,declaramus illos haberi pro profeſſis inter reformatos in monaſteriis,& prouincia eorundem, nec ipſos ad eoſdem fratres de familia niſi de Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali,ſine apoſtaſiæ nota amplius redire poſſe,quo etiam anno peracto,tam Nouitios in prouincia reformatorum expreſsè profeſſos,quàm profeſſos in familia,qui annum continuum in dicta prouincia reformatorum peregerunt,volumus ad regulæ fratrum minorum,iuxtà fel.record.Nicolai III.& Clementis V.Romanorum Pontificũ,etiam prædeceſſorum noſtrorum declarationes &Clementis. VII.literas præfatas obſeruantiam teneri,nec ab ea reformatorúmque ipſorum obedientia recedere poſſe.Liberum verò ſit eidem Miniſtro prouinciali,etiam nullo Miniſtri generalis,vel aliorum prælatorum aliarum prouinciarum familiæ de obſeruantia præfatæ habito,vel requiſito conſenſu,vel licentia fratres,tam nouitios quàm profeſſos earundem prouinciarum familiæ habentes tamen bonum teſtimonium vitæ, & morum, in eadem prouincia reformatorum ad profeſſionem,& ad obſeruantiã huiuſmodi reformationis reſpectiuè abſque vllo penitus impedimento,de conſilio tamen,& conſenſu fratrũ illius loci in quo recipiuntur,recipere,&admittere.Si verô fratres de familia præfata in aliquo eorum monaſterio vel domo huiuſmodi obſeruantiam,& reformationem, vel maior, & ſanior pars eorum ſponte ſua amplecti voluerit, illico dictum monaſterium, vel domus ſub obedientia eiuſdem Miniſtri prouincialis reformatorum eſſe cenſeatur,atque in illius prouincia connumeretur, ſicut ex nunc illa ei ſubiicimus,& præfatæ prouinciæ reformatorum annectimus,& incorporamus.Præterea ſi in capitulis generalibus ordinis aliquæ conſtitutiones,vel decreta præſentibus literis,& huiuſmodi reformatorum obſeruanciæ non contraria edita fuerint,reformati ipſi ea omninò ſeruare teneantur.

Miniſtri prouincialis facultates.

Prouincialis abſque facultate generalis miniſtri ſuſcipit profeſſuros.

Volumus etiam, vt in terris,& locis, vbi ſunt vel erunt Monaſteria fratrum de familia, ac fratrum reformatorum, vt eodem tempore, & die eleemoſynæ ab vtriſque oſtiatim minimè petantur,ſed mandamus, vt inter ſe concordent, & dies diuidant,quibus ſinguli pro eorum monaſteriis eleemoſynas petant,ne inuicem ſe impediant cum ſcandalo aliquorum, niſi forſan ciuitas, vel oppidum eſſet adeò amplum,vt id commodè ab omnibus eo die prȩſtari poſſet. Decernentes prȩſentes literas nullo vnquã tempore de ſurreptionis,vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ ſeu quopiam alio defectu,etiam ex eo quod intereſſe habentes vel fratres de familia,ſeu obſeruantia præfati,aut quicunque alij vocati nõ fuerint,notari,argui, ſeu impugnari,aut ſub quibuſcunque reuocationibus, ſuſpenſionibus,limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus etiam ab eadem Sede emanatis, etiam quæ in poſterum emanabunt,comprehendi non poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuóſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere, ſicq; per quoſcũque Iudices& Commiſſarios quauis auctoritate fungentes,etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,& Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate vbique iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Diſtri-

ctius

ctius inhibentes Generali & prouincialibus Miniſtris dictorum fratrum de obſeruantia,ſeu familia præfatis,& eorum Viſitatoribus,Commiſſariis,& prælatis nunc & in perpetuum pro tempore exiſtentibus,& illorum Generalibus, & prouincialibus Capitulis,perſoniſq; quibuſcunque in illis congregandis, ac omnibus, & quibuſlibet quos præmiſſa concernunt,aut in poſterum quomodolibet concernent, & quibuſuis aliis cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus,ordinis,& conditionis fuerint ne ſub indignationis noſtræ, & excommunicationis pœna reformatos præfatos illorúmque prouinciarũ, domos miniſtrum prouincialem,Cuſtodes, Guardianos, Diſcretos,Officiales,& fratres,ſeu alios quoſcunque,quos præmiſſa quomodolibet concernunt,aut in poſterum concernent, quominus præfatis omnibus & ſingulis pacificè fruantur, ſeu præfata omnia & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum impedire,retardare,aut perturbare audeant, vel præſumant. Reuocantes prȩterea,& annullantes omnes,& quaſcunque facultates, commiſſiones, & mandata à nobis forſan,& ſede apoſtolica,vel Nuntio noſtro in eiſdem partibus,& regnis commorante, quomodolibet hactenus conceſſas, factas, ſeu data aliquibus fratribus dictæ familiȩ,& ordinis viſitandi,corrigendi,& reformandi, ac puniendi prȩfatos fratres Reformatos in dictis principatu, ac Regnis exiſtentes, prout eaſdem tenore præſentium reuocamus, annullamus,caſſamus,& abolemus. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis Tarraconnen. Cæſarauguſtan. Valentin. & Epiſcopo Barchionen. ac dilecto filio noſtro, & ſedis apoſtolicæ Nuntio præſenti & pro tempore in Regno Hiſpaniarum exiſtenti per præſentes mandamus, quatenus ipſi,vel duo,aut vnus eorum,per ſe,vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quȩcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum Reformatorum præfatorum deſuper fuerint requiſiti ſolenniter publicantes: illiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes,faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus,& ſingulis, iuxtà præſentium continentiam & tenorem pacificè frui,& gaudere, non permittentes eos deſuper per Generalem, & prouinciales miniſtros,ac Prælatos fratrum de Obſeruantia, ſeu de familia, alióſque præfatos quomodolibet indebitè moleſtari,contradictores quoſlibet, & rebelles,ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas,aliáque opportuna iuris,& facti remedia,appellatione poſtpoſita,compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus illos ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando,illáſque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtan.re.me.Leonis papȩ X. etiam prædeceſſoris noſtri ſuper vnione fratrum minorum de obſeruantia, & nuncupatione eorundem, & dictis literis Clementis VII. & quæ idem Clemens voluit non obſtare,necnon Bonifacij papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, per quam cauetur expreſsè ne profeſſores ordinum mendicantium loca ad habitandum abſque dictæ ſedis licentia ſpeciali recipere, ſeu de nouo ædificare poſſint, de prohibitione huiuſmodi expreſſam mentionem faciente,ac vna,& Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quiſq; vigore præſentium ad iudicium vltra tres dietas non trahatur Bulla aurea Mari magno nuncupatis, ac noſtra de non tollendo iure quæſito quatenus opus ſit, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis,ac dicti ordinis etiam iuramento,confirmatione apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis apoſtolicis dicto ordini, eiúſque generali Miniſtroq;, & aliis prælatis, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis; Quibus omnibus,& ſingulis, etiam ſi de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica,expreſſa,& indiuidua,non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut alia expreſſio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus,cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam, ac de verbo ad

verbum

Impedientes effectum huius conſtitutionis ſtatutis hic pœnis coercentur.

Leonis X. Clementis VII. & Bonifacij octaui conſtitutionibus derogatur.

verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod interim, & vſq; ad futurum proximum Capitulum prouinciale dicta prouincia, per præſentes erecta per dilectum filium Angelum de Paz dictæ prouinciæ Cuſtodem, quem ex nunc in eiuſdem prouinciæ Vicarium prouincialem, auctoritate, & tenore præfatis ac ex certa noſtra ſcientia creamus, conſtituimus, & deputamus, regatur, & gubernetur. Cæterùm quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, vbi neceſſe fuerit, deferri, volumus etiam, & dicta auctoritate decernimus, vt dicta auctoritate decernimus, vt earum tranſumptis etiam impreſſis ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & manu Notarij publici ſubſcriptis, eadem prorſus fides tam in iudicio, quèm extra illud vbilibet adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 18. Februarij. M.D.LXXXI. Pontificatus noſtri anno nono.

Angelus de Paz prouinciæ adminiſtrator.

XXVIII.

Medici Hebræi vel infideles ad Chriſtianorum curam non admittantur.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

ALIAS Piæ me. Paulus Papa Quartus prædeceſſor noſter edita perpetua conſtitutione inter alia ſanciuit, ne Medici Iudæi etiam vocati, & rogati ad Chriſtianorum ægrotantium curam accedere, aut illi intereſſe poſſent: quam conſtitutionem poſtea Pius Papa Quintus etiam prædeceſſor noſter per ſuas literas approbauit, innouauit, & confirmauit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit: ac voluit, & ſub intimatione diuini iudicij præcepit, & mandauit, omnia in eadem conſtitutione contenta in poſterum firmiter obſeruari non ſolum in Terris, & Dominiis Sanctę Romanę Eccleſię ſubiectis, ſed etiam vbique locorum. Quia tamen nobis non ſine magna animi noſtri moleſtia innotuit, ea minimè obſeruari, ſed multos ad huc ex Chriſtianis hominibus eſſe, qui dum ſuos corporum languores illicitis mediis, & pręcipue Iudęorum, ac aliorum infidelium opera ſanari cupiunt, verę ſalutis animarum ſuarum, & corporum ſimul immemores fiunt & (quod valde dolendum eſt) in damnationis ęternę maximum ſępe diſcrimen incidunt, medicis Iudęis, & infidelibus huiuſmodi ad ipſorum curationem vocatis, & adhibitis: vnde fit, vt & Iudeis, ac aliis infidelibus magna detur delinquendi occaſio, & ſimul ſalutare pręceptum negligatur ab Innocentio Papa III. ſimiliter prędeceſſore noſtro in Concilio generali quondam emiſſum, & deinde à prędicto Pio V. innouatum, quod omnes medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati eſſent, ipſos ante omnia monerent, vt idoneo confeſſori omnia peccata ſua iuxta ritum Sanctę Romanę Eccleſię confiterentur, neque tertio die vlterius eos viſitarent niſi longius tempus infirmo confeſſor ob aliquam rationabilem cauſam, ſuper quo eius conſcientia onerabatur conceſſiſſet, & eis per fidem confeſſoris in ſcriptis factam conſtaret, quòd infirmi peccata ſua confeſſi fuiſſent. Idcirco nos tám Iudęos, qui aduerſus mandata huiuſmodi apoſtolica committere audent, quàm Chriſtianos qui illos ad ſe accerſunt, vel medendi licentiam concedunt, & viam ad delinquendum eiſdem aperiunt, coercere volentes, ſupradictas prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac inuiolabiliter obſeruari mandamus, atque hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione, eiſdem conſtitutionibus, & præceptis pro firmiori illorum obſeruatione addentes, vniuerſis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus diſtrictè inhibemus, & interdicimus, ne poſthac Iudæos, vel alios infideles ad ipſorum Chriſtianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocent, ſeu admittant, aut vocari, admittiue faciant, concedant, vel permittant. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, necnon dilectis filiis aliis locorum ordinariis, & quibuſuis Parochis, aliiſvé animarum curam habentibus, & exercentibus, ſub indignationis noſtræ, ac aliis arbitrio noſtro infligendis pœnis, vt præſentes noſtras litteras in ſuis eccleſiis, quæ in illis ciuitatibus, vel diœceſibus conſtitutæ ſunt, in quibus Hebræi, vel alij infideles moram trahunt, quamprimum ad eos perlatæ

Hebræi Iudæi Chriſtianorum infirmorũ medeni morbis non debent.

Acciti medici prius de ſalute conſcientiæ quã corporis curent vt ſub Pio V. 1. conſt. dictũ eſt.

perlatæ fuerint, & deinde ſingulis annis initio quadrageſimalis ieiunij publicent, aut publicari faciant, & quòd ſi quis poſt earum publicationem etiam quomodolibet exemptus, ac cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtens aduerſus illa facere auſus fuerit, ſacramenta ei eccleſiaſtica nullatenus miniſtrentur, nec etiam à regularibus exemptis: & ſic decedens, eccleſiaſtica careat ſepultura, quæ quidem omnia parochi ægrotantibus ſignificare apto tempore non omittant, præſertim cum Iudæum, vel infidelem medicum ab eis admiſſum eſſe cognouerit & alias ipſi locorum ordinarij contra huius mandati tranſgreſſores debita animaduerſione procedant: Iudeóſque ipſos nihilominus iuxta Pauli, & Pij Pontificum prædictorum literas contra illos editas pro earum tranſgreſſione puniant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ iidem Paulus & Pius in ſuis litteris prædictis voluerunt non obſtare, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis perſonis etiam regularibus, priuilegiatis, & exeptis, eorumvé ordinibus, & congregationibus ſub quibuſcunque tenoribus, & formis etiam Mari Magno, ſeu bulla aurea nuncupata, ac cùm quibuſuis clauſulis & decretis in genere vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorúmque totis tenoribus & formis, ſpecialis, ſpecifica, expreſsà, & indiuidua mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrariis quibuſcunque. Seu ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Et quia difficile foret eaſdem præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & declaramus, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, & manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis ac ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadē prorſus fides vbicuique habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę.

Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Martij 1581. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Iudæi contrauenientes huic cõſtitutioni pariter & Chriſtiani pœnis hic expreſſis ſubiiciũtur.

XXIX.

Blaſphemiæ Iudæorum, cohiberi debent ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam,

ANTIQVA Iudæorum improbitas, qua diuinæ bonitati ſemper reſtiterunt, tanto execratior conſiſtit in filiis, quanto ipſi ad cumulandam patrum ſuorum menſuram in Dei filio repudiando, eiúſque in mortem nefariè conſpirando grauius deliquerunt, qui propterea ſuis effecti maioribus nequiores, propriis ſedibus expulſi, atque in omnes diſperſi orbis terrarum regiones ſeruitutíque perpetuæ mancipati, non maiorem in cuiuſquam ditione clementiam, quàm in Chriſtianorum Prouinciis, maximè verò in apoſtolicæ pietatis gremio inuenerunt, quæ pro eorum conuerſione laborans, eos miſericorditer excepit, atque in cohabitatione vna cum filiis ſuis ſuſtinuit, ad veritatíſque lumen allicere pio ſemper ſtudio conata eſt, rebuſq; ad vitam neceſſariis iuuit, iniuriis & contumeliis prohibuit, multis denique beneficentiæ ſuæ priuilegiis circummuniuit: illi verò nullis beneficiis manſuefacti, nihilq; de ſuo priſtino ſcelere remittentes, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in cœlo triumphantem adhuc in ſynagogis ſuis, & vbique perſequuntur, Chriſti quoque membris, infenſiſſimi nõ deſinunt in Religionē Chriſtianã horrenda facinora quotidie magis audere quibus nos, ne pietatis noſtræ puritas polluatur, aut à fœdis mancipiis Chriſto, Chriſtianorúmve nomini impunè illudatur obuiare volētes, ſtatuimus, ac etiam declaramus, Inquiſitores hęreticę prauitatis liberè

Iudæi multa nepharia audent in Chriſtum & Catholicos committere.

procedere poſſe in omnibus cauſis,& caſibus,qui ſequuntur.

Orthodoxa & fidei conſenſu probata negans & irridens.

Si quis Iudęus, aut infidelis in iis, quę circa fidem cum illis nobis ſunt communia,veluti Deum vnum,& ęternum omnipotentem,creatorem omnium viſibilium & inuiſibilium,& ſimilia non eſſe aſſeruerit, prædicauerit, vel priuatim alicui inſinuauerit.

Dęmonibus ſacriſitia offerens.

Si dęmones inuocauerit,conſuluerítve, aut eorum reſponſa acceperit,ad illóſve ſacriſicia, aut preces ob diuinationem, aliàmve cauſam direxerit, aut quid eis immolauerit,vel thuris alteriúſve rei fumigationes obtulerit, aut alia quęuis impietatis obſequia pręſtiterit.

Chriſtianos aut verbo aut exemplo tália ſomnia docens.

Si Chriſtianos verbo,facto, vel exemplo, aut alio quouis modo nefaria huiuſmodi docuerit,vel ad ea perpetranda perduxerit,aut perducere attentauerit.

Si ſaluatorem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum purum hominem, vel etiam peccatorem fuiſſe, Matrémve Dei non eſſe Virginem, & alias huiuſmodi blaſphemias,quę per ſe hęreticę dici ſolent, in Chriſtianę fidei ignominiam, contemptum,aut corruptionem impiè protulerit.

Blaſphemias in Chriſtum & virginem effutiẽs.

Si cuiuſuis eorum opera,auxilio,conſilio, vel fauore aliquis Chriſtianus à fide deſciuerit,quámque ſemel ſuſceperat,abnegauerit, vel ad Iudæorum ſeu aliorum infidelium ritus,ceremonias,ſuperſtitiones,vel impias ſectas tranſierit,vel redierit, ſeu in hæreſim aliquam inciderit,aut qui, vt Chriſti fidem abneget, ſeu in hæreſim incidat,opem,conſilium,auxilium,vel fauorem quomodocunque præſtiterit.

Impedẽs Infideles Chriſti doctrinam inſequi.

Si quis Catechumenum, vel quemcunque ex Iudæis, aut infidelibus Deo inſpirante ad fidem Chriſtianam venire volentem, poſt declaratam nutu, verbo, facto, aut quocunque alio modo eius voluntatem à fide,vel fidei inſtructione,aut à ſacri baptiſmi ſuſceptione retrahere,auertere,vel dehortari,aut ne ad fidem veniat,néve regenerationis lauacro abluatur,quouis modo impediuerit.

Auxilium vel fauorem præbẽs hæreticis.

Si quis apoſtatas,hæreticóſve ſcienter domi ſuæ acceptauerit,aluerit,commeatu iuuerit,ſeu quouiſmodo eis cibaria vbicunque præbuerit,aut dona, vel munera dederit,vel miſerit, aut de loco ad locum deduxerit,ſeu aſſociauerit, vel deducendos aut aſſociandos curauerit, aut ſumptus miniſtrauerit, duces, comitéſve illis adiunxerit vel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut inueſtigari queant, fecerit. Quique dictos apoſtatas,aut hæreticos ſcienter aliquo modo receptauerit, occultauerit,defenderit,aut eis opem, conſilium, auxilium,vel fauorem quomodolibet præſtiterit.

Retinens vel proferens libros prohibitos.

Si libros hæreticos,vel Thalmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, aut alias prohibitos tenuerit, cuſtodierit, vel diuulgauerit, vel in quæcunque loca detulerit,aut ad eam rem operam ſuam accommodauerit.

Deridens ſacra myſteria.

Si Chriſtianos deriſerit, redemptioníſque noſtræ hoſtiam ſalutarem in ara crucis immolatam,Chriſtum dominum ludibrio,& deſpectui habens,quandocunque,maximè verò in ſacro paraſceues die agnum,ſiue ouem, aut quid aliud cruci affixerit, aut appenderit, in eámve conſpuerit, ſeu quodcunque contra ipſam fecerit.

Nutrices chriſtianæ habens.

Si nutrices Chriſtianas contra ſacrorum canonum ſtatuta, diuerſorúmque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſanctiones adhuc retinuerit, aut eas retinens die, qua ſanctiſſimum euchariſtiæ ſacramentum ſumpſerint, ac vno,vel pluribus diebus in latrinas,cloacas,vel alia loca effundere coegerit.

His pœnis ab Inquiſitoribus plectitur.

In quibus caſibus vniuerſis, & ſingulis omnes prædictæ prauitatis Inquiſitores omnium Regnorum,Prouinciarum,ciuitatum, dominiorum, & locorum vniuerſi orbis Chriſtiani Iudices in ſuis quemque locis perpetuò delegamus, vt ſuper his contra Iudęos,atque infideles quoſcunque ſimul vel ſeparatim,prout in cauſis fidei iuxtà ſacrorum canonum formam,necnon officij Inquiſitionis huiuſmodi conſtitutiones diligenter inquirant,& procedant,& quos in aliquo vel aliquibus horum flagitiorum exceſſibus culpabiles repererint, in eos pro culpæ modo,ac etiam pro criminum numero vel multiplicatione,aut conſuetudine delinquendi,flagra,remigia,etiam perpetua,rerum quoque publicationes, exilia, aliáque atrociora decernant, & alia de eis exempla edant, quæ ſceleratos illos deterreant ab huiuſmodi flagitiis in poſterum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus noſtris.S.R.E.

Cardinalibus

Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Prælatis, ac etiam aliis prædictis Inquiſitoribus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus diſtrictè & mandamus, vt præſentes noſtras literas in ciuitatibus, & locis cuique ſubiectis publicare, & iuxta illarum tenorem procedere,ipſáſque debitæ executioni mandare procurent.

Decernentes irritum,& inane quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriæ Clauſulæ.

Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,necnon exemptionibus,priuilegiis immunitatibus,commeatibus,in fidem publicam receptionibus,& tolerantiis prædictis,Iudæis,& aliis infidelibus,Maranis,& Apoſtatis,tam in Dominiis,Terris,& locis noſtris,& ſedi apoſtolicæ mediatè, vel immediatè ſubie
ctis, quàm alibi vbicunque Regnorum,Prouinciarum,& Dominiorum, gentium
& locorum commorantibus,vel in ea ex quibus regnis, & partibus tam fidelium
quàm infidelium confluentibus,eorumque Iudicibus, Aduocatis, & defenſoribus
quacunque auctoritate,poteſtate,& dignitate fungantur,etiam ad inſtantiam Im-
peratoris,Regum, Ducum,& quorumuis aliorum Principum tam per fel.rec. Fau-
lum III.Decimo Kal.Martij,& Iulium etiam III.Non. Decembris, Tertio anno
ſui cuiuſque Pontificatus,quàm etiam,quoſcunque alios anteriores & poſteriores
Romanos Pontifices,ac nos,& ſedem Apoſtolicam,eiuſque legatos, ac etiam Ca-
meram Apoſtolicam,ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis
clauſulis,& decretis,etiam Motu proprio,& alias quomodocunque hactenus con-
ceſſis,confirmatis,& innouatis,atque in poſterum concedendis, confirmandis, &
innouandis, quæ omnia, etiam ſi de illis,illorumque totis tenoribus, ſpecialis,
ſpecifica,expreſſa,& indiuidua mentio,aut aliqua alia forma ad hoc ſeruanda fo-
ret,tenores huiuſmodi,ac ſi ad verbum insererentur præſentibus pro plenè expreſ-
ſis habentes,harum ſerie ſpecialiter,& expreſsè reuocamus,abrogamus,& omninò
abolemus,cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem pręſentes in locis Vrbis conſuetis de more publicari, & earum
exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici,& ſigillo Sanctæ Romanæ,& vni-
uerſalis Inquiſitionis,vel perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis,ean
dem prorſus fidem vbique tam in iudicio,quàm extra illud adhiberi,quę adhibere-
tur eiſdem pręſentibus ſi eſſent exhibitæ,vel oſtenſæ. Nulli ergo,&c. Si quis autem
&c. Datum Romæ,apud Sanctum Petrum,Anno Incarnationis Dominicę,milleſi-
mo quingenteſimo octuageſimo primo,Kal. Iunij,Pontificatus noſtri, Anno De-
cimo.

XXX.

Monaſteriorum Monialium clauſtra ingredi non poſſunt niſi in caſibus tantummodo neceſſariis Prælati.

Concilij Tridentini decretum iſtud habes in Seſſione 25. c. 5. de reg. & mon. & Pij V. ſuperius de clauſura monialium.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

DVBIIS,quæ emergunt declarationis remedium expedit adhibere. Cum
igitur ſuper eo quod optima primum ratione Concilium ſanxit Tridenti-
num, deinde in conſtitutione fel. record. Pij Papæ V. prædeceſſoris noſtri anno
quinto editis,fuit prouiſum,ne cui in poſterum,niſi in caſibus neceſſariis ſepta mo
naſteriorum monialium ingrediendi concederetur licentia,à nonnullis dubita-
tum fuiſſe ſciamus circa perſonas,quæ alterius ad id licentia non indigent,ſed ſui
auctoritate officij nituntur an liceat eis pro libito ſuæ voluntatis huiuſmodi ſepta
ingredi,vel potius ſeruare debeant ipſi quoque regulam à Concilio præſcriptam.
Nos omnem hæſitationis materiam tollere,& viam ſcandalis præcidere, ac ſan-
ctimonialium quieti conſulere volentes,harum tenore auctoritate Apoſtolica de-
claramus Prælatos omnes tam ſeculares quàm regulares,quibus cura & regimen
monaſteriorum Monialium quouis modo incumbit,facultate ſibi ex officio attri-
buta ingrediendi monaſteria prædicta ita demum vti poſſe,ſi id faciant in caſibus
neceſſariis,& à paucis,iiſque ſenioribus,ac religioſis perſonis comitati. Quocirca
vniuerſos,& ſingulos Epiſcopali,ſeu maiori,ac etiam Cardinalatus dignitate præ-

ditos,

ditos,necnon quorumuis ordinum Abbates,Priores,Miniſtros,& alios quoſcun
que Superiores regulares ſeriò monemus,vt facultate huiuſmodi,qui eam habent
præterquam in caſibus,vt præfertur,neceſſariis neutiquam vtantur. Quod ſi con-
trafecerint,eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuimus,atque decernimus,qui Ponti-
ficalis dignitatis fuerint,eos pro prima vice,qua contrafecerint , ingreſſu Eccleſiæ
interdictos,pro ſecunda à munere Pontificali,& à diuinis ſuſpenſos,ac deinceps i-
pſo facto abſque alia declaratione excommunicatos exiſtere,regulares verò omni
officio,ac miniſterio priuatos excommunicationi ſimiliter ſubiacere. Non obſtan-
tibus Apoſtolicis,ac in generalibus,& Prouincialibus conciliis editis generalibus
vel ſpecialibus conſtitutionibus,& ordinationibus,priuilegiis quoque,indultis,&
literis Apoſtolicis quibuſuis Eccleſiis earúmve Prælatis,aut Ordinibus in genere,
vel in ſpecie ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis etiam dero-
gatoriarum derogatoriis,aliiſque fortioribus,efficacioribus,& inſolitis clauſulis,
necnō irritantibus decretis quouis modo conceſſis,approbatis,&innouatis,etiam ſi
illis caueretur expreſsè,quod nemo interdici,ſuſpendi, vel excommunicari poſſet
per literas Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam de indulto huiuſmodi
mentionem,quibus,eorumque totis tenoribus, perinde ac ſi de verbo ad verbum
inſererentur præſentibus,ſpecialiter & expreſsè derogamus , cæteriſque contra-
riis quibuſcunque. Quoniam verò difficilè eſſet præſentes ad ſingula loca præ-
ferri,volumus,earum exemplis,etiam,manuque Notarij publici , ac ſigillo perſo-
næ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis quæ haberetur ipſis præſentibus,ſi
eſſent exhibitę vel oſtenſę.

Prælati monaſteriorum monialium his caſibus tantummodo neceſſariis ea ingredi valent.

Contrauenientium pœnæ.

Publicatio.

Datum Romę apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die vigeſimo ter-
tio Decembris milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo, Pontificatus noſtri
anno decimo.

XXXI.

Declaratio circa præcedentiam Fratrum mendicantium & confraternitatum laicorum in proceſſionibus.

GREGGRIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.
EXPOSCIT Paſtoralis officij munus cui diſponente Domino præſi-
demus,vt ad ea ſollicitè intendamus,per quæ diſcordiarum,& litium , ac contro-
uerſiarum quarumlibet præſertim inter perſonas eccleſiaſticas materia tollatur.
Sanè nobis nuper innotuit , quod in multis ciuitatibus & diœceſibus diuerſarum
mundi partium nonnullæ lites,cauſæ, & controuerſiæ. inter fratres Mendicantes,
aliæ etiam ſimiles lites,& controuerſiæ inter confratres Confraternitatum Chri-
ſtifidelium ſuper præcedentia,vel iure præcedendi , ortæ iam ſint , & oriri facile
poſſint.Nos conſiderantes lites,cauſas,& cōtrouerſias huiuſmodi in Eccleſia præ-
ſertim inter religioſas perſonas quæ relictis mundi vanitatibus famulatum,& vo
tum ſuum in humilitatis ſpiritu Domino & Deo noſtro , qui ſe pro nobis vſque
adeo humiliauit,vt formam ſerui acciperet,exhibere,& perſoluere profitentur,nō
modicam illi præclaræ Deóque præcipuè dilectæ virtuti, quæ eſt humilitas , la-
bem infundere, populóque ſcandalum generare , ac propterea illas omni ratione
ſubmouendas,publicæ que religionis tranquillitati,ac miniſtrorum eccleſiaſtico-
rum reconciliationi,& mutuæ dilectioni quàm primum conſulendum eſſe rati,
ac ſupremam huic negocio manum apponere volentes,necnon cauſas , lites , ſeu
controuerſias huiuſmodi vbilibet & coram quibuſuis Iudicibus motas,& in qui-
buſuis inſtantiis indeciſas pendentes ab eiſdem iudicibus harum ſeriæ ad nos ad-
uocantes,illáſque penitus extinguentes,eiſdémque Fratribus Mendicantibus , ac
confratribus ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium imponentes, De nobis attribu-
tæ poteſtatis plenitudine volumus,& apoſtolica auctoritate decernimus,quod qui-
cunque ex dictis Fratribus mendicantibus inter ſe de præcedentia huiuſmodi con-
tendentibus,aut Confratribus,Confraternitatem prædictarum inter quos lites &
cauſæ præmiſſorum occaſione ortæ iam ſint,ſeu oriri contigerit in futurum,qui in
quaſi poſſeſſione Præcedentiæ iuris præcedendi ſunt,ij, (quibuſcunque reclama-
tionibus proteſtationibus,appellationibus,& aliis ſubterfugiis prorſus remotis , &
poſtpoſittis)

Pius V. præminentiam conceſſit fratribus prædicatoribus citra omnē controuerſiam.

Extinctio litiū præcedentiæ.

Declaratio Pontificis ſuper præcedentia.

poſtpoſitis)in proceſſionibus tā publicis,quàm priuatis præcedere debeant: Quan-
do verò non probetur,aut nō conſtet de quaſi poſſeſſione Præcedentiæ huiuſmodi,
inter fratres quidam mendicantes, ij qui antiquiores in loco controuerſiæ , Inter
Confratres verò inter ſe litigantes ij,qui prius ſacris vſi ſunt , in proceſſionibus
tam publicis,quàm priuatis præcedere debeant: Ita vt ſi contigerit noua monaſte-
ria,aut domus alicuius ordinis Mendicantium,in loco, in quo alterius ordinis ex
dictis mendicantibus Monaſteria,aut domus prius erecta & inſtituta ſint,ille or-
do,qui prius Monaſterium,ſeu domum in loco habuerit,præcedat. Præterea quia
inter prædictos ordines pleraque alia in proceſſionibus , & alia in conciliis gene-
ralibus, & aliis actibus publicis ſiue priuatis ratio circa modum præcedendi ſer-
uatur,nolumus per præſentes prærogatiuis dictorum ordinum , quoad præceden-
tias huiuſmodi quæ propriis ordinibus , præterquam in proceſſionibus prædictis
debentur,aut fratribus Capucinis nuncupatis , qui in proceſſionibus publicis ſub
Conuentualium ſancti Franciſci,aut Minorum de obſeruantia Fratrum nuncupa-
torum,Cruce vt ſolent,incedere poſſint , aliquod præiudicium generari , Sicque
per quoſcunque Iudices,& commiſſarios etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
nales,ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facul-
tate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quo-
quam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari , irritum , &
inane,decernimus,Non obſtantibus,conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtoli
cis,necnon eccleſiarum ,monaſteriorum,ordinum, congregationum, domorum,
ac confraternitatum quorumcunque etiam iuramento,confirmatione apoſtolica,
vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis , & conſuetudinibus , priuilegiis quo-
que indultis,& literis apoſtolicis illis,eorumque ſuperioribus & perſonis ſub qui-
buſcunque tenoribus & formis,ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis,
aliiſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis irritantibúſque, & aliis decretis in ge-
nere vel in ſpecie etiam motu proprio,aut alias quomodolibet conceſſis,ac etiam
iteratis vicibus approbatis,& innouatis: Quibus omnibus (illorum tenores præ-
ſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris
hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus)cæteriſque contrariis qui-
buſcunque. Volumus autem vt præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij
publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę
munitis eadem prorſus fides tam in Iudicio quàm extra adhibeatur,quę pręſenti-
bus litteris adhiberetur,ſi forent exhibitę vel oſtenſę.

Antiquiores in loco controuerſiæ vbi de præcedētia ambigitur præcedere debent.

Inter confraternitates illæ præcedere videntur quæ prius ſaccis vſæ ſunt.

Inter mendicantes ordo ille præcedat cui prius monaſterium loco differentiæ conſtructum eſt.

Decretum irritans.

Datum Romę apud ſanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die decimoquin-
to Iulij milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio.Pontificatus Noſtri , Anno
Duodecimo.

XXXII.

Indulgentiæ Confraternitatis Sanctiſsimi Nominis Dei,& Iuramentorum.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei , Ad perpetuam rei me-
moriam.
ALIAS Per felicis recordationis Pium Papam quartum prædeceſſorem no
ſtrum accepto , quod in Burgenſi,& pluribus aliis Hiſpaniarum Ciuitatibus , &
aliis locis vna ſaluberrima Confraternitas ſub vocabulo Sanctiſſimi Nominis
Dei inſtituta erat.cuius Confratrum partes potiſſimum eſſet diligenter cauere, ne
ipſi , vel aliis coram eis aliquo modo , niſi ob cauſam grauiſſimam iurarent , &
contrafacientes modeſte admonerent,quodque ipſi Confraternitati plurimi Chri
ſtifideles ſe conſcribi fecerant.quorum opera,& ſtudio, blaſphemiæ , periuria , &
aliàs illicita iuramenta prohibeantur , dictus prædeceſſor omnibus, & ſingulis di-
ctæ Confraternitatis vbiuis Terrarum pro tempore diffuſæ,vtriúſque ſexus Con-
fratribus in illa pro tempore deſcriptis, qui verè pœnitentes , & confeſſi die Feſto
Circunciſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, annis ſingulis Sacratiſſimum Eucha-
riſtiæ Sacramentum ſuſciperent , & ſolemnitati per ipſam Confraternitatem di-
cto die Feſto,vbiuis locorum pro tempore celebrari ſolitæ in toto, vel in parte in-
tereſſent,quoties id agerent , toties pro quolibet die Feſto , huiuſmodi plenariam

Confraternitas omnis iuramenti periurij blaſphemiæ inimica.

omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem conceſſit: Illis verò dictæ Confraternitatis Confratribus qui qualibet prima die Dominica cuiuſque menſis totius anni ad Miſſam, quam ipſi Confratres audire tenerentur audiendam conuenirent, quotieſcunque id agerent, decem annos, Qui verò temerè iurantem, aut alias diuinum nomen blaſphemantem, modeſtè, & charitatiue admonerent pro qualibet vice centum dies, & cuiuſcunque Prædicatori verbi Dei, ſæculari, vel cuiuſuis ordinis regulari, qui Chriſtifideles vt à iuramentorum abuſibus cauerent, & hanc dictæ Confraternitatis regulam amplecterentur, hortatus foret decem annos de eis iniunctis pænitentiis, miſericorditer in Domino relaxauit, Necnon ipſis Confratribus, vt dicto die Circumciſionis quoſcunque ſibi beneuiſos, & idoneos Preſbyteros ſæculares, vel cuiuſuis ordinis regulares per ordinarium loci approbandos in ſuos poſſent eligere Confeſſores, qui confeſſionibus eorum diligenter auditis, eos & eorum quemlibet ab omni & quęcunque excommunicationis, etiam maioris, & aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, aut mixtim, quauis occaſione, vel cauſa latis (ſaluo tamen iure tertij) necnon omnibus peccatis, criminibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam locorum ordinariis, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis (prærerquam in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta contentis) abſoluere, ac vota quæcunque Hieroſolymitano viſitationis liminum Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli præ dictorum de Vrbe, ac Iacobi in Campoſtella, necnon Caſtitatis, & Religionis, votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutari valerent conceſſit. Præterea eiſdem Confeſſoribus, vt ipſis Confratribus iuramenta quælibet ſine alterius præiuditio relaxare. Necnon eidem Confraternitati, illiúſque Confratribus, ac Eccleſiis, Capellis, & Altaribus eiuſdem vbilibet conſtitutis, quod quocunque tempore cuiuſuis interdicti, & ceſſationis à diuinis, videlicet dicto die feſto Circumciſionis à primis veſperis vſque ad occaſum ſolis eiuſdem diei incluſiuè Veſperæ miſſæ, aliáque diuina officia, in Eccleſiis, Altaribus, & Capellis prædictis, ſolemniter, & publicè celebrari, qualibet verò prima die Dominica cuiuſlibet menſis prædicti Confratres priuatam eorum Miſſam ex eiuſdem Confraternitatis inſtituto celebrari ſolitam celebrari facere, illiſque intereſſe, ac ſemel in menſe Dominicum corpus ſumere, & quoties aliquem, ſeu aliquos ex ipſis confratribus quocunque tempore interdicti, ſeu ceſſationis à diuinis huiuſmodi mori contigeret, dummodo cauſam non dediſſet interdicto, eorum cadauera, cum moderata pompa ſepeliri liberè, & licitè valerent, & interim interdicta, & ceſſationes à diuinis huiuſmodi quæcunque eſſent ad effectum præmiſſum omninò ſuſpenderentur, & ſuſpenſa eſſe cenſerentur, indulſit, Et deinde piæ memoriæ Pius Papa V. etiam prædeceſſor noſter, quod in ciuitatibus oppidis, & locis totius orbis Chriſtiani, in quibus forent Eccl. ord. Præd. duntaxat dicta ſocietas, ſeu confraternitas erigi poſſit, nec deinceps noua Societas, ſeu Confraternitas huiuſmodi inſtitueretur in ciuitatibus oppidis, & locis, in quibus non foret, dicti ordinis domus, aut infinitimis Eccleſiis abſque licentia Prioris prouincialis, ſeu conuentualis dicti ordinis, in cuius diſtrictu ſita foret Eccleſia, in qua dicta confraternitas eſſet, vel foret erigenda, quod ſi ſecus factum fuiſſet, Confratres taliter admiſſi, dictæ confraternitatis indulgentias non conſequerentur, nec fauoribus, aut priuilegiis gauderent, quæ confratribus legitimè aſcriptis, per Sedem Apoſtolicam concederentur Motu proprio ſtatuit, & ordinauit, prout in diuerſis literis dictorum prædeceſſorum deſuper confectis plenius continetur. Quare pro parte dilectorum filiorum confratrum Confraternitatis ſanctiſſimi Nominis Dei in Eccleſia Beatæ Mariæ ſuprà Mineruam de Vrbe canonicè inſtitutæ, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus literis prædictis, robur apoſtolicæ confirmationis adiicere, aliáſque in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictos confratres à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis, ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes. Necnon tenores dictarum literarum præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, literis prædictis, ac omnibus & ſingulis in eis contentis

Indulgentiæ pro admonentibus blaſphemantes.

Erectio confraternitatis apud ord. prædicatorum fratres.

cōtentis apoſtolica auctoritate tenore præſentiū ex certa noſtra ſciētia robur Apoſtolicę confirmationis adiicimus aliiſque approbamus, & confirmamus. Vt autem Chriſtifideles eò libentius dictam confraternitatem ingrediantur, quo exinde dono cęleſtis gratię conſpexerint ſe vberius eſſe refectos. De Omnipotentis Dei Miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui verè pœnitentes & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, dictam confraternitatem ingredientur, in die primi illorum ingreſſus, ac in mortis articulo plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem apoſtolica auctoritate tenore pręſentium elargimur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac omnibus illis, quę in dictis literis expreſſum eſt non obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Cęterum quia difficile foret pręſentes literas ad ſingula quęque loca vbi neceſſe fuerit deferre, volumus quod illarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extrà adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę vel oſtenſæ.

Datum Romę apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die nona Iulij milleſimo quingenteſimo octuageſimo. Pontificatus noſtri anno nono.

Plenaria peccatorum remiſſio his qui confraternitatem ingrediuntur.

Sequitur tranſlatio celebrationis Miſſæ à prima, ad ſecundam Dominicam menſis. Et conceſſio indulgentiarum pro confratribus intereſſentibus proceſſioni.

Ad perpetuam rei memoriam alias felicem recordationem Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter, vt confraternitas Nominis Dei nuncupata in maiori ſemper reuerentia haberetur, & Chriſtifideles illam libentius ingrederentur, plurimis ſpiritualium gratiarum donis inſigniuit, & inter cætera omnibus & ſingulis dictæ confraternitatis vbiuis locorum tunc, pro tempore diffuſæ vtriuſque ſexus confraternitatibus in illa tunc, & pro tempore deſcriptis, qui qualibet prima die Dominica cuiuſcunque menſis totius anni in perpetuum ad Miſſam quam ipſi Confratres audire tenentur audiendam conuenirent, quotieſcunque id agerent, decem annos de iniunctis eis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta miſericorditer in Domino relaxauit, prout in eiuſdem Pij prædeceſſoris literis plenius continetur. Cum autem ſicut accepimus, maior pars Ciuitatum, & oppidorum Dominica prima menſis ob ſolemnitatem Roſarij impedita ſit, Nos huic incommodo prouidere volentes, dictæ Miſſæ celebrationem ex prima in ſecundam, vel aliam, quoties in dicta ſecunda legitimum aliquod adfuerit impedimentum, cuiuſlibet menſis Dominicam Apoſtolica auctoritate tenore præſentium vna cum relaxatione pœnitentiarum, vt præfertur, perpetuò transferimus, ac tranſlatam eſſe decernimus. Præterea omnibus, & ſingulis Confratribus præfatis, qui proceſſioni ſolenni per eos ſemel in menſe celebrandæ verè pœnitentes, & confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti deuotè interfuerint, & ibi pro pace inter Chriſtianos Principes conſeruanda, ac hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino perpetuò concedimus, & elargimur. Contrariis non ſtantibus quibuſcunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die quinta Septembris milleſimo quingenteſimo octuageſimo. Pontificatus Noſtri anno nono.

Confraternitatis in pietate exercitationes.

Vtinam apud nos variæ huius confraternitatis ſocietates haberentur, quibus tam præclari pietatis fructus emanarent & præcipue iuramentorum & blaſphemiarum abolitiones. Scimus enim diuina lege interdici & intrepidè vetari ne vſurpemus nomen Dei in vanum, vel alibi quam vt ait Theodoretus in Eglogis q. 4. in precibus, in fidei inſtitutione & in rebus grauiſſimis. Hodie pro re leuiſſima Chriſtiani Iudæis peiores nomen Domini infandis modis lacerant & abſumunt. De his alias.

Pœnæ

XXXIII.

Pœnæ Duella & Monomachias committentium.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD tollendum deteſtabilem Duellorum vſum, Concilium Tridentinum excommunicationem, & alias grauiſſimas pœnas in concedentes locū ad Monomachiam, ac pariter impugnantes, necnon Patrinos, conſulentes, ſuadentes, & ſpectatores ſalubriter quidem decreuit; ſed creſcente hominum malitia facinoroſi non deſunt, qui quod publicè prohibitum eſt, priuatim exequi non dubitent, dum ſe pœnas prædictas hoc modo eludere poſſe arbitrantur, Nos ad hæc coercenda plenius, euidentiúſque prouidendum eſſe rati, conſiderantéſque Duellum priuatum non minus cruentum, & animæ, & corpori noxium eſſe quàm quod publicè perpetratur: Auctoritate apoſtolica ſtatuimus illos, qui ex condicto ſtatuto tempore & in loco conuento Monomachiam commiſerint, etiam ſi nulli Patrini, ſociíve ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullæve prouocatoriæ literæ, aut denuntiationis chartulæ prædeceſſerint, cenſuris & pœnis omnibus à dicto Concilio propoſitis teneri perinde, ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent, Volentes etiam locorum Dominos, ſi certamen ex condicto huiuſmodi permiſerint, aut quantum in ſe fuerit non prohibuerint omnéſque illud fieri mandantes inſtigantes auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, equos, arma pecuniam commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes, aut ex compoſito ſpectatores, vel ſocios quouis modo ſeſe præbentes, eiſdem cenſuris, & pœnis ſubiacere, etiam ſi illi qui ad locum deſtinatum pugnari acceſſerunt, impediri pugnam non commiſerint, ſi per ipſos non ſteterit, quominus illa committatur. Non obſtantibus priuilegiis, immunitatibus, & exemptionibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque Conſtitutionibus tamen, & aliis ſanctionibus Apoſtolicis hac de re diſponentibus in ſuo robore duraturis.

Duella ſunt prohibita iure canonico & Concilij Tridentini decreto Seſſ. 25. c. 19. & l. ciuili l. vnica. C. de gladiatoribus lib. 11.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo. Nono Decembris Pontificatus Noſtri anno vndecimo.

Monomachiæ prohibitio complectitur ſub præcepto de non occidendo, quamobrem vt res clarius eluceſcat antequam cauſas exploremus cur ſint vetita operæ precium erit examinare quibus cauſis liceat refragari huic præcepto. Numerant ſiquidem Theologi quinque cauſas quibus citra piaculum morte nonnulli mulctentur.

Prima eſt vitæ propriæ defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ quod eſſe dicitur cum nulla alia de cauſa quis alium interimit quam vt vitam ipſe ſuam tueatur quam alioqui ſeruare non poſſet, idque non alium impetendo, ſed reſiſtendo tantum. Nam etiam ſi certò quis ſciat ab alio ſibi mortem inferendam, à qua ſe non poſſet vlla alia ratione liberare niſi illum ex inſidiis occidendo priuſquam ab ipſo occidatur, certum eſt id licitè fieri non poſſe, qui tamen ſi ab hoſte impetatur: cum præfato moderamine citra piaculum reſiſtendo poteſt inuaſorem occidere extant nihilominus exempla nonnulla in contrariam ſententiam. Fuit ſanè D. Auguſt. homilia propoſita quæſtio per Publicolam epiſtola quadam quæ eſt inter Auguſtinianas 153. cui reſpondens Aug epiſtola ſequente non placere ſibi conſilium ait. Quod ſic accipiendum videtur, vt ſignificauerit Aug. ex duobus conſiliis, altero, vt mortem ſibi inferri patiatur Chriſtianus, altero, vt inuaſorem interimat non ſecundum, ſed primum ſibi conſilium placere, non quod omnia ſecundum non liceat, ſed quod euangelica ſequenti concilia, malo non ſit reſiſtendum. Ex eo tamen loco non ſequitur Chriſtiano non licere vitam ſuam morte inuadentis ſe tueri; non enim dubium quin multa eorum quæ eo cap. dicuntur ad conſilia ſint referenda, nonnulla, etiam ad præcepta. Ad præcepta ſiquidem ſpectat, ne quis ita malo reſiſtat, vt vindictam ſumat: ad conſilia, vt cum reſiſtere quis poſſit, omninò non reſiſtat, quemadmodum & illa, Petenti tunicam, dare & pallium, cædenti maxillam alterius: alteram præbere cædendam alioquin non ſolum non leue, ſed ne tolerabile quidem eſſet euangelicum iugum: ipſáque Chriſtianorum vita tota inſanorum & Deum non timentium eſſet iniuriis ludibriis & temeritati expoſita. Obiiciet fortaſsè quiſpiam hanc inuadentibus reſiſtendi facultatem eſſe contra charitatem, quæ iubet vt vitam corporis noſtri vitæ animæ

animæ alienæ poſthabeamus, qui enim alium inuadit ſine peccato id efficere nequit, inuaſus tamen non reſiſtendo non ſolùm ſine peccato erit, ſed & euangelicum quoque conſilium implendo, Deum amplius promerebitur, quam tamen ſi actu peccantem, hoc eſt innocentem perſequentem interimat, non tantum corpore, ſed & anima quam occidet: ipſe tantum corporaliter idque cum laude, non reſiſtendo morituras: vnde videtur non licere inuadentem hoſtem reſiſtendo intertimere. Reſpondemus hoc charitatis præceptum quia affirmaturum eſt non abſolutè perpetuò ligare, ſed certis locorum temporúmque & id genus aliorum penſatis circunſtantiis, nimirum ſi perſpectum quis habeat non poſſe aliter ſpiritualem hoſtis vitam ſeruari, niſi moriatur inuaſus. Nec tamen hoc ſic vrget, vt diuerſum citra piaculum non liceat: ipſe ſiquidem inuaſor id quicquid & periculi ſibi volens conſciuit, ſæpe etiam idipſum facturus, ſi abſque omni reſiſtentia impunè poſſit occidere quem inuadit. Quanuis igitur pluris ſit vita hoſtis ſpiritualis quàm noſtra corporalis; maior tamen cuique cura datur tuendæ vitæ ſuæ corporalis, quàm alienæ ſpiritualis.

Secunda cauſa eſt fortunarum defenſio, adhibito ſemper moderamine inculpatæ tutelæ, vt ex ſcriptura patet quæ iubet, vt ſi effringens vel ſuffodiens domum fur acceptо vulnere moriatur: percuſſor reus ſanguinis non habeatur.

Tertia, cum caſu patratum homicidium, ſic enim tollitur actionis libertas, ſine qua nulla actio vel virtutis, vel vitij nomen meretur. Obſeruandum nihilominus id bifariam vitio dari poſſe, porrò ſi non adhibuit antecedentem diligentiam proſpiciendo nequid huiuſmodi ſequi poſſit, hoc enim caſu tantum eſt homicidæ huiuſmodi peccatum quanta fuit eius negligentia. Altera eſt, ſi homicida dedit operam rei illicitæ dum occideret hoc vtique modo Sacerdos dum venatur ſi catapulta quenquam occideret homicidij reus erit. Colligitur hæc ſententia ex cap. ex literis, & ex cap. dilectus. extra, de homicid cautè tamen intelligenda eſt hæc regula, neque enim putarim continuò reum eſſe homicidij qui rei illicitæ dans operam quempiam occiderit, niſi natura ſua ex ipſa re ſequutum ſit homicidium, neque enim qui rem quampiam eligit, cenſetur protinus ea quæ caſu obtingere poſſunt eligere. Nec igitur qui ſtatuit equitare ſtatim etiam mortem eligere cenſendus eſt aut lapſum quamuis vtrumque poteſt obtingere, eligit enim ea tantum quæ natura ſua rei quam eligit ſunt coniuncta. Sic qui belligerari eligit, eligit & occidere. Obſeruandum igitur in regula huiuſmodi qua de cauſa res ea ſit illicita: ſi enim propter homicidium quod natura ſua ferè ſequitur, illicita ſit, ſacerdos qui tale quidpiam eligit vtpote bellum homicidij reus eſt habendus, etiamſi ſolo tumultu id patrarit cæterum ſacerdos inter venandum ſi adhibita diligentia circunſpiciens quempiam nihilominus occidat, non continuò reus erit homicidij, non enim propter vitandum homicidium, ſed propter decorum & decoris exemplum huiuſmodi ipſi prohibetur actio, quamuis nihilominus poſſit in iudicio qui tale quidpiam fecit, irregularitatis damnari neque aliud quicquam ex eis c. dilectus. & ex literis colligi poteſt.

Quarta cauſa eſt, ſi interfector eſt iuſtitiæ miniſter, ſiue publicus, vt iudex ſiue priuatus vt carnifex: non enim horum quiſquam ſed Reſpub. per iudicium id facit. Hinc ſequitur poſſe quempiam ſine peccato occidere illum, qui publica ſententia damnatus eſt, ſiue cum fugit damnatus, ſiue cum edicto publico ſit poteſtas cuicunque potenti comprehendere vt illum occidat: per illud ſiquidem edictum qui voluerit ſit carnifex, vt poſſit modo velit eo vti priuilegio. Hinc etiam ſequitur maritum qui vxorem ſuam adulterij damnatam interficit propria manu, non peccare, vbi id leges patiuntur, per eas ſiquidem ſit eius facti miniſter: at de patre qui filiam, & marito, qui vxorem ſuam in ipſo adulterio, deprehenſam occidit, longè aliud ſentiendum licet enim hæc leges permittant, facientes tamen peccant, neque enim hæc ſtatuunt leges, ſed tantum impunitatem permittant eo quod ex ipſo quod dicunt facto, adulterij conniueantur, patri tamen, vel marito, vt id faciant, lex non permittitur. Publicus miniſter eſt Iudex, cui ipſo naturæ iure licet omnes morte plectere qui Reipub. cuius ipſe velati cuſtos eſt, detrimentum afferunt: quemadmodum enim ipſi Reipub. ſi animata eſſet & poſſet licere ſe ſe tuendo alios intertimere, ita & ipſius cuſtodi id quod iure diuino firmatum eſt, neque enim ſine cauſa gladium portat, id eſt, non ſine cauſa occidit. Atqui hæc nihilominus regula de iudice intelligenda eſt quatenus publica perſona eſt tantum: quod ſit tribus rebus concurrentibus legitima auctoritate, id eſt, ſi legitimè ſit conſtitutus, vnde ſequitur omnes quantalibet præditi fuerint ſcientia niſi legitimè ſint conſtituti iudices, peccare maleficos occidendo Secundum eſt, ſcientia iuris. Tertium, ſcientia facti de quo agitur. Eſt autem tum iuris tum facti duplex ſcientia: altera publica, altera

priuata.

priuata. Iuris ſcientia publica in eo eſt vt ſciamus quid leges iubeant, quid vetent, quæ priuata dicitur cum ſcitur quid in quaque re citra legem æquũ ſit fieri. Facti ſcientia publica eſt cum publicis teſtimoniis factum probatur & excutitur priuata autem quam aliunde quam ex publico teſtimonio habet Iudex. Vnde ſequens eſt Iudicem propter priuatam ſiue iuris, ſiue facti, ſiue vtriuſque ſcientiam agere non poſſe Iudicem: quum publica perſona non poſſit conſtitui priuata ſua auctoritate ſiue ſcientia. Hinc etiam ſequitur non peccare Iudicem qui ſecundum publicum teſtimonium & legem, occidit aut alios multat quem ipſe priuata ſcientia & iure nouit innocentem, nec eſſe iuſtum eius ſupplicium, imò peccaret, niſi legem & publicum teſtimonium ſequeretur. Sed ſuæ priuatæ inniteretur ſiue prudentiæ ſiue ſcientiæ (quod enim ipſe nouit, eſt priuatæ perſonæ ſcientia quod teſtimoniis probatur, eſt publica) ſicut è contrario non poſſet damnare quem certo nouit priuata ſcientia, dignum ſupplicio: ſi publico teſtmonio innocens fuerit comprobatus: nec putandum eſt neceſſarium eſſe vt eo caſu magiſtratu ſe abdicet, niſi id valde commodè poſſet, nihil enim confert priuata Iudicis ſcientia niſi vt in examinandis teſtibus maiorem adhibeat curam. Piè tamen & prudenter faceret ſi reum quem innocentem nouit, moueat vt ſeſe in teſtem citet. Hac enim ratione fieri poſſet, vt & declinaret iudicium, & res ipſa pateret. Accedit prætcrea quod nullus omninò Iudex poterit abſque piaculo quenquam extrà ſuam iuriſdictionem conſtitutum quantumuis commeruerit occidere, nullam enim habet auctoritatem, niſi quam à Repub. accepit res autem pub. maiorem dare non poteſt quam habeat ipſa, non habet autem poteſtatem in quenquam niſi intra ſuos fines animaduertendi, neque enim occidere poteſt, niſi vt ſeſe tueatur, cùm autem ſuos tranſgreditur limites non ſe defendit Reſpub.) ſed alios inuadit. Sequitur quam, neque Iudicem neque Rempub. poſſe eum quem innocentem conſtat, dare hoſtibus occidendum aut etiam per ſe occidere, etiamſi inde ſequutura videatur totius Reipub. ſalus, quia Reſpub. non habet poteſtatem in vitam ciuium, ſed per ſe accuſatus tantum, hoc eſt, inquantum Reipub. conuincuntur eſſe nociui, quoties ergò ciues Reipub. non inueniuntur nocens, nullus vel maximi commodi gratia poterit illum tradere in mortem. Non inficiamur tamen bonum ciuem ſi ex eius morte pendeat Reipublicæ ſalus, debere vltro ſe morti obiicere nec tamen conſentaneum eſt, vitam vltro debet pro Repub. offerre, ergo poteſt illi vita per Rempub. extorqueri, non enim ratione iuſtitiæ, ſed charitatis hoc debet innocens, res autem pub. non charitatis ſed iuſtitiæ miniſtra eſt. Hac denique ratione fit vt quæ in iuſto bello ſiũt homicidia, non ſint eis quorum iuſta eſt cauſa, in peccatum quoties enim iuſtum eſt bellum quicquid inde ſequitur, publica auctoritate fit, iuſtum autem erit bellum ſi tria cò concurrant. Primum vt habeo qui publicam habet auctoritatem ſuſcipiatur, id eſt, à Republ. vel principe. Secundum vt iuſtam ob cauſam ſuſcipiatur, id eſt, propter bonum quodpiam, ſiue ſpirituale, ſiue temporale ſit illud, modo maius ſit illud omni damno quod ex eo bello ſequitur. Tertium, vt ſeruetur forma iuris, id eſt, vt is qui bellum mouet, nulla alia commodiore ratione recuperare poſſit quod ipſi iure debetur.

Quinta, eſt honoris defenſio maior ſiquidem honoris quam pecuniæ habendæ ſemper ratio eſt cùm igitur aliorum interitu fortunas licet tueri: non dubium, quin & honorem multò magis: nec tamen id omnibus licet, ſed eis tantum quicum decoro ſtatum ſuum aliter tenere non poſſunt, quales ſunt nobiles, milites, omnéſque qui arma ex officio tractant: quapropter his qui profectiorem vitam profitentur: aut quorum honor non tanti quanti vita humana æſtimatur pro tuendo honore neminem interficere licet. Hinc fit vt ne clariſſimus quidem liceat duellum aut monomachia: quia præterquam quod illud nihil aliud eſt quam à Deo miraculum quodpiam velle, extorquere, vetante ſcriptura, Non tentabis, Dominum Deum tuum, vterque eam acceptantium conditionem, inuaſor eſt, neuter defenſor. Qui igitur ad huiuſmodi prouocatur certamen vir nobilis dum alter importunè vrget: quamquam neque illum occidere, neque conditionem accipere liceat: reſpondere tamen poterit: ſi quando me inuaſeris, ſenties tibi rem eſſe cum viro tum intrepido tum forti.

Hæc ſingularia certamina diuino tum humano iure improbantur, idque præſentiſſimis teſtimoniis comperitur. De lege diuina, patet. Matth. 5. Luc. 4. Prouer. 20. *ad* Rom. 12. *ad* Heb. 12. *pr.* Io. 2. 3. *pr.* Petri 3. *De iure canonico cap.* 1. *de torniamentis. Et in conc.* Trident. Seſ. 25. *cap.* 19. *vbi hæc contra duellum ſtatuuntur. Primò omnes principes quocunque nomine appellentur, qui locum in terris ſuis ad monomachiam conceſſerint inter chriſtianos, eo ipſo ſunt excommunicati. Et ſi ſint principes, qui habuerint locum illum ab eccleſia, dominio priuantur, & ſi loca ſint feudalia, directis dominiis acquiruntur. Secundo pugnantes, & eorum patrini excommunicationis & bonorum omnium proſcriptionis, & perpetuæ infamiæ pœnam incurrunt, & vt homicidæ puniendi ſunt. Tertiò qui in ipſo conflictu deceſſerint perpetuò eccleſiaſtica careant ſepultura. Quartò qui conſilium dant in cauſa duelli: aut quacunque alia rattione, ad id quemque ſuadent, necnon ſpectatores excommunicãtur, Iure ciuili damnatur l. vnica c. de gladiatoribus. lib. 11. Quamuis hic locus non omnino ad rem faciat, licet eo ad hoc probandum omnes vtantur. Secunda concluſio. Singulare certamen permittere non expedit reip. Primò quia nulla reſp. bene inſtituta, talem legem habuit vnquam, imò Legiſlatores ſemper conſtituerunt iudices, ad quos homines tanquam ad regulam confugere deberẽt. Confirmatur ex eo, quod neque Latini, neque Græci, vt multi qui de duello: ſcripſerunt affirmant, talem conſuetudinem habuerunt, vt pro honore recuperando aut veritate inuenienda, hanc pugnam pugnauerint. Fuit autem introductum à gente Barbara, ſcilicet à Longobardis & non niſi certis de cauſis Et Aliprandus eorum Rex in quadam ſua lege, duelli legem impiam appellauit. Et denique vt optimè ſcripſit Ioan. Baptiſta Gyraldus hæc conſuetudo contra felicitatem reip. contra religionem, contra leges, contra parentes, & amicos eſt introducta.*

Duellum ex ſua natura eſt illicitum. Eſt contra Paridem à Puteo, & alios, qui defendunt duellum tanquam, licitum ſecundum legem naturæ, contra quos piè, & doctè ſcripſit Ioannes Baptiſta Suſius. Sola ratio pro hac veritate ſic conficitur. Duellum, vt qui ab ipſo ſtant fatentur, vel eſt ad veritatem indagandam, vt aliqui volunt, vel ad honorem recuperandum vt aliis placet Sed ob has cauſas non eſt licitum, igitur reiiciendum erit. Quod non ſit aptũ ad inueniendam veritatem, in hunc modum demonſtratur. Fortitudo nullo modo eſt apta ad manifeſtandam veritatem occultam, ſed ſolùm teſtimonium humanum, & ratio ipſa, Quare temerè & inconſideratè adhibetur pugna, cuius exitus eſt in manu fortunæ, & à caſu pendet, vt omnes, qui ſapiunt fatentur. Quis non videt dementis eſſe veritatem fortunæ exponere? cùm conſtet per innumera exempla, quæ à Suſio Vrrea, & aliis recitantur, Eos qui pro ſe veritatem habebant, in monomachiam victos fuiſſe? De his ſatis.

XXXIIII.

Erectio Eccleſiæ Bononien. in Metropolim, & Archiepiſcopatum.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

VNIVERSIS Orbis Eccleſiis, eo diſponẽte, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet imparibus præſidentes, in omnes agri dominici partes oculos noſtræ mentis vigilis more paſtoris intendimus, inſpicientes, quid Eccleſiarum ipſarum, præſertim Cathedralium inſigniũ, ſtatuti & decori maximè conueniat, atque hoc quidem tanto liberalius promptiúſque curandum cenſemus, quanto magis ciuitatum celebritas, ac ciuium, & populorum ſuorum vota id expoſcunt, ac diuino fulti præſidio illius, qui cuncta ex ſua benignitate ad fidelis populi ſui ſalutem diſponit, ad ea, quæ ad dignitatem, & ſtatum Eccleſiarum huiuſmodi augendum pertinent officij noſtri partes libenter conuertimus, prout cognoſcimus in Domino ſalubriter expedire, Cum Eccleſia Bononienſis ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, cui dilectus filius noſter Gabriel Tit. S. Martini in Montibus Preſbyter Cardinalis Palæotus nuncupatus ex diſpenſatione Apoſtolica præeſt, & quæ in primis Sancti Petronij Epiſcopi, & Protectoris Bononiæ interceſſionibus & meritis, omni quidem tempore diuinæ pietatis abundantia magnis multíſque ornamentis exculta, non modo diœceſis magnitudine ſatis in omnem partem patens, ſed cleri populique pietate, dignitate, & amplitudine florens, Epiſcoporum, quoque ordine ſuccedentium, quos item multos ab initio ferè naſcentis religionis, ſæuientibus adhuc infidelium perſecutionibus, fidei defenſores, & in Sanctorum conſortio adſcriptos habet, numero affluens, ſacrarum præterea reliquiarum copia abundans, religioſiſſimis quoque templis, Baſilicis, Monaſteriis, locis piis, & aliis quæ ad omnem eiuſdem cleri, populíque Bononienſis laudem inſignia ſunt, pietatis Chriſtianæ monimentis ornata. valde per ſe ipſa elucet. Cumque Ciuitas ipſa iam inde vſque à Theodoſio Imper. ampliſſimis illuſtrata priuilegiis, & à diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ad Regum congreſſus, Imperatoris coronationem, Concilij Oecumenici tranſlationem, aliáſque maximas res gerendas delecta, eiuſdémque Apoſtolicæ ſedis primogenita, & ſtudio

Bononia piis locis monaſteriis & ſingulari populi & magnatum laude commendata.

Theodoſius Imperator Bononiã priuilegiis illuſtrari.

rum mater ab omnibus meritò nuncupata,nobiliſſimo Gymnaſio, Doctorúmque & Scolarium ex omnibus orbis Chriſtiani partibus illuc confluentium frequentia, clariſſimo, Quadragintauirum, Senatu,& Magiſtratibus decorata; aliorum item illuſtrium virorum,apud quos & veræ Religionis cultus,& ſumma in Rom.Pont. ipſámque Sedem obſeruantia,& ſtudium ſemper enituit, copia quidem inſignis. quippe quæ in omnia ſchiſmatibus partes veri Pontificis perpetuò ſuſtinuerit, viros & dignitatibus Eccleſiaſticis claros, Epiſcopos,CardinalesPontificeſque de Eccleſia Dei optimè meritos ſæpenumero tulerit, ædificiorum item magnificentia,opibus,fertilitate,populi magnitudine,egregia erga exteros hoſpitalitate, ac præcipua erga omnes beneuolentia & charitate, omnique alia virtute illuſtris & ſit,habeatur; Nos aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, qui eodem honore patriam ſuam condecorarunt,morem exemplúmque ſecuti, & eiuſdem etiam Cardinalis Epiſcopique Bononienſis,cuius non ignota eſt cura, & ſollicitudo in gloria Dei,ſaluteque animarum procuranda pio ſtudio adducti, & patriæ ipſius noſtræ Bononienſis,quam vnicè in Chriſto diligimus, ſingularibus erga hanc ſedem meritis commoti, paternóque deſiderio,& ea ſpe,qua tenemur, id fore, vt patria ipſa Bononien. hoc ſingulari beneficio noſtro excitata, ſeſe in dies ad bene agendum magis magiſque conforment, accenſi necnon Eccleſiæ ipſius, quam totis in Chriſto viſceribus complectimur, meritis honoribus augendam & promouendam adducti, piis quoque ſupplicationibus dilectorum filiorum eiuſdem Ciuitatis Quadragintauirum, aliorúmque Magiſtratuum excitati, poſt habitam cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus maturam deliberationem, de illorum conſilio, atque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad laudem, gloriam & honorem omnipotentis Dei, ac Beatæ Mariæ ſemper Virginis,& Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli,eiuſdémque S.Petronij Epiſcopi, & Patroni Bononienſis, necnon ad vniuerſalis Eccleſiæ exaltationem, Eccleſiam ipſam Bononienſem in Metropolitanam Eccleſiam, & ſedem Epiſcopalem Bononienſem in Archiepiſcopalem, Archiepiſcopaliſque, & Metropolitani Præſidis ſedem, & prouinciæ caput pro illius Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti, qui pallij, & crucis vſum aliorum Archiepiſcoporum more habeat, omnibúſque alias inſignibus Archiepiſcopalibus,necnon priuilegiis, honoribus, prærogatiuis aliis Archiepiſcopis debitis & conceſſis,gaudeat, tenore præſentium perpetuò erigimus,& inſtituimus,ac nomine,titulo,& honore Archiepiſcopali, & Metropolitano decoramus.Necnon Placentin.Parmen. Regien. Mutinen Imolen.Ceruien.& Cremen Eccleſias,earúmque omnium,& ſingularum Ciuitates,& Diœceſes cum omnibus & ſingulis earum Territoriis,& terminis,ac dilectos filios Clerum & populum vniuerſum cum ſuis Collegiatis,Parochialibus,& aliis Eccleſiis,necnon Monaſteriis vtriuſque ſexus, ceteriſque beneficiis, & officiis Eccleſiaſticis cum cura,& ſine cura,ſecularibus,&quorumuis ordinum regularibus,necnon hoſpitalibus,dominiis, collegiis, & locis religioſis quibuſcunque ab eiuſdem ſedis Apoſtolicæ immediatè ſiue alterius cuiuſcunque etiam Metropolitani ſubiectione etiam perpetuò diuidimus,& ſeparamus, illáſque & earum diœceſes, ac Ciuitates poſthac in prouincia Bononienſi eſſe, & conſiſtere,neque in alia Prouincia cenſendas,& numerandas eſſe decernimus, & declaramus, & quatenus alteri Prouinciæ Archiepiſcopoue etiam Mediolanenſi,& Rauenatenſi,tam antiquo iure,conſuetudine,priuilegio, vel alterius Metropolis erectione ſiue inſtitutione, quàm iure electionis ex ſacri Concilij Tridentini decreto factæ,vel alia quauis ratione,& cauſa anteà adiunctæ,ſubiectæque in toto,aut in parte eſſent,vel cenſerentur,ſiue in illius poſſeſſione,vel quaſi ſe eſſe prætenderent,ab omni illius ſiue alterius Prouinciæ,vel Archiepiſcopi etiam Mediolanenſis,& Rauenatenſis, aut illorum Capitulorum iure Metropolitico correctione,viſitatione,ſubiectione, & omni quacunqunque alia iuriſdictione,obedientia,& ſuperioritate,ſi qua forſan quauis occaſione illis competeret,ſiue competat,ſimiliter perpetuò eximimus,& liberamus.Necnon dictæ Bononienſi Eccleſiæ prædictas Placen.Parmen.Regien. Mutinen.Imolen.Ceruien.& Cremen.Ciuitates, & Diœceſes pro ſua Metropolitana Prouincia,ac Placentin.Parmen.Regiem.Mutinen.Imolen. Ceruien. & Cremen. Eccleſias,

Bononienſem Academiã Bal. Ant.habit.c. ne filius pro patre mile annos ante ſuam ætatẽ floruiſſe ſcribit. Quam à Theodoſio 2. Romanorum Imperatore fundatam eſſe conſtat ex eius Imp.Reſcr. apud Midem dorp. libr. 3. p. 436.&ſe.Anno Dominicæ Natiuitatis 423.Celeſtino Pontifice eam porrò Carolus Magnus renouauit teſtib. Mutio li. 9.Geneb.lib.3. chro-pag. 519. An. D. 800. Iuriſprudentiam præ cæteris diſciplinis ſemper ipſa coluit. Collegiũ Societatis Ieſu An.D.1547. li. 3.c.15.V.P. Ignat.fo.106.p. b.Bononiæ inſtitutum, in iuuentute erudienda diligentem operam nauare nõ intermittit quod Ciuium liberalitate ſuſtentatur.

Eccleſias præfatas, modernóſque, & pro tempore exiſtentes illarum ſingularum Præſules pro ſuis & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Bononienſis ſuffraganeis,qui necnon earum ſingularum capitula etiam quocunque priuilegio ſuffulta, tamquam membra capiti eidem Archiepiſcopo Bononienſi iure Metropolitico ſub ſint, ſibique obedientiam, & reuerentiam tanquam proprio Metropolitano prorſus exhibeant, pariter perpetuò ſubiicimus, eidémque Archiepiſcopo Bononienſi prædictos ſuos ſuffraganeos conſecrandi, ad prouinciales Synodos euocandi,ac cum eis etiam eccleſiaſtica negocia terminandi,eorum eccleſias diſponendi, & cauſas quarumcunque appellationum, ſiue querela alias iuxta ſacrorum canonum ſtatuta cognoſcendi,omniáque alia & ſingula,quę de iure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet ad Archiepiſcopos, & Archiepiſcopale munus ſpectare & pertinere ſolent,& debent,gerendi & exercendi plenam, & omnimodam concedimus facultatem. Prouinciæ quoque Bononien. clerum, & populum vniuerſum pro eorundem eccleſiæ, & Archiepiſcopi Bononienſis prouincialibus ſimiliter perpetuò concedimus,& aſſignamus: Decernentes ex nunc irritum,& inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate,ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus regula noſtra de iure quæſito non tollendo, ac quibuſuis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Placentin. Parmen. Mutinen.Regien.Ceruien.Imolen.& Cremen.ac Reuennaten.Mediolanen.eccleſiarum prædictarum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem eccleſiis illarúmque præſulibus,& adminiſtratoribus, ac capitulis,& perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis; ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis,aliiſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis,necnon irritantibus,& aliis decretis etiam motu proprio,& ex certa ſcientia, ac de ſimili Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine & conſiſtorialiter, & de ſimili conſilio, ac alias quomodolibet etiam pluries conceſſis,confirmatis,&innouatis. Quibus omnibus, ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica,expreſſa, & indiuidua non autem per clauſulas generales idem importantes mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo exprimerentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie de conſilio,& poteſtatis plenitudine ſimilibus ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Archiepiſcopalis muneris propriæ functiones.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo. Quarto Idus Decembris. Pontificatus noſtri Anno Vndecimo.

XXXV.

Ampliatio & reintegratio facultatum iuriſdictionis & priuilegiorum vniuerſitatibus Mercatorum.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

ALMAM Vrbem noſtram,dilectóſque filios illius Ciues,& incolas, eos præſertim, quorum laboribus, & induſtria bona,& merces ad vſum quotidianum neceſſariæ,& vtiles ad Vrbem ipſam, ex diuerſis mundi partibus conuehuntur, & conſeruantur, ac onera ipſi Vrbi incumbentia cura, & labore aſſiduo ſuſtinent, paterno affectu proſequentes,in ea libenter intendimus,& quæ priuilegia, & gratiæ illis à prędeceſſoribus noſtris,nobiſque ipſis conceſſę, & conſuetudine confirmatæ,& approbatæ fuerint,Apoſtolica auctoritate roborantur, & hæſitationes circa ea ſubortæ elucidantur, & de medio tollantur. Cum itaque dilecti filij Mercatores,Merciarij,Aromatarij,& quamplurimi alij diuerſi generis artifices,quorum omnium,& ſingulorum artes,exercitia, denominationes, ac alia hic forſan latius, vel de neceſſitate exprimenda,ac ſpeciali nota digna,pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus,perinde,ac ſi ſpecialiter, ac ſeriatim exprimerentur,

Martinus V. Pius IIII. Iul. III. conceſſerũt iuriſdictionem Conſulibus Mercatorum vrbis cognoſcendi cauſas ad artem ſpectantes.

tur,ad Vrbem,ipſam confluentes,illius neceſſitati, & vtilitati,ac decori, & ornamento altiſſimo cooperante maximè proſpexerint. Et propterea fel. record. Mart. V. Paulus III, Iulius etiam III. Pius IV. & nonnulli alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri,ac etiam nos ipſi conſiderantes artes huiuſmodi, illarúmque artifices ipſi Vrbi admodum neceſſarias,& vtiles exiſtere, ſingulóſque ipſos artifices ſine Rectoribus,& Ducibus,ac ſine certis iudicibus degentes, ipſi Vrbi parum vtiles,ſibique ipſis non admodum proficuos futuros, dum pro ſuorum creditorum conſecutione,ad diuerſa Tribunalia,& quod peius eſt, ad iudices de artificio, & minus pretio ipſarum artium omninò inexpertos, & ignaros diſtracti,propria eorum negotia,& artes ipſas deſerere cogerentur artificibus ipſis Collegia habere & conſules,officiales,& iudices ex ipſorum corpore creare,& de mercibus,& mercedibus aliiſque rebus, cauſis, & negotiis,cuiuſque artis, & ad artem quomodolibet reſpectiuè ſpectantibus vſque ad certas,in ſingulis literis,& priuilegiis huiuſmodi comprehenſas, & expreſſas ſummas,agnoſcere, & iudicare conceſſerunt, & indulſerunt. Ac inſuper ex antiqua conſuetudine,quæ vim legis habere dignoſcitur,vt etiam Collegia ſpecialibus priuilegiis non munita cauſas eaſdem de rebus ad artes ipſas ſpectantibus,etiam inter homines extrà ipſa Collegia conſtitutos cognoſcere,& decidere conſueuerint, inductum,& obſeruatum fuerit: eadémque priuilegia indulta,& conſuetudo vſu ipſo approbata in ipſius Vrbis,artificúmque prædictorum vtilitatem non paruam cedere comperta ſunt. Quo factum eſt, vt Vrbs ipſa ciuibus,& incolis omníſque generis artis excellentium virorum cópia redundauerint,& redundet de præſenti. Cum autem elapſis menſibus antiqua ſtatuta ipſius Vrbis de mandato noſtro reformata,& innouata,& inter cætera eorundem ſtatutorum libro tertio capite duodecimo. Statutum, & decretum fuerit, vt Conſules artium huiuſmodi cauſas tantummodo inter ipſos homines de arte, & de rebus ſpectantibus ad artem ipſam cognoſcere, & iudicare poſſent. Ea propter à nonnullis nimium ſcrupuloſis,priuilegiis indultis,& conſuetudine cuiuſlibet artis,& collegij circa cognitionem,& deciſionem cauſarum,& negotiorum, quæ licet de rebus ad artes ipſas ſpectantibus, contra homines extra artes, & collegia degentes pro tempore oriuntur,& agitantur,maximè ex parte derogatum,& præiudicatum extitiſſe hæſitatum fuerit,& hæſitetur adhuc, Vnde aliqua ex ipſis collegiis penè diſſoluta,& dilapſa reperiuntur, Conſulum iuriſdictione penè, præter & contra mentem,& intentionem noſtram ſublata. Quapropter dilecti filij Angelus Clauarius,Franciſcus Caluius,& Curtius Sergardius Cameræ dictæ Vrbis Conſeruatores, necnon Baldaſar Cincius Prior capitum regionum nobis ex dubietate, & hæſitatione huiuſmodi maximum ipſi Vrbi,illiuſque incolis, & præcipuè iuriſdictioni ipſius Curiæ Capitolij prouenire, ac in futurum prouenire poſſe damnum,& incommodum, non ſine animi noſtri diſplicentia ſuggeſſerunt. Malis igitur,& incommodis huiuſmodi quanto citius occurrere, quantum cum Deo poſſumus ſatagentes. Motu proprio,non ad ipſorum conſeruatorum & Prioris,nec Conſulum,artificum,prædictorum, ſeu alicuius eorum, vel pro eis, aut eorum aliquo, nobis oblatæ petitionis inſtantiam,ſed ex noſtra mera, & deliberata voluntate,ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hæſitationem,& dubitationem, prædictam de medio tollentes, intentionis, & voluntatis noſtræ minimè fuiſſe,nec eſſe,priuilegiis,indultis,ſtatutis,& conſuetudinibus ſingularum artium, earúmque collegiorum conſulum,& Iudicum, quorumcunque, circa cognitionem,& deciſionem omnium,& ſingularum cauſarum de rebus, & bonis ad artes ſingulas reſpectiuè ſpectantibus,etiam inter,&contra homines,qui de ipſis artificibus,& collegiis non ſunt,nec pro tempore erunt,vertentes,& quæ futuris perpetuis temporibus verti contigerit,in aliquo derogare,aut derogatum fuiſſe declaramus,& atteſtamur,decernimus,& diffinimus præſentium per tenorem. Et nihilo minus pro potiori eorundem corporum,& collegiorum omnium, & ſingulorum ipſorúmque & cuiuſlibet eorum priuilegiorum,indultorum,ſtatutorum,& conſuetudinum circa cognitionem, & deciſionem cauſarum ſimilium denuo quatenus opus ſit, priuilegia,indulta,& conſuetudines apoſtolica auctoritate eorundem tenore præſentium confirmamus,& approbamus,illiſque omnibus, & ſingulis perpetuæ

Iudices qui de arte quam profitentur cognoſcant.

Pontifex ſtatutis decretis talẽ iuriſdictionem limitauit quoad homines de arte tantum.

Statuta nõ ſunt edita in præiudicium facultatum dictorum conſulum artiũ Vrbis.

petuæ

petuæ firmitatis robur addiicimus. Decernentes omnes,& ſingulos conſules, & alios quoſcunque officiales,& iudices omnium,& ſingularum artium,& collegiorum huiuſmodi de negotiis,& cauſis ad ſingulas quaſque artes reſpectiuè ſpectantibus,etiam inter & contra homines, qui de corporibus & collegiis artium ipſarum pro tempore non ſit, cognoſcere, & iudicare potuiſſe,& debuiſſe poſſeque,& debere prout & quemadmodum ipſi omnes,& ſinguli conſules, & iudices ſingularum artium antedictorum ſtatutorum publicationem, & confirmationem per nos,vt præfertur,editam, & promulgatam,& iuxtà cuiuſque ipſorum priuilegia, indulta,& conſuetudines cognoſcere,decidere,& iudicare poterant, & conſueuerant,de rebus tamen ad ſingulas artes ipſas reſpectiuè ſpectantibus cognoſcere, & iudicare in prima inſtantia,dummodo in articulis iuris,conſultorem, ſeu Aſſeſſorem adhibeant,auctoritate,& tenore præmiſſis concedimus,& indulgemus,Declarantes à ſententiis,declarationibus,&decretis Conſulum,& Iudicum prædictorum infra terminum octo dierum à die latæ ſententiæ, ſeu facti decreti, ad conſeruatores,& non alios quoſcunque Iudices appellari,& recurri poſſe, & debere, & aliter,ſeu ab aliis factæ inhibitiones,& ſignificationes prætextu appellationum, & recurſuum,nemini ſuffragari,Præſenteſq; literas de ſubreptionis,& obreptionis,vitio,mentiſque,aut intentionis noſtræ defectu notari, aut impugnari nullatenus poſſe.Sicque per quoſcunque Iudices, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales iudicari,& diffiniri debere, Irritum quoque,& inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis ſtatutis ipſius Vrbis,vt præfertur,per nos editis, promulgatis, & confirmatis,ac conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis, & Cancellariæ noſtræ regulis,etiam de non tollendo iure quæſito, priuilegiis,etiam iuramento confirmatione apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, per nos,& prædeceſſores noſtros quibuſuis dictæ Vrbis Iudicibus, & Tribunalibus quomodolibet conceſſis,& innouatis,illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Confirmatio facultatum & priuilegiorum.

Appellatio à ſententiis ad Conſ. tantum.

Datum Romę apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die prima Maij, milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo.

XXXVI.

Declaratio conſtitutionis Pauli 3. circa priuilegium Mercatoribus Ripæ Vrbis conceſſum, vt eorum libri concordantes cum libris Proxenetarum, plenè probent,& executionem habeant,ſicut obligationes camerales,etiam contra mulieres.

GREGORIVS Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

CVM alias felicis recordationis, Paulus Papa Tertius prædeceſſor noſter quadam ſua perpetuò valitura conſtitutione etiam per rec. mem Pium Quartum,& Pium Quintum Romanos Pontifices etiam prædeceſſores noſtros confirmata,inter alia ſtatuerit & ordinauerit, quod ad probandum credita dilectorum filiorum Mercatorum Ripæ Almæ Vrbis noſtræ ſufficerent libri eorundem Mercatorum cum libris dilectorum filiorum Proxenetarum concordantes, qui haberent eandem executionem,ac ſi eſſent obligationes in forma Cameræ Apoſtolicæ contra omnes perſonas,etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales,cum decreto etiam irritanti,ac ſublata quauis aliter iudicandi facultate, & alias prout in dicta conſtitutione plenius continetur. Cumque tractu temporis plures difficultates ortæ fuerint,an dicta conſtitutio etiam contra mulieres in eiſdem libris deſcriptas, tam cum earum viris,quàm viduas locum habeat,vnde datur anſa debitoribus altercandi,& ſic ſolutiones effugiendi,vel in longum protrahendi,in graue ipſorum Mercatorum damnum & præiudicium. Nos pro paſtoralis officij noſtri debito omnes huiuſmodi litium controuerſiarum occaſiones & ambages de medio tollere omnemque in poſterum ſuper præmiſſis hæſitandi,vel dubitandi materiam ſuccedere,aliáſque ſuper præmiſſis opportunis prouidere volentes, Motu proprio,& ex certa ſcientia noſtra,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,omnes & ſingulas ac quaſcunque lites & cauſas ſeu controuerſias,tam iudiciales, quàm extraiudicia-

Libri mercatorũ ad probandum æris crediti debitum ſufficiunt.

les

Hic Pontifex auocat ad ſe omnes cauſas deſuper vertentes & eas extinguit.

Impoſitio perpetui ſilentij.

les inter prædictos Mercatores dictę Ripę,& quemcunque vel quoſcunque ipſorum ex vna &quaſcunque mulieres.& coniugatas,ac etiam abſque vel cum earum viris agentes,ac etiam eoſdem viros , necnon etiam viduas,& quaſcunque alias perſonas ex altera partibus ſuper præmiſſis hactenus quomodolibet ortas , ac etiã coram quibuſcunque iudicibus & tribunalibus ordinariis , & extraordinariis delegatis,& ſubdelegatis,ac alias quomodolibet & vbilibet,indeciſas, pendentes, in ſtatu,& terminis,in quibus reperiuntur,illarum ſtatum,ſeu ſtatus, & merita , nominaque & cognomina,& gradus,& qualitates iudicum, & colligantium , iuraque & titulos illorum pręſentibus pro planè & ſufficienter expreſſis habentes , ad nos harum ſerie euocamus,illáſque ſic auocatas perpetuò extinguimus,caſſamus, & abolemus.Dictámque conſtitutionem ipſius Pauli prędeceſſoris , etiam contra quaſcunque mulieres , tam liberas, quàm coniugatas,& etiam tam per ſe quàm cum earum viris,aut abſque illis in dictis libris debitrices deſcriptas,etiam viduas & quaſcunque alias perſonas,etiam perinde,ac ſi ita expreſsè in eadem conſtitutione cautum,ſpecificatum,& dictum fuiſſet,omninò comprehendi, & locum habere,Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium declaramus,ſicque tam in pręteritis,quàm in pręſentibus & futuris perpetuò ſtatuimus , & ordinamus. Ac ita per prędictos,& quoſcunque alios Iudices,& commiſſarios etiam noſtri ſacri Palatij cauſarum Auditores,& Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales , etiam de latere Legatos ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari,& diffiniri debere,irritum quoque & inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari,decernimus.Ac etiam ipſis partibus collitigantibus , & quibuſuis aliis perſonis perpetuum in & ſuper pręmiſſis ſilentium imponimus,necnon tam illis,quàm ipſis iudicibus,commiſſariis, Auditoribus,Cardinalibus,& Legatis , nec contra pręſentium tenorem quicquid facere,& attentare audeant diſtrictiùs,expreſsè inhibemus,Non obſtantibus quibuſuis litis pendentiis,aliis pręmiſſis, ac aliorum Prędeceſſorum & noſtra de non tollendo iure quæſito,ſi opus ſit necnon etiam quadam eiuſdem Pij iiij.prædeceſſoris de ſimilibus,vel diſſimilibus gratiis in Cam. Apoſt. intra tres menſes præſentandis,& regiſtrandis,ſi opus ſit aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,necnon etiam Almæ Vrbis , & Curiæ Romanæ, ac etiam ipſius Ripæ,& quorumcunque aliorum Tribunalium , etiam Cameræ Apoſtolicæ necnon Gubernatoris,ac Vicarij , & Auditoris dictæ Cameræ , ac etiam Senatoris,& Curiæ Capitolij etiam iuramento,& confirmatione Apoſtolica , vel quauis firmitate alias roboratis ſtatutis , & conſuetudinibus , priuilegiis quoque indultis , & literis Apoſtolicis, etiam illis,& ac illorum,ac prędictis, necnon quibuſuis aliis Iudicibus,& perſonis,in genere,vel in ſpecie , ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,etiam Motu ſcientia,& poteſtatis plenitudine ſimilibus, & etiam Conſiſtorialiter,ac alias in contrarium, quomodolibet conceſſis , & confirmatis, quibus omnibus,etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus,ſpecialis, ſpecifica, indiuidua,& expreſſa mentio habenda eſſet,eorum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes,hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſsè derogamus,necnon omnibus illis aliis,quę Paulus III.ac Pius IIII.& Pius V.prędeceſſores prędicti in conſtitutionibus,& illius confirmat,huiuſmodi voluerunt,non obſtante,cęteríſque contrariis quibuſcunque.Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris,die tertia Maij,milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto.Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Omnis homo ſit oportet ,qui hanc ſcholiorum varietatem abſoluere cupit, vt paſſim omnia eruclet quæ conſtitutionum diuerſitatem ſapiunt. Iam ab homicidis & duellis ad Mercatores deuenimus, illáque molimur quæ potiùs Trapezitarum quàm doctorum eſſe videntur. Vt ergo obiter duplici diplomati breuiſſimo compendio ſatisfaciamus . Mercatorum definitiones ac deſcriptionẽ potius tũ partes enumerabimus hinc de libris eorum noſtra inſtruetur oratio.

Mercator deſcribitur in c.eiiciens.88.diſt.vt is dicatur,qui rem comparat vt integram & immutatam vendendo,lucretur ,& huic deſcriptioni & Arch.& Philip Fran.in c. quanquam.in ſi.de cenſi. lib.6.aſſenſere,& referendò Arch.non improbat Albert.in l.vniuerſæ.
de

de vectig.& commiſſ. Signor.verò in conſ.95.num.2.deſcribendo mercatorem, inquit,illum propriè eſſe,qui emit & vendit.At And.Alc vetuſtarum legum non leuis interpres.in l.merciu.ff.de verb.ſignif,definiendo,ſeu deſcribendo,ait: Mercator is eſt, qui negociationis exercendæ quæſtúſque faciendi cauſa,merces emit, vt vendat. *Quibus prætermiſſis placet ita pleniùs deſcribere:ſeu definire:* Mercator eſt, qui negotiationis ſeu negotiationum exercendarum,quæſtúſque liciti faciendi cauſa, frequenter merces permutat, ſeu emit , vt eaſdem non minutatim , nec mutata per ſe forma diſtrahat.

Dubitanti an negotiari & mercari idem ſit,reſpondendũ quod Bart. *in l.legatis.ff.de leg.3.tanquam ſynonyma ponit,& in l.cætera. in §. ſed & ſi quis. ff. de legat.1. vbi etiam alij iuris interpretes etiam promiſcuè vtuntur,Idq; probari videbatur. in l.1. & in l.nobiliores, iuncta rub.C.de commerc.& merca. & his adde* Ang.*in l.in eum ff. de inſt.vbi* Paul.Caſtr. *etiam ſenſit,&* Fed.de Senis *conſ 207.nos* Grifolus. Verùm Signo. *ſingularis memoriæ vir, ſic enim* Bald.*eum appellat in c.clerici.extrà.de iud. vt refert* Iaſ.*in conſ.130. prima conſideratione.col.2.vol.1. in conſ. 115. ſuprà citato ſub num. 25. pleniùs hoc attingens verbum negotiari,& negotiatoris generaliùs eſſe verbo mercari,ſeu mercatoris ſenſit,& quòd nomen mercatoris ſit anguſtius: non inſubtiliter probat, atque deducit , cuiùs ſententia meo iudicio clariùs probatur in c.foras.in §.negotium. extrà:de verb.ſignif. & in c. quoniam.88. diſt. Sunt & plures text. qui innuunt l.fin.*C.*de eunuc. l.fi.*C.*de pig.l.1.§.licet.ff. de trib.act. & eod.tit l.procuratoris.§.mercis nomine. in prin & fin.§. quibus adde.l. athletas.§. ait prætor.ff.de his qui not.inf.& quod* Accurſ *notat in § introduxit.Inſtitut. quod cum eo.vbi* Ang.Aret. *ſub num.2.ait,*Nota *text.cum gl.habes enim quòd plenior appellatio eſt negotiationis,quàm mercis.*Concludendum *igitur puto,verbũ negotiationis, & negotiari,generaliùs eſſe,& quòd in conſuetudine (vt diximus) mercatores negotiatores , & contra appellantur illud non propriè,ſed per abuſionem potiùs accidat meritò ergò generale verbum elegimus,vt definitio ſuum genus habeat.*

Nec *ignorandum eſt mercaturam aliam licitam , & aliam illicitam, ſeu iniuſtam eſſe, vt plenius attigit* Abb.*Siculus extrà.ne cler.vel mon. Dum ergo* D. *Chryſoſtomus ait inter omnes mercatores plus eſt maledictus vſurarius:ſenſit de mercatura prohibita & illicita.Cuius rei fortiſſimum illud occurrit, argumentum : eueniret enim mercaturam licitè exerceri non poſſe,quod eſt contra tex.in c.fornicari.88.diſt.& c.quoniam ea diſt.& c.qualitas,de pœn.diſt.1.& quæ latè ſcripſit* Abb.*relatus,&* Salic.*in auth.ad hæc.q.21.nu.18.*C.*de vſur.* Ad *quos in hac materia confugito,repugnaret etiam his,quæ ſcripſit* Alexan.de Alex. *in 3.part. ſummæ tract. de iudic.*Scot.*in 4.diſt 15.q.2.art.2.* Arch.Flor.*in 2.parte ſummæ tit.1.c. 16. Confirmari hæc poſſunt ex his,quæ ſcripſit* D.Thomas *2.2.q.7.art.4.in ſolutione ad primum argumentum inquit enim verba* Chryſoſtomi,*de quibus in dicto capite,intelligenda eſſe in illo negotiatore,qui ſibi finem vltimum in lucro conſtituit.*Secus *autem ait,vbi quis ad lucrum intendit in mercando non quidem vt finem vltimum vt ſui laboris, ſed tanquam finem neceſſarium ad ſui & ſuæ familiæ ſuſtentationem , aut ſaltem tanquam honeſtum , & ſi non ſemper ſimpliciter neceſſarium hactenus* D.Thomas *ex cuius verbis acquieſcendum videtur & diſtinctioni,ac declarationi traditæ.* Quæ *rurſus confirmatur ex his , quæ ſcripſit* Ioan. Cal. *in c.ſi.de vſu.quem refert & probat* Abb. *in relato loco ſub num.10. & ex capite, quid eſt aliud.88.diſt* Verba *autem capitis ſunt hæc ,* Negotiatores *verò illi abominabiles exiſtimantur , qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes , per immoderatum pecuniæ ambitum, polluunt merces ſuas plus periuriis onerando,quàm pretiis.* Tales *eiecit* Dominus *de templo, dicens,& reliqua,& his adde* Salic.*in d.auth ad hæc.q.21 num.18.* C.*de vſu. qui eandem interpretationem ſenſit,& ſubiicit conſuli in dicto capite,ne quis mercaturam exerceat propter mendacia,ac quæſtus cupiditates , néve conſequenter anima de templo* Dei *eiiciatur , & conſilium* D.Chryſoſtomi *eſſe ſenſit* Laur.de Rodulph. *in tract.de vſu.in 2.par.q.43.num.10. Tom.9. & repet.in c.ſalubriter.num.152.de vſu.* Nec *etiam moueat gloſſ.in l.in eum.* Explorata *mercatorum & mercaturæ deſcriptione adferamus iam illa quæ ex* Iuriſconſultorum *placitis ſtipulari poſſunt huic conſtitutioni de libris* Mercatorum.Hac *certis axiomatibus & regulis accuratè complexi ſumus,vt omnibus pateat quomodo ſtetur libris mercatorum in æris alieni ratione.*

Primò *requiritur,quòd mercator ſit legalis homo,& talis reputationis.* Guid. Pap. *quæſ.44* Rol à Vall.*conſil.92.num.6.lib.3.*Crauett.*de antiq.temp.num 20.*Bart.*in l.admonendi. num.7 ff.de iureiurand.*Corn. *conſi.31.col.1.*Menoch.*conſi.39.num.14 lib.1.*

Dddd *Secundò*

Secundò requiritur, quòd mercator ſcripturam manu propria conſcripſerit. l. generaliter C. de non num. pec. Roland. d. loco verſi. 2. quod Crauet. d. loco num. 20. Contrarium voluit Strac. de mercat. part. ſecunda, num. 65. ſed verior eſt præcedens opin. quando virtute ſtatuti omninò crederetur libris mercatorum. conc. procedunt, quando à ſtatuto non eſt approbata perſona mercatoris.

Tertiò requiritur, quòd veritatem ſcribere conſueuerit. l. vel vniuerſorum. ff. de pigno. act. Roland. d. loco verſi. 3. Crauett. in ſupracitato loco.

Quartò requiritur, quòd cauſam in ſcriptura ſubiunxerit, iuxt. doctr. Bart in l. inſtrumenta. C. de probation. Roland. d. loco verſ. 4. Crauett. ibi, Strac. de mercat. part. ſecunda num. 60.

Quintò requiritur, quòd aliquid contra ſe in eodem libro ſcripſerit. l. Publia. § f. ff. de poſ. l. quædam §. nummularios ff. de eden. Roland. d. loco verſ. 5. Crauett. vbi ſupra.

Sextò requiritur, quòd ex veriſsimilibus circunſtantiis & præſumptionibus poſsit eſſe verum, quòd ſcriptum reperitur habito reſpectu ad tempus debiti contracti, ſolutionis factæ, & ad perſonas contrahentes, & locum contractus. Rolan. à Vall. d. conſi. 92. verſi. 6. ex veriſsimilibus. lib. 3. poſt num. 6. Strac. de mercat. par. 2. num. 61. verſ. denique.

Septimò requiritur, quòd in d. libro ſint deſcriptæ partitæ pertinentes ad mercaturam, ſiue exercitium, de quo tractatur, puta quòd artifex ſcribat de pannis, non de depoſito. Roman. conſil. 204. cl. 2. verſi. 1. probo. Aret. conſi. 33. col. 1. Rolan. d. conſi. num. 8. & 9 latiſsimè Menoch de arbitr. iudi. d. caſ. 91. num. 23. vnde ſtatutum diſponens de plena fide adhibenda theſaurario non procedit, quando tractatur de materia non pecuniaria, & ſic non ſpectante ad officium theſaurariæ. Roman. conſ. 319. Roland. d. conſ. 92. num. 12. & decretum de dando fidem libris Hebræorum intelligitur de pertinentibus ad Hebræos, puta de mutuando pecunias captis pignoribus, ita Iaſ. in l. admonendi. nu. 123. verſ. diligenter. Senat. Pedemont. deciſ. 72. nu. 10. Crauet. de antiq. temp. 1. par. § vidimus. nu. 8. iſtud autem, quòd mercator ſcripſerit de pertinentibus ad exercitium, non facit, quod ei credatur, niſi ſtante d. ſtatuto. doct. in l. admonendi. Cæphal. d. conſ. 374 nu. 53. lib. 3.

Octauò requiritur, quòd ſit appoſitus in dictis libris annus, menſis, & dies; aliàs non probat. Ruyn. conſ 69. num. 13. lib. 4. Rolan. d. conſ. nu. latè Stracc. in tract. de mercat. par. 2. nu. 61. & nu. 55. in fin. poſt Bald. conſ. 382. nu. 14. lib. 5. qui dicit, apponi debere nomen conſulis, hodie apponitur nomen principis regnantis in ditione illa.

Nonò requiritur. quòd mercator ſit legalis, & quòd dictus liber non ſit reprobatus in aliqua parcella, vt & quòd non ſit conſcriptus ab infami. Bal. in l. Caſsius. col. pen. in fin. ff. de ſenat. Roland. d. conſ. 92. num. 15 lib. 3.

Decimò requiritur, quòd appareat, mercatorem tradidiſſe merces, licèt non eſſet neceſſe probare de quantitate: nam quantitas probatur per librum, ita dicit Crauet. in ſupracitato loco num. 9. & ſeq. vbi numeris ſequentibus ponit exemplum de creditore, qui probat mutuaſſe pecunias, licèt non probet de ſumma: nihilominus ſuper quantitate ſtabitur iuramento creditoris, iuxt. originalem opinionem Rayn. de Forlh. in l. 1. ff. de in lit. iuran. Cæpol. caut. 210. Dec. conſ. 146 col. 6. quàm opinionem licèt improbet Purpur. in l. admonendi. num. 265. dicens paria eſſe, nihil probare, vel obſcurè probare, tamen Grauet. in ſupracitato loco num. 14. & ſeq defendit opin. Rayn. de Forly. dicens, quòd licet quantitas ſit incerta, poteſt verificari per iuramentum creditoris.

Vndecimò requiritur, quòd dicti libri non habeant aliquam falſi ſuſpicionem. Iaſ. in repet. l. admonendi. num. 127. Menoch. d. caſ. 91. num. 20.

Duodecimò requiritur, quòd veriſsimilia contineat. Guid. Pap. q. 441. Crauet. conſil. 275. num. 8. & 9. Menoch. vbi ſ. num. Rip. Tiraq. & alij, de quibus per Menoch. caſ. 112. num. 5. & tactum fuit ſup. in 6. requiſito.

Tertiodecimò requiritur, quòd liber ſit ſcriptus manu mercatoris, vel vnius ex ſociis, ſi autem eſſet aliena manu deſcriptus, non probaret, etiam quòd ab altero ſociorum id demandatum fuiſſet. Alex. conſ. 186. num. 2. lib. 2. Bal. conſ. 278. lib. 3. Grauet. Pariſ. & Iaſ. de quibus per Menoch. d. caſ. 92. num. 7. & 8.

Decimoquartò requiritur, quòd dicti libri non ſint deſcripti diuerſa manu, & attramento. Dec. conſ. 447. num. 8. Crauet. conſi. 88. num. 6. & conſi. 134. num. 27. Menoch. conſ. 23. nu. 19. & 17. lib. 1. vbi dicit poſt alios, quòd falſi ſuſpicio in parte libri totum vitiat, per l. ſi ex falſis, vbi Iaſ. C. de tranſactio. libri enim mercatorum carere debent cancellationibus, inductionibus,

ctionibus, & de eis dicitur, quod ſcripſi ſcripſi, & habentur eorum partitæ pro ſententia tranſacta in iudicatum, latè Stracc. de merc. 2. num. 4.

Decimoquintò requiritur, quòd in libro ſint deſcripta data & recepta, & à quo eſt & ex qua cauſa. Bart. in l. comperimus. C. de nauicular. lib. 10. Crauet. de antiq. temp. 6. par. 1. par. princ. nu. 44. Menoch. conſ. 23. nu. 13. lib. 1.

Decimoſextò requiritur, quòd mercator iuret contenta in libro fuiſſe & eſſe vera, ita Crauet. vbi ſup. nu. 47. & Menoch. d. conſ. 23. num. 14. lib. 1. qui omnes allegant Bart. in l. Theopompus. ff. de do. prælegat. dum dixit, quòd quando aſſertioni alicuius eſt fides adhibenda ex diſpoſitione ſtatuti, intelligitur, modò ſi ſuo iuramento id aſſerat.

Decimoſeptimò requiritur, quòd is liber ad petitionem partis exhibeatur ad effectum, vt pars opponere poſsit. Rom. conſi. 156. Marſil. ſing. 81. Did. Couar. lib. 1. var. reſolu. c. 1. num. 5. Menoch. d. conſi 23. nu. 17. lib. 1.

Decimooctauò requiritur, quòd liber præfationem continere debeat & inſcriptionem. Dec. conſi. 21. nu. 1. & 6. Strac. de mercat. par. 2. nu. 53.

Decimononò requiritur, quòd data & accepta in libro ſint deſcripta. Stracc. d. loco. num. 56. vbi nu. 57. dicit, debere ſcribi nominatim.

Vigeſimò requiritur, quòd liber de more factus ſit ſecundum loci conſuetudinem, non enim ſcartafaciis credendum eſt. Bald. conſil. 152. lib. 3 Iaſ. conſil. 4. lib. 3. Stracc. de mercat. par. 2. num. 59.

Vigeſimoprimò requiritur, quòd dicti libri ſint compaginati, aliàs non carent ſuſpitione farſi. Tibe. Decian. reſpon. 100. num. 16. lib. 2. Hac ratione aſſentitur libris Mercatorum.

XXXVII.

De modo & forma publicandi beneficiorum reſignationes, & iurium ceſsiones.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

HVMANO vix iudicio ita bene quicquam, & prouidenter ſanciri poteſt, quin vſus ſæpe aperiat, doceátque id quod ſalubre fore credebatur, minus experiundo prodeſſe: quod in illis conſtitutionibus, quas ad prohibendas ſimulatas occultáſve beneficiorum Eccleſiaſticorum reſignationes diuerſi Romani Pontifices multifariam ediderunt, & fel. rec. Pius Papa V. prædeceſſor noſter nouiſſimè promulgauit, cognoſcimus accidiſſe. Nos hoc malum, prout occaſio neceſſitáſque poſtulat, coercere volentes, ſtatuimus, vt poſthac omnes, & quæcunque reſignationes, etiam cauſa permutationis, ac commendarum & etiam literis Apoſtolicis non confectis, & poſſeſſione non habita, necnon litis, & iurium quorumcunque ceſſiones, ac retroceſſiones, quæ deinceps de quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis in noſtris, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manibus, ac etiam coram Notario publico, & teſtibus fient, & à nobis, vel illo, ſeu noſtro, vel illius mandato admittentur & ſuper eis prouiſiones, & quæcunque aliæ diſpoſitiones, ſiue temporales, ſiue perpetuæ, aut ad hoc mandata apoſtolica ſub quacunque forma, & quibuſcunque etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac piis locis quocunque priuilegio ſuffultis facta, publicari debeant cum literis apoſtolicis deſuper confectis intra ſex menſes, ſi beneficium citra montes fuerit, vltrà verò intra nouem à data cōceſſionis gratiæ, non autem à die præſtiti ſuper ea conſenſus numerandos, etiam ſi poſtea conceſſio gratiæ huiuſmodi ex quauis cauſa, diuerſiſque ſubſequentibus datis, ac quotieſcunque, & quouiſmodo reformata, & valida reddita fuerit, pluréſque & quotquot in alium, vel alios ceſſiones, ac etiam in ipſummet primum reſignantem, vel cedentem retroceſſiones termino prædicto nondum elapſo interceſſerint ita vt vnicus dumtaxat terminus omnibus his ſucceſſiuis ceſſionibus, ac retroceſſionibus decurrat, vt qui poſtremus gratiam habuerit, publicationem huiuſmodi facere, cæteráque omnia hic præſcripta intra eundem terminum præſtare teneatur, Ipſa autem publicatio in Cathedrali, & in beneficij Eccleſia, vel Eccleſiis, ſi in pluribus illud ſit, fiat vbique dum frequens populus ad Miſſarum ſolemnia conuenerit, palam omnibus literæ Apoſtolicæ prædictæ, earúmve tranſumptum authenticum exhibeatur, claraque intelligibili voce reſignatio, ſeu ceſſio huiuſmodi, ac

Reſignationes omnes quacunque cauſa ſiue permutationis ſiue regreſsus fiant quomodo & quando publicari debeant.

Beneficiorum reſignationes quæ purè nec perperam fiunt illæ potiſſimum probantur Concilio Tridentino quæ hodie odioſæ ſunt, pauci enim de reſignandis beneficiis canonica lege cogitant. Permutantur potius quam renunciantur beneficia vt in his ſemper infanda illiciti contractus germina eniteſcăt Reſignationes autem quæ iuxta huius conſtitutionis decretum fiunt publicari debent intra ſex menſes ſi beneficia ſint citra montes ſi verò vltra, intra nouem. Verum quomodocunque fiat expreſſa reſignatio fieri debet in manibus eius qui conferre poteſt, c. admonet, ibi te inconſultò dimittere & c. fin. de renunc. Nec perdit beneficiũ renuncians donec is apud quẽ huiuſmodi beneficium eſt reſignatum approbet reſignationem. d. c. fin de renunc. quia in ſuperioris poteſtate eſt eam recipere vel non Ioan. And. in ca. ex ore. de his quæ fiunt à maiori parte.

beneficij qualitas,& inuocatio,nominaque,& cognomina reſignantis,ſeu cedentis, ac illius in cuius fauorem gratiam huiuſmodi facta eſt,pronuncientur, ita vt hæc omnia poſſint ad notitiam omnium ibi exiſtentium veriſimiliter peruenire; ſcriptóque de his omnibus exempto collato valuis dictarum Eccleſiarum affixum relinquatur. Si verò Eccleſia beneficij ruralis ſit, aut populo Conuentúque careat, eo caſu in Parochiali,intra cuius Parochiæ limites beneficium ipſum conſiſtit, & in Cathedrali Eccleſia,vel ſi locus bello,ſeu peſte,aliiſve manifeſtis periculis ſubiaceat,tunc in proxima parochiali,ac etiam in Cathedrali Eccleſia,vel ſi aditus ad illas,aut vtramuis minime ſit ſecurus, in alia Cathedrali,vel parochiali viciniori periculorum immuni publicatio huiuſmodi peragatur. Is quoque in quem diſponi,vel mandari de beneficio etiam litigioſo,vel accedente non poſſeſſo ſub quacunque forma cõtigerit,poſſeſſionem beneficij intra dictum tempus vigore literarum Apoſtolicarum deſuper confectarum,nec alias apprehendere debeat,& ſi propter litem,aut aliud legitimum impedimentum nequiuerit,ſaltem literas Apoſtolicas cum earum publicatione ſi tunc facta erit, Iudici, ſeu executori illarum vel aliis ad quos pertinet,per ſe, vel procuratorem ſuum legitimum, intra idem tempus præſentare, & apud illum, vel illos pro ipſarum literarum executione inſtare & poſſeſſionem huiuſmodi inſtanter petere teneatur. Cæterum modus, & forma hic tradita ſemper,& vbique debeat obſeruari,nec alia, vel æquipolens vllo modo admitti in omnibus huiuſmodi reſignationibus,ceſſionibus, & retroceſſionibus,de quibuſcunque Eccleſiis,Monaſteriis,Prioratibus, tam virorum, quam mulierum dignitatibus,& officiis,& beneficiis Eccleſiaſticis,ſecularibus,& quorumuis ordinum,etiam militiarum regularibus, etiam electiuis, & manualibus, ac etiam de iure patronatus laicorum Illuſtrium, & alias quomodocunque exiſtentibus, ſiue pacificis,ſiue in petitorio,ſiue in poſſeſſorio litigioſis, etiam de quibus in Conſiſtorio noſtro diſponi conſueuit,ſeu debet,quę poſthac ex quacunque cauſa fient, & per nos,ac prædictos ſucceſſores,extra tamen dictum Conſiſtorium, admittentur,etiam cum reſeruationibus nominis,tituli administrationis, poſſeſſionis, fructuum,etiam omnium,ac rerum,& iurium quorumcunque. Ad prædictorũ tamen obſeruationem eum,in quem iure ſit ceſſio beneficij, quod tempore huiuſmodi, & ante illam vigore literarum Apoſtolicarũ,vt ſupra,ſi ad id tenebatur,publicatarum,realiter poſſidebat, nolumus obligari. Quod ſi quicquam prædictorum omnium omiſſum fuerit,dictis terminis,vt cuique præſcripti ſunt elapſis, omnes diſpoſitiones, & gratiæ reſignatorum, & ceſſorum beneficiorum,aut iurium huiuſmodi,cum omnibus inde ſecutis, ſiue de pacificis, ſiue de litigioſis, ſint irritæ, & inanes,nulláque alia gratia ſuper huiuſmodi beneficio ſiue iure ceſſo, iis quibus conceſſa fuerit,ſuffragetur,ſed ipſi tales inhabiles, & incapaces ſint ad huiuſmodi beneficia ſic reſignata & ceſſa,quandocunque obtinenda, illáque, ſiue iura ab ipſa ſtatim prima reſignatione,ſeu ceſſione etiam ſi illæ aliàs nullæ,& inualidæ eſſent, vacauiſſe,& vacare cenſeantur eo ipſo,nec reſignantibus, ſeu cedentibus ſi poſtea in ſua poſſeſſione remanent,conſtitutiones de annali, & triennali poſſeſſore, nec præſumptæ,aut tacitæ retroceſſiones,etiam propter diuturnam continuatæ poſſeſſionis huiuſmodi tollerantiam,nec omninò aliud ius,vel beneficium vllo tempore ſuffragetur,ſed ipſa beneficia,ſiue iura ſic à principio vacantia à Sede Apoſtolica prædicta dumtaxat impetrari valeant,ac concedi. Illorum verò impetrationes vel etiam Motu proprio conceſſiones,quibuſcunque derogationibus ſuffultæ nunquam ſub clauſulis generalibus,aut vacationum modis conditionalibus, vel implicitis comprehendantur,ſed ſpecialiter & expreſsè ob non ſeruatam præſentis conſtitutionis formam, ac cum declaratione nominum, & cognominum reſignantis ſeu cedentis,& gratiam habentis diſpoſitiuè, & non conditionaliter fieri omninò debeant & quicunque ſic impetrans, aut gratiam etiam motu ſimili habens præfinitum cuique caſui tempus prædictum à data conceſſionis gratiæ ſibi factæ huiuſmodi,ea omnia quæ cadens à iure prædicto habebat, præſtare teneatur,& ſi pluribus gratiam huiuſmodi fieri contigerit,is præ omnibus obtineat, qui primus publicationem ſuæ impetrationis fecerit, & poſſeſſionem adeptus fuerit, aut petierit,omniáque requiſita prædicta adimpleuerit, quamuis in data ſic po-

ſtremus

ſtremus,& poſſeſſio ac alio in negligentiore prius apprehenſa fuerit, vel petita Reſeruationibus omnibus nominis,adminiſtrationis fructuum etiam omnium, ac penſionum,& aliarum rerum quarumcunque,necnon facultatibus indultis, & aliis conceſſionibus tam ipſis reſignantibus,ſeu cedentibus,qui tamen poſſeſſionem ab initio re ipſa admiſerint,quàm aliis ex huiuſmodi reſignationibus ſeu ceſſionibus à Sede Apoſtolica factis nihilominus validis, plenumque effectum ſortituris. Sed ne in beneficiis ſuper poſſeſſione vel proprietate litigioſis litis proſecutio turbari valeat, vel differri, in cauſis huiuſmodi contra cedentem ad vlteriora,etiam ad ſententiam diffinitiuam,& rem iudicatam,ac illius executionem, quouſque ille qui gratiam ex reſignatione,ſeu ceſſione,aut ex omiſſa forma publicationis huiuſmodi obtinuit,ad cauſam per ſe,vel procuratorem legitimum acceſſerit,litémque huiuſmodi ſuſceperit,eodem modo,& ordine procedi poſſit, quo potuiſſet legitimè ſi ceſſio huiuſmodi facta non fuiſſet, ac quicquid interim ſic procedendo decretum,& expeditum fuerit ſiue cum cedente,ſiue contra eum,etiam poſtquam ipſe,vel quiuis alius incumbentia ſibi ſecundum prædicta præſtiterit, non ſolùm circa fructus,ſed etiam circa poſſeſſionem, & ipſum ius quod ceſſum eſt, valeat omninò,& vim obtineat,illúmque ipſum,cui gratia facta eſt, non minus afficiat, quàm ſi ipſo legitimè citato contra eum decretum & expeditum fuiſſet, nec ipſe aduerſus hæc,prætextu non acceptatæ gratiæ,vel etiam illius ignoratæ aut citationis,vel intimationis executioni contra ipſum minimè demandatæ,aliáue ratione valeat excuſari. Poſſit tamen ipſe etiam ſi in lite,& cauſa huiuſmodi ſurrogatus nõ ſit quandocunque ad illius proſecutionem, & terminationem venire & a Iudice coram quo cauſam ipſam etiam ex delegatione pendere contigerit, in illis ipſis ſtatu,& terminis,in quibus tunc eam eſſe reperit,etiam abſque reſcripto ſpeciali admitti.

Modus impetrandi beneficia vacantia ob nõ ſeruatam formam publicationis.

De beneficiis autem quæ deinceps in manibus ordinariorum collatorum etiam Cardinalium etiam indulta & facultates ad hoc ab Apoſtolica Sede habentium,ac legatorum etiam de latere,& delegatorum etiam ſpecialium eiuſdem ſedis extrà Romanam curiam reſignari, etiam ex cauſa permutationis contigerit, ipſi intra menſem negocium vniuerſum admiſſionis, vel reiectionis reſignationis huiuſmodi,&(ſi per eos facienda erit) prouiſionis reſignati beneficij iuxta Apoſtolicas,& alias canonicas ſanctiones omninò abſoluant. Et qui ſic prouiſus fuerit, intra tres menſes à die ſibi factæ prouiſionis illam publicet, & poſſeſſionem beneficij capiat modo & forma ſupradictis, alioquin illis elapſis nulla ſit eius prouiſio, & beneficium vacare cenſeantur eo ipſo. Ordinariique, & alij prædicti qui hæc vti eis præſcribuntur,non perfecerint,eo caſu poteſtate diſponendi de ipſis beneficiis ſint ea vice priuati,eorumque diſpoſitio eo ipſo ad Sedem Apoſtolicam deuoluta exiſtat aut aliis idoneis ab ipſa ſede dumtaxat, modo & forma prædictis, concedantur. Decernentes ſic per quoſcunque iudicari debere, necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcunque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Modus, forma tempus admittenai & publicandi reſignationes quæ fiunt in manibus ordinariorum vel legatorum.

Non obſtantibus prædicti Pij Quinti,& aliis omnibus aliorum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus de publicandis reſignantibus huiuſmodi hactenus editis,& reformatis,quas omnes omninò abrogamus. Ita tamen quod in publicandis illis reſignationibus,& ceſſionibus,quæ in manibus noſtris hucuſque factæ,& à nobis admiſſæ ſunt & tempus ad eas publicandas,iuxta dicti Pij prædeceſſoris conſtitutionem nondum effluxit, conſtitutio ipſa quo ad eas dumtaxat, integrè obſeruetur: Necnon reſignantium,ſiue cedentium voluntatibus, conditionibus proteſtationibus,& clauſulis, in ipſiſmet reſignationibus, & ceſſionibus ſeu procuratorum conſtitutionibus, & mandatis, ac alias etiam ad præſeruationem ſuorum iurium,& ſignificationum quod non aliter,nec alio modo reſignant, ſeu cedunt appoſitis,& quacunque verborum vi,formula,& multiplicatione, expreſſis necnon indultis,priuilegiis,& gratiis Apoſtolicis, etiam prædictis Cardinalibus, ac eorum, & noſtris familiaribus continuis commenſalibus, necnon literarum apoſtolicarum ſcriptoribus,abbreuiatoribus,cæteriſque Romanæ Curiæ officialibus,& ex quibuſuis cauſis quomodocunque conceſſis, & confirmatis: quæ omnia etiam tollimus,& annullamus,cæteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentes amplius innoteſcant,volumus vt earum exemplis etiam impreſſis, Notarij

Pœna ordinariorum,qui huius conſtitutionis effectum negligunt.

publici

publici manu ſubſcriptis,& ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides vbique in iudicio,& extrà illud adhibeatur,quæ adhiberetur eiſdem præſentibus,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Mandamùſque illas in librum Quinternum appellatum Cancellariæ Apoſtolicæ ad perpetuam rei memoriam de more referri.

Datum Romę apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio,Nonas Ianua.Pontificatus Noſtri,Anno Duodecimo.

XXXVIII.

Declaratio regulæ & regiminis fratrum Diſcalciatorum S.Ioſephi in regnis Hiſpaniarum Ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruantia.

Diſcalciati apud Hiſpanos dicuntur fratres congregationis S.Ioſephi ſtrictioris vitæ inſtitutum ſequentes ſub regula Minorũ de obſeruantia.

GREGORIVS Papa XIII.Ad perpetuam rei memoriam.

ADHOC nos Deus,licet immeritos militantis Eccleſiæ regimini prætulit,vt quid cuique conueniat,neceſſariumque ſit,& opportunum, prouideamus , & præſertim dilectis filiis profeſſoribus ordinis fratrum minorum Diſcalſciatis nuncupatis Prouinciæ Sancti Ioſephi in Regnis Hiſpaniarum,quos tanto rerum cæleſtium,& æternarum ſtudio allectos eſſe intelligimus,vt pro ſempiterna earum fruitione quamlibet vitæ auſteritatem voluntariè,libentérque amplectantur,vt ab externis curis,& moleſtiis,quibus ab inſtituto,& præſcripto regulæ ſuæ diſtrahi poſſunt,liberati,illis ſoluti liberiorem bona cœleſtia & æterna contemplandi,& conſequendi facultatem habeant.Ad aures itaque noſtras fratres prædicti Diſcalſceati nuncupati nonnullas quærimonias perduxerunt, quibus ſe quampluribus moleſtiis,ac perturbationibus , à dilectis filiis fratribus S.Franciſci de obſeruantia nuncupatis non parum ſub minimè iuſtis prætextibus vexari conquerebantur,Ea propter nos illorum quieti,& indemnitati conſulere volentes , Congregationi Venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalium , ſuper negotiis Epiſcoporum,& Regularium deputatorum , negotium huiuſmodi audiendum & cognoſcendum commiſimus, coram quibus re diu, ac maturè diſcuſſa,iiſdémque fratribus Diſcalceatis ex vna , & Procuratore generali prædictorum fratrum de obſeruantia partibus ex altera,ſemel,ac pluries auditis,habita ſuper hoc matura deliberatione,de eorundem Cardinalium conſilio , Congregationem , ſiue vt vocant Prouinciam Sancti Ioſeph prædictam , iam pridem in dictis Regulis erectam, & ordinatam,ac laudabilia inſtituta eorundem Diſcalceatorum,cum omnibus , & ſingulis eorũ cuſtodiis,domibus,ſeu monaſteriis,& locis,quæ nunc obtinent,& in poſterum obtinebunt,præſentibus,& futuris,Apoſtolica auctoritate,tenore prçſentium approbamus,& confirmamus,illiſque perpetuæ,& inuiolabilis firmitatis robur adiicimus:Præcipientes in virtute ſanctæ obedienciæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ,& aliis arbitrio infraſcriptorum iudicum infligendis cenſuris,& pœnis,Generali,& aliis miniſtris,Commiſſariis,Prouincialibus,diffinitoribus , Vicariis,Cuſtodibus , & Guardianiis nunc, & pro tempore exiſtentibus dicti ordinis fratrum minorum de obſeruantia nuncupatorum,ac illorum Generali,proximè,& aliis in futurum celebrandis capitulis,& perſonis in eo congregandis,necnon omnibus & ſingulis aliis quacunque dignitate, auctoritate , & poteſtate fungentibus, ne prædictorum cuſtodias,Monaſteria,ſeu domos,aut loca prædicta nullatenus directè,vel indirectè,ſeu quouis quæſito colore,vel ingenio diſmembrare,aut ſeparare,ſeu diſmembrari,vel ſeparari,aut alias quomodolibet inquietare , vel moleſtare audeant,ſeu permittant , nec eorundem fratrum Diſcalceatorum viuendi modum, aut rigorem ſtrictæ eorum obſeruantiæ habitus vtilitatem,ac paupertatem contemnere,immutare,ſeu retardare,aut in eis aliquid innouare, ſeu attentare præſumant quinimò Generalis miniſter,Commiſſarij,& alij prædicti , fratribus dictæ Prouinciæ Sancti Ioſeph,ac eorum cuſtodiis,domibus,Monaſteriis,ſeu locis, quibus poterunt modis,auxilium,conſilium , & fauorem præſtent. Præterea nos fratribus dictę Prouinciæ quæcunque loca,tam in Regnis Hiſpaniarum, quam in omnibus Indiis,& alibi exiſtentia,ipſis pro tempore concedenda,interueniente Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ſeu ſeruata forma Concilij Tridentini , necnon fratres prædictos

Prohibet Pontifex ne fratres minores audeãt in iſtos quidquã conari quod iniuriã aut moleſtiam aliquam præ ſe ferat.

de

de obſeruantia ad eos tranſeuntes recipiendi licentiam, & facultatem impartimur. Inſuper, cum dicti fratres Diſcalceati perpetuum aliquod onus miſſarum , per ipſos celebrandarum ex inſtituto ſuſcipere prohibeantur,ac ex officio, & debito charitatis,pro ſuis benefactoribus viuis,atque defunctis ſacras Miſſas celebrare,& alia diuina officia peragere habeant,ſeu ſæpius in illis celebrandis,& peragendis plurimum occupentur,Statuimus , vt nullus Superiorum prædicti ordinis fratrum minorum de obſeruantia ipſis fratribus Diſcalciatis aliquod onus Miſſarum perpetuum,vel temporale iniungere , ſeu eos ad aliquas Miſſas pro aliis particularibus perſonis ſeu animabus aliquorum fidelium defunctorum , etiam ſi illi ſint patroni, vel fundatores quorundam Monaſteriorum , aut domorum eorundem fratrum de obſeruantia,ſeu in quibus memorati fratres de obſeruantia commorantur,celebrãdas,vel alias ad ſatisfaciendum in Miſſis huiuſmodi pro eiſdem fratribus de obſeruantia cogere , ſeu aſtringere poſſit. Præterea quod nulli Commiſſarij fratrum de obſeruantia prędictorum , nec ipſe Generalis miniſter pro tempore exiſtens poſſit aliquos ex dictis fratribus Deſcalciatis de prædicta eorum Prouincia Sancti Ioſeph,ſeu de eorundem domibus,vel locis extrahere,vel transferre,aut illos mittere ad quaſcunque alias partes , vel Prouincias, etiam Indiarum , etiam pro cuſtodia Sancti Gregorij in Indiis Philippinis,& vbi domus,ſeu monaſteria ipſorum fratrũ Diſcalceatorum in poſterum canonicè recepta fuerint,niſi eos,qui à patribus in capitulo eiuſdem prouincię Sancti Ioſeph ſpecialiter aſſignati fuerint,vel alios in eodem capitulo fuerit ordinatum,quodque cuſtodia Sancti Gregorij prędicta eidem Prouincię Sancti Ioſeph ſubiecta,& incorporata exiſtat, prout nos illam harum ſerie ſubiicimus,& incorporamus, donec ea in Prouinciam , iuxta ordinis inſtituta, fuerit erecta:ac quod prouincialis dictę prouincię Sancti Ioſeph poſſit , & valeat, fratres eiuſdem Prouincię ad cuſtodiam prędictam tranſmittere , ac Commiſſariũ ad illam viſitandam,ibique capitula habendum iuxta ordinis inſtitutum,vbi,& quãdo opus fuerit,& ſi videbitur,deſtinare. Volentes nihilominus,vt ſaluis ſupradictis, in reliquis dicti fratres Diſcalceati ſubiecti remaneant iuriſdictioni,viſitationi , & correctioni miniſtri eorundem fratrum de obſeruantia Generalis , adeò quod ipſe Miniſter per ſeipſum,vel alium,ſeu alios eiuſdem ordinis Diſcalceatorum tantum, poſſit ipſum fratres Diſcalceatos corrigere,viſitare,ac in eos iuriſdictionem exercere. Decernentes prçſentes literas nullo vnquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis vitio,ſeu intentionis noſtrę defectu,etiam ex eo quod omnes intereſſe habentes,vel fratres de obſeruantia prędicti,aut quicunque alij vocati non fuerint,notari,argui,ſeu impugnari,aut ſub quibuſuis reuocationibus,ſuſpenſionibus,limitationibus,aut aliis contrariis diſpoſitionibus,etiam ab eadem Sede Apoſtolica emanatis,& in poſterum emanandis comprehendi non poſſe,ſed illa ſemper validas, & efficaces exiſtere,ſuóſque plenarios , & integros effectus ſortiri debere, Sícque per quoſcunque Iudices,& Commiſſarios quauis auctoritate fungentes , etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,ac Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales , ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate, & auctoritate vtrique iudicari,& diffiniri debere,necnon irritum , & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignorantes contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus Toletan. & Maxican. Archiepiſcopis , & Epiſcopo Abulen.necnon dilectis filiis Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę generali Auditori, ac Decano Eccleſię Mexican.per prçſentes mandamus, quatenus ipſi,vel duo , aut vnus eorum per ſe,vel alium,ſeu alios prçſentes literas, & in eis contenta quęcunque,vbi,& quando opus fuerit , ac quoties pro parte fratrum Diſcalceatorum prędictorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes , illiſque in prçmiſſis efficacis defenſionis prçſidio aſſiſtentes,faciant auctoritate noſtra eos prçmiſſis omnibus,& ſingulis,iuxta prçſentium continentiam,& tenorem pacificè frui, & gaudere,Non permittentes eos deſuper per Miniſtrum generalem , alióſque prędictos quomodolibet indebitè moleſtari:contradictores quoſlibet , ac rebelles,& prçmiſſis non parentes per ſententias,cenſuras,& pœnas Eccleſiaſticas,aliáque opportuna iuris,& facti remedia,appellatione poſtpoſita,compeſcendo , necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus illos ſententias , cenſuras , & pœnas prędictas

Facultas recipiendi fratres de obſeruantia ad hunc ordinẽ tranſeuntes.

Cuſtodia S. Gregorij incorporata Prouinciæ S.Ioſephi.

Diſcalciati remanent ſub iuriſdictione miniſtri generalis ipſius ordinis.

Clauſulæ quibus præſeruatur conſtitutio aduerſus quaſcunque annullationes.

ctas incurriſſe declarando, illáſque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus fe. re. Bonifacij Papę VIII. prędeceſſoris noſtri, per quam cauetur expreſsè, ne profeſſores ordinum mendicantium loca ad habitandum, abſque dictę Sedis licentia ſpeciali de nouo recipere præſumant, cum prohibitione huiuſmodi expreſſam mentionem faciente, ac de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore pręſentium ad iudicium vltra tres dietas non trahatur aliíſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ordinis huiuſmodi iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus eorum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Cęterùm, quia difficile foret pręſentes literas ad ſingula quęque loca, vbi neceſſe fuerit, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod tranſumpto pręſentium literarum, etiam impreſſo, ſigillo alicuius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munito, & manu Notarij publici ſubſcripto, eadem fides tam in iudicio, quam extra illud vbique adhibeatur, quę ipſis originalibus literis inhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die duodecima Nouembris, 1578. Pontificatus noſtri anno. 7.

Executorum deputatio & facultates.

XXXIX.

Inſtitutio & regula Fratrum & Monialium Diſcalciatorum primitiuam regulam Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo in regnis Hiſpan. obſeruantium.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

PIA conſideratione Romanum decet Pontificem, circa ſtatum Religioſorum ita attendere, vt ipſi Religioſi regulam quam ab initio profeſſi ſunt, obſeruare nitentes ab omni moleſtia vindicentur. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt chariſſimus in chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus & dilecti filij religioſi Diſcalceati nuncupati Ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo in regnis Hiſpaniarum exiſten. Quod cum alias fœlicis recordationis Innocentius Papa quartus prædeceſſor noſter ſupplicationibus prioris & fratrum Eremitarum beatæ Mariæ de monte Carmelo, ea in parte inclinatus declarationē & correctionem regulæ eorum Ordinis à bonæ memoriæ Alberto Patriarcha Hieroſolymitano ſibi traditæ, per bonæ etiam memoriæ Hugonem tituli ſanctæ Sabinæ presbyterum Cardinalem, & Guilielmum Epiſcopum Anteradenſem de eiuſdem Innocentij Papæ mandato factam, & per eoſdem fratres firmiter obſeruandam confirmaſſet.

Innocentius IIII. inſtitutū ordinis S. Mariæ de Carmelo approbauit & cōfirmauit.

Ac poſtmodum piæ memoriæ Eugenius Papa quartus etiam prædeceſſor noſter per eum accepto, quod in quibuſdam capitulis dictæ regulæ inter alia cauebatur quod Fratres prædicti ordinis ab eſu Carnium ſe abſtinerent, ni pro infirmitatis, vel debilitatis remedio, Eiſdem etiam quod ſingulis diebus dominicis dumtaxat exceptis à feſto exaltationis ſanctæ Crucis vſque ad feſtiuitatem Reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti ieiunare tenerentur. Quodque ſinguli eorum manere deberent in cellis ſuis die, ac noctu in lege Domini meditantes, ac in orationibus vigilantes præcipiebatur. rigorem huiuſmodi mitigans, ac Regulam ipſam moderans, ſtatuiſſet ordinaſſet, & conceſſiſſet, quòd dicti Ordinis profeſſores, tunc & pro tempore exiſtentes tribus dumtaxat diebus ſingularum hebdomadarum etiam quibus vt præfertur ieiunare, iuxta eandem regulam, eſſent adſtricti, præterquam in aduentu, & in Quadrageſima, & aliis generalibus prohibitis diebus carnibus veſci, ac horis congruis in eorum Eccleſiis manere, & per clauſtra, ac eorum ambitus deambulare liberè, & licitè valerent: Decernens eoſdem fratres & eorum ſingulos circa præmiſſa ad arctiorem obſeruantiam, quàm ſupra præmittitur,

Eugenius IIII. rigorem ieiunij & abſtinentiæ tum ſolitudinis mitigauit.

mittitur, occaſione profeſſionis in dicto ordine emiſſæ, vel in poſterum emittendæ minime tenerentur. Et alias prout in eorundem Innocentij, & Eugenij literis deſuper confectis plenius continetur.

Demum de Anno Domini, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, ſeu alio veriore tempore nonnulli dicti ordinis profeſſores diuina inſpirante gratia primum dictæ regulæ inſtitutum imitari cupientes poſtpoſitis quibuſcunque corporis commodis, dummodo Chriſtum lucrifacerent, cum licentia ſui prioris Generalis tunc in Hiſpaniarum partibus exiſtentis, ſibi aliquot fratrum: & Monialiū Monaſteria, in quibus primitiua regula prædicta cum omni obſeruantia, & rigore retineretur, ſub obedientia tamen Prouincialis fundare, & ædificare cœperunt. Quam quidem regulam, & obſeruantiam fundatores prædicti, ac etiam qui pro tempore admittebantur ex mitigatis: renuntiando mitigationi, & relaxationi dicti Eugenij prædeceſſoris, tranſacto probationis anno, denuo, ac etiam alij de ſæculo venientes profitebantur, & ſucceſſiuè benedicente Domino numerus Religioſorum primitiuam Regulam huiuſmodi profitentium, & obſeruantium adeo hoc tempore excreuit, vt de præſenti viginti duę domus fratrum, & Monialium huiuſmodi, in quibus ferè trecenti fratres, & ducentę Moniales exiſtunt, deuotum altiſſimo famulatum exhibentes in prędictis regnis Hiſpaniarum reperiantur.

Anno 1565 initio Pontificatus Pij V. multi antiquatum huius religionis ſplēdorem excitarunt.

Religioſi autem huiuſmodi vltra contenta in regula prędicta de licentia dicti Generalis, & cuiuſdam Vicarij ab eodem Generali in Prouincia Caſtellę deputati, ac cum approbatione Viſitatorum Apoſtolicorum, qui fuerunt dictę religionis, quędam inſtituta ad carnis mortificationem, & populi ędificationem ab initio ſuę inſtitutionis obſeruare incœperunt, veluti Diſcalceatos incedere (vnde Diſcalceatorum nomen ſorti ſunt) indui ſacco: dormire ſuper tabulis, ad ſubleuandum ſuam inopiam manibus propriis operari, multum in oratione ſe exercere, atque diuinum officium ſine cantu, ſeu modulatione recitare.

Diſcalciatorum nomen vnde.

Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat ipſis Religioſis Diſcalceatis, quam plures moleſtię, & impedimenta, eorum pium inſtitutum turbantia per fratres mitigatam, ab eodem Eugenio prędeceſſore Regulam (vt prefertur) profitentes, mitigatos nuncupatos ſuper premiſſis illatę fuerint.

Ipſique Diſcalceati prelatum ordinarium ex ſuis Diſcalceatis (vt par eſſet) non habebant, ſed ad præſens per dilectum filium Angelum de Salazar ex fratribus mitigatis Vicarium generalem Venerabili fratre Philippo Epiſcopo Placentino, in dictis Regnis noſtro, & Apoſtolicæ ſedis Nuntio, donec de idoneo ſuperiore eiuſdem profeſſionis Diſcalceatorum prouideatur, deputatum, regantur: ac ſummopere cupiant ad eorum quietem, & tranquillitatem conſeruandam, ac pro Religionis, & ſtrictæ eorum obſeruantiæ atque inſtituti progreſſu, & augmento, vt de omnibus Monaſteriis, quæ in dictis Regnis nunc ſunt, & pro tempore erunt, vel erigentur, ipſorum Diſcalceatorum, tam virorum, quàm mulierum dictam primitiuam regulam profitentium, vna Prouincia fuerat ſeparata à Prouinciis fratrum mitigatorum huiuſmodi quæ ſubſit immediatè priori generali dicti ordinis, & gubernetur per priorem Prouincialem ex ipſiſmet fratribus Diſcalceatis in capitulo dictæ prouinciæ, canonicè eligendum, prout alij Priores prouinciales eiuſdē ord. in ſimilibus cap. prouincialibus eliguntur, & deputantur. Propterea tam dicti Religioſi Diſcalceati, quàm dictus Philippus Rex, qui profectum religioſorum huiuſmodi maximè exoptat, nobis humiliter ſupplicare fecerunt, vt honeſtis petitionibus huiuſmodi annuere, & aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Angelus de Salazar.

Philippus Placentinus Epiſcopus.

Nos igitur æquum, & rationi conſonum ducentes, vt qui arctioris regulæ obſeruantiam ſectantur, Superioribus eorum, qui in laxiori degunt, non ſubiaceant, ſed quilibet eiuſdemmet profeſſionis ſuperiores habeat, & ab illis iuxta eorum inſtituta regularia proſpere, & fœliciter guberncntur: prædictorum fratrum & Monialium Diſcalceatorum tranquillitati, & indemnitati, eorumque inſtituti propagationi, & profectui conſulere cupientes, eoſdem fratres, & Moniales, eorumque ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione,

vel cauſa litis;ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſuper viſitatione Apoſtolica, & conſultatione Epiſcoporum, ac regularium reformatione deputatorum, quibus hoc negotium examinandum mandauimus conſilio,inſtitutum huiuſmodi,quòd iuxtà primitiuam regulam prædictam,dicti fratres Diſcalceati profitentur laudantes,& approbantes, dictos fratres;& Moniales primitiuam regulam huiuſmodi in Regnis Hiſpaniarum obſeruantes,Diſcalceatos nuncupatos,eorumque domus,Conuentus,Monaſteria, & loca,nunc,& pro tempore exiſtentia,à Prouinciis fratrum,& Monialium eiuſdem ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo regulam per prædictum Eugenium prædeceſſorem mitigatam,nunc,& pro tempore obſeruantium mitigatorum nuncupatorum,penitus,& omninò in perpetuum,Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſeiungimus,ſeparamus,& diſmembramus, ipſóſque Diſcalceatos ab omni, & quacunque iuriſdictione,viſitatione,correctione,&ſuperioritate Prioris,Prouincialibus,& aliis prælatis,& Superioribus mitigatis in ipſos Diſcalceatos competente,perpetuò eximimus,& liberamus.

Arctioris regulæ ſtudioſi,à laxioris & liberioris inſtituti fratribus diſcriminari debent ſuperiorum diſtinctione.

Necnon eorundem fratrum,& Monialium Diſcalceatorum prædictorum domus,Monaſteria,& loca, quæcunque hactenus erecta,& inſtituta,ac in poſterū erigenda,& inſtituenda,in vnam Prouinciam de per ſe Diſcalceatorum nuncupandam,per vnum Priorem Prouincialem in capitulo dictæ Prouinciæ,ex eiſdem Diſcalceatis(vt præfertur)eligendam,regendam,& gubernādam in perpetuum erigimus,& inſtituimus. Ac dictam prouinciam fratrum, & Monialium Diſcalceatorum ſub obedientia,& ſuperioritate prioris generalis totius ordinis prædicti, ſicut aliæ prouinciæ eiuſdem ordinis ei ſubſunt, & ſubiacent, perpetuò ſubeſſe, atque ſubiectum remanere,& ſubiacere volumus.

Diſcalceatorum monaſteria & domus ſub obedientia prioris generalis totius ordinis.

Qui per ſe ipſum tantum,vel per alium virum idoneum ex ipſis fratribus Diſcalceatis,& iuxtà eorum primitiuam regulam,& inſtituta regularia ab ipſis fratribus Diſcalceatis obſeruari ſolita, eos viſitare, reformare, corrigere, & punire poſſit,in Monaſteriis tamen,domibus,& locis eorundem fratrum Diſcalceatorum extra quam nullatenus ipſi fratres Diſcalceati,vel aliquis eorum ab eodem priore generali quouis prætextu,vel occaſione amoueri, aſſignari, mutari, extrahi, aut transferri,aut alias prouincias mitti,aut retineri,niſi aliter in eorum capitulo prouinciali fuerit ordinatum. Ipſi verò dictæ Prouinciæ Diſcalceatorum fratres in præmiſſis perpetuò eidem priori generali parere,& obedire. Et cum ipſum ad eorum Monaſteria,domos,& loca diuertere,aut pro viſitatione huiuſmodi,aut alias accedere contigerit,cum omni humilitate,& reuerentia benignè recipere,& pertractare(prout decet)teneantur & debeant.

Prioris generalis facultates.

Necnon Priori Prouinciali eiuſdem Prouinciæ fratrum Diſcalceatorum ipſos fratres,& Moniales Diſcalceatos,illorúmque domos,Monaſteria,& loca quæcunque regendi,gubernandi,viſitandi,reformandi,corrigendi,puniendi,& caſtigandi, ac capitulum Prouinciale ſuis loco,& tempore indicendi,conuocandi, congregandi,& celebrandi,& quoſcunque officiales neceſſarios, vna cum capitularibus eligendi,ac quęcunque ſtatuta,& ordinationes bonum regimen dictę prouincię ad Dei ſeruitium concernentia in eodem capitulo condendi, mutandi, alterandi, & in totum ſi videbitur abrogandi,& de nouo edendi,dummodo ſacris Canonibus, & decretis Sacri generalis Concilij Tridentini,& conſtitutionibus Apoſtolicis,ac eorum primitiuę regulæ,& inſtituto prędictis non aduerſentur,Et abuſus quoſcunque tollendi,& emendandi,Monaſteria item,domos,& Conuentus, tam virorum, quàm mulierum eiuſdem prouincię in quibuſcunque locis, cuiuſuis licentia deſuper minimè requiſita,de conſenſu dicti eorum capituli,& alias ſeruata forma eiuſdem Concilij,conſtrui,& ędificari faciendi ipſique priori Prouinciali,vt poſtquam electus fuerit officium exercere abſque alia confirmatione, quàm tamen à priore totius ordinis Generali mox petere teneantur,plenam,& liberam,facultatem concedimus,& impartimur.

Prioris prouincialis Hiſpan. facultates.

Et inſuper omnibus,& ſingulis dictę prouincię perſonis vtriuſque ſexus, nunc & pro

& pro tempore exiſtentibus,quod omnibus,& ſingulis priuilegiis,gratiis, & indulgentiis,exemptionibus,immunitatibus,prerogatiuis fauoribus, & indultis,tam ſpiritualibus,quàm temporalibus,quibus fratres,ſeu Moniales,vel Sorores dicti ordinis de iure,vel conſuetudine,aut aliàs quomodolibet vtuntur,potiuntur,& gaudet, ac vti,potiri,& gaudere poterunt quomodolibet in futurum, decretis eiuſdem Concilij,conſtitutionibus Apoſtolicis,ac primitiuę regulę,& inſtituto,prędictis,& pręſentibus literis non contrariis,vti,potiri,& gaudere liberè, & licitè valeant indulgemus.

Priuilegia ordinis.

Ne autem inſtituta dictę Prouincię relaxentur,fratribus, & Monialibus Diſcalceatis prędictis ſecundum dictam primitiuam regulam profeſſis, ne ad ſuum fratrum mitigatorum,vel alium ordinem,prętérquam Carthuſianorum ſine apoſtaſię nota tranſire poſſint abſque Sedis Apoſtolicę licentia perpetuò prohibemus.

Diſcalciati ad mitigatos vel alium ad præterquam Carthuſienſiū ordinem tranſire nō poſſunt.

Inhibentes dicto Angelo de Salzar,& Priori generali,ac Prouincialibus, Commiſſariis,aliiſque dictorum fratrum mitigatorum pręlatis, Miniſtris, & officialibus,ne eoſdem fratres Diſcalceatos, ſeu Moniales, aut ſorores huiuſmodi ſuper pręmiſſis quoquomodo moleſtare,perturbare,vexare, ſeu inquietare audeant, vel pręſumant. Quod ſi ſecus fecerint,eos,& eorum ſingulos excommunicationis ſententia innodamus. Dicti verò fratres Diſcalceati nullo modo parere, aut deferre teneantur. Salua tamen in reliquis obedientia dicti prioris generalis totius ordinis cui eos perpetuò ſubiectos eſſe,& ſubiacere volumus vt præfertur.

Liceátque tam priori prouinciali dictę prouincię fratrum Diſcalceatorum, quàm aliis eiuſdem prouincię fratribus de licentia tamen ipſius prioris prouincialis ad Sedem Apoſtolicam, & totius ordinis protectorem liberum habere recurſum.

Recurſus ad Sedem Apoſtolicam.

Et ſi alicui,vel aliquibus ex dictis fratribus mitigatis ſit conceſſa facultas viſitandi,aut gubernandi, ſeu puniendi dictos fratres, ſiue Moniales Diſcalceatos, etiam à nobis aut noſtro,& dictę Sedis in partibus illis commoranti Nuntio, aut quocunque alio,facultatem huiuſmodi ex nunc caſſamus, reuocamus, & annullamus.

Decernentes pręſentes literas nullo vnquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio,aut intentionis noſtræ defectu,etiam ex eo quòd omnes intereſſe habentes forſan vocari non fuerint, notari,argui,ſeu impugnari, aut ſub quibuſuis reuocationibus,ſuſpenſionibus,limitationibus,aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ab eadem Sede emanatis,& in poſterum emanandis comprehendi poſſe: ſed illas ſemper validas,& efficaces exiſtere,ſuóſque plenarios,& integros effectus ſortiri debere.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Sicque per quoſcunque Iudices,& Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate,vbique iudicari,ac diffiniri debere. Necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quo circa Venerabilibus fratribus Toletano, & Hiſpalenſi,Archiepiſcopis, & Epiſcopo Placentino,ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori necnon vniuerſis,& ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis,Epiſcopis,& aliis Eccleſiarum Prælatis,ab quibuſcunque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis per præſentes mandamus quatenus ipſi,vel duo,aut vnus eorum per ſe,vel alium, ſeu alios præſentes literas,& in eis contenta,quæcunque vbi, & quando opus fuerit,aut quoties pro parte fratrum Diſcalceatorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti,ſolenniter publicantes,illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis prędidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus,& ſingulis,iuxta præſentium continentiam,& tenorem pacificè frui & gaudere. Non permittentes eos deſuper per priorem generalem,alióſque prædictos quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet,ac rebelles,& præmiſſis non parentes,per ſententias,cenſuras & pœnas eccleſiaſticas,aliáque opportuna iuris,& facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, Necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus illos ſententias,cenſuras,& pœnas prædictas incurriſſe declarando, il-

Deputatio & facultas executorum.

 láſque

láſque etiam iteratis vicibus aggrauando,inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus præmiſſis,ac aliis Apoſtolicis,necnon in prouincialibus,& ſynodalibus Conciliis editis generalibus,vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus,ac etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegiis quoque indultis,& literis Apoſtolicis,eiſdem mitigatis,vel quibuſuis aliis perſonis , ſub quibuſcunque tenoribus, & formis , ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis , aliíſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in genere vel in ſpecie,etiam Motuproprio,ac aliàs quomodolibet conceſſis,approbatis,& innouatis. Quibus omnibus,etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione,de illis,eorùmque totis tenoribus,ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,& indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda , aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes,illis aliàs in ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſsè derogamus,contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam , ac de verbo ad verbum , de indulto huiuſmodi mentionem, Cæterum quia difficile foret earundem præſentium literarum notitiam ad quaſcunque perſonas prouenire,& vbique alias præſentare, eadem auctoritate volumus , & decernimus , quod tranſumptis earundem præſentium literarum manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, eadem fides vbique tam in iudicio,quàm extrà illud adhibeatur,quæ præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ.

Datum Romę apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris,die vigeſima ſecunda Iunij milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Pontificatus Noſtri anno nono.

XL.

Calendarij nuper reſtituti,pro feſtis celebrandis,diuiniſque officiis recitandis , approbatio, veteriſque Calendarij abolitio.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Calendarij Romani correctionem à multis temporibus deſideratã hic Pontifex abſoluit, quæ magnum ſummúmque negotium olim faceſſerat viris & Clariſſimis & Mathematices peritiſſimis, ſed inuento qui latebat Ludouici Lilij aſtrologi libello qui demonſtrabat certis rationibus id fieri poſſe, quod optabatur effecit. Hæc correctio multis Aſtrologorum libellis explicatur cuius & meminit Ioſephus Scaleger ſub fine libri 8. de emendatione temporum ſed multũ aduerſatur Lilio.

INTER grauiſſimas paſtoralis officij noſtri curas,ea poſtrema non eſt,vt quæ à ſacro Tridentino Concilio Sedi apoſtolicæ reſeruata ſunt , illa ad finem optatum deo adiutore,perducantur. Sane eiuſdem Concilij Patres , cum ad reliquam cogitationem,Breuiarij quoque curam adiungerent,tempore tamen excluſi,rem totam ex ipſius Concilij decreto ad auctoritatem & iudicium Romani Pontificis retulerunt.

Duo autem Breuiario præcipuè continentur,quorum vnum,preces laudéſque diuinas feſtis profeſtiſque diebus perſoluendas complectitur,alterum pertinet ad annuos Paſchæ feſtorumque ex eo pendentium recurſus, ſolis & Lunæ motu metiendos.

Atque illud quidem felicis recordationis Pius V. prædeceſſor noſter abſoluendum curauit,atque edidit,

Hoc verò,quod nimirum exigit legitimam Kalendarij reſtitutionem , iamdiu à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris,& ſæpius tentatum eſt , verum abſolui,& ad exitum perduci ad hoc vſque tempus non potuit , quod rationes emendandi Kalendarij,quæ à cæleſtium motuum peritis proponebantur , propter magnas,& ferè inextricabiles difficultates,quas huiuſmodi emendatio ſemper habuit,neque perennes erant,neque antiquos Eccleſiaſticos ritus incolumes (quod in primis in hac re curandum erat) ſeruabant.

Dudum itaque nos quoque credita nobis,licet indignis , á Deo diſpenſatione freti,in hac cogitatione curaque verſaremur, allatus eſt nobis liber à dilecto filio Antonio Lilio artium & medicinæ doctore , quem quondam Aloyſius eius germanus

manus frater conſcripſerat,in quo per nouum quendam Epactarum Cyclum ab eo excogitatum, & ad certam ipſius Aurei numeri normam directum , atque ad quamcunque anni ſolaris magnitudinem accommodatum,omnia quæ in Kalendario collapſa ſunt,conſtanti ratione,& ſæculis omnibus duratura, ſic reſtitui poſſe oſtendit,vt Kalendarium ipſum nulli vnquam mutationi in poſterum expoſitum eſſe videatur Nouam hanc reſtituendi Kalendarij rationem exiguo volumine comprehenſam ad Chriſtianos Principes, celebrioréſque vniuerſitates paucos ante annos miſimus,vt res quæ omnium communis eſt,communi etiam omnium conſilio perficeretur,illi cum,quæ maximè optabamus , concordes reſpondiſſent, eorum nos omnium conſenſione adducti,viros ad Kalendarij emendationem adhibuimus in alma Vrbe harum rerum peritiſſimos , quos longe ante ex primariis Chriſtiani orbis nationibus delegeramus:Ij cum multum temporis , & diligentiæ ad eam lucubrationem adhibuiſſent,& Cyclos tam veterum , quàm recentiorum vndique conquiſitos,ac diligentiſſime perpenſos inter ſe contuliſſent,ſuo , & doctorum hominum,qui de ea re ſcripſerunt,iudicio hunc præcæteris elegerunt Epactarum Cyclum,cui nonnulla etiam adiecerunt,quæ,ex accurata circumſpectione viſa ſunt ad Kalendarij perfectionem maximè pertinere.

Verni æquinoctij certa ſedes, XIIII. Lunæ primi menſis, dies dominicus XIIII. Lunam ſequens conſideratur.

Conſiderantes igitur nos,ad rectam Paſchalis feſti celebrationem iuxtà ſanctorum Patrum,ac veterum Romanorum Pontificum præſertim Pij & Victoris primorum,necnon magni illius œcumenici Concilij Nicæni,& aliorum ſanctiones tria neceſſaria coniungenda,& ſtatuenda eſſe , primum certam Verni æquinoctij ſedem, deinde rectam poſitionem 14. Lunæ primi menſis,quæ vel in ipſum æquinoctij diem incidit,vel ei proximè , ſuccedit. Poſtremò primum quemque diem Dominicum,qui eandem 14. Lunam ſequitur,curauimus non ſolum æquinoctiũ Verùm in priſtinam ſedem,à qua iam Concilio Nicæno decem circiter diebus receſſiſſe,reſtituendum, & 14. Paſchalem ſuo in loco,à quo quatuor , & eo amplius dies hoc tempore diſtat, reponendam , ſed viam quoque tradendam & rationem, qua cauetur,vt in poſterum æquinoctium , & 14. Luna à propriis ſedibus nunquam dimoueantur.

Verni æquinoctij emendatio.

Quo igitur vernum æquinoctium quod à patribus Concilij Nicæni ad 12. kal. Aprilis fuit conſtitutum,ad eandem ſedem reſtituatur,Præcipimus,& mandamus, vt de menſe Octobri anni 1582. decem dies incluſiuè à tertia Nonarum vſque ad pridie Idus eximantur,& dies,qui feſtum S. Franciſci 4. Nonas celebrari ſolitum ſequitur,dicatur Idus Octobris,atque in eo celebretur feſtum SS. Dionyſij, Ruſtici,& Eleutherij martyrum,cum commemoratione S,Marci Papæ & confeſſoris,& SS.Sergij,Bacchi,Marcelli,& Apulei martyrum.Septimodecimo vero kal. Nouembris,qui dies proximè ſequitur,celebretur feſtum S. Calliſti Papæ & martyris Deinde 16.Kal.Nouemb fiat officium & Miſſa de Dominica 18. poſt Pentecoſten,mutata litera Dominicali.G.in C.Quintodecimo denique kal. Nouemb. dies feſtus agatur S.Lucæ Euangeliſtæ,à quo reliqui deinceps agantur feſti dies, prout ſunt in kalendario deſcripti.

Ordo ſeruandus.

Ne vero ex hac noſtra decem dierum ſubtractione alicui quod ad annuas vel menſtruas præſtationes pertinet,præiudicium fiat,partes iudicum erunt in controuerſiis,quæ ſuper hoc exortæ fuerint,dictæ ſubtractionis rationem habere , addendo alios 10.dies in fine cuiuſlibet præſtationis.

Deinde ne in poſterum à 12.kalend.April æquinoctium recedat, ſtatuimus Biſſextum quarto quoque anno(vti mos eſt)continuari debere, præterquam in centeſimis annis : qui quamuis Biſſextiles antea ſemper fuerint , qualem etiam eſſe volumus annum 1600.poſt eum tamen,qui deinceps conſequentur centeſimi, non omnes Biſſextiles ſint , ſed in quadringentis quibuſque annis primi quique tres centeſimi ſine Biſſexto tranſigantur,quartus vero quiſque centeſimus Biſſextilis ſit,ita vt Annus 1700.1800.1900.Biſſextiles non ſint.Anno vero 2000.more conſueto dies Biſſextus intercaletur,Februario dies 29.continente : idémque ordo intermittendi,intercalendique Biſſextum.

Cyclus Epactarum ſubſtituitur in Kal. loco aurei numeri.

Quo item 14.Paſchalis rectè inueniatur,itémque dies Lunæ iuxtà antiquum Eccleſiæ morem ex Martyrologio ſingulis diebus ediſcendi fideli populo vere pro

 ponantur,

Cyclus ſolaris antiquis ad nouam & quamcunque intercalandi rationem accommodatum.

ponantur: ſtatuimus, vt amoto aureo numero de kalendario, in eius locum ſubſtituatur Cyclus Epactarum: qui ad certam (vt diximus) aurei numeri normam directus efficit, vt nouilunium, & 14. Paſchalis vera loca ſemper retineant. Idque manifeſtè apparet ex noſtri explicatione kalendarij, in quo deſcriptæ ſunt etiam tabulæ Paſchales ſecundùm priſcum Eccleſiæ ritum, quo certius & facilius ſacroſanctum Paſcha inueniri poſſit.

Poſtremò quoniam partim ob decem dies de Menſe Octobri anni 1582. (qui correctionis annus rectè dici debet exemptos, partim ob ternos etiam dies quolibet quadringentorum annorum ſpatio minimè intercalandos, interrumpatur, neceſſe eſt Cyclus literarum Dominicalium 28. annorum ad hanc vſque diem vſitatus in Eccleſia Romana: Volumus in eius locum ſuſtitui eundem Cyclum 28. annorum ab eodem, Lilio tum ad dictam intercalandi Biſſexti in centeſimis annis rationem, tum ad quamcunque anni ſolaris magnitudinem accommodatum, ex quo litera Dominicalis beneficio Cycli ſolaris æque facilè, ac prius, vt in proprio canone explicatur, reperiri poteſt in perpetuum.

Calendarij reſtituti approbatio.

Nos igitur vt quod proprium Pont. Max, eſſe ſolet, exequamur, kalendarium immenſa Dei erga Eccleſiam ſuam benignitate iam correctum atque abſolutum hoc noſtro decreto probamus, & Romæ vna cum Martyrologio imprimi, impreſſúmque diuulgari iuſſimus.

Vt verò vtrumque vbique terrarum incorruptum, ac mendis & erroribus purgatum ſeruetur, omnibus in noſtro & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dominio mediatè vel immediatè ſubiecto commorantibus impreſſoribus ſub amiſſionis librorum, ac centum ducatorum auri de Camera Apoſtolica ipſo facto applicandorum; aliis vero in quacumque orbis parte conſiſtentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ arbitrij noſtri pœnis ne ſine noſtra licentia kalendarium aut Martyrologium ſimul vel ſeparatim imprimere, vel proponere, aut recipere vllo modo audeant vel præſumant, prohibemus.

Veteris calendarij abolitio.

Tollimus autem, & abolemus omninò vetus kalendarium, Volumúſque, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates & cæteri Eccleſiarum præſides, nouum kalendarium (ad quod etiam accommodata eſt ratio Martyrologij) pro diuinis officiis recitandis, & feſtis celebrandis in ſuas quiſque Eccleſias, Monaſteria Conuentus, ordines militias, & diœceſes introducant, & eo ſolo vtantur tam ipſi, quam cæteri omnes presbyteri, & clerici ſæculares, & regulares vtriuſque ſexus: necnon milites, & omnes Chriſtifideles, cuius vſus incipiet poſt decem illos dies ex menſe Octobri anni 1582. exemptos. Iis vero, qui adeò longinquas incolunt regiones, vt ante præſcriptum à nobis tempus harum literarum notitiam habere non poſſint, liceat eodem tamen Octobri menſe inſequentis anni 1583. vel alterius, cum primum ſcilicet ad eos hæ noſtræ literæ peruenerint, modo à nobis paulo ante tradita eiuſmodi mutationem facere, vt copioſiùs in noſtro kalen. anni correctionis explicabitur.

Hortantur principes ad huius constitutionis effectum curandum.

Pro data autem nobis à Domino auctoritate hortamur, & rogamus cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Rodulphum Romanorum Regem illuſtrem in Imperatorem electum, cęteróſque Reges, Principes, ac Reſpublicas, iiſdémque mandamus, vt quo ſtudio illi à nobis contenderunt, vt hoc tā præclarum opus perficeremus: eodem, immo etiam maiore, ad conſeruandam in celebrandis feſtiuitatibus inter chriſtianas nationes concordiam, noſtrum hoc kalendarium & ipſi ſuſcipiant, & à cunctis ſibi ſubiectis populis religioſè ſuſcipiendum, inuiolatéque obſeruandum curent.

Verùm quia difficile foret præſentes literas ad vniuerſa Chriſtiani orbis loca deferri, illas ad Baſilicæ principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ valuas, & in acie Campi Floræ publicari & affigi, & earundem literarum exemplis, etiam impreſſis, & voluminibus kalendarij, & Martyrologij inſertis & præpoſitis, ſiue manu tabellionis publici ſubſcriptis, necnon ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eandem prorſus indubitatam fidem vbique gentium & locorum haberi præcipimus, quæ originalibus literis exhibitis omninò haberetur. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Datum

Datum Tuſculi anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXXXI. ſexto kal. Martij, Pontificatus noſtri anno decimo.

XLI.

Collegij Anglici in Vrbe erectio exemptiones & priuilegia, eiúſque Protectoris iuriſdictio & facultates.

GREGORIVS Papa decimus tertius, Ad perpetuam rei memoriam.

QVONIAM DIVINAE bonitati viſum eſt, humilitatem noſtram turbulentiſſimis Chriſtianæ Reip. temporibus ad excelſum vniuerſalis Eccleſiæ culmen ſubleuare, hæreditatíſque, quam prætioſo ſanguine ſuo quæſiuit adminiſtrationem curæ noſtræ commendare, ea noſtrum perpetua ſollicitudo exacuit animum ad piæ meditandum, quo pacto, & Dei miſericordiæ, à qua tantum accepimus nos gratos exhibeamus, & noſtram Eccleſiæ ſuæ operam, quantum diuina benignitate adiuti poſſumus, non inutilem faciamus.

Quare cum quotidie, non ſine graui animi noſtri dolore, Sanctam D.N. Ieſu Chriſti Sponſam, diuerſorum eius Hoſtium conſpiratione, & violento ex multis partibus incurſu oppugnari cernamus, antiquiſque hoſtibus Infidelibus Turcis, nouoſque Hæreticos, & Schiſmaticos acceſſiſſe, qui omni impietate, & ſcelere imbuti, ac veluti aduerſarij noſtri furiis exagitati, in piæ Matris exitium feruntur, quod officij noſtri ratio à nobis expoſtulat ad hominum impetus, quo maximè opus eſſe videmus vires nobis à Domino traditas opponimus, populoſque imbellicitati noſtræ à diuina benignitate concreditos præſidiis contra hoſtium oppugnationes paratis communimus, Cumque nullum firmius præſidium, aut remedium certius inueniri poſſit, quam vt Regionum ab hac peſte oppreſſarum iuuentus, cuius teneros animos facile eſt ad virtutem flectere Cath. Relig. imbuatur, ab initio vſque noſtri Pont. operam dedimus, vt diuerſarum nationum Collegia, veluti Cath. Relig. & ſinceræ, ad eam inſtitutionis ſeminaria, noſtris ſumptibus in Vrbe erigerentur. quę interea dum ſedulo agimus, ad Angliæ Regnum magnis quondam opibus, & catholicæ fidei ſtudio florentiſſimum, nunc vero à teterrima Hæreſis labe, quæ omnes ferè eius partes comprehendit, deuaſtatum pietatis oculos dirigentes, eiuſque calamitatem, vt ſæpe alios, miſerantes reperimus, Anglorum nationem ad Chriſti fidem à B. Greg.* Pont. conuerſam, ex eo tempore ſingularem fidem reuerētiam, athuc obedientiā contra Ro. Pont. Sanctámque Sedem Apoſt. præſtitiſſe, quæ etiam in tanta noſtrorum temporum caligine, in aliquibus inſignibus illis quidem, & illuſtribus viris refulſiſſe, qui pro huius Sedis dignitate, & Orthodoxæ fidei veritate, vitas ſuas, cum ſanguine ponere non dubitarunt, verſanturque quotidie ante oculos noſtros iuuenes ex illo miſerrimo Regno huc profugientes, qui diuino ſpiritu ducti, patria parentibus, & bonis relictis, ſeſe nobis ad Catholicæ Religionis, in qua nati ſunt inſtitutionem ſuſcipiendam miſerabiliter offerunt, eo animo, vt ſalutem ſibi primum comparent, deinde verò, vt poſt adeptam diuinarum rerum ſcientiam in Angliam ad alios, qui à via veritatis declinarunt, erudiendos reuertantur. Nos igitur Gregorij eius nominis primi pia in Anglos officia, eiuſque erga illos bonitatem imitari cupientes, vt quemadmodum ipſi conceſſionis, ſic, & nobis ab errore reuocationis beneficium accepiſſe in Domino lætentur, ac propenſam eorum erga Sedem prædictam deuotionem adoleſcentium, item catholicæ doctrinæ adipiſcendæ ſtudium amplectentes, Motupro. & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad omnipotentis Dei laudem, & fidei Catholicæ incrementum, dilectęque nobis nationis Anglicanę commodum, & ſalutem in ędibus Hoſpitalis Anglorum de vrbe, vnum Collegium Anglicanum nuncupandum perpetuò erigimus, & inſtituimus, in quo non minus, quam quinquaginta Scolaſtici, ex omni natione, & linguę idiomatis Regni Angliæ cum ſuo rectore, & miniſtris neceſſariis alatur, qui inibi, in Philoſophia, ac Theologia ſe exerceant, Græcis item, Hæbraiciſque literis pro captu cuiuſque operam dent, in eiſque tantum proficere ſtudeant, quantum ſatis eſſe videatur. His porrò omnes hij ſtudiis operam nauebunt, ad quæ à Superioribus dirigentur, ſeque præterea in pietate, & deuotione Cantibus Eccleſiaſt. Cæremoniis,

**Cùm Angli & Saxones Germaniæ populi, Britannis bello victis, & in remotiorem quandā inſulæ regionem concluſis, regni fines longè lateque occupaſſent, Gregorius magnus ad eoſdem Saxones, miſit Auguſtinū, Melitum, & alios S. Benedicti Monachos, qui & gentem eatenus idolis deditam, fecerunt Chriſtianam, & Regem Cantij Ethelbertū Chriſti baptiſmo imbuerunt. Ab illo die vſque ad vigeſimum quintum ferè annum Regis Henrici octaui, per annos circiter mille, non alia fides in Anglia viguit, quàm Catholica Romana.*

monijs, & ſacris officiis,vt melius ipſis Superioribus viſum fuerit exercebunt,ad eo-
rum autem omnium ſuſtentationem nos annuos,redditus trium millium ſcutorum
auri in auro ex Apoſt.Cam ſeu Datariatus rationibus ſingulis menſibus pro rata,
donec eis aliunde nobis,aut ſucceſſoribus noſtris de ſimili annuo reddito,proſpectũ
Redditus annui collegij Anglici.
fuerit,liberè,& integrè pręſtandos conſtituimus, Et pręterea eis perpetuò concedi-
mus,& aſſignamus pro eorum habitatione,& vſu,ædes prædictas, in quibus Capel
lani Angli habitabant,nunc verò dicti Scolaſtici iuſſu noſtro habitant,cum duabus
domibus dicto Hoſpitali contiguis ad ſiniſtram partem verſus Eccleſiam S.Brige-
dę Suetiorum,& quęcunque illis circuncedunt. Ac pro diuini cultus exercitio Ec-
cleſiam Sanctiſſimę Trinitatis,& S.Thomę martyris Anglorum , necnon pro dote
dicti Collegij,ac rectoris,Scolaſticorum,& miniſtrorum prędictorum ſuſtentatio-
ne,omnes,& quaſcunque alias domos,tabernas,ſiue apothecas ſtabula,hoſpitia,hor
tos,areas,proprietates,cenſus,fructus,cęteràque omnia bona mobilia , immobilia,
& ſe mouentia,necnon res,actiones,& iura dicti Hoſpitalis,tam in Vrbe,quàm ex
tra eam vbicunque exiſtentia,cuiuſcunque qualitatis ſpeciei,naturę pręij, quanti-
tatis,ac etiam annui valoris exiſtentia,quę omnia,eorúmque ſituationes, nuncupa
tiones,confinia,& latera,ac ſi nominatim, & in ſpecie deſcriberentur , pręſentibus,
pro expreſſis haberi,& ędes,ac cętera,quę ſignari poſſunt, vt à cęteris internoſcan-
tur,quamprimùm armis, & ſignis dicti Collegij forinſecus notari volumus,eaque
omnia à dicto Hoſpitale omninò ſeparamus,& ad ipſum Collegium transferimus
ita,vt protector , & Scolaſtici prędicti corporalem illorum omnium poſſeſſionem
per ſe,vel alium,ſeu alios propria auctoritate liberè apprehendere,& perpetuò reti-
nere,illorúmque fructus,redditus,& prouentus,iura,obuentiones , ac emolumenta
omnia percipere,exigere,& leuare ,ac ſuos dicti Collegij communes vſus,& vtilita
tem conuertere liberè & licitè valeant , Vic. Vr.aut cuiuſuis alterius licentia deſu-
per minimè requiſiata,Oeconomus verò,& alij Miniſtri,ac ſeruientes dicti Colle-
gij,ipſius Rectori ſubſint,& ad eius pręſcriptum, & mandatum omninò obſequan-
tur,nihilque contra illiusvoluntatẽ faciant,vel attentent ipſeque Oeconomus Pro-
tectori dicti Collegij pro tempore exiſtenti,vel etiam ipſi protectori volenti,& re-
quirenti,aut ab eorum qnolibet deputatis,bis in anno,vel quotiſecunque ei, vel eis
viſum fuerit,rationem reddere teneantur, Cum eo tamen , quod ſi aliquo tempore
Diſſoluto & extincto collegia omnia redeunt hoſpitali ex quo profecta ſunt.
prędictum Collegium,ex quacunque cauſa diſſolui contingat,ędes Eccleſia,domus
cenſus,cęteraque omnia prędicta perinde prędicti Hoſpitalis ſint, ac ſi erectio Col
legij,& alia pręſcripta,nunquam emanaſſent,prout nos , ex nunc in eum euentum
Hoſpitale ipſum quoad illa omnia in integrum reſtituimus,eo ipſo diſtrictius in-
hibentes Capellanis prędictis,necnon dicti Hoſpitalis Gubernatoribus , & admini-
ſtratoribus,cuiuſcunque nominis,& dignitatis,ac deinceps in ędibus Eccleſia , do-
mibus,apothecis,cenſibus,fructibus,aliíſque rebus,iuribus,& action.prędictis dire-
ctè,vel indirectè,quouis quęſito colore ſeſe interponere,aut collegium Rectorem,
Scolaſticos,& miniſtros pręſentes,& futuros moleſtare audeant,vel perturbare.Ac
decernentes ex nunc irritum,& inane quidquid contra pręmiſſa,& etiam pręſenti-
bus contenta per eoſdem,aut quoſuis alios ſcienter , vel ignoranter contigerit at-
tentari.Pręterea collegium,eiúſque rectorem ſcolaſticos,& miniſtros in perpetuũ
ac prędicta,cęteraque omnia eorum bona mobilia,& immobilia,cuiuſcunque qua
litatis,& quantitatis in dicta Vrbe, & extra , & alios vbique locorum conſiſtentia,
ſub noſtra beatique Petri,& huius Sedis protectione ſuſcipientes, ac vobis , & eidẽ
Sedi protinus ſubiicientes,illa omnia in vniuerſum & ſingulatim ab omni iuriſdi
ctione,correctione,viſitatione,dominio,ſuperioritate,& poteſtate pro tempore exi-
Exemptiones à publicis muneribus.
ſtentes Vicarij,Gubernatoris,Senatoris,Conſulum,Conſeruatorum,& Reformato-
rum dictę Vrbis,cauſarum Curię Apoſtolicę generalis auditoris , necnon Rectoris
ſtudij generalis,& aliorum quorumcunque Tribunalium,Iudicum,& officialium,
necnon ordinariorum locorum Rectorum,Parochialium eccleſiarum,& quorum-
cunque aliorum in dicta vrbe,vel alibi conſtitutorum,Illoque,ac etiam in propriis
eorum rebus,& bonis,cum eis contrahentes à ſolutione,& exactione,quorumcun-
que pedagij,gabellę bollettini,etiam ratione vini Ridę,& Ripettę , necnon Grani,
Olei,pannorum cuiuſcunque generis , & quarumcunque aliarum rerum , necnon
decimarum,

decimarum,& cuiuſuis,tam ordinarij, quàm extraordinarij oneris ex quacunque
cauſa impoſitorum,& imponendorum perpetuò eximimus,& prorſus liberamus.
Priuilegia Academiæ Romanæ & publici ſtudij largiuntur collegio Anglicano.
Inſuper eiſdem Collegio,& ſcholaſticis,Rectoribus,& Gubernatoribus, vt om-
nibus & quibuſcunque priuilegiis,exemptionibus,libertatibus,facultatibus , & in-
dultis,quibus ſtudium generale dictę Vrbis, & illius Rectores , Doctoréſque in eo
exegerint,quomodocunque vtuntur,potiuntur,& gaudent,aut vti potiri , & gaude
re poterunt,quomodolibet in futurum,non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformi-
ter,& ęquè principaliter,vti potiri, & gaudere valeant in omnibus & per omnia cõ
cedimus,illáque eis communicamus,Pręcipimúſque, & interdicimus Vicario Gu-
bernatori,Auditori,Senatori,Conſulibus,Conſeruatoribus,reformatoribus, Recto
ríque Iudicibus,officialibus & aliis prędictis,necnon S.R.E.Came. Pręſidentibúſ-
que,& Clericis Came.Apoſt.ac quibuſuis Camerariis ad exactionem vectigalium
portorium decimarum , & aliorum onerum prędictorum pro tempore deputatis
vniuerſę,& ſingulatim,ne quarumcunque facultatum priuilegiorum , & literarum
eis ſub quibuſcunque tenoribus,& formis conceſſarum occaſione, vel prætextu,
Gradus concedendi poteſtas.
Collegium ſcholaſticos,Rectorem,Miniſtros , & Guber.prædictos,ſeu eorum ali-
quem,etiam ſuper vſu,& perceptione prædictorum , & aliis præmiſſis impediant,
vel moleſtent,nec impediri , vel moleſtari permittant. Ad hæc ſuperioribus dicti
Collegij cum conſenſu tamen Protectoris prædicti illos, quos in dicto Collegio,
& alibi per debitum tempus ſtuduiſſe,ac ſcientia & moribus idoneos eſſe repere-
rint,in prædictis facultatibus artium, & Theologiæ Baccalariatus , licentiaturæ,
doctoratúſque & magiſterij gradus ſeruata forma Concilij Viennen. & aliàs iux-
ta vniuerſitatis ſtudij eiuſdem Vrbis conſuetudinem promouendi, & ipſorum gra
duum ſolita inſignia eis exhibendi, vtq; in facultatibus ſupradictis ſic promoti il-
las publicè,& priuatim,etiam in omnibus Vniuerſitatibus ſtudiorum generalium
interpretari,& alios docere,ac de eis diſputare gradui , ſeu gradibus huiuſmodi
cõuenientes actus exercere,ac omnibus priuilegiis,gratiis,fauoribus prærogatiuis
& indultis,quibus alij in prædicta,ſeu aliis Vniuerſitatibus,& alibi iuxtà illius, &
aliarum Vniuerſitatum huiuſmodi conſtitutiones & mores ad gradus promoti de
iure,vel conſuetudine vtuntur,potiuntur,& gaudent,ac vti potiri,&gaudere pote-
runt quomodolibet in futurũ vti potiri,& gaudere poſſint, & debeant,perinde, ac
ſi gradus prædictos in ipſa vniuerſitate iuxtà ſtatuta conſuetudines,& mores pręę-
dictos ſuſcepiſſent cõcedendi licentiam tribuimus.Poſtremò, cum eoſdẽ ſcholares
huius Collegij alũnos poſt longos ſtudiorum,vel cœptorum, vel conſummatorum
labores,ſacerdotali Militiæ pro tẽporis,vel loci neceſſitate adſcribere conducat,vt
miniſteriis,& penſionibus ſacris aſſueſcãt dictæ Eccleſiæ ſanctiſſimę Trinitatis of-
Promotio liberior ad ſacros ordines.
ficia præſtent,ſeu vt operarij mittantur, eiſdẽ Alũnis vt licentia protectoris , ac di-
cti collegij Rectoris conſenſu,& examine præcedente etiam extrà tempora à iure
ſtatuta interſtitiíſque tẽporũ Conc. Trid.præfixis nõ expectans, & etiam abſq;
ſuorum ordinariorum literis dimiſſorialibus,ac ſine aliquo beneficij,vel patrimo
nij titulo,& non obſtante quouis natalium defectu,ſuper quo cum talibus per eaſ-
dem præſentes diſpenſamus,ad omnes etiam ſacros,& preſbyteratus ordines pro-
moueri,poſtquam promoti fuerint,in illis etiam in altaris miniſteriis miniſtrare,
ac etiam tam ipſi,quàm cæteri omnes in dicto Collegio degentes,vt potentiæ , ac
Euchariſtiæ,etiam Paſchatis,& extremæ vnctionis Sacramenta à cõfeſſario,aut a-
lio ſacerdote ipſius Collegij à Rectore, vel illius conſtituendo ſuſcipere liberè, &
licitè valeant indulgemus,Vt verò eiuſdem collegij conſeruationi bonóque regi-
mini,tam iis,quam ad alumnorum ipſorum inſtitutionem , & diſciplinam quam
ad victum,& veſtitum,aliáque huiuſmodi neceſſaria pertinent opportunis conſu-
latur,vtque promptum, paratúmque ſic eis auxilium venerabilem fratrem no-
ſtrum Ioãnem Epiſcopum Oſtienſem Cardinalem Moronum nuncupatum,eiuſ-
dem collegij protectorem,& defenſorem conſtituimus,& deputamus, cuius conſi-
lio,& opera,tam ſupradicta quàm quæcunque alia ad ſcholaſticos in eodem colle-
gio admittendos,& retinendos,& ab eo amittentes ſpectantia agantur,ſtatuantur
& ordinentur,dantes eidem,& pro tempore protectori exiſtenti prædicti Colle-
gio pro ſalubri illius cõſeruatione,& directione ſcholaſticorum,bonorum & rerũ

Ffff ac iurium

ac iurium temporalium,& ſpiritualium eiuſdem plenam,& liberam facultatem,& auctoritatem,Occonomos,Aduocatos,& Procuratores in eo deputandos, & in amouendos,& alios eorum loco ſufficiendos,differentias,lites,& controuerſias inter quaſcunque perſonas,tam alumnorum, quam Miniſtrantium Clericorum, & Laicorum,non tamen preſbyterorum ipſius Societatis exortas ſummariè ſimpliciter,& de plano ſine figura; aut ſtrepitu iudicij, appellatione quacunque remota decidendi,definiendi,terminandi,&exequendi,ſtatutáſque ordinationes ſacríſque Canonibus,& Concil.Triden.prædicto non contraria faciendi, & accedendi,eaque cum opus fuerit reuocandi,immutandi,& corrigendi,aliáque de nouo condendi,quæ poſtquam facta edita,reuocata,immutata, & correcta fuerint, perinde habeantur,& obſeruentur,ac ſi auctoritate Apoſtolica approbata & confirmata eſſent prout eos illa ab omnibus dicti collegij alumnis, ita haberi, & inuiolabiliter obſeruari mandamus. Quod autem ad dictorum alumnorum admiſſionis modum, & formam,deinceps habendam attinet,ſtatuimus,&ordinamus,eos qui admittendi erunt,prius ab examinatoribus per dictum protectorem in Gallia,etiam Belgia aut alibi,prout illi conuenientius videbitur deſignatis,& deſignandis iuxtà formã ab ipſo Protectore præſcribendam examinare,& prohibito huiuſmodi examine, ſi conſtiterit,ipſi Protectori prædictorum examinatorum ſignificatione ſibi verbo vel ſcripto facienda, eos ingenio aptos,& maioribus probatos, & tales, qui recipi debeant cum illos admittant. Poſtquam verò in collegio recepti fuerint, non ſtatim Collegij alumni cenſeantur, ſed per quatuor, & ſex menſes plus, vel minus, prout Superioribus, & Collegij moderatoribus viſum fuerit eorum conuerſatio probetur,deinde ſi Collegio digni videbuntur, iuramentum, præſtetur ſe vitam Eccleſiaſticam perducturos, ſeque omni tempore ad iuſſum Superiorum in patriam reuertendum,& ad animas quantum in Domino potuerit adiuuandas paratos fore. Cæterum Rectori preſbytero dicti collegij pro tempore exiſtenti vt per ſe,vel Confeſſarium idoneum,quem duxerit eligendum ſingulos alumnos prædictos à quibuſuis excomunicationis,ſuſpenſionis,interdicti,aliíſque ſententiis,cenſuris,& pœnis Eccl.quauis occaſione,vel cauſa latis, quas ipſi pro tempore quomodolibet incurrerint,& à quibuſuis peccatis,exceſſibus,& delictis,quantumcunque grauibus,& enormibus,etiam in caſibus in literis die Cœnæ Domini legi ſolitis,contentis,conſpirationis, in perſonam, vel ſtatum Rom. Pont. falſitatis ſcripturarum Apoſtol. delationis armorum,vel aliorum prohibitorum ad partes infidelium iniectionis manuum violentarum in Prælatos duntaxat exceptis diſpenſare,liberè,& licitè valeat tribuimus facultatem Decernentes prædicta omnia perpetuò ſubſiſtere,ſicquein illis vniuerſis,& ſingulis per quoſcunque Iudices ordinarios,& deleg.etiam cauſarum Palatij apoſtolici Auditoris,ac S.R.E.Cardinalis in quauis cauſa,& inſtantia,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis alia iudicandi,& interpretandi,facultate & auctoritate vbique iudicari,& diffiniri debere, necnon irritum,& inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtante noſtris de non tollendo iure quæſito,& de vero valore fructuum exprimendo,ac de commiſſion. in huiuſmodi vnionibus facienda,& vocandis,quorum intereſt,necnon Lateranen. Conc.nouiſſimè celebrati,vniones perpetuas,niſi in caſibus à iure permiſſis fieri prohibentis, aliíſque Apoſtoſtolicis conſtit.ac Hoſpit.Vrbis, & Cam prædictorum iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis conſuetudinibus,priuilegiis quoque indultis, & literis apoſtolicis illis, & eiſdem Senatori. Conſul Reformat.Cam Vniuerſitatibus,ac eorum Collegiis,Rectoribus, & perſonis,aliíſque prædictis,necnon Pop Ro.vectigalibus,Redemptoribus, & aliis ſub quibuſcunque tenoribus,& formis ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam iteratis vicibus,aut etiam in fauorem Hoſpitalium conceſſis approbatis, & innouatis,quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes,illis aliàs in ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cætériſque contrariis quibuſcunque Vt verò temporalibus cõmodis ſpiritualia quoque munera coniugamus, quibus fidelium deuotio eis munita creſcere magis,& augeri poſſit,de Omnipotentis Dei miſericordia,ac Beatorum

Iuriſdictio protectoris.

Forma recipiendi alumnos collegij.

Forma probationis.

Clauſulæ derogatoriæ.

torum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi omnibus Scolaſticis, Rectoribus,& Miniſtris,qui in hoc Collegio recepti fuerint in ipſo ingreſſu,ac etiam quos in eodem Collegio decedere ab humanis contigerit,ſi pœnitentes,& confeſſi verè ipſi fuerint, in mortis articulo pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam,& remiſſionem in perpetuum concedimus. Nulli ergo, &c. Si quis autem,&c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, nono Kal.Maij, Pontificatus Noſtri anno ſeptimo.

Indulgentiæ.

Schiſmatis Anglicani Hiſtoriographus libro 3. rerum geſtarum ſub imperio Elizabethæ non minus verè quam eleganter clades deploratiſſimi regni conqueritur,quibúſque modis illis conſultum fuerit,edocet, Verborum ſeriem omni lepore contextam inculpati teſtimonij loco hic adferam qua conſtitutio Pontificis locupletius explicetur. Cum(inquit ille) varij Catholicorum conatus fruſtrati eſſent, timeréntque prudentiores, ne hoc in nos diuinæ vltionis & tenenebrarum tempus tam diuturnum foret, vt quos Anglia nunc domi vel foris viros verè orthodoxos habet,vel conſumeret ætas, vel vinculorum,ac carcerum ſqualor, vel frequentia multorum martyria exiliíque longioris miſeriæ conficerent,huic malo, nec aliud commodius remedium adferri, nec aliter poſteritati melius conſultum iri iudicarunt, quàm ſi ratio aliqua iniretur vnde veteribus fidei cultoribus ac defenſoribus extinctis, nouum cleri ſemen ac ſupplementum continuò pullularet,ita enim futurum confidebant,vt nec temporis diuturnitate,nec prolixo & violento Hæreticorum dominatu,deficerent in agro dominico operarij, néve abominatio iſtius deſolationis duraret vſque in finem. Neque enim dubitarunt, modò non deeſſent ſibi Catholici,quin aliquando citiùs vel ſeriùs, religionis reſtituendæ opportunum à Deo ipſis daretur tempus, cum nulla vnquam hæreticorum ſecta vel hominibus placere diu, vel ſine mutatione vllibi firmiter perſiſtere, vel ad poſteros integrè deriuari queat. Quod vel illa vna Arrianorum latiſſimè patens hæreſis planè conuincit: quæ licet orbem vniuerſum aliquot centenis annis miſerè vexauerit, tamen ita mutauit loca, tam multa dedit Catholicis ad ſe colligendos lucida interualla(quod & nobis diuina miſericordia feliciſſimè per interpolatam hæreſim Mariæ temporibus accidit) proque vario Imperatorum ac Primcipum,vel pro ſecta vel contra illam ſtudio,& pro cuiuſque ſiue ad clementiam,ſiue ad crudelitatem naturali propenſione,ſacerdotibus Dei, nunc pacem & tranquillitatem conceſſit, nunc turbulentiſſimas in eos tempeſtates excitauit.

Hac ergò de cauſa & hoc conſilio ſperantes miſericordiſſimum Dominum Deum patrum noſtrorum,in perpetuum genti noſtræ non iraſciturum,ex ſtudioſorum patria pulſorum reliquiis nonnulli Duaci in Belgio,ſub regimine D. Guilielmi Alani,iſtic tunc S. Theologiæ Profeſſoris regij,in diſciplinam collegialem (exilium,vitam, & ſtudia ipſorum protegente, & fouente Hiſpaniarum optimo maximóque rege Philippo) coierunt: qui paulatim in numeroſum creuerunt collegium: quòd primùm bonorum maxime eleemoſynis, poſtea incredibili ſedis Apoſtolicæ beneficentia ſuſtentatum: plurimos peperit optimè inſtitutos Sacerdotes: qui ad Catholicæ fidei reſtitutionem in patriam certis temporibus mitterentur,& viciſſim ex patria, ingenij excellentioris quoſque vt orthodoxam capeſſerent fidem aduenientes, receperit. Vnde paulò poſt magna animorum mutatio, ac religionis in Anglia mira incrementa ſecuta ſunt,factúmque eſt hoc collegium ita hæreticis odioſum, vt à populo Belgico tumultuante, facilè illud Duaco eiici curarint. Sed poſtea Deo ita diſponente,& Rege Chriſtianiſſimo permittente, Rhemos migrauit, vbi hodie fœliciter amplificatum variis in eccleſiam ſtudiis ac officiis claret. Cui poſtea ad vberiores in patria fructus faciendos, ſanctiſſimæ memoriæ Pontifex Gregorius XIII. Domino Audoeno Ludouico, Referendario Apoſtolico, pietate & prudentia præſtantiſſimo viro id in primis ſatagente,aliud inſigne collegium Romæ in antiquo nationis noſtræ hoſpitali,ampliſſimis donatum redditibus, & patrum ſocietatis nominis IESV regimini & inſtitutioni traditum,adiunxit. Quæ duo Seminaria dederunt his annis ſupra trecentos in meſſem Anglicanam Presbyteros:qui agrum domini,cum ſacro etiam ſanguine rigarunt.

Hinc duo collegimus vnum quod Summus Pontifex vero & ſincero patris in filios amore æſtuans nihil oblitus eſt earum rerum quæ ad ſalutem gregis Chriſtiani conferunt. Alterum quantum commodi & vtilitatis Reipublicæ Chriſtianæ aduexerint Societatis Ieſu Patres in erudienda iuuentute ex cuius educatione vt meſſis ſpes in ſemente poſita eſt,reliquæ vitæ expectatio dependet. Quamobrẽ vbique tanta támque præclara illis ſtructa ſunt Gymnaſia quæ

profectò vera ſunt pietatis religionis, & doctrinæ Azila ad quæ furentibus hæreſis & ignorantiæ monſtris confugiant omnes. Horum breuiſſimum indicem hic adſcripſimus in iuuentutis pietatis ſtudioſæ gratiam. Nomina Vrbium literis capitalibus inſignita Academiam publici ſtudij cum Collegio Societatis Ieſu ibidem adeſſe denotant.

ACADEMIARVM ET COLLEGIORVM SOCIETATIS IESV CATHALOGVS.

GALLIARVM.

PARISIENSE. 1554.
THOLOSANVM. 1561.
BITVRICENSE. 1571.
Burdegalenſe. 1572.
Lugdunenſe. 1565.
Aquenſe.
TVRNONIENSE. 1561.
MASSILIENSE.
AVENIONENSE. 1563.
MVSSIPONTANVM. 1573.
Billomenſe. 1554.
Mauriacenſe.
Virdunenſe. 1564.
Niuernenſe. 1570.
Rhutenenſe. 1561.
Diuionenſe. 1581.
Augenſe. 1581.
Agennenſe. 1584.

COMITATVS BVRGVNDICI DITIONIS REGIS Hiſpaniarum.

DOLANVM. 1583.

SABAVDIÆ.

Camberienſe.

ITALIÆ.

ROMÆ *multa ſunt collegia ſocietatis Ieſu: Gregorianum, Germanicum, & Anglicum, ſub Gregorio* XIII. *æquè ac Sixto* V. *florentiſſima. Horum omnium regimen traditum eſt ſocietatis patribus doctiſſimus in quibus ſunt nobilium primogeniti non pauci.*

SENENSE. 1554.
PERVSINVM. 1552.
FLORENTINVM. 1551.
MACERATENSE.
ANCONITANVM. 1581.
Lauretanum. 1554.
Ibid. Greg. XIII. *Collegium inſtituit in quo* Illiricorum *pueri è patria extorres erudirentur.* 1581.
Tiburtinum. 1549.
Recinetenſe. 1583.
Amerinum. 1579.

IN PROVINCIA MEDIOLANENSI.

MEDIOLANENSE. 1564.
TAVRINENSE. 1581.
Ianuenſe. 1554.
Comenſe. 1583.
Vercellenſe. 1581.

IN PROVINCIA VENETA.

VENETVM. 1549.
PATAVINVM. 1543.
BONONIENSE. 1547.
FERRARIENSE. 1551.
Parmenſe. 1564.

placentinum.

Placentinum. 1581.
MVTINENSE. 1552.
MANTVANVM. 1584.
Brixienſe. 1583.
Veronenſe.
Foroliuenſe.

IN PROVINCIA NEAPOLITANA.

NEAPOLITANVM. 1551.
Catacenſe. 1564.
Aletinum. 1581.
Crinolarum.
Rheginum. 1539.
Barienſe. 1583.

IN PROVINCIA SICVLA.

MESSANVM. 1548.
PANORMITANVM. 1549.
SYRACVSANVM. 1554.
CATANENSE. 1554.
Montis Regij. 1554.
Vibonenſe. 1555.
Galactenſe. 1585.
Drepanitanum. 1581.

PORTVGALLIÆ.

COIMBRIENSE. 1554.
EBORENSE. 1553.
Vlyſsiponenſe. 1552.
Bracarenſe.
Funcalenſe apud Maderam inſulam.
Brigantinum.
Portuenſe.
Angrenſe. 1583.

IN REGNIS CATHOLICI HISPANIArum Regis.

TOLETANVM. 1583.
COMPLVTENSE. 1544.
OSCANIENSE. 1555.
Conchenſe. 1554.
Placentinum.
Murcianum. 1555.
Madritanum. 1582.
Talabricenſe. 1582.
Belmontenſe. 1582.
Sicuritanum. 1582.
Naualcarneium.
Carauacenſe.
Huëtenſe.

IN PROVINCIA CASTELLANA.

SALMANTICENSE. 1548.
VALLISOLETANVM. 1545.
COMPOSTELLANVM. 1581.
ONNATENSE. 1550.
Segobienſe. 1581.
Montis regalis in Gallicia. 1555.
Methimnenſe.
Abulenſe. 1553.
Palentinum.
Bellimacenſe.
Numantiuum.
Legionenſe. 1582.
Lucronienſe. 1583.
Burgenſe.
Ouëtenſe.
Pompeiopolitanum. 1580.

IN PROVINCIA ARAGONENSI.

VALENTIANVM. 1545.
GANDIANVM. 1545.
CÆSARAVGVSTANVM 1547.

MAIORICENSE.
Gironenſe. 1582.
Barchinonenſe. 1540.

IN SARDINA INSVLA.

Saſſaritanum.
Buſaquenſe.
Calaritanum.
Valeccleſienſe.

IN PROVINCIA BOETICA.

HISPALENSE. 1554.
Granatenſe. 1554.
Oſsimenſe.
Veſanum. 1582.
Cordubenſe. 1553.
Gaditanum. 1581.
Malacenſe.
Zerenſe.
Montelanum. 1555.
Marcenſe.
Triquerenſe.

BELGIVM.

LOVANIENSE. 1542.
DVACENSE 1568.
Tornacenſe. 1555.
Audomacenſe.
Cameracenſe.
Brugenſe.
Antuerpienſe.
Traiectenſe. 1570.
Leodienſe. 1n81.

GERMANIÆ IN PROVINCIA RHENANA.

COLONIENSE. 1542.
TREVIRENSE. 1581.
MOGVNTINENSE. 1582.
Spirenſe.
Conſluentinum. 1582.
Fuldenſe.
Heiligenſtadienſe.
Paderbenenſe, 1580.
Lutzenburgenſe.

IN PROVINCIA GER- GERMANIÆ SVPERIORIS.

DILINGANVM.
INGLOSTADIENSE. 1549.
Monachienſe.
Halenſe.
Auguſtanum. 1582.
Oenipontanum.
Lucernenſe.
Friburgenſe. 1581

IN PROVINCIA AVSTRIÆ.

VIENENNSE. 1551.
PRAGENSE. 1542.
Olemcienſe, 1581.
Græcenſe. 1581.

IN POLONIA.

CRACOVIENSE.
VRATISLAVIENSE. 158.
POSNAMENSE. 1583.
Vilnenſe. 1570.
Brunsbergenſe. 1564
Pultouienſe.
Ieroſlauienſe.
Polocenſe. 1583.
Regenſe. 1581.
Neſuiſienſe. 1582.
Torpatenſe. 1583.
Lublinenſe. 1583.
Claudiopolitanum. 1583.

IN INDIA ORIENTALI.

Goenſe. 1554.
Cerinenſe.

Bazainenſe.
Salſetanum.
Malacenſe.
Colanenſe.
Taanatenſe.
Ternatenſe.

IN IAPONE.

Burgenſe.
Meacenſe. 1559
Bonzianenſe.
Coranenſe.
Neginenſe.
Homanienſe.
Frenonimenſe.
Bandienſe.
Funayenſe.

IN BRASILIA.

Bayacenſe. 1549.

FLVMINIS IANVARII.

Pernambucenſe. 1577.

IN INDIA OCCIDENTALI.

Limenſe. 1574.
Cuſchenſe.
Ciuitatis Pacis. 1575.
Arequipenſe.
Potoxinum.
Iulienſe. 1582.

IN PROVINCIA MEXICANA.

Mexicanum.
Mecoacanum.
Angelipolitanum.
Guaxacanum. 1583.
Texozotlenſe. 1582.

Annorum tempus quo Collegia instructa ſunt non ſingulis locis addimus, quod nobis & ſcitu difficile & ignotum erat. Pleraque alia deſiderantur, quæ in libello illo Cathalogi Academiarum & collegiorum eiuſdem Societatis peruia & aperiſsima extant

XLII.

Confirmatio, & declaratio Inſtitutionis gratiarum, & Priuilegiorum Societatis Ieſu.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ASCENDENTE Domino, & Saluatore noſtro in nauiculam, ecce motus magnus factus eſt in mari: ipſe autem à diſcipulis rogatus ventis imperauit, & facta eſt tranquillitas quam nos in Petri nauicula collocati, turbinibus excitatis ab eodem Domino, aſſiduis precibus poſtulantes noſtram interea operam, & laborem in frangendis procelloſis fluctibus impendere non deſiſtimus, cumq; tanti laboris ſocios, & validos remiges diuina nobis prouidentia præparauerit, eorum opera in ſuperandis ſæuientis pelagi tempeſtatibus nos maximè ſubleuat, qui pro communi fluctuantium animarum ſalute propria commoda nihil pendunt, ſéque ad omnia diſcrimina exponunt, in quo cùm aliarum Religionum ſtudia, tum Societatis Ieſu aſſiduis pro Chriſto labor, necnon vſque ad finem perſeuerantia promptam ſe oſtendit, cumq; prolem Catholicæ religioni valdé proficuam, & ad omnia pericula pro vniuerſali eccleſia ſubeunda paratam procreauerit aliam, atque aliam à prima non degenerem præſtante gratia Dei quotidie ſubſtituit, vt nobis eorum alumni multiplices probationum gradus altius prouecti, ſemper præſto ſint, quos in rebus arduis ſuſcipiendis fructuoſos operarios aſciſcamus: eos autem vt firmiorem nobis opem ad prædicta nauare poſſint, ab omni non modo iniuria, ſed etiam calumnia ſtudemus intactos conſeruare. Quod, vt à nobis efficiatur, ipſius

Matth. 8. c.

Vtiliſsima orbi Chriſtiano Societas nominis Ieſu.

inſtituta tanquam fundamenta eius præſidij, quod catholicæ religioni impendunt immota, atque inconcuſſa, aliorum etiam Romanorum Pontificum exemplo debemus apoſtolica auctoritate tueri.

Priuilegia colla ta patribus ſocietatis Ieſu à Pontificibus Romanis.

Quorum fœlicis recordationis Paulus III. & Iulius etiam III. conſtitutiones, & laudabile dictæ Societatis inſtitutum confirmarunt.

Paulúſque idem eam ipſam ab omni quorumcunque ordinariorum iuriſdictione exemit.

Quo inſtituto per Paulum IIII. examinato, & à Synodo Tridentina commendato, Pius V. item prædeceſſor noſter Societatem ipſam ordinem eſſe mendicantem declarauit.

Encomium ſocietatis Ieſu.

Quæ omnia non immeritò ſunt conceſſa, ob egregias virtutes, & dona Societati antedictæ diuinitus elargita, cuius præcipuus finis Catholicæ eſt religionis defenſio ac propagatio, animarúmque in Chriſtiana vita & doctrinæ profectus, gratiæ quoque eius vocationis eſt proprium diuerſa orbis terrarum loca ex Romani Pontificis, ſeu præpoſiti generalis eiuſdem Societatis directione peragrare, vitámque in quauis mundi parte agere vbi ſaluandarum ſua opere animarum copioſior prouentus ad Dei gloriam ſperetur. Ad quem finem ſpiritus ſanctus bo. me. Ignatij Loyolæ Societatis ipſius inſtitutoris, eiúſque ſociorum excitator, media quoque prædicationum ac cuiuſcunque miniſterij verbi Dei doctrinæq; Chriſtianæ, & ſpiritualium exercitiorum, aliorum item charitatis operum, & ſacramentorum adminiſtrationis, ac præcipuè pœnitentiæ, & Euchariſtiæ horúmque frequentioris vſus accommodauit. Ad quæ ſufficienter, & pro dignitate præſtanda, difficultates ſuperandas, periculáque adeunda, quibus dictę Societatis religioſi in huiuſmodi diſcurſionibus, & miniſteriis exponuntur, neceſſe eſt, vt ipſi talia obituri, magno virtutis, & deuotionis præſidio muniantur: quod illis gratia in primis omnipotentis Dei ſimúlque educatio ipſa, longa item in Societate probatio, necnon regularum, & conſtitutionum obſeruantia pręſtare noſcuntur.

Probationis & Nouitiatus anni.

Quibus conſtitutionibus, vt tantę ponant rudimenta virtutis ad quam aluntur, ſtatutum eſt, vt Nouitij in Societate biennio probentur, quo expleto ſi ipſi perſeuerare voluerint, & Societati fuerit ab eis ſatisfactum (quoniam Societas ipſa non ſolis Nouitiis, & Profeſſis, vt reliqui regulares ordines conſtat,) tria ſubſtantialia vota ſimplicia (niſi quis interdum ad profeſſionem, vel gradum coadiutorum formatorum admittendus videretur paupertatis, caſtitatis, & obedientię in eadem Societate ex apoſtolico indulto, ac iuxtà vouendi formulam in eiſdem conſtitutionibus expreſſam emittunt, ac ſecundum illas promittunt ſe eandem Societatem ingreſſuros, hoc eſt vlteriorem aliquem illius gradum, prout prępoſito videbitur Generali.

Quibus votis emiſſis Nouitii eſſe deſinunt, & in Societatis corpus, qui literis operam dederint, vel daturi ſunt, vt Scholares approbati, alij verò vt coadiutores temporales nondum formati cooptantur, ac quantum eſt ex parte ipſorum perpetuò, ex parte verò Societatis, iuxta Apoſtolica indulta. & conſtitutiones prædictas, tandiu obligati ſunt, quandiu præpoſitus generalis eos in ſocietate retinendos eſſe cenſerit, Quod ad ſocietatis conſeruationem maximè eſt neceſſarium, idquè ab illius exordio prouiſum, & poſt experimento comprobatum eſt, idque initio ingreſſus illis explicitè manifeſtatur, atque ipſi conditionem hanc amplectuntur, quæ eis (ſi quos dimittere oporteat) multo eſt commodior, vt liberi potius, quàm votis obligati dimittantur, aliiſque iuſtis & rationabilibus de cauſis.

Coadiutores temporales.

Coadiutores temporales non formati, qui non ad ſtudia literarum, ſed ad domeſtica munia curanda deſtinantur, poſt aliquos annos, quibus generali Præpoſito, & Societati ſatisfecerint, per tria item paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ vota licet publica, & in manibus Superioris emiſſa, non tamen ſolemnia, ſed tum ex Conſtitutionum præſcripto, tum ex vouentis, & admittentis intentione ſimplicia exiſtunt, in adiutorium temporalium formatorum gradum admittuntur.

Scholares verò ſtudiis in ſocietate abſolutis, antequam profeſſi, vel adiutores ſpirituales formati fiant, non ſolum tertium adhuc vlterioris probationis annum, in deuotionis & humilitatis exercitiis impendunt, vt, ſi qua fortaſſe in re harum virtutum

tutum feruor per literarum occupationem intepuerit, per earundem virtutum frequentiorem exercitationem ardentióremque Diuini auxilij inuocationem recaleſcat, ſed etiam in verbi Dei ſacrarum & ſcholaſticarum lectionum, pœnitentiáque & Euchariſtiæ Sacramentorum Societatis miniſterij tandiu probantur quandiu Præpoſito generali videtur, nec antequam ipſi prępoſito ſint planè perſpecti, eique in omnibus ſatisfecerint, ad huiuſmodi gradus promoueant.

Quæ requirantur eis qui admitti volunt ad profeſſionem quatuor votorum iuxtà canonicas & apoſtolicas ſanctiones.

Qui enim ad profeſſionem quatuor votorum admittendi ſunt, eos iuxta conſtitutiones eaſdem, & apoſtolica decreta, & indulta viros omninò humiles ac prudentes in Chriſto, & in vitæ puritate ac literis conſpicuos diuturniſque ac diligentiſſimis experimentis probatos, atque Sacerdotes, & in miniſteriis huiuſmodi prius diu multumque verſatos vocatio hæc requirit, vtpote quos ardua maneant miniſteria. Quo fit vt non omnes ad eandem profeſſionem idonei eſſe, nec tales ſine longa exercitatione atque experimento fieri, aut etiam cognoſci poſſint. Quapropter ſocietatis corpus in ſua membra & gradus idem. Ignatius diuino inſtinctu ita duxit diſponendum vt præter eos, quos præpoſitus Generalis ad profeſſionem quatuor votorum idoneos eſſe cenſerit, & nonnullos, quos interdum ad profeſſionem trium admittere poteſt, reliqui etiam ſacerdotes, quorum vita & doctrina in ſocietate diu probata eſſet ac præpoſito Generali perſpecta, & de ipſius licentia in Coadiutorium ſpiritualium formatorum gradum, per tria illa vota ſimiliter publica, ſed ſimplicia in ſuperiorum manibus emiſſa admitterentur.

Emiſſa profeſſione amittitur ius patriæ, & hæreditariæ ſucceſſionis.

Quibus emiſſis tam hi qui ſpirituales, quàm qui temporales coadiutores formati fuerint, certum in ſocietate gradum habent, ſuntque omnis hæreditariæ ſucceſſionis incapaces, nihilque omninò proprij iuxta conſtitutiones eaſdem habere poſſunt. Nec propter emiſſa huiuſmodi vota publica aut per mortem ab inteſtato in illorum ſicuti nec in Profeſſorum bonis domus, valla, aut Eccleſia vel collegium dictæ ſocietatis ſuccedere poteſt.

Solenne votum obedientiæ erga Pontificiam ſedem.

Qui verò quatuor votorum profeſſi futuri ſunt, ij tribus illis ſolemnibus ſubſtãtialibus votis quartum ſimiliter ſolemne addunt ſpecialis Summo Pontifici obedientiæ circa miſſiones præſtandæ ob certiorem Spiritus ſancti in miſſionibus ipſis directionem, ac maiorem ipſorum mittendorum Sedi Apoſtolicæ obedientiam maiorémque deuotionem, humilitatem, mortificationem, ac voluntatum abnegationem.

Simplicia vota aduerſus ambitum dignitatum & opum congeriem.

Poſt emiſſam verò profeſſionem ſiue quatuor, ſiue trium votorũ profeſſi ad Paupertatis, quæ regularis inſtituti murus eſt & propugnaculum, perfectionem tuendam, omnémque ambitionis occaſionem excludendam nonnulla alia ſimplicia vota emittunt quibus promittunt ſe nunquam quacunque ratione acturos vel conſenſuros, vt quæ in conſtitutionibus ſocietatis circa paupertatem ordinata ſunt, immutentur niſi quando ex iuſta rerum exigentium cauſa paupertas magis reſtringenda videretur, neque prætenſuros ne indirectè quidem, vt quam prælationẽ, vel dignitatem intra vel extra Societatem eligantur, nec extra Societatem in ſui electionem quantum in eis fuerit, conſenſuros, niſi coacti obedientia eius, qui id ipſis poſſit ſub pœna peccati præcipere: Item ſocietati vel eius præpoſito manifeſtaturos ſi quem ſciant aliquid huiuſmodi moliri.

Vna & eadem viuendi & obediendi ratio expletis Nouitiatus annis.

Porrò non ſolum profeſſi, & coadiutores formati, ſed ex aliis quicunque abſoluto probationis biennio prædicta tria ſubſtantialia vota etiam ſimplicia emiſerint, ſi abſque expreſſa licentia à ſocietate diſcedant, etiam ſi prætextu melioris frugis, & tranſitus ad alium quemcunque ordinem (Cartuſienſium duntaxàt excepto, id faciant, apoſtaſiæ & excommunicationis ex Apoſtolicæ ſedis decreto pœnas incurrunt, à quibus non niſi à Summo Pontifice, vel à generali præpoſito abſolui poſſunt. Inique enim cum ſocietate ipſa ageretur ſi viris multo labore ad ardua miniſteria eruditis cum religionis catholicæ & huius ſedis detrimento priuaretur præſertim cum ſocietatis conſtitutiones, & priuilegia, quæ ſupradicta continet, in ſeparata, antequam ad notiorum conuictum admittantur, habitatione eis maturius conſideranda tradantur.

Biennio Nouitiatus completo, & emiſſis votis ſimplicibus, vna eſt omnibus omninò viuendi & obediendi ratio: debent enim omnes in omnibus obedire, & in cõ-

muni viuere non ſecus alij, atque ipſi profeſſi & coadiutores formati, idque in domibus quidem probationum & collegij ex redditibus, in domibus verò profeſſorũ quæ nullos omninò redditus habere poſſunt, ex eleemoſynis tantum.

Libertas retinendi bonorum ſuorum dominiũ iis qui ad profeſſorum & Coadiutorum formatorũ gradus peruenerũt.

Et licet, qui ad gradus profeſſorum, & coadiutorum formatorum nondum peruenerunt bonorum ſuorum ius atque dominium tam alias ob iuſtas cauſas, tum etiam vt maiorem Societas habeat libertatem illos, ſi opus fuerit, cum minori offenſione dimittendi, ad tempus generalis Præpoſiti iudicio præſcribendum valeant retinere, vt in pauperes tandem ſeu alios pios vſus pro ipſorum deuotione diſtribuant iuxta Euangelicum conſilium ac promiſſionem, quam initio Nouitiatus faciunt, interim tamen, quantum ad illorum vſum religioſam paupertatem ſeruant, nec vlla re tanquam propria & ſine ſuperioris facultate vti poſſunt.

Et quamuis, ij omnes, qui poſt biennium Nouitiatus dicta tria vota ſimplicia, vt præfertur, emiſerint, ac in corpus ſocietatis cooptati, illiuſque meritorum, & priuilegiorum, non ſecus atque ipſi Profeſſi participes effecti, quique quantum eſt in eis eſt & profeſſionem emittere parati, ſi ipſe Præpoſitus generalis id prædictæ Societatis inſtituto congruere iudicauerit, & in perpetuum Dei ſeruitio votis ſimplicibus conſecrati, ac ſua ſorte, prout laudabile ſocietatis inſtitutum exigit, contenti verè, & propriè religioſi exiſtant, & ſi à ſocietate deficiant, excommunicationis & aliis Apoſtatarum pœnis ſint ſubiecti, tamen cum non ita pridem, intellexiſſemus nonnullorum animos, qui pij alioqui & vtiles operarij exiſtebant, ſollicitari interdum & affligi, quaſi non eſſent religioſi, eo quod non eſſent profeſſi, nec etiam deeſſe qui religionis prætextu, transfigurante ſe in angelum lucis Satana, non ſolum ea occaſione inquieti exiſteret, ſed etiam aliorum pacem & vocationem diſturbare, eoſque in fraudem, & defectionem deducere conarentur, vnde fructuoſa hæc religio grauiſſima potuiſſet accipere detrimenta, Idcirco cum diuina prouidentia pro temporum neceſſitate varia & ſalutaria Ordinum inſtituta in Eccleſia ſua produxerit, nouiſque ſubinde in ea naſcentibus morbis, noua remedia nouiſque emergentibus hoſtium impugnationibus, noua regularium ordinum auxilia excitarit, & cuique illorum iuxta cuiuſlibet peculiaris gratiæ vocationem peculiares quaſdam notas propria inſignia, ac opportuna ad finem quem intendit, media ſuggeſſerit, & nunc maximè (vt feliciſſimi toto orbe ſucceſſus teſtantur) mirificos in agro Dominico fructus prædicto ſocietatis Ieſu inſtituto proferat: quæ Societas (quemadmodum & alia naſcentium regularium ordinum exordia) à ſpiritu contradictionis impugnatur, cumque ipſi Ordines Romanorum Pontificum propterea conſtitutionibus circummuniri conſueuerint, cuius rei ſanctorum Dominici & Franciſci præclariſſimi Ordines exempla abundè ſuppeditarunt: ita nos, licet aliàs inſtitutum prædictum, priuilegia & Conſtitutiones ipſius Societatis confirmauerimus, & declauerimus, Motu proprio ſtatuentes eos, qui biennio Nouitiatus peracto, tria vota tametſi ſimplicia emiſerunt, eſſe verè & propriè Religioſos, cum præcepto, ne quis hæc in dubium reuocare audeat, ac cum irritante, & aliis decretis, prout in noſtris ſuper hoc confectis, in literis plenius continetur.

Obiectiones contra ſocietatis ſtatuta.

Ante ſolennis profeſſionis vota nomen religioſi in ſocietate non contrahitur.

Quia tamen non defuit temeraria quorundam audacia qui poſt declarationem, decretum, præceptum, & interdictum noſtrum huiuſmodi non ſolum multa ex prædictis, & fortaſſe alia ad Societatis inſtitutum, ac viuendi formam ſpectantia, labefactare, ſed & ipſa Apoſtolica decreta, ac præcepta publicè, & ex cathedra, auſu temerario impugnare, mentémque noſtrã peruersè interpretari non erubeſcunt, diſputantes, & prædicta in dubium reuocantes: omniàque ex aliorum regularium ordinum communibus rationibus, formis ac ſtatutis metientes Societatis Inſtitutum peculiares Conſtitutiones, ac vim votorum ſimplicium illius, à ſede Apoſtolica in eadem Societatis Religione probata, admiſſorum penitus ignorantes, ac nonnulla iure antiquo, quæ poſt illud ſucceſſu temporum huius ſedis auctoritate, approbatione, & confirmatione, ac peculiaribus priuilegiis ſancita, & roborata eſſe dignoſcuntur, perperam interpretantes, conuellere nituntur. quinetiam nos ſupradicta, Motu ſimili, & ex certa ſcientia de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernentes, ac præcipientes priuato ſenſu loquutos doctores errare potuiſſe, immo verè, & de facto ob falſam ſupradictorum informationem erraſſe: Ideoque præceptum noſtrum

nullam ad obligandum vim habere. Neminem præterea eorum, qui ſolemnem profeſſionẽ in dicta Societate non emiſerunt: de illius corpore, aut verè, & propriè religioſum eſſe poſſe, ſed eos merè ſeculares, ac ordinariorum iuriſdictioni ſubditos exiſtere nec Societatem ipſam, aut illis ſuperiores immo nec nos ius in eos vllum ex vi votorum huiuſmodi habere, vel acquirere, aut ſuperioribus ipſis conferre poſſe, non conſiderantes voti ſolemnitatem ſola Eccleſiæ conſtitutione inuentam eſſe, triáque huiuſmodi Societatis vota tametſi ſimplicia, vt ſubſtantialia Religionis vota ab hac ſede fuiſſe admiſſa, illáque emittentes in ſtatu religionis verè conſtitui, quippe qui per ea ipſa ſe Societati dedicant, atque actu tradunt, ſeque diuino ſeruitio in ea mancipant. In quibus votis nullus præter Romanum Pontificem poteſt manum apponere: aliiſque atque aliis modis Societatem ipſam impetunt vniuerſali Eccleſiæ perutilem, quæ diuerſis functionibus, & perſonarum gradibus diſtributa à Romanis Pontificibus preſbyterorum, à Tridentina Synodo clericorum Religio appellata habitu, nomine, pleriſque perſonarum gradibus, votorúmque differentiis ab aliis regularibus ordinibus diſtinguitur, Quibus etiã adiungunt licere iiſdem non profeſſis, etiam inuitis dictæ Societatis Superioribus, ad quoſuis alios regulares ordines ſe tranferre tranſgreſſoréſque horum votorum, ac inobedientes, aut etiam vxorem ducentes, nullam ipſi Societati iniuriam facere, immo poſſe Epiſcopos cum eis diſpenſare, vt inuitis etiam ſuperioribus eiſdem vxorem ducant. Quibus, cum gloſſatores, & obtrectatores huiuſmodi ſua falſa doctrina fauere pergunt, horum votorum naturam & pœnarum vim vel non intelligentes, vel eludere conantes, eo ſunt progreſſi, vt etiam vi facultatum quæ literis indulgentiarum Cruciatæ ſanctæ nuncupatarum continentur, omnes transfugas, & ab ipſa Societate deficientes non profeſſos, quoties ab ea defecerint, ab excommunicationis latæ ſententiæ pœna à quocunque confeſſario abſolui poſſe, nullámque ipſi Societati, ſuis operariis priuatæ iniuriam fieri, aut præiudicium generari exiſtimẽt, ſed & votorum ſubſtantialium Religionis prædictæ, ac decretorum contra eoſdem apoſtatas Sedis huius auctoritate editorum vim, quantum in eis eſt, eneruare contendant. Inſuper, aſſerunt non poſſe vota aliqua in ſeculo emiſſa in tria hæc ſubſtantialia Societatis commutari (cum tamen hæc vota ſint ſtatus, vt præfertur religioſi adeo vtilis, & perfecti, vt illa in hæc poſſint, hæc verò in aliorum ordinum etiam ſolemnia vota commutari, ſit ab hac ſede iuſtis de cauſis interdictum. Nec etiam deſunt alia, quæ in animarum ſuarum præiudicium Societatis perturbationem, & ſcandalum plurimorum comminiſcantur.

De preſbyteris & clericis ſocietatis Ieſu habetur canon in Concilio Tridentino Seſſ. 25. c. 16.

Nos vniuerſalis Eccleſiæ vtilitati, quàm ex inuiolato, & inconceſſo dictæ Societatis inſtituto, & religioſæ ſobolis educatione ſentimus, & maiorem indies ſperamus proſpicientes, & propterea eiuſdem Societatis indemnitati, paci, quieti, & incremento conſulere volentes, Motu ſimili, & ex certa ſcientia noſtra, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine laudabile inſtitutum, & quæ illud concernunt, præmiſſa omnia & ſingula, prædictáque illius, ac quæcunque alia priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias & indulta à prædictis prædeceſſoribus noſtris, & à nobis etiam per communicationem conceſſa: Conſtitutiones quoque, ac ſtatuta, & decreta qualiacunque, ac ſi ad verbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ſupplentes omnes Iuris, & facti defectus, ſi qui interuenerint in prædictis Conſtitutionibus, & ſtatutis.

Confirmatio priuilegiorum ſocietatis Ieſu.

Ad hæc dictam Societatem firmo ſedis huius præſidio communire volentes, hac noſtra perpetua Conſtitutione, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſtatuimus, atque decernimus tria vota huiuſmodi & ſi ſimplicia, ex huius ſedis inſtitutione, ac noſtra etiam declaratione, & confirmatione eſſe verè ſubſtantialia Religionis vota, ac in dicta ſocietate tanquam in religione approbata per ſedem eandem admiſſa fuiſſe, & eſſe, ac per nos admitti, nec in illis à quoquam, præter nos, & ſedem huiuſmodi diſpenſari nec ea vllo alio modo quàm per legitimam dimiſſionem à ſocietate ceſſare poſſe.

Subſtantialia vota.

Et non modo eos, qui in coadiutorum formatorum, ſiue ſpiritualium, ſiue temporalium gradus, & miniſteria, vt præfertur, admittuntur, ſed & ſcholares ipſos, ac

ſupradictos alios, omnes, & quoſcunque qui in ipſam Societatem admiſſi, biennio probationis à quolibet eorum peracto, tria vota ſubſtantialia prædicta, tameſi ſimplicia emiſerint, aut emittent in futurum, verè & propriæ religioſos fuiſſe, & eſſe, ac fore, & vbique ſemper, & ab omnibus cenſeri & nominari debere, non ſecus atque ipſos tum Societatis, tum quorumuis aliorum Regularium ordinum Profeſſos, ſuiſque præpoſitis, in omnibus, & per omnia obedire, & huic Sedi immediatè ſubiectos, & à quorumuis Ordinariorum & delegatorum, ſeu aliorum iudicum iuriſdictione omninò exemptos, prout nos etiam vigore præſentium eximimus.

Contra impugnantes inſtituta ſocietatis.

Denique vt omnium Societatis priuilegiorum iuxta Generalis præpoſiti diſpoſitionem ſunt particulares, ita quoq; excommunicationis maioris latæ ſententiæ & aliis Apoſtatarum pœnis ſi qui à Societate deficiant, ſubiacere, ac tanquam vero Apoſtatas puniri poſſe, nec à quoquam, niſi per nos, & ſedem prædictam, aut Generalem præpoſitum ab eiſdem pœnis abſolui abſolutionem, & à ſocietate dimiſſionem matrimonium contrahere, quinimo eos omnes ad contrahendum inhabiles, ac contractus huiuſmodi nullos, & irritos eſſe, pro vt irritos facimus, & annullamus.

Et vt contradicentium audacia coerceatur, præmiſſas omnes, & quaſuis aliàs illis ſimiles aſſertiones contra dictæ Societatis inſtitutum, vel quomodolibet in illius præiudicium pronuntiatas, aut ſcriptas, falſas omninò & temerarias eſſe & cenſeri debere.

Sedi Apoſtolicæ & præpoſito generali dubiorum diſcuſſio remittitur.

Pręcipimus igitur in virtute Sanctæ obedientiæ ac ſub pœnis excommunicationis latæ ſententiæ, necnon inhabilitatis ad quæuis officia, & beneficia ſecularia, & quorumuis ordinum regularia, eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, quarũ abſolutionem nobis. & ſucceſſoribus noſtris reſeruamus, ne quis cuiuſcunque ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtat, dictæ Societatis inſtitutiones, Conſtitutiones, vel etiam pręſentes, aut quemuis earum, vel ſupradictorum omnium articulorum, vel aliud quid ſupradicta concernens, quouis diſputandi, vel etiam veritatis indagandæ, quæſito colore, directè vel indirectè impugnare, vel eis contradicere audeant diſtrictiùs inhibentes ne quis ſiue extrà, ſiue intra dictam Societatem, niſi de illius Generalis aut inferiorem Præpoſitorum licentia, notationes, declarationes, gloſſas vel ſcholia vlla ſuper pręmiſſis facere, vel ea, niſi quantum verba ipſa ſonant, interpretari, aut de eis diſceptare, ſeu ſcrupulum quicquam iniicere, vel in controuerſiam aut dubium reuocare audeat quoquomodo, nec gloſſas, aut interpretationes ſiue impreſſas, ſeu ſcriptas, ad id pertinentes legere, docere, aliiſque tradere, vendere, vel apud ſe retinere præſumat.

Si quid verò dubij de eiſdem oriri contigerit, ad ſedem prædictam vel ad Generalem Præpoſitum dictæ Societatis, aut ad eos quibus id ipſe commiſerint, referatur.

Executio conſtitutionis.

Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Cardinales in quauis cauſa & inſtituta ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

Mandantes vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis & cæteris Eccleſiarum, & locorum etiam regularium prælatis per vniuerſum orbem conſtitutis, vt præſentes in ſuis quiſque Eccleſiis, Prouinciis, Ciuitatibus, diœceſibus, & iuriſdictionibus ab omnibus inuiolatè obſeruari: quinetiam Præpoſitas ac perſonas Societatis huiuſmodi defendant, eóſque præmiſſis omnibus & ſingulis pacifice frui faciant, & gaudere, non permittentes per quoſcunque quomodolibet moleſtari: Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.

Non obſtantibus recol. mem. Bonifacij Papæ viij. quæ incipit. Quod votum, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac etiam aliorum ordinum, iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus,

bus, priuilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcunque huiuſmodi ordinibus, Vniuerſitatibus, locis vel perſonis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam etiam motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, & cum quibuſuis irritatiuis: annullatiuis, caſſatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præſentatiuis, exceptiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis Clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi in eis caueatur expreſsè, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma in illis expreſſis derogari poſſit, pro illum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ac, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus Contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem.

Præſentis autem Conſtitutionis, & gratiæ communicationem omnibus aliis, qui ſua priuilegia cum ipſa ſocietate copioſè participant, participaréque peterunt quomodolibet in futurum fieri, omninò prohibemus.

Indultorum communicatio prohibetur.

Cæterum volumus, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Secretarij dictæ Societatis vel notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Præpoſiti Generalis eiuſdem Societatis, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem omninò fides adhibeatur in iudicio, & extrà illud, quæ literis ipſis originalibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

Nulli ergo, &c Si quis autem, &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto, octauo Kal. Iunij, anno Pontificatus Noſtri decimotertio.

Multum prodeſſe his qui multum proſunt iura tum humana dum diuina volunt. Quæ vtilitas ſuborta ſit Eccleſiæ Catholicæ ex venerando nominis Ieſu ſodalitio teſtantur tot præclara monumenta pietatis & eruditionis per orbem relicta, tot inſignia Archigymnaſia quæ ſuperiùs enumerauimus in quibus & moribus, & doctrinæ hominum conſulitur vt nulla regio eorum laboris inſcia ſit. Taceo populos barbaros in India Occidentali Braſilica regione, & noui orbis Inſulis ad veritatis lucem eorum opera edoctos, infideles baptizatos, hæreſes Germaniæ maiore ex parte concuſſas, & longè à noſtro orbe remotos Principes, ad pedum oſcula Summi Pontificis perductos, & innumera illa vitæ diſcrimina in publicum commodum exhantlata quæ digniſſimis hiſce priuilegiis penſare eſſe operæ precium Sedi Apoſtolicæ viſum eſt. Hæc omnia breuiſſima adeò verborum ſerie complecti nequeunt. De his conſcripta ſunt integra Commentaria.

XLIIII.

Ordo Proceſſionum Papalium in ſolennioribus feſtiuitatum celebrationibus.

GREGORIVS Papa XIII. Motu proprio, &c.

OMNIBVS, & ſingulis officialibus Romanæ Curiæ infraſcripto rotulo deſignatis, & deſcriptis in proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti, quæ erit die ſecunda menſis Iunij proximè futuri præſentis anni M. D. L X X V. & aliis perpetuis futuris temporibus iuxtà antiquum morem, & ritum Curiæ Romanæ intereſſe debentibus, cum albis intortitiis pro debito eorum, & veneratione condigna tanti Sacramenti, & quiete noſtra, ac celeri expeditione actus ante augmentum caloris, & ſine contentione, ſub pœna excõmunicationis eo ipſo incurrenda, & ſuſpenſionis ab emolumentis officiorum ſuorũ per duos continuos menſes proximè tunc futuros, quàm ex nunc applicamus Hoſpitali ſanctiſſimæ Trinitatis Conua-

leſcentium

leſcentium Vrbis ſi contrafecerint: Tenore præſentium mandamus, quatenus in dicta proceſſione incedere debeant ſecundùm ordinem deſcriptionis, & annotationis infraſcripti rotuli, aliqua cõtradictione, aut replicatione: Collectoribus etiam, ac Receptoribus dictorum officialium, ſub communicatione ſatisfaciendi de propriis pecuniis, ſi non retinuerint, vt præfertur: Notariis vero Cameræ Apoſtolicæ, quòd infraſcriptis Cardinalibus aſſiſtant, notantes nomina ſingulorum officialium contumacium, & inobedientium. Sicque omnibus, & ſingulis officialium ordinibus ſuper differentiis, & controuerſiis huiuſmodi procedendi, perpetuum ſilentium imponimus Reſeruato eiſdem iure, ſi quod prætendunt in petitorio. Et ita per dilectos filios S.R.E. Camerarium, & Priorem Diaconorum Cardinalium, & Vicecamerarium, ac Clericos cæremonialium, & alios, ad quos ſpectat, ſeruari & exequi debere decernimus & mandamus. Priuilegiis & literis Apoſtolicis, ac aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque.

Placet, ita & Motupropeio mandamus V.

Præcedentibus Religioſis, & Clero ordine ſuo.

1 *Proxenetæ Riparum.*
Portionarij Ripæ.
2 *Notarius Turris Nouæ.*
Notarius Protonotariorum participantium.
Notarij Vicarij Papæ.
Notarij Vicecamerarij.
3 *Scriptores Archiuij.* 4 *Scriptores Breuium.*
5 *Collectores Plumbi.* 6 *Sollicitatores Apoſtolici.*
7 *Notarij Auditoris Cameræ.*
Scriptores, & Clerici Regeſti ſupplicationum,
Scriptores Regeſti Bullarum.
Notarij Auditorum Rotæ.
8 *Procuratores literarum Apoſtolicarum minoris gratiæ.*
9 *Procuratores Contradictarum.*
10 *Abbreuiatores de minori.*
11 *Scriptores literarum Apoſtolicarum minoris gratiæ.*
Auditor Pœnitentiariæ. } *ſimul.*
Regens Pœnitentiariæ.
Notarius Cancellariæ. } *ſimul.*
Oſtiarius Cancellariæ.
De conſuetis.
12 *Milites Pij.* 13 *Milites Lilij.* 14 *Milites S. Pauli.*
15 *Milites S. Petri, ſimul cum Scutiferis habitum non portantibus.*
16 *Scriptores Apoſtolici togati.*
17 *Reſcribendarius, cum duobus Defenſoribus.*
Magiſtri vtriuſque Regeſti. *Cuſtos Cancellariæ.*
Regens Cancellariæ, *Plumbatores.*
Magiſtri Alumbi.
18 *Scutiferi Papæ portantes habitum, & Soldanus.*
Procuratores ordinum.
Procuratores principum.
Procurator Fiſcalis.

Aduocati

Aduocati Conſiſtoriales. *Summiſta.* *Secretarij.*
Cubicularij extra Cameram.
Cubicularij Apoſtolici participantes. *Clerici Sacri Collegij.*
Cubicularij ſecreti.
Cubicularij, ſeu Capellani portantes mitras.
Nobiles, qui ſedent in gradibus ſolij.
Conſeruatores Vrbis. *Oratores principum.*
Senator. *Orator Cæſaris.*
Principes ſtantes in ſolio.
Cantorec Papæ.
Abbreuiatores, & acoluthi cum cottis.
Clerici Cameræ.
Auditores Rotæ, cum Magiſtro Sacri palatij.
Subdiaconi. *Acoluthi, cum candalabris vij.*
Subdiaconus portans Crucem, & de eius latera duo Oſtiarij cum virgis.

PRÆLATI PARATI.

Pœnitentiarij. *Abbates.* *Oratores prælati.*
Epiſcopi, Archiepiſcopi.
Aſſiſtentes Papæ.
Cardinales Diaconi. *Pesbyteri.* *Epiſcopi.*
Duo diaconi aſſiſtentes.
Scutiferi cum funalibus accenſis.
Milites aliquot D. Petri ſpplentes ad Baldachinum.
Acoluthus cum nauicula.
Cæremoniarij.
Acoluthi duo cum duobus thuribulis.
Seruientes armorum quatuor.

SVMMVS PONTIFEX SVB BALDACHINO.

Auditor de mitra, medius inter duos cubicularios.
Secretarius Papæ.
Medici.
Protonotarij cum cappis.
Generales ordinum.
Referendarij.

Seruientes armorum, & Curſores cum ſuis maziis à porta palatij per viam proceſsionis, vſque ad portam Sancti Petri cuſtodiant proceſsionem, & hortentur ad procedendum.

Oſtiarij ſimiliter cum ſuis virgis purpureis, & cum eis officiales de porta ferrea, & de catena à porta S. Petri vſque ad altare ſimiliter Cuſtodiant, & non permitant aliquos exire cum totis, nec eas extinguere, niſi repoſito Sacramento ſuper altari per Pontificem.

Cæremoniarum magiſter cum Reuerendiſsimo DD. Cardinalium Diaconorum priore, & Vicecamerario, præmiſſum ordinem obſeruari faciant, & exequantur.

Conſtitutio

XLIII.

Conſtitutio Nicolai III. & aliarum ſanctionum contra iurantes & iurare facientes illicita impoſſibilia damnoſa & Eccleſiaſticæ libertati ac decretis Concilij Tridentini contraria.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER APOSTOLICAS & alias canonicas ſanctiones, quæ de iuriſiurandi religione variis temporibus prodierunt, fel. record. Nicol. Papa Tertius, intelligens in nonnullis eccleſiis de earum conſuetudine obſeruari vt, cum earum Prælati ad eccleſias ipſas primo accedunt, vel cum de recipiendis ibidem nouis canonicis agitur, nec prælatos admitti, nec canonicos aliter recipi in dictis eccleſiis niſi iurato ab eis, ſtatuta, & conſuetudines ipſarum Eccleſiarum ſcripta, & non ſcripta inuiolabiliter obſeruare, inter laicos etiam multarum Ciuitatum, Caſtrorum, & terrarum eum conſuetudinis morbum in aſſumendis poteſtatibus, Rectoribus, vel Officialibus ſuis irrepſiſſe, vt ipſi Poteſtates, Rectores, & officiales ad huiuſmodi poteſtarias, rectorias, & officia, nullo modo admittantur, niſi prius ſe ſtatuta ipſorũ locorum clauſa iurauerint ſeruaturos. Et quia in ſtatutis, conſuetudinibúſque ſupradictis interdum aliqua reperiebantur illicita, ſeu impoſſibilia, vel obuiantia Eccleſiaſticæ libertati, idcirco ne ſub tali generalitate iurandi, ſic iurantibus, peccandi occaſio præberetur, cum iuramentum non fuerit inſtitutum, vt vinculum eſſet iniquitatis, prædictus Nicolaus Papa animarum periculis obſiſtere cupiens, frugifera & ſalubri conſtitutione præcepit quibuſcunque ſcientibus contineri in prædictis conſuetudinibus, & ſtatutis illicita, impoſſibilia, vel libertati Eccleſiaſticæ obuiantia huiuſmodi iuramenta ab eis nullo modo præſtari, & iuramenta ea intentione facienda, vel facta vt etiam illicita, vel impoſſibilia, ſeu libertati Eccleſiaſticæ obuiantia obſeruentur, cum etiam ſub tali intentione præſtari non poſſent abſque diuinæ Maieſtatis offenſa, decreuit in huiuſmodi illicitis, impoſſibilibus ſeu libertati Eccleſiaſticæ obuiantibus non ſeruanda, quin potius pro animarum ſalute ſi ſub forma prædicta vel ſimili aliquos ignorantes prædicta illicita ſeu impoſſibilia, vel libertati Eccleſiaſticæ obuiantia iurare contingeret, ad obſeruanda duntaxat licita poſſibilia, & libertati eccleſiaſticæ non obuiantia iuramentorum intentiõ referri deberet, declarans iuramenta ſub huiuſmodi generalitate qualitercunque, & ſub quacunque verborum forma præſtita vel præſtanda ad licita poſſibilia, ac eccleſiaſticæ libertati non obuiantia duntaxat extendi, ipſóſque iurantes ad alia per præſtationem iuramenti huiuſmodi non teneri. Verumtamen multi infirmi, cupidique ſenſus ſeſe in huiuſmodi iuramenta cum animarum ſuarum periculo pręcipitant. Nos quoniam hęc ſanctorum quoque patrum inſtitutis, & ſalubri rerum eccleſiaſticarum directioni aduerſantur, & tanquam de radice ambitionis procedentia omne bonum in eccleſiis rebúſque publicis peruertunt, ea nouæ prouiſionis ſubſidio prohibere volentes, præſentium auctoritate innouamus prædictam conſtitutionem Nicolai Papę, itidémque alias omnes canonicas Sanctiones de abuſu, & reprobatione huiuſmodi iuramentorum promulgatas, volumúſque eas vbique ab omnibus etiam quoad præterita inuiolabiliter obſeruari. Ac etiam pręcipimus, & interdicimus prelatis canonicis, & aliis ſupradictis, necnon eccleſiarum Capitulis, & Monaſteriorum, cęteriſque conuentibus, ciuitatum quoque Caſtrorum, & terrarum communitatibus, & perſonis quacunque dignitate pręditis, ne vlla omninò iuramenta illicita impoſſibilia, damnoſa, vel libertati eccleſiaſticę, aut decretis Concilij Tridentini obuiantia ſiue ante, ſiue poſt electiones, confirmationes, prouiſiones, receptiones, admiſſiones aut alios actus, vbicunque, ac quocunque tempore etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis quantocunque tempore obſeruatæ, quæ potius corruptela eſt cenſenda, ſiue in genere, ſiue in ſpecie præſtare, reddere, vel exigere, neve ſuper præſtitis, redditis, vel exactis hucuſque quemquam in iudicio, vel extra inquietare audeant quoquo modo, vel turbare, illos enim qui iuramenta illicita, impoſſibilia, dãnoſa, vel eccleſiaſticæ libertati, aut decretis Concilij obuiantia, exigere contenderint, Epiſcopos videlicet, & alios quoſcunque Pontificali dignitate præditos ſuſpendimus à diuinis, Capitula verò, & conuentus, eorumque Eccleſias & loca omnia

Conſuetudo non recipiendi ad officia niſi præſtito iuramento.

Nicolaus III. declarauit talia iuramenta non ligari iurantes illáque eſſe irrita.

Innouatio circa conſtitutionum editarum in huiuſmodi iuramenta.

Iurantibus inflicta pœna.

Decretum irritans.

omnia interdicto eccleſiaſtico ſupponimus, ac ſingulares perſonas excõmunicationis ſententia innodamus, inhabiléſque facimus ad obtenta, & alia obtinenda eo ipſo, nobiſque & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti relaxationem ſuſpenſionis, & interdicti, necnon abſolutionem ab excommunicationis ſententia huiuſmodi perpetuò reſeruamus. Decernentes eos, qui talia iuramenta ſcienter pręſtiterunt vſu, & commodo rei, & gratiæ cuius cauſa iurauerint, eo ipſo priuatos eſſe, alios verò ignorantes ad præſtitorum iuramentorum huiuſmodi obſeruationem minimè teneri, Necnon irritum, & inane quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter attentatum eſt hactenus, & deinceps contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ſeu quod prælatis, capitulis, conuentibus, & perſonis prædictis, vel quibuſuis aliis cõmuniter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, vel in poſterum indulgeri contingat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, & ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Et quoniam difficile nimis eſſet, præſentes ad omnia loca, quibus illis opus erit, perferri, volumus vt earum exẽplis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo prælati, aut perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides, vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, apud ſanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto, Nonis Septembris, Pontificatus noſtri, Anno Tertiodecimo.

Tritum eſt quamplurimorum axioma, in malè promiſſis reſcindendam fidem, & iuramenta non conſtare quæ fiunt in detrimentum & iniuriam iurantis. Nam quamuis natura ſua omne iuramentum liget, aliter tamen aſſertorium, aliter promiſſorium. Aſſertorium ſiquidem non tam ligare, quam antecedentem quampiam obligationem, dicitur exigere aut præſupponere, antecedens obligatio in eo eſt, vt quod iuratur, verum ſit promiſſorium autem iuramentum verè & propriè ligat, quia ipſa rei perfectio ſuper qua præſtatur iuramentum eſt iuramenti materia. Vnde ſequens eſt aſſertorium iuramentum in quamuis cadere poſſe materiam ſiue bona ſit, ſiue mala, turpis aut honeſta, modo res ita ſe habeat vt iuratur: promiſſorium non item.

Sunt autem tres quæ efficiunt ne iuſiurandum liget.

Prima, ſi quod iuratur eſt impoſſibile, non tantum naturaliter, verumetiam moraliter. Moraliter autem dicitur impoſſibile quod etiamſi abſolutè loquendo, fieri poſſet, tamen citra pietatis, morum vitæ aut ſalutis iacturam fieri nequit, hoc itaque cùm accidit non ligat iuramentum, quia deeſt materia nihil enim cadit ſub iuramentum quod aut contra diuinum aut naturale ius ſit. Obſeruandum tamen quod non ſi quod iuratum eſt, difficilius quam putabatur cùm fieret iuſiurandum, fuerit compertum, continuò non ligat iuramentum, niſi fortè hoc ipſum inter iurandum fuerit expreſſum: vtpote ſi quis iuret aliquot ſe orphanas collocaturum, ſi non addit hanc vt vocant clauſulam, niſi earum dos pluris quam mille conſtiterit, aureis, aut ſimile quippiam debet abſolutè quicquid ad dotem attinet erogare.

Secunda cauſa eſt quando materia iuramenti eſt illicita ſiue ipſo iuramenti tempore ſiue etiam poſtmodum, exemplum ex D. Aug. ponit Gratianus 22. q. 4. canone inter cætera: huc referentur ea quæ contra bona conſilia bonoſve mores fiunt iuramenta, vt ſi quis iuret ſe caſtitatem non ſeruaturum, &c. non enim ligat illud iuramentũ. Eò tendit conſtitutio Põtificis.

Tertia cauſa eſt, ſi incautum ſit iuramentum: id eſt, ſi tam generaliter fuerit emiſſum, vt illicitam etiam materiam complecti poſſit, quale fuit Herodis, hæc & eiuſmodi in eo caſu non ligant. An verò liget iuramentum coactum in quæſtionem à nonnullis vertitur. Cum enim omne iuramentum promiſſorum ſit contractus, nulluſque obſeruare teneatur, quod inuitus promiſit, videtur eiuſmodi iuſiurandum non ligare. Accedit quod iuramentum promiſſorium nunquam eſt validum, niſi idoneam habeat materiam, quæ ſemper eſt alicuius virtutis actus, qui nunquam inuenitur quoties inuitus quis quid facit. Non deſunt tamen qui putent iuſiurandum quanquam coactum tamen ligare, quia licet coactum dici poſſe quod eſt contra generalem & antecedentem voluntatem, tamen abſolutè non eſt omnino contra omnem voluntatem quod coactus quis iurat. Hæc enim ex qua ponderantur actiones nulla omni vi cogi poteſt. Dicitur autem generalis voluntas quam quis in animo

habet priuſquam rei circunſtantias expendat, abſoluta autem quæ eſt in aliquo poſteaquàm rem omnem grauiter expenderit, materiam autem etiam habet, quia nemo ad iuſiurandum cogitur, incuſſo extrinſecus aliquo timore quem cùm iurat quis, redimit idque actio charitatis poſtulat enim charitas vt ſe quiſque ſuáque conſeruet.

Obſeruandum eſt nihilominus aliam eſſe rationem fori exterioris quo ſpectatur ciuium tranquillitas, quæ ne rumpatur meritò cautum eſt ne valeat contractus coactus ligare, alia autem interni fori.

Quærunt theologi liceat ne illi qui extorto iuramento pecuniam dedit, eandem repetere, dicuntque licere, eò quòd coacto iuramento non transferatur dominium: ſed per legitimum contractum: qui nunquam poteſt eſſe coactus: quod ſi coactus quis inter ſe pecuniam extortam iuramento nunquam repetiturum, licebit nihilominus repetere, non enim habebat legitimam materiam iuramentum illud poſterius, eo quod eſſet contra bonos mores & Reip. tranquillitatem qua poſtulat, vt quod vi extortum eſt, liceat repetere. Quod ſi obiicias hac eadem ratione moriendum potius quam iurandum fuiſſe, neque enim contra Deum eſt; vel periculo vitæ deuitando emittendum eſt iuramentum. Hic meritò diſtinguendum videtur: ſi enim à legitimo fuerit iudice interrogatus non debet quod verum eſt tacere ſin minus, poteſt ſi velit tacere. Nemo igitur poteſt iurare ſe causam nunquam relaturum ad iudicem, ſi ab eo fuerit interrogatus poteſt nihilominus iurare ſuaptè ſe ſponte nunquam id facturum non diſsimilis eſt quæſtio iuramentis quibus ſubeſt dolus, ligent necne? Obſeruandum ergò triphariam eſſe poſſe iuramentum doloſum primo quando is qui iurat in animo non habet eo ſe iureiurando ad quicquam obſtringere, ſecundo quando in animo non habet verè iurare. Tertio cùm aliter accipit iuramenti quam is in cuius gratiam iurat. Qui primo modo iurat, obnoxius eſt iuramento, non enim ex noſtro arbitrio, ſed ex ipſius iuramenti, atque à Deo iuris diuini vi pendet iuriſiurandi obligatio, quare qui iurat etiam ſi iurando ſe obſtringere non intendat, nihilominus obnoxius eſt iuramento. Secundo modo qui iurat non eſt obnoxius, licet omni culpa, præſertim mendacij non careat, quia aliter quam loquitur ſentit. Tertio modo qui iurat, ſi verba natura ſua ambigua ſunt (vtpote dicendo, iuro daturum pecuniam, quia poteſt eſſe ſenſus, Iuro te vel me daturum) iuramento non ligatur, ſic tamen iurare non liceret à iudice legitimè interrogato.

De iuramentis quæ per alios fiunt, ſimilis eſt quæſtio, cui reſpondentes dicimus, De re præſenti vel præterita quam non certo conſtaret, ita habere, nunquam licere cuiquam per alium, præſtare iuramentum: neque è contrà licere cuiquam de re præſente vel præterita quam non exploratam habeat ita habere, pro alio iurare, quantumuis credat eum virum eſſe bonum, nec mentiri velle ſimpliciter, quidpiam aſſerendo, multo minus iurando huius ratio eſt, quia iuſiurandum non alienam, ſed propriam requirit notitiam ad id, vt ſana conſcientia Deum poſsimus inuocare teſtem, cùm autem alius confiſi probitate iuramus, in hoc peccamus, quod quantum in nobis eſt, tantam declaramus ipſius eſſe fidem ac veritatem quanta eſt Dei. Quod ſi promiſſorum ſit iuramentum duplex eſſe poterit, nempe aut reale aut perſonale. Reale iuramentum æditum ab eo qui ius habet alios ligandi, præſtare debet is qui eo iuramento ligatus eſt: vt iuramentum à parentibus de numeranda pecunia æditum implère debent hæredes, ſic iuramentum à procuratore legitimè conſtituto, æditum implere dèbet is qui eam ipſi contulit auctoritatem. Perſonale autem iuramentum, (id eſt, quod non poteſt niſi propria illius perſonæ quæ edidit, actione perſolui,) ab alio præſtitum nemo cogitur præſtare, niſi qui priuſquam fieret, vt fieret conſenſum præbuit, aut poſteaquam editum fuit, ratum habuerit: tale enim iuramentum eſt propriæ virtutis adeóque & propriæ perſonæ actio. Virtutis autem nulla eſt actio niſi quæ ex propria voluntate proficiſcitur: etiamſi ex aliena quam proficiſcatur. Qui autem per falſos deos iurant ſecundùm Aug. præſtare tenentur. Virtutis enim & vicij forma eſt opinio & conſcientiæ, qui igitur iurat per falſum Deum quem putat aut fingit eſſe verum: nec tamen præſtat, peccat, quia tametſi res ipſa Deo vero non facit iniuriam: quia ſed quem putabat eſſe Deũ adduxit in teſtem falſitatis ideo peccat.

Periurium propriè dicitur illud cui deeſt prima requiſitarum iuramento conditionum, nempe veritas, tribus enim ſtipari debet omne iuramentum, veritate, nimirum, iuſtitia, & iudicio quia enim deſideratur nobis ea verborum copia qua ſigillatim exprimeremus omnia vitioſi iuramenti genera: omne iuramentum quocunque vitio laborans vna voce (periurium) complectimur. Iuramentum autem quod ſit per falſos deos, modo tres illas conditiones habeat, non poteſt niſi valdè impropriè dici periurium, quia etſi vitioſum ſit, non laborat vitio naturæ

naturæ iuramenti, ſed tantum religioni oppoſito. Ponit autem Aug. tria periuriorum genera Maximum quod præſtat quis falſum (quod nouit falſum) iurando, minus cùm iurat quis verum, quod tamen putat eſſe falſum, minimum cùm iurat falſum putans eſſe verum quanquam poſtremum hoc non poteſt dici propriè periurium, neque etiam peccatum niſi ex negligentia fortaſsis in re exploranda.

Vt agnoſcatur quale ſit peccatum periurium, aliquot obſeruandæ ſunt regulæ.

Prima, omne periurium natura ſua peccatum mortale eſt, quia eſt contra Dei mandatum.

Secunda, iuramentum quod ſit per falſos deos, etiamſi verum ſit, grauius eſt peccatum, quam iuramentum per verum Deum, licet falſum ſit: illud enim eſt contra ipſum religionis fundamentum, hoc tantum contra reuerentiam Deo vero debitam. neque obſtat quod ait Aug. minus malum eſſe iurare verum per falſum Deum, quam iurare falſum per verum Deum id enim de periurio quatenus periurium eſt, erit intelligendum.

Tertia omne iuramentum aſſertorium quacunque de re etiam leuiſsima eſt peccatum mortale ſi ſit falſum. Cuius ratio eſt, quod iuramenti aſſertorij natura non in valore rei quæ venit in quæſtionem, ſed in eius veritate vel falſitate conſiſtit, non minor eſt autem falſitas iurare rem leuiſsimam aliter ſe habere quam habet quam ſi iuret quis rem grauiſsimam aliter ſe habere quam habet.

Quarta iuramentum aſſertorium cui deeſt ſecundus comes, id eſt, iuſtitia, eſt peccatum mortale quantumuis leue ſit quod iuratur, quia directè opponitur ſecundo mandato, in quo non prohibetur tantum ne falſum iuremus, ſed omnino ne iuremus.

Quinta iuramentum aſſertorium, cui tertius deeſt comes, nempe iudicium & prudentia tantum in ſe peccatum habet, quanta fuit negligentia in exploranda re de qua fuit iurandũ.

Sexta iuramentum promiſſorium quod reducitur ad aſſertorium quod fit contra mentem & conſcientiam, nimirum cum facturum ſe quis iurat, quod effectum reddere in animo non habet, eſt peccatum mortale, qualiſcunque enim ſit eius materia, deeſt ipſi veritas, quæ in iuramenti promiſſorij ſita eſt executione.

Septima iuramentum promiſſorium quod ſit de re aliqua quæ eſt peccatum, ſiue veniale ſiue mortale ſit illud, ſemper eſt peccatum mortale, quando quod promittitur eo iuramento eſt peccatum mortale, eò quòd iuratur facere quod alio mandato vetatur ne fiat, quod ſi veniale tantum ſit peccatum quod iuramento promittitur, peccatum nihilominus iurantis eſt mortale, quia propter culpam quæ in re eſt, fit noſtri Dei iniuria.

Octaua iuramentum quod eſt tantum contrà conſilia, vt de non ieiurando &c. veniale tantum eſt peccatum, quia non obſeruare conſilia, non eſt peccatum.

In quæſtionem vertitur, liceat ne ab eo iuramentum exigere, quem ſcimus per falſos deos iuraturũ: Reſpõdet Aug. licere, exemplo Iacob qui à Labam accepit iuramentum per falſum Deũ emiſſũ, neque enim aliter iuraſſet cùm poſſet idolatriæ, ſimiliter & Iſaac ab Abimelech. Quãuis igitur apertè fortaſsis ab huiuſomdi non licet homini Chriſtiano iuramentũ exigere quia hoc eſſet quodammodo eos ad idolatriæ actum prouocare, licet tamen vti iuramento per falſos deos emiſſo, & ab idolatria facti confirmationem petere, quod ſi iureiurando confirmarit ab eo licet iuſiurandum accipere. Ab eo autem quem ſcimus nil temere iuraturum, vel de quo nonnihil habemus ſuſpitionis, citra controuerſiam licet iuramentum exigere modo ne id ſine cauſa fiat. Ab eo autem quem certò ſcimus quod falſum eſt iuramento aſſerturum, priuato non licet tale quicquam exigere, quomodolibet enim exigat anſam illi periurij præbet, vel ſine cauſa aut vlla neceſsitate prouocat eum ad iuſiurandum quem ſit iurando peierturum. Iudici tamen qui ex officio ad id quandoque cogitur ab huiuſmodi licet quandoque iuramentum exigere, qui non tam id exigit quam accuſator.

Iam verò vt funem reducamus ad conſtitutionis explicationem. Fides ob rem noxiam animæ, & canonibus ſanctis aduerſantem non debet effectu eius liberari, quin potiùs frangenda eſt. Nam vbi peccato comitatur promiſsio ſeu graui ſeu minuto, nihil eſt, pietas eſt reſcindere. Certum eſt enim Deum nolle ſe teſtem adhiberi rebus vel malis, vel nullius momenti. Nec enim rex Iſrael, occiſurum ſe Eliſæum cum interpoſito iureiurando denunciaſſet dubium voto facere ſatis. Adhæc euentus vel inopinatus, vel etiam antè præuiſus tollit obligationem, idq; duplici modo. Heredes videt Salomen (ſic enim vocat Ioſephus) ſaltantem, placet illi eius obſcœnitas, pollicetur quicquid libet, poſtulat illa caput Baptiſtæ, Quid agendum? Impius propter iuſiurandum, & conuiuas liberat fidem, ſéque duplici ſcelere ligat: Deúmque ſibi reddit prorſus inexorabilem. Fuerat igitur reſcindendum. Ad hunc

modum, ſi ſit apertum diſcrimen: non erit præſtandum. Quis enim adeò inſanit: vt inſano gladium repoſcenti, quem ſanus apud me depoſuerat, & ego me iuraturum, dicat reddi oportere? Idem agendum, quoties res promiſſa maius bonum impedit. AEquiſſimum ergo decretum Pontificis omni iure probatur quo ſoluuntur & irrita habentur iuramenta omnia quæ vel metu, vel vi, vel precibus aduerſus fidem Catholicam, religionis obſeruantiam & ſacri Concilij Tridentini auctoritatem extorquentur.

XLV.

Regulæ Fratrum Reformatorum Ordinis Minorum Beati Patris Franciſci de obſeruantia declaratio ac ſuperioritate & Iuriſdictione generalis Miniſtri & commiſſarij ordinis.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Clemens VII. ordinationes pro reformatione fratrum de obſeruantia conſtituit.

CVM illius vicem, meritis licet minime ſuffragantibus geramus in terris qui pacē in terras intulit, charitatémq; ad inuicē, præ cæteris omnib. eius fidelibus præcipit officij noſtri debitam proſequimur actionē, ſi regulariū perſonarum, quæ relicto ſæculo, ſub ſuaui voluntariæ paupertatis iugo, Dei obſequio ſe dedicarunt pro commiſſo nobis officio, concordes, ac quieti conſulere cupientes, pacem, & charitatem inter ipſos inducere, inductámque confouere, & quæ iis contraria ſunt, falce vigilantiæ paſtoralis ad radicem poſita, prout rerum & temporum qualitas requirit, quantum nobis ex alto conceditur, totis viribus curamus. Sanè licet alias per felicis recordationis Clementem Septimum prædeceſſorem noſtrum multa ad quietum, & tranquillum ſtatum pertinentia dilectorum filiorum profeſſorum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de ſtrictiori Obſeruantia, Reformatorum nuncupatorum (vt qui Regulam ipſam beati Franciſci purè, & planè iuxtà illius literam, & declarationes Nicolai Tertij, ac Clementis Quinti Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, vt veri beati Franciſci filij & alumni obſeruare contendant) edita, & ſtatuta fuerint, vt in literis Clementis Septimi ſub Datum Romæ apud ſanctum Petrum decimo ſexto Calendas Decembris Pontificatus ſui Anno nono latiùs continetur. Nihilominus quidam ex reformatis ſupradictis nobis detulerunt, quòd ipſis reformatis, quam plures perturbationes, damnáque non mediocria à dilectis filiis Fratribus Minoribus de obſeruantia nuncupatis ſub quibuſdam prætextibus, etiam contra dictarum literarum Clementis Septimi formam, inferebantur. Nos eorundem Fratrum Reformatorum nuncupatorum quieti, & indemnitati, eiuſdémque ordinis proſperitati, ac propagationi conſulere volentes, Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſuper cauſis Epiſcoporum, & regularium deputatis, atque etiam eiuſdem ordinis prædicti Protectori, cauſam huiuſmodi audiendam, & cognoſcendam commiſimus. Qui re maturè diſcuſſa, necnon quorum intereſt, ant interera partibus auditis, literiſque Clementis Septimi prædictis plenè conſideratis, nobis retulerūt quæ reformationem huiuſmodi magis proſperè dirigere viſa ſunt, Quare de eorundem Cardinalium conſilio, literis Clementis ſeptimi prædictis addenda quædam decreuimus. Itaque volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, vt Nouitij Reformatorum præſentes & futuri annum continuum inter dictos Reformatos agant, ad deliberandum an inter Reformatos prædictos permanere velint à die ingreſſus in cuſtodias, ſeu loca Reformatorum. Si verò in familia Fratrum de obſeruantia profeſſionem emiſerint, & ad Reformatos de ſtrictiori obſeruantia tranſierint, vel in futurum tranſire voluerint habeant itidem annum continuum à die ingreſſus ad deliberandum, an remanere in hac ſtrictiori obſeruantia voluerint. Poſt præſentium autem noſtrarum publicationem, & dictum annum completum, declaramus prædictos profeſſos extrà Reformatos, haberi vt profeſſos inter cuſtodias Reformatorum: nec ipſos ſicut nec alios inter eaſdem cuſtodias profeſſos, ab iis, ſine ſpeciali Apoſtolicæ ſedis licentia, recedere poſſe, ſine apoſtaſiæ nota, quo etiam anno peracto, tam Nouitios in cuſtodiis expreſsè profeſſos quàm profeſſos in familia, & in cuſtodiis annum continuum agentes, volumus ad puram, & plenam Regulæ Sancti Franciſci Obſeruantiam, iuxtà ipſius literam, ac Nicolai Tertij, & Clementis Quinti Romanorum Pontificum declarationes

Annus deliberationis & probationis.

Apoſtaſiæ flagitium non effugiunt qui à voto profeſſo recedunt.

declarationes, & Clementis Septimi literas prædictas teneri, nec ab ea, Reformatorúmque ipſorum obedientia recedere, minúſque à Reformatis ipſis expelli valeant, niſi incorrigibiles, iuxtà antiqua eorum inſtituta hactenus obſeruata, & niſi qui ad Capucinos tranſeundi licentiam in ſcriptis, iuxtà Pauli Tertij, & Iulij Tertij literas, à proprio cuſtode obtinuerint. Liberum verò ſit eidem cuſtodi, etiam nullo Miniſtri Prouincialis, vt aliorum ſuorum prælatorum habito, vel requiſito conſenſu, vel licentia, nullóque cum iiſdem verbo facto, per ſe, vel alium iuxta Tridentini Concilij formam, atque ordinis conſuetudinem, Nouitios, necnon & fratres ordinis prædicti de obſeruantia tam propriæ, quàm alienæ Prouinciæ reformandos, ad ordinem, ac profeſſionem, & reformationem pro ſua cuſtodia, abſque vllo penitus impedimento (de conſilio tamen & conſenſu Fratrum illius loci, pro quo recipiuntur) admittere. Teneantur autem Miniſter Prouincialis, vel illo abſente præſidens Capituli, vel congregationis, & Diffinitores in capitulis, & congregationibus Prouincialibus, quando familię mutari ſolent, ad petitionem dictorum reformatorum alia etiam Prouinciæ loca, ſiue monaſteria aliàs reformatorum locis, quantum fieri poterit contigua, vel commoda, iuxta eiuſdem Clementis Septimi literas, dare, & aſſignare, & prioribus eorum locis addere, nec Fratrum Reformatorum paucitatem (dummodo ad decem Fratres recipiendos ſint idonea, vel breui tempore in ea illos introduci poſſe ſperandum ſit) nec aliam quampiam excuſationem quo minus id faciant, obiicere poſſint. Generalis Miniſter Fratrum de Obſeruantia tantum, minimè autem Prouincialis, ſiue alij dictorum Fratrum de Obſeruantia prælati, aut commiſſarij in dictos Fratres reformatos, ſiue illorum cuſtodias iuriſdictionem, viſitandiq;, & corrigendi facultatem, ſiue per ſeipſum, ſiue per eiuſdem Ordinis, etiam alienæ cuſtodiæ reformatos ipſos habeat, minimè tamen poſſit aliquem ad prelationem, vel officia, etiā in cuſtodia promouere, aut correctionis, vel quouis prætextu ſtatutis, cenſuris, caſibus, reſeruationibus propriis, vel ordinis, reformatos ſubiugare, aut cuſtodiæ, cuſtodis, vel fratrum reformatorum reſpectiuè poteſtatem, facultatem, immunitatem, conceſſiones, gratias, ſtatuta, & pacem quouis prætextu, modo, & quæſito colore, directè, vel indirectè annullare, ſuſpendere, arctare alterare, immutare, impedire, contrafacere, aut inquietare, nec etiam de propria eorum cuſtodia, domibúſque & locis (niſi pro aliarum cuſtodiarum dicta viſitatione) dictos reformatos, vel eorum aliquem amouere, extrahere, mittere, vel transferre, nec illos ad quaſcunque alias partes, prouincias, vel cuſtodias, & alia propriæ ipſorummet cuſtodiæ loca etiam ſub ſpecie prædicationis mittere, collocare, vel retinere, niſi prout in ſingularium cuſtodiarum Capitulis, vel ab ipſo Cuſtode fuerit ordinatum, locáque huiuſmodi eiſdem reformatis fuerint aſſignata, & multo minus ad reformatorum, vel cuſtodiarum loca reformatos, etiam Nouitios, vel monialium confeſſores, aut alios quoſcunque etiam reformandos à reformatis nō receptos mittere, aut in eiuſdem collocare, vel retinere, Nec etiam formati ipſi aliquem prædictorum non reformandum recipere, vel ad conuiuendum, ſiue de familia in eorum locis retinere vllo modo poſſint, exceptis lectoribus à Prælato ipſorū licentiatis propriæ cuſtodiæ neceſſariis. Qui tamen in Cuſtodia vocem actiuam, vel paſſiuam habere non poſſint, ſed illa ad reformatos tantum in cuſtodia pertineat, exceptis quoque opportunis prædicatoribus ſimiliter licentiatis, vel impetratis, & hæc pro tempore tantum neceſſitatis, ſed ſine conſenſu Cuſtodis in ſcriptis non poſſint quicunque dicti ordinis prælati, fratres non reformatos in adiutoriis ad ipſorum locorum confines, iuxtà morem ordinis pertinentibus ad prædicandū, Nec in eiſdem confinibus quoſcunque fratres ad eleemoſynas colligendas deſtinare: Pro neceſſariis autem negotiis, & aliis piis cauſis poſſint cuſtodes ad quęcunque ordinis, & aliorum loca, etiam extra reformatorum Cuſtodias, maximè ad Sedem Apoſtolicam, & ad totius ordinis protectorem, & pro prædicatione ire, ac fratres ſuos mittere, ſed cauſa manendi de familia in locis ordinis extra reformatos pro ſtudio, vel alia cauſa nullo modo cuſtodes, vel cuſtodiæ mittere, vel licentiam dare, nec fratres ire, vel manere, nec prælati ordinis eos recipere, vel retinere poſſint. Capitula cuſtodialia ſingulis annis in propriis Cuſtodiæ locis diſtinctè & non extra cuſtodiam per Reformatos quando, & vbi per proprium Cuſtodem, vel cuſtodiam fuerit

Tranſitus à reformatis ad Capuccinos conceditur.

Reformatis loca aſſignantur.

Viſitationis & correctionis munus ad Miniſtrū generalem fratrum de obſeruantia delegatur.

Nemo in reformatorū familia numerū conſtituere debet niſi ſit ipſe ex reformatis.

Ad negotia neceſſaria exequenda qui ſint mittendi.

Capitula cuſtodialia ſingulis annis celebrari debent.

fuerit conſtitutum, fiant: eant tamen & ipſi reformati ad Capitula etiam Prouincialia, vt in dictis literis Clementis ſeptimi ſtatuitur, & in illis vocem nõ actiuam tantum, ſed etiam paſſiuam poſt hac habeant. Huiuſmodi autem cuſtodiarum Capitulis ſolus cuſtos, qui erit pro tempore, vel eo decedente commiſſarius cuſtodię, vel ipſe Generalis Miniſter, ſi perſonaliter tantum intereſſe voluerit, præſidere poſthac valeat.

Capitulorum præſides.

In iis autem Capitulis vnaquęque Reformatorum Cuſtodia plenã & abſolutam habeat poteſtatem quęcunque ſtatuta, & ordinationes (dummodo cõtra Deum, animam, ac regulam, & decreta Concilij Tridentini non ſint) iuxta literas Clementis Septimi prædictas condendi, & ſtatuendi; nec in eo per Miniſtros generales, vel prouinciales, vel eorum commiſſarios, aut alios dicti ordinis Prælatos quomodolibet impediri valeat.

Cuſtodum trienio durant officia.

Electione Cuſtodum per reformatos ad triennium facta, cuſtodes per ſe, vel per literas in ſignum humilitatis confirmationem tantum infra menſem petere teneantur à miniſtro Prouinciali, quandocunque ſtatim facto exhibendam. Poſſint autem Cuſtodes etiam dum expectatur, & antequã petatur confirmatio prædicta, cum plena auctoritate liberè officio ſuo fungi; quòd ſi confirmationem huiuſmodi intra tres dies non obtinuerint: à ſede Apoſtolica ipſo facto tenore præſentium confirmati cenſeantur. Guardiani verò in capitulis electi, vel à Cuſtodibus inſtituti, à miniſtro, vel alio quopiam confirmati deinceps nõ egeant, ſed eorum inſtitutio in capitulis, vel extra ab ipſis cuſtodibus facta ſufficiat. Cuſtos pro tempore electus, vel eligendus in ſuo officio à prima electione continuet ad triennium, videlicet vſque ad capitulũ cuſtodiale, ſiue citra ſiue vltra triennium fiat, abſque eo, quòd ſingulis annis ruiſus eligatur.

Cuſtodis defuncti vices ſupplet vſque ad capitulum cuſtodiale Commiſſarius.

Cuſtodis autem ſucceſſoris electio à cuſtode prædeceſſore, Guardianis, & Diſcretis locorum cuſtodiæ fiat, ſi tamen etiam intra triennium in ſingulis annalibus Capitulis vniuerſitati electorũ videretur cuſtodem minime idoneum eſſe, & vniuerſitati Reformatorum non vtilem, alium ſibi cuſtodem ex regulæ ipſius præſcripto eligere poſſint, & teneantur. Ipſo autem cuſtode decedente, alius cuſtos extra Capitulum poſthac non eligatur ſed aliquis erit cuſtodiæ commiſſarius vſque ad proximum capitulum cuſtodiale, prout Reformati in ſuis capitulis ordinauerint.

Facultates cuſtodum.

Poteſtatem verò eandem habeant, ſinguli cuſtodes in ſuas cuſtodias, & fratres, quam Miniſtri Prouinciales in ſuas prouincias & fratres habent, tam ex vigore regulæ, quàm ex Romanorum Pontificũ conceſſis gratiis, dummodo huiuſmodi ſtrictiori obſeruantiæ reformatorum non ſint contrariæ. Præſertim verò cuſtodes poſſint loca ipſa iuxtà eorum exigentiam reſarcire, & augere, locis, quæ Guardianum habere non ſolent, ipſum Guardianum in capitulis cuſtodialibus conſtituere, & in eiſdem capitulis, ſiue prout in illis fuerit ordinatum, Prędicatores & confeſſarios ſęcularium, ſeruata forma Concilii Tridentini examinare, & approbare, & illis officium prędicationis, & confeſſionum audiendarum concedere, & ad illa promouere, atque à caſibus, & cenſuris, Prçlatis ordinis reſeruatis, & reſeruandis per ſe abſoluere, vel per alium abſolui curare: eos quoque, qui idonei ſunt, pro ſuo arbitrio ad ſacros ordines recipiendos approbare, & mittere.

Conſtitutiones capitulorũ huic conſtitutioni cohereant.

Volumus tamen, quod ſi in capitulis generalibus conſtitutiones aliquę, vel decreta prçſentibus literis, & huic obſeruantię ſtrictiori non contraria, ſed quę magis ei fauere videantur, ordinata fuerint, Reformati ea obſeruare omninò teneantur.

Veſtes viliores.

Quo verò ad veſtitum induantur prędicti reformati vilioribus indumentis, & deſpecto colore, & poſſint ea repetiare ſecundũm Beati Franciſci regulam. Literas verò prędictas Clementis Septimi, quatenus ſupradictis non aduerſentur, auctoritate Apoſtolica tenore prçſentium confirmamus, illiſque perpetuę firmitatis robur obiicimus: Decernentes prçſentes litteras nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtrę defectu, etiam ęx eo, quòd omnes intereſſe habentes, vel fratres de obſeruantia prędicti, aut quicunque alij vocati non fuerint, notari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſuis reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ab eadem ſede Apoſtolica emanatis, & in poſterum emanandis comprehendi poſſe, ſed illas pro omnibus, & ſingulis prędictorum Reformatorum cuſtodiis, cuſtodibus, & fratrib. reformatis prçſentibus, & futuris ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios,

Clauſula preſeruatiua.

narios, & integros effectus ſortiri debere, ſicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij apoſtolici auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, ac diffiniri debere, necnon irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, Diſtrictiùs inhibentes generali, & prouincialibus miniſtris dictorum fratrum de obſeruantia nuncupatorum, & eorum commiſſariis nunc & in perpetuum pro tempus exiſtentibus, & illorum generalibus, & Prouincialibus capitulis, perſoniſque quibuſcunque in illis congregandis, ac omnibus, & quibuſcunque quos prçmiſſa concernunt, aut in poſterum quomodolibet concernunt, & quibuſuis aliis cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus ordinis & conditionis fuerint, ne ſub indignationis noſtræ, & excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo ſi contrafecerint incurrendæ pœnis reformatos prædictos, illorumque cuſtodias, Cuſtodes, Diſcretos, Officiales, & fratres, aut alios quoſcunque, quos præmiſſos quomodolibet concernunt, aut in poſterum concernunt, quo minus prædictis omnibus, & ſingulis pacificè fruantur, ſeu prędicta omnia, & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum impedire, retardare, aut perturbare audeant, vel prçſumant. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Mediolanenſi, & Epiſcopo Landenſi, ac dilecto filio curię cauſarum Camerę Apoſtolicę generali Auditori, necnon vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, archiepiſcopis, Epiſcopis, & eccleſiarum prçlatis, ac quibuſcunque in dignitate eccleſiaſtica conſtituti per prçſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios prçſentes literas, & in eis contenta quęcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum reformatorum prędictorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illiſque in prçmiſſis efficacis defenſionis prçſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos prçmiſſis omnibus, & ſingulis iuxta prçſentium continentiam, & tenorem pacificè frui & gaudere.

Archiepiſcopus Mediolanẽſis & Epiſcopus Landenſis Executores deputati.

Non permittentes eos deſuper per Miniſtrum generalem, alioſque prędictos quomodolibet indebitè moleſtari, Contradictores quoſlibet, ac rebelles, & prçmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliáque opportuna iuris, & facti remedia, omni appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas prędictas incurriſſe declarando: illáſque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſęcularis Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, prçſertim fœlicis recordationis Leonis Decimi prędeceſſoris noſtri ſuper vnione omnium fratrum minorum de obſeruantia & nuncupatione eorundem, & aliis in dictis literis Clementis ſeptimi contentis, & quę eidem Clementi placuit non obſtare, necnon dicti Clementis Septimi literis prędictis pro Reformatis, & Bonifacij Octaui de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore prçſentium ad iudicium vltra dietas non trahatur, Bulla aurea, Mari magno, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis quibuſcunque dictique ordinis, ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegiis, indultis, & literis apoſtolicis, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiam in forma Breuis, vel quibuſcunque verborum formis ſolemnitatibus, clauſulis etiam inſolitis, & quantumcunque fortiſſimis dicto ordini, vel quibuſcunque prçlatis eiuſdem in contrarium approbatis, & innouatis, & in futurum concedendis approbandis, & innouandis, etiam ſi talia forent, quod pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales mentio habenda foret.

Leonis decimi vnionis fratrũ Minorum authori derogatur.

Quibus omnibus eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum prçſentibus infererentur, pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dũtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cçteriſque contrariis quibuſcunque, Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret prçſentes literas noſtras, Clementis Septimi prędeceſſoris noſtri dictis Reformatis, vt prçfertur conceſſas, ad ſingulis

Clauſulæ derogatoriæ.

ſingulis quęque loca, vbi neceſſe fuerit, deferri volumus, & auctoritate apoſtolica decernimus, quod tranſumptis præſentium literarum, & tranſumptis dictarum litterarum Clementis Septimi, etiam impreſſis, ſigillo alicuius in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis munitis, & manu Notarij publici ſubſcriptis, eadem fides tam in iudicio, quàm extra illud vbilibet adhibeatur, quę ipſis originalibus literis adhiberetur ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Dat. Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 3. Iunij. M.D.LXXIX. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

XLVI.

Miniſtri generalis Minorum Conuentualium facultas abſoluendi à cenſuris fratres ſine licentia Apoſtolica ad ipſum ordinem tranſeuntes.

GREGORIVS Papa XIII. Dilecto Filio Magiſtro Minorum Conuentualium ſancti Franciſci. Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. SEDES Apoſtolica pia mater, recurrentibus ad eam poſt exceſſum cum humilitatis filiis præſertim ſub ſuaui Religionis iugo altiſſimo famulantibus, libenter ſe propitiam exhibet, ac benignam. Cum itaque ſicut expoſuit nobis nuper dilectus filius Philippus Sanctæ Marię in Coſmedin Diaconus Cardinalis Vaſtauillanus nuncupatus, noſter ſecundum carnem nepos, ac protector ordinis Fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum. Multi dicti ordinis profeſſores, Quorum nonnulli Amadei, alij Clareni, alij Conuentuales nuncupati, in tuis prouinciis, qui per fel. record. Pium Papam V. prædeceſſorem noſtrum ordini Fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum aggregati, alij Capuccini reformati, reliqui vero de obſeruantia abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, ad dictum ordinem Fratrum Conuentualium tradiderint, Apoſtaſiæ, aliáſque notas, ac cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas incurrendo, pro dicti eiuſdem Philippi Cardinalis, & protectoris nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus eorundem fratrum ſtatui in præmiſſis more pij patris conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod dictæ Sedis clementia, gremium ſuæ pietatis petentibus claudere non conſueuit, eoſdem fratres à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliíſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, vt per te, vel ſi propter locorum diſtantiam, aut alia quauis cauſa, id per te commodè fieri non poſſit, per Prouinciales Magiſtros earum prouinciarum, in quibus Fratres, qui huiuſmodi abſolutionis beneficio indigent, commorari contigerit, quos ad hoc ſpecialiter deputandos, omnes, & ſingulos dicti ordinis profeſſores Amadeos, Clarenos, Capuccinos, Fratres conuentuales in dictis prouinciis degentes, & Reformatos, ac obſeruantes, vt præfertur, nuncupatos, qui abſque dictæ Sedis diſpenſatione, ad eundem ordinem Fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum tranſierunt, & ad præſens dumtaxat, inter eos reperiuntur, ſi id à te vel Prouincialibus præfatis per te deputatis humiliter petierint, & de commiſſo errore ab intimis doleant, ab Apoſtaſiæ nota, necnon excommunicationis, aliíſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ſi quas præmiſſorum occaſione quomodolibet incurrerunt, Auctoritate & tenore præſentium abſoluere, & liberare, iniuncta ſingulis proſmodo culpæ pœnitentia ſalutari, & ipſis ab Altaris miniſterio, & ſacrorum ordinum executione ad tempus, ſuo, vel Prouincialium prædictorum arbitrio moderandum ſuſpenſis, atque vt cum eiſdem ſuper irregularitate, ſi quam cenſuris huiuſmodi ligati, Miſſas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, ſeu illis ſe immiſcendo contraxerunt, quodque in omnibus etiam ſacri, & presbyteratus ordinibus per eos aliàs tamen ritè ſuſcepti s, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, & qui forſan dictos ordines nondum ſuſceperunt, ad illos promoueri liberè valeant, diſpenſare, omnémque immobilitatis, & infamiæ maculam, ſiue notam, ſi quam præmiſſorum, occaſione contraxerunt, ab eiſdem abolere, ipſóſque in priſtinum, & eum in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum reſtituere,

Cardinalis Vaſtauillanus Minoritanæ familiæ fratrum Conuentualium protector.

Amadæos & Clarenos aggregauit Pius V. ſegregationi de obſeruantia.

reponere, & plenariè reintegrare liberè. & licitè poſſis, plenam facultatem Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Ipſiſque fratribus & eorum ſingulis, qui à te vel prouincialibus præfatis abſolutionis gratiam impetrauerint, quòd cum fratribus Conuentualibus, apud quod præſens reperiuntur, ſub religionis iugo Altiſſimo famulari, ac omnibus & ſingulis priuilegiis immunitatibus, libertatibus, fauoribus, indulgentiis, prærogatiuis, antelationibus, & aliis gratiis dicto ordini fratrum Conuenualium, hactenus quocunque quauis auctoritate conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis, vti, frui, potiri, & gaudere, liberè, & licitè poſſint, de ſpeciali gratia indulgemus. Diſtrictius inhibentes Generali, ac Prouincialibus Miniſtris, ac omnibus, & ſingulis Superioribus, quauis auctoritate fungentibus, dicti ordini Fratrum Minorum de obſeruantia in virtute ſanctæ obedientiæ, ne dictos fratres qui vt præfertur ad dictum ordinem Fratrum Conuentualium tranſierunt præmiſſorum, ſeu alia quauis occaſione, cauſa, prætextu ſeu ingenio quomodolibet moleſtare, perturbare, aut inquietare audeant, ſeu præſumant, ſed permittant eos inter dictos Fratres Conuentuales (apud quos ad præſens reperiuntur) ſub ſuaui religionis iugo Altiſſimo famulari. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus fel. rec. Pij Papæ V. prædeceſſores noſtri de fratribus Conuentualibus in Hiſpaniis degentibus, & alia eiuſdem Pij de Amadeis, & Clarenis, ad obedientiam, & regulam fratrum de obſeruantia reducendis, & aliis quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatututis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice, & ad effectus præmiſſos dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo tuo, ſeu alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud ſanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die vigeſimo Decembris milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo, Pontificatus Noſtri, Anno decimo.

A cenſuris abſolutio.

Abſoluti priuilegiis conuentualium gaudent.

XLVII.

Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ Virgi in Confalonis de Vrbe facultates.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CHRISTIANÆ Nobiſcum Religionis conſortes graui captiuitatis & ſeruitutis iugo à Chriſtiani nominis hoſtibus oppreſſos, duriſque operibus quotidie vexatos immenſa ſanctæ matris eccleſiæ clementia pie miſeratur, eorúmque afflictiones, fuſis ad miſericordiarum patrem & totius conſolationis Deum deuotis precibus adiuuare, atque aliorum Chriſtianorum memoriam, in myſticis, maximè, & ad purificandas fidelium mentes ſanctius inſtitutis diebus reuocare non intermittit. Quod clemens piæ matris officium nos quoque admonent, vt miſerorum Captiuorum ærumnis ſuccuramus, fratrúmque charitatem ad idem quantũ in nobis eſt, excitemus, ne langueſcente paulatim extremis malis conflictatæ carnis infirmitate, & hoſte diabolo, ſe infirmis, & verbi Dei prædicatione, ſacrificiorum, & ſacramentorum ſolatio deſtitutis eorum mentibus inſinuante, deſperationi ſuccumbentes, ad ſuſceptæ in baptiſmo fidei deſertionem inducantur: tandémque, cum nulla, ſi quàm habebant, ſubſidij ſpes appareat, ad æternam redemptarum pretioſo D. N. Ieſu Chriſti ſanguine animarum, perditionem miſerè perducantur.

Captiuorum ærumnis pietas Chriſtiana auxiliari iubet, ne ope deſtituti inſidiis diaboli corruant & deſperationi ſuccumbunt apud barbaros.

Quare ne huiuſmodi,quæ toto animo horreſcimus, accidant, néve in qua re ſa-
cris rebus, & precioſis vaſis non parcitur, & in qua à Deo acriter interrogamur,
cur tot captiui in captiuitatem ducti ſunt,nec redempti, negligentes diutius fuiſ-
ſe,aut quicquam precioſius,quàm animas ipſas habuiſſe arguamur, quando no-
ſtra & ſedis Apoſtolicæ auctoritate redimendorum Captiuorum opus in alia iam
diu loca eſt diffuſum,illud quoque in alma Vrbe noſtra conſtituere decreuimus:
ad quod etiam ingemiſcentium Captiuorum matrum, aliorúmque propinquo-
rum lamentis & lacrymis quotitie vrgemur,eorum maximè qui noſtræ & dictæ
ſedis temporali ditioni ſubiecti, vt ſibi tutelam primum & in mari noſtro Tyr-
rheno & Adriatico ſecuritatem ſic poſt vincula liberationem quoque à nobis iure
ſuo expoſcere videntur Quibus omnibus valde ad hoc opus ſolicitati,cum adiu-
menta nobis ad illud requireremus, in dilectos filios Cuſtodes & Confratres Ar-
chiconfraternitatis Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Confalonis nuncupatæ de di-
cta Vrbe quos huic operi præficeremus,mentem noſtram intendimus:de quorum
inſigni Chriſtianæ pietatis affectu confiſi,qui nobis, cum ob præſtitam in eccle-
ſiarum Archiconfraternitati prædictæ vnitarum diuino cultu,& conſeruando, &
augendo,inopibúſque dotandis,& locandis puellis,necnon pauperibus,aliiſque va-
riis caſibus afflictis,multos annos in vrbe operam, tum etiam dilecti filij noſtri Iu-
lij Antonij ſancti Bartholomei in Inſula presbyteri Cardinalis, ſanctæ Seuerinæ
nuncupati,teſtimonio nobis ſatis innoteſcit. Motu igitur proprio,& ex certa ſcien-
tia,necnon matura deliberatione noſtra,deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
onus hoc vniuerſum,quod magnum eſſe intelligimus,curæ & ſollicitudini Archi-
confraternitatis prædictæ in perpetuum imponimus,ad hoc vt ipſa Archicõfrater-
nitas,illiuſque Cuſtodes,& Confratres pro tempore exiſtentes quoſcunque Chri-
ſtifideles dictæ Vrbis,ac Prouinciarum,ciuitatum,Terrarum,& locorum noſtræ &
dictæ ſedis temporali ditioni mediatè & immediatè ſubiectorum, vbicunque cap-
tos conquirant,ex infidelium ſeruitute redimant, eaque de cauſa in omni loco di-
ctæ ditioni noſtræ,vt præfertur, ſubiecto eleemoſynas & oblata quæcunque quæ-
rant & accipiant, Collectores probos & ad charitatis officium exercendum pro-
penſos,ac alias ad id ab ordinariis locorum approbatos, quotquot neceſſarij fue-
rint,ſeruata forma concilij Tridentini,conſtituant,qui eleemoſynas, oblationes,le
gata & quæcunque alia ſubſidia tam in dicta Vrbe, quam in quibuſuis prouinciis,
Ciuitatibus Oppidis,caſtris,& locis ipſi ditioni,vt ſupra,ſubiectis, pro huiuſmodi
redemptione,& cauſis ad eam pertinentibus perquirant, pecuniáſque inde conge-
rendas penes publicum mercatorem fide & facultatibus idoneum deponant,donec
illæ in redemptionem captiuorum huiuſmodi arbitrio ipſorum cuſtodum, & con-
fratrum erogentur.Ita tamen vt de aliis ipſius Archiconfraternitatis redditibus ad
alios pios vſus,iuxta illius laudabilia inſtituta deſtinatis nihil omninò detrahatur
Itaque Cuſtodes & Confratres prædictos, necnon omnes vtriuſque ſexus Chriſtifi
deles per redemptionis noſtræ ſacramentum omni cordis affectu obteſtamur,vt e-
ius membris laborantibus & oppreſſis compati non negligant, qui pro omnibus ip
ſe pati dignatus eſt: Cuſtodes ſiquidem,& Confratres,vt cum noſtræ benedictionis
gratia redemptionis captiuorum cauſam prompto animo ſuſcipiant, ſeque ad ſalu
tem animarum in infidelium poteſtate periclitantium feruenter exerceant, ac tam
ipſi quàm alij Chriſtifideles naſcenti huic operi ſemper & vbique faueant, piiſque
largitionibus proſequantur,centuplum in æternis cœli tabernaculis fœliciter rece
pturi. Inſuper vniuerſis & ſingulis Archiepiſcopis,Epiſcopis, & aliarum eccleſiarũ
prælatis,necnon rectoribus parochialium,& aliarũ eccleſiarum eorumque Vicariis,
ac cæteris ordinis eccleſiaſtici perſonis ſecularibus,& etiam Mendicantium regula
ribus in quacunque dignitate eccleſiaſtica conſtitutis ditionis prædictæ iniungi-
mus,vt quotieſcunque pro parte cuſtodum & confratrum prædictorum,ſeu alicu-
ius eorum fuerint requiſiti,laudabile hoc opus per ſe vel alium ſeu alios,etiam ad-
hibitis verbi Dei concionatoribus,in ſuis quiſque eccleſiis,plateis,& locis, & vbi-
cunque opus erit,omnibus Chriſtifidelibus publicent atque denuncient, ipſoſque
ad illud omni ſtudio & charitate accedant, vt miſeris & afflictis captiuis, quorum
animarum periculum imminet,copioſius ſuccurratur. Cæterum vt pium hoc opus
ſalubribus

Confratres Archiconfraternitatis Confalonis redemptionis captiuorum præficiuntur.

Collectio Eleemoſynarum in redẽptionis ſubſidium.

Redemptionis noſtræ ſacramẽto fideles commoueri debent ad Chriſtianorum captiuorum redemptionem.

Concionatores & religioſi adhortantur vt eorum monitis cuncti fideles faciliùs exequãtur conſtitutionis mandatum.

Decretum irritans.

ſalubribus inſtitutis directum,fœlicia indies ſuſcipiat incrementa, Cuſtodibus &
Confratribus prædictis licentiam tribuimus,vt ad fauſtum & incolumem ſtatum
ipſius operis ritè atque ordine conſtituendum,quæcunque ſtatuta, ordinationes,
& decreta licita & honeſta,ſacríſque canonibus,Conciliíque Tridentini decretis,
non contraria,& à noſtra in Vrbe ſpiritualibus Vicario approbanda condere, ac
condita,quotieſcunque opus erit,mutare & corrigere,& etiam omninò vel in par-
te abrogare,aliáque vt præfertur approbanda de nouo edere,ac cætera gerere, exe-
qui, & exercere quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint quomodocumque & oppor-
tuna.Decernentes præſentes,ac omnia in eis contenta perpetuò inuiolata conſi-
ſtere, ſicque per quoſcunque iudices ordinarios & delegatos etiam cauſarum pa-
latij Apoſtolici Auditores,ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis
quauis aliter iudicandi. & interpretandi facultate,vbique iudicari & diffiniri de-
bere,necnon irritum & inane quicquid contra illas per quoſcumque ſcienter vel
ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Hoſt.
& Bononien.ac Peruſin,Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta Motu ſimili mandamus,
vt ipſi vel duo aut vnus eorum,per ſe vel alium ſeu alios, præſentes litteras & in
eis contenta quæcunque, vbiuis quando opus fuerit, ac quoties pro parte Cuſto-
dum ac Confratrum præfatorum,ſeu alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter
publicantes,eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant au-
ctoritate noſtra ipſas præſentes litteras,& in eis contenta quæcunque ab omni-
bus ſemper & vbique firmiter obſeruari,ac Cuſtodes Confratres, Collectores præ
dictos,cæteróſque omnes,quos litteræ ipſæ concernunt illis pacificè frui & gau-
dere:non permittens quemquam ipſorum deſuper quomodolibet moleſtari, Con-
tradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas,aliáque op-
portuna iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimíſque
ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus,cenſuras & pœnas ipſas etiam ſæpius ag-
grauando,inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis. Non ob-
ſtan.fel.record. Bonifacij Papæ viij prædeceſſoris noſtri de vna,& in concilio ge-
nerali edita de duabus dietis,dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præ-
ſentium ad iudicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus, Con-
ciliis quoque vniuerſalibus, etiam facultatum quæſtuandi reuocatoriis, necnon
prohibitionibus deſuper factis,ac Eccleſiarum,Monaſteriorum,Hoſpitalium pio-
rum locorum,Collegiorum, & aliarum Confraternitatum, necnon Sanctiſſimæ
Trinitatis Redemptionis captiuorum,& Beatæ Mariæ de Mercede, aliorúmque
ordinum quorumcunque iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmi-
tate alia roboratis,& conſuetudinibus,priuilegiis quoque indultis, & litteris Apo-
ſtolicis,illis eorúmque Superioribus & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus & for
mis,ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus
& inſolitis clauſulis,necnon irritantibus, & aliis decretis in genere vel in ſpecie,
etiam ad Imperatoris,Regum, Reginarum, aliorúmque Principum inſtantiam,
aut etiam motu,ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſiſtoriali-
ter,& aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus,e-
tiam ſi de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,indiuidua,&
ad verbum,non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæ-
uis alia expreſſio habenda,aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,
tenores huiuſmodi præſentibus pro ſufficientes expreſſis habentes, illis aliàs in
ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus,cõ-
trariis quibuſcunque,aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede
indultum, quod interdici,ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras
Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam,& ad verbum de indulto huiuſmo
di mentionem. Volumus autem, vt earundem præſentium tranſumptis etiam im-
preſſis,& ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ,vel dictæ Archicon-
fraternitatis munitis,manuque eiuſdem Archiconfraternitatis, vel alterius Nota-
rij publici ſubſcriptis,eandem prorſus fides vbique in iudicio & extra illud adhi-
beatur,quæ ipſis præſentibus adhiberetur,ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli er-
go,&c. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dom. 1581. 5. Kal. Iunij.

Hoſtienſis Bononienſis & Peruſinenſ. Epiſcopi conſtitutionis executores.

Variæ ſunt huius inſtituti cõfraternitates Romæ in captiuorum redemptionem vt ſunt fratres S. Trinitatis redemptionis captiuorum, & Collegij Beatæ Mariæ de mercede.

 Poſteritate

Poſteritate & memoria dignum eſſe iudico religionis & pietatis Chriſtianæ incrementum quo indies Francorum regna inter perduellionum furores, & fluctuantes multorum in fide Catholica animos, vt priſca eiuſdem tropæa tantopere exculta ſemper omnibus eniteſcunt.

Archiconfraternitatis Confalonis pia & veneranda inſtitutio ab Italis ad Gallos Regis Chriſtianiſſimi Henrici III. auſpiciis ſoboleſcere cœpit ſummo Piorum applauſu & hominum maledicorum ſtrepitu. Nam vt pia facta ſolent apud Siccophantas & maleuolos quoſdam Alaſtoras vitio verti, ſic & à multis religione & timore diuino æſtuantibus commendantur. Primus omnium qui pium illud inſtitutum Gregorij XIII. Pontificis auctoritate confirmatum à contumelia & maledicto, quæ noſtra tempeſtate dirum fremere paſſimque graſſari cernimus, auſus eſt tueri fuit R. Emondus Augerius Societatis Ieſu ſplendor eximius; qui in eo libro cui pro lemmate Metanœologiam adſcripſit ſingula elegantiſſimo Gallorum idiomate proſequitur.

Nouum & inuſitatum illum pœnitentiæ ritum arguentibus præclarè reſpondet innouationes omnes nō debere prima fronte reiici, quin priùs non audiantur eius fautores, ne indicta cauſa damnētur, hoc eſſet enim ἄκριτον ἀποκτείνειν. Quæ antiqua videntur pro antiquis, vt nec noua pro nouis habenda ſunt. Vtrumque mutuis operibus inuicem coaleſcit. Nihil antiquum videtur quod aliquando nouum non fuerit. Si mordicus innitendum eſſet antiquitati, multa coluntur in Eccleſia Catholica quæ non adeò antiquitatis habent ſpeciem vt reſpectu primogeniæ eccleſiaſticæ noua non exiſtimentur.

Et quamuis orthodoxæ Eccleſiæ maximè ſuffragetur antiquitas ab hac tamen aliquantulum recedentes fatemur liberè multa in Eccleſiæ introducta eſſe Eccleſiæ incunabulis non ita perſpecta, nec illuſtrata. Non in ſumma doctrinæ Chriſtianæ ſubſtantia & eſſentiali parte non quid mundo perſuaſum, ſed quid olim partes docuerint, quid crediderint attendimus. Illi enim demum communi conſenſioni adherendum eſt etiam totus orbis penè reclamet cui adſtipulatur antiquitas. Inſtitutæ Catholicæ religionis fundamenta apoſtolica & Chriſti ipſius auctoritate confirmari, videmus. Rudimenta Eccleſiæ parua erant, vbi nondum ampliſſimum incrementum accepiſſent, in hac tamen ſemper floruit veritas, certa ſcientia rerumq; diuinarum vera cognitio quàm Petro diuinitus primum à patre ſcimus inſpiratam, extrà verò pernicies, error, ac perturbatio. In hac eſt fides, alibi ſola perſuaſio hic verè ſolidæq; virtutes alibi ſunt illarum tantum ſimulachra. Antiquitate nullomodo gloriari poſſunt qui repentè è latebris Germaniæ; aut è Lemano lacu exilierunt. Quod ſi aliqua antiquitatis imago hic eluceat ab antiquis hæreſibus repetenda eſt. Nouæ hæreſes ſunt antiquæ hæreſes, nam aduerſariorum fidem, quòd è ſimilibus illis hæreticis hauſta fuerit antiquam ſanè eſſe negare non poterimus. Antiqui ſunt hæretici, antiquū eorum venenum ſed ita antiquum, vt veritas Catholicæ fidei quam nos complectimur: multò antiquior ſit, è nobis illi exierunt non nos ex illis. In arcē hæreticorum veterum ſe coniiciant eorúmque ſobolem ſe eſſe credant quorum dogmata circumgeſtant & paſſim effutiunt, ignéſque toties à Catholicis ſopitos & veritatis flumine extinctos excitant.

Infantia Eccleſiæ eorum ſenium exuperat. Dum verò conquerūtur quod omnia quæ apud nos geruntur fruſtrà ſibi antiquitatis nomen vindicent, nec pertinaces id nunquam aſſerimus. Scimus enim ab initio templa non adeò pulchrè inſtructa fuiſſe, ceremonias, ritus, feſtiuitatum ſolennitates tanta copia, tam decoro ordine congeſtas non extitiſſe, alio modo, alio tempore ſeriéque coluntur à Chriſtianis. Tam multos poſt obitum in numerum diuorum canonizatos & relatos, tanta Xenodochia, tam locupletiſſima Monaſteria, Collegia, leges, ſtatuta, Synodos, canones, decreta, decretales, extrauagantes, & plæraque alia ſanctæ noſtræ Politiæ formularia diu poſt Apoſtolorum ſæcula introducta remāſiſſe intelligimus quæ tamen ob nouitatem non damnantur aut reiiciuntur in Eccleſia. Quid opus fuerat poſt Pentateuchum Moſis tanta librorum farragine quibus ſacra Biblia incraſſantur. Apoſtolorum epiſtolæ nónne vltimum fermè conſtituerunt ordinem in noui teſtamenti volumine. Vtrumque tamen ſiue nouum, ſiue vetus vnum idémque inſigne habet; quod minimè ſtudioſum Chriſtianum eludat. Bernardus Epiſtola quadam Canonicos antiquæ, nobilis, grauis, & religioſæ Eccleſiæ Lugdunenſis arguit quod primi feſtum conceptionis Dei genitricis Mariæ inter faſta noua ſolennitate retulerint, tanquam immemores antiqui eiuſdem Eccleſiæ inſtituti vbi innouationes omnes malè audiunt, nihilominùs tamen ita profuit nouus ille cultus, vt à multis paulò poſt laudaretur inuiolatúſque remanſerit in Eccleſia Catholica. Non ſimul & ſemel edocti ſunt Apoſtoli in Myſteriis Chriſtianæ fidei, multa etiam in ſummi Conſolatoris

Archigym-

Archigymnaſij dicetur, vt promiſerit Chriſtus aſcenſurus ad cœlos. Sic & res naturales paulatim iuſtam ſortiuntur perfectionem, ſic & fidei noſtræ prima axiomata è planta Apoſtolorum ſuas iecerint radices, hinc tamen tanta propagatione enaſcuntur, & ingens exiit ad cœlum ramis fœlicibus arbos, miratúrque nouas frondes. Hoc ariete detrudendæ ſunt ingentes illi calumniarū acerui quibus ſupercilioſi nimis noui iſti Ariſtarchi conantur peſſum dare omnem Nouitatis æquitatem.

Veruntamen vt antiquum aliquid vel nouum in eccleſia ſuſcipiatur, certa ſtatera illud librari cuperem, æquiſque conditionibus rimari, quarum prima veritate comitaretur, ſine qua vtrumque minimè laudari aut probari poteſt. Veritas enim illa eſt quæ ad amuſſim facta noſtra metitur Prædicanti Paulo Chriſtum Epheſij veluti portentum, aliquod nouum audientes, Dianam Iouis filiam eò propenſius colebant quò eam colendam diuina quadam lege putabant. Sic & noui orbis Incolæ Veſpuſum, Columbum, Pizarios, tum Patres ſocietatis Ieſu irridebant, quod eos aduerſus antiquæ cæcitatis & idolatriæ à Xaca & Meda perfidiſſimis impoſtoribus edocta iura, Chriſti Euangelium nunquam in illis partibus ſparſum edocerent, opinabantur enim ſe à tot antea ſæculis veræ & integræ doctrinæ hæredes fuiſſe. Sic & hæreticorum chronologiæ conantur ius illud antiquitatis furari & ab apoſtolis ad noſtra vſque tempora quoſdam floſculos nouæ illorum doctrinæ colligere. Sic & Madeburgenſes Centuriatores ad decimam quartam vſque Centuriam antiquare putant eorum dogmata, & doctrinam Euangelij primogenitam fingunt, & fucis variis adornāt ita vt cum paulo accuratiùs ſpeculetur, diſcuſſis fumis ventoſum & inane neſcio quod ſimulachrum inuenimus, ita vt non abſre AEſopicum dicterium illi quadret. O lepidum caput, ſed ſine cerebro?

Quæ autem veritas veri nomine gloriari poteſt niſi talis pingatur ex ipſius verbi diuini penicillo? & vbi clariùs cognoſcitur & edocetur quam in eius gymnaſio in quo ſanctus Spiritus ſacra iura profitetur? Quæ parentheſis in tota ſumma Chriſtiana notatur quæ ne latum quidem vnguē à ſubſtantia orationis diſcedat, aut qui ei perpetuò non contexta ſit? Adhæc quotuſquiſque nunc eſt hæreticorum qui hac veri oratione rhetoricetur. Nulla eſt profectò conuenientia lucis & tenebrarum Chriſti & Belial. Quàm autem à veritatis cognitione aberrent argumento eſſe poteſt quod tam nihil inter ipſos conueniat. At vbi tanta eſt doctrinæ diuerſitas: Quis non modis omnibus ſuſpectum habebit mendacium? Etenim non veritas ſed mendacium in varias formas ſe vertere conſueuit, quo facilius in ſui rationem rapiat incautos. Veritas, vt non in diuerſa ſcinditur ita ſtabilis ſemper incommutabiliſque aduerſus tot repetitos mendaciorum incurſus perdurat. Veritatis autem Catholicæ ſunt hæc inſignia, antiquitas nam à Chriſto Apoſtoliſque promanauit: Vniuerſitas, nam qui vnquam fuere Chriſtiani hanc vnam amplexi ſunt, & eiuſdem doctrinæ, ſacramentorúmque conſenſio.

Omne autem quod antiquum eſt veritatis monaſterio nouitiatus ſui annos egit, nec vnquam potuit mendacij inſidiis capi aut eludi, quod emendicatis pietatis, veritatis & iuſtitiæ coloribus leues quoſdam incautos relicto veritatis ipſius conſilio in obſcuros & inextricabiles gryphos & meandros inuexit. Lubricum enim iter illud eſt quod multis præcipitis facit, niſi ἑπτάμυξος lucerna, vt Irenæus in 5. c. 20. ſeptem ellychnia ferens, & Chriſtum baiulans lumen oculis ſplendeſcat. Antiquum ergo & nouum quodcunque ſit, vbique debet illuſtre haberi hoc præclaro veritatis priuilegio circumcinctum.

Altera conditio Nouitatis comes eſt auctoritas antiqua, ſine qua claudicat omnis doctrina quantumuis inſignis, & grata. Sic ſignis miraculis authenticam omnibus populo Hebræo legem tulit, ſic & Euangelij maieſtas choruſcauit, auctoritate ſupremi illius Senatus, qua quidquid commendatur non nouum, nec falſum, exiſtimandum, nam etſi nouitatis ſpeciem habeat, ſigillo tamen antiquo & ſummæ fidei munitur.

Tertia conditio qua quicquid recens apud nos natum iure ſuſcipitur ſit cum id apud alios & exteros populos Chriſtiani orbis, etiam probatur & amplectitur. Sic primi Euangelij profeſſores à multitudine credentium, ſuas componebant inductiones quo liberius allicerent, rudes ad fidem. Sic & eccleſia Chriſti dicitur Catholica id eſt vniuerſalis. Hæc vniuerſitas reſtringitur ad duo ad loca videlicet ac tempora vt ſit Catholica Eccleſia non ea tantum quæ in Africa, AEgypto, Alexandria vbi reſident Catharorum fœces, ſed per omnia loca terrarum diffuſa, quia in omnem terram exiuit ſonus apoſtolicæ prædicationis. Deinde ſi contingat aliquo tempore vel menſe, vel anno errores graſſari per orbem vniuerſum, tum

 recurren-

recurrendum ad temporis vniuerſitatem qua ſe tuerentur fidelium quæ vſquam ſuperaſſent reliquiæ. Hanc vniuerſitatem nulla vnquam doctrina veræ & Catholicæ contraria venari potuit, clam quidem quædam climata ſuffurata eſt, ſed iure poſtliminij cedere locum coacta fuit Chriſto, quem armorum impetu & Tyrannidis violentia eiecerat. Sic videmus in nouo orbe crucis trophea deſtructis idolis extolli & venerari.

Vltimò qualitas rei cuiuſcunque pendet ab vtilitatis & commodi publici ratione qua omnia penſari debent antequam venerentur habeantúrque in precio. His præclaris conditionibus Archicongregationem Gonfalonis ſtipari videmus. In hac quandoquidem elucet veritatis antiquitas, nihil habetur quod Chriſtianam doctrinam antiquam & Catholicam non exoſculetur Eiuſdem fidei profeſsio, idem Symbolum, eadem traditionũ conſenſio: idem zelus in Conciliorum Oecumenicorum imo ipſius Concilij Tridentini decreta tum in Apoſtolicam Sedem. Nihil nouum in hac pietatis Pædagogia quod Orthodoxum non ſit. Chirographo vnius cuiuſque teſtantur omnes piam mentem, adeò vt qui in hæreſim laberetur ab omnibus exibilaretur & ruderibus etiam eiiceretur ab hoc ſacro cœtu tum exhauthoratus omni priuilegio congregationis ſacco pœnitentiæ exueretur.

Ne autem fide ſola inniti videantur, hic bonorum operum aſsidua praxis, hic capitalium peccatorum odium hic frequens ſacramentorum exercitum excolitur. Anne ergo nouum appellabitur quod ſuos duxit natales ab hac antiqua veritatis ſtirpe. Habent ne pœnitentes nouum Deum, nouum mediatorem, nouum vſum ſacramentorum, nouos ritus Eccleſiaſticæ inſtitutioni contrarios?

Nec caret authoritate, vel exhautoretur, omnis pietas, omnis deuotio, pœnitentia, ſuiipſius contemptus, apud nouos iſtos blaterones qui putant hoc inſigni Critirio congregationem deſtitui. Ea nonne verè conſtant & vbique validiſsima habentur quibus Summi Pontificis authoritas & Eccleſiæ conceſſus ſuffragatur. Aſt & Pontificio diplomate & Concilij Tridentini commendatione inſignitur hæc congregatio. Confratribus huius inſtituti acceſſerunt innumera priuilegia ex indulto Gregorij XIII. qui & legatis & reſcripto in regiis Archiuis reſeruato & ſub calce Metanœologiæ adſcripto probauit & confirmauit. Conciliũ Tridentinum has congregationes ſcholas pietatis ſæpiſsime vocat, illiſque patrocinatur ampliſsimis fauoribus aduerſus maledicentiſsimos quoſcunque cenſores. Adde Regis & Principum tum Senatus conſenſu iſta firmari. Mirum Regem potentiſsimum gloriari ſolummodo in Cruce domini, ſacco indui, & huius congregationis primum & eximium ſe præbere exemplar, famigeratiſsimis totius Galliæ prouinciis & exteris quoque. Huiuſmodi congregationes iam à multis annis hoſpitantur apud Italos, Siculos, & Hiſpanos, & Venetos, quibus periculoſa omnis innouatio retunditur, ídque fit Pontificis, Epiſcoporum, Vniuerſitatum, & ſacri officij tum populorum plauſibili conſenſu. Hoc bono caruit aliquando Gallia horrendis hæreſeos monſtris & tumultuantium inſidiis obſeſſa. Iam verò illo locupletatur ampliſsimè ita vt nulla ſit inſignis ciuitas Catholicæ religioni deuota quæ hos pietatis cœtus non ſuſpiciat & commendet. Dola inferioris Burgundiæ caput intemeratæ religionis perpetua conſeruatrix non murorum ambitu, ſed ciuium, Magnatum, æquiſsimi Senatus, Academiæ Collegij amplitudine & gloria celebris, potens, fœlix, fœlicior verò Catholici Hiſpaniarum regis fauoribus harum congregationum Tyrocinia ſuſcepit. Nec eſt quod in poſterum nouitatem calumnientur Pſeudocatholici quidam aut Epicurei, cùm hæc religionis antiquitate, & priſcæ pietatis feruore & tanta veritatis auctoritate, tum publica vtilitate apricẽtur. Solet apud iuriſconſultos vicino nouum opus nunciari, ne ex illo aliquid incommodi excipiat, néve aut altitudine edificij proſpectui officiatur, vel luminibus officiatur. l. inter. ff. de ſer. præd. vrb. l. de pupillo. §. ſextus. l. noui ſolum. ff. de non oper. nunc. quantò magis noua iſta omnis virtutis inſtituta debent publicari, & decantari proximis remotiſque populis vt nobiſcum re tanta vtilitate præcincta vtantur, & ad hoc bonorum operum cumulandum ædificium inuitentur. Hinc ſubditi exemplo Dominorum & ſuperiorum ſua facta componunt, hic docetur cuſtodiri, æquum & verum. Arcentur periuria blaſphemiæ, verba inutilia. Superatur caro laſciuens, mundus illiciens, dæmon verſipellis, à quibus certatim animi vel ſcelerata ſibi diuitiarum, vel inextinguibili voluptatum amore, vel ambitu, odiis: ignorantia eiúſque generis peccatis, ita complentur vt fruſtrà poſtmodum Chriſtus pulſet fores cordis iam occupati. Hic omnes pia quadam æmulatione cupiunt dedoceri, quod male didicerunt, hic elucet omnis ſapientiæ progreſsus nempe timor Domini Lites diſcordiæ, odia, pulchrè pacantur, & illa irritamenta tumultus & ſeditiorum excutiuntur

ad quæ

ad quæ malorum noſtrorum Iliada retulit HÆROS STRENVAE FORTITVDINIS ET NOILISSIMVS D. IACOBVS D'APCHON BARO ET EQVES TORQVATVS, in ſuo elegantiſsimo opere de pacis & concordiæ ſtudio qui inter encomia regis Chriſtianiſsimi huius congregationis inſtitutum repoſuit.

In hac charitatis ſchola miſericordiæ opera egregiè pullulaſcunt. Erogantur certis diebus hebdomadis eleemoſynæ in ſubſidium pauperum, puſillorum & viduarum, tum in redemptionem captiuorum apud Barbaros. Solantur afflicti, & ſontes qui traduntur ad ſupplicia piis horum monitionibus conſtantiſsimam mortem obeunt. In exequiis confratrum quanta deuotio, quis concurſus? Qui ad vltimum vſque halitum moriturum ſolantur eum & mortuum comitantur ad ſarcophagum, iuſtáque perſoluunt omni cultu veneranda. Circumciduntur luxus, voluptates, & mundi illecebræ in abſtinentiam, contemplationem, & preces creberrimas mutantur. Cilicij ſpeciem flagellum & Zonam nihil moror cum hæc maximè cohereant religionis Chriſtianæ & pœnitentiæ diſciplinæ. Sic & antiqui qui Deum iratum peccatis populi flectere contendebant ſacco induebantur, ſic & indomitos peccati ſtimulos flagello cohibuerunt priſci patres, quæ religio in monaſterijs bene inſtitutis & in congregationibus deuotiſsimis ſeriò obſeruatur.

Nihil vel fit vel dicitur in hoc ſacro pœnitentiæ collegio quod non vel Charitatem, vel morum emendationem pectoribus non faciat peruiam, quod non mundi impetus & inſidias non profligat. Summa hic pœnitentiæ habetur cura vt corpus flagitiis conſpurcatum & animus ſceleratè commaculatus & crudeliter mactatus, repurgetur abluatur, ſic beatitudinis culmina feſtinatur. His quod ſummo loco habendum exiſtimo ſacræ ſynaxis frequentiſsima communio habetur, & ad hoc ſacrum conuiuium frequentius accedendum inflammãt charitas & deuotio. Medicamentum immortalitatis vt inquit Ignatius ad Epheſios, φάρμακον ἀθανασίας ægras mentes ſolatur, καθαρτήριον ἀλεξίκακον purgatorium auertens mala quod expiet omnem culpam, & omne interea propulſet periculum, fluctuantes & variis mundi turbinibus afflictos recreat & reficit. Sed dum inuidia odiumq; tranſuerſos rapit huius ſacri Confalonis inſtitutioſores, hæc ingentia commoda non animaduertunt.

Ampliora huius ſacræ congregationis præconia ex ipſius ſummi Pontificis Gregorij 13. literis Romæ editis 14. Septembr. Anno ſalutis 1583. Pontificatus 12. tum ex ipſius Patris Augerij viri præclariſsimi de hac non ſolum Confraternitate verumetiam de tota Chriſti Eccleſia benemeriti Methaneologia cui hoc ſcholium latinitate donatum debetur colliguntur: vt exteri videant inter tot hæreſum fluctus Galliam omnino in pietate non refrixiſſe & auitam religionem non deſeruiſſe cuius tantopere acerrimus eſt defenſor HENRICVS III. PRINCEPS VERE AVGVSTVS OPTIMVS MAXIMVS. Illi de inimicis triumphanti concedat ſupremus munerum largitor filium regni hæredem fructuoſum.

Regi potentiſsimo, religionis vnico defenſori, pietatis collapſæ ſummo vindici omnia bene ominentur. Publicæ cum haberentur ſupplicationes Lugduni ad exoranda numina in eius fauorem, cúmque vltimam adderem periodum huic ſcholio, Equitum Germanorum cohortes fuſas & proſtratas, regia manu & principum Lothoringorum armis relatum eſt in cuius rei memoriam hoc diſtichum chronicũ noſtræ chronologiæ addendũ raptim luſimus.

Annus excidij cateruarum è Germania accitarum in Galliæ excidium.

BARBARVS HOSTIS ABIT NIGRÆ CECIDERE PHALANGES.
REX DVCE GVISÆO CASTRA CITATA QVATIT.

Poſt tam miſeram rerum omnium confuſionem poſt tam deplorandam orbis faciem tot bella tumultus ſtrages, vaſtitates tot Eccleſias dirutas, tot euerſas ciuitates, tot ſacrilegas prophanationes miſertus eſt noſtri Deus.

A mpliatio

XLVIII.

Ampliatio & confirmatio priuilegiorum & gratiarum ordinis Ciſtercienſis & reformatio eiuſdem ordinis.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SVPERNA diſpoſitione, cuius inſcrutabili prouidentia ordinationem ſuſcipiunt vniuerſa in ſupereminenti Apoſtolicæ dignitatis ſpecula meritis licet imparibus conſtituti, ad ea, per quæ ſacræ religionis Ciſtercien. ordinis nobis, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecti ſtatus feliciter dirigatur, & regularis vitæ inſtitutio à Sanctis viris, tam piè, & religioſè tradita, & conſtituta conſeruetur, etſi quid deperire incœperit Domino concedente reformationem ſuſcipiat, & in ſuum priſtinum ſtatum refloreſcat, ac denique perſonæ ſub ſuaui Religionis huiuſmodi iugo, Domino ſecundùm regulæ ſuæ puritatem famulantes, ſua in pacis, & quietis ſuauitate vota reddere, & fructus in Dei Eccleſia vberiores proferre valeant libenter intendimus, & his, quæ per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros propterea conceſſa, & ordinata fuiſſe reperiuntur, etiam noſtræ approbationis robur adiicimus, ac aliàs deſuper ſtatuimus, ordinamus, moderamur, & reformamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Pio Papæ Quarto prædeceſſori noſtro pro parte bonæ memoriæ Ludouici olim Abbatis Monaſterij Ciſtercij Cabilonen. diœc. expoſito, quòd licet ſacer Ciſtercien. ordo in ſumma puritatis, & deuotionis perfectione, per multa retroactorum annorum ſæcula, ac tamdiu exemplari Religioſorum ſuorum vita, atque ſanctimonia non ſolum in Regno Franciæ, vbi ſupremum eius caput videlicet Ciſtercij præfatum cum aliis quatuor illius præcipuis nempe firmitatis, Pontigniaci, Clareuallis, & Morimondi Cabilonen. prædictæ, & Antiſſiodoren. ac Lingonen. reſpectiuè diœc. Monaſteriis Filiabus Ciſtercij nuncupatis ſed etiam per alia ferè vniuerſa Chriſtiani Orbis climata cum bonæ famę, & virtutum odore, eximioque Religionis decore ad ędificationem militantis Eccleſiæ quamdiu iuxta Sanctorum Petrum inſtitutiones, & regularia illius inſtituta præfatis aliiſque Monaſteriis de Monachorum dicti ordinis perſonis prouiſum, eiúſque laudabilia inſtituta, ritus conſuetudines, & priuilegia firmiter obſeruata fuerant, Domino cooperante floruiſſet. Nihilominus tunc à pluribus annis citra præſertim poſtquã pleráque Monaſteriorum ac Prioratuum ſuorum, aliis quam dicti ordinis perſonis commendari; ac ab eorum Superioris obedientia per exemptionum, vnionum, aliáſque diuerſas vias tanquã membra à ſuo corpore diuelli, abſtrahi, & diſmembrari cœperant. ſpecioſo illo regularis diſciplinæ candore paulatim offuſcato vniuerſis ordinis ſtatus in miſerabilem diſperſionem, & deſolationem prolapſus erat, & in eadem expoſitione ſubiuncto, quòd tantis huius olim Deo, mortalibúſque gratiæ Religionis incommodis aliter quàm per antiquorum ſtatutorum, conſuetudinum, rituum, & priuilegiorum prædictorum vndique conuulſorum, & diuerſimodè oppreſſorum reſtitutionem mederi non poſſe videbatur, præfatus prædeceſſor ſupplicationibus ipſius Ludouici Abbatis in ea parte tunc inclinatus, antiqua priuilegia per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos eidem Ciſtercien. ordini, & eius Capitulo generali indulta & conceſſa per ſuas litteras approbauit, confirmauit, & innouauit, & alia deſuper ſtatuit, & ordinauit. Et deinde piæ mem. Pius Papa Quintus, etiam prædeceſſor noſter eodem erga præfati Ciſtercien ordinis bonum ſtatum, & reformationem zelo, & animi propenſione affectus, antiqua illa eidem ordini, vt præfertur, cõceſſa priuilegia, & indulta per ſuas litteras, etiam approbauit, & confirmauit ac literis Pij Quarti prædeceſſoris eiuſmodi etiam ſuæ approbationis robur adiecit. Necnon nonnulla alia opportuna pro temporis conditione præfati Ciſtercien. ordinis reformationem concernentia de nouo eidem ordini & capitulo generali conceſſit, & indulſit, prout in ſingulis literis præfatis plenius continetur. Cum autem firmiora ſint ea, quibus Sedis prædictæ ſæpius intercedit auctoritas, Nos cupientes, vt illa, quæ pro dicti ordinis, cuius decus, & integritatem, ac priſtini candoris reſtitutionem non minori, quàm prædeceſſores

Confirmatio ordinis Ciſtercienſis & reformatio ſub Pio IIII.

Ordinis Ciſtercienſis Supremũ caput Ciſtercij Galliæ habetur.

Pius V. pro re[for]matione Ci[ſter]cienſis ordi[nis] [indu]lta indul[...]ſit.

noſtri zelo affectamus, ſalubri directione tam piæ, ac Sanctę ſtatuta ſunt, in concuſſa perpetuò remaneant, omnium, & ſingulorum immunitatum, libertatum, exemptionum, conſeruationum, facultatum, ordinationum, ſtatutorum, priuilegiorum, indultorum, & aliarum gratiarum: Necnõ literarum Pij Quarti, & Pij Quinti prædeſſorum huiuſmodi tenores pręſentibus pro ſufficientibus et ſufficienter expreſſis & inſertis habentes. Motu proprio no ad Abbatis, & Superiorum ordinis huiuſmodi, vel quorumuis aliorum inſtantium, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, omnes & ſingulas ab Abbate Monaſterij Ciſtercii, aliiſque Superioribus, & capitulo generali ordinis huiuſmodi, eiuſque deputatis, immunitates, libertates, & exemptiones quibuſuis, tam virorum, quàm Sanctę Catharinę Caietan. & Sanctę Marię de Cœleſtia nuncupatę Venetiarum, aliiſque Monialium Monaſteriis, ac Prioratibus, & aliis regularibus locis dicti ordinis, ac dilectis filiis Abbatibus, & Prioribus, dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſis, & prioriſſis, necnon Conuentibus, capitulis, & perſonis eorundem, tam in Gallia, Italia, Hiſpania, Portugallia, Germania, Anglia, & Scotia, quàm alibi vbilibet conſiſtentibus, ita quod immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus huiuſmodi non obſtantibus pro tempore exiſtentes Abbas generalis nuncupatus, & alij Superiores dicti ordinis eorumque Vicarij, iuxta ipſius ordinis inſtituta Monaſteria, Prioratus, & loca prędicta ac illorum perſonas, tam in capitibus, quàm in membris viſitare liberè, & licitè valeant. Ac quęcunque priuilegia, & indulta apoſtolica viſitandi Monaſteria, tam virorum, quàm mulierum ordinis huiuſmodi quibuſuis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis, Abbatibus, & aliis, quàm Generali Ciſtercien. prędicto, ac aliis quatuor primis nuncupatis quatuor Monaſteriorum filiarum Ciſtercij nuncupatorum pręfatorum Abbatibus cęteriſque Superioribus eiuſdem ordinis ad id ab ipſo generali Capitulo deputatis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & pręeminentię exiſtentibus per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac nos, & dictam Sedem, etiam ad quorumuis Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, vel etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, etiam Conſiſtorialiter, & cum cauſę cognitione ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis hactenus quomodolibet conceſſa, & etiam iteratis vicibus approbata, Apoſtolicas, & alias literas deſuper confectas, & indeſecuta quęcunque ad hoc, dũtaxat, vt Abbati generali, & aliis Superioribus ordinis, eorumque vicariis Monaſteria huiuſmodi, vt pręfertur, viſitare liceat; Apoſtolica auctoritate tenore pręſentiũ moderamur, & limitamus, inhiben. Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Superioribus pręlatis videlicet ſub interdicti ingreſſus Eccleſię, ac ſuſpenſionis à diuinis. Abbatibus verò, & aliis inferioribus pręfatis, cęteriſque quibuſcunque perſonis ſub excommunicationis latę ſententię pœnis ne Abbatem generalem, & alios Superiores ordinis, eorumque Vicarios pręfatos quominus viſitationes, iuxta regularia ordinis inſtituta huiuſmodi liberè facere poſſint per ſe, vel interpoſitas perſonas directè, vel indirectè aut alias quoquomodo impedire audeant, vel pręſumant: Ipſis autem Monaſteriorum, & aliorum locorum prędictorum Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Conuentibus, Monachis, Monialibus, & perſonis, vt Generalem, alióſque Abbates, Superiores, & Vicarios pręfatos, vt pręfertur viſitare volentes, benignè recipiant, eiſque, & eorum mandatis in concernentibus eorum viſitandi officium huiuſmodi pareant & humiliter obediant in virtutę ſanctę obedientię, & ſub ſimilis excommunicationis pœna diſtrictè pręcipiendo mandamus: Et inſuper vniuerſa, & ſingula priuilegia, pręrogatiuas, immunitates, exemptiones, libertates conſeruatorias, facultates, indulta, & alias gratias Ciſtercij, & quatuor filiabus nuncupatis Monaſteriis, ac ordini, eiuſque capitulo generali, diffinitoribus, & aliis Superioribus pręfatis per pię memorię Paſchalem ſecundum Calliſtum, etiam ſecundum Eugenium tertium, Alexandrum, etiam tertium, Lucium ſimiliter tertium, Honorium pariter tertium, Gregorium nonum, Innocentium quartum Sixtum etiam quartum pręſertim commendas, & Commendatarios Monaſteriorum, & aliorum locorum ordinis huiuſmodi concernentia, &

Nõ obſtantibus quibuſcunque exemptionibus Abbates & ſuperiores poſſunt quæcunque monaſteria viſitare.

Facultas viſitandi Monaſteria ordinis Ciſterciẽſis ex indulto apoſtolico Epiſcopis & aliis conceſſa, Abbatis priuilegio & ſuperiorum non derogatur.

Viſitatores impedientes excommunicantur.

Pœna monachorum & monialium non admittentium viſitationes ſuperiorum.

ria,& quòd commendatarij pro tempore exiſtentes nullam in Monaſteria dicti ordinis ſibi commendata,& eorum Monachos iuriſdictionem exerceant,& quoſcunque alios Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros,& Sedem huiuſmodi hactenus quomodolibet conceſſa.

Vrbanus 2. Ciſterciensem ordinem primus confirmauit anno 098. excitatum quē mali Pontifices priuilegiis variis dotarunt.

Necnon ordinationes,& ſtatuta ab exordio fundationis eiuſdem ordinis vſque in præſentem diem in dicto generali Capitulo concorditer edita, etiam ſi in vſu eſſe deſierint,dummodo per lapſum temporis immemorabilis videlicet centum annorum in deſuetudinem non abierint:Ac præterea ſuper contributionibus per omnia,& ſingula eiuſdem ordinis Monaſteria Abbati Ciſtercij,ſeu Capitulo generali prædictis faciendis,& ſoluendis,ac prout illa concernunt omnia, & ſingula alia in literis Apoſtolicis,aliiſque documentis deſuper confectis contenta,& inde ſecuta quæcunque licita tamen,& honeſta, ac decretis Concilij Tridentini non aduerſantia,eiſdem auctoritate,& tenore ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus,ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis, & noſtræ approbationis robur adiicimus,omneſque, & ſingulos iuris,& facti defectus,ſi qui forſan interuenerint in eis ſupplemus,necnon potiori pro cautela eadem omnia, & ſingula priuilegia, prærogatiuas,facultates,exemptiones quatenus ſint in vſu,conſeruatorias,indulta, & alias gratias eiſdem modo, & forma,quibus ordini, eiuſque Abbatibus Capitulo generali,& Superioribus prædictis per dictos prædeceſſores conceſſa ſunt, illis de nouo auctoritate,& tenore prædictis concedimus, & innouamus. Et præterea quòd in Monaſterriis dicti ordinis,quæ diuerſis perſonis(etiam ſi Epiſcopi,Archiepiſcopi,Patriarchæ,& S.R.E.Cardinales exiſtant) de præſenti commendata, etiā reperiuntur,& in futurum commendari,ſeu alias quoquomodo aliis, quàm ordinis ipſius perſonis concedi contingat, vbi non fuerit, inſtituatur menſa Conuentualis,Abbatiali menſa diſtincta,& ſeparata, cum annuis fructibus, redditibus, & prouentibus iuxta Monaſteriorum ipſorum facultates competentibus & honeſtis, pro ſufficienti Conuentus, & Monachorum aliarúmque Religioſorum eiuſdem ordinis numero in vnoquoque ex ipſis Monaſteriis per ipſos Generalem & cæteros ordinis ipſius Superiores,aut eorum Vicarios ordinando, quam quidem menſam quia etiam edificiorum, & locorum ad diſciplinæ Monaſticæ obſeruationem pertinentium,ſcilicet templorum,ornamentorum,iocalium,librorum Eccleſiaſticorum,dormitorij,refectorij,aliorúmque locorum regularium, necnon Monaſteriorum clauſuræ neceſſariis,& ordinariis reparationibus faciendis obligatam, & obſtrictam eſſe volumus, vt in ea inſtituenda expenſarum annuarum ad hæc neceſſariarum ratio habeatur,ſtatuimus, & mandamus, ac ad eandem menſam ſic inſtituendam, congruoſque redditus aſſignandos ipſi Commendatarij omninò teneantur,& ad id etiam per cenſuras Eccleſiaſticas fructuum reddituum, & prouentuum ſequeſtrationes,& alia opportuna iuris remedia cogi poſſint, & debeant. Et quia ſicut accepimus in multis dicti ordinis,tam virorum, quàm mulierum Monaſteriis quamplures mendicantium aliorum ordinum Religioſi vtriuſque ſexus ab immemorabili tempore citra ſe intruſerunt, & perſępe intrudere pręſumant, quod illi,vel inde realiter,& cum effectu eiiciantur,vel ſaltem habitum infra annū ſuſcipiant,ac profeſſionem regulares eiuſdem Ciſtercien ordinis expreſsè emittant,debitámque obedientiam, & reuerentiam illius Abbati generali, & reliquis Superioribus prędictis pręſtent,ac diuinum officium ſecundùm ipſius ordinis morem celebrent, ſeque regularibus eius inſtitutis omninò conforment, Quodque Monaſteriis,& Prioratibus eiuſdem ordinis,aliis piis locis pro tempore vnitis,annexis,& incorporatis degentes ſint, & remaneant ſub obedientia, & correctione Abbatis generalis, aliorumque Superiorum ordinis Ciſtercien. pręfatorum, & ſuorum Vicariorum in omnibus & per omnia,perinde ac ſi vniones, annexiones, & incorporationes huiuſmodi non emanaſſent,etiam ſi in illis aliter caueretur, & vſus,non tamen à tempore immemorabili,vt pręfertur,contrarium obtineat, quę contra ſtatuti huiuſmodi tenorem nemini ſuffragentur: Quòd nullę alterius ordinis Moniales niſi cauſa legitima ſubſiſtente in Abbatiſſas Monaſteriorum Monialium dicti ordinis aſſumi,vel ſi aſſumantur in eiſdem Monaſteriis recipi poſſint,niſi illorum immediato Patri Superiore pręſente, qui habitum illis exhibeat, & ab

Exemptionum & gratiarum huius ordinis priuilegia.

Idem decretum eſt apud Pium IIII.

Statutorum eiuſdem ordinis confirmatio.

& ab eis tria ſubſtantialia vota,necnon iuramenta obſeruandi ſtatuta dicti ordinis ac ſecundum ea viuen. recipiet: Quodque omnia, & ſingula Monaſteria ordinis huiuſmodi,tam virorum,quàm mulierum vbicunque exiſten. ſeu eorum Abbates, vel Priores etiam Commendatarij,*Abbatiſſęque,vel Prioriſſę,in ſignum obedientię,& ſuperioritatis ſolita regalia,videlicet, contributiones ſolitas Abbati Monaſterij Ciſtercij,& capitulo generali prędictis,omnibus exceptione recuſatione prę ſcriptione,& alia excuſatione penitus ceſſan. annuatim ſoluere teneantur, & ad id compelli poſſint ſub excommunicationis latę ſententię pœna, eadem auctoritate ſtatuimus:& ordinamus.Et inſuper,vt Monaſteria Ciſtercien. ordinis huiuſmodi quorum quamplurima,vt accepimus pręſertim in vtraque Sicilia conſiſtentia,aut debitis officiis deſtituta,aut Monachis ob non prę ſtitam alimoniam deſerta, aut omninò collapſa retecta,recluſa patentia reperiuntur,& vt prophana habentur,ad Conuentum,diſciplinam,& bonam frugem reuocentur, de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine,etiam ſtatuimus,& ordinamus,vt omnia Monaſteria, & loca dicti ordinis,tam in vtraque Sicilia,quàm cęteris omnibus Orbis partibus conſtituta, etiam de iure patronatus laicorum quocunque modo exiſten. quę conuulſa, diruta,& extenuata exiſtunt,reficiantur, & ad debitam clauſuram reducantur, ac pro faciliori prę miſſorum executione conueniens pecunia ſtatuatur,& quotannis in id opus donec abſolutum fuerit,erogetur,ac in eiſdem, & cęteris locis, quemadmodum eorum facultates ad id fuerint ſufficientes, competens Monachorum, & Minorum numerus reſtituantur,Ipſorumque quoque Eccleſię,Sacriſtię Dormitoria,& officinæ vaſis,veſtimentis,libris ſacra, & communi ſupellectile, ac cæteris omnibus ad diuinum cultum,& Monaſticum vſum neceſſariis conuenienter inſtruantur. Miſſæ præterea ſacrificium, & alia omnia diuina officia nocturna, & diurna quotidie in choro pſallendo iuxtà ritum dicti ordinis ſine intermiſſione celebrentur Inſuper vbi ſacra lectio iuxtà Concilij Tridentini diſpoſitionem haberi non poterit,præter eos libros,qui ad diuini officij, & chori vſum neceſſarij ſunt,ſaltem Biblia,& Catechiſmus ad Parochos ante aliquot annos editus. Item opera Sancti Bernardi,& ſi qui alij ad honeſtam Monachorum occupationem haberi poterunt,habeantur,niſi de illis in aſſignatione menſæ Conuentualis iam proſpectum reperiantur,ita tamen,vt de his omnibus,necnon vaſis,veſtimentis,& cętera ſupllectile præfata ſemel receptis omnes Conuentus rationem reddere debeant:Et vt Nouitij ea,qua decet diſciplina informentur,vnum,aut duo Monaſteria in quacunque Prouincia,vbi commodè fieri poterit,ordinentur in quibus Magiſtri,etiam cæterorum Monaſteriorum Nouitios diuini officij rationem,& regularis obſeruantiæ inſtituta doceant,ita vt quodlibet Monaſterium ſuis neceſſaria ſuppeditet,& ſi nullos habuerit,alij pro eo eiúſque impreſſis recipiantur, & inſtruantur omnia edificia Conuentus quoquo verſus claudantur,portæ non neceſſariæ obſtruantur,clathri feneſtris,vbique opus fuerit infigantur,Templa, Sacriſtiæ,Capitula,Dormitoria,Refectoria,Infirmariæ, & omninò aliæ Clauſtri partes nihil prophani patiantur,nec Conuentus horreum,penu,præſepia, nec prorſus vlla promercalia Abbatum Commendatariorum conductorum,aut aliorum recipiant,nec illa à Commendatariis, Penſionariis, aliiſque de Clauſtro non exiſten. occupentur,ſed illis ſolum proprij clauſtrales vtantur,prout ad diuini officij celebrationem regularémque obſeruantiam fuerunt conſtitutas Mulieribus omnibus cuiuſcunque qualitatis,dignitatis,& ætatis ingreſſus clauſtri,& aliorum locorum regularium,etiam ædium partis,quæ ab Abbatibus, Commendatariis, Prioribus, aliiſve miniſtri,etiam diuiſim poſſidentur,ſit penitus interdictus, & ſi ſecus factū erit,tam ingredientes, quàm recipientes excommunicationis ſententiam incurrant:carcer quoque ad correctionem Monachorum,vbi non eſt, conſtituatur. Et in omnibus Monaſteriis inuentarium omnium præfatorum, necnon inſtrumentorum fundationum,dotationum,auctoritatum, exemplarium, omniumque monimentorum conſcribatur,& in formam authenticam redigatur,illudque, & cætera omnia præfata fideliter aſſeruentur, ſicubi verò locorum quicquam producendum erit exemptum ab Archetypo deſumatur,& tranſmittatur, niſi talis contigerit neceſſitas, vt ipſum exemplar producendum ſit,quod tunc in fidem alicp ius

**De commendatariis quorū frequens hic nomē hæc inuenio. Leo quartus ſynodum XLVII. Epiſcoporum habui :ex cuius a-ctis à Gratiano deprompetum puto, quod eſt in quæſtione prima. 21. cauſæ. Qui plures Eccleſias retinet, vnam quidem titulatam aliam verò ſub commendatione retinere debet.*

Nulla (quam equidem legere meminerim) cōmendandarum in perpetuum eccleſiarum vetuſtior memoria. Interceſſores, Interuenitores, Viſitatores dabantur eccleſiis vacantibus, quouſque prius in eis fuiſſet ordinatus prælatus. (can. Obitum. & ſeq. 61. diſt. can. conſtitutum eſt. 7. q. 1.) Nō alio pacto ſunt commendandæ.

Quemadmodū ſeruando depoſito nullum præſtituitur, quod obliget, tempus (puta, in annū, in biennium, dū viues) ante, mutata voluntate, repetere licet. ita nec beneficiis cuſtodiendis de hic infra. fol. 83

ius probati deponatur, qui idonee caueat illud ipſum, quamprimum reportandum; Illa quoque Monaſteria locis patentibus conſtituta, quæ propter Turcarum, ſeu Prædonum, vel hæreticorum incurſiones tutè ſeruari non poterunt, facto de ipſorum iuribus literis, auctoritatibus, tabulis monumentis, atque omni prorſus ſupellectile mobilibúſque bonis iocalibus, & rebus fideli inuentario, & ſi opus erit eorum omnium depoſitio fiat apud perſonam fide., & facultatibus idoneam, ita vt nihil omninò inde ſine conſenſu expreſſo, & ſpeciali mandato Conuentus moueri valeat, in Ciuitates, oppidavé vicina transferantur, Cæterum ad reſtituendam Monaſticam diſciplinam, & reſtitutam conſeruandam, Ciſtercij, & cæteri patres, Abbates in capitulo prouideant diligenter, vt omnes viſitationes, ſollicitè, & prudenter ac cum pietate fiant, ſalutem animarum, Religionis zelum perpetuum cultum diuinum, clauſuram, obedientiam, &c. omnia, quæ ad mores, correctionem, & Religioſorum ædificationem pertinent, procurando: Quibus in rebus vbicunque non ſunt menſæ Conuentuali aſſignati redditus, qui hoc onus ferre poſſint, Abbates, & Commendatarij, ac alij quicunque adminiſtrationem ſpiritualium, & temporalium viſitandorum Monaſteriorum habentes, neceſſaria omnia miniſtrare, ac contributiones & ſumptus pro gerendis aliis communibus negociis dictæ Sedis auctoritate impoſitas, ac etiam ad brachij ſæcularis adhibitionem præſtare, Viſitatores, ac ſolitos, & neceſſarios ipſorum famulos, & iumenta debita Hoſpitalitate recipere, & eiſdem in omnibus auxiliari omninò debeant, & ad id etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis per Capitulum, ac etiam per ipſos Viſitatores compellantur. Ne porrò deſerendi Monaſterij occaſio Monachis præbeatur, quod ex vagandi libertate illis à Commendatariis oblata, vt expenſis parcant, plerumque euenit, præcipimus, & interdicimus, ne vlli omninò Commendatarij quicquam, vel minimum de menſa, & aliis neceſſariis detrahant, neque vllo modo diminuant, aut quempiam etiã propter delictum eiiciant, & quotieſcunque Monachi quid admiſerint quod quidem animaduerſione dignum ſit, id quam primum Priori Clauſtrali, vel ſi grauius ſit delictum Viſitatori ſignificent, qui correctionem iuxtà Eccleſiæ, & dicti ordinis ſtatuta faciat: qui ſi vltra ſex menſes diſtulerit, eo ipſo ſit ab officio depoſitus, & ad illud, cæteráque omnia ordinis eiuſdem officia triennio inhabilis cenſeatur, ſtatimque Præſidentes correctionem huiuſmodi aliis committere teneantur. Ad hæc volumus, & mandamus, vt apud dictum Monaſterium Ciſtercij conſtituatur, conſtitutúmve reſtituatur Archiuium, in quo Index ordine compoſitus omnium aliorum Monaſteriorum, Prioratuum, Eccleſiarum, & beneficiorum dicti ordinis in omni parte Orbis conſtitutorum, etiam in commendam obtentorum, vel vnitorum habeatur, & item diſtinctum cuiuſque inuentarium ſiue repertorium bonorum, proprietatum, rerum, iurium, & actionum omnium, necnon exemplum authenticum inſtrumentorum priuilegiorum, fundationum, donationum, literarum, auctoritatum & monimentorum quorumcunque conficiatur, confectumque fideliter aſſeruetur. Reuocamus, quoque, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia auctoritates, licentias, diſpenſationes, & indulta cuiuſque priuati rerum, & bonorum vſus proprietatis, poſſeſſionis, & Dominij omnibus cuiuſcunque gradus, & dignitatis Monachis dicti ordinis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & dictam Sedem, eiuſque Legatos ex quibuſcunque cauſis, etiam Motuproprio & ex certa ſcientia conceſſa, confirmata, & innouata, quibuſcunque concepta formulis, ac clauſulis, & decretis ſuffulta, quorum omnium tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac volumus illa omnia vires, & effectum de cætero non habere, quin etiam Viſitatores, & cæteros omnes qui in huiuſmodi proprietarios, ſeuerè non animaduerterint ad officia huiuſmodi, & alia ipſius ordinis miniſteria perpetuò inhabiles eſſe. Cæterum, vt vicina plebs egena pro Religionis conſuetudine, & inſtituto confoueri, ac cæteri piam, & fidelem rerum adminiſtrationem collaudare poſſint, eiſdem Commendatariis præcipimus, vt in ſuis Monaſteriis pauperes eleemoſynis pro modo facultatum proſequantur.

Monaſteria quæ graſſantur aduerſariorum furores debent ad loca vicina transferri.

Viſitationes quomodo fieri debeant.

Commendatarij hoſpitales ſint erga viſitatores.

Neceſſaria Monaſterio nõ ſunt deuoranda luxu & ſumptibus Commendatariorum.

Archiuium Monaſterij Ciſtercienſis.

Reuocatio indultorum habendi & retinendi beneficia.

Commendatarij Eleemoſynas largiantur.

Quia verò nihil æque diſſolutè, & indiſciplinate viuendi licentiam adfert, quàm impunitatis ſpes, eamque non ita pridem tam nonnulla eiuſdem ordinis Monaſteria,

Monaſteria, quàm illorum perſonæ ex eo nanciſci cœperint, quòd à ſententiis, & decretis per ipſius ordinis generalem, aut eius Vicarios in Prouinciis deputatos, contra ſe latis, ad noſtros, & dictæ Sedis Legatos, & Nuncios prouocando pœnas in ſe conſtitutas eludere ſatagunt, in antiquorum ſtatutorum, conſuetudinum, rituum, & priuilegiorum præfatorum præiudicium, & ipſius ordinis Superiorum contemptum: ideo ne abuſus, & incommoda huiuſmodi tractu temporis altius irrepant, prouidere volentes Motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus ſtatuimus, & ordinamus, ac diſtrictè præcipimus, & interdicimus, ne vlli omninò dictæ Sedis Legati, vel Nuncij appellationes à ſententiis, & decretis per Abbatem generalem, vel eius Vicarios, aut Superiores præfatos latis, vel promulgatis, vt præfertur, pro tempore interpoſitas, vllo modo recipiant, aut admittant, neque de illis cognoſcant, ſeu illarum, vel quocunque alio prætextu Monaſteria, Prioratus, aut alia loca eiuſdem ordinis viſitent, ſed quotieſcunque ad illos aliquid in Monachos, aut perſonas huiuſmodi animaduerſione dignum deferri contigerit, iuxta formam Commendatariis circa delicta Monachorum, & perſonarum earundem per nos, vt præfertur, præſcriptam: Vicarium ipſius ordinis in illa Prouincia inſtiturum monendum curent, qui delinquentes ſub pœna ſuperius ad id conſtituta exemplariter corrigere, & punire teneatur: Decernen. appellationes, prouocationes, aut quaſcunque alias reclamationes à Monachis, & perſonis huiuſmodi ad dictos Legatos, ſeu Nuncios, vel locorum ordinarios, vt præfertur, pro tempore interpoſitas, vel interponendas, ac proceſſus deſuper habitos, vel habendos, necnon inde ſecuta, vel ſequenda quæcunque nullius fore roboris, vel momenti, ac generalem Abbatem, & Vicarios necnon Superiores præfatos ad correctionem, & punitionem delinquentium Monachorum, & perſonarum ordinis huiuſmodi, appellationibus, prouocationibus, & reclamationibus huiuſmodi nequaquam obſtan. procedere poſſe, & debere: Præſentes quoque literas de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu quouis prætextu quæſitoue colore, vel ingenio nullatenus notari, argui, vel impugnari poſſe, neminémque vlla quauis de cauſa etiam iuſtiſſima impugnantem in iudicio, vel extra audiendum eſſe, nec illa ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium conceſſionum, gratiarúmque reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, ac Sedem prædictam, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum intuitu, & contemplatione, aut in eorum, vel etiam nullius fauorem ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, ac etiam vim contractus, aut legis, ſeu ſtatuti perpetui inducentibus decretis, & alias quomodolibet conceſſis, & conceden. ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis deſuper quomodolibet editis, & eden. aliquatenus comprehendi, neque illis aliquo vnquam tempore, etiam per ſedem præfatam derogari poſſe, nec derogatum cenſeri niſi de toto tenore, & Dat. præſentium expreſſa mentio habita, & derogatio, ſuſpenſio, reuocatio, limitatio, modificatio, aliáque præmiſſa de Ciſtercij, aliorúmque quatuor primorum nuncupatorum Abbatum prædictorum expreſſo conſenſu facta fuerint, & ſi aliter derogari, reuocari, ſuſpendi, limitari, aut emendari contigerit, huiuſmodi derogationem, reuocationem, ſuſpenſionem, limitationem, correctionem, & emendationem nullius eſſe roboris, vel momenti, & quoties illæ, vel illa emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtituta, & de nouo, etiam ſub quacunque. Dat. per ipſum Abbatem Monaſterij Ciſtercij pro tempore exiſten. eligen. conceſſa eſſe, & cenſeri. Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungen. etiam. S. R. E. Cardinales, aut cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudican. & interpretan. facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus omnibus noſtris, & dictæ Sedis Legatis, & Nunciis vbicunque exiſten. ac locorum ordinariis, necnon ordinis præfati conſeruatoribus ipſorúmque ſingulis per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præſentes literas & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte

Pœnæ & punitiones delinquẽtium Monachorum.

Appellationes omnes remouentur.

Irrita iudicia in contrarium lata.

 Abbatum,

Abbatum, Vicariorum, Viſitatorum, & aliorum præfatorum, ſeu alicuius eorum deſuper fuerint requiſiti ſolenniter publican. ipſiſq; efficacis defenſionis præſidio aſſiſten. faciant auctoritate noſtra Abbates, Vicarios, Viſitatores, & alios præfatos confirmatione, approbatione, adiectione, ſuppletione, conceſſione, ſtatuto, ordinatione, innouatione, præcepto, interdicto, reuocatione, abolitione, ac ſui generalis voluntatis mandatis, decretis noſtris, aliiſque præmiſſis pacificè frui, & gaudere, ac præſentes literas ac omnibus, quos illæ concernunt inuiolabiliter, & inconcuſsè obſeruari, non permittentes Abbates, Vicarios, Viſitatores, Superiores, ac alios præfatos deſuper contra earundem præſentium tenorem quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per præfatas, ac alias ſententias cen. & pœnas, aliáque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcen. ac legitimis ſuper his haben. ſeruatis proceſſibus ſententias, cen. & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtan. præmiſſis, & ſanctæ memoriæ Bonifacj Papæ VIII. pariter prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilio generali edita de duabus dietis, aliiſq; apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon quibuſlibet etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus, & decretis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis Legatis, Nunciis, & ordinariis præfatis, ac aliis quibuſuis perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, etiam Conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet conceſſis: & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum per clauſulas generales, idem importan. ſeu quæuis mentio alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret illorum veriores tenores, formas, Dat. & decreta in eis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, necnon omnibus illis, quę in literis Pij IIII. & Pij V. ac aliorum prædeceſſorum pręfatorum expreſſum fuit non obſtare, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Cęterum quia difficile foret eaſdem pręſentes ad diuerſa loca Prouinciáſque circumferre. Volumus & dicta auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis, ſeu exęplis, etiam formis impreſſis manu alicuius publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo Abbatis generalis, aut aliis Superioribus ordinis huiuſmodi munitis plena, & indubia, ac ea prorſus fides vbique etiam in iudicio adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die duodecimo Iunij, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Præſeruatiua clauſula.

Decretum irritans.

Executorum deputatio & facultates.

Clauſula derogatoria.

XLIX.

Monialium Ordinis Ciſtercien. à Superioritate & correctione Abbatum & Miniſtrorum eiuſdem ordinis Exemptio & ſubiectio earundem Iuriſdictioni Ordinariorum.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

VNIVERSI Dominici agriculturæ præpoſiti eam operam in frugiferis religioſorum omnium plantationibus domino excolendis, & cuſtodiendis, ita impendere debemus, vt minimè timendum ſit; conſitas plantas, vel ſuffocari, vel expectatos

ctatos ex eis prouentus differri, aut quomodolibet impediri. Quod ne Ciſtercienſium ordini, qui vniuerſali ſemper eccleſiæ, & ornamento fuit, & adiumento, ex diuerſarum Sanctimonialium gubernatione eueniat, ne ve ſpes vberioris fructus quæ in eorum vitæ tranquillitate, ſolitudine, & ſpiritualibus exercitationibus poſita eſſe debet, nos, atque ipſos fruſtretur, omni ſtudio cauere volentes: De traditæ nobis à Domino poteſtatis plenitudine omnia, & quæcunque Monaſteria, prioratus, loca, & Conuentus Monialium dicti Ordinis omnium prouinciarum, & locorum Italiæ, etiam recens reformata, & reſtituta, vniuerſaque, & ſingulas Abbatiſſas & alias præſidentes, ac Moniales profeſſas, Nouitias, & Conuerſas prædicti, & quorumcunque aliorum ordinum, necnon eccleſias, capellas, bona, & iura quæcunque earum ſpiritualia, & temporalia ab omni ſuperioritate, viſitatione, correctione, & quacunque alia ſubiectione, dominio, & poteſtate patris, & aliorum Abbatum, Diffinitorum, præſidentium, Monachorum, & aliorum Miniſtrorum dicti ordinis Ciſtercienſium, eiuſque congregationum omnium perpetuò eximimus, & liberamus; Eaque omnia Epiſcopis, Archiepiſcopis, primatibus, vel Patriarchis ſuæ quodque Ciuitatis, vel diœceſis, aut ſi nullius ſint, vicinioribus, eorúmque curæ, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni omninò ſubiicimus, quibus ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, vt hoc munus quamprimum ſuſcipiant, omnique ſtudio, & vigilantia in eo ſe exercere procurent. Abbatibus verò, ac Diffinitoribus, Monachis, & aliis prædictis vniuerſis, & ſingulis præcipimus atque interdicimus, ne poſt hac in vllo prædictorum, vel etiam in ordinatione Confeſſariorum, aut alias ſe ſe interponere, vel mutua inter ſe colloquia protinus, vel per interpoſitas perſonas, aut ſcripta habere, vel mittere audeant. Decernentes irritum, & inane quicquid ſecus contra præmiſſa per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus ſi quiſquam contrafecerit, aut obedire neglexerit, eum excommunicationis ſententia ipſo facto innodamus à qua Romano Pontifice (excepto mortis articulo) abſolutionis beneficiũ nequeat obtinere. Non obſtantibus, ordinationibus apoſtolicis, ac monaſteriorum, ordinum, & congregationum huiuſmodi iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis, illis, nec non patri, & aliis Abbatibus, Diffinitoribus, Monachis, & perſonis prædictis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem apoſtolicam, etiam per modum generalis legis, & ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ſeu quaſi, & alias ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis quomodolibet, ac quotieſcunque conceſſis, confirmatis, & ſæpius innouatis, quibus omnibus eorum tenores, ac ſi ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis habentes ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque. aut ſi Abbatibus, & cæteris, prædictis, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim ab Apoſt. ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam ac de verbo ad verbum expreſſã de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus inſuper vt præſentium exemplis, etiã impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Quinto decimo. Kal. Martij, Pontificatus Noſtri Anno Octauo,

Ordo Ciſtercienſis Eccleſiæ Chriſti vtiliſſimus.

Inane declaratur & irritum quicquid contra hanc conſtitutionem attentatur.

Piaculum admiſſum crederem ſi oblata Ciſtercienſis ordinis conſtitutione, quæ huc ſe ſatere videntur non apponeremus, multum enim addetur commodi hiſce noſtris lucubrationibus ſi talis floſculis ornatus incedat ſermo. Exordiar ergo ab inſtitutione ſacræ huius congregationis Ciſtercienſis, dicam illius incrementa, fructus, ortus & triſtes occaſus, id eſt, prioris nitoris & vitæ inſtituti in laxiorem & liberiorem tum, opulentiorem viuendi conſuetudinem emigrationes. Ordinis initia partim ex antiquis chronographiis, partim ex his quæ audiui à Reuerendo virtutum & natalium ſplendore illuſtri D. GVILLIELMO DE MANDRE

MANDRE Theulenſi Abbati digniſsimo & Abbatis Ciſtercienſis per Burgundiam inferiorem Vicario æquiſsimo in quo vno conflatum eſt quicquid in cæteris Abbatibus huius ordinis eximium eſt & ſingulare. Auſpicia ergo venerandi huius inſtituti ceperunt circa annum Domini 1098. ſub quodam Stephano Abbate. Quidam enim pietate & doctrina præclari Hugoni Ludunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi Apoſt. ſedis Legati ſimúlque VValtheri Cabilonenſis Epiſcopi necnon & clariſsimi Principis Othonis Burgundiæ Ducis conſilio inuentum eremum in Abbatiam conſtruere cœperunt, cui Robertus, annuente & electionem approbante Epiſcopo Cabilonenſi præſiceretur. Et cùm idem Robertus eſſet monachus monaſterij Moliſmenſis, ordinis S. Benedicti, repetitur ab illius loci monachis: iuſsúque Vrbani 2. reſtituitur, nihilominus poſtea dum Moliſmenſe monaſterium multis ditaretur poſſeſsionibus, præfatus Robertus & nonnulli alij elegerũt potiùs cœleſtibus occupari, quàm terrenis inhiare negociis. Viginti mox & vnus monachi, vnà cum patre ipſius monaſterij Roberto egreſsi, communi conſilio Ciſtercium veniunt, in locum vaſtæ ſolitudinis. Ac deinde anno 1107. facta eſt charta quædam charitatis à Stephano abbate & 20. alijs abbatibus atque auctoritate apoſtolica confirmata, ab illo tempore reiecerunt faſtum floccos & pellicea, ſtamina, & capitia, femoralia, coopertoria & ſtramenta lectorum, ac diuerſa ciborum in refectorio fercula: ſanguinem quoque ac omnia quæ puritati regulæ videbantur contraria, abdicauerunt etiam Eccleſiarũ redditus, oblationes, decimas & ſepulturas, & cætera illa omnia quæ vel pinguiorem abundantiam, vel copioſiorem luxum adferebant, hæc aduerſabantur ſiquidem D. Benedicti Patriarchæ inſtituto & regulæ. Decimarum diuiſionem à priſcis à patribus edoctam obſeruabant, nec ignorabant decimas eſſe tributa egentium animarum. Dantur enim decimæ clericis non ſolum vt ſe ipſos paſcant, ſed etiam quia ſunt patres ſpirituales ad quorum officium pertinet non ſolùm verbis, ſed etiam factis omnem humanitatem exhibere pauperibus, afflictis & miſeris hominibus. Ideóque non tantum propter ſe, ſed etiam propter pauperes vt in eis Chriſtum cibent, potent, veſtiant, viſitent: ſuſcipiant, decimas ſibi dari agnoſcant.

Hunc ordinem S. Bernardus poſtea anno Domini 1112. annos natus circiter 22. cum ſociis ampliùs quàm 30. ingreſſus eſt. Deinde abbas loci, fratres ad ædificandum domum Claræ vallis miſit, & eiſdem Bernardum abbatem præfecit. Hic Bernardus in vita fundauit 100. & 60. monaſteria ordinis ſui, illuſtrauítque eccleſiam ſanctitate vitæ, ſuauitate doctrinæ, & gloria miraculorum obiit anno 1153. anno ætatis ſuæ 63. Hæc fuerunt initia ſacri huius ordinis quæ pantaſim exciderunt.

Monachatus gloria & commendatio quanta olim quámque excellens priſcis patribus fuerit exemplo patent tot ampliſsima monaſteria tot inſignes domus Monachiſmi aſſeclis dicatæ & deuotæ. Aſt quamuis illis optimis monachis noſtri multum ſint diſsimiles hæreticorum iudicio, eius tamen laus inde non infuſcatur, imò altius ſplendeſcit. Hoc vnum tamen è diametro pugnans ineſſe intueor quod priſci illi inuiti è monaſterio ad dignitates & infuſas traherentur, noſtri vero tantopere illa ambiant. Certè B. Auguſtinus Serm. I. de communi vita clericorum affirmat ſe monachum non Epiſcopum eſſe voluiſſe, & ideo nunquam iuiſſe ad loca, quæ Epiſcopo carebant, ne fortè ibi Epiſcopus eſſe cogeretur. Chriſoſtomus & Baſilius quam vehementer fugerint epiſcopatum. vt perpetuò in monaſterio viuerent, ex libro Chryſoſtomi de ſacerdotio facilè poteſt intelligi. Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium contra Ioannem Hieroſolymæ Epiſcopum: aſſerit ſe inuitum à Paulino Epiſcopo presbyterum eſſe creatum, cùm non presbyter, ſed monachus tantùm eſſe decreuiſſet. Gregorius Maximus in epiſtola ad Leandrum, quæ habetur initio moralium, miſerabiliter deplorat caſum ſuum, quòd cùm elegiſſet perpetuò viuere in monaſterio, tamen compulſus fuiſset Pontificatum ſuſcipere.

Iſta tamen non eo tendunt, vt contendere velim immeritos ad ſacra eccleſiæ eligi inter Monaſteriorum alumnos, ex his enim ampliſsimè locupletatur Chriſti ærarium, eorúmque opera tot támque celebres videmus fructus in eccleſia ſoboleſcere, ſed conquerimur potius quod monachatus diſciplina variis in locis collapſa ſit. Quid ſanctius & venerandum magis extitit Patribus ipſis Cluniacenſis, & Ciſtercienſis ordinis congregationum, aſt hodie quid magis luxu perditum, quid magis opum copia corruptum? Ex D. Benedicti diſcipulis 24. extiterunt Ro. Pontifices, ducenti ferè Cardinales, Archiepiſcopi in diuerſis eccleſiis mille ſexcenti Epiſcopi 4000. Abbates eruditione & ſcriptis celebres 15700. vt referunt Thritemius & Sabell. Ennead. 8. lib. 2. ex D. Bernardi alumnis antiqua Concilia ſummum ſplendorem habuerunt eccleſiam illuſtrarunt, & Pontificiam ſedem egregiè coluerunt. Inferior iam multo numerus

numerus Non ſoleo in ſacros Deo dicatos cœtus ſtringere calamum, ſed Chriſti pietas facit quod modeſtia prohibet. Multis quiritantibus deplorati huius morbi cauſas intemperantiam mali fomitem adferre non vereor. Quis enim neſcit illam & animorum & corporum peſtem eſſe, & atroces clades Monachatui attuliſſe.

Quis neſcit incontinentiam, luxum, otium, ingluuiem, huius excidij ſumma fuiſſe initiamenta. Non ignoro hanc meam orationem diſplicituram nonnullis qui monachi veſtimento & cuculla tenus ſunt, quique ſimulant potius quam ſeruant regulæ religionem. Vt enim in coporibus bene habita firma & ſana non refugiunt acceſsionem & compreſsionem, vlceroſa verò infecta & putrida horrent ad omnem contactum, ita ſe res habet in animis male enim ſibi conſcij ad primam contrectationem exclamant illud antiquum Noli me tangere, Noli me tangere: ſed ſinceri gaudent. Phreneticorum enim eſt medelam ingeſtam execrari, nec niſi reprobatorum vocem incantantium fugere. Intemperantiam autem & luxum vt morborum corporis officinas, ſic huius grauiſsimi ſymptomatis cauſam non infimam cenſeo. Quamprimum enim veterum diſciplina & moderatio exploſa eſt à monaſticæ inſtituto tunc omnis colluuies vitiorum erumpere cœpit. Dicam itaque vt hoc ſcholium penitus abſolutum ſit quid ſenſerint priſci ſapientes de temperantia & quantus quiſque ab illius præceptis diſceſſerit. Temperantia ſeu moderatio (vt voabula confundam) virtus non minus ac iuſtitia, prudentia, & fortitudo pietatis ſtudioſo neceſſaria. Hæc etenim eſt, quæ fortitudinem perpetuò debet comitari, vt ſine qua fortitudo facilè ſatis tranſit in vitium. Nam & honeſtatis alumna & delectationum moderatrix eſt, earum maximè quæ ſe circa potum, cibum, & luxum habent, vel ideo quia omnis illius facultas & vis in frenandis libidinibus eſt ſita, neque ſolum procurat vt ab illicitis & obſcenis abſtineamus, verùm vt etiam licitis & honeſtis vt quantum & verecundus patierit quantum & dilectus patietur. Virtus eius eſt placidis abſtinuiſſe bonis. Et quidem non rarò (quo ſe habet mundi huius calamitas) obiecto mouemur, vt forma corporis, rerum nitore, opulentia, præſtantia, in quo fit vt tota (quod fertur) via permultum aberremus, quoties in affectum cum ratione non conuenientem, & in libidinem tum mentis, tum corporis delabimur. Subſequuntur tandem affectus proprij, qui ex viſu, auditu, tactu, cæteriſque ſenſibus minus ſanctè ſuaducunt beneficia, quæ certè omnia, cum hac vnica poſsint virtute reprimi. niſi cohibeantur & quidem primis ab annis, mirabilem poſtremo cladem dabunt. Expedit igitur vt quiſquis virtutis ſtudioſus futurus eſt, tales animi peſtes arceat, abigat, fugiat, partim quod plurimum fructus ad contrahendam conſtruendámque inter homines ſocietatem inde proueniat, partim quod & ingens inde conſequatur animo tranquillitas. Quod ſi nos ad id nihil aliud concitaret, quam rationis vſus quo diſtinguntur à brutis, non tamen adhuc deſunt maiorum præcepta quæ nos adhuc magnopere commouerent, vt eſt ſalubre Pſalmograpi conſilium quod his verbis ſequitur Pſal. 118. Auerte (inquit) oculos tuos ne videant vanitatem, Pytagoras etiam philoſopus ille magni nominis qui ab animo inſcitiam à venere libidinem à ciuitate ſeditionem & à cunctis rebus intemperantiam remittendam eſſe cenſuit, idem Anacharſis dicebat lingua ventre pudendis abſtinendũ eſſe, vt ne quis laſciuiens ſermone ſit vt vita mollis.

Et Philolaus commonebat diſcendum eſſe imperare ventri primum iræ & luxui, vnde clariſsimè conſtat à quolibet virtutis ſtudioſo reiiciendos eſſe primos illos affectus, qui cum ratione militant, quos niſi tam diligenter tam mature, vel à principio & pro minimè magna ferè ſemper (vt prædiximus) ſit non animi tantùm, ſed etiam corporis iactura, Amici quidem qua quiſquis vitam non temperate ducit is certiſsime vim ſibi ipſi infert, & cum ipſa vi dedecus longè turpiſsimum Quid eſt (Deus bone) turpius, quid ve miſerius, aut dici poteſt, aut excogitari, atque ſi domino famulus imperet, & is obediat, cuius intereſt præcipere: ille denique vincatur, cui debet adſcribi victoria? Poteſtne quæſo? quid quam infœlicius, ineptius vel miſerius iudicari, perinde quaſi plumbum ſtanno aut ſtannum, argẽto, argentúm ve nobilius auro credendum ſit, Præpoſterè id quidem nec ſine metallorum diſcrimine fieret. Quod ſi nos æqua ratione conferamus animum cum corpore, non longo valde interuallo diſtabimus, quin concedamus certum eſſe animum, cùm propter originis ſuæ præſtantiam, tum propter creationis cauſſam multis numeris excellere, & propterea corporis affectibus imperare debere, eámque ob rem non abſurdum futurum, ſi nos attentius reſpiciendo animum noſtrũ regamus vt Horatius ſuadet ne ille ſub impetibus ab æquitate diſſonis & ſe & forſan corpus cui obediuerit perpetuis inferorum cruciatibus ſubiiciat, adhæc mirabilis corpori adhuc animæ coniuncto calamitas accidit, ideò tantùm quod regendũ regere voluerit idémque ſuis adpetitionibus

titionibus quæ contra ſpiritum militant, quàm congrua lege moderari maluerit, nec ſuo ſeipſum motu ab his diſtrahere quæ bonis moribus iuxtà & legibus ſciebat aduerſari. Idcirco (ni fallor) aiebat D.Paulus, Habeo (inquit) in membris meis legem repugnantem legi mentis meæ. Pluribus agerem ſi cuncta vellem perſequi quot ad hoc faciunt, ſed nec tempore locus eſſet. Itaque de vniuerſa corporis infortuniorum ſuopellectile, ſolùm quod ſequitur communicabo. Cùm corpus Græcè σῶμα aliud nihil ſit quam pondus terreum, vt Geneſ. primo hominem de limo formatum fuiſſe legitur, nihil niſi terreni graue & corruptum deſiderat, quæ ſpiritualia ſunt, & odit & negligit, quódque peius eſt ſuo pondere quantum poteſt animam omni variorum genere contaminatam reddere conatur, vt eam poſtremò ſecum detrudat in infimum ſuppliciorum omnium Labyrinthum, & quod nec ſilentio commodè prætereundum duxerim corpori Sybaritarum menſis aſſuefacto immoderatóque victus luxu ſaginato, tumq; Epicureis iam conuenienti, in quo ſummam voluptatem dolorum omnium ablationem crediderunt vitæ primum breuitas comparatur, morborum ilias, cæteráque id genus incommoda qua crapulam paſſu non ambiguo comitantur & quibus in vniuerſum ſobrietas perpetuò caret. Sic præſtat, vt qui valent animo, quique rectè ſapiunt, quaſi cum Deo tum opt. tum max. magna ex parte concordes: qui & idem ipſe totius æquitatis & honeſtatis author eſt non tantum corpori tribuant minus iterùm quam animo, vt ſe quotidie homines eſſe recordabuntur ad quid etiam nati ſint teneant, & ea præſtent, in quibus homo à cunctis animantibus differt. Quaquidem in parte vt laborare quiſque debeat magis verò parentes nutrices, præceptores, pædagogos; quorum cura eo dirigenda eſt, vt nihil vel factu vel dictu ſordidum, vel his qui tunc aluntur, vel his qui ſuccedent in malæ tranſeat ſuſpicionis viuendi maculam. Quod niſi facerent plus illis vitij, adſcribendum puto, quàm illis qui inde prauum vitæ modum cœperunt, nimirum vt res loquitur, anima pueri, in principio ſic eſt tanquam tabula raſa in qua nil depictum eſt, ídque Iuuenalis non trepidè docuit his verſibus:

Nil dictu fœdum viſúque hæc limina tangat
Intra quæ puer eſt, procul hinc procul inde puellæ,
Lenonum & cantus pernoctantis paraſiti:
ma debetur puero reuerentia ſi quid
Maxie paras nec tu pueri contempſeris annos,
Turpeccaturo obſiſtat tibi paruulus infans:
Sed pHucuſque Iuuenalis.

Cæterum vt inſtitutum proſequar ſi virtutem hanc cum ampliſſimo illius decore, penitius reſpicere curabimus, comperietur ſanè tribus eam fulcris ſuſtineri, quod & euidentius apparebit vbi conuertemus ſermonem noſtrum ad præcipuas corporis delectationes quibus in hanc peccatur, vel enim ex cibo delectationem capimus, lautiores dapes nec paru S parabiles appetendo, neque tantum auidè, immodico, turpiter, ſed etiam quod faciebat Xenophilus ille, qui ſibi collum gruis exoptabat Apicius quoque nobilis ille ſed guloſus Romanus longiorem & prope brutalem voluptatem ex his capiendo aduerſus quas delectationes & ea quæ inde trahuntur conducit nempe virtus quæ primo loco temperamus ab alienis, abſtinētia, & noſtris rectè vtimur, cui opponitur rapacitas & extorſionis & guloſitatis mater, quam non multo prope negotio vitabimus.

Dum præter cætera eorum quorum deus vt ſic dicam venter eſt miſerias notabimus, & ex his firmiſſimum in nobis quod fugiamus exemplum conſtituemus. Etenim quis neſcit plures nimio cibo quam gladio mortem oppetere, aut quis ignorat (quod iam prædixi) crapulam ipſam quamplurimis impurè viuendi capulum miniſtraſſe, quemadmodum nec adeò difficulter, ex adipe prodit iniquitas, accedit, quòd victus intemperies, intelligendi vim ſuffocat, mentem deprimit, memoriam eneruat, & innumera parat vitæ humanæ diſcrimina.

Secundo pariter loco, aduerſus delectationes ex potu prouenientes aderit nobis ſobrietas quæ ſtrenuè non minus opitulabitur dabitque ſuppetias atque memoria diligentiſſima quod Anacharſis ſolébat ebriorum & motus & ineptias contemplabimur, quódque nec inde naſcantur rixæ contumeliæ, contentiones, homicidia nec alteram ferè ob cauſam id eueniat quàm quia ipſe animus vino madens, tum rationis expers & quod Græcis eſt ἄλογος, tum & ab omni remotus certè ſe egredi facultate quid agat quàmlongeſſimè neſcit ita vt modo huc modo illuc indifferenter rapiatur, quod & his ipſe Iuuenalis notare verſibus videtur, quod enim Venus ebria curat. Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit, ideo Romanorum vxoribus vinū quondam interdictum fuerat, & pœna mortis cautum ne biberent, vt apud Va-

lerium

lerium maximum legimus de quinto Metello qui vxorem ſuam propterea quod vinum bibiſſet fuſte percuſſit, occiditque quod quidem factum & accuſatione caruit & animaduerſione. Sed quid ita Romanis viſum eſſet argumēto eſt clariſſimo quod eſt, ne vini guſtu decepta pronius laberentur in libidinem, vt lubricus eſt ſatis à Libero patre ad Venerē aditus, ſine bacoho medius fidius & Derere friget Venus, quod & Valerius maximus ſentit, inquiens, quæcumque mulier vini vſum immoderati appetit ianuam vitiis aperit & oſtium claudit virtutibus. Porrò delectationes ex venere prodeuntes moderatur caſtitas, vel ſi magis placet continentia, Græcè ἐγκράτεια cui contrariatur ἀκρασία Latinæ incontinentia. Nā, temperantia ſe ad omniū affectionē extendit tanquā has tres ſub ſe filias complectatur. Abſtinentiam videlicet ſobrietatem & continentiā de quibus tā vt potuimus ſcripſimus, Eſt nihilominus hæc omnium nouiſſima cuilibet Pio & probo perinde conducibilis perinde etiā neceſſaria atque duo quæ præcedunt velut ipſius ſorores, ex quibus tamen ſuam ritè originē nanciſcitur, quod niſi antea cauſis abinde ſufficientibus cōmonſtraſſem vterer raciocinatione forſan ampliore ſufficiet igitur ſi propoſiti huius finem faciendo, concludam antequam ad alia conuolem valdè congruum virtutum ſtudioſis fore, ſi voluptatum delectum habebunt, iiſdémque vtantur quantum veneno ſobriè & maximè venuſini vatis conſilio quo inquit, ſperne voluptates nocet empta dolore voluptas. nimirum tria conſtituuntur voluptatum genera, Vnum quod naturale ſimul & neceſſarium. Alterum quod naturale non neceſſarium. Tertium quod neutraliter ſe habet, vt neque naturale ſit, neque neceſſarium, vt ſunt voluptates ex flagitiis fœnoribus ludis inter dictis deſumpta, quis magis contra naturam pugnant quàm concordent. Sed voluptates (vt ſummatim dicam) rarior vſus commendet, vt iterum dicam) vtamur quatenus & honeſtum eſt, & rationi conſonum, nam ſordidi, lucriones, gaſtrimargi, amici paraſiti, ſcurræ, lenones cum cæteris generis eiuſdem non hominibus, ſed pecoribus qui toto ſemper impetu pecorum more trahuntur ad eas voluptates, quæ tum Deo tum hominibus inhoneſtè ſunt nepharij, hic minus quidem contraxerunt cum virtute affinitatem. Nec certè video quid ita tantùm nobis imponamus, vt vel cæcutiamus, vel prorſus nihil conſpiciamus, circa modum & in victu & in cultu corporis tenendum, vt nobis minus placeat in luxu peccare, quâm honeſtè frugaliterque viuendo, mentis primum deinde corporis ſaluti conſulere denique propter exilium & cito perituras mundi eius illecebras, Deum opt. max. deſerendo nos miſerrimis cacodæmonū mancipiis adducere. Generalis hæc de temperantia diſputatio omnis conuenientiſſima erit. At non opus eſt, nec iuuat recenſere quantas & quam grauiſſimas clades, Oeconomia Catholica familiæ Chriſti exceperit, quamprimū miniſtri eius liberiùs congerendis voluptatum & illecebrarum cumulis, & curandæ cuticulæ impenſius operam dederunt. Vbi deſiit priſca illa & veſtitus & victus, & rerum omnium moderatio illicò & omnia quæ verum religionis auitæ nitorem ſpirabant exciderunt. O peſſimam ferream imò chalibeam & ſiliceam ætatem quæ tam turpiter degenerauit à maiorum gloria. Sed Chriſtus qui cumulatiſſimis gratiarum theſauris in domo qua operatur, inter tam confuſam vitiorum multitudinem homines excitat, qui vitæ præclaro ſydere fulgentes collapſa & lacera mœnia reſtituant & reſarciant: Sic & hoc ſæculo tanti támque præclari & moribus & pietate & eruditione percelebres patrum inſtituta temporum & ſathanæ peruicacia neglecta illuſtrarunt. Sic & nouiſſimè ſummo totius Galliæ applauſu regiſq; chriſtianiſſimi voluptate Lutetiæ viſus eſt Abbas cœnobij cuiuſdam in Agro Tectoſagenſi ſtupendæ auſteritatis qui conciſis mundi oblectamentis regulam ordinis Ciſtercienſis purioris & ſanctioris prolis fœtu ſuperædificauit.

Non humanarum eſſe virium exiſtimo tam ſeuerum & arduum vitæ inſtitutum quod facilius probamus quā imitamur inſequi. Quid enim corporis habitui & compagi grauius quā aperto capite, nudis pedibus incedere hir ſuta toga indui, & quod longe difficilius eſt à vino à carnibus, ab ouis, à lacticiniis; à piſcibus abſtinere. Solis leguminibus & oleribus nullo ſale conditis victitare? Quid hac viuendi regula durius quid fœlicius excogitari poſſit. Dicas profectô hos beatos viros nihil quidquam cedere in rigidiſſima hac vitæ conſuetudine priſcis illis & longo ieiunio ſquallidis Aegypti Anachoretis. Quis putaſſet in hoc turbulentorum hominum ſæculo, in his afflictis Galliæ rebus tantum monaſticæ profeſſionis decus renaſciturum? Fœlix regis chriſtianiſſimi ætas, cuius auguſta non fucata nec Phariſaica, aut Machiauellica pietas, tantos pietatis fructus promouet, & vegetiores quotidie facit. Venentur ambiant, alij reges, ampliſſimas multorum cæde regiones Rex inclitus regiam ſuam omnibus pietatis exercitiis & legibus illuſtrat, cui volupe eſt habitare cum iis qui ſpretis omnibus ſeſe dederunt Chriſto. Quot ampliſſima monaſteria tum Pariſiis tum in agro Pariſienſi extruxit, vt beatis

religioſo-

religioſorum coloniis regnum locupletaretur. Chriſtianiſſimi regis in aula pietatem edoctus Illuſtriſſimus Comes du Bouchage, regiæ vt Chriſti regiam ſequeretur ſumpto vili & inculto Capuccinorum Patrum mantello non ſine ſtupenda omnium Galliæ ordinum admiratione valedixit. Intellexit iuuenis egregius hanc ſuipſius & ſuorum abdicationem conſilio Chriſti ſummopere iis qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt neceſſariam eſſe. Id quoque non latuit doctiſſimos & probiſſimos quoſcunque viros qui Abbatis Feuillentij inſtitutum & reparatam D. Bernardi regulam alacriter amplexi ſunt. Cum has rerum commutationes intueor, quod ſæpius fit, impenſius ſuſpicio Chriſti ſaluatoris dictum vende & vade omnia quæ habes, iſtóſque patres appellare ſoleo poſt Plinium lib. 5. hiſtoriæ naturalis, cap. 7. miram gentem ſine venere, & ſine vlla pecunia, nihil habentem & omnia poſſidentem. elegãs hic occurrit ſententia Nilli Chriſoſtomi diſcipuli in libro erudiriſſimo, περὶ ἀκτημοσύνης ſiue de nihil poſſidendo inſcripto, ad magnam diaconiſſam Ancyranam, Æquè inquit, pulchritudo formæ, & opes appetuntur, & vtriuſque horum illecebris non irretiti, fortis animi eſt. ſed qui propoſitum nihil poſſidendi ſuſceperunt, maiore adhuc admiratione digni ſunt, quippe quos æſtimatio diuitiarum non traxit neque mentem vanis curis alligare voluerunt. Nam cùm cætera alia ſenſui iucunda facilè homines inuitent & fallant, multò etiam magis diuitiæ hoc faciunt, quod ad voluptates, & honores magnoperè ſint accomadatæ: & quod inſipientes longa conſuetudo dicuit, eos ducere beatos, qui ſunt opulenti, tum propter gloriam & ſplendorem eorum., tum propter voluptates, quibus fruuntur. Deinde ſubiungit: excellentes itaque exiſtimandi ſunt, qui tanquam in paleſtra cogitationes illas vicerunt, quæ mentem compellunt ad aſſentiendum opinioni populari de opibus amplectendis quaſi veris bonis & non relinquendis illis bonis, quæ omnium ſententiæ magnæ æſtimationis eſſe videantur.

Huius ordinis patres praxim vitæ contemplatiuæ actu indefeſſo exercent, vt reliqui in actiua deſudant. Qua in re ſolent diſcriminari operarij qui in vinea domini ſtrenuè laborant, aliqui enim ordines ad contemplatiuam tantùm, & alij ad actiuam & contemplatiuam ſimul inſtituti ſunt. Vitam contemplatiuam agere aliud nihil eſt, quàm in propriæ animæ ſalutem incumbere, licet etiam hoc modo poſſit aliquis prodeſſe aliis, ſi dum orat, eorum memor ſit. Vitæ contemplatiuæ & actiuæ ſimul vacare, eſt, non ſolum animæ ſuæ, ſed etiam proximorum ſalutis curam gerere, non tam oratione, quàm etiam ipſo opere, quippe concionando, conſulendo, monendo, cohortando, ægrotos viſitando, & animando, confeſſiones audiendo, & alia ſimilia opera pia exercendo, non tantum ad conſeruandos Chriſtifideles in Eccleſiæ vnitate & vitæ chriſtianæ debita perfectione, verùm etiam ad conuertendos infideles & hæreticos ab erroribus, ad veritatis agnitionem, ac peccatores ad pœnitentiam reducendos. Religioſorum ordines contemplatiuam vitam ſolùm profitentes ſunt Carthuſiani, omnes qui regulam D. Benedicti profitentur, quacumque habitus & conſtitutionum varietate vtantur. Præmonſtratenſes, Eremitæ S. Hieronymi, Fratres S. Pauli primi Eremitæ, & alij nonnulli, quos hic ſigillàtim commemorare ſuperuacaneum ducimus, cùm ex inſtitutis illorum res per ſe ſatis innoteſcat. Contemplatiuam autem & actiuam ſimul complexi ſunt in primis omnes mendicantium ordines, quorum fundatio & inſtitutio eò tendit, vt & ſuæ & proximorum ſaluti quibuſcunque poſſunt honeſtis modis & licitis diligenter conſulant, quos deinde ſecuti ſunt alij religioſi, veluti Canonici regulares Lateranenſes: & ſancti ſaluatoris, vulgò Scopetini, item congregationes Theatinorum, Paulinorum, ſeu Barnabinorum, & Societatis Ieſu, quæ circa proximorum ædificationem & ſaluationem plurimum eſt occupata, nec non multi alij, quorum nomina exprimere non iudicauimus neceſſarium.

Sperabamus hic explicatiùs reformati huius inſtituti ſingulos canones adferre, ſed tabellariorum incuria id non accepimus quod à Reuerendo Abbate & totius illius congregationis Antiſtite primario miſſum fuerat. Eius loco conſtitutionem Pij IIII. à propoſito non alienam ſubiicimus in gratiam priuilegiorum Ciſtercienſis ordinis.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In eminenti dignitatis Apoſtolicæ ſpecula meritis licet imparibus diuina diſpoſitione vocati, ad ea libenter intendimus per quæ ſinguli Religionum Ordines, abuſibus, & incommodis quæ in eos tractu temporis diuerſimodè irrepſerunt eliminatis, non ſolum antiquis ſuis prærogatiuis, & dignitati reſtituantur, ſed etiam regularia eorum inſtituta ad Diuinæ maieſtatis laudem, & gloriam in poſterum ſtabiliantur. Et vt id votiuè ſuccedat, his quæ per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros prudenter conceſſa ordinatáque fuerunt vt firma perpetuò, & illibata perſiſtant, libenter cum

ter cum à nobis petitur Apoſtolici roboris firmitatem adiicimus, illáque nonnunquam innouamus, & ampliamus, ac alias ſuper his diſponimus, prout perſonarum temporúmque conditione penſata conſpicimus in domino ſalubriter expedire. Sane exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Ludouici Abbatis monaſterij Ciſtercij Cabilonen. diœc. petitio continebat, quod licet ordo Ciſtercien. in ſumma puritatis, & deuotionis perfectione per multa retroactarum annorum ſæcula, ac tandiu exemplari religioſorum ſuorum vita atque ſanctimonia non ſolum in Regno Franciæ vbi ſupremum eius caput videlicet Ciſtercij prædictum cum aliis quatuor illius præcipuis nempe Firmitatis, Pontiniaci, Clareuallis & Morimundi Cabilon. prędictæ ac Antiſſiodorenſis Ligonen. diœc. reſpectiuè monaſteriis quæ filiæ Ciſtercij nuncupantur, ſed etiam per alia fere vniuerſa Chriſtiani orbis climata cum bonæ famæ, & virtutum odore, eximióque religionis decore ad ædificationem militantis Eccleſiæ, quandiu iuxtà Sanctorum Patrum inſtitutiones & regularia illius inſtituta præfatis aliíſque Monaſteriis de Monachorum dicti ordinis perſonis prouiſum, eiúſque laudabilia ſtatuta ritus conſuetudines, & priuilegia firmiter obſeruata fuerunt, domino cooperante floruerit, nihilominus à pluribus annis citra, prę ſertim poſtquam pleráque monaſteriorum, & prioratuum ſuorum aliis quam dicti ordinis perſonis commendari à ſuperioris obedientia per exemptionum vnionem aliáſque diuerſas vias tanquam membra à ſuo corpore diuelli, abſtrahi, & diſmembrari cœperunt, ſpecioſo illo regularis diſciplinæ candore paulatim offuſcato, vniuerſus ordinis ſtatus in miſerabilem, diſperſionem, & deſolationem prolapſus eſt. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat tantis huius olim Deo mortalibúſque gratiæ religionis incommodis aliter quam per antiquorum ſtatutorum conſuetudinum rituum, & priuilegiorum prædictorum vndique conuulſorum, & diuerſimode oppreſſorum reſtitutionem mederi non poſſe videatur, pro parte eiuſdem Ludouici Abbatis aſſerentes ſe Romam his periculoſis temporibus opis ſuper hocà nobis implorandæ gratia perſonaliter acceſſiſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus afflictis eiuſdem ordinis rebus ſuccurrentes, exemptiones ab ipſius Ordinis Superioribus per eius perſonas aliáque priuilegia contra illum per quoſuis ab Apoſtolica ſede obtenta moderari, ac præfatis ſtatutis, conſuetudinibus, ritibus, & priuilegiis pro illorum firmiori ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, illáque innouare, ac alias in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui ordinis prædicti nobis, & dictæ Sedi in primis deuoti, decus, & integritatem ſuique priſtini candoris reſtitutione ſincero deſideramus affectu, ipſum Ludouicum Abbatem à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, necnon omnium, & ſingulorum infraſcriptorum immunitatum libertatum exemptionum, indulgentiarum etiam plenariarum, conſeruatoriarum facultatum, ordinationum, ſtatutorum, priuilegiorum, indultorum, & aliarum gratiarum, ac literarum deſuper expeditarum tenorés pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnes, & ſingulas ab Abbate Monaſterij Ciſtercij aliiſque Superioribus, & Capituló generali ordinis huiuſmodi eiúſque deputatis immunitates, libertates, & exemptiones, quibuſuis tam virorum quam Sanctæ Catharinæ Caietan. & Sanctæ Mariæ de Cœleſtia nuncupatæ Venetiarum aliiſque Monialium Monaſteriis, ac prioratibus, & aliis regularibus locis dicti ordinis, ac dilectis filiis Abbatibus, & prioribus dilectiſque in Chriſto filiabus Abbatiſſis, & Prioriſſis, necnon Conuentibus Capitulis, & perſonis eorundem tam in Gallia, Italia, Hiſpania, Portugallia, Anglia, & Scotia, quam alibi vbilibet conſiſtentibus, ita quod immunitatibus libertatibus, & exemptionibus huiuſmodi non obſtantibus pro tempore exiſtentes Abbas generalis nuncupatus, & alij Superiores dicti ordinis eorúmque Vicarij, iuxta ipſius ordinis inſtituta, monaſteria prioratus, & loca prædicta, ac illorum perſonas tam in capitibus quam in membris viſitare liberè, & licitè valeant; Ac quæcunque priuilegia, & indulta Apoſtolica viſitandi monaſteria tam virorum quam mulie-

rum ordinis huiuſmodi quibuſuis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Achiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis Abbatibus, & aliis, quam generali Ciſtercien. prædicto, ac aliis quatuor Primis nuncupatis quatuor Monaſteriorum filiorum Ciſtercij nuncupatorum prædictorum Abbatibus, cæteriſque ſuperioribus eiuſdem ordinis ad id ab ipſo generali Capitulo deputatis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtentibus per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ac nos, & ſedem prædictã, etiam ad quorumuis etiam Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, vel etiam motu proprio, & ex certa ſcientia etiam conſiſtorialiter, & cum cauſæ cognitione ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, irritantibúſque, ac aliis decretis hactenus quomodolibet conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, & Apoſtolicas, & alias literas deſuper confectas, & inde ſecuta quæcunque ad hoc duntaxat, vt Abbati generali, & aliis Superioribus ordinis eorúmque Vicariis, monaſteria huiuſmodi, vt ſupradictum eſt, viſitare liceat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium moderamur, & limitamus. Inhibentes Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis ſuperioribus, prælatis videlicet ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ ac ſuſpenſionis à diuinis, Abbatibus vero, & aliis inferioribus præfatis, cæteriſque quibuſcunque perſonis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ne Abbatem generalem, & alios ſuperiores ordinis eorúmque Vicarios præfatos quominus viſitationes iuxta regularia ordinis inſtituta huiuſmodi liberè facere poſſint, per ſe vel interpoſitas perſonas directè vel indirectè aut alias quoquomodo impedire audeant, vel præſumant. Ipſis autem monaſterium, & aliorum locorum prædictorum Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, conuentibus, monachis, monialibus, & perſonis, vt Generalem alióſque Abbates Superiores, & Vicarios præfatos, vt præfertur viſitare volentes, benignè recipiant, eiſque, & eorum mandatis in concernentibus eorũ viſitandi officium huiuſmodi pareant, & humiliter obediant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſimilis excommunicationis pœna diſtrictè præcipien. mandamus. Et inſuper vniuerſa, & ſingula priuilegia, prærogatiuas, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, etiam quatenus ſint in vſu plenarias, conſeruatorias, facultates, indulta, & alias gratias Ciſtertij, & quatuor filiabus nuncupatis monaſteriis, & Ordini, eiúſque Capitulo generali, diffinitoribus, & aliis Superioribus præfatis per piæ memoriæ Paſchalem II. Calixtum etiam II. Eugenium III. Alexandrum etiam III. Lucium ſimiliter III. Honorium etiam III. Gregorium IX. Innocentium IIII. Sixtum pariter IIII. præſertim commendas, & commendatarios monaſteriorum, & aliorum locorum ordinis huiuſmodi concernentia, & quod commendatariis pro tempore exiſtentibus nullam in monaſteria dicti ordinis ſibi commendata, & eorum monachos iuriſdictionem exerceant, ac etiam ſuper priuilegiorum aliarúmque gratiarum ipſi ordini conceſſarum confirmatione ſub quarto, & ſexto Idus Martij, Quinto Non. & quarto Idus Martij, quinto, & ſexto Idus Martij, ſexto annis Pontificatus ſui Dat. reſpectiuè, & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam hactenus quomodolibet conceſſa, Necnon ordinationes, & ſtatuta ab exordio fundationis eiuſdem ordinis vſque in præſentem diem in dicto generali Capitulo concorditer ædita, etiam ſi in vſu eſſe deſierint, dummodo infra lapſum temporis immemorabilis videlicet centum annorum in deſuetudinem non abierint, Ac præterea ſuper contributionibus per omnia, & ſingula eiuſdem ordinis monaſteria Abbati Ciſtercij ſeu Capitulo generali prædictis faciendis, & ſoluen. ita quod omnes etiam commendatarij ad illarum ſolutionem etiam ſub ſimilis excommunicationis latæ ſententiæ pœna teneantur, & ad id etiam quibuſcunque priuilegiis, etiam ab ipſa ſede obtentis nõ obſtantibus compelli poſſint, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula alia in literis Apoſtolicis, aliiſque documentis deſuper confectis contenta, & inde ſecuta quæcunque, licita tamen, & honeſta eiſdem auctoritate, & tenore ex certa ſcientia confirmamus & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, omnéſque, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint, in eiſdem ſupplemus, ac potiori pro cautela eadem omnia, & ſingula pri-

uilegia,

legia, prærogatiuas, & facultates, exemptiones, indulgentias conſeruatorias, indulta, & alias gratias eiſdem modo, & forma quibus ordini eiúſque Abbatibus, Capitulo generali, & ſuperioribus præfatis per dictos prædeceſſores conceſſa ſunt, illis de nouo auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & innouamus. Necnon eaſdem ordinationes, & ſtatuta ſimiliter, & de nouo. Et præterea quod in monaſteriis dicti ordinis, quæ diuerſis perſonis (etiam ſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales exiſtant) de præſenti commendata eſſe reperiuntur, & in futurum commendari ſeu alias quoquomodo aliis quam ordinis ipſius perſonis concedi continget, vbi non fuerit inſtituatur menſa conuentualis ab Abbatiali menſa diſtincta, & ſeparata, cum annuis fructibus, redditibus, & prouen. iuxta monaſteriorum ipſorum facultates competentibus, & honeſtis, pro ſufficienti conuentus, & Monachorum aliorúmque religioſorum eiuſdem ordinis numero, in vno quoque ex ipſis monaſteriis per ipſos Generalem, & cæteros ordinis ipſius Superiores, aut eorum Vicarios ordinando, ad quam menſam ſic inſtituendam, congruóſque redditus aſſignandos ipſi commendatarij omninò teneantur, & ad id etiam per cenſuras Eccleſiaſticas fructuum, reddituum, & prouen. ſequeſtrationes, & alia opportuna iuris remedia cogi poſſint, & debeant. Et quia, ſicut accepimus, in multis dicti Ordinis tam virorum quam mulierum Monaſteriis quamplures mendicantium, & aliorum ordinum religioſi vtriuſque ſexus ab immemorabili tempore citra ſe intruſerunt, & perſæpe introducere præſumunt, quod illi vel inde realiter & cum effectu eiiciantur, vel ſaltem habitum infra annũ ſuſcipiant, ac profeſſionem regularis eiuſdem Ciſtercien. ordinis expreſsè emittãt, debitámque obedientiam, & reuerentiam illius Abbati generali, & reliquis ſuperioribus præfatis præſtent, ac diuinum officium ſecundum ipſius ordinis morem celebrent, ſeque regularibus eius inſtitutis omninò conforment. Vniones autem, annexiones, & incorporationes, ac ſuppreſſiones, & extinctiones Monaſteriorum, & Prioratuum eiuſdem ordinis, aut fructuum, reddituum, & prouen. illorum diſmembrationes, & locis aliis quantumlibet piis applicationes, & aliæ quæuis perpetuæ illorum alienationes cuicunque alteri loco ex quauis cauſa quantumcunque honeſta, vrgenti, & neceſſaria abſque ſpeciali, & expreſſo eiuſdem Abbatis generalis pro tempore exiſtentis conſenſu in ſcriptis, cauſáſque prius à Capitulo præfatis, vel alias ritè cognita, etiam per nos, & ſedem prædictam etiam de Fratrum conſilio, ac ad quorumuis etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam deinceps nullatenus fieri poſſint, & ſi aliter fiant nullius omninò ſint roboris, neque Ordo, eiuſque Superiores, & perſonæ præfatis literis deſuper conficiendis obedire debeant. In his vero quæ hactenus vnita annexa, & incorporata fuerunt, ſeruetur præciſe forma ſingularum literarum ſuper ipſis vnionibus incorporationibus: ſeu applicationibus, aut aliis quibuſcunque diſpoſitionibus expeditarum, ita tamen quod Monachi in ſingulis Monaſteriis huiuſmodi degentes ſint, & remaneant ſub obedientia, & correctione Abbatis Generalis aliorúmque ſuperiorum ordinis Ciſtercien. prædictorum, & ſuorum vicariorum in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi vniones, annexiones, & incorporationes, huiuſmodi non emanaſſent, etiam ſi in illis alter caueretur, & vſus, non tamen à tempore immemorabili, vt præfertur contrarium obtineat, quæ contra præſentis ſtatuti tenorem nemini ſuffragentur. Poſtremò quod nullæ alterius ordinis Moniales, in Abbatiſſas monaſteriorum Monialium dicti ordinis aſſumi, vel ſi aſſumantur in eiſdem monaſteriis recipi poſſint, niſi illorum immediato Patre ſuperiore præſente, qui illis habitum exhibeat, & ab eis tria ſubſtantialia vota, necnon iuramenta obſeruandi ſtatuta dicti ordinis, ac ſecundum ea viuendi recipiat. Quódque omnia, & ſingula monaſteria, ordinis huiuſmodi, tam virorum quam mulierum vbicunque exiſtentia, ſeu eorum Abbates, vel priores etiam commendatarij, Abbatiſſæque vel Prioriſſæ in ſignum obedientiæ, & ſuperioritatis ſolita regalia videlicet contributiones ſolitas etiam Abbati monaſterij Ciſtercij, & Capitulo generali præfatis, omnibus exceptione, recuſatione, præſcriptione, & alia excuſatione penitus ceſſantibus, annuatim ſoluere teneantur: ad id compelli poſſint, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eiſdem ſcientia auctoritate, & tenore perpetuò ſtatuimus, &

ordinamu

ordinamus. Ac limitationem, moderationem, inhibitionem, præceptum, mandatum, approbationem, confirmationem, adiectionem, ſuppletionem, conceſſionem, innouationem, ſtatuta, & ordinationes, aliáque præmiſſa, ac præſentes literas de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vitio ſeu intentionis noſtræ defectu quouis prætextu quæſitóve colore aut ingenio nullatenus notari argui vel impugnari poſſe: neminémque illa quauis de cauſa etiam iuſtiſſima impugnantem in iudicio vel extra audiendum eſſe, nec illa ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium conceſſionum, gratiarúmque reuocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, limitationibus, vel derogationibus, etiam per nos & ſucceſſores noſtros, ac ſedem prædictam, etiam Imperatoris, Regum Reginarum, Ducum, & aliorum Principum intuitu, & contemplatione, aut in eorum, vel etiam in nullius fauorem ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis ac etiam vim contractus aut legis, ſeu ſtatuti perpetui inducentibus decretis, & alias quomodolibet conceſſis & concedendis, à quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis deſuper quomodolibet editis & edendis aliquatenus comprehendi, neque illis vllo vnquam tempore etiam per ſedem prędictam derogari poſſe, nec derogatum cenſeri, niſi de toto tenore, & data pręſentium expreſſa mentio habita, & derogatio, ſuſpenſio, limitatio, reuocatio, aliáque prædicta de Ciſtercij aliorúmque quatuor primorum nuncupatorum Abbatum prædictorum expreſſo conſenſu facta fuerint, & ſi aliter derogari, reuocari, ſuſpendi, limitari, corrigi, aut emendari contigerit, huiuſmodi derogationem, reuocationem, ſuſpenſionem, limitationem, correctionem, & emendationem nullius eſſe roboris vel momenti & quoties illæ vel illa emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtituta, & de nouo etiam ſub quacunque data per ipſum Abbatem Monaſterij Ciſtercij pro tempore exiſtentem eligenda conceſſa eſſe, & cenſeri: Et ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes etiam S.R.E. Cardinales, ac cauſarum palacij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere: & quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de non tollendo ius quæſitum, & aliis quibuſuis Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis genralibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſlibet etiam iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus, & decretis priuilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis præfatis, aliiſque congregationibus Præſulibus, Abbatibus, eccleſiis, monaſteriis, capitulis contentibus, prouinciis ac perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis in genere vel in ſpecie etiam motu ſimili aut etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum veriores tenores, formas, dat. & decreta in eis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliis in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficilè foret eaſdem præſentes ad diuerſa loca prouinciáſque circunferre, volumus & dicta auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis, ſeu exẽplis etiam formis impréſſis, manu alicuius publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo Abbatis generalis, aut alicuius ex aliis ſuperioribus ordinis huiuſmodi munitis plena, & indubia, ac ea prorſus fides vbique etiam in iudicio adhibeatur ſi forent exhibitæ aut oſtenſæ. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio, Sexto Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Militiæ

L.

Militiæ & hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani priuilegiorum confirmatio.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

QVO magis ac firmius Hoſpitalis S. Ioan. Hieroſolymitani ordini ſanctæ ſedi apoſtolicæ, & nobis acceptiſſimo, ac de Chriſtiano nomine, fideíque Catholicæ defenſione optimè meritò, illiúſque magno Magiſtro, Præceptoribus, & Commendatariis hactenus per ſedem apoſtolicam conceſſa priuilegia præſeruentur, paterno, quo eundem ordinem complectimur, affectu, æquum eſt prouidere. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pius Papa Quartus prędeceſſor noſter, dum fauore eiuſdem Hoſpitalis, & religionis priuilegia eidem antea conceſſa confirmauit, atque approbauit, vel etiam ampliauit, animaduertens piæ memoriæ Clementem Papam VII. etiam prædeceſſorem noſtrum ſtatuiſſe, quòd omnes, & ſinguli Baiuliuarum, Prioratuum, Præceptoriarum, domorum, & beneficiorum in vim collationum eis factarum poſſeſſores ſæculares, aut alterius ordinis regulares, ſeu penſiones ſuper illorum fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi, eatenus etiam per Sedem eandem reſeruatas, percipientes, illas, & illa infra ſex menſes à die intimationis dictarum literarum in manibus Magiſtri, & Conuentus prædictorum iuxta formam ſtabilimentorum dictæ religionis dimittere, & transferre, ſeu illarum caſſationi conſentire tenerentur, alioquin beneficia, & penſiones huiuſmodi, niſi illa poſſidentes, & illas percipientes infra dictum tempus habitum ſuſciperent, & profeſſionem regularem ipſius religionis emitterent, lapſis menſibus ipſis vacarent, ac caſſæ, & extinctæ eſſent, & eſſe cenſerentur eo ipſo. Ac deinde recolendæ, memoriæ Paulum Papam Tertium etiam prædeceſſorem noſtrum vt Magiſter, & ſinguli Priores, Baiuliui, Præceptores, Milites, & Fratres Hoſpitalis huiuſmodi pro eorum libito parochiales, ac etiam ſine cura Eccleſias, vel earum Vicarias, ſeu Capellanias perpetuas, aut Capellas, vel Altaria, ſeu alia beneficia ſimplicia ad eorum collationem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ratione Prioratuum, Baiuliuatuum, Preceptoriarum, etiam Camerarum Magiſtralium nuncupatarum Hoſpitalium, Domorum, & aliorum beneficiorum dicti Hoſpitalis per eos pro tempore obtentorum, de iure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, aut priuilegio, vel alias quomodolibet ſpectantia, & pertinentia, ab ipſis Baiuliuis, Preceptoriis, Domibus, Hoſpitalibus, & aliis beneficiis dependen. ſeu illis annexa, quæ dudum forſan fratribus ſaltem Capellanis eiuſdem Hoſpitalis, & ab eiſdem Magiſtro, Prioribus, Baiuliuis, ac Præceptoribus, & aliis prædictis conferebantur, à longo tamen, & forſan longiſſimo tempore citra, de cuius initio memoria hominum forſan non exiſtebat, per ipſos Magiſtrum, Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, & Fratres per abuſum, aut ex defectu huiuſmodi Capellanorum & aliarum perſonarum eiuſdem Hoſpitalis ad id idonearum, clericis, ſeu presbyteris ſæcularibus collata, aut conferri, & per ipſos presbyteros, vel clericos ſæculares obtineri ſolita, etiam fratribus huiuſmodi præſerim Capellanis nuncupatis, qui, vt aſſeritur, à presbyteris, ſeu clericis, niſi quo ad geſtationem Crucis, vel habitus dicti Hoſpitalis ad pectus non differebant, immo priuilegiis clericorum ſæcularium iuxtà forſan eorum priuilegia, & conſuetudines gaudere ſolebant, ſi ad id aliàs idonei, & habiles reperirentur, conferre, ac aliàs de illis prouidere, & diſponere, ipſique fratres, quibus beneficia huiuſmodi conferri contingeret, illa ſi ſibi aliàs canonicè conferentur, aut ipſi eligerentur, præſentarentur, vel aliàs aſſumerentur ad illa, & inſtituerentur in eis, recipere, & in titulum, etiam quoad viuerentur, retinere reſpectiuè liberè, & licitè valerent, ſtatuta, & ordinationes extendiſſe, & ampliauiſſe, eiſque deſuper indulſiſſe, idem Pius IIII. conceſſiones; & priuilegia dictorum prædeceſſorum confirmans, ipſos Magiſtrum, & Conuentum, necnon Priorum Eccleſiæ, alióſque priores, & præceptores intra limites ſuarum iuriſdictionum, & adminiſtrationum veros ordinarios iuxtà formam ſuorum ſtabilimentorum, & priuilegiorum exiſtere, & eſſe cenſeri decreuit, ac beneficia eccleſiaſtica ad præſentationem, ſeu collationem Baiuliuorum, priorum, & præceptorum Hoſpitalis huiuſmodi ſuffragari debere, ita quod presbyteri ſæculares illa

Equites & milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani Rempublicam Chriſtianã & Eccleſiam Catholicam acerrimè aduerſus hoſtes & infideles tutati ſunt.

Poſt Pium 4. qui confirmauit priuilegia Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani Clemens 7. decreuit poſſidentes beneficia religionis & penſionarios infra ſex menſes habitum ſuſcipere & profeſſionem omittere debere alias illa vacarent.

 tunc

tunc temporis in Commendam,ſeu alias quomodolibet obtinen. Commendæ huiuſmodi cedere,aut illa aliàs dimittere non poſſent, niſi de conſenſu eorum ad quos præſentatio,ſeu collatio ſpectaret,& in fauorem dicti Hoſpitalis, ſeu perſonarum,quæ habitum per fratres Capellanos eiuſdem Hoſpitalis deferri ſolitum ſuſciperent,& profeſſionem per eos emitti ſolitam emitterent, nec illa deinceps ipſi niſi infrà ſex menſes à die intimationis habitum ipſius religionis ſuſcipiſſent, & regularem profeſſionem infra alios ſex menſes emiſiſſent,poſſidere poſſent, & ſi ſecus fieret,aut ceſſionem,ſeu reſignationem huiuſmodi,aut de dicti ordinis beneficiis,etiam in manibus ſuis in futurum fieri contigeret, huiuſmodi ceſſiones reſignationes,& prouiſiones nullius eſſent roboris vel momenti, niſi in illis expreſsè diceretur,& de conſenſu Magni Magiſtri,& de illis iuxtà formam priuilegiorum dictæ religionis prouideretur; Inter ſtatuta etiam eiuſdem religionis per ſimilis memoriæ Paulum Papam Quartum ſimiliter prædeceſſorem noſtrum approbata,& confirmata,ita cautum reperitur,Priores in ſuis Cameris Prioratibus Baiuliui,& Commendatarij in ſuis commendis habent prouiſionem,vel præſentationem beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura animarum vel ſine à ſuis commmendis dependen niſi id priuilegio,vel conſuetudine ad alios pertineat.Item Frater Claudius de Sangle Magiſter ſtatuit,vt omnia beneficia Eccleſiaſtica eiuſdem ordinis quorum collatio,ad dictum ordinem pertinet,nullis conferentur, aut nulli ad ea præſentatentur,niſi eſſent Fratres ipſum ordinem expreſsè profeſſi, & alias prout in eiuſdem Pij Quarti prædeceſſoris præfati literis,ac ſtatutis,& ſtabilimentis,vel priuilegiis dicti hoſpitalis plenius continetur. Quæ omnia cum diſpoſitione iuris communis maximè congruunt,tum auctoritate ſacroſancti Concilij Tridentini nituntur. Verum cum,ſicut accepimus,clerici ſæculares poſſeſſores cum cura, & ſine cura beneficiorum eorundem ad collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem,ſeu quamuis aliam diſpoſitionem priorum Baiuliuorum, Commendatariorum, & poſſeſſorum dictæ religionis bonorum iure eorundem prioratuum Baiuliuatuum,Commendarum,& aliorum bonorum eiuſdem religionis habitum ſuſcipere,& profeſſionem regularem prout in eadem religione conſueuit emittere,negligant,ac recuſent in ſtatutorum eiuſdem religionis contemptum, ac iuris Communis diſpoſitioni,& Concilij præfati decretis, priuilegiis quæ ab hac ſancta Sede Apoſtolica,vt præmittitur,conceſſis contraueniendo ac prætendant eiuſdem Pij Quarti prædeceſſoris noſtri mentis, & intentionis non fuiſſe ad habitus ſuſceptionem,& profeſſionis emiſſionem eos teneri,qui poſt ab eodem prædeceſſore obtentam priuilegiorum confirmationem,& ampliationem de eiſdem, ſiue ſimilibus beneficiis conceſſiones fieri quomodocunque obtinuerunt, cum de illis, qui tunc temporis in Commendam,ſeu aliàs obtinerent,eundem Pium Quartum prædeceſſorem,ſub iſto verbo ad præſens ſtatuiſſe duntaxat prætendatur,allegantes quòd Commendæ,prouiſiones,ſiue aliàs quomodocunque conceſſiones de ſimilibus beneficiis eiſdem factæ poſt datam eiuſdem Pij Quarti prædeceſſoris literarum ſiue mentio fiat,ſiue retineatur,beneficia eſſe dictæ religionis,ſunt loca abſolutionis ac derogationis tacitæ ſtatutorum, & priuilegiorum eiuſdem ordinis, ita,vt ad ſuſcipiendum illius habitum,ac profeſſionem emittēdam minime teneantur,eum ſuſceptio habitus & profeſſio ab eis emittenda ex ipſarum literarum ſerie expreſsè iniunctæ fuiſſe non appareant,ex quibus eidem ordini, illiúſque Magiſtro,prioribus,Baiuliuis, & Commendatariis, maxima indies oriuntur incommoda,atque perturbationes,præſerim dum eorundem beneficiorum ſtatus ponitur in incerto. Quare nos,vt par eſt,ex debito paſtoralis officij omnium Chriſtifidelium,præſertim verò eiuſdem ordinis præfatarum regularium perſonarum pro Ieſu Chriſti nomine, ac Catholicæ fidei tuitione ad interitum vſque iugiter laborantium commodis,& indemnitati,quantum in nobis eſt, proſpicere cupientes,ſimulque de Communi eiuſdem ordinis,ac religionis bono vehementer ſoliciti,ne quid ei indebitè detrahatur,ſacrorum Canonum,ac decretorum dicti Concilij,eorundémque ſtatutorum,& priuilegiorum auctoritati,& tenoribus innitentes eadémque priuilegia,ſtatuta,& ordinationes,ac dictorum prædeceſſorum noſtrorum literarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illáque omnia appro-

Pauli 3. declaratio.

Iuriſdictiones & facultates Magni Magiſtri Conuentuum, priorum & præceptorum ex Pij 4. reſcripto.

Beneficiorum à Commendis dependentium prouiſio & collatio pertinet ad Cōmendatarios iuſſu Pauli 4.

Beneficia non debent nec poſſunt conferri niſi fratribus ordinem profeſſis.

Conceſſiones prædictorum Pontificum confirmantur.

bantes,

bantes,& confirmantes,præſentiſque noſtri ſcripti patrocinio communientes, ac rata,& grata habentes,ac quatenus opus ſit,innouantes, & de nouo concedentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia auctoritate præſentium declaramus, nunquam intentionis prædeceſſorum noſtrorum, vel noſtræ fuiſſe in prouiſionibus,ſiue Commendis,aut quibuſuis aliis conceſſionibus beneficiorum ordinis, & religionis huiuſmodi,ſiue illa curata,ſiue ſine cura ſint,per eoſdem prædeceſſores noſtros,vel per nos,& eandem ſedem forſan etiam cum ſimplici derogatione priuilegiorum,& ſtabilimentorum religionis prædictæ, non tamen ſpeciali, de non ſuſcipiendo habitum & nō emittendo profeſſionem mentione,ſeu per Magiſtrum Conuentum,Priores,Baiuliuos,ac Commendatarios,vel alios quibuſcunque perſonis cuiuſcunque ſtatus, & dignitatis factis, & conceſſis tacitè illos abſoluendi quominus iuxtà eiuſdem ordinis ſtatuta,& priuilegia infrà tempus, præfixum habitum ſuſcipere,& profeſſionem per fratres eiuſdem ordinis emitti ſolitam emittere debeant regularem, etiam ſi hoc explicitè in eorundem prædeceſſorum, aut noſtris literis adiectum vel iniunctum hi ,ad quorum fauorem huiuſmodi beneficia conceſſa extiterint,nequaquam fuerit, Ac quò noſtra hæc intentio ſingulis apertius innoteſcat,ſtatuimus,vt omnes,& ſinguli,qui vel per ſedem præfatam,vel per nos,aut Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, etiam cum ſimplici derogatione priuilegiorum,ſeu per Priores,Baiuliuos,& Commendatarios fuerunt de beneficiis huiuſmodi prouiſi,ſiue hi,quibus eadem commendata, aut quomodolibet conceſſa extiterunt etiam ſi ſuper his in Curia,vel extrà aliqua lis pendeat, ac de eiſdem in poſterum perpetuis futuris temporibus prouidebuntur, aut demum quibus eadem commendabuntur,vel concedentur, etiam per ſedem Apoſtolicam ſi poſt ſex menſes,à die quod id eis legitimè in dictum,atque denunciatum fuerit, illico numerandos,profeſſionem non emiſerint,& habitum non ſuſceperint ordinis prædicti,abſque alia deſuper facienda declaratione,& citatione,omni,& quocunque iure in dictis filiis,vel ad illa competente careant eo ipſo,ipſique tanquam illiciti detentores,& occupatores,& intruſi ab eiſdem amoueantur,deque illis tanquam de iure atque de facto vacantibus,Magiſtrum,ac Conuentum,Priores,Baiuliuos,& Commendatarios,& alios ad quos ſpectat,liberè prouidere,ac de illis iuxtà Magiſtri,& Religionis præfatæ ſtabilimenta, & conſuetudines exequi poſſe, eorundémque poſſeſſores ab eorundem beneficiorum poſſeſſione, vel potius detentione,& occupatione amouendos eſſe, prout nos in dictum caſum, & euentum amouemus,ac regulis de annali,& triennali poſſeſſore, & aliis priuilegiis, remediiſque quibuſcunque etiam in corpore iuris clauſis,quibus diutini beneficiorum poſſeſſores vtuntur,potiuntur & gaudent,vt potiri, & gaudere non poſſe, quauis etiam longiſſimi temporis præſcriptione minimè obſtante, verum eoſdem pro amotis,& expulſis habendos eſſe,& cenſeri amotiſque & expulſis actionum ſpolij nec vnde vi,vel aliud quoduis remedium poſſeſſorium, ſiue petitorium competere ſeu deſuper propterea agere non valere:Et quo faciliùs ſi qui ad præſens reperiuntur quomodolibet prouiſi de beneficiis à prioratibus Baiuliuatibus, & Commendis huiuſmodi dependentibus,ſeu ad illorum collationem,prouiſionem,præſentationem,ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſpectantibus,etiam habitum dictæ Religionis non ſuſceperunt,ad habitus, ipſius ſuſceptionem, & profeſſionis emiſſionem inducantur,eiſdem Prioribus,Baiuliuis,& Commendatariis licentiam, & facultatem concedimus,ipſis condonandi,& relaxandi eorum ſpolia,quæ ad dictos Priores,Baiuliuos,& Commendatarios ſpectant, ita vt de illis diſponere poſſint tam in vita,quàm in mortis articulo,condonationémque,ac relaxationem huiuſmodi eiuſdem roboris,ac momenti eſſe,ac ſi ab eadem ſede emanaſſent.

Necnon felicis recordationis Pij Papæ Quinti etiam prædeceſſoris noſtri literis inhærentes,illáſque approbantes,& cōfirmantes,omnes & ſingulas perſonas in dicti ordinis beneficiis quomodolibet exiſtentes, à ſeminarij clericorum inqualibet Ciuitate iuxta dicti Concilij decreta erecti, ſeu erigendi, ac decimarum ſubſidij,& aliorum onerum contributione totaliter eximimus & liberamus, ac liberos,& exemptos eſſe volumus: Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcunque Iudices ordinarios,& delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Audi-

A ſuſceptione habitus & profeſſionis omiſſione non datur abſolutio.

Infra ſex menſes profeſſio emittenda.

Inobedientium pœna.

Triennalis poſſeſſionis ius huiuſmodi beneficiorum poſſeſſoribus non ſuffragatur.

Spoliorum condonatio per priores & commendatarios.

toꝛes,ac dicti ordinis apud nos,dictámque ſedem Protectores, & alios ſanctę Romanæ Eccleſię Cardinales ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate,& auctoritate vbique iudicari & diffiniri debere,irritum quoque,& inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari,decernimus, Quocirca dilectis filiis in Regnis Hiſpaniarum,& Neapolitani noſtris,& ſedis Apoſtolicæ pro tempore exiſtentibus Nuntiis, aut Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori,& quibuſcunque conſeruatoribus per eoſdem Magiſtrum,Baiuliuos,Priores, & Commendatarios iuxtà formam priuilegiornm ordinis prædicti in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis,& eligendis,per pręſentes, Motu ſimili mandamus quatenus ipſi, vel duo,aut vnus eorum per ſe,vel alium,ſeu alios præſentes literas,& in eis contenta quæcunque vbi,& quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magiſtri, & Conuentus,ſiue Priorum Baiuliuorum,Præceptorum, & Commendatariorum præfatorum,& aliarum perſonarum, & poſſeſſorum præfatorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes,illíſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus,& ſingulis iuxtà præſentiũ continentiam,& tenorem pacificè frui,& gaudere,non permittentes eos deſuper à quoquam quomodolibet indebitè moleſtari,Contradictores quoſlibet,ac rebelles,& præmiſſis non parentes per opportuna iuris,& facti remedia,ac demum per ſententias,cenſuras,& pœnas Eccleſiaſticas,appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus Commendis,& prouiſionibus,aliiſque diſpoſitionibus,vel conceſſionibus,quibuſcunque verborum formulis illa conceſſa fuerint,ac felicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri de vna,& Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres aliquis auctoritate præſentium ad iudicium trahatur, aliiſque conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, contrariis quibuſcunque aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, Decernentes præſentibus,& in eis contentis omnibus per quaſuis literarum conceſſiones prouiſiones,& aliàs quaſlibet diſpoſitiones,aliter quàm vt præmittitur per nos,vel eandem Sedem factas, vel forte quomodolibet faciendas aut concedendas,etiam Motu proprio & ex certa ſcientia derogari non poſſe,nec derogatum cenſeri, cuiuſcunque tenoris, & formæ emanauerint, & cum quibuſcunque decretis,& clauſulis,etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus & inſolitis,etiam ſi cauſas quaſcunque legitimas, & fauorabiles continerent,quinimo per præſentes illis omnibus expreſsè derogamus, earum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes præſentibus ſemper in ſuo robore permanſuris, niſi harum tenor de verbo ad verbum in illis eſſet inſertus,& Magiſtri,& Conuentus conſenſus accederet. Volumus autem quod præſentum tranſumptis manu alicuius Notarij publicè ſubſcriptis & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Exemptionum à decimis & aliis oneribus confirmatio.

Nuncij apoſtolici executores conſtitutionis.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſimo tertio Martij. Milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Pontificatus Noſtri Anno octauo.

Commendarum & Cōmendatariorum frequentiſſimus in hac conſtitutione ſermo incidit qui negligi aut obiter explicari non debet quamuis beneficiorum parxima & emolumenta hiantibus hæc paſſim occurrant & deterius exequantur quam præceptum ſit Commendarum prima elementa & principia ad Leonis 4. tempora circa anno Domini 848. ſuperius fol. 813. retulimus ſed creditu difficile eſt tantum Pontificem hunc abuſum quo tot indignorum Eccleſiæ miniſtrorum fouentur coloniæ inuexiſſe. Nam eruditiorem fuiſſe, & integritatis diligentiorem defenſorem quam vt ita loqueretur eius ſcripta docent, & ſanctiore fuit vita quam vt ſua opera tā peſſimè Eccleſiæ Chriſti conſultum eſſet, peſtilentiſſimæ enim fuerunt inquit Rebuffus huiuſmodi nundinationes. Eò enim exceſſit pernicioſa hæc conſuetudo vt paſſim regularia beneficia (de Epiſcopalibus & aliorum maiorum beneficiorum copia nihil dicam) ſolis debita probis & honeſtæ vitæ religioſis cap. inter quatuor. de relig. domib. transferuntur indignè ad vſus clericorum ſecularium, à monaſtica & regulari diſciplina prorſus abhorrentium. quod fieri vetuſtas prohibuit can. presbyteros. 16. q. 1. & concilio generali ſancitum eſt: quo iubentur regularia regularibus, ſecularia ſecularibus diſpenſari. de ſuppl. negl. præl. in clem. Commendare (inquit Vlp.) nihil aliud eſt, quàm deponere ff. de verb. ſign. id eſt, in cuſtodiam tradere, cuſtodiam rei alicuius mandare. Quando quis generalis adminiſtrator beneficij cum libera poteſtate conſtituitur, illi commendatum beneficium dicitur. Et commendatio (de qua in verſiculis) eſt eccleſiæ cuſtodia mandata: quæ vulgò vocatur commenda. Titulus quidem non eſt, vt patet in can. qui plures. & cap. dudum. 2. de elect. traditur à Panhor. in cap. querelam eod. tit. Nec commendatarius verè dici poteſt eccleſiæ commendatæ prælatus, ſed adminiſtrator duntaxat, generaliſq; procurator in temporalibus & ſpiritualibus. in ſi. c. quum nobis. de elect. Eccleſiæ nempe clericus nemo dici poteſt eius, in qua titulum nullum habet: vt ſymphoniaci in eccleſia aliqua pueri, & quos Aſſiſius vocant, in c. pen. de cler. non reſid. ſimiléſque non ſunt illius propriè clerici, nec eſt eorum eccleſia. Tradit hoc Laud. in gl. magna decret. execrabilis. quod & de commendatarijs ſentio. Quæ ſunt in Hoſpitali militia fratrum ac ſodalium S. Ioannis Hieroſolymitani beneficia, Commendarum tamen tantùm nomine deſignantur, & eorum poſſeſſores adminiſtratoréſque appellantur Commendatarij: vt ex ipſa verborum ſerie in pontificio, reſcripto colligitur. Alia quædam ſubiungere viſum ab hoc loco non diſconvenientia, vbi de commendatione beneficiorum tractatur. Anomala ſunt huiuſmodi beneficia, non omnibus canonum & conciliorum regulis ſubiecta. Hoſpitalia ſunt, quæ non ſolent appellatione beneficiorum generali contineri. Nomine diuerſo diſtinctóque prorſus ab eccleſiaſticis beneficiis, & eccleſiarum beneficiariis deſignantur ea quæ ſunt Hoſpitalariis attributa: vocantur enim Baiuliæ, Prioratus, Caſtellaniæ, Præceptoriæ, quas qui poſſident, Baiuliui, Priores (velut in quibuſdam ciuitatum collegiis) Caſtellani, Præceptores appellantur: quæ ſonant officium magis & miniſterium, quàm beneficium. Nam ſi cum beneficiis eſſent idem, cur his diuerſum nomen daretur? l. ſi idem. C. de codicil. Vnde Clemens quintus in concilio Viennenſi noluit aliquid de Hoſpitalibus militarium ordinum (vt S. Ioannis Hieroſolymitani ait gl.) ſtatuere, ſed ea tantùm mandat ſecundum ordinum ſuorum inſtituta & antiquas obſeruantias regenda. clem. 2. §. præmiſſa verò de relig. domib. Ante captam direptámque Hieroſolymorum vrbem à Saladino Babyloniæ rege (quod accidit anno Chriſti milleſimo centeſimo octogeſimo ſexto) nobis ignoti fuerunt ordinis Hoſpitalariorum magiſtri. Sub Vrbano 3. & Gregorio 8. Romanis Pontificibus, hoc eſt, Anno poſt inſtitutum ordinem circiter centeſimo ac ſeptuageſimo, imperante Alemanis Henrico 5. primus Raymundus de Podio nominatur magnus eius ordinis magiſter, anno domini milleſimo centeſimo octogeſimo ſeptimo, dum Gallis imperaret Philippus Auguſtus Deodatus. Leges Raymundus ac viuendi normam regulámque ſuis præſcripſit, quæ Stabilimenta vulgò vocant: in quæ iurant omnes hanc militiam profitentes. Quinque ſunt in ea lege duntaxat & viginti capita, verum quæ grandes ſuperent infinitorum ſtatutorum libros ab aliis poſtea magiſtris conditos. Prima lex illa noſtra nuſquam beneficia memorat, ſed obedientias tantùm: intelligens illa non ad vtilitatem ſingulorum: non in perpetuum, id eſt, dum viuunt, obedientibus fratribus donari, ſed nutu voluntatéque vniuerſitatis demandari, quæ vniuerſitas donat, aufert, mittit & reuocat pro libito, cui parere debeant illi. Nunc etiam in 10. duntaxat annos conferuntur ad beneplacitum & magiſtrati & conuentus, quibus ſolis ordinis ſui bonorum ac beneficiorum diſpoſitio competit. Innocentius 3. de templariis loquens iſtiuſmodi beneficia nominat domos: quibus qui præficiuntur, ab eodem vocantur Præceptores. d. c. Quum deputati. ſupra de iudi. quas duas appellationes & nos vſurpamus. Appellandi præceptoris rationem nullam inuenire poſſum. Si dixerimus præceptores appellatos, quia præcipiendi, id eſt, iubendi & mandandi auctoritatem habent in illis beneficiis: conuenit hæc omnibus beneficiariis appellatio magis quam nobis, qui ſub obedientia perpetuò viuimus manuales (vt loquuntur) & temporarij. Niſi credamus appellatos Præceptores, quia ex beneficiis ordinis ſibi victum præcipiunt, id eſt, ante prius capiunt, (hoc eſt enim præcipere. l. 2. de fundo inſtr. ff. & alibi) quicquid eſt reſiduum, in arcam communem ſodalitij conferre debent. Vt nunquam perpetuò, ſi nec liberè, purè, ſimpliciter adminiſtranda committuntur huiuſmodi beneficia, verum, ſaluo iure communis theſauri (ſic enim loquuntur, id eſt, arcæ illius publicæ, cui pars amplior

amplier ac melior ſemper infertur. Quis diuinaret noſtros olim tam lautè loquutos, & ab hoc præceptionis compendio ſuos nominaſſe præceptores? Puto ex ignorantia linguæ Latinæ nomen hoc proceſſiſſe, quia quum non in titulum noſtra nobis conferantur beneficia, ſed tantum commendentur, & commendare (à mandando) vernaculâ Italorum & Gallorum lingua. ſit iubere & præcipere, ideo præceptores appellati ſumus, dicendi potiùs commendatarij (velut depoſitarij) qui permanſurum nihil habemus adeo, vt ipſe etiam magnus ordinis magiſter nudum miniſterium duntaxat exerceat, neque perpetuus eſt in officio ſuo ſiue magiſterio, ſed amoueri ac deponi poteſt ab ordinis conuentu, cui ſubiicitur & à quo leges accipit, quod adſtruit Oldrald. conſi. 128. Card. Zaba. in d. cle. 1. de relig. domi. author eſt quòd magiſter Hoſpitalis Hieroſolymitani beneficium non habet ſed officium. Nec alterius exiſtūt conditionis inferiores alij magiſtro, omnes temporarij & ſub obedientia. Inncen. quem ſequitur Hoſt, in d. c. Quam deputati. Præceptores æquiparat Inſtitoribus, qui præponuntur negociis dominicis, comparat, & illos etiam cuſtodibus, vel Commendatariis, vel Viſitatoribus, Vicariis. qui tantum curare debent & viſitare loca ſibi per magiſtrum commendata maiorem, qui quidem magiſter & hos pro arbitrio remouere poteſt ab adminiſtratione: poteſtque adminiſtratio, huiuſmodi eſſe penes plures præceptores, ſicut & tutela penes plures tutores. Hæc illi. Vnde hoſpitalarij morte non vacat ipſa Præceptoria, nec dicitur paſtore viduata, ex auctoritate Io. Monachi & aliorum, c. Cupientes, de elect. lib. 6. quia titulus hoſpitalis & præceptoriæ non eſt penes præceptorem, ſed penes vniuerſitatem religionis quæ non moritur. à Panormitano ſcriptum eſt, quod eccleſiarum, decimarum, cæterarúmque rerum conceſſio non eſt facta perſonis militum. S. Ioannis Hieroſolymitani, ſed vniuerſo ordini. c. quamuis. de deci Hac ratione ſupraſcripſi noſtros non eſſe beneficiarios dicendos, tametſi beneficiorum rerúmque ſpirtualium cura quædam ſit ipſis demandata, ſed tanquam Vicariis ordinis, non vt eccleſiarum prælatis: quin præceptores (in quantum præceptores) in nullo ſunt ordine eccleſiaſtico, ne clericatus quidem, ſine quo beneficia non obtinentur eccleſiaſtica. Non ſunt hi merè laici (fateor) verùm etiam non ſunt ſicuti monachi religioſi quod aſſerunt Inno. cap. in noſtra. de ſepul. & Panhor. c. dudum. de deci qui & hos monaſteriorum conuerſis æquiparat. Exceptum volo Reuerendum matricis eccleſiæ noſtræ priorem, qui presbyter eſſe debet, ac verè eſt in dignitate eccleſiaſtica, nihilo inferirore abbatibus, & aliis prioribus conuentualibus. cap: Canonica. de ſent. excom.

Sunt in prouinciis alij non abſimiles Priores, ceu quidam ſpiritualium rerum præfecti: ſacris addicti, prophanis interdicti prioratus: quibus tamen Laici neſcio qui immane hiantes inſidiari cœperunt, ab omni alioqui ſacro, niſi auri ſacra fame abhorrentes ab equis decident, Agazones ex equitibus. Iſtud eccleſiaſticorum priorum genus inter nos verè habet beneficiū ſuntque Priores non commendatarij, ſed beneficiarij curam gerentes animarum, titulúmque beneficialem habentes. Non item cæteri præceptores: Nam, quum recipientem beneficium eccleſiaſticum oporteat eſſe clericum, Non digamum, cui ſine diminutione vel onere beneficium conferatur, & intra ſtatutum tempus, qui teneatur ad horas dicendas, cui ſit inſtitutio neceſſaria, qui fructus omnes percipiat, & ſuos faciat: nihil verò tale ſit in noſtris præceptoribus, aut commendatariis, concluditur quod non ſunt beneficiarij, ſed quales ab Innocentio deſcribuntur, Vicarij, Cuſtodes alienorum bonorum. Sed ad alios commendatarios redeamus. Modus hic beneficia comedendi ſiu mauis beneficia commendandi & poſſidendi canonicus exiſtimatur: habentúrque commendatarij prælati pro veris prælatis. quo iure & nos vtimur. de quibus in cap. nemo. de elect. in 6. per gl. & doctores admodum copioſè. Papam cuiuis, & in quodcunque tempus commendare poſſe quæcunque beneficia ſciunt omnes: parochias ordinarij nec poſſunt vltra ſemeſtre: quibus alia ſub ſe cuncta beneficia commendare licet ad vitam: nec interim vacare intelliguntur Cæterùm, nemo ſibi blandiatur huiuſmodi commendationibus, hiſque nihilo plus fidat, quàm diſpenſationibus, ſi non iuſta & legitima de cauſa factæ fuerint. Eſto, quòd in iure te fori defendant, certè iure poli non iuuabūt. Clemens quintus omnes à ſe factas prouiſiones, nomine commendæ, quaſſauit: quod eccleſiis omnibus detrimento, Romana autem periculo ſpeciatim forent. in extrau. commu. cap. 2. de præb Si non eſt amplius horum malorum metus aliquis, improbare nemo debet, quod iam commendatariis tam multis regitur eccleſia.

Non ita viuebatur, quo tempore quidam bonus epiſcopus Pariſienſis, quū ſibi commendaretur abbatia, reſpondit, abſit vt cum ſponſa concubinam habeam prout eſt in Goymerij commētariis. Poſteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, ingenti, quanquam ſi non

ſi non iandudum laſciuiret appellationibus & titulis Eccleſia Chriſti, nullus omninò clericorum dici debet alius in ea, quam commendatarius, quod ad fructus & bona pertinet. Epiſcopus (ait canon) rebus eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis vtatur. can. Sine exceptione. 12. q. 2. Archid. in cap. Statutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. in 6. Barb. conſ. 19. in 3. vol. ſcriptum reliquerunt, illum vehementer errare quiſquis aſſerit beneficiarium beneficij fructus facere ſuos. hoc eſt (inquiunt) hæreticum in iure.

Commendarum tantos abuſus nō ſine faſtidio animo cogito. Equites Hieroſolymitani iſta non carent culpa. Templa enim ipſa quibus laboris & mercedis loco remunerantur inculta, horrida, ſqualida, omni cultu deſtituta relinquūt pingues ambiūt redditus lucellū tenue datur conductitiis presbyteris qui vicē ſuppleant qui oſtiatim victum quæritur, qui ſordidis operibus delectentur vt famem propellant, tamen liguriunt omnia Balnea Vina, Venus, Tales ſunt multi ex Commendatariis Hieroſolymitanæ nobiliſſimæ & auguſtiſſimæ congregationis. Eiuſdem ferme ſunt cathegoriæ reliqui, vt qui commendarunt monaſteria, eis videantur omnia comedenda propinaſſe: non poterat, ita me Chriſtus amet, ea maior calamitas accidere. Videmus hodie à compluribus teneri monaſteria, qui cùm ædificia omnia minentur ruinam, ne vno quidem lapide admoto eam fulciant: cum indoctiſſimi ſint monachi & diſſolutiſſimi, nec eos curant certa continendos diſciplina nec præceptores adhibent qui eos erudiant, atque vtinam non eſſent etiam qui ſuo exemplo eos ad flagitia inuitarent. Cùm olim ſoleret ſtatis diebus ab Abbatibus eleemoſynæ aliquid erogari, id totum in vſus ſuos conuertunt, & pauperes quos alere debebant, ſubtractis alimentis occidunt. His accedit quòd cum nullus ſit canon qui vetet quo minus plurima vni poſſint commendari monaſteria, ſintque nonnulli, quorum auaritiam & vt ſignificantius Græcè dicam, πλεονεξίαν, ne vniuerſus quidem orbis terrarum ſatiauerit, frequenter accidit vt in diſiunctiſſimis locis eis commendentur monaſteria, quæ nunquam ne per ſomnum quidem viſant, ſatis habentes ſi fructus ex eis perceperint, ex quo quidnam eueniat quis eſt tam cæcus qui non videat.

LI.

Facultates ordinariorum corrigendi & viſitandi fratres militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani declaratio.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CONSVEVIT Sedes Apoſtolica ſpecialem eorum tutelam ſuſcipere, quos maior commendat copia meritorum. Quo in numero dilecti filij Magiſter, & Conuentus Hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolimitani in primis poſiti, nos excitant & hortantur prouidere, vt à perturbationibus, & moleſtiis quantum poteſt liberentur. Cum enim Prioratus, Caſtellania, Empoſtę, Præceptoriæ, Baiuliuatus, aliáque beneficia dicti Hoſpitalis exempta ſint ab omni ordinariorum locorum iuriſdictione, viſitatione, correctione, & ſuperioritate per priuilegia, & indulta Apoſtolica eidem Hoſpitali conceſſa, approbata, & innouata, illáque, & alia huiuſmodi beneficia obtinentes nullum præter Romanum Pontificem, & eiuſdem Hoſpitalis Magiſtrum pro tempore exiſtentem recognoſcant, nonnulli tamen locorum ordinarij dilectos filios Priores, Caſtellanos, Præceptores Baiuliuos, & alios fratres dicti Hoſpitalis ratione prędictorum, & aliorum beneficiorum ab eis obtentorum viſitare, & iuriſdictionem in eos vſurpare beneficia dicti Hoſpitalis conferre, & aliàs eos inquietare non dubitant in graue dicti Hoſpitalis pręiudicium Nos prędictorum fratrum, qui Chriſti Cruce ſuſceptis nullis laboribus, aut periculis parcentes, vitam ſuam pro orthodoxa fide contra Chriſtiani nominis hoſtes obiicere non recuſant, indemnitati, & ne moleſtię illis contra ſua priuilegia inferantur, prouidere volentes: Pręcipimus atque interdicimus vniuerſis Epiſcopis Archiepiſcopis, Patriarchis, aliiſque Superioribus, & inferioribus Eccleſiarum Pręlatis, & locorum ordinariis cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, & conditionis exiſtant, quauiſque auctoritate, & poteſtate fungantur, & functuri ſint, ne poſthec in prędictorum, aliorúmque dicti Hoſpitalis fratrum viſitatione, correctione vel reformatiune, pręterquam in iis, quę animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem concernunt (in quibus Concilij Tridentini decreta, & Conſtitutionem fel. rec. Pij Papę V. prędeceſſoris noſtri xxij. Septembris, Pontificatus ſui anno

Quos maior commendat, copia meritorum eos amplioribus fauoribus proſequuntur Summi Pontifices.

In his tantummodo quæ concernunt curam animarum & ſacramentorum adminiſtrationem ordinariorum correctio & viſitatio nõ requiſita.

anno tertio editam ſeruari omninò volumus)ſe ſe interponere.aut Priores,Caſtellanos,Baiuliuos, Prçceptores , fratres, & alios ſupradictos directè , vel indirectè quouis quæſito colore,vel ingenio contra ſuorum priuilegiorum , ac indultorum tenorem vexare,vel perturbare audeant quoquomodo , In eos grauis animaduerſuri qui prohibitioni noſtræ huiuſmodi præſumpſerint contraire. Et nihilominus Venerabilibus fratribus noſtris Oſtien.& Portuen.Epiſcopis,ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori,per præſentes mandamus,vt ipſi.vel duo,aut vnus eorum per ſe,vel alium,ſeu alios præſentes literas vbi,& quãdo opus fuerit,ac quoties pro parte erundem Magiſtri,& Conuentus,ac Priorum Prçceptorum,Baiuliuorum , & fratrum Militum prædictorum , vel alicuius ipſorum fuerint requiſiti,ſolemniter publicantes,eiſque vniuerſis , & ſingulis in præmiſſis efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes , non permittant eos per Epiſcopos Archiepiſcopos,Patriarchas & alios prædictos, aut quoſcunque alios contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari.Contradictores quoſlibet per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas , aliáque opportuna iuris , & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo , inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis.Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum,& locorum quorumcunque iuramento,confirmatione Apoſtolica , vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, necnon priuilegiis , & indultis Apoſtolicis illis,ac prædictis ordinariis, & Prælatis ſub quibuſcunque tenoribus,& formis conceſſis, appobatis,& innouatis contrariis quibuſcunque; Aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim à prædicta ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenã, & expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem,vt præſentiũ tranſumptis Notarij publici manu ſubſcriptis,& ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides , in iudicio & extra illud vbique locorum adhibeatur,quæ ipſis præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris,die vij. Ianuarij. Milleſimo quingenteſimo Octuageſimo quarto.

Duo Epiſcopi cum generali auditore Cameræ Apoſtolicæ executores huius decreti conſtituuntur.

LII.

Prædicatio Iudæorum Synagogis de præceptis doctrinæ Chriſtianæ facienda.

Iudæi Dei gens electa,& à quibus Chriſtus ſecundum carnẽ naſci dignatus hodie miſeri exules & vagi ſine lege ſine ſacerdotio à ſũmo bono multum aberrant.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,Ad perpetuam rei memoriam.

SANCTA mater Eccleſia cuius Chriſtus caput eſt , ingenitam ſuam charitatem ad omnes late diffundens,antiquæ Iſraeliticæ gentis,populique Dei peculiares reliquias,pio nunquam deſinit affectu miſerari , grauitérque contriſtatur Iudæorum quondam nationem præcipuis auctam muneribus,& gratiis , cuius erat adeptio filiorum,gloria,teſtamentum,legiſlatio,obſequium, & promiſſa , vnde etiam Chriſtus ſaluator noſter ſecundùm carnem naſci dignatus eſt , per diuerſas Orbis partes tot iam ſæcula diſperſam , ac contagioſi gregis more per inuia , & inaquoſa miſerè vagantem, verbi Dei fame,& aquæ refectionis ſiti perire , longeque à terrena tantum,ſuper quam Dominus fleuit,ſed, quod grauius eſt , à cæleſti quoque Hieruſalem,niſi Chriſtus quem negauit,confiteatur,exturbari,qua miſeratione,& mœrore nos quoque non leuiter commoti in dies ſemper aliquid excogitamus,vnde eorum conuerſioni,& ſaluti opportunius prouideatur , ipſiſque ad intelligentiæ viam,quam ſibi præcluſerunt,valeant Deo propitio peruenire. Quare ſollicitè hæc meditantes , ac felicis recordationis Nicolai Papæ Quinti,nonnullorúmque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes,præſenti conſtitutione generali præcipimus , omnibus Patriarchis , Archiepiſcopis,Epiſcopis,& aliis Eccleſiarum Prælatis,etiam Cardinalatus honore præditis,vt in ſuis quiſque Ciuitatibus,Terris,& locis,in quibus competens aliquis numerus Iudæorum,qui ſynagogam conſtituat,commoratur,curent Sabbati , vel alio cuiuſcunque hebdomadis ſtatuto die , ad Iudæos ipſos in locum præſtitutum, non tamen ſacrum,nec vbi ſacra confici ſolent,conuocatos,per aliquem magiſtrum

ſtrum in Theologia,aliumue idoneum virum ab eis eligendum cum mercede congrua illi ex ipſorum Hebræorum collatione,aut alias,prout commodius eis videbitur,Hebraicæ(ſi fieri poterit)linguę peritum ſermones,vel lectiones haberi , in quibus illis exponantur ſcripturę veteris teſtamenti,Moyſis ſcilicèt , & Prophetarum,prçſertim verò,quæ eo Sabbato leguntur, ſeu lectæ in eorum ſunt Synagogis, iuxta Sanctorum tamen Patrum interpretationes , & verum Catholicæ Eccleſiæ ſenſum,ac in eis diſſeratur de veritate Chriſtianæ fidei,de certo Aduentu & Incarnatione Filij Dei,illiúſque Natiuitate,vita,miraculis,paſſione, morte , ſepultura, deſcenſu ad Inferros,Reſurrectione,in Cœlum aſcenſione , de eius Euangelio in toto Terrarum Orbe per Apoſtolos eius,& alios Sanctos prædicato,innumeris atque clariſſimis virtutibus , & illuſtrium miraculorum gloria confirmatos , ac de eius ſpirituali,& verò Regno,& de impio idolorum cultu ſublato, & gentium vocatione de perpetua tum Hieruſalem & Terræ eorundem Iudæorum deſolatione , tum ipſorum vbique Terrarum diſperſione,captiuitate , & aliis ſimilis argumenti dogmatibus,& articulis ex lege & Prophetis, de diutina præterea , & irrita Iudæorum Aduentus Meſſiæ & carnalis illius Regni expectatione, de vana,eorũ, quę ſępe,quinimo quotidie eos fruſtrata eſt ſpe reditus in terram promiſſionis , & reſtaurationis tertij templi,& demum de multiplicibus, & variis erroribus , & hęreſibus eorum,in quas miſerrimè ſe demerſerunt poſtquam Chriſtum Dominum in carne venientem agnoſcere noluerunt , & de falſa per eorum Rabbinos tradita ſacrarum ſcripturarum interpretatione,quarum literam,& ſenſum fabulis,mendaciis ,& variis dolis,& modis detorquentes corruperunt , & deprauarunt & hactenus corrumpere,& deprauare non deſinunt,deque omnibus aliis, quę eos poſſint ad agnitionem fidei,ad errorum ſuorum correctionem , ad Orthodoxamque fidem conuertere , pro loci,temporis , ſumptique argumenti ratione prudenter agant,veris,& ex ſacra ſcriptura depromptis demonſtrationibus,nulla cum obtrectatione,aut iracundia,ſed magna cum charitate & modeſtia, veritatis lumen illis aperire conentur; Ad quos ſermones,& lectiones volumus , vniuerſos , & ſingulos vtriuſque ſexus Iudæos à duodecim annis ſupra,infirmitate,aut alia legitima cauſa,de qua ordinarios docere debeant non impeditos, in Ciuitate & locis , vt præfertur habitantes , vel aliunde aduenientes,etiam ſi inibi domicilium non habeant ita per circuitum conuenire , vt tertia ſaltem eorum pars, nec vnquam minor ſemper adſit. Quod ſi facere neglexerint , interdicti cum fidelibus commercij , & aliis pœnis arbitrio ordinarij pro contumaciæ modo imponendis,donec ſatisfecerint competenter,ad ipſos ſermones audiendos compellantur. Siquis verò de numero fidelium ita fuerit ſalutis,aut ſui , aut proximi ſui,de quo vnicuique mandatum eſt immemor , qui eos à ſalutaribus huiuſmodi ſermonibus , ſeu lectionibus directè vel indirectè abduxerit,aut impediuerit,ſeu contenderit quoquomodo, excommunicationis ſententia ſit eo ipſo ligatus , & contra eum ad alias pœnas ordinarij arbitrio omninò procedatur.Cæterum Imperatorem,Regéſque,& Principes omnes,necnou Reſpublicas , Magiſtratus , & Dominos temporales ſæculares rogamus,& obteſtamur in Domino vt Patriarchis,Archiepiſcopis , Epiſcopis , & aliis ordinariis prædictis , eorúmque Vicariis & miniſtris ſuum in præmiſſis auxilium præſtent , ampliſſimum ab Omnipotenti Deo præmium in ſupremis gloriæ æternæ tabernaculis habituri.Et quoniam difficile nimis eſſet præſentes ad omnia loca,quibus illis opus erit,perferri , volumus , vt earum exemplis etiam impreſſis manu publici Notarij ſubſcriptis,& ſigillo Prælati,aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem omninò fides vbique adhibeatur , quæ adhiberetur,eiſdem præſentibus,ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ , milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto,Kalendis Septembris Pontificatus anno tertiodecimo.

Singulis hebdomadibus in terris vbi ſunt Synagogæ Iudæorum fieri debent Catecheſes Chriſtianæ Doctrinæ.

Iudæi maiores annis 12. vtriuſque ſexus prædicationibus intereſſe debent ſub pœnis hic expreſſis.

Seducentes Iudæos ab huiuſmodi prædicationibus puniuntur.

Principum intereſt fauere executioni huius conſtitutionis.

LIII.

Feſti Diuæ Annæ Deiparæ Virginis Matris celebratio annua.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,Ad perpetuam rei memoriam.

S. Anna Beatæ Virginis Mater è qua natus est ſaluator.

SANCTA Mater eccleſia, quæ ſalubribus nos ſemper inſtruit documentis, annuas fidei filiis venerandas proponit Sanctorum celebritates, qui in terris non ſolum exempla ad ſalutem reliquerunt, ſed in Cœlo beati fidelium patrocinium ſuſcipere eorúmque orationes, & vota ſuis precibus adiuuare non ceſſant. Quam nobis opem apud miſericordem Deum credimus Beatam Annam aſſiduè impendere, quæ tanta in humanum genus præſtitit beneficia, ex ea enim nata eſt Beata Maria ſemper Virgo digna à Deo effecta, quæ nobis Ieſum Chriſtum pareret Saluatorem Et licet eius nomini ſanctis obſequiis honorando humana par eſſe non queat infirmitas; ne tamen quod poteſt omittatur. Nos ad eius merita pro cultu decoranda, vniuerſalemque Eccleſiam iucundiſſima illius recordatione lætificandam, necnon ad antiquam in illa deuotionem, quam vſque ab exordio naſcentis Eccleſiæ inſignia quoque templa, & religioſa loca in eius honorem toto Orbe conſtructa teſtantur, in Chriſtianorum cordibus excitandam. Præcipimus vt perpetuis futuris temporibus Beatæ Annæ dies feſtus ſeptimo Kal. Auguſti per totius Orbis Eccleſias duplici Officio, de Sancta videlicet, nec Virgine, nec Martire, quod eſt in communi, quotannis recolatur, diéſque prædictus imprimendis Romanis, & aliarum Eccleſiarum Kalendariis addatur, & duplex ei adſcribatur. Sicubi verò feſtus Beatæ Annæ dies ſupradictus ex fidelium deuotione, ſeu conſuetudine, præcepto, aut indulto Apoſtolico maiore aliqua celebrari conſueuerit obſeruantia, ea omninò ibidem retineantur. Mandantes omnibus Patriarchis Epiſcopis, Archiepiſcopis; & cæteris Eccleſiarum Prælatis per vniuerſum orbem conſtitutis, vt faciant præſentes literas in ſuis quiſque Eccleſiis, prouinciis, ciuitatibus, & diœceſibus ſolemniter publicari, & ab omnibus Eccleſiaſticis perſonis tam ſecularibus, quàm quorumuis Ordinum regularibus inuiolatè obſeruari: etiam ſi in recentibus Breuiarij, & Miſſalis reformationibus prædicta ſolennitas fuerit prætermiſſa. Volumus autem vt præſentium exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides vbique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

Feſtum S. Annæ celebrandũ ſub duplici officio die 26. Iulij.

Diocœſum præfectis & Epiſcopi cura huius conſtitutionis demandatur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto Kal. Maij, Pontificatus Noſtri Anno daodecimo.

LIIII.

Abſolutio eorum qui cum Bannitis verſati ſunt.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Vniuerſis præſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

AD Facinoroſos homines ſtatúque Eccleſiaſtico bannitos ab eo longè ſummouendos auxiliáque eis tollenda, quibus freti delicta perficiunt, & pœna ſæpe effugiunt per editam noſtram conſtitutionem præter aliàs pœnas quas in eorum fautores, receptatores & auxilium præbentes inflximus etiam tales excommunicationis ſententia eo ipſo innodari voluimus à qua nullus ab alio quàm à Romano Pontifice præterquam in mortis articulo conſtitutus, & etiam præcedente ſatisfactione, abſolutionis beneficium nequiret, obtinere, prout in noſtris literis deſuper confectis latiùs continetur. Cum autem nobis poſtea relatum ſit alios ex prædictis ſubditis conſanguinitatis ſeu affinitatis, alios familiaritatis vel amicitiæ occaſione, alios etiam ſua ſponte aut àlias dictos bannitos receptaſſe, cibis & aliis rebus iuuiſſe & cum eiſdem verſatos fuiſſe aliàque contra dictam conſtitutionem feciſſe, quibus ſi ad conſequendam abſolutionem à cenſura huiuſmodi via facilis præberetur ipſi eam ſibi impendi ſubmiſſe curarent. Nos verùm paſtorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quantum eius gratia adiuti poſſumus, imitari volentes qui venit animas hominum ſaluare non perdere, ſeque etiam vltro ſua ope ad ſalutem indigentibus offerre: Omnibus preſbyteris ſæcularibus & regularibus ac locorum ordinariis ad confeſſiones audiendas approbatis facultatem concedimus, omnes & quaſcunque vtriuſque ſexus tam laicos quàm clericos ſæculares, & quorumuis ordinum etiam Mendicantium regulares ditionis

Huius Pontificis in bannitos & homicidas conſtitutionem habes ſupra.

nis noſtræ temporalis prædictæ, non tamen Eccleſiarum prælatos, qui cum bannitis & facinoroſis conuerſati ſunt, receptarunt, commeatus pecunias equos, arma cibaria, & alia eiſdem præſtiterunt, & alias ac quomodocunque contra conſtitutionem prædictam per ſe vel alium ſeu alios fecerunt, ſi dolentes de admiſſis & à ſimilibus abſtinere proponentes id humiliter petierint, ab excommunicationis ſententia, quàm propterea incurrerunt, etiamſi in ea vltra annum inſorduerunt in forma Eccleſiæ conſueta abſoluendi iniuncta inde illis pro culpæ modo pœnitentia ſalutari, & aliis quæ de iure fuerint iniungenda, præſtitoque ab eis iuramento, quod talia deinceps non committent, nec committentibus præſtabunt auxilium, conſilium, vel fauorem eoſdémque ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ reſtituendi. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque. Præſentibus annum ab earum publicatione hic facienda numerandum minimè valituris. Volumus autem vt præſentium exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

Presbyteri approbati per ordinarios poßunt abſoluere à cenſuris & ſententiis excommunicationis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto, Quarto Idus Maij, Pontificatus Noſtri nno duodecimo.

LV.

In diripientes, ementes, permutantes ac recipientes in ſtatu Eccleſiaſtico animalia & alia bona.

GREGORIVS Papa XIII. Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

NON. Sine graui animi noſtri moleſtia nuper accepimus, quòd licet nos iampridem per noſtras conſtitutiones, & miniſtri noſtri per proclamata, & ordinationes, ac etiam cohortibus armatis exulum, ac perduellium flagitioſorúmque hominum audaciam in ſtatu noſtro Eccleſiaſtco reprimere, latrociniáque, & delicta prohibere, ac delinquentes ad aliorum terrorem grauiter punire omnibus modis conati fuerimus, nihilominus cõplures exules, & latrones huiuſmodi adhuc ſuperſunt, qui propriæ ſalutis immemores, pœnáſque impoſitas paruifacientes aſſidua furta, & latrocinia in animalibus, & iumentis in ſtatu, & ditione noſtra exiſtentibus committere non verentur, nec deſunt, alij tam nobis, quam temporalibus Dominis circumuicinis ſubditi, qui animalia, & iumenta illa, ita ſurrepta ſine timore ab ipſiſmet latronibus emere, & quoquo verſum abigere, & diſtrahere, non dubitent, quo fit, vt illis maior præbeatur occaſio, & materia delinquendi, & affidati Cameræ Apoſtolicæ, ipſéque Dohanerius Dohanæ noſtræ Patrimonij, ac alij pecuarij, & aratores, animalia huiuſmodi habentes maximum inde patiantur detrimentum. Quare nos huic malo obuiam ire, & quieti, ac indemnitati publicæ, quantum in nobis eſt, proſpicere volentes, ac, vt quos legum, pœnæque corporalis timor non retinet, ſaltem gladij ſpiritualis fulgor à malo deterreant, præſertim cum non ſolum pium & meritorium, ſed etiam iuſtum, ac neceſſarium ſit, tales continuos, ac notoriè criminoſos, ac ab eis ementes res furtiuas vtroque gladio, ſeueritate opportuna, corrigi, atque puniri, Perpetuò hoc edicto ſtatuimus, omnes, & quoſcunque tam huiuſmodi animalia, & iumenta, aliáſque res, & bona cuiuſcunque generis, & ſpeciei in ſtatu noſtro temporali diripienres, abducentes, & furto ſubtraentes, quam ementes, permutantes, ſeu ab eis illa quouis modo recipientes, & cum eiſdem contrahentes, ſeu quouis titulo, colore, cauſa, vel prætextu penes ſe habentes, & retinentes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, ſexus, qualitatis, dignitatis, aut præeminentiæ fuerint, tam laici, quam Clerici, & Preſbyteri, etiam regulares, & ſæculares, & non ſolum in dicto ſtatu noſtro Eccleſiaſtico, ſed etiam in quouis Regno, ſtatu, Domino, territorio, Ciuitatibus, Terris, & locis vniuerſæ Italiæ commorantes vltra alias pœnas iuris, conſtitutionum, & proclamatorum prædictorum excommunicationis maioris latæ pœnam ipſo facto incurrere, à qua nullus ab alio, quam à Romano Pontifice, aut de eius ſpeciali mandato,

Hac conſtitutione coercentur audaces homines perduelles, latrones, & prædones.

Iuſtum eſt ſeueritate opportuna, furta & latrocinia corrigi.

Status Eccleſiaſtici bona diripientes & ementes excommunicantur.

præterquam in mortis articulo conſtitutus, factáque aut mandata reſtitutione vel ſatisfactione, dictorum animalium, iumentorum, rerum, & bonorum huiuſmodi dictis affidatis, Dohanerio, & aliis, vt præmittitur, pro tempore ſurreptorum, abſolutionis beneficium valeat obtinere, ipſámque excommunicationis pœnam ex nunc, prout ex tunc, & è contra aduerſus inobedientes, rebelles quoſcunque, & ipſorum quemlibet promulgamus, per præſentes, Ac mandamus vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum prælatis, eorúmque Vicarijs in ſpiritualibus generalibus totius noſtri ſtatus prædicti, ac etiam in Regno Neapolitan. ac ſtatu Magni Hetruriæ, ac Ferrariæ, & Vrbini Ducum in virtute ſanctæ obedientiæ, vt cum harum exemplarie, etiam impreſſa manu Notarij publici ſubſcripta, ſigillóque perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita, exhibita eis fuerint in omnibus Ciuitatibus, Terris, opdidis, locis, Caſtris, ac diœceſibus, præſertim ſtatuti noſtro prædicto circumuicinis ad valuas Eccleſiæ Matricis Ciuitatum Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & locorum ſuæ diecœſis quamprimum affigi, & publicari faciant, quę quidem exemplaría, ſeu tranſumpta ſic affixa, & publicata vbique in iudicio, & extra illud fidem faciant, omnéſque ſupradictos, ac alios pręſentibus literis nominatos, vel quomodolibet comprehenſos taliter ligent, arctent, afficiant, & obligent, ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent, Non obſtātibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon priuilegiis, indultis, exemptionibus, & literis Apoſtolicis quibuſcunque dignitate Eccleſiaſtica, vel temporali pręditis coniunctim, vel ſeparatim conceſſis: etiam quibus caueatur expreſsè, quod excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam: & expreſſam & ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris. Die vij. Decembris. Milleſimo quingenteſimo Octuageſimo quarto. Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

Publicatio huius conſtiuuticnis & effectus à quibus procurari debeant.

Clauſulæ derogatoriæ.

Supremæ Gregorij Pontificis conſtitutioni, duo addenda cenſeo, quæ & Chriſtianis lectoribus ſcitu, iucunda & vtiliſsima videntur. Multa illius Pontificatu euenerunt quæ ampliſsimam hiſtoriā promerentur, ſingula tamen quæ ab ipſo ſtatim exortu, & occaſu accidere hic enarrabo primum nimirum de internecione hæreticorum Parriſiis, poſtremum de regum Iapponenſium aduentu paucis diebus antequam diem obiret. Vtrumque profectò æreis aut marmoreis tabulis cedróque commendandum, vt ex hac laconica narratione colligetur.

Tempus erat quo Carolus IX. Gallorum rex Chriſtianiſsimus perduellium & prædonum ſopitos ignes eſſe exiſtimabat æquiſsimis pacis conditionibus. Gaudiorum & tranquillitatis expectabatur lætiſsima ſeges. Cùm perfidi parricidæ, & hæreticorum primores nouas Regi ſub ætatis vere inſidias moliuntur in eiúſque caput manibus pedibúſque conſpirant. Totius regni executio agebatur conſule Thalaſsiarcho Gaſpare Coligneo: totius cohortis Chriſti, Eccleſiæ, Pontificis, Regis, & patriæ perniciem ſitiente Duce & Patrono. Hic antea anno videlicet quingenteſimo ſexageſimo nono ſuper milleſimum, tanquam leſæ maieſtatis diuinæ & humanæ reus ſenatus Pariſienſis decreto damnatus, & omnibus honoribus & muneribus exhautoratus fuerat. Senatuſconſultum hoc fermè verborum tenore publicè proclamatum, & ex monumentis, & regeſtis Senatus Pariſienſis, depromptum hic adſcribam:

Ampliſſimus & Auguſtiſſimus Senatus Pariſienſis (cui Rex Carolus nonus Opt. Max. vindicandorum ſcelerum in regno Galliæ, primas partes & authoritatem tribuit) inter cætera ſacroſancta conſulta decreuit vt quæſtio de crimine læſæ maieſtatis in primo capite, & perduellionis commiſſæ per Gaſpardum Colignacum Amiralem Franciæ & Armoricarum in Regem, & ſacrum illius diadema lilia, & ſceptra regia conſtituerentur, confectiſque elogiis ac teſtimoniis præhendendum illum eſſe ſanxit, & ob eius fugam & contumaciam non ſolum manum in illum iniiciendam, ſed & pignoribus captis requirendum eum annotauit, omníque legis actione legibus & moribus præſcripta coërcendum. Itaque cum legitimis edictis vocatus Gaſpar, vadimonij diem non obiiſſet, & eo nomine in album perduellium eſſet relatus, inſtrumenta cauſæ omnia cognitori Regio generali

commiſſa

commiſſa ſunt, & penes eum depoſita. Qui quidem ex iudiciorum antiquorum priſca formula, litem æſtimauit: dein Senatus poſt eremodicium ac peremptorium edictum, rectè & ordine ſuo obtentum & iudicatum, omnibus perſpectis, in hunc modum pronunciauit: dictum Coligniacum contumacem, & in album eremodiciorum relatum, & vt transfugam eremodicij fraudem & pœnam incidiſſe, atque omni ope defenſionis præcluſa damno litis coërcendum, eumque læſæ maieſtatis, in primo capite, reum, perturbatorem, & violatorem pacis, quietis, & ſecuritatis publicæ hoſtem, caput, authorem & ducem conſpirationis & coniurationis eſſe: illúmque vt omnibus his flagitiis conuictum, muneribus publicis exuendum & exauctorandum cenſuit: & exemplo publicò gulam illi laqueo, aut reſti confringendam in cruce aut furca lignea, quæ pro ædibus publicis huius vrbis Pariſienſis, in foro vocato Gréve, erigeretur cadauer illius vigintiquatuor horas in furca pendere poſtea vt ad coruos & pilas montis Falconis in loco celſiori & eminentiori transfertur. Hæc omnia ſi apprehendi poſſet: ſin minus, imaginaria illa legis actione pœna executioni mandaretur. Porrò arma & inſignia dicti Coligniaci ſparſim per hanc vrbem & ſuburbia caudæ equinæ alligata proculcarentur, & pari infamia & ignominia inſignia & ſpolia, in aliis vrbibus & locis in honorem illius affixa deturbarentur, & per vias traducerentur, & poſtremò per lictorem contererentur & comminuerentur in dedecus perpetum dicti Coligniaci. Quantum ad bona illius attinet, Senatus ſanxit, omnia ea quæ iure clientelæ & vaſſalitij coronam regiam agnoſcunt, eidem mancipata eſſe, & in ſacrum & antiquum illius coronæ patrimonium tranſcribenda eſſe, veluti membra capiti ſuo reddita, cætera illius bona ſiue feudalia, ſiue mobilia, ærario regio addicta & commiſſa: deductis ſuper his tamen quæ ad priuatorum fraudem & damnum ſarciendum ęſtimanda venirent. His addit Senatus, filios illius inteſtabiles, infames, indignos, ignobiles, & degeneres, & horum munerum & dignitatum incapaces, & ſi quæ nunc ab eis poſſideantur, Regi adiudicat, Vetat Senatus, ne quiſquam cuiuſlibet ordinis aut dignitatis, dictum Coligniacum receptet, illi opem ferat & auxilium, aquę denique & igni interdixit, At iubet Senatus, vt qui illum prehenderit, ſtatim iudicio & iudicibus ſiſtat, ne in perduellionis, aut lęſę Maieſtatis crimen incidat, & vt conſcius conſpirationis plectatur. Poſtremò conſtituit Senatus pręmium ampliſſimum his, qui velut aſſertores libertatis publicę, dictum Coligniacum prehenderint, ſummę quinquaginta millium aureorum ſolarium percipiendorum ſuper Gazophylacio & ęrario huius vrbis, & aliis vrbibus regni Gallię: adiunxitque veniam ſcelerum & criminum omnium abolitionem & purgationem his, & liberis eorum etiamſi quis ſe cus contra principem & Rempublicam moliti eſſent, & conſcij coniurationis ac conuicti, cum perpetua tamen venię principalis ſecuritate.

Pronunciatum & executioni mandatum Pariſiis decima tertia menſis Septembris. 1569.

Hoc arreſto efferatior, durior & crudelior euaſit inſignis ille Catilina, & eò grauius malæ ſuæ mentis virus euomere contendit, & peſtilentiſsima decreta in regem, quem & regio ſolio manibus pedibúſque euertere conatur, ſed obuiam itum eſt hiſce perſidiſsimis deliberationibus, ita vt quod nepharij in regiam maieſtatem, & alios principes cogitaſſet in eos ipſos deuolueretur. Coniuratio detecta eſt, & tempus quod in Galliæ excidium ſtatutum fuerat in ſceleratorum ac fœdifragorum capita conuerſum eſt. Machinationes illæ tegebantur plauſibili connubio Nauarræi regis cùm regis ſorore, quod ijs conditionibus initum fuerat, vt ipſe Nauarræus religionis profeſsionem, vtpote iniquam & à veritate deuiam quam amplexatus fuerat, relinqueret & abiuraret hæreſim. Hanc inſperatam conuerſionem Pontifex Maximus ſummo gaudio accepit, & Regis, Reginæ matris pientiſsimæ Cardinalis Borbonij patrui ſui, & Ludouici Mōpenſerij Ducis piis frequentibúſque adhortationibus Regem prateritos errores confitentē à crimine hæreſis & cenſuris abſoluit, omniáque matrimonij ob conſanguinitatis gradus impedimenta deſiderata diſpenſatione diſcuſsit. Hic tandem nouo religionis Catholicæ zelo æſtuans Lutetiam venit quamplurimis nobilibus reformatæ religionis comitatus. Obuiam illis proceſsit aulicorum maior pars. Cùm ad aulam peruenere quam honorificentiſsimè à rege eius matre fratribus, aliiſque Principibus excepti fuere & cum magna beneuolentiæ, ac amoris ſignificatione. Vndique, Lutetiam affluebant qui tragediæ ſcenam

inſtruere

inſtruere in perniciem Catholicorum putabant, & ſimulabant nuptiarum ſolennis apparatus gratia venire. Sponſalia ergo illa Nauarræi ob illam in Catholicos principes coniurationem, vt loquitur Genebrardus in Lupara arce, vulgò LOVVRE *quæ ad mœnia vrbis eſt, facta ſunt. Eo ipſo die in Epiſcopi ædes templo Deiparæ Virgini dicato contiguas ſponſa deducta eſt. Poſtridie in ampliſſimo theatro quod ad templi valuas de induſtria erectum fuerat nuptiæ per Cardinalem Borbonium celebratæ ſunt ad ſpectaculum effuſa innumera populi multitudine. Hoc ſolenni actu finito Nauarræus cum Condæo in proximam aream ſeceſſit ſponſam quæ ad Miſſam audiendam templum fuerat ingreſſa, expectans. Sacro peracto omnes ſimul in epiſcopales ædes conceſſère ibi prandium ſumptum. Sub veſperam in Palatinas ædes quæ ſunt in media ciuitate ad cœnam itum. Remotis epulis varia & exquiſita feſtiuitatis & hilaritatis genera exhibita ſunt. Póſtero die ad Luparam omnes rediere. Iam optatiſſima excidia monſtrorum moliuntur. Irruptio fit primum in ædes Amirantis qui multis ſaucius vulneribus è feneſtra in vici pauimentum præciſo capite eiectus eſt. Plebs in perfidiſſimum boni publici hoſtem odio & ira flagrans eius pudenda, & manus abſcidit, & triduo truncum corporis per omnes vrbis vicos raptatum fune ad damnatorum furcas detulit ibique reſte per pedes ad maius ludibrium ſuſpendit. Pariſienſes religionis Catholicæ ſtudio addictiſſimi in omnes Hugenotorum ædes irrumperunt, ex his turbulentiſſimis & ſceleſtiſſimis proditoribus, perduellionibus, prædonibus, ſacrilegis multa millia trucidarunt. Cæduntur portenta illa non ſolum Lutetiæ, ſed in totius regni amplioribus ciuitatibus, vbi & maior & pertinacior copia antea indignè ferebatur. Dies hic niueo lapillo notandus eſt quo conatus nepharij non ſolum exciderunt, verumetiam in eos cuſum & retuſum eſt quod in nos conſpirabant. Publica elogia huius celeberrimæ victoriæ data ſunt Parriſiis, & poſteritati doctiſſimis quorundam hominum poematibus quorum aliquot hic referam commendata.*

IMPIORVM CRVCIFRAGORVM EPITAPHIVM
Per Ioannem Auratum Poetam regium.

Qui ſacras fregere cruces de mille vel vnam
Suppliciis dignam non reperere ſuis:
Præda ſed alitibus fœdis, vel piſcibus eſca
Pars fluuiis nudi, parſque vagantur agris.
Pars etiam alitibus vel faſtidita marinis
Piſcibus Oceani merſa lauatur aquis:
Ipſe vel Oceanus qui cuncta piacula purgat
Horum cauſa nequit triſte piare nefas.
Expuit extremis obſcœna cadauera ripis,
Ex his contagij ne quid arena trahat.
Aut etiam inferni vada mergit in ima Caribdis
Rurſus vt in ſummas non reuomantur aquas.
Tartareis ſed ibi ſine fine pientur in vndis,
Siue tuis Phlegeton, Styx nigra ſiue tuis.
Cuncta nec in pœnas tormenta antiqua nocentum
Sufficient: vnus nec ſatis Orcus erit.
Non rota, non ſaxum, non vultur, & ignis, & vnda,
Sed noua pœna nouis inuenienda reis.
Vtque ſuis grauibus ſint digna piacula noxis.
Pœna ſit his, grauius qua nihil eſſe poteſt.
Ne ſtent, ne ſedeant, ſed nulla vt parte quieſcant,
Inter Auernales vſque vagentur Aues.
Neue nigris Erebi poſſint inſidere ramis,
Hos agitent triplici terna flagella manu.

Pœna vel vt grauior ſit eis vllam eſſe quietem
Qui ſibi quique aliis non potuere Pati.
Sit quibus ante fuit tam dulce quieſcere nunquam
Æterna inuitis pœna quiete frui.

DE GASPARE COLLIGNÆO EPIGRAMMA
Leodogarij à Quercu profeſſoris regij.

Vitæ infelicis quàm infelix exitus eſſe
Sit ſolitus, diſces Gallo ex ex Olopherne viator:
Qui genus omne mali, quo quondam affecerat hoſtes,
Pertulit, ille pios flagranti torruit igne,
Ignitis iacuit traiectus glandibus artus.
Truncauit monachis caput: à ceruice reuulſum
Huic caput eſt: alios vndis ſubmerſit: in vndas
Funibus eſt tractus: quoſdam priuauit ocellis,
Auriculis alios, naſo, & graueolente veretro,
Hæc auulſa illi pariter ſunt omnia membra.
Permultos planè inſontes cruce plexuit: idem
Funerea paſcit crocitantes in cruce coruos.
Sandapilis cineres effodit, & oſſa feretris:
Stratus humi ſine honore rogi, ſine ſorte ſepulchri,
Nudus in obſcœno iacuit ſine tegmine cæno.
Sacra deum delubra, ac alta palatia regum,
Gazis, aulæis, gemmis ſpoliauit, & auro
Nil illi reliqui comitum niſi publicum aceruus.
Sic qui fraude viam ſummo affectabat olympo,
Icaream eſt paſſus, populo plaudente, ruinam:
Atque id Pariſius, quos perdere ſæpe parauit.
Lenta quidem, ſed certa, Dei vindicta ſupremi.

AMIRANTIS EPITAPHIVM PER
Adamum Blacuodaum.

Gaſpardum vita defunctum crux habet, atque
Miraris, viuens ſi crucis hoſtis erat.

Aliud.

Iunonem captat, ſed nube tenetur inani
Ixion: cœlos tentat Gaſpardus, at illum
Martis equis terras fugientem, & in aſtra volantem
Aëre ſuſpenſum vacuo crux alta moratur.

Aliud per Petrum Chataum.

Græcia dat ſacros celebri certamine ludos
Pythonem Phœbi lata perire manu.
Quinquaginta ignes exhalans bellua Lernæ.
Francibus; Alciden mortis honore beat.
Phœbus & Alcides, vni duo numina Carlo.

Inſunt huic Python victus, & Hydra iacent.
Gaſpardum ſociis decies cum quinque peremit,
Qui virus patria & flamma fuere ſuæ.

Publicis libellis merè famoſis odioſè hanc iuſtiſſimam & digniſſimam cædem horum bannitorum excommunicatorum, & prædonum exteri hæretici damnarunt, ſed eorum ora obſerantur dum vident hæc omnipotentis conſilio, Pontificis auctoritate & regia facultate commendari, vt in nos quod experti ſunt cecidiſſe velint. Ferant ergo in ſuis quod in noſtris futurum probabant. Hæc ſuperis non ingrata fore teſtata eſt arbor illa arida quæ ipſo die quo cæſus eſt cum ſuis Colignæus in innocentum puerorum cœmiterio multis annis ſterilis floruit, ſimúlque & folia & fructus emiſit. Muretus regius apud Pontificem orator hanc hæreticorum ſtragem narrauit & ab omnibus plauſibili iucunditate exceptus ſumma mentis & vocis alacritate in conſpectu ſacri ſenatus ſic exclamauit. O noctem illam memorabilem & in faſtis eximiæ alicuius notæ adiectione ſignandam, quæ paucorum ſeditioſorum interitu regem à præſenti cædis periculo, regnum à perpetua ciuilium bellorum formidine liberauit. Qua quidem nocte ſtellas equidem ipſas luxiſſe ſolito nitidius arbitror, & flumen Sequanam maiores vndas voluiſſe: quo citius illa impurorum hominum cadauera euolueret & exoneraret in mare, O fœliciſſimam mulierem Catharinam regis matrem, quæ cùm tot annos admirabili prudentia paríque ſollicitudine regnum filio, filium regno conſeruaſſet, tum demum ſecura regnantem filium aſpexit. O regis fratres ipſos quoque beatos: quorum alter, cum qua ætate cæteri vix adhuc arma tractare incipiunt, ea ipſe quater commiſſo prælio fraternos hoſtes fregiſſet ac fugaſſet, huius quoque pulcherrimi facti præcipuam gloriam ad ſe potiſſimum voluit pertinere, alter: quamquam ætate nondum ad rem militarem idonea erat, tanta tamen eſt ad virtutem indole, vt neminem niſi fratrem in his rebus gerendis æquo animo ſibi paſſurus fuerit anteponi. O diem denique plenum lætitiæ & hilaritatis, quo tu beatiſſime pater, hoc ad te nuntio allato, Deo immortali, & D. Ludouico regi, cuius hæc in ipſo peruigilio euenerant, gratias acturus, indictas à te ſupplicationes pedes obiiſti. Quis autem optabilior ad te nuntius adferri poterat? aut nos ipſi quod felicius optare poteramus principium Pontificatus tui, quàm vt primis illis menſibus tætram illam caliginem, quaſi exorto ſole, diſcuſſam cerneremus? Hoc ille nobis portendebat ac præſignificabat diſſectus draco, gentis tuæ, beatiſſime pater, nobiliſſimum ac pulcherrimum inſigne: fore, vt immanis ille draco, aut illa potius multorum capitum hydra, quæ non paludem aliquam Lernæam, ſed potentiſſimum & opulentiſſimum regnum tamdiu obſederat, te Pontifice diſſecaretur. Nunc igitur contemplare quæſo animo nouum illum Dauidem, cæſi ac proſtrati gigantis ſpolijs ac ſanguine decorum, eúmque hilari vultu ad genua tua prouolutum. &c. His verbis Eccleſiæ congratulabatur, quibus nomine Pontificis & Patrum peracta oratione ſic reſponſum eſt per Antonium Buccapadulium I. C. Papæ ſecretarium Nobilis orator

Carolus Francorum rex vt veteri & hereditario nomine ſic recenti ſuo iure & merito in hæreticis Chriſti hoſtibus delendis Chriſtianiſſimus hac tam nobili legatione, & oratione facile probat Sanctiſſimo D. N. atque huic ordini ampliſſimo virtutes ſuas omni illas quidem potentia ſplendidiores, tanta autem potentia ſplẽdidiſſimas. Gratulatur ſanctitati ſuę: quod quidem humanitatis eſt Gratulatur eccleſię Dei propter eam quam de ſua ſanctitate animo concepit ſpem, quod eſt caritatis. Offert ſeſe ſuáque omnia huic ſanctę ſedi: quod eſt pietatis. Renouat ſuam maiorúmque ſuorum veterem ſempérque apoſtolicæ ſedi & R. Pontifici præſtitam obedientiam: quod in eadem pietate perſeuerantiæ eſt, Commemorat conſtantem & inuictam ſuam pro Chriſtiana religione demicationem tanto cum periculo, tam præſenti, tam inteſtino: quod eſt fortitudinis cum eadem pietate. iuſtitia, ſapientia coniunctæ, Pollicetur denique omnes ſuas & regni ſui opes ad eas nationes quę veram religionem nondum acceperunt in Chriſti ouile aggregandas, quę ab ea deſciuerunt denuo congregandas. Quo quidem nihil Deo gratius, nihil Chriſtianę eccleſiæ vtilius, nihil ſanctitati ſuę & bonis omnibus optatius, nihil ſua maiorúmque ſuorum virtute & gloria dignius polliceri potuit rex. Quæ quo maiora atque illuſtriora ſunt eo rege ea ętate: eo gratior acceptiórque eſt Sanctiſſimo D. N. atque eius venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus hęc illius lega-

tio,

tio, oratio, obedientia. Quę verò ad ipſius regis atque ad eius regni dignitatem & amplitudinem pertinebunt, tantę ſemper curę erunt ſanctitati ſuę vt cum nihil hoc libentius profiteatur, libentius tamen multo ſuam erga illum caritatem rę ipſa declaratura ſit, quàm verbis profitetur.

Habita eſt X. Kalen. Ianuar. M.D.LXXII.

Hæ piæ Bartholomæi abſolutæ ſunt matutinæ initio Pontificatus Gregorij XIII.

Properamus iam ad poſtremum factum, quod in ipſo occaſu eiuſdem Pontificis accidit ſummo totius Europæ admiratione, & frementibus inuidia hæreticis. Legatio eſt à nullis antea ſæculis audita Regum Iapponum, qui cum præceptis Chriſtianæ religionis & doctrinæ edocti eſſent opera Patrum Societatis Ieſu, nihil charius in votis habuerunt quam pium animum in Pontificem Maximum Chriſti Vicarium officioſè teſtari, eique obedientiam præſtare. Fide ergo edocti, & ſacram illam per baptiſmi ſacramentum ἀναγέννησιν renaſcentiam, atque θεογενεσίαν diuinam generationem accipientes anno 1580. tres eorum FRANCISCVS *nimirum Bungi* PROTASIVS *Arimanorum*, Reges, BARTHOLOMAEVS *Princeps Omuranorũ, duos iuuenes principes ex conſanguineis ad præclaram legationem obeundam vento marique crediderunt duce Patre viſitatore ſocietatis Ieſu Presbytero. Regis Bungi legatus fuit D. Mancius is enim qui id muneris ſubire debuerat nempe Regis Fiungi filius è ſorore nepos abſens fuerat, ideò eius conſobrino Mancio commiſſum eſt. D. Michael Arimanorum regis ipſius Patruelis, & Amuranorum principis idem eius ex fratre nepos legationem obiuit. Hinc inſtructiſſima claſſe fœliciſſimum nauigium auſpicantur. Dictu incredibile eſt quantis diſcriminibus quanta rerum difficultate è patrio littore ad Romanum vſque peruenerint. Duobus enim integris annis maria ſulcarunt Nam initio anni 1582. ſoluentes è Iaponia primum ad Sinarum portum inde in Auream Cherſoneſum & tandem in Indiam venerunt. Ex India nauigantes Africæque ſinnoſa littora legentes ſub anni 1584. finem in Luſitaniam appulſi à rege Catholico & principibus magnificè & lautè excepti Romam tandem ſummo omnium gaudio expectati peruenerunt. Habito Conſiſtorio Legationis cauſas, & fines aperuerunt, & cum præcipuis nobilitatis Iaponicæ magnatibus comitibus poſt ſolennem Chriſti Vicarij venerationem, & pedum oſcula literas regum ſuorum obtulerunt, quæ è Iaponico idiomate in Latinum ſermonem verſæ huius erant fermè argumenti.*

EXEMPLAR LITERARVM REGIS BVNGI.

SVMMI Dei auxilio ſuppliciter implorato, magna cum humilitate ad Sanctitatem veſtram ſcribere aggredior. Dominus rector cæli terręque, cuius imperium ſuper ſolem, lunam & ſtellas, ignoranti, mihi, & profundis immerſo tenebris, claritatis ſuę lumen iuſſit ſpleudeſcere, ac noſtratibus, pręcipuè populis reſerans arcam ſuę miſericordię atque gemmarum, dignatus eſt ante annos ampliùs quatuor & triginta deſtinare in hęc Iaponis regna Patres è Societate Ieſu; quorum è ſalutari ac diuina ſemente, nonnihil in meum quoquè, Dei benignitate, cecidit pectus. Quod tam inſigne beneficium, aliáque multa, ô Sanctiſſime totius Chriſtiani populi parens, veſtrę potiſſimùm precationi meritiſq; accepta equidem refero. Ac proindè, niſi me bella, ſenium, & affecta valetudo impedirent, conferrem ipſe me adviſenda ac veneranda ſacratiſſima iſthęc loca. ac ſimul obedientiam exhibens; pedes V. Sanctitatis, poſt pia ipſorum oſcula, capiti meo ſuperimponerem, & ſanctiſſima veſtra manu pectus meum ſigno Crucis muniendum curarem. Sed quoniam iis quas dixi cauſis impedior, ſororis meę filium D. Hieronymum Regis Fiungi filium cogitabam legare pro me. Verùm quandò is in pręſenti longè abeſt, & P. Viſitatoris inſtat profectio; D. Mancium, eius conſobrinum eodem nomine mittere viſum eſt à V. Sanctitate magni beneficij accipio loco, ſi pro ea qua fungitur in terris Dei vice, méque & Chriſtianum hunc gregem, vti facit fouere atque adiuuare perrexerit. Reliquiariam thecam, per eundem P. Viſitatorem à V. Sanctitate mihi dono tranſmiſſam accepi libens, ac meo vertici venerabundus impoſui; atque ob id V. Sanctitati gratias ago habeóque tantas, vt explicandis iis nullę neque linguę neque ora ſufficiant. Non ero longior: quippe tum de regni huiuſce rebus, tum de me ipſo coràm ex P. Viſitatore, & ex D. Mancio

 plura

plura cognoſcet Sanctitas V. quam ego verè & ex animo adorans, multo cum timore ac tremore haſce literas exaraui xj. die Ianuarij, anno poſt Domini aduentum M.D.LXXXII.

INSCRIPTIO.

Adorando & cœli regis in terris locum obtinenti magno, & ſanctiſſimo Papæ.

REGIS ARIMANORVM.

CVM Dei gratia demiſſè & humilitèr haſce literas offero Sanctitati V. Ante hoc biennium, qui fuit annus ab aduentu Domini 1580. per Quadrageſimam, quibus maximè diebus precioſa paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti recolitur, in magnis belli tumultibus, magna mearum rerum, familięque meę perturbatione, deniquè in profundo Gentilium tenebrarum iacenti mihi, dignatus eſt pater miſericordiarum, lucem veritatis, & rectum ad ſalutem iter oſtendere per venerabilē Viſitatorem, alióſque verbi Dei pręditatores è Societate Ieſu, qui enixè me adiuuerunt, pérque baptiſmi ſacramentũ, ſuper me meóſque diuinę gratię rorem è cęlo deuocârunt. Pro quo tali ac tanto beneficio mirè lętus, infinitas Regi cęlorum ago gratias. Cúmque Sanctitas Veſtra Chriſtianum gregem vniuerſum moderetur & paſcat; valdè mihi fuit optatu, iſtuc venire, corámque humi ſtratus magna cum ſubmiſſione exhibere illi obedientiam; & poſt pedum oſcula beatorum, eoſ met meo capiti ſuperimponere. Sed quoniam rebus variis impedito id mihi non licet, mitto cum eodem P. Viſitatore. patruelem meum D. Michaelem. vti pro me hoc munere pietatis officiſque fungatur. Ex eo ipſo mea vota, & alia cognoſcet V. Sanctitas: ac proindè non ero fuſior. Quam ego ex animo ſincero & humili venerabundus adoro. Die. viij. Ianuarij, anno poſt Domini aduentum Milleſimo quingenteſimo Octuageſimo ſecundo.

INSCRIPTIO.

Reddatur Epiſtola magno illi & ſancto Domino, quem adoro Dei vicegerentem.

BARPTOLOMÆI OMVRANORVM PRINCIPIS.

VERROR ne criminem audacię ſubeam, attamen cum Regis cœlorum gratia, rudem hanc epiſtolam offero Sanctitati V. Quę cùm in terris locum obtineat Dei, ac ſimul ex ipſius doctrina & magiſterio, Chriſtianus populus pendeat vniuerſus, quum ſanè fuerat, memet maria tranſmittere, ipſúmque ad V. Sanctitatem inuiſendam venire, ſacróſque eius pedes poſt piè illorum oſcula ſuper meum caput imponere. Sed quo minùs hoc fungar officio, multæ me hoc tempore prohibent cauſæ: Nuper ad hæc tam remota loca luſtranda P. Viſitator è Societate Ieſu contendit, multiſq; rebus piè laudabilitèr inſtitutis, iam nunc redit in patriam, qua ego tam præclara occaſione inuitatus, deeſſe nolui, quin fratris mei filium D. Michaelem cum eo mitterem iſthuc, qui licèt muneri tanto ſit impar, tamen gratiſſimum fuerit mihi, ſi eum V. Sanctitas ad beatorum pedum oſcula admiſerit. Intereà V. Sanctitatem ſuplex oro, obteſtórque, vt meì memoriam conſeruare, méque & Iaponios hoſce Chriſtianos fouere dignetur. Id vnum in votis eſt mihi. Reliqua ex P. Viſitatore, & ipſo D. Michaele corâm cognoſcet Sanctitas V. quam ex animo adorans, cum timore ſcripſi, Die 27. Ianuarij, anno poſt Domini aduentum Milleſimo quingenteſimo Octuageſimo ſecundo.

INSCRIPTIO.

Sublatis manibus adorans, Sanctiſſimo Domino Papæ magni Dei vices gerenti has literas offero.

Præ gaudio viſus eſt optimus ſenex Gregorius XIII. *collachrimari hinc lectis hiſce literis per ſilentium præclaram orationem exorſus eſt Gaſpar Conſaluus Luſitanus Regum & legato-*

legatorum nomine, ad quam Antonius Buccapodulius Summi Pontificis nomine, ſic reſpondit:

Sic me veſtræ orationi iubet reſpondere S.D. noſter, iuuenes nobiliſſimi. Quòd Franciſcus Bungi Rex, & Protaſius Arimanorũ, Protaſiíque patruus Bartholom. Omuræ Princeps, ab Iaponiorũ Inſulis remotiſſimis vos ſuos propinquos huc ad ſe miſerint, eius quam obtinet Dei benignitate poteſtatis corâm venerandæ cauſa, piè illos ſapientérque feciſſe. Eſſe enim vnam fidem, vnam Eccleſiarum Catholicam, vnum huic ipſi Eccleſiæ præfectum. Chriſtique gregis vniuerſi, hoc eſt Catholicorum omnium, qui vbique terrarum ſunt, Petri ſucceſſione paſtorem, Romanum Pontificem. Hoc illos vnà cum cæteris fidei orthodoxæ myſteriis agnoſcere & profiteri lætatur, immortaléſque agit gratias diuinæ bonitati Sanctiſſimus Dominus noſter, iudicátque hanc eſſe lætitiam veriſſimam à Dei gloriæ, atque animarum ſalutis ſtudio profectam. Itaque libentiſſimè vnà cum his Venerabilibus fratribus ſuis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, hanc illorum fidei, obedientiæ, deuotionis teſtificationem amplectitur. Optat atque orat, vt illorum exemplo, cæteri quoquè illarum Inſularum, totiúſque orbis Reges & Principes, omni idolorum cultu atque errore abiecto, cognoſcant Deum verum, & quem ille miſit Ieſum Chriſtum. hæc eſt enim vita æterna.

Actis Conſiſtorij clauſis egredientem Summum Pontificem inſequuntur Legati, qui à Cardinale ſancti Sixti ſummi Pontificis ex fratre nepote lauto conuiuio excipiuntur, deinde per interpretes ad familiare Pontificis colloquium accerſiti plura de itinere, & religione contulerunt. Hanc hiſtoriam inuſitatam & ab vrbe condita inauditam primus elegantiſſimo carmine celebrauit CLAVDIVS VERDERIVS *qui tunc temporis Romæ agebat quod hic decreueram addere, ſi ſcholij paginas ampliores compendium tul[illegible].*

Fremuerunt hæretici huic ſacro bono inuidentes, odio crepunt quod videant regis tantis itinerum interuallis à noſtro orbe diſſitos Romanam ſedem venerari, eámque caput & regulam aliarum omnium eccleſiarum eſſe. Cui hæreticarum Synagogarum id vnquam decoris & honoris præſtitum eſt. Gloriabiturne Lupanar Geneuenſe, aut Saxonicum hac inſigni laude. Habent ganeones, lenones, perduelles, apoſtatas qui ad eos tanquam ad aſylum confugiunt, hic omnes Romanæ ſedis frondibus apricantur, & tuentur. Hic regni Chriſti metropolis hæreticæ congregationes ſunt officinæ turpitudinum, ſanctorum carnificinæ. Omnes noſtræ Europæ Eccleſiæ Romanæ tanquam capiti perpetuò adhæſerunt, & paſtorem œcumenicum Chriſti Vicarium intuentur. Horum perſpicaciſſima ſunt exempla. Hinc pulchrè illius encomium perſonat Hieronymus, Si Italię adiaces, *inquit,* habes Romanam Eccleſiam, vnde nobis auctoritas pręſto eſt ſtatuta. Fœlix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt, vbi Petrus paſſioni dominicæ adęquatur: vbi Paulus Ioannis èxercitu coronatur, vbi Apoſtolus Ioannes, poſtquam in oleum igneum, demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur.

Magnus Athanaſius, & vnà cùm eo totius Aegypti Epiſcopi, Marcum, ſanctę Romanę apoſtolicę ſedis atque vniuerſalis Eccleſię Papam nominant: ſanctámque eius ſedem, matrem & caput omnium Eccleſiarum agnoſcunt: cui cum omnibus ſuis commiſſis, perpetuò ſe futuros obedientes pollicentur.

In Hieroſolymitana diœceſi degens Hieronymus, epiſtola ad Damaſum Papam, hac præſenti animo vociferatur: cum ſucceſſore piſcatoris & diſcipulo crucis loquor. Ego nullum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuę, id eſt, cathedrę Petri communione conſocior: ſuper illam petram ędificatam Eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum, agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit: peribit regnante diluuiò. Quicunque tecum non colligit, ſpargit hoc eſt qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt *Et ſequentis ad eundem epiſtola*: Si quis cathedrę Petri iungitur, meus eſt. *Alibi etiam ſi quid parum cautè ſcripſiſſet: ab eodem Damaſo emendari poſtulat:* vt ad eo qui fidem & ſedem tenet. *Idem rurſus totius Orientis & Occidentis ſynodicas conſultationes Epiſcopum Romanum & deferri ſollicitas docet cum ad eas reſpondiſſe ſcribit: quando in chartis eccleſiaſticis Damaſum iuuabat, & epiſtola ad Principem ſe Romam cum*

ſanctis Pontificibus Paulino & Epiphanio, quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminiam Cypri rexit eccleſiam neceſſitate eccleſiaſtica tractum *memoriæ mandauit.*

Siue Occidentis ſiue Orientis plagas inſpiciamus, ſiue ad auſtrum & Meridiem conuolemus illic præclara conſpicientur Romanæ Eccleſiæ inſignia. Ex Paleſtina Phœnicia vtraque Syria, Arabia, Meſopotamia, Cilicia, Cappadocia, vtraque Armenia, & Ponto, Galatia, Aſia, Lydia, Phrygia, Piſidia, Pamphilia, Iſauria, & aliis Orientis partibus innumeri penè teſtes prodeunt, qui Romanum venerantur ſedem. Aſt nullum neque luculentius neque dignius exemplum intueri licet, nec quod maius decus adferat eccleſiæ quam Iaponum Regum Legatio, quæ tot inſulæ, tot regna Catholicam fidem amplectantur, ſéque Chriſti Vicario deuouent. Congratulemur ergo Pontifici qui & ortum & exitum apoſtolici muneris tam fœlicibus ominibus vidit. Hic hiſtoriæ noſtræ ampliſſimus hyperaſpites aduerſus truculentas hæreticorum contumelias.

Hæc duo quibus Pontificatus exordiũ & finis Gregorij XIII. commendatur his diſtichis Chronicis in noſtrá chronologiæ tabulis complexi ſumus.

MATVTINÆ PARISIENSES.

parIsIIs portenta rVVnt patrIæqVe gIgantes

hostes, grata nItet bartholoMæa DIes.

REGVM IAPONVM LEGATIO.

InDIa tres reges fIDeI sVb pIgnore papæ

obtVLIt, Ista IVbet qVI regIt astra DeVs.

Paulo poſt expleto decimotertio Pontificatus anno vitæ ſeptuageſimo ſecundo XIII. Cal. Aprilis optimus Pontifex Gregorius XIII. obiit in cuius locum ſuffectus eſt Sixtus V. id memoria denouimus hoc carmine.

SIXTI V. PONTIFICATVS.

sIXtVs habet petrI CLaVes et noMIna CeLsa.

LaVs franCIsCanae non perItVra togae.

SIXTVS

SIXTVS QVINTVS.

Fœlix Perretus parentibus non faſtu & rerum copia, ſed virtute & pietate locupletiſſimis apud oppidum Montalt. Diocœſis Ripanæ Marchionatus Anconatenſis in Italia oriundus, primis ab annis Diui Franciſci Minorum Patriarchæ inſtitutum ſequutus, ſummus Theologus, poſtea Generalis miniſter ordinis euaſit. Quæſitoris munus ad profligandas hęreſes ſtrenuè geſſit, maleuolis hominum inſidiis imperterritus, quamobrem Pio Quinto Pontifici chariſſimus inter illuſtriſſimos Cardinales euectus eſt, in quorum Comitiis ſolennibus decimoquarto poſt Gregorij XIII. obitum die, communi omnium voce Deo Eccleſiæ ſuæ proſpiciente Pontifex Optimus Maximus LXV annos natus eligitur Sixti IIII. ſui ordinis Pontificis memoria pulſus Sixtus V. apellari voluit & Cal. Maij Romæ coronari anno M. D. LXXXV. E ſacro Eccleſiæ theſauro populo pro pace & tranquillitate publica ſupplici indulgentias largitus eſt Pontificatus initio. Perduellium, latronum, & bannitorum conatus è Romanis finibus eiecit. Principum Catholicorum ſacra fœdera in excidium prauitatis hæreticæ, è regnis Chriſtianiſſimi Regis Henrici III. probauit, cui ad belli ſuſcepti expeditionem bonorum Eccleſiaſticorum alienationes certis conditionibus indulſit. Rodulpho II. Imperatori per literas ſignificauit Regem Nauarræum & Principem Condæum à ſede Apoſtolica excommunicatos, & proſcriptos eſſe. Principem Parmenſem gladio & galero in perpetuũ, & inuicti honoris teſtimonium donauit. Eccleſiæ paſtores, & prælatos à grege abſentes ad reſidentiã ita compulivt aliquot centenos Epiſcopos ex vrbe in ſuas Diocæſes reuerſos eſſe conſtet. Aſtrologiæ iudiciariæ ſomnia & commenta prohibuit. Ad maiora quotidie pro publico commodo anhelat.

I.

Alienationes bonorum ſtatus Eccleſiaſtici abſque ſedis Apoſtolicæ licentia prohibentur.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SOLICITVDO Paternuſque affectus, quo Sedis Apoſtolicæ ſubditos proſequimur, nos inducunt, vt ea diligenti cura proſpiciamus, quæ ad illorum conſeruationem ſtatúſque Eccleſiæ vtilitatem, & commodum pertinent, Accepimus ſiquidem, quòd in diuerſis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & Caſtris nobis, & dictę Sedis temporali ditioni ſubiectis extant ſtatuta prohibentia res, ac bona ſtabilia in forenſes, & non ſubditos alienari. Nihilominus nonnulli Ciues, & incolæ Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum huiuſmodi bona ſtabilia, aliis perſonis extraneis vendere, & alienare præſumunt in maximum præiudicium, & damnum Ciuium, & incolarum prædictorum. Quocirca nos conſiderantes quantum ſtatuta præfata vtilia, & fauorabilia ſint, quantumque Reipublicæ interſit dicta bona in illius Ciues, & habitatores conſeruari. Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia, ſtatuta *Bona ſtabilia in forenſes & exteros non debent alienari.*

Statuta alienationem bonorũ prohibentia in forenſes non ſubditos confirmantur.

huiuſmodi,etiam ſi non ſint in vſu, Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium de cętero obſeruari mandamus. Et nihilominus, quòd perpetuis futuris temporibus Vniuerſitates,Ciuitates,Collegia,Feudatarij,quicunque , ac perſonę cuiuſuis ſtatus,gradus,ordinis,qualitatis,& conditionis exiſtant : etiam ſi Imperiali , Regali, Ducali,vel alia quauis auctoritate,& dignitate,etiam Eccleſiaſtica,quę ſpecialem, & indiuiduam mentionem requireret, prędìti ſint, nullatenus ſine noſtra , & Sedis prędictę licentia,audeant,ſeu pręſumant Ciuitates,Oppida, Caſtra,Feuda,iuriſdictiones , ac bona quęcunque ſtabilia , vel immobilia in dicto ſtatu Eccleſiaſtico exiſtentia cuiuſcunque qualitatis,quantitatis & valoris per eos ſua , & pro tempore poſſeſſa vendere, permutare , vltra triennium locare,in emphyteoſim , feudum,liuellum , pignus , ſeu precarium concedere , in aliquam Communitatem, Vniuerſitatem,Collegium,vel perſonam extraneam , ſeu forenſem,quę nobis , & dictę Sedi ratione temporalis iuriſdictionis,ſtatus,noſtri ſubdita , & ſuppoſita non ſit,vel quæ domicilium legitimè non contraxerit in dicto noſtro ſtatu, cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus,conditionis,& qualitatis exiſtat,etiam ſi , vt præfertur,Imperiali,Regali, Ducali,vel alia quauis auctoritate,& dignitate , etiam Eccleſiaſtica,quæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem requiret, præditus ſit . Inſuper quia decens,& conueniens exiſtit,quod ſi vendantur,vel permutentur, ſeu etiam donentur Ciuitates,Caſtra,& oppida,multòmagis fortalitia,id ad notitiam Principis deducatur,& præſertim ſi feuda;& iuriſdictiones feudales,ea omnia,nec in exteros,nec in alios quoſcunque,niſi de expreſſa præcedente noſtra,& pro tempore exiſtentis Romani Pontificis eadem ſupradicta licentia vendi, permutari, vel donari valeant.

Omnis alienatio quocunque iure firmata abſque ſedis apoſtolicæ licentia in terris eius Dominij irrita & inanis habetur.

Neque etiam extraneus,aut ſubditus originarius bona huiuſmodi in dicto ſtatu habens,& in eo habitas, ſi ab illo diſcedat amplius ad ipſum non reuerſurus, illa retinere poſſit,ſed intra biennium , ex quo ipſe demigrauerit, ea vendere,ſeu pro aliis extrà dictum ſtatum exiſtentibus permutare , aut alias transferre in alium immediatè ſubiectum teneatur,auctoritate , & tenore præſentium de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Cardinales conſilio perpetuò ſtatuimus,& ordinamus.

Ius vltimæ voluntatis conſeruatur & libertati teſtandi non nocet hæc declaratio.

Licitum tamen erit omni dicti ſtatus habitatori,ſiue extraneo,ſiue ſubdito de bonis ſuis in eodem ſtatu poſitis , vel in conſanguineos vel in alios de dicto ſtatu non exiſtentes quocunque alio,quàm venditionis ſeu permutationis, vel donationis titulo diſponere, ac ſuis, etiam ab inteſtato hæredibus pariter licebit in illis ſuccedere , qui tamen intra triennium, vel in eundem ſtatum habitatũ veniant,vel bona ipſa in alium,ſeu alios arbitratores,& ſubditos,vt præfertur transferant. Quod etiam illis extraneis,ad quos bona huiuſmodi ex quibuſcunque aliis,quàm venditionis,ſeu permutationis,aut donationis huiuſmodi cauſis peruenerint, illáque acquiſiuerint,cenſeatur permiſſum.

Vrbs Roma communis patria eſt.

Bonorum autem præfatorum appellatione,neque cenſus,neque portiones, ſeu loca Montium,nec mulierum dotes,ſed neque Vrbem noſtram quæ communis patria eſt,cum eius decem paſſuum millia circuitu,volumus comprehendi,filij tamen, & hæredes dictarum mulierum ſoluto matrimonio,ſi extranei fuerint , aut in eodem ſtatu ad habitandum,aut vendendum,ſeu permutandum , vt dictum eſt , ſint aſtricti.

Dotes non debent nec poſſunt alienari , nec ipſa vxor fauore mariti dotem alienare poteſt. Menoch. recuperand. poſ. 9. remed. num. 67.

Decernentes Communitates,Vniuerſitates,Collegia, vel perſonas extraneas ſeu forenſes huiuſmodi ad dictorum bonorum pro tempore contra earundem præſentium tenorem alienatorum acquiſitiones omninò inhabiles, necnon quoſcunque contractus,venditiones,& alienationes contra huiuſmodi prohibitionem quocunque modo,vel cauſa pro tempore faciendas nullas , & inualidas exiſtere, nullúmque ius per eas emptoribus attributum eſſe , tribui poſſe. Necnon omnes ſcripturas deſuper conficiendas,ac inde ſecuta quæcunque nullius roboris vel momenti eſſe,nec ex illis audiri,agi, & excipi poſſe in iudicio, vel extra , ipſaque bona alienata ad eos,ad quos de iure peruenire debent,ſpectare,& pertinere , Sicque per S.R.E.Card.etiam Legatos,ac Vicelegatos necnon ſacri Palatij Apoſtolici Auditores,Gubernatores,ſeu illorum Locatenentes,aliſóve Iudices, & Commiſſarios,quauis auctoritate fugientes,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere. Necnon irritum,& inane quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter

ter,vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes eiſdem Legati , Vicelegatis, Gubernatoribus,ac Iudicibus nunc,& pro tempore in totu ſtatu prædicto exiſtentibus,& eorum cuilibet,vt ſtatum & ordinationem , & alia præmiſſa perpetuò ab omnibus,ad quos ſpectat,& pro tempore ſpectabit per cenſuras Eccleſiaſticas,& alia eis beneuiſa remedia obſeruari faciant, & mandent. Non obſtantibus noſtris de non tollendo iure quæſito,aliíſque Apoſtolicis conſtitutionibus,necnon Ciuitatum,oppidorum,Terrarum,& locorum prædictorum ſtatutis , & conſuetudinibus etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quacunque alia firmitate munitis,ac etiam immemorabili,& quantocunque tempore pacificè obſeruatis,necnon ciuitatibus , Ciuitatúmque iuribus priuilegiis , exemptionibus , & indultis Apoſtolicis illis,eorúmque Dominis prædictis, ac quibuſuis aliis per quoſcunque Romanos Pontifices ac nos,& dictam Sedem quomodocunque, & quotieſcunque conceſſis,confirmatis,& innouatis,quæ omnia, illorum tenores ,præſentibus pro plenè,& ſufficienter expreſſis habentes,omninò tollimus , & abrogamus cæteríſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem eaſdem præſentes,quoniam in Cõſiſtorio noſtro , & de Conſilio prædicto promulgatæ ſunt , à die datæ ipſarum quoſcunque tam præſentes,quàm abſentes,& vbicunque etiam extrà dictum ſtatum exiſtentes perinde obligare,ac ſi cuique ſingulatim intimatæ fuiſſent , Et nihilominus,vt illę amplius innoteſcant, mandamus eas valuis Eccleſiæ S. Ioan. Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe,aliiſque locis conſuetis appendi;& in libris dictæ Cameræ deſcribi. Ac etiam volumus,vt ipſarum exempla, etiam impreſſa edantur,eaque Notarij publici manu,& ſigillo cuiuſcunque Curię Eccleſiæ,aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignata eam ipſam prorſus fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud faciant , quam ipſæ præſentes facerent,ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis autem,&c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ , milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto,Kalend. Iulij, Pontificatus Noſtri Anno primo.

II.

In homicidas,fures ac latrones eorúmque fautores.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Sixtus V. conqueritur de flagitioſorum hominum & inſidiarum factarum iniuſtitia.

Hoc noſtri Pontificatus initio,inter multa Reipublicæ damna & incommoda,quæ menti noſtræ obuerſabantur,nobis longè fuit grauiſſimum, quòd populos S.R.E. ditioni temporali ſubiectos non modo ad rerum ſubſtantiarúmque ſuarum perturbationem & iacturam ſed etiam vitæ periculum redactos inuenerimus,Exulibus,Bannitis, cæteríſque id genus facinoroſis hominibus ita vndique ingruentibus,& graſſantibus,vt vix quiſquam ab hac hominum peſte, tutus alicubi conſiſtere poſſe videatur. Quare cum ad hæc ſananda mala , ex officij noſtri debito, & præcipua erga noſtros ac eiuſdem Rom. Eccl. ſubditos charitate aſſiduè extimulemur,nihil non agere & tentare decreuimus,quo Populis optata quies,ſalus,ſecuritas,& tranquillitas per nos reſtituatur. Quòd ita demum, Deo auxiliante,ſperamus nos eſſe conſecuturos ſi cautè prouideatur , ne vllum domi foríſque intra extráue fines noſtros criminoſos hominibus huiuſmodi pateat diffugium aut receptaculum , ſed omninò legum & Magiſtratuum ſeueritatem Iuſtitiaque gladium ſubire,ac debitas pœnas luere cogantur.

Pontificum in hac peſtilentiſſimum reipublicæ genus hominum conſtitutiones & pœnæ latæ confirmantur.

Itaque de fratrum noſtrorum conſilio omnes,& ſingulas conſtitutiones à fel. record. Pio II. Paulo etiam II. Sixto IIII. Iulio ſimiliter II. Leone X. Clemente VII. Iulio III. Pio etiam IV. Pio V. Greg. XIII. & quibuſuis aliis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris,ſuo cuiuſque tempore in deteſtabile prædictorum, & aliorum infraſcriptorum hominum genus , pro temporis , & criminum ratione editas,cum omnibus,& ſingulis eis contentis quoad ea quæ præſentibus non contrariantur,& excepta Excommunicationis ſententia,per eaſdem conſtitutiones in illis contrauenientes promulgata,quam ne animarum perniciem potius quàm ſalutem adferat conſulto tollendam,& ſubmouendam duximus , ex certa ſcientia noſtra approbantes,& innouantes illarúmque omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum

verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis, & inſertis haberi volentes.

Territoria & communitates ab hac impuriſſima ſcelerum ſentina debent purgari Baronum, ac dominorum locorum opera.

Vniuerſis, & ſingulis Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baroni-
bus, & Domicellis, etiam quacunque Eccleſiaſtica dignitate fungentibus, necnon
Vicariis. Feudatariis, Armorum Ductoribus, Capitaneis, Magiſtratibus, Com-
munitatibus, Vniuerſitatibus, & officialibus, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, op-
pidorum, & aliorum quorumcunque locorum prædictæ Roman. Eccl. mediatè, vel
immediatè ſubiectorum in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ,
necnon duorum millium per Communitates, & mille per Vniuerſitates, ac quin-
que millium ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ irremiſſibiliter ipſo facto ap-
plicandorum per Dominos temporales, & alios prædictos abſque alia daclaratio-
ne incurrendis pœnis (vltra alias in eorundem prædeceſſorum noſtrorum literis
contentas) diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus adhibita exactiſſima dili-
gentia de qua per publica documenta, & alias probationes fidem faciant, eorum
Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, Villas, Dominia, loca, & Territoria omnia à
Perduellionibus, Homicidis, Latronibus, viarum graſſatoribus, raptoribus, incen-
diariis, ſicariis, exititiis, publicæ quietis perturbatoribus, armatas facientibus ſta-
tum Eccleſiaſticum hoſtiliter peragrantibus pro quocunque crimine capitali, e-
tiam in contumaciam Bannitis, aliíſque ſimilibus notoriis delinquentibus, & faci-
norosis hominibus, etiam nondum condemnatis eorumque fautoribus, & compli-
cibus quos omnes noſtros, dictæque Rom. Eccl. rebelles, ac publicos Hoſtes eſſe
decernimus, ſecuta, libera, & expurgata cuſtodire, tenere & præſeruare.

Necnon ſi quos ex ipſis eo accedere, vel commorari, ſeu ad prædicta loca decli
nare, vel illac pertranſire contigerit, ſtatim illos capere, & apprehendere, ac ad car
ceres conducere, captoſque noſtris, & pro tempore exiſtētium Romanorum Pon-
tificum Magiſtratibus, & officialibus fideliter tradere, & conſignare, populóſque
ſuos pulſu campanarum, & aliis ſignis ad arma conuocare, & coadunare te-
neantur.

Carceribus rei mancipentur, & officialibus pontificiis conſignentur.

Quod ſi illos capere, & apprehendere per ſeipſos nequiuerint, finitimas quaſ-
que Communitates, & Vniuerſitates, necnon Dominos temporales commoneфа-
ciant, & in auxilium conuocent, iunctíſque ſimul viribus eoſdem Perduelliones,
homicidas, latrones, & alios prædictos forti manu, & inceſſanter quocunque ſe
verterint, etiam extra proprium territorium, & iuriſdictionem ipſo perſequu-
tionis actu vſque ad vltimam eorum profligationem perſequantur, ac vt capian-
tur, & aprehendantur, ſeu profligentur omnem operam adhibeant.

Cúmque veriſimile non ſit huiuſmodi Hominum genus in occulto verſari, &
eos qui ad cuſtodiam tenentur ſi diligenter inuigilēt, illorum notitiam non habere
neque tantam multitudinem eſſe poſſe quin à Dominis temporalibus, ac Com-
munitatibus, & Vniuerſitatibus prędictis vinci, & opprimi queat, iuncto præſertim
finitimorum auxilio, cauilloſæ excuſationes ſibi impoſterum nullo modo ſuffra-
gentur.

Conuicina communitates conuocanda in perduellum, homicidarum & latronum excidium.

Particulares vero perſonæ cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſten-
tes ſub quingentorum ducatorum ſimiliter eidem Cameræ ipſo facto applican-
dorum, aliíſque corporalibus, etiam vltimi ſupplicij incluſiuè Gubernatorum, &
officialium prædictorum arbitrio iuxtà cuiuſcunque perſonæ, & culpæ qualitatem
extendendi pœnis cum primum campanæ ſonitum aliáve ſigna populum aduer-
ſus dictos facinoroſos homines conuocantia audiuerint, vel aliàs de illis quomo-
dolibet notitiam habuerint arma capere, & ad locum neceſſarium accurrere, ac
vna cum aliis, & per ſe ipſum omnem conatum in perſequendis capiendis, & pro-
fligandis bannitis, aliíſque nefariis hominibus prædictis adhibere teneantur.

Præterea ſub eiſdem pœnis omnes, & ſinguli prædicti tam in Vrbe, quàm extrà
eam ad quamcunque Curiæ ſeu Miniſtrorum, & executorum Iuſtitiæ, vel cuiuſ-
que eorum ſimplicem requiſitionem, ac etiam nulla requiſitione præuia (ſi aliquos
ipſos reſiſtere, vel ſeſe opponere, ſeu aliquod impedimentum adferre eoſvé ad a-
liquam executionem faciendam auxilio egere quoquomodo cognouerint) eiſdem
Curiæ Miniſtris, & exequtoribus opem, & fauorem, armata, etiam manu con-
ferre & ſubuenire, ac preſto eſſe, & denique obedire.

Inſuper ſtatuimus, & ordinamus, vt ſi qui ex Perduellionibus, homicidis, latro-
nibus, furibus, & aliis facinoroſis hominibus prædictis in Ciuitatibus, Terris, Op-
pidis, Caſtris, Villis, Dominiis, locis, & Territoriis huiuſmodi damna aliqua intu-
lerint, ſeu furtum, aut latrocinium commiſerint, nec capti, & deprehenſi fuerint,
ſed impunè euaſerint, Domini temporales, ſeu Communitates, Vniuerſitates nobis,
& Sedi Apoſtolicæ mediatè, ac immediatè ſubiecti, in quorum locis, territoriis, &
iuriſdictionibus reſpectiuè ſimilia perpetrata fuerint, præter hoc, quod ad damno-
rum quorumcunque ſic illatorum parti læſæ damnáque huiuſmodi patienti, ac
eorum hæredibus reſtitutionem, & ſatisfactionem omninò teneantur ad tantun-
dem etiam quam damna illata, extimata fuerint Cameræ prædictæ realiter, & cū
effectu perſoluendum eo ipſo ſint aſtricti, ac aliàs prout latius continetur in aliis
literis dicti Pij V. prædeceſſoris contra Dominos, ac Communitates, & Vniuerſi-
tates eorum territoria non cuſtodientes editis, quas firmis tamen remanentibus a-
liis ſuprà, & infraſcriptis pœnis tenore præſentium, etiam innouamus.

Cauilloſis excuſationibus non tueri debent.

Duces quoque Principes, Marchiones, Comites, Barones, Domicellos, Vicarios,
Feudatarios, Gubernatores, Magiſtratus, Ductores, Capitaneos, & officiales prædi-
ctos, necnon quoſcunque alios cuiuſcunque etiam dignitatis, conditionis, ſtatus,
gradus, ordinis, excellentiæ ſexus, & ætatis dummodo decimumquartum illius an-
num excedant huius ſtatus, & iuriſdictionis noſtræ temporalis, ac prædictæ Rom.
Eccl. in eiſdem temporalibus mediatè, vel immediatè ſubiectos, etiam dominia,
iuriſdictiones, & loca extrà ſtatum prædictum obtinentes qui Perduelliones, ho
micidas, latrones, & alios nefarios homines prædictos in ſuis quiſque Dominiis,
Terris, Oppidis, Caſtris, fortalitiis, villis, locis, territoriis, ſeu domibus, tam in ipſo
ſtatu, quàm extrà eum conſiſtentibus receptauerint, ſeu confouerint, aut quod in
illis recipiantur, vel confoueantur quoquomodo permiſerint, ſeu ne ij capiantur
impediuerint vel captos eripuerint, ſeu occultauerint, aut illis poteſtatem, ſeu com
moditatem euadendi fecerint, vel arcem, aut aliam quamcunque cuſtodiam ef-
fregerint, inuaſerint aut quoquomodo violare tentauerint, ſiue ad hoc homines,
vel arma, aliâve miniſtrauerint, ſiue aliàs auxilium, conſilium, vel fauorem, palam,
vel in occulto per ſe, vel alium, ſeu alios quoquomodo etiam extra territoria iu-
riſdictiones, & domos proprias præſtiterint, ſeu præſtare permiſerint, vel etiam
quoſcunque Iudices, Miniſtros, aut executores Iuſtitiæ in perquiſitione, captura,
vel abductione, ac omninò in eorum officij libera exequutione, ſiue in Vrbe, ſiue
extrà vbique locorum impediuerint, ſeu verberauerint, vel inſequuti fuerint, aut
concuſſerint, ſeu minis, vel aliàs perterrefecerint, aut ad arma conclamauerint, a-
lióſve concitauerint, ſeu talia fieri mandauerint facientibus adhæſerint, & fuerint,
ſeu alicuius Magnatis nomen auxilij cauſa aduerſus Curiam, Executores, & Mini-
ſtros prædictos inuocauerint, ſeu franchitias appellauerint contra quas aliam cō-
ſtitutionem dicti Gregorij prædeceſſoris deſuper editam ſimiliter innouamus.

Signo campanæ armati priuati irrumpere tenentur in graſſatores, & bannitos huiuſmodi.

Iuſtitiæ miniſtri conſtitutionis huius executoribus fauere debent.

Acrioribus etiam remediis in dies vſuri pro huiuſmodi Aſylis, præſertim in di-
cta Vrbe tollendis, & omninò extirpandis Leſæ Maieſtatis reatum, ac nulla iuris,
aut hominis fictione confictum crimen incurriſſe & eiuſdem Rom. Eccl. Rebelles,
omnibúſque & ſingulis priuilegiis, gratiis, libertatibus indultis, exemptionibus,
immunitatibus, realibus & perſonalibus, necnon Ducatibus, Principatibus Mar-
chionatibus, Comitatibus, Ciuitatibus, Terris Oppidis, Caſtris, Dominiis, Vicaria-
tibus, Guberniis, locis, iuriſdictionibus, dignitatibus, etiam Eccleſiaſticis hono-
ribus, iuribus officiis, penſionibus, beneficiis, & fructibus Eccleſiaſticis, ac etiam
quibuſcunque feudis, & conceſſionibus, quæ à Romana prædicta, & quibuſcunque
aliis Eccleſiis obtinent, & in futurum obtinebunt, cæteriſque etiam immobilibus,
mobilibus, & ſe mouentibus bonis, iuribus, & actionibus eo ipſo priuatos, ipſóſque
& illorum filios ad illa, & quælibet alia impoſterum obtinenda, ac quoſcunque
actus legitimos exercendos inhabiles, & indignos fore, atque eſſe: Necnon à toto
ſtatu Eccleſiaſtico vna cum eorum familiis perpetui exilij pœna damnati, Domoſ
que ædificia arces, & fortalitia eorundem demoliri, & ſolo æquari, ſeu aliis dictæ
Cameræ iuribus adſcribi debere, nec illis portam vllius dignitatis Eccleſiaſticæ,
vel mundanæ vnquam patere decernimus, & declaramus. Vaſſallos verò Cuſtodes

Aſylum. in lege Romuli apud Halicar. lib. 2. & vlp. ex Labeone. l. quod ſit 17. §. apud Labeonem ff. de ædilit. edict. lucus ſacer erat quo perfugij, libertatiſve cauſa ius erat confugere.

Pœnæ reorum.

Eadem fuit Pontificis Pij V. ſententia.

Capitaneos, Officiales, populos, & ſubditos eorundem à fidelitatis iuramento, ac homagij, & quocunque alio iure, quo ipſis quomodolibet adſtricti fuerint ex nunc penitus abſoluimus. & liberamus. Ducatus autem, Dominia, Vicariatus, gubernia, feuda, Ciuitates, Terras, Oppida, Cæteráque bona prædicta, necnon iura, & actiones cum fructibus, & emolumentis eorundem Fiſco noſtro, & Cameræ prædictæ ipſo facto, abſque aliqua declaratione, citatione, Iudicis ſententia, ſeu decreto, vel alia iuris, & facti ſolennitate habenda, etiam in præiudicium filiorum deſcendentium, & aliorum quorumcunque Agnatorum in inueſtituris conceſſionibus, ſeu aliis diſpoſitionibus comprehenſorum in omnibus & per omnia, perinde ac ſi per lapſum temporis illorum conceſſionis, & finitam lineam ad ipſam Cameram rediſſent, ſeu decuplata eſſent, confiſcamus, applicamus, & incorporamus, illáque ſic nobis, & pro tempore exiſtentibus Rom. Pont. & Cameræ prædictæ, aperta, deuoluta, confiſcata, applicata, & incorporata ſub conſtitutione eiuſdem Pij V. prædeceſſoris de huiuſmodi Dominiis. & iuriſdictionibus in feudum, aut aliàs non concedendis minimè comprehendi, etiam declaramus. Necnon quæcunque fideicommiſſa, ſubſtitutiones, & alias diſpoſitiones ſub quacunque verborum forma, etiam cum expreſſa alienationis prohibitione, aliiſque diſtrictiſſimis clauſulis, & cautelis conceptas, ad hoc, vt fructus bonorum huiuſmodi fideicommiſſis ſubiectorum durante vita naturali delinquentis etiam in contumaciam ex prædictis cauſis condennati Fiſco applicentur, & in dictæ Cameræ vſum conuertantur, proprietateſque dictorum bonorum quamdiu ipſe delinquens naturaliter vixerit per Fiſcum & Cameram huiuſmodi poſſideantur, & detineantur tollimus, & abrogamus.

Communitates tolerantes reos has pœnas incurrunt.

Ad hæc communitates, & vniuerſitates huiuſmodi, ſi homines facinoroſos prædictos receptauerint, tolerauerint, cibis, commeatu, auxilio, conſilio, vel fauore, aut quocunque alio modo, etiam, vt euadant per ſe: vel alios iuuerint, omnibus pœnis ſupradictis ſupponimus, eorúmque res & bona omnia, necnon fructus, et emolumenta eidem Fiſco, modo et forma præmiſſis applicamus, et appropriamus.

Particularibus autem hominibus, qui ad facinoroſos prædictos capiendos, et apprehendendos Iuſtitiæque miniſtris tradendos ſufficientibus viribus fuerint deſtituti, niſi eoſdem illico propalauerint, officialéſque, populos, et finitimos, ita vt nullo modo euadant conuocauerint.

** Priuilegia de recipiendis & non conſignandis bannitis reuocantur.*

Ac demum iis, qui aliquem in præmiſſis culpabilem ſciuerint, nec nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, ſeu alicui perquem ad nos, vel dictos ſucceſſores fideliter deferatur intra trium dierum ſpacium reuelauerint pœnam arbitrio Iudicis pro modo culpæ etiam vſque ad mortem incluſiue infligendam ſtatuimus.

Decernentes ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis per accuſationem, delationem, inquiſitionem, & quouis alio meliori modo procedi poſſe.

** Receptatores non excuſantur aliquo fauore, vel gradu, vel conſanguinitatis vel conditionis & profecto tales ſeueriſſimis pœnis arcendi ſunt, fomitē enim præbent delictorū, quam obrem furum latronum ac huiuſmodi ſceleratorum receptatores ad legem Iuliam de vi publica tenentur. l. pen. C. ad l. Iul. de vi publica.*

Ac quæcunque vetuſta priuilegia, ſiue* exemptiones, etiam immemorabiles, vel alias quaſcunque prætenſiones de recipiendis, & non conſignandis huiuſmodi bannitis, & aliis facinoroſis hominibus, nemini contra præſentium tenorem ſuffagari, etiam ſi de eis ſpecialis, & indiuidua mentio facienda eſſet.

Neque Receptatores,* fautores, auxiliatores, conſultores, & alios quoſcunque præſentibus noſtris, ac prædeceſſorum noſtrorum litteris, vt præfertur approbatis, & innouatis quomodolibet contrauenientes quocunque prætextu, etiam Agnationis, & cuiuſcunque conſanguinitatis, etiam in primo gradu, aut vnice, & non doloſe, & penitus inculpate, nec ad malum finem receptionis vllatenus excuſari, Cum beneficium publicum ſit priuatæ neceſſitudini præferendum, nec dolus abſit ab eo qui ipſis nefariis hominibus, & publicis inimicis quoquomodo ſe amicum præſtat, genúſque hominum huiuſmodi facile cognoſcatur. Eúm quoque qui ſeſe vi, & metu ad manifeſtum, & inſtans vitæ periculum euitandum, de quo tamen per legitimas probationes docere teneatur, eis receptum dediſſe, ſiue victum, & alia præſtitiſſe aſſeruerit, nequequam excuſari, niſi quam primum ſe ſubripere, vel alios transmittere potuerit, nulla interpoſita mora de tranſitu, vel ſtatione dictorum facinoroſorum hominum vicinorem locum, illiúſque Magiſtratus, & officiales certiorauerit.

Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes

ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Prouinciarum legati executores huius edicti.

Et nihilominus vt præmiſſa ſuum debitum (prout ex intimo cordis noſtri affectu exoptamus) conſequantur effectum, dilectis filiis eiuſdem S.R.E. Camerario, Vrbis Gubernatori, cauſarum, Curiæ Cameræ prædictæ Generali, Auditori, necnō Prouinciarum noſtrarum Legatis, de quibus plurimum confidimus, ac Vicelegatis, & præſidibus Ciuitatúmque & aliorum locorum prædictorum Rectoribus, & officialibus, ac cæteris omnibus ſingularum conſtitutionum, & literarum prædictarum executoribus ſimiliter in virtute ſanctæ obedientiæ; ac ſub indignationis noſtræ pœna per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt quiſque pro ſe ad omnimodam præſentium, ac aliarum literarum, & conſtitutionum prædictarum, necnon pœnarum omnium in eis contentarum executionem omninò procedentes illas omnes, in eis contenta quæcunque ſemper, & vbique per omnia loca prædicta ac ab omnibus ſub illis comprehenſis inuiolabiliter obſeruari, Capitaleſque ſententias prædictas à Iuſtitiæ Miniſtris abſque alicuius irregularitatis incurſu exequi mandant, & faciant, ac pro exequutione pœnarum pœcuniarum contra Communitates, Vniuerſitates, Dominos, temporales, & alios prædictos propter eorum inobedientiam repreſalias concedant, realiterque, & irremiſſibiliter dictas pœnas peeuniatias exigant.

Non obſtantibus fidei commiſſis, inueſtituris, conceſſionibus, ſubſtitutionibus, teſtamentis, & aliis diſpoſitionibus, necnon priuilegiis, exemptionibus, ac aliis præmiſſis, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſeruata inſerti forent præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & inſertis, necnon omnibus quæ in ſingulis literis prædictis conceſſum eſt, non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Rogamus quoque & hortamur attentè in Domino omnes, & ſingulos quamcunque iuriſdictionem temporalem extra ſtatum Eccl. prædictum exercentes, etiam Regia, Ducali, vel alia quacunque mundana, vel Eccleſiaſtica auctoritate, ſuperioritate, & excellentia fungentes, velint pro ſua in nos, & hanc Sanctam Sedem Apoſtolicam deuotione, & obſeruantia, reique ipſius æquitate prouidere ne poſthac in Prouinciis, Dominiis, & locis ſuis perduelliones, homicidæ, & alij facinoroſi prædicti vllo modo recipiantur, aſſecurentur, vel tuti reddantur, quinimo ſi ipſos ad illa declinare, aut ibidem reperiri contigerit per ſuos Iuſtitiæ Miniſtros, & Executores capi, & apprehendi, ac ad præſides, & Gubernatores Prouinciarum, & locorum noſtrorum vnde ipſi originem traxerint, vel delictum commiſerint liberè conduci, & remitti, eiſque conſignari mandent, & procurent, Ac quoſcunque ſaluos conductus, & alias aſſecurationes, reuocent, & annullent, prout nos vice verſa idipſum contra huiuſmodi facinoroſos homines à dictis eorum Prouinciis, & Dominiis bannitos fieri, & obſeruari curabimus, ſperante, hac optima ratione omninò futurum, vt eiuſdem Ro. Eccl. & cuiuſque eorum ditionis, ſtatus (annuente Domino) expurgetur, Populique nobis, & illis ſubditi pacis, & tranquilitatis dulcedine fruantur.

Hortatio ad Principes vt bānitos expellant nullúmque eis relictū faciant ſecuritatis ius.

Vt autem præſentes literæ omnibus innoteſcant, & ne quiſquam illarum ignorationem allegare poſſit, iubemus illas valuis Eccleſiæ S. Io. Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe. ac in acie Campi Floræ appendi, eiſque detractis illarum exempla, etiam impreſſa in eiſdem locis affixa relinqui, factáque huiuſmodi publicatione volumus ipſas præſentes hic in Vrbe publicatas die ſequenti extrà eam, verò poſt decem dies quoſcunque perinde arctare, atque afficere, ac contrafacientes pœnas, & alia ſupradicta omninò incurrere, ac ſi eis ſingulis præſentibus in propriis eorum perſonis, & locis intimatæ fuiſſent.

Inſuper earundem præſentium exempla etiam impreſſa Notarij publici manu, & Camerarij prædicti, aut alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignata, eandem prorſus fidem vbique locorum in iudiciis, & extrà illa facere, quæ ipſæmet præſentes facerent ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Necnon quod quælibet Communitas, Vniuerſitas, & populus quarumcunque Ciuitatum, Oppidorum, Caſtrorum, & locorum prædictorum ſub indignationis noſtræ, ac mille ducatorum dictæ Cameræ applicandorum pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis ſtatim cum præſentes literæ noſtræ huiuſmodi ſiue earum tranſumptum, etiam impreſſum ad eorum notitiam peruenerit. Conuocato publico conſilio in præſentia Officialium, Syndicorum, & coram maleficiorum habentium eas vnà cum aliis prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, ſic vt præfertur confirmatis, & innouatis, ibi alta & intelligibili voce, etiam vulgari ſermone illas declarando, vt melius, & facilius ab omnibus percipi, & intelligi poſſit, legi facere, & deinde in eorum Archiuio publico diligenter cuſtodiri curare omninò debeant.

Forma & effectus conſtitutionis.

Ac ſingulis annis ſucceſſiuè in principio cuiuſlibet anni perpetuis futuris temporibus ſimiliter eaſdem literas præſentes, & alias innouatas in eodem publico conſilio legendo reiterare teneantur. Alioquin loci Gubernator, & Rector, & quilibet alius Iuſtitiæ Miniſter quocunque nomine nuncupatus contra eos ad exequutionem pœna huiuſmodi ſine mora irremiſſibiliter procedat. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto Kal. Iulij, Pontificatus noſtri anno primo.

Communitatibus publicetur edictum.

Qua pietate qua animi fortitudine in regimine Eccleſiæ Pontificatum *exorſus ſit Pontifex præclaræ hæ conſtitutiones dilucidè oſtendunt, ita vt cœlitus demiſſus paſtor videatur et credamus diuinitus præuio vaticinio electum eſſe* Sixtum V. *Scribitur enim Vlyſſiponenſem Virginem præpoſitam religioſarum monaſterij* S. *Mariæ Virginis annunciationis ord.* S. Dominici *cuius miracula res geſtas ante quam claudatur hoc opus commemorabimus mortem* Gregorij XIII. *nunquam ſatis laudati* Pontificis *antequam is ægrotare inciperet prædixiſſe alteriúſque ſucceſſionem in cuius* Pontificatu *diuinam maieſtatem conſtituiſſe dicebat, magna quædam facere ad ſuum honorem Eccleſiæq; vtilitatem.* Hæc *Dei famula reuerendo ſuo ſuperiori* Antonio *de* Cerda *qui illi à confeſſionibus eſt manifeſtauit quemadmodũ vt ipſius* Cerdæ *literis patet, Vlyſſiponæ ſcriptis* 30. *Martij ipſo nimirum die quo* Gregorius *infirmari cœpit* Romámque *miſſis & ibidem impreſſis. Qua autẽ animi ſententia ex cepta ſit electio huius* Pontificis *apud* Anglos *ex eorum literis è* Londino *ſcriptis colligimus quæ his verbis exaratæ fuerunt.* Mortis Gregorij XIII. numerus magnis applauſibus acceptus hic fuit. Sed tam ſubita & concors Sixti V. electio prioris gaudij temperauit exuberantiam. Non placebat quod fuiſſet Monachus cum illud nomen apud nos ſit valde odioſum, Minus placebat quod Quinti apellationẽ haberet renouabat enim memoria Pij Quinti qui primus anathema in Reginam Pronunciauit. Minimè omnium placebat quod eſſet Romanus Pontifex qui antea qualiſcunque fuiſſet ad illam tamen auctoritatem & cathedram euectus non poterat huic noſtro ſtatui non præſumi inimicus. *Pergit earundem literarum auctor,* Audiſtis aliquando Pij V. temporibus miniſtros aliquot ad plebẽ concionatos fuiſſe Reginę maieſtatẽ ſingulari ſua bonitate motam permiſiſſe Pio tanquam ſeni & decrepito vt ſua vitã quæ multum non erat duratura Pontificatum gereret. *Sed tamen ordinaſſe vt poſt illum virum alij* Papæ *non eſſent futuri. Iam tamen poſt illum* Gregorium *pertulit & multi præterea dubitant quam etiam erit neceſſe hunc* Sixtum *perferre.*

AEquitatis plena eſt hæc conſtitutio & animi Pontificij *ſcelerum vindicis teſtis, qua* Homicidæ *fures, perduelles & banniti legitimis & meritiſſimis cohibentur pœnis. Singulorum criminum horrendam iterum depingere effigiem, nec placet, nec operæ precium eſt. Aperiam ſolummodo quædam eorum capita, quibus citius exercentur, & latentis fœditatis portenta conteſcentur.* Homicidij *pœnas & crudeles typos ſuperius oſtendimus, & præcepti illius* NON OCCIDES *contemptam paſsim religionem. Illo tamen edocemur duo prohiberi. Alterum ne ſibi quis vitam eripiat. Alterum ne quis alij cuiquam. Ad vitam referuntur omnia quæ intrinſecus vitam conſeruant, vt membra, omnia. In ſumma, vetantur omnes in vniuerſum homicidij rationes. Et quod ad primum quidem attinet, videmus ipſam naturæ legem vetare ne ſibi quis mortem conſciſcat, natura enim docente, res omnis & ſe & ſua omnia debet conſeruare. Nec obſtant nonnulla eorum qui ſe occidiſſe leguntur in ſacris literis exempla, vtpote* Samſonis, Eleazaris, Rachiæ, *hæc enim & ſi qua ſunt huius generis alia,*

alia, piè ſunt interpretanda, ſed neutiquam imitanda, quod enim fecit Samſon, *ſine ſpeciali* Dei *inſtinctu non fuit, (vt probat* Aug. *lib. 1. de ciuit. cap. 26.) vnde ipſi vicio non eſt vertendum,* Deus *enim cum ſit tum vitæ tum necis dominus, poteſt, cui vult, vt aut ſe, aut alium quemlibet occidat præcipere. Fuiſſe autem diuinum in* Samſone *inſtinctum, ex eo liquet, quod à* Deo *ſpiritum fortitudinis: tum petiit, tum accepit id quod vt ait* Aug. *nonnullis quoque martyribus qui non expectata carnificum manus, vltrò ſe flammæ vel fluminum aut aliis etiam pœnis confecerunt.* Quod *autem fecit* Eleazarus *non facit ad probandum, poſſe aliquem ſe interficere, neque enim ſe ipſe interfecit, qui fortiter periculo obiecit.* Rachias *quamuis reliqua vita commendandus in eo tamen quod ſeſe interemit, neque probandus venit, neque imitandus. Quod ſi quis obiiciat, Si nulli ſe licet interficere, id maximè ſit, quia non eſt vitæ ſuæ dominus, hæc autem non videtur ſatis efficax cauſa: quamuis enim vitæ noſtræ non ſimus* Domini, *certè illius ſumus* (Dei *beneficio) poſſeſſores, cùm igitur nemo cogatur inuitus alieno vti beneficio, ſequi videtur neminem cogendum ad vitæ ſuæ conſeruationem. Magnum certè eſſet hoc argumentum, ſi noſtri nos iuris eſſemus: qui enim totus à ſe pendet, alius cuiuſuis donum poteſt, vel accipere, vel repudiare. Cæterùm qui ſuus non eſt totus nequaquam neque enim poteſt vllo iure, ſeruus* Domini *ſui non vti beneficio, quo illum vt melius ſeruiat, alit, id enim beneficium repudiando, iniuriam faceret domino.* Hæc *eadem planè ratio eſt, cur nos* Dei *beneficio, quo qui vitam dedit: vult vt donec ipſe repoſcat, vtamur, non vti omnia non poſſumus, quemadmodum ipſi ſeruire omnino pro viribus debemus.*

Eodem *iure aliorum etiam quorumuis hominum prohibentur homicidia. Quibus autem caſibus nonnulli citra piaculum morte multentur nos ſub* Gregorio XIII. *latè diſſeruimus.*

Furti *ſcelus à definitione aggredimur. Eſt autem furtum omnis alienæ rei poſſeſsio inuito domino idque trifariam, capiendo aliena & retinenda & contrahendo. Quod alienam rem capiendo admittitur furtum ſi ſpectetur ipſa res quæ capitur quintuplex eſt, Si enim priuatæ ſint res, furtum dicitur ſimplex, ſi reipub. peculatus, ſi errabunda ſint animalia ambigeatus, ſi res ſacræ: ſacrilegium, ſi homines plagium.* Rursùs *ſi modum ſpectes & rationem alienæ rei vſurpandæ, triplex inueniretur furtum. Primum ſimpliciſsimum eſt quod ſit cùm clanculum aliena res vſurpatur:* Hinc *enim furtum quaſi fornum, id eſt, fuſcum dicitur, quod in tenebris fiat. Secundum rapina, quando non tantùm res aliena vſurpatur, ſed etiam vbi domino illata ſit.* Tertium *quod fit intentione. Cæterum ad omnem furti naturam duo veniunt ſpectanda, materia videlicet & forma, in eo eſt materia, vt res ſit aliena, forma vero in eo, vt inuito domino vſurpetur.* Quod ad *materiam attinet, furtum non admittit: qui rem ſuam clanculum accipit ab eo qui iniquè eam poſſidebat, quamuis & id quoque, nec vbique, nec cuiuis liceat, neque enim id rectè fit: niſi certis conditionibus concurrentibus.*

Prima, *vt certò ſciat rem illam non quacunque ratione, ſed debito iuſtitiæ: ſibi deberi, quare qui quidpiam à domino ſuo præter mercedem accipit, quia perſpectum habet ſibi alios iure deberi, videlicet aut gratitudine, aut liberalitate, aut beneuolentia, id planè furatur, quia rem accipit quæ ſua propriè dici non poteſt.*

II. Vt *qui rem ſuam accipit caueat ne qui iniquus erat poſſeſſor ibidem cogatur reſtituere.*

Tertia, *vt nulla alia ratione commodius rem ſuam poſsit recuperare.* Eadem *quoque ratione ſit, vt pauperes extrema preſſi neceſsitate rem alienam vſurpando furtum non admittant. In eo ſiquidem caſu non aliena, ſed communis eſt ea res, cum enim naturæ lege omnia quæ in hominum vſum à* Deo *creata ſunt, omnibus hominibus ſunt communia, fit vt quamuis iure gentium fuerint diſtributa, extrema tamen neceſsitate laborantibus, naturali vi cogente ad primæuum ſuum ſtatum redeant, nempe vt ſint communia. Vnde præclarè* D. Ambro. *Eſurientium panis eſt quem tu retines, nudorum indumentum eſt quod tu recludis, miſerorum redemptio & abſolutio eſt pecunia, quam tu in terram defodis. Neceſsitas verò extrema non tantum eſt vitæ periclitantis, ſed quandoque etiam honoris quemadmodum enim ſeruandæ vitæ gratia, facit cuncta communia naturæ lex, ita & honoris exiſtimationiſque noſtræ (quæ* Reipub. *neceſſaria eſt) cauſa idem permittit natura, nec ſolum ea dicenda eſt extrema neceſsitas, cui iam vix ferè poteſt ſubueniri, vtpote cum pauperculus iam iam animam eſt exhalaturus ſed ea quoque cui vix alia ratione poterit ſubueniri.*

Quod *autem rapina ſit grauius, eſt furtum, idque tribus de cauſis: quarum duæ in eo ſunt qui furatur. Altera quod magis deliberata voluntate furetur, quod enim maiore fit, voluntatis deliberatione & libertate, ſi mala fiat, grauius eſt peccatum. Altera qua magis inten-*

ſus eſt actus, qui enim vt furetur, vim infert, valdè cum auidè furari argumento eſt. Tertia cauſa eſt in eo cui infertur iniuria per eam vim, & hæc non tantum peccatum auget, ſed etiam ſpeciem eius mutat. Certa eſt enim ea generalis regula, omnis circunſtantia, quæ ipſa per ſe ſeparata ab omni alio actu, eſt peccatum, actui alij iuncta quæ eſt natura ſua peccatum, mutat eius peccati ſpeciem. Cùm igitur furari peccatum ſit, ac ea circunſtantia (vim inferre) per ſe quam peccatum ſit, quoties furto iungitur, mutat eius peccati ſpeciem, de inuentis variè ſentiendum eſt, aut enim conſtat nullius vnquam domini fuiſſe, aut ſi cuius fuiſſe certum eſt, quis ille fuerit, aut ſcitur, aut ignoratur, aut ambigitur habeat dominium necne? Quæ nullius vnquam fuerunt domini, non dubium quin ſint inuentoris, Ea ſiquidem cenſentur, non hactenus iuregentium diſtributa, & iure naturæ poſſunt occupari, huius generis ſunt lapilli, gemæ in littore, maris, fo ⁞inæ argenti vel auri & feræ beſtiæ, quamuis de poſtremis huius generis nonnullis meritò dubitari poſſit. Sequenda tamen eſt hæc regula perpetuò. Animalia quæ natura ſua domeſtica ſunt, vbicunque reperiantur, ſine furto vſurpari nō poſſe quæ autem natura ſua vaga ſunt, poſſe, niſi incluſa reperiantur. Alia media ſunt, vtpote quandoque cicuria, quandoque agreſtia, vt apes: columbæ: de quibus nihil poterit conſcientiis præſcribi, niſi quod ex legibus depromptum eſt nimirùm, vt intra ſpacium à lege deſignatum ea non liceat vſurpare, extra conſtitutum ſpacium liceat: Si verò inuentum conſtet alicuius fuiſſe domini, & quis ille ſit, perſpectum habeatur, aut ſciri etiam poßit diligentia adhibita: reddatur ipſi cuius eſt. Qua de re præclarum eſt illud Aug. Si inueniſti & non reddidiſti, rapuiſti. Et Origenes homil. 4. in 6. c. Leuit. furtum eſt, rapina eſt, ſi quis inuenta non reddat. Quod ſi debita adhibita opera dominus inueniri non poßit, non videtur locum habere communis ea regula, vt dandum ſit pauperibus, quod fuerat inuentum, non inuento ſiquidem domino, perinde videtur, ac ſi res ea nunquam fuiſſet diſtributa, quæ autem nunquam fuerunt diſtributa, nullo prorſus iure ſunt pauperum, ergo nec ea qua quorum dominus neſcitur. Accedit quod multò omni iure earum rerum quæ ſic inueniuntur, domini ſunt pauperes: quanuis enim adducere ſoleant ex decret.libus tit. de vſuris, cap. Cùm tu. ille tamen locus (vt ex ipſis verbis conſtat) de rebus quæ per vſuram partæ ſunt, quando non inueniuntur, quibus per vſuram extorta ſunt, intelligendus eſt, nimirùm quia illarum rerum illicita eſt acquiſitio, quæ nunquam facit, vt transferatur dominium: quæ autem vel caſu, vel diligentia inueniuntur, non licitè acquiruntur. Conſuluerim equidem ea pauperibus erogare, licet neminem putem ad id obſtrictum.

Iam verò qui ſint perduelles quorum ſcelera tum ſerio hac conſtitutione deteſtantur exploremus. Vocis originem enucleatiſſimè protulit Caius 1324. de verb. ſignif. At ſiue ab hoſtibus, ſiue à bello, ſiue à duello dicantur perduelles conſtat tamen vt qui hoſtili animo in Rempublicam, aut Imperatorem eſſet Perduellionis iudicio teneretur, vt ait Vlpian. in l. vlt. ff. ad leg. Iul. maieſt. Aliud eſt enim maieſtatis, aliud perduellionis crimen: hoc enim ſub illo, tanquam ſpecies ſub genere ita comprehenditur, vt crimen ſit imminutæ maieſtatis & grauiſſimum & atrociſſimum, quippe quod ad vniuerſæ Reipublicæ ſtatum labefactandum pertineat: veluti ſi quis aut regnum affectaſſet, vt Spurius Caßius Viſcellinus: aut magiſtratum populi Romani ſacroſanctum violuſſet, vt C. Rabirius, pro quo extat Ciceronis oratio: ac proinde qui poſtremis temporibus hoſtile aliquid in perſonam Imperatoris molitus eßet, vti Iuriſconſulti ſignificant. Tribunitiam enim poteſtatem Imperatores totam in ſe tranſtuliſſe, nema neſcit. Item qui ciuis Romani libertatem violaſſet, veluti qui eum ſecuri percußißent, aut in crucem ſuſtuliſſet: qua de re Cicero Verrina 3. Quadruplicem igitur inter maieſtatis & perduellionis crimina differentiam notat Hotomanus: prima eſt, quòd maieſtatis crimine tenentur ij, qui vel partem aliquam Reipublicæ læſerunt: veluti ſi quis duces hoſtium accepta pecunia liberauit, aut priuatus domi ſuæ hoſtium duces tenuit: (quod Verres feciße dicitur in illa eadem Oratione) aut ſi magiſtratui quippiam pro ſua poteſtate agenti aliquis officiat. veluti G. Cornelius, quem Cicero defendit. Perduellionis autem crimen in eos cadit, qui ſummam Reipubl. labefactare conati ſunt, vti ſuperius docuimus. Altera differentia eſt, quòd maieſtatis crimen in foro apud ſuum prætorem, pro tribunali, iudicio certa lege conſtituto, agebatur: vt ex Verrina 3. & 7. cognoſcitur. Perduellir verò primis quidem temporibus à Duumuiris data opera creatis, poſt autem à populi Rom. comitiis centuriatis in campo Martio cognoſcebatur: quemadmidum ex Oratione Ciceronis pro C. Rabitio perduellionis eo, in campo Martio habita, itémque ex Valerij libro ſexto. cap. 5. ſatis planè conſtat. Tertia differentia eſt, quod maieſtatis crimen non morte, ſed exilio mulctabatur: Perduellionis verò damnatum

damnatum carnifex in vrbem euocatus in crucem Martio in campo fixam tollebat, quod ex eadem Oratione cognoſcitur, in qua crucis mentio fit, & ex Dionis lib. 37. vbi de hoc iudicio commemorat. Quartam differentiam Vlpianus oſtendit in d. l. vlt. De crim. maieſt. vbi ait, maieſtatis imminutæ crimen rei morte obliterari: perduellionis autem memoriam etiam poſt mortem damnari, quo modo intelligendus eſt Imperator in §. 2. De public. iudic. Is qui in reatu decedit (inquit Vlpian.) integri ſtatus decedit, extinguitur enim crimen mortalitate, niſi fortè quis maieſtatis reus fuit nam hoc crimine niſi à ſucceſſoribus purgatur, hæreditas fiſco vindicatur. Planè non quiſque legis Iuliæ maieſtatis reus eſt, in eadem conditione eſt: ad qui perduellionis reus eſt. hoſtili animo aduerſus rempublicam vel principem animatus. Cæterùm ſi quis ex alia cauſa legis Iuliæ maieſtatis reus ſit, morte crimine liberatur.

Hoc edicto pariter puniuntur, & incendiarij, & meritò ſceleſtiſſimi hic enim ſcelus Ethnicis ita Republica bene inſtituta indignum viſum eſt, vt Plato de legib. 8. ſanxerit eum qui ignem in materiam ſic immiſiſſet, vt vicino noceret arbitrio magiſtratus condemnarentur. Hodie in ciuitatibus quibus Politiæ norma ſtrictè obſeruatur incendiarij qui datv culpa, & malo animo ignem immittiiur in domus, vel caſæ, vel vrbis excidium vltimo ſupplicio plectuntur. Tenetur enim hic incendiarius pœna legis Iuliæ de vi publica. l. qui cœtu. ff. ad l. Iul. de vi pub. Verùm locorum habetur ratio, nam incendium ciuitatis, incendio villæ aut caſæ, vt grauius ita dirius expiatur. Cum enim in ciuitate exarſit incendiarij mala mens altera lex duabus pœnis punitur, vel capitis, vel ignis concrematione pœna capitis erat, ſecundùm legem Cornel. vt probat l. 1. in princip. & l. qui dolo. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & l. data opera. C. de iis qui accuſ. non poſſunt. Altera pœna eſt ignis l. Capitalium. §. qui ab inimicitias. ff. de pœnis l. qui ædes. ff. de incend. rui. & naufrag. Leuius punitur incendium caſæ vel villæ eiuſdem legis Capitalium reſcripto. Leuior autem illa pœna non delaratur, ſed iudicis arbitrio relinquitur Hæc ſunt iuris ciuilis ſtatuta. Iure verò canonico contentioſo incendiarius pœna iudici arbitraria punitur, ita Bernardus Diaz in Practica canonica, titulo de incendio cap. 98. Marcus Antonius Cuchus in inſtit. canonicis, lib. 4. ſub rubrica de diuerſis delictis, verſic. qui incendium. Fabius Monteleo in praxi arbitrali, parte 4. num. 799. In foro autem canonico pœnitentiali, incendiarius, qui eccleſiam incendit, ipſo iure excommunicatus eſt, & per quindecim annos pœnitentiam agere debet. ca. ſi quis eccleſiam. 18. q. 4. quod intelligitur in eccleſia conſecrata, vt ſentit Abbas in rubr. de conſecr. eccl. vel altar. & probat Fabius d. num. 799. cæteri autem incendiarij ſunt excommunicandi, ita relati doctores. & tradit Franc. à Plat. tract. de excommunicatiine. §. 29. nu. 1. & Beatus Ant. Archiepiſcopus Florentinus tract. de excommunicatione, cap. 21. vbi alia ſcribit. Hæc dixiſſe ſufficit, praxes criminales ampliora edocent.

III.

Auditores cauſarum Religioſorum extra clauſtra degentium.

SIXTVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM Primum in Apoſtolicæ ſeruitutis ſpecula, non noſtris meritis, ſed Domino pro ſua bonitate ita diſponente, fuimus conſtituti; ſtatim mentis noſtræ oculis cunctas Chriſtianæ Reipublicæ partes cœpimus perluſtrare; & inter cætera, quæ occurrebant, animaduertimus, decere nos quàm primū pro Paſtoralis officij noſtri debito, curare, & agere, vt omnes Eccleſiaſtici, & præſertim Regulares in ſuo ordine, & ea vocatione, qua vocati eſſet, firmiter permanerent; & quid defeciſſent, locúmque; & ſtationem ſuam deſeruiſſent, ij tanquam oues à grege Dominico abberrantes & deperditæ conquirerentur ſollicitè, & omnibus modis in viam ſalutis reducerentur. Quæ quidem cura, & ſollicitudo, dum animum noſtrum aſſiduè pulſat, ex variis multorúmque querelis, ac ſupplicationibus nobis innotuit, quamplurimos Religioſos extra Religionem, quam ſemel profeſſi ſunt, ſiue ab eorum Superioribus ob demerita cinctos, ſiue propria temeritate, vel ex cauſis friuolis inſtictúque Sanatæ impulſos, & amiſſo, vel depoſito regulari habitu, cum proprio ſalutis detrimento, aliorúmque ſcandalo extra clauſtra degere: quorum cauſæ cum ad Sedem Apoſtolicam omninò pertineant, oporteet pro cuiúſque eorum ſtatu, & qualitate congruum à nobis adhiberi remedium. Quare, vt propoſitū hoc noſtrum ad rem perducamus, prouideamúſque, vt cauſæ prædictæ, quam expeditiſſima

Solenne eſt ſummo Pontifici oues à grege dominico aberrantes in ouile reducere.

Illuſtriſ. Anto. Carafæ Io. Baptiſtæ Sancti Marcelli, & Auguſtini Sancti Marci Veronenſ. S. R. E. Card. deputatio ad cauſas decidendas & audiendas religioſorum extra clauſtra degentium.

pediti ſſima via decidantur:& hac ratione qui in Diaboli laqueos inciderunt, inde eripiantur,& extricentur:dilectos filios noſtros Antonium Tituli Sanctorum Ioannis & Pauli Carafam,Ioannem Baptiſtam S.Marcelli Caſteneum, Auguſtinum Sancti Marci Veronen.nuncupatos Preſbyteros Cardinales,quos ſcimus pro ſingulari ipſorum pietate,& charitate,ac regularis diſciplinæ augendę ſtudio, libenti animo laborem huiuſmodi ſuſcepturos, ad id potiſſimum eligendos duximus. Quare, quod aliàs dictis Cardinalibus verbo ſignificauimus. idem nunc præſentium tenore committimus,vt adiunctis ſibi aliquibus Prælatis,ſeu probis, & doctis viris, illorum omnium, qui extra clauſtra Monaſteriorum in maximam animarum ſuarum perniciem vagantes viuunt,petitiones,ac ſupplices libellos accipiant, earúmque cauſas diligenter examinent,& tam ipſorum, qui clauſtra egreſſi ſunt, quàm Superiorum,qui forſan illos eiecerunt,rationes fundamentáque omnia cognoſcant,& intelligant,ac quę terminandam videbuntur,terminent,quę ad nos referenda referant,vt ſic omnibus maturè diſcuſſis,rerúmque,ac temporum,locorum, perſonarum ,& Religionum qualitate penſata,quę cuique opportuna, & ſalutaria viſa fuerint remedia ſine mora applicentur. Supra quibus omnibus, Motuproprio, ex certáque ſcientia noſtra,dicta auctoritate Apoſtolica plenam,& liberam pręnominatis Cardinalibus impertimus facultatem,& auctoritatem,ita, vt quę illi in cauſis pręd ctis decreuerint,ſtatuerint,& ordinauerint,iuſſeríntque,eandem vim idémque robur obtineant in iudicio,& extra illud ac ſi à nobis ipſis decreta,ſtatuta,ordinata,& iuſſa eſſent;Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios,& delegatos, Sacríque Palatij noſtri Auditores,ac S.R.E.Cardinales, etiam de Latere Legatos ſublata eis,earum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate, & auctoritate iudicari,& definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate,ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari,irritum,& inane decernimus.Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac cuiuſuis ordinis regularum iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem ordinibus,ac regulis,earúmve Prelatis, & particularibus perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis,aliíſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis,necnon irritantibus, & aliis huiuſmodi decretis,in genere,vel in ſpecie,ac aliàs quocunque modo conceſſis,approbatis,& innouatis,quibus omnibus,illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis,& inſertis habentes,illis aliàs in ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſsè derogamus,cæteriſque. Vt autem facilius hæ literæ in eorum,quorum intereſt,notitiam perueniant,volumus, & eadem auctoritate decernimus,vt illarum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem fides habeatur,quæ haberetur ipſis præſentibus,ſi eſſent exhibitæ,vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris.Die decimoſexto Augusti,milleſimo quingenteſimo octuageſimoquinto Pontifica. noſtri anno primo.

Faculta & poteſtas iudicum deputatorum.

IIII.

Celebrationis feſti Præſentationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ indictio.

Sixtus IIII. indulgentias conceſſit celebrantibus feſtum Virginis Mariæ præſentationis.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTEMERATÆ Matris Die Mariæ,ex cuius puriſſimis viſceribus ſalua per Spiritus Sancti virtutem integritate virginitatis auctor vitæ naſci dignatus eſt,ſalutiferam fœcunditatem humiliter veneramur,& quæcunque vltimis Orientis adhuc Eccleſiæ,aliíſque temporibus à Sanctis Patribus in eius honorem inſtituta fuerunt,noſtræ imbecillitatis ope tueri, atque augere,& ſi quid fuerit prætermiſſum ipſa adiuuante, quæ ſupra Choros ſedet Angelorum renouare ſtudemus, vt ſpiritualium gaudiorum celebritate deuota nobiſcum plebs lætetur,& cuius ſplendorem Angelici cœtus admirantur in Cœlis,eius in Terris per Sacras Feſtiuitates recolendæ,laudandæ,atque inuocandæ pia memoria non pretermittatur. Aliis igitur celebritatibus perpetuæ Virgini,quæ ab æterno præparata, & Propheticis teſtificationibus

ſtificationibus prænunciata,nondum tamen Mater Dei, Angelo nunciante fuerat effecta,à Catholica Eccleſia conſecratis,eiuſdem quoque, quæ Templum Dei futura erat, & Sacrarium Spiritus Sancti Templum Præſentationem ab antiquiſſimis vſque temporibus ſumma vbique gentium cum veneratione obſeruatam adſcribi volumus,& ſicubi intermiſſa eſt,reſtitui,ac iugiter cuſtodiri. Quare hac perpetua conſtitutione mandamus,vt Præſentationis Beatæ Mariæ ſemper Virginis Feſtus dies vndecimo Kalen. Decembris per omnes totius Orbis Eccleſias duplici officio,prout in Natiuitatis die Præſentationis vocabulo peragatur, idémque in Kalendario cum duplicis adiectione inſeratur. Præcipientes omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis,Epiſcopis cæteriſque Eccleſiarum Prælatis in vniuerſi Orbis ambitu conſtitutis,vt in ſuis quiſque Eccleſiis,Prouinciis,Ciuitatibus,& diœceſ. præſentes noſtras ſolemniter publicari faciant ab omnibuſque Eccleſiaſticis perſonis,ſæcularibus,& quorumuis ordinum regularibus omninò obſeruari,licet adnouatio huius celebritatis in poſtremis Breuiarij,& Miſſalis reformationibus fuerit prætermiſſa. Volumus quoque,vt præſentium exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides vbique ahibeatur,quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ.

Quotannis die 21. Nouembris duplici officio feſtum celebre.

Obſeruatio, & publicatio huius conſtitutionis.

Datum Romæ apud ſanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Kal. Septembris, Pontificatus noſtri anno primo.

V.

Contra ambientes officia precio in his quæ Iudiciarij fori adminiſtrationem pertinent.

SIXTVS Papa Quintus Motu proprio,&c.

ETSI nos diuina prouidentia vniuerſæ S. Eccleſiæ curæ,licet immeriti,præ poſiti,ea potius reſpicere debeamus,quæ maiora ſunt,& ſublimiora tangunt negotia,cogimur tamen paterno quodam affectu, quo Eccleſiaſtici ſtatus ſubditos proſequimur,vt ea etiam,quæ minora videntur pro eiuſdem ſtatus felici regimine minimè negligamus,Siquidem ad nos pertinet plurimarum Prouinciarum,Ciuitatum,ſeu locorum Centuriones,quos Barigellos appellant,vel etiam Gubernatores,Poteſtates,Commiſſarij,& officiales, quouis nomine nuncupentur, vt talia officia adipiſcantur,vel in eiſdem confoueantur, diuerſis perſonis,etiam quandoque locorum Gubernatoribus ipſis, ſeu eorum, aut Legatorum familiaribus de parte ſalarij,& mercedis contribuere & (vt dicitur correſpondere,& ſub donationis,ſeu recognitionis,& gratitudinis,vel aliis diuerſis titulis,coloribus,& adinuentionibus eos participes facere:ita vt quadam ſimoniæ ſimilitudine fauores, & gratias huiuſmodi acupentur. Quo fit,vt qui officia, ſeu adminiſtrationes hoc modo emunt,potiuſquam ad ea eligantur,illas pariter vendere curent, ſubditos noſtros diuerſimodè grauando,indebita exigendo,& extorquendo.

Fauores & gratias aucupari & venari precio ſimoniaca ſpecies eſt.

Volentes igitur huiuſmodi grauaminibus,ac ſordibus obuiare,omnibus, & ſingulis officialibus prædictis,tam capiẽtibus,quàm recipiẽtibus diſtrictè præcipimus ac mandamus,ne de cætero talia agere,ſeu tentare præſumant ſub pœna priuationis officij,& inhabilitatis ad alia,ac perpetuæ infamiæ, aliiſque pœnis arbitio Superiorum imponendis.

Ab officio priuari debet qui hãc officiorũ nũdinationem exequuntur.

Mandantes Venerabilibus S.R.E.Cardinalibus de Latere Prouinciarum Legatis,necnon earundem Gubernatoribus, vt omni cura, ac diligentia inter Officiales,& familiares ſuos inquirant, an talia committantur: quod ſi reos inuenerint, puniant. Intelligentes,quod ſi in hoc negligentes,ſeu remiſſi fuerint ipſi quæcunque ſint,noſtræ indignationis effectum non euitabunt.

Præcipimus inſuper eiſdem Legatis,Gubernatoribus,ac Miniſtrãtibus omnibus & ſingulis,vt prouidè,& cum effectu prouideant,vt Miniſtri,& officiales huiuſmodi contenti ſint ſuis ſtipendiis,& nullo prorſus prætextu,etiã quod dicant à ſponte dantibus accipere,Ciues,vel Comitatiuos moleſtent, ſed taxatis paucis aliquibus,quæ gratis habere ſolent,iuxta cuiuſuis Prouinciæ, vel Ciuitatis laudabilem conſuetudinem,

A ſtipendiis præſcriptis non recedendum nec quid alterius exigendum.

Merces iuxta taxam recipienda.

conſuetudinem,ſeu alias,prout eorum Legatorum prudentiæ,pietati ac diſcretioni conuenire videbitur,ſiquid vltra debitum aliquis ex Militibus ſeu Birruariis receperit,ſi talis non apparuerit,vel ſoluere non poſſet,tantum de ſalatio ipſius Barigelli retineatur,quantum res ipſa extorta valet,& de eo Domino plene ſatisfiat, vel alio modo ſatisfactioni prouideatur.

Recenſitis autem in principio cuiuſlibet menſis Militibus prouideant , vt ſcriptus numerus verè,ac integrè retineatur.

Nec mercedes exequtionum,tam ciuilium , quàm criminalium recipiant , niſi iuxtà taxam à Superioribus prædictis conſtitutam,vel conſtituendam , & non niſi perfecta executione,& ſemel tantum.

Taxarum cedulæ in Cancellariis retinendæ.

Cedula ipſa taxarum vbique in omnibus Cancellariis ciuilibus,& criminalibus affigatur vulgari ſermone deſcripta.

Et demum vltra hæc ipſi Legati Gubernatores,Præſidentes vniuſcuiuſque Prouinciæ,& Ciuitatis,qualitate,& neceſſitate penſata ea conſtituant,ac ſeruari mandent,quibus abuſus prorſus tollantur,laudabiles verò conſuetudines,conſtitutiones,ſubditorúmque indemnitas,paxque,ac Iuſtitia conſeruetur.

In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum,Idibus Octobris,Anno primo.

Promptiſſimum eulogium Pontificiæ laudis in Iuſtitiæ & æquitatis conſeruandæ ratione conſiſtere hiſce præcedentibus conſtitutionibus limpidiſſimè videmus. Quanta mentis & iudicij in reddenda vnicuiq; iuris ſui æqualitate prudẽtia, quantus terror ſceleratis quãtus fauor piis & religionis zelo æſtuantibus. Auſpicatur regimen Apoſtolicum,præmio & pœna. Hoc pontifice boni fouentur mali ſuppliciis plectuntur. Arcetur ambitus & officiorum cupiditas peſſundantur peculatus & furta,ita vt æquitatis & Iuſtitiæ Pontificem atque exemplar dicas. Laudetur ergo Sixtus V. ob Iuſtitiæ ſtudium,prædicetur Iuſtitiæ ſtudium quod tantum aſſeclam & fautorem habeat. Nihil vult extra limites æqui ferri,nihil metas tranſgredi iuris & rationis. Hic eſt Iuſtitiæ palma,hic triumphus. Hic exordiuntur iuſtitiæ laudes.

Hæc iuſtitia quæ Græcis δικαιοσυνη *dicitur , Ea eſt quæ ſuum cuique ius reddit proinde ſic à multis definitur , vt ſit virtus , quæ plurimum poteſt in his quæ minimum, poſſunt. Vel ſic ex diui Auguſtini libro 84. habitus animi communi vtilitate ſeruata ſuam cuique tribuens dignitatem,vel vt Iuſtinianus definit in inſtitutionibus ex l. iuſtitia.ff. eod. titulo, iuſtitia (inquit) eſt conſtans & perpetua voluntas , ius ſuum vnicuique tribuens, Quæquidem definitio,diuinæ magis iuſtitiæ quàm humanæ competere videtur,niſi intelligamus,quatenus huiuſmodi conſtans & firma voluntas , in hominem cadere poteſt, l. ſi quis venditor.ff. de edil.edic. Ideò præſertim , quia iuſtitia ſuum vnicuique ius tribuere ſtudet. Ius coadiuuat , iuriſprudentia verò docet qualiter id fiat. Quamobrem non defuerunt qui dubitauerint an iuſtitia prior eſſet iuſto,ſic certè potentia non actus , etenim iuſtus actionem in qua penitus conſiſtit,poſtulat, vt fruſtra latæ fuiſſent leges , niſi adeſſent, qui eas exercerent,quod & ſole clarius: & vt res in controuerſiam cadit, licet omnibus ſit in confeſſo, iuſtitiam virtutum omnium matrem eſſe , vel ideò , quia tum æquitate , hoc eſt recta mentis diſpoſitione qua patienter omnia & meliore feruntur animo conuenit , cum æquo pariter, quod vt notauit Alciatus , eſt abſoluta bonitas , & naturalis quædam moderatio quæ lege præſcribi non poteſt, vt Græc è vocetur legitimi iuris emendatio* ἐπιείκεια*,potuit nihilominus ab aliquo impugnari quod non eſſet virtus. Idque ipſa virtus ſecundùm Ariſtotelem definitione ad definitum, vt valet conſequens. Sic enim eam definit in Aethicis Ariſtoteles. Virtus eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens. Vnde conſequitur,quod virtus poſita ſit inter duo extrema, quorum alterum defectu,alterum exceſſu contineatur,ſed id iuſtitia non accidit. Nemo etenim plus ſatis iuſtus dici poteſt, ſic extremorum altero carebit,quod priuſquam aperiamus non abſurdum fuerit perpendere: re vera nullum plus ſatis iuſtum haberi poſſe: niſi referamus nos ad verba D. Pauli 12. ad Rom. quibus vult ſapiendum eſſe ad ſobrietatem, non autem plus quàm oportet. Quaquidem ratione vt de ſimilibus idem ferīur iudicum ipſius D. Pauli ſententia ſapere videtur is etiam qui in ſapientia peccat,eadem quis plus ſatis iuſtus videri poterit,qui limites excedens iuſtitiæ in ſuperſtitionem labitur , & illis iuſtitia minus vel rectè,vel prudenter , atque opus eſſet vtitur. Quid namque aliud eſt ſuperſtitio: quàm falſa vel ſimulata iuſtitia & cuiuſmodi eſt hypocriſis. Porrò, cùm ex D. Hieronymo in epiſtola*

in epiſtola ad filiam Mauricij, iuſtitia nihil aliud ſit quàm non peccare , non peccare autem eſt legis præcepta ſeruare. Iuſtitia multipliciter diuiditur, in originalem: à qua decidit primus ipſe noſter parens inobedientiæ macula , quæ per baptiſmatis ſuſceptionem eluitur. De qua ſcriptum eſt Pſalmo nono & triceſimo. Cuſtodi innocentiam & ſerua æquitatem,quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. Secunda diuina dicitur , de qua vtpote quæ nullo mentis humanæ conceptu poteſt dignè ſatis exprimi , credendum melius eſſe quàm ineptè quodquam exprimendum cenſeo,nimirùm iudicia Dei abyſſus multa , quorum quidem quis quæſo conſiliarius fuit. Quod probè cùm nouiſſet,ſummus ipſe legis doctor Paulus, totus velut admirabundus vndecimo (inquit ad Romanos capite) O altitudo diuitiarum ſcientiæ & ſapientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ illius, Pſalmographus quoque , qui cum multis in locis de omnipotentis iuſtitia , tractet , tum nimis indecenter Pſal. 7. inquiens, Deus iudex, iuſtus, fortis, & patiens, item Pſalmo 10. Iuſtus , Dominus & iuſtitias dilexit æquitatem , vidit vultus eius. Pſalmo quoque 9. Iudicabit orbem terræ, iudicabit populos in iuſtitia. Quibus abunde verbis colligimus inenarrabilem eſſe, & humano ſenſu longè maiorem tum Dei omnipotentis iuſtitiam cuius olim ſummus fuit rigor : ita vt vltionum Deus à Dauide ipſo idque Pſalmo ſupra nonageſimum tertio vocetur, quod pariter fidem faciunt & Iſraelitarum perſecutiones & AEgyptiorum plagæ, tum Dei & Seruatoris noſtri quamoptimi Ieſu Chriſti cui vt ſacra pagina teſtatur pater ipſe omnipotens omne dedit iudicium, iámque nullum iudicat, vt qui filium conſtituit digniſſimũ inter ſe & homines mediatorem vt his fidem facit verbis ipſe gentium doctor eximius, mediator (ait) Dei & hominum Chriſtus Ieſus, nam factum eſt immenſo ſacratiſſiméque paſſionis ſuæ beneficio, vt eas non luamus , quas in infinitum pœnas commeruimus quæ nullo numero poſſent excipi, vt non abſurdè quidam his verſibus aſtruit, Si quoties, peccant homines , ſua fulmina mittat Iuppiter, extemplo totus inermis erit, ſed ipſe qui miſericordiam (inquit) volo non iudicium, etiam alibi nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat, alio etiam in loco. Quacunque hora ingemuerit peccator omniũ iniquitatum eius non recordabor, vt totus eſt pius, clemens, bonus , noſtræ fragilitatis imbecillitati compatiens , vltionem de noſtra impietate in dies in menſes annos etiam quamplurimos differt, vt compertum habeat proborum iuxta & improborum gregem, vt ſunt omnia, ipſius oculis nuda. hoc autem facit , vt nullus ſit excuſationi locus, vtque nulli pœnitere volenti gremium claudere dicatur , qui pro omnibus paſſus eſt, qui & ipſe non venit vocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam, atqui verendum eſt, dum adhuc vitam agimus, ne ſumma & ineffabili ipſius clementia malè vtamur, & ne aliquando (quod abſit) propter corruptos perditóſque mores noſtros , totius pietatis fructu deſtituti, duriſſimum poſtremo iudicem ſentiamus, cuius inenarrabilem nunc bonitatem negligimus, etiam, lento ſcribit Valerius Maximus gradu, ad vindictam ſui diuina procedit ira, ſed ſupplicij tarditatem pœnæ, grauitate compenſat , verumenimvero facio aliter atque deliberaueram, qui de omnipotentis iuſtitia nihil decreueram ſcribere, quare ne taxer ab aliquibus tanquam non memor propoſiti dicã quid ita pluribus ac mens fuerat facere ipſe me cõpulit, qui ſua virtute cuncta largitur, quique verbum (inquit David) euangelizantibus profert. Tertia vocatur, iuſtitia humana: de qua ſcriptis conſtat hic verbis quinto Diui Matthæi capite, beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam (hoc eſt) propter iuſtos mores, quibus ſemper aduerſantur mali, ideo maximè, quoniam iuris oſores iuſtitiam ipſius matrem odiſſe vel ſemper conſueuerunt. De hac iuſtitia varij multíque varia , multáque ſenſerunt, & dubio procul multipliciter tractari poteſt. Nam cùm nemo ſibiipſi vim inferre, imò nec alicui debeat, quod & iure cautum eſt, videtur non inconuenienter, quædam iuſtitia ſingularis, vel altero nomine propria dici poſſe. ſecundo loco quæ eſt tam vni alteri tã pluribus honeſtè conuincatur, nec tantum cum affinibus & vicinis, ſeu & cum quibuſlibet, ea lem quippe vitæ morémque conſuetudine qua nec nimirum quid à quatuor iuris præceptis aberretur, vt ca. ex l. iuſtitia. ff. de iuſtitia & iure. & in Cæſaris inſtitutionibus §. his verbis, iuris præcepta ſunt hæc honeſtè viuere, Alterum non lædere, ſuum ius cuique tribuere, neque profectò ſufficit à malo abſtinere, niſi fiat quod bonum eſt, vt conſtat in decret. diſ. 6. non ſatis, ſic cùm & obedientiam præſtamus, quæ plus eſt ſacrificio ; & inobedientiæ maculam infingimus.

Quandoquidem, quid iſtæ leges creatæ ſunt? Niſi vt qui malè agunt per legum conſtitutiones puniantur, vt calumniatores nempe qui falſa crimina intendunt, vt conſtat ff. de his qui notantur infamia §. Calumniator, qui in criminibus quidem vt ſi habent iuris vo-

cabula, quæ vel ordinaria dicuntur vel extraordinaria, eodem plecti debent quo plexus fuiſſet perperam accuſatus ſupplicio. vt præuaricatores etiam, qui vera abſcondunt liberius peccent, de quibus ſcriptum eſt à Diuo Aug. præuaricatores legis attendite legem, tergiuerſatores quoque, qui penitus à bona cauſa recedunt, Addam & eos qui altercantur, hi ſunt Quintiliani iudicio, qui ſtudio contentionis, vni magis quàm alteri parti ſuffragantur, id genus pluries enumerarẽ niſi me temporis ratio diuerteret, Et certè conſtat flagitioſos homines, vel ad talionis pœnam referendos vt olim quod & in ſacris legitur oculus pro oculo dens pro dente reddebatur, vel capitali pœna, vel mulcta pecuniaria vel alias decẽti niſi miſericorditer tũ illis agatur plecti debẽt, idque prout ipſa vel ciuilis vel criminalis facinoris grauitas poſtulat. Sed vt faciã paucis, nõ enim mihi placet prolixitas, cùm iã prædixerim iuſtitiã omniũ prope virtutũ parentẽ eſſe, ſit vt qui parũ in cæteris eſſet ornatus, præſertim in tẽperantia, prudentia & fortitudine habendus eſſet indignus, qui iuſtitiæ titulo præditus vocaretur, etiam ſi nomine iuſti eũ cõplectimus, qui nemini ſit iniurius. Oportet igitur eũ quem virtutis & Sixti V. ſtudioſum vocamus, omnes bonæ piæq; mẽtis dotes in ſe continere, quod D. Hierony. teſtatur in epiſtola, quã ad Demetriadẽ ſcripſit: dicẽs, omnes virtutum ſpecies vno iuſtitiæ nomine contineri. Præcipuæ partes quibus commendetur iudex, tribus complecti poſſunt, triaque iudici videntur neceſſaria. Primum eſt vt miſericordiam iuſtitiæ commiſceat, nam vt ſummum ius, ſumma eſt nonnunquam iniuria, ipſa verò rectè diſpoſita iuſtitia creditur, quæ temperantiæ freno gubernabitur, alioqui vt D. teſtis eſt Gregorius iuſtitia, quæ modò caret in crudelitatem abit, quandoquidem iuſtitia ſine miſericordia immanitas potius vocari debet quam iuſtitia, ſic vt miſericordia iuſtitia carens ſtultitia. Secundum quid iudici nicceſſarium credimus, eſt vt perpetuam ob oculos ſuos æquitatem proponat, ita vt in pietate potius quàm in crudelitate peccet: euangelico ſaltem præcepto quod D. Lucæ cap. 6 fideliter ſcriptum, his legitur verbis innixus. Eſtote (inquit) ſeruator noſter pientiſſimus miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, nec debet, vt ſcribit doctiſſimus eccleſiæ ſanctæ doctor, quidam parcus eſſe ſeruus, vbi dominus liberalis eſt. Tertium, vt indagandæ veritatis ſit diligens, & niſi ex his quæ rectiſſimè, tum dicta, tum probata cognouerit, ſententiam ferat, quod in æquo iudice regius ipſe Pſalmographus Dauid notauit, cùm inquit, Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam, neque eſt quod temerè ſententiam præcipitent iudices, eorum potius intereſt auditis partibus maturè concludere, & vt plus vident oculi quàm oculus, nec timore, nec amore, nec odio, nec munere corrumpi debent, ſed ſi quod intercidit, obſcuri ſi quid dubij, tunc viros & equi peritos poſſint, imò neceſſum eſt conſulere, vt hoc Pſalmiſtæ præcepeo non derogent, rectè iudicate filij hominum. Sit poſtremo iudex muneris ſui ſollicitus, vt animo pacifico, modeſto, ſedato feratur, non tantum erga diſponendam inter diſcordes concordiam, verùmetiam erga tractandas cauſſas, eò vſque diligenter, vt nihil fellis hoc eſt, odij vel paſſionis amarulentæ cum à via qua virtutem perſequi ſectaréque debet, vel nimirum quid deterreat, ita mea quidem ſententia futurum cõfido, vt diligentiſſima tum honeſti, tum vtilis ſubducatur ratio, ſi ſaltem verum eſt (atquis dubitat) Cicerone teſte, nihil vtili iudicandum quod idem rectum & honeſtum non ſit, & vt hoc loco facit aliquid, cum tria numerentur quæ ad ſubeundos etiam momenti alicuius labores, nempe delectatio, ſpes, honoris, & præminit non video, quamobrem æquus iudex malè de prouincia ſua mereri debeat, aut à gradu æquitatis in iniquitatis cæcitatem deſcendere, etiam ſi non deſit opulentiſſimi præmi ſuaſio, niſi forſan ſe mali (poeticè dico) tribus illis inferorum iudicibus, quam Deo totius iuſtitiæ domino credere, ſi quidem vel quo magis moueri debent iudices qua cæteros menſura menſi fuerunt eadem congruam ſuis operis mercedem recipient. Eſt igitur, (vt ſumma dicam) precium operæ, vt quiſquis de virtutum corona bene cupit audire, (omne autem debent) ab hac prima prorſus fundamenta iaceat, non ita difficulter fiet, partim habita eorum quæ præſcripſimus, partim eorum quæ Pontifex iubet, hoc enim cum primis vult iuſtitia, vt honeſta rerum, & publicarum & priuatarum communicatione, nec corpus, nec res alierum occupentur, ſed potius de noſtro tribuamus quam de alio rapiamus.

Iam vero colligamus ex prioribus conſtitutionum monumentis quo igne ſacro exarſerit ſummus Pontifex in euellendis corruptis fori moribus, eorum præcipuè qui officia conſequerentur ambitus & fauorum precio. Qua in re huiuſmodi ſceleſtos Alexandri Seueri dictum conſiderare vellem: is ſe nolle dignitates & magiſtratus vendere prædicabat: quia qui emunt vt vendant neceſſe eſt, & vt pecunias in emptione honoris expoſitas recuperent ſubditos torquere, & vexare ij ementes magiſtratus coguntur, ſed in viam reuertamur. In ea vrbe & lo-

co, in quibus magiſtratus à Principe creantur lex ceſſat. Cæterùm (inquit Modeſtinus in l. ff. ad l. Iul. ambitus) ſi in municipio contra hanc legem (de ambitu loquitur) magiſtratum, aut ſacerdotium quis petierit, per Senatuſconſultum in centum aureos cum infamia punitur. Quem ſanè locum de ſacerdotiis, aduerſus Accurſium doctè explanauit Guil. elmus, in ſæpius citatis annati, Pandecta. ad tit. ad l. Iuliam. de ambitu. At is qui datis pecuniis pupilli tutelam ambiit, & occupat extra ordinem, iudicis nempe arbitrio punitur. l. in eos. vbi Bar. ac Bald ff. de tutelis. ſed vix eſt, vt ibi Martianus ſentiat, hanc conſtitutionem ad l. Iuliam ambitus, quæ non niſi de publicis honoribus, & magiſtratibus lata eſt, pertinere. Hodie ſanctiſſimi Romani Pontifices, ambitum hunc turpem ſimoniam, à Simone illo Mago auctore appellant, cuius rei meminit, & Laurentius Valla, in eo lib. 4. elegant. c. 19. quod ſuprà citauimus. Is Simon Spiritum Sanctum pecuniis numeratis emere tentauit, vt deinde vendendo ſigna lucraretur, quemadmodum ſcriptùm eſt in Act. Apoſt c. 8. relatum in c. Saluator. 1. q. 1. Illa ergo ambitio & ardens deſiderium, conſequendi iniuſtè ſpiritualia, ſimoniæ nomen ab hoc Simone obtinuit, quod D. Thomas in 2. 2. q. 100. art. 1. & cum eo. Summiſtæ omnes, in verbo ſimonia, annotarunt. Hoc crimen, quando committatur, vel non, ex aliquo actu dubio, pendet à qualitate perſonarum, negotij & rei, quæ traditur: & ob id relinquitur iudicis arbitrio. Ita Corneus in conſi. 68. nu. 13. lib. 3. & hoc crimen ſimoniæ, variis pœnis legibus & conſtitutionibus coerceri niſi ſunt Pontifices. Prima eſt lex, quæ iuſſit ſpiritualium reſignationem, & temporalium reſtitutionem, c. ſi quis epiſcopus, & c. presbyterum. 1. q. 1. & c. audiuimus. de ſimo. Secunda pœna eſt excommunicatio Pontificia. c, reperiuntur. 1. q. 1. quæ quidem ipſo facto incurritur per ſententiam iuris, eiuſ emq; admonitionibus. Qua ſanè pœna Inno. primus mulctauit Archadium Auguſtum, atque eius coniugem Eudoxiam, quod Ioanne Chryſoſtomo, Patriarchatus ſuo honore depulſo, Theophilum Alexandrinum ſuffecerant, auctor eſt Fulgoſius, lib. 6, c. 3. Tertia eſt, ſuſpenſio ab ordinum functione, qui per ſimoniam recipiuntur. d. c. ſi quis epiſcopus. Quarta eſt, depoſitio & infamia. ca. ſanè. 15. q. 3. c. inquiſitionis. de accuſ. Hac pœna Gregorius 7. Pont Max. mulctauit Henricum 3. Statim enim quo anathemate eum feriit, imperij quoque honoris dignitate priuauit, ſubſtituto ei Rodulpho Saxone, quia eccleſiaſtica ſacerdotia venalia habet, auctores ſunt Volaterr. lib. 23. Antropo. & Fulgoſius. lib. 1. c. 1. & lib. 6. c. 3. Quinta pœna ſolet etiam indici, quæ quidem arbitraria eſt, pro rei facti & perſonæ qualitate. Ita ſcribunt Baldus in l. in eos. ff. de tutelis. Ioan. de Anna in Rub. de ſimonia. col. 3. Bernardus Diaz in practica canonica criminali. cap. 85. num. 6. cùm ſcribit, certam pœnam non potuiſſe ſanciri, pro varietate rei perſonæ, & criminis nomine æquitatis contemptus. Sicut ambitus execratur, ſic & iuſtitiæ miniſtri præcio corrupti odioſi ſunt.

Iura ipſa venalia vt nos in lectione de iudicibus diximus & Iudices auaritiæ ardoribus & flammis æſtuantes corruptiſſimos infenſos habent leges. In eos autem iuſtè excandeſcunt qui aureis vinculis obligari & vinci volunt, inexhauſta illa habendi cupiditate quæ omnium vitiorum parens & nutrix dicitur. §. cogitatio. in Authent. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio. Hippol. not. 190 incipien. Iudices. Iaſon in l. 1. col. 2. ff. de condict. ob turp. cauſam Barbat. in cap. ex parte. col. 3. de reſcriptis, vbi poſtilla & Paulus de Caſtro in l. ſi quis. §. legis. C. de inoffic. teſt. Cæpol in tractatu de Imperatore milit. delig. Iiſdem ſanctiſſimis legum placitis adeò virtuti ac iuſtitiæ munerum auaram delectationem reddunt exoſam Iuriſconſulti vt tuto exiſtiment infidelitatem præſumi poſſe ex auaritia. Angel. in l. noluimus. C. quemadmodum teſtamenta ordin. Merula inter Conſilia Barbari lib. 1. Conſil. penum. incip. multis col. fin. ſcitè notauit quali Epitheto commendet Heſiodus ambientes illos iudices donorum & munerum dum eos Δωροφάγους id eſt doniuoros, aut munera comedentes appellat quorum auaram mentem & iniqua iudicia Deo vlciſcenda reliquimus. Huius ſceleris contagio tanta eſt vt ad eam dignè exarandam & deteſtandam multæ iuſti voluminis paginæ non ſufficerent: id autem me aliquando præſtiturum fore ſpero cum liberaliùs fruendi ocij dabitur occaſio. Sed ex multis quæ iuſto dolore queri poſſunt vno Pſalmographi verbo omnia ferè complecti licet. Vſquequo iudicatis iniquè & facies impiorum ſumitis. Non vulgare crimen arguit Propheta, nec quod ſit cum plebeis aut minoris notæ hominibus commune, tametſi in iudicibus & magiſtratibus enormius & magis piaculare eſt, & ipſi cum reliquis in multis delinquant, vt vel auari ſint, vel inuidi, vel ſuperbi, vel iracundi, vel in fide ac religione Dei imbecilles, quæ ſanè vitia in iudicibus reperiuntur, & digna ſunt quæ emendentur, pœna, ſed grauius illiſque familiare execratur. Eò mi prouexit iuſtitia Sixti V.

VI.

Indulgentiæ pro omnibus, qui in feſtiuitatibus SS. Franciſci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, ac Bernardini Eccleſias fratrum Minorum cuiuſcunque congregationis viſitant.

Miraculis talri & vita ſanctitate conſpicui patris ordinis Minorum.

SIXTVS Papa V. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CVM à primæua inſtitutione regulæ Beati Franciſci, tam ob illius, & Sanctorum Antonij de Padua, Ludouici Epiſcopi, & Confeſſoris Bonauenturæ, & Bernardini, necnon Diuæ Claræ, aliorúmque eiuſdem ordinis ſequacium Sanctitatem, & miraculorum multitudinem quàm etiam ob multorum ipſius Religionis Summorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum merita, ingens vbique Chriſti fidelium multitudo ſingularem erga quemcunque dictorum Sanctorum gerat deuotionis affectum:

Nos vt ipſorum fidelium deuotio huiuſmodi modo non conſeruetur, ſed indies magis augeatur, animarúmque ſaluti vberiùs conſulatur, precibus, etiam dilecti filij Clementis Bontadoſij Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium Magiſtri Generalis ſuper hoc nobis humiliter porrectis inclinati, tam omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de obſeruantia nuncupatorum Fratribus, & Monialibus, quàm cæteris vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus qui verè pœnitentes, & confeſſi, ac ſanctiſſima Communione refecti, diebus feſtis Sanctorum Franciſci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, Ludouici Epiſcopi & confeſſoris, ac Bernardini prædictorum, eorundem Fratrum Minorum Conuentualium Capuccinorum, & de obſeruantia, Necnon die feſtiuitatis Sanctæ Claræ Monialium dicti Ordinis Monaſteriorum vbilibet conſtitutorum Eccleſias, tam erectas, quàm erigendas, vel earum aliquam, à primis veſperis vſque ad occaſum Solis eorundem dierum, ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedamus, & elargimur.

Indulgentiarum conceſſio.

Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Vt autem præſentes literæ ad ipſorum Chriſtifidelium notitiam facilius, citiúſque perueniant, volumus, quòd earum exemplis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica, conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſimo octauo, Septembris, milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Pontificatus noſtri anno primo.

VII.

Reſeruatio menſium Apoſtolicorum & alternatiua pro Epiſcopis reſidentibus.

Menſium Apoſtolicarum reſeruatio.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus Noſter Dominus Sixtus diuina prouidentia Papa Quintus, Cupiens pauperibus clericis, & aliis benemeritis perſonis prouidere, omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura ſecularia, & quorumuis ordinum regularia qualitercunque qualificata, & vbicunque exiſtentia in menſibus Maij, Iulij, Auguſti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, & Aprilis à die publicationis præſentis Conſtitutionis vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum, extra Romanam Curiam, aliàs quàm per reſignationem quocunque modo vacatura, ad collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, & quamuis aliam diſpoſitionem quorumcunque collatorum, & collatricum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum ſub concordatis inter ſedem Apoſtolicam, & quoſcunque alios initis & per eos, qui illa acceptare, & obſeruare debuerant acceptatis, & obſeruatis, quæ lædere

lædere non intendit comprehenſorum quomodolibet pertinentia, diſpoſitioni ſuæ generaliter reſeruauit: Volens ſupplicationibus ſeu conceſſionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam Motu proprio fierent de menſe in quo vacauerint, diſpoſitiuè mentionem fieri, alioquin gratias nullas eſſe, ac conſuetudines etiam immemorabiles optandi maiores & pinguiores præbendas, necnon priuilegia & indulta Apoſtolica circa ea, ac etiam diſponendi de huiuſmodi beneficiis, aut quod illa ſub ea, huiuſmodi reſeruationibus namque comprehendantur etiam cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis, ac fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quibuſuis perſonis, & collegiis, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus quomodolibet conceſſa, aduerſus reſeruationem huiuſmodi minimè ſuffragari. Inſuper Sanctitas ſua, ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis intenta ipſis quamdiu apud Eccleſias, aut diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter, reſederint, dumtaxat, de omnibus & quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura ſecularibus, & regularibus ad liberam ipſorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem, nec etiam cum conſilio, vel conſenſu, ſeu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut alias pertinentibus, quæ in antea in menſibus Iunij, Auguſti, Octobris Decembris, Februarij, & Aprilis, extra Curiam ipſam vacare contigerit (dummodo alias diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, vel affecta non fuerint) liberè diſponendi facultatem conceſſit, ac etiam voluit, vt ſi ipſi in collatione, aut alia diſpoſitione beneficiorum in aliis ſex menſibus, videlicet, Maij, Iulij, Septembris, Nouembris, Ianuarij, & Martij vacaturorum (quæ etiam diſpoſitioni ſuę, vt præfertur reſeruauit) ſeu etiam aliorum diſpoſitioni ſuæ, & dictæ ſedis, alias quomodolibet reſeruatorum, vel affectorum ſeſe intromiſerint, aut quo minus prouiſiones, & gratiæ Sanctitatis ſuæ de illis debitum effectum conſequantur, impedimentum quoquomodo præſtiterint, vſu & beneficio prædictæ facultatis, eo ipſo priuati exiſtant, ac collationes, & aliæ diſpoſitiones de beneficiis, illius prætextu deinceps faciẽdę nullius eſſent roboris, vel momenti, Illi verò qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiuſmodi per patentes literas manu propria ſubſignatas ſuóque ſigillo munitas, & in ſua quiſque Ciuitate vel diœceſi, datas declarare, & literas ipſas huc ad Datarium Sanctitatis ſuæ tranſmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiant gratia ſupradicta. Decernens ſic in prædictis omnibus per quoſcunque &c. iudicari debere, ac irritum, &c.

Gratificantur prælati reſidentes alternatiua.

Placet publicetur, & deſcribatur. F.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula ſeu conſtitutio Romæ in Cancellaria Apoſtolica, anno Incarnationis Dominicę Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, die verò Sabbati quarta menſis Maij. Pontificatus præfati S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia. PP. V. anno primo.

Publicatio.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus Noſter, Dominus Sixtus diuina prouidentia Papa Quintus Accepto quod poſtquam ipſe diſpoſitioni ſuæ generaliter reſeruauerat omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura ſecularia, & quorumuis ordinum regularia qualitercunque qualificata, & vbicunque exiſtentia in menſibus Maij, Iulij, Auguſti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, & Aprilis à die publicationis ſuper hoc editæ conſtitutionis: quæ fuit dies quarta menſis Maij proximè præteriti vſque ad ſuę voluntatis beneplacitum, extra Romanam Curiam alias quàm per reſignationem quocunque modo vacatura ad collationem, prouiſionem, pręſentationem, electionem, & quamuis aliam diſpoſitionem quorumcunque collatorum, & collatricum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, non tamen Sanctę Romæ Eccleſię Cardinalium, aut aliorum ſub concordatis inter Sedem Apoſtolicam, & quoſcunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare & obſeruare debuerant acceptatis & obſeruatis quomodolibet comprehenſorum pertinacia irritanti, & aliis decretis, & clauſulis adiectis à nonnullis

Superiora hac conſtitutione declarantur.

nonnullis reuocatur in dubium. An ipſa dies publicationis & beneficia quę in ipſa die vacarunt comprehenſa ſint ſub prędicta reſeruatione. Ad tollendum in pręmiſſis omnem dubitandi,& litigandi occaſionem,declarauit mentis & intentionis ſuę fuiſſe & eſſe,nec aliquem pręter Sanctitatem ſuam de huiuſmodi beneficiis, quę in ipſa die quarta Maij vacauerunt diſponere potuiſſe,neque poſſe,& quaſcunque collationes,prouiſiones electiones, & alias diſpoſitiones de illis per alios quã per Sanctitatem ſuam factas cum poſſeſſionibus, ac aliis pro tempore inde ſecutis quibuſcunque nullius roboris,vel momenti fuiſſe & eſſe, nec per illas ius cuique tam in poſſeſſorio quàm in petitorio acquiri potuiſſe ac poſſe,ac literas Apoſtolicas ſuper prouiſionibus,quę de eiſdem beneficiis tamquam eius diſpoſitioni reſeruatis per Sanctitatem ſuam pro tempore factę fuerint expeditas vel expediendas validas omninò,& efficaces fuiſſe & eſſe,ſuóſque plenarios effectus ſortiri debere in omnibus & per omnia,ſicque per quoſcunque Iudices,& Commiſſarios quauis auctoritate fungentes,&c.iudicari & diffiniri,ac irritum,&c.

Nullum ius acquiritur in beneficiis reſeruatis niſi à ſede apoſtolica conferantur.

Decretum irritans.

Placet publicetur,& deſcribatur F.

Lecta,& publicata fuit ſupradicta Regula Romę in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto. Die verò Sabbati vigeſimaſeptima menſis Iulij,Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę Anno Primo.

VIII.

Feſti Sancti Franciſci de Paula Inſtitutio.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,Ad perpetuam rei memoriam.

IN cæli throno qui ſedet Rex omnipotens,terram quę ſcabellum pedum ſuorum calcat,ſupremo è ſolio puſillorum ſeruorum reſpicit humilitatem, eóſque in quibus illa elucet ad excelſa ſublimium honorum,& gaudiorum culmina extollit, Quod in ſanctis ſuis omni tempore demonſtrauit,recenti verò patrum noſtrorum memoria in Beato Franciſco de Paula amplè teſtificari dignatus eſt.Is enim ab inuente ætate cæleſtium rerum amore incenſus ex minimo,qualem ſe in Dei hominúmque conſpectu fecerat,magnus euaſit.Inter quæ alia quibus claruit virtutum ornamenta vnam mirificè amplexus eſt Regi regum ſemper acceptam humilitatem,quum ſicuti nouerat primum ingreſſum fuiſſe Chriſti Saluatoris noſtri in mundum ita in anguſto ad pietatem,& ſanctitatem introitu, patefaciendo primam ſibi,& ducem,& ſociam aſciuit.Hac atque aliis diuinæ gratiæ præſidiis beatus Confeſſor munitus apud magnos Principes,& Reges cum adhuc in mundo quaſi hoſpes peregrinaretur.In patria verò cæleſtes inter choros poſt abſolutam peregrinationem à Deo cui fideliter ſeruierat, ſeque in primis humiliauerat eſt exaltatus,magnáſque virtutes,vt etiam in vita cum ſumma omnium qui viderunt, vel audierunt admiratione meruit operari. Quibus virtutibus Fratrum Minimorum congruente ſuæ humilitati denominatione Ordinem quem viuens inſtituerat mirum in modum auxit,ita vt ex ſancti viri imitatione deuotiſque Fratrum ipſorum ſtudiis multis iam in Italia,quæ de eius Natiuitate,atque in Gallia quę de ſancta obdormitatione in Domino gloriantur,totiuſque Chriſtani Orbis regionibus ędificatis templis cœnobiiſque conſtructis eius memoriam dies magis propagetur.Ipſe autem à fœlicis recordationis Leone Papa X.prædeceſſore noſtro ſanctorum quos Catholica veneratur Eccleſia catalogo ſolemni ritu adſcriptus in cœlo pro ipſa ſemper Eccleſia aſſiduíſque Paſtoralis ſeruitutis,& ſolitudinis noſtræ labo ribus apud Deum vna cum omnibus ſanctis & ſibi cognomine, atque æternæ felicitatis conſorte Beato Franciſco Ordinis Fratrum Minorum fundatore intercedit. Quare nos eius nomen & ſanctitatem dignis quantum noſtra patitur infirmitas honoribus decorare volentes hac præſenti conſtitutione mandamus, vt eiuſdem Beati Franciſci de Paula confeſſoris glorioſi feſtus dies, qui Quarto Non. Aprilis peragitur duplici poſthac & proprio,& vbi propria non erunt de communi Confeſſorum non Pontificum officio per cunctas totius Chriſtiani orbis Eccleſias quotannis celebretur,& in Kalendario cum duplicis feſti adiectione inſcribatur. Præcipientes omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum Prælatis in vniuerſo terrarum Orbe conſtitutis, vt faciant in ſuis quiſque Eccleſiis,Prouinciis,Ciuitatibus:& Diœceſ.præſentes noſtras ſolemniter promulgari. & omnibus eccleſiaſticis perſonis ſecularibus,& quorúcunque ordinum regularibus omninò obſeruari. Volumus quoque vt pręſentium exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo perſonæ indignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus vbique fides adhibeatur,quæ ipſis pręſentibus adhiberetur ſi forent exhibitę,vel oſtenſę.

Franciſcus Paula quod eſt oppidum Calabriæ oriundus, floruit temporibus Sixti IIII.

D.Franciſcus à Paula nonageſimum primum agẽs apud Thurones migrauit ad Dominum anno ſalutis noſtræ 1507. die Paraſceues & hora qua ipſe Saluator pro mundi redemptione in ligno crucis ſpiritum emiſit.

Datum Romę apud Sanctum Marcum Kal.Octobris, Anno Incarnationis Dominicę,Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto. Pontificatus noſtri Anno Primo.

IX.

Feſtum martyrum S.Ianuarij Epiſcopi & ſociorum.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PIA Sanctorum patrum prouidentia inſtitutũ eſt in Eccleſia Dei,& poſteris traditum,vt complurium martyrum inſignium memoria ſtatis diebus, ſolemnibúſque cęremoniis atque anniuerſariis ſacris in cunctis Eccleſiis recolatur. Ita enim & illis honor debitus tribuitur, & fideles ad eorum imitanda exempla pro ſuo quiſque modulo inuitantur. Proinde nos operæ pretium duximus efficere, vt ſanctorum martyrum Ianuarij Epiſcopi,& ſociorum eius,qui poſt vincula & carceres glorioſa martyrij corona propter Chriſti nominis confeſſionem ſunt donati,iucundam recordationem,diu intermiſſam renouando, plebem Dei hilaremus: cuius quidem beati Ianuarij ſanctitatem,Deus omnipotens multis, iiſque clariſſimis editis miraculis ad noſtram vſque ætatem in Neapolitan.potiſſimum Ciuitate,in qua eius corpus ſepultum religioſè aſſeruatur celeberrimè apud omnes gentes,teſtatam eſſe voluit,adeò vt non immeritò tum in diuinis officiis, tum in ipſo ſacrificio ab vniuerſo fidelium cœtu eorum commemoratio fieri debeat,prout nouam reformationem Roman. Miſſalis, & Breuiarij fieri conſueuerat. Hac igitur noſtra perpetuò valitura conſtitutione præcipimus, vt eorundem ſanctorum Ianuarij,& ſociorum eius dies feſtus tertiodecimo Calendas Octobris,in totius orbis terrarum Eccleſiis ſimplici officio de communi plurimorum martyrum celebretur:ac decernimus,vt in nouo etiam quo nunc vtimur,ſicut antea in veteri Calendario ad eum,diem ſanctorum eorundem nomina,& Simplicis nota aſcribatur. Mandantes omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum Prælatis in vniuerſo orbe conſtitutis:vt in ſuis quiſque Eccleſiis, Prouinciis,Ciuitatibus,& diœceſibus præſentes noſtras ſolemniter publicari faciant, ab omnibúſque eccleſiaſticis perſonis ſecularibus,& quorumuis ordinum regularibus omninò obſeruari.licet adnotatio huius celebritatis in poſtremis Breuiarij, & Miſſalis reformationibus fuerit prætermiſſa. Volumus autem, vt præſentium exemplis,etiam impreſſis,manu Notarij publici ſub ſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur,quæ ipſis præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ,Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto,Sexto Calend.Februarij,Pontificatus noſtri Anno Primo.

Inſignis martyrum memoria & ſolennis in Eccleſia.

Ianuarius Beneuenti Epiſcopus Diocletiano & Maximiano in Chriſtianos ſæuientibus vixit.

Dies feſtus D.Ianuarij 13.Cal. Octobris.

X.

Feſti S.Antonij de Padua officium.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IMMENSA diuinę ſapientię altitudo cuius inſcrutabilia ſunt iudicia dignata eſt olim per Prophetam reuelare,Deum in Sanctis ſuis laudari velle. Quod nos ad eundem ſanctorum memoriam debita ſolemnitate celebrandam eo magis inuitat,quia dum eorum merita recenſentur,virtutum quoque exempla fidelibus imitanda proponuntur,vt per ea fideles ipſi gradientes, ad cęleſtem beatitudinem eorundem Sanctorim ſuffragiis adiuti facilius valeant peruenire. Quapropter nos conſiderantes *Pſal.150.*

Antonius antea Fernandus vocatus Vlyßiponæ in Luſitania ab honeſtis ortus parentibus Canonicorum regularium S. Auguſtini primũ deinde Beati Franciſci inſtitutum ſequutus.

conſiderantes quod inter multos ſanctitate & doctrina pręclaros viros, qui ſancti Franciſci veſtigia ſequuti fuerunt, beatus Anton. Vlyſſiponenſis, Patauinus nuncupatus, eximię ſanctitatis vir fuit, qui ab ineunte ętate mundum eiuſque illecebras veluti venenum aſpidum fugiens, Dei ſe dicauit, ipſiuſque Seraphici Franciſci inſtitutum magna cum ſpe deſiderióque martyrij religiosè eſt complexus, in ſuſcepta vitę diſciplina progrediens, cooperante Domino, mundi, carnis, & diaboli humani generis hoſtium egregiis dimicationibus triumphum reportauit: diuina pręterea imbutus ſapientia multiſque variíſque prouinciis peragratis, maxima hominum ab eo qui lux, via, veritas & vita eſt, aberrantium copia pręclaris Chriſtianorum virtutum exemplis illuſtrauit, ac verbi Dei, quod velut imber de cœlo deſcendens, terrâmque inebrians facit eam germinare, pia fœcundáque prędicatione mentes hominum ſalutaribus pręceptis fœcundauit, multoſque ad catholicę doctrinę lucem & verbis & conſequentibus ſigni perduxit, ac demum diuerſis in vita & poſt obitum miraculis clarus, ad permanentem illam, nullíque mutationi obnoxiam patriam, recto atque incitato curſu euolauit, vbi in ęternis cęleſtis regni manſionibus beatus perfruitur. Ipſe autem à felicis recordationis Gregorio Papa nono prędeceſſore noſtro, Sanctorum quos catholica veneratur Eccleſia, catalogo ſolemni ritu adſcriptus, in cœlo pro ipſa ſemper Eccleſia apud Deum via cum omnibus Sanctis eiuſdem glorię conſortibus aſſiduè & pro peccatoribus intercedit. Quare vt eiuſdem beati viri qui ordinis ipſius ſancti Franciſci profeſſor fuit, memoria à fidelibus crebrius recolatur, celebrique totius Eccleſię veneratione celebretur, Nos & diuinis illius meritis adducti, & pręcipuę erga illum noſtrę deuotionis ſtudio excitati, hac pręſenti conſtitutione pręcipimus & mandamus vt eiuſdem beati Antonij de Padua nuncupati profeſſoris glorioſi dies feſtus Idibus Iunij, quo die ex hoc collachrymabili ſęculo ad cęleſtem patriam abiit, ſolemniter peragatur, ac ſub duplici minori, & proprio officio, atque vbi propria non erunt, de communi Confeſſorum non Pontificum poſt hac perpetuis futuris temporibus in omnibus vniuerſi orbis eccleſiis ritè celebretur, & in Calendario cum duplicis feſti adiectione inſcribatur: ſicubi verò dies ſupradictus ex fidelium deuotione, ſeu conſuetudine, aut pręcepto, vel indulto Apoſtolico maiori obſeruantia, etiamſi duplici minoris per octauam, vt apud Fratres eiuſdem ordinis ſancti Franciſci, celebrari conſueuerit, id omninò ibidem retineatur. Precipientes omnibus & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, epiſcopis, cęteríſque eccleſiarum pręlatis, ac quorumcumque regularium locorum & Ordinum ſuperioribus, quatenus in ſuis quiſque eccleſiis, prouinciis, ciuitatibus & diœceſibus, ac regularibus locis pręſentes litteras ſolemniter publicari, & ab omnibus Eccleſiaſticis perſonis tam ſęcularibus quàm quorumuis Ordinum regularium ſecundum ritum Sanctę Romanę Eccleſię officium perſoluentibus, omninò obſeruari faciant, etiamſi in Breuiarij & Miſſalis reformationibus nuper editis pręfata ſolemnitas appoſita nõ fuerit. Quoniam autem difficile eſſet eaſdem pręſentes ad ſingula orbis loca peruenire, volumus & Apoſtolia auctoritate decernimus, vt earum tranſumptis & exemplis etiam impreſſis, manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides vbique gentium & locorum adhibeatur, quę ipſis pręſentibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitę vel oſtenſę.

D. Antonius Patauij idibus Iunij ad præmium abiit in cœlum anno Domini 1231. Eum tantis meritis cumulatum miraculorumque laude clarum Gregorius Nonus pontifex in Sanctorum confeſſorũ numero adſcripſit. Poſtea Sixtus V. Pontifex duplicis officij ritu celebrari præcepit.

Datum Romę apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, decimo Kalend. Februarij, Pontificatus noſtri anno primo.

XI.

Diui Petri Martyris Ord. Prædicatorum feſtum.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam.

INVICTORVM Chriſti militum numerus ingens, propriam vitam cõtempſit præ ſtudio tuendæ, propagandæque Chrianæ fidei, ideóque immarceſcibili gloriæ corona donatus in cælo, iure etiam pia veneratione colitur, ac celebratur in terris. Sed non minus ad eiuſdem fidei firmitatem profuit beati Petri Martyris virtus, qui pro catholica religione ſtrenuè militans, eam conſeruauit, ac defendit

fendit aduerſus dolos, atque inſidias inimicorum, occulto veneno longè plus nocentium, quàm ſit hoſtium infeſta oppugnatio; qui aperto impetu nepharium Eccleſiæ Dei bellum indicunt. Quare ex promiſſione omnipotentis Dei nomine facta fortiter pugnantibus, cum eorum laudes cantet Eccleſia, eſt etiam huius inuicti martyris concelebranda ſolemniter memoria. Is enim præclarus ordinis Prædicatorum alumnus inexplebilem extirpandæ hæreticæ perfidiæ cupiditatem iam inde à puero tota penitus mente combibit. Qua in re mirari debemus ſingulare erga illum Dei beneficium, cum credibile non ſit ſine diuina ope potuiſſe eum hæreticorum parentum domeſtica exempla tam ſancte deteſtari. Imò verò imitatione accenſus beati patris Dominici, vt ille perpetuis & concionibus, & diſputationum congreſſibus, officióque Inquiſitionis, (quod ei primum prædeceſſores noſtri Innocentius tertius, & Honorius tertius commiſerant) contra hæreticos mirabiliter ſe geſſit, ita vt ipſe cum nullum iis perditionis filiis monendis locum in omni ſermone vnquam reliquiſſet, tum in obeundo Inquiſitoris munere ſibi litteris Apoſtolicis commiſſo, mira quadam diligentia illos inſectari, atque vrgere nõ deſtitit. Demum verò eorum in ſe odiis concitatis, arripuit ſumma conſtantia, atque animi magnitudine, oblatam ſibi diuino permiſſu martyrij occaſionem, cuius quidem martyrij antea piis precibus, ac votis à Deo expetiti, præcipuo deſiderio exarſerat. Quamobrem poſt beatum Dominicum non immerito princeps appellari debet ſacroſancti officij Inquiſitionis, cum ipſe primus illud ſuo ſanguine cõſecrauerit; quo datum eſt, vt etiam noſtris potiſſimum huiuſque ſanctæ Sedis miniſtris, qui in hæc turbulenta, & calamitoſa tempora inciderunt ſeu potius ſunt diuina prouidentia reſeruati, quaſi facem prætulerit, ac viam commonſtrarit, quam eius exemplo ingreſſi audeant quæcunque pericula pro munere commiſſo fortiter ſubire: ac ſanguinem ipſum ſi ita res ferat, vitámque pro catholica glorioſè profundere. Dignam itaque Pontificio munere cogitationem ſuſcepturi videmur, ſi ſancti huius viri memoriam maiori veneratione recolamus. Ita enim fiet, vt ei de Eccleſia Dei optimè merito honor debitus tribuatur, deinde vt eius in officio Inquiſitionis ſucceſſores ad proſequenda fortiſſimi ducis veſtigia incitentur. Præcipuè verò decet vt ad conciliandam nobis cœleſtem gratiam imploramus illius opem, quem propter miram anteactæ vitæ ſanctitatem, caſtimoniam, innocentiam martyrio conſummatam, apud Deum maximè gratioſum intelligimus, & ſatis compertum eiuſdem Eccleſiæ amantiſſimum eſſe: pro qua grauiſſimos labores dies noctéſque perpeſſus eſt. Quare hac noſtra perptua conſtitutione mandamus vt ipſius ſancti viri dies feſtus tertio Kal. Maij per omnes totius terrarum Eccleſias. Duplici officio de communi vnius Martyris, vbi proprium deeſt: celebretur, ac decernimus vt in Kalendario ad eum diem ſancti Petri martyris nomen cum ſpecificatione ordinis Prædicatorum, ac Duplici nota adſcribatur. Præcipientes omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteríſque Eccleſiarum Prælatis in vniuerſo terrarum orbe conſtitutis, vt faciant in ſuis quiſque Eccleſiis, Prouinciis Ciuitatibus: & Diœceſibus præſentes noſtras ſolemniter publicari, & ab omnibus Eccleſiaſticis perſonis, ſæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus omninò obſeruari. Volumus quoque vt præſentium exemplis etiam impreſſis; manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus vbique fides adhibeatur, quę ipſis præſentibus adhiberetur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę vel oſtenſę.

Beatus Petrus martyr ordinis Prædicatorum Veronæ in Gallia Ciſalpina natus è parentibus Manichæorũ hæreſi infectus.

Multos ſuis cõcionibus ad abiurandam hæreſim compulit.

Sacroſancti officij inquiſitionis poſt D. Dominicum princeps B. Petrus Martir.

Dies feſtus S. Petri Martyris tertio Cal. Maij.

Datum Romę apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto. Idibus Aprilis. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XII.

Ordinationes, & Conſtitutiones Cancellariæ Apoſtolicæ.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus Noſter, Dominus Sixtus diuina prouidentia Papa Quintus ſuorum prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, normam, & ordinem rebus gerendis dare volens in craſtinum aſſumptionis

Cancellaria Apoſtolica initiũ ſumpſit ſub Põtificatu Lucij Papæ. 3. tex. in c. ad hæc de reſcrip. Felin. de reg. Cancel. in c. 2. col. 2. ibid.

ſuæ ad Summi Apoſtolatus apicem, videlicet die vigeſimaquinta menſis Aprilis, Anni ab Incarnatione Domini, milleſimi quingenteſimi octuageſimi quinti, Reſeruationes, Conſtitutiones, & Regulas infranſcriptas fecit, quas etiam ex tunc ſuo tempore duraturas obſeruari voluit, & quas Nos Alexander Epiſcopus Oſtien. Cardinalis Farneſius nuncupatus S.R.E. vicecancellarius die Iouis ſecunda menſis Maij in Cancellaria Apoſtolica publicari fecimus.

Reſeruationes generales, & ſpeciales.

Extrau. ad regimen. de præb.

In primis reſeruationes fecit ſimiles illis, quæ in conſtitutione fel. rec. Benedicti Papæ 12. quæ incipit, Ad regimen, continentur, & illas locum habere voluit, etiam ſi officiales in eadem conſtitutione expreſſi apoſtolicæ ſedis officiales ante ob tum eorum eſſe deſierint quo ad beneficia, quæ tempore, quo officiales erant, obtinuerant, ac reſeruauit beneficia quæ per conſtitutionem Ioanuis PP. 22. quæ incipit, Execrabilis vacant, vel vacare contigerit quas conſtitutionem, & reſeruationem Sanctitas ſua etiam ad beneficia de quibus ordinarij, & alij collatores contra Concilij Tridentini decreta diſpoſuerunt, & diſponent in futurum extendit & ampliauitt

**Vide Iacob. Simonetam quõdam celeberrimum Rotæ auditorẽ in tract. ſuo reſeruationũ in 1. parte.*

Reſeruatio Cathedralium Eccleſiarum, & Monaſteriorum.

Item reſeruauit generaliter omnes Eccleſias Patriarchales,* Archiepiſcopales, Epiſcopales necnon omnia monaſteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum auri communi æſtimatione excedentia, & voluit quod exceſſus huiuſmodi in literis exprimantur.

Reſeruatio dignitatum, necnon ſuorum, & S.R.E. Cardinalium familiarum beneficiorum.

De familiarib. Papæ. c. licet Archid. d. priuil. c. fin. de verb. ſignif.

Item reſeruauit generaliter diſpoſitioni ſuæ omnes dignitates maiores poſt pontificiales in Cathedralibus etiam Metropolitanis Eccleſiis, necnon valorem decem florenorum auri communi æſtimatione excedentes, principales in collegiatis: Reſeruauit etiam Prioratus, præpoſituras, ac alias dignitates conuentuales, & præceptorias generales ordinum quorumcunque, ſed non militiarum, ac quæcunque beneficia, quæ ſui, & dum Cardinalatus fungebatur honore exhiſtentes, ac S.R.E. viuentium nunc, & qui erunt ſuo tempore Cardinalium familiares continui Commenſales obtinent, & in poſterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus ſeu ad quę ius eis competit, aut competierit etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel aliàs deceſſerint: Ac fel. recordat. Pauli, 2. Innocenti. 8. Adrian. 6. Pauli. 3. & Iulij etiam 3. ac Marcelli etiam 2. Pauli. 4. necnon Pij etiam 4. Romanorum Pontificum prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo declarauit, dignitates quę in Cathedralibus etiam metropolitanis poſt pontificales non maiores exiſtunt; & quæ ex apoſtolicæ Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut conſuetudine præſcripta, vel alia quouiſmodo in Collegiatis Eccleſiis principâlem præeminentiam habere noſcuntur, ſub reſeruatione prædicta comprehendi debere.

Priuilegia data familiaribus ceſſant ceſſante cauſa priuilegij l. 2. § planè de iudic.

Concordatis Franciæ & pragmatica ſãctione in Conc. Baſil. edita corrigitur nec ſeruatur in Gallia.

Reſeruatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

Item reſeruauit generaliter omnia beneficia Eccleſiaſticaorum quęcumque Collectorum, & vnitorum in quacumque ciuitate, vel diœc. qui ſuo tempore eorũ officio exercuerint Sub collectorum fructuum, & prouentuum Cameræ apoſtolicę debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio, obtinuerint, ac in quibuſuis ſeu ad quæ ius tunc eis competierit.

Quomodo hæc regula intelligatur declarant doctores in clem. ne Romanus per illum. ex. de Elect.

Reſeruatio beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

Item reſeruauit omnia, & ſingula beneficia eccleſiaſtica quornmcunque Curialium, quos, dum Curia Romana de loco ad locum tranfertur, eam ſequendo, decedere contigerit, & in quouis loco, quarumcunque etiam à dicta Curia remoto.

Reſeruatio

Reſeruatio beneficiorum Cubiculariorum, & Curſorum.

Ex c. præſenti de præb. in 6.

Item reſeruauit generaliter idem D.N. Papa diſpoſitioni ſuæ omnia beneficia Cubiculariorum, & Curſorum ſuorum.

Reſeruatio beneficiorum in Eccleſiis S. Petri, S. Io. Lateranen.

Bart. Belexi in tract. de charit. ſubſ. q. 3. Paul. Hiero. in practica Cancel. in tit. de beneficiis generaliter reſeruatis.

Item reſeruauit diſpoſitioni ſuæ generaliter quoſcunque Canonicatus, & præbendas, ac dignitates, perſonatus, & officia in principis Apoſtolorum, & S. Ioannis Lateranen. ac beatæ Mariæ Maioris de Vrbe eccleſiis, necnon ad collationem, prouiſionem, & præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem S. R. E. Cardinalium à Ro. Cu. abſentium ratione ſuorum Epiſcopatuum Cardinalatus, ac ipſorum Cardinalium titulorum ſpectantia, quandiu abſentia ſua durauerit, Canonicatus, & præbendas, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia, & cæteráque beneficia eccleſiaſtica, cum cura, vel ſine cura, vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe, quam in Eccleſiis, ciuitatibus, & diœc. dictorum Epiſcoporum cõſiſtentia, ac decreuit irritum, &c.

De Literis in forma rationi congrui expediendis.

Bullæ ex ſtatuto conſtitutionum Cancellariæ debent expediri intra ſex menſes.

Item voluit idem D.N. Papa quod conceſſa per fel. rec. Gregorium XIII. prædeceſſorem ſuum, & de eius mandato expediantur in forma rationi congrui ſub die Coronationis ſuę (vt moris eſt) & idem quo ad conceſſa per pię me. Pium Papam 5. etiam prędeceſſorem ſuum ad ſex menſes duntaxat ab ipſa die Coronationis incipiendos, obſeruari voluit.

Declaratio reſeruationis Eccleſiarum, & beneficiorum per prædeceſſores reſeruatorum.

Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 4. parte. q. 72. Panor. & Ioan. And. in c. inter dilectos. in fin. de exceſ. præl.

Item, declarauit omnium & ſingularum eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum prouiſiones, quas prędfati Prędeceſſores ſui ordinationi, & diſpoſitioni eorum, necnõ omnia ſingula beneficia Eccleſiaſtica quę dicti prędeceſſores etiam prędfatę diſpoſitioni, cum interpoſitione decreti reſeruauerant, quæ quidem Eccleſiæ & monaſteria, necnon ſic eſeruata beneficia temprre obitus eorundem Prædeceſſorum vacabant, aut eccleſiæ ipſæ, vel monaſteria huiuſmodi ſi commendata, vel eis adminiſtratores deputati non fuiſſent, etiam tunc vacaſſent, remanſiſſe, & remanere per huiuſmodi reſeruationem, & decretum affecta, nullúmque de illis præter Romani Pontificem ea vice ſe intromittere, vel diſponere potuiſſe, ſiue poſſe quomodo, decernens irritum, & inane ſi ſecus de illis attentatum forſan erat tunc, vel in poſterum contigerit attentari.

Reualidatio literarum prædeceſſoris gratiæ, & iuſtitiæ infra annum conceſſarum.

Lege quæ ſcripſit Rebuffus in paxi beneficiorũ in gloſ. concord. in §. 1. de mãd. Apoſt.

Item. prædictus D.N. omnes, & ſingulas ab ipſo Gregorio XIII. prædeceſſore ſuo infra annum ante diẽ obitus eius conceſſas gratiæ, vel iuſtitiæ literas temporibus debitis eorum executoribus non præſentatas omninò reualidauit, & in ſtatũ priſtinum in quo videlicet ante fuerant, vel pro quibus erant obtentæ quo ad hoc plenariè reſtituit. Ac decreuit per executores prædictos vel ab eis ſubdelegandos, perinde ad ipſorum executionem procedi poſſe, & debere, ac ſi executio huiuſmodi temporibus præfatis inchoata fuiſſet.

Reuocatio vnionum.

C. pen. de præb. in 6. & c. pen. & vlt. de conceſſ. præb. Ioan. Staphil. in ſuo tract. de literis grat. in princ.

Item, rationabilibus ſuadentibus cauſis, ipſe D.N. omnes vniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes, & diſmenbrationes etiam perpetuas de quibuſuis Cathedralibus necnon aliis eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, perſonatibus, officiis eccleſiaſticis per ceſſum vel deceſſum, aut quam

 uis

uis aliam,dimiſſionem,vel amiſſionem,qualiacunque fuerint,inuicem,vel aliis eccleſiis monaſteriis,meritis,dignitatibus,perſonatibus,officiis,beneficiis,ac piis, & aliis locis vniuerſitatibus,etiam ſtudiorum generalium,& collegiis,etiam in fauorem S.R.E.Cardinalibus ſeu eccleſiis,monaſteriis,& beneficiis, per eos obtentis, quomodolibet apoſtolica vel alia quauis auctoritate factas, que ſuum non ſunt ſortitæ effectum. Ac quæcunque conceſſiones,& mandata ſuper vnionibus, annexionibus,incorporationibus,ac aliis præmiſſis taliter faciendis reuocauit,caſſauit, & irritauit,nulliúſque decreuit exiſtere firmitatis, nec alicui quaſcunque clauſulas,vel additiones in quibuſuis apoſtolicis, etiam quæ motu proprio, aut ex certa ſcientia etiam conſiſtorialibus proceſſerant,& emanarant literis,etiam ſi in eis decretum eſſet,illas ex tunc effectum ſortitas eſſe, aut ius quæſitum fore quomodolibet contentas aduerſus reuecationem, caſſationem, & irritationem huiuſmodi voluit aliquatenus ſuffragari.

Vnio eſt duorum vel plurium beneficiorum ab epiſcopo vel alio ſuperiore legitimè facta annexio.

Reuocatio facultatum quibuſuis conceſſarum.

Item reuocauit quaſcunque facultates conceſſas quibuſuis Patriarchis, Archiepiſcopis,Epiſcopis & aliis Prælatis,& perſonis necnon Apoſtolicæ Sedis nuntiis, ac fructuum,& prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum collectoribus, de diſpenſando cum quibuſuis perſonis,ſuper matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito,ac natalium,& ætatis defectibus,& de incompatibilibus beneficiis Eccleſiaſticis inſimul retinendis, necnon de Notariis publicis creandis, ac diſponendis,quomodolibet de quibuſuis beneficiis Eccleſiaſticis,& aliis à præmiſſis officia ipſorum Nunciorum,& collectorum directè non concernentes, Necnō facultates & indulta quibuſuis Cardinalibus, ac aliis perſonis, etiam ad vitam de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis certarum ciuitatum & diœc. in quibus ipſi non erant, nec vnquam fuerant veri ordinarij collatores, ſed de ipſorum ordinariorum conſenſu,aut etiam ſine ipſorum conſenſu,ſeu ſede epiſcopali, vel etiam Archiepiſcopali vacan. diſponendi,aut Vicarios perpetuos,ſeu etiam temporales, qui etiam Cardinalibus,aut perſonis huiuſmodi beneficia conferrent, vel commendarent, deputandi, aut ipſi Vicarij per quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores ſuos ſuos deputati fuiſſent,etiam perinde ac ſi veri,& non ficti inibi ordinarij collatores eſſent Ac etiam cum decreto quòd diſpoſitiones de eiſdem beneficiis abſque eorundem Cardinalium, vel perſonarum conſenſu, etiam per ſedem apoſtolicam pro tempore factæ nullius eſſent roboris,quomodolibet conceſſa, etiam ſi in literis deſuper confectis ſint clauſulæ reſtitutoriæ,reintegratoriæ & derogatoriarum derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expreſſis haberi voluit, quo ad omnia in quibus facultates ipſæ non ſunt ſortitæ effectum etiam ſi Nunciis eiſdem, dictæ ſedis legatis de latere,competens ſit conceſſa poteſtas. Decernens irritum,&c.

Ex cap. fin. de conceſſ. præb. in 6. de patriarchis habes tex. in c. cleros. 2. diſt.

Reuocatio facultatum conferendi Beneficia reſeruata.

Item reuocauit quaſcunque facultates, & literas deſuper confectas, per quas quicunque ſui prædeceſſores Ro. Pont. quibuſuis perſonis ordinariam collationem ſeu aliam diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorum de iure, vel conſuetudine habentibus,& quauis etiam Patriarchali, & Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel alia dignitate,vel alio, non tamen Cardinalatus, honore fulgentibus,quauis conſideratione,vel intuitu,etiam Motu proprio,& ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſerant,aut quandiu viuerent,vel ſuis eccleſiis,ſeu Monaſteriis præeſſent aut ad aliud tempus de Beneficiis Eccleſiaſticis generaliter reſeruatis ſeu affectis,ad eorum collationem,prouiſionem præſentationem, electionem,& quamuis aliam diſpoſitionem communiter, vel diuiſim ſpectantibus diſponere liberè,& licitè valerent,aut etiam ad id per eoſdem prædeceſſores Vicarij perpetui,vel ad tempus conſtituti forent.

Excipiuntur Cardinales ab hac facultatum reſeruatione.

De his & ſtili obſeruatione tum in numeris tum in nominibus vidit Fel. in c. cùm acceſſiſſet in princ. de conſtit. & rip. in l. cùm M. Ferra. in 2. not. de conſtit.

De dictionibus numeralibus.

Item

Item vt in apoſtolicis litteris committendi crimen falſi per amplius tollatur occaſio,voluit,ſtatuit,& ordinauit,quod dictiones numerales,quæ in dictis litteris ante Nonas & Idus immediatè poni conſueuerunt,per literas, & ſyllabas expreſsè ſe ſcribantur,& illæ ex præfatis literis,in quibus huiuſmodi dictiones aliter ſcriptæ fuerint,ad Bullarium nullatenus mittantur.

Decem ſupra quatuor qualitates concurrentium in datis, quomodo examinentur ſcitè docet Rebuffus ic add. ad hanc regulam.

De concurrentibus in data.

Item voluit,quòd de concurrentibus ſuper vacantibus, ſeu certo modo vacaturis beneficiis illis,quibus gratiæ Motu proprio conceduntur: cæteris ſimili modo gratias non habentibus, alias graduati non graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, necnon colorato titulo poſſeſſores non poſſeſſoribus, ac inter perſonas alias in Curia præſentes abſentibus ab ea,ac inter præſentes non beneficiati beneficiatis, & ſimiliter inter abſentes cæteris partibus oriundus non oriundo,& diœceſanus nō diœceſano. In reliquis verò ſinguli, qui prius apoſtolicas deſuper literas eorum executoribus præſentauerint, aliis in ipſorum,de quibus agi contigerit,beneficiorum aſſecutione præferetur.

Felin. in cap. cauſam. in 9. col. & in cap. ſupra eo. in 2. col. de off. deleg.

De non tollendo ius quæſitum.

Item, ne per varias, quæ pro commiſſionibus ſeu mandatis, & declarationibus habendis in cauſis: plerumque fiunt ſuggeſtones: iuſtitia poſt ponatur, idem D.N. decreuit, & declarauit ſuæ intentionis eſſe, quod deinceps per quamcunque ſignaturam,ſeu conceſſionem,aut gratiam vel literas apoſtolicas, pro commiſſionibus, ſeu mandatis,aut declarationibus huiuſmodi, etiam ſi motu proprio, & ex certa ſcientia,ac etiam ante metam litem à Sanctitate ſua emanauerint,vel de eius mandato ſumendas,nulli ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur.

Senes non comprehenduntur, hic nomine infirmorum, text. in l. cui dens. ff. de ædil. edict. Vide Gemeſ. virum locum habetur in infecto contagie peſtis aut in eo qui ingreditur mare.

Regula de viginti.

Item voluit,quòd ſi quis in infirmitate conſtitutus reſignauerit aliquod beneficium ſiue ſimpliciter,ſiue ex cauſa permutationis, vel aliàs dimiſerit, aut illius Commendæ ceſſerit,ſeu ipſius beneficij vnionis diſſolutioni conſenſerit,etiam vigore ſupplicationis dum eſſet ſanus ſignatæ,& poſtea infra viginti dies à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit,& ipſum beneficium quauis auctoritate conferatur per reſignationem ſic factam,collatio huiuſmodi ſit nulla,ipſúmque beneficium nihilominus per obitum cenſeatur vacare.

Gregorius XI. huius regulæ author commendatur. Idiomatis habenda eſt ratio loci in quo expoſtulatur officium. tex. in ca. ſi rector. col. penult. 43. diſt.

De Idiomate.

Item voluit quòd ſi contingat ipſum alicui perſonæ de parochiali Eccleſia, vel quouis alio beneficio exercitium curæ animarum parochianorum quomodolibet habente prouideri niſi ipſa perſona intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat idioma,loci vbi Eccleſia vel beneficium huiuſmodi conſiſtit,prouiſio,ſeu mandatum, & gratia deſuper quoad parochialem Eccleſiam, vel beneficium huiuſmodi nullius ſint roboris vel momenti.

De non impetrando beneficium per obitum viuentium.

Item ſi quis ſupplicauerit ſibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius,licet tunc viuentis,vacante prouideri,& poſtea per obitum eius vacet prouiſio dicto ſupplicanti per obitum huiuſmodi denuo faciendæ, nullius ſint roboris vel momenti.

De vnionibus & vnionum confirmationibus.

Item voluit quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri,tenerentur exprimere

Actus eſt nullus ſi vnionis forma non ſeruatur c.cũ dilecti. de reſcrip. & beneficiũ ſic vnitum poteſt impetrari.

mere verum annuum valorem ſecundùm communem æſtimationem tam beneficij vniendi,quem illius,cui vniri petitur. Alioquin vnio non valeat;& ſemper in vnionibus commiſſio fiat ad partes vocatis quorum intereſt,& idem voluit obſeruari n confirmationibus vnionum factarum.

De *mendicantibus transferendis.*

Item de mendicantibus , qui ad alios ordines tranſierint pro tempore , voluit conſtitutionem fel.rec.Martini Papæ Quinti prædeceſſoris ſui deſuper factam, & in libro Cancellariæ Apoſtolicæ deſcriptam,quæ incipit: Viam ambitioſæ cupidinis &c.firmiter obſeruari.

Mendicantes ad religionem non mendicantium prohibentur tranſire excep. Carthuſ.Flore. in 3.part. ſum. in tit. 16.c. 4. & nos ſup.

De *malè promotis.*

Item de Clericis extra tempora à iure ſtatuta,ſiue ante ætatem legitimam, aut abſque dimiſſoriis literis ad ſacros ordines ſe,promoueri facientibus pro tempore,etiam voluit conſtitutionem piæ mem. Pij ſecundi prædeceſſoris ſui deſuper editam, & in dicto cancellariæ Apoſtolicæ libro deſcriptam,quę incipit,Cum ex ſacrorum ordinum,&c.pari modo obſeruari.

Hanc conſtitutionem Concil. Trid.conſonam habes ſub Pio II.ſup.

De *Moneta.*

Item declarauit idem D.N.quòd libra Turonen.paruorum, & *florenus* auri de Camera pro æquali valore in concernentibus literas , & Cameram Apoſtolicam computari,& æſtimari debeant.

Florenus auri de Camera & libra Turonenſis idem ſunt.

De beneficiis vacaturis per promotionem ad Eccleſias,& *Monaſteria.*

Item prædictus D.N.Papa voluit,decreuit,& ordinauit , quod quæcunque conceſſiones,gratiæ,& mandata etiam Motu proprio & cum derogatione huius conſtitutionis quæ ab eo pro quibuſuis perſonis emanuerint , de prouidendo eis de quibuſuis beneficiis vacaturis per promotionem quorumcunque ad Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimina,ſi huiuſmodi conceſſiones,& mandata diem pomotionis promouendorum ipſorum pręceſſerint , Necnon quęcunque collationes, prouiſiones,& diſpoſitiones pro tempore faciendę de pręmiſſis,ac quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis,ſęcularibus,& regularibus,quę per promouendos , vel aſſumendos ad quaſcunque pręlaturas inter illarum vacationis, & huiuſmodi promotionis,vel aſſumptionis tempora ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis vbicunque reſignari,vel alias dimitti contigerit,cum inde ſecutis pro tempore ſint caſſę, & irritę,nulliúſque roboris,vel momenti.

Collationes factæ ante diem promotionis tã quamfactæ per multorum importunitatem nullæ ſunt.

De *non iudicando iuxtà formam ſupplicationum, ſed literarum expeditarum.*

Item cum ante confectionem literarum gratia apoſtolica ſit informis, voluit, ſtatuit & ordinauit idem D.N.quòd Iudices in Romana Curia & extra eam pro tempore exiſtentes , etiam ſi ſint Sacræ Romanę Eccleſię Cardinales , cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores , vel quicunque alij , non iuxtà ſupplicationum ſignatarum ſuper quibuſuis impetrationibus,niſi in dicta Curia duntaxat ſint commiſsiones iuſtitiam concernentes per Placei. vel per ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarium iuxia facultatem ſuper hoc ſibi conceſſam ſignatæ, ſed iuxtà literarum ſuper eiſdem impetrationibus,& conceſſionibus confectarum tenores , & formas iudicare debeant.Decernentes irritum &c.Et ſi literę ipſę per præoccupationem,vel alias minus bene expeditæ reperiantur , ad illorum quorum intereſt, inſtantiam ad apoſtolicam,Cancellariam remitti poterunt per eius officiales,quibus huiuſmodi tenores,& formas reſtringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

De regulis Cancellariæ producendis.

Item attendens D.N. Papa , quod ſuper habendis de Cancellaria Apoſtolica regulis,& conſtitutionibus inibi deſcriptis,faciliter per eos,qui in Romana Curia indiguerint,ad ipſam Cancellariam recurſus dirigi poteſt , ne conſultum foret quòd ſuper earundem regularum,& conſtitutionum,quas iuxta varietatem occurrentium cauſarum,& negotiorum aliquoties immutari conuenit,probando tenore,vel effectu teſtium plerúnque tenacem deſuper memoriam non habentium depoſitionibus ſtari deberet,voluit,ſtatuit , & ordinauit , quòd deinceps quilibet ex Auditoribus cauſarum Palatij etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſint Cardinales, in ipſa Curia pro tempore deputatis auctoritate apoſtolica Iudicibus etiam in cauſis actu pendentibus ſuper huiuſmodi tenore,vel effectu probando,dumtaxat ſtet, fidemque adhibeat cedulæ,ſeu ſcripturæ deſuper à duobis de maiori parte quod danda ſit,à tergo ſignatæ,& etiam duobus aliis literarum Apoſtolicarum abbreuiatoribus in ipſa Cancellaria auſcultatæ,& D. Vicecancellarij,ſeu dictam Cancellariam,Regentis manu ſubſcriptæ , vt moris eſt,quicquid autem ſecus fieri contigerit nullius ſit roboris,vel momenti.

De *ſurrogandis collitigantibus.*

Subrogationum duo ſunt genera alterum per obitũ collitigantiũ alterum quando collitigãs lite pendente cedit in alium tertiũ non collitigantẽ. Menſis de quo hic ſit mentio computari debet à die obitus collitigancis vt tollatur omnis occaſio fraudis. c. ſtatutũ de præb. lib.6.Cum verò collitigãs eſt abſens menſis incipitur à die notitiæ. Abb. ibid.

Item Dominus noſter cupiens litium ſuccidere anfractus , & ne noui collitigantibus aduerſarij dentur,prouidere,voluit,ſtatuit,& ordinauit, quod quoties deinceps aliquem ſuper quouis Eccleſiaſtico beneficio collitigantem in iure , vel ad ius,ſi quod forſan eius aduerſario in dicto beneficio competierit, ſurrogari conceſſerit(dummodo prædictus collitigans in dicto beneficio intruſus non fuerit,nec ſuper eo contra dictum aduerſarium, poſtquam illud per triennium pacificè poſſederit,lis tunc mota fuerit)aliorum quorumlibet de præmiſſo iure,ſiue tunc vacet vel cum vacauerit,impetrationes,vel conceſſiones,etiam Motu proprio infra menſem ante conceſſionem huiuſmodi factæ nullius ſint roboris,vel momenti: & nihilominus cupiens eorum fraudibus obuiare,qui viuentium beneficia illorum præſertim,quibus,aut propter ſenium,aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum impetrant,vt illis decedentibus,tamquam collitigantes in eorum iuribus faciliùs ſubrogentur,voluit,vt deinceps nullus in iure,vel ad ius in beneficio defuncti,quod illo viuente in caſibus præmiſſis vel ſimilibus impetrauerit aliquo modo ſubrogatio,vel gratia,ſi neutri,ſi nulli,ſeu nouæ prouiſionis,aut perinde valere taliter impetrandi,nullatenus ſuffragetur,

Quod etiam ſtrictiſſimè obſeruari mandauit impetrationibus beneficiorum per priuationem,& amotionem,ex quibuſuis criminibus,& exceſſibus forſan perpetratis,etiamſi vſque ad diffinitiuam ſententiam quæ tamen in rem non tranſiuerint iudicatam)proceſſum foret.

De *Verſimili notitia.*

Item,voluit,&ordinauit,quòd omnes gratiæ,quas de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis cum cura,vel ſine cura,ſæcularibus , & regularibus per obitum quarumcunque perſonarum vacantibus,inantea fuerint,nullius roboris,vel momenti ſint, niſi poſt obitum,& ante datam gratiarum huiuſmodi, tantum tempus , effluxerit quòd interim vacationes ipſæ de locis,in quibus perſonæ prædictæ deceſſerint,ad notitiam eiuſdem D.N.veriſimiliter potuerint perueniſſe.

Ex c.2. de conceſſ.præb. vbi beneficia antequã vacent non debent; impetrari.

Non valeant Commiſſiones,cauſarum,niſi literis,expeditis.

Item,quòd omnes & ſingulæ commiſſiones cauſarum, quas inantea fieri contigerit,obtentæ,occaſione conceſſionum duntaxat apoſtolicarum de beneficiis eccleſiaſticis gratiarum,ſuper quibus literæ apoſtolicæ confectæ non fuerint , ac proceſſus deſuper habendi,nullius ſint roboris vel momenti

Gomes in comp. vtriuſque ſign. Ægidius deciſ. 380. Rebuff. in ad.ad hanc regul.

De Impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

Federicus de Sen. in tract. de bene. perm q. 15. Rot. de conceſſ. præben l. prima in antiq. ac Lud. Rom. conſ. 350. Caſſiad. deciſ. 37. in reg. Cancell. num. 1.

Item, voluit, quòd impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis teneatur exprimere nomen, & titulum ipſius Cardinalis: & ſi ille in curia fuerit, eius ad id accedat aſſenſus, alias deſuper gratia ſit nulla & idem ſeruari voluit, ſi dicti familiares eorundem Cardinalium familiares eſſe deſierint: ſeu ad aliorum Cardinalium familiaritatem ſimilem tranſiuerint, quo ad beneficia, quæ familiaritate priori durante, obtinuerint, & in quibus priori ipſa familiaritate durante, ius ei competierit, ita quòd quo ad illa Cardinales, quorum ipſius familiares fuerint, ſuum habeant adhibere conſenſum. Declarans præſentem conſtitutionem locum non habere in illis beneficiis, quæ non ſolum ratione familiaritatis continuæ commenſalitatis huiuſmodi, ſed etiam ratione officiorum, quæ familiares ipſi tempore obitus eorum, in dicta curia, vel extrà eam obtinerent, aut antea obtinuiſſent, dictæ diſpoſitioni generaliter reſeruata, vel affecta fuiſſe apparerent. Necnon illos, quo ad effectũ dictæ conſtitutionis, familiares, eorundem Cardinalium cenſeri, qui ipſorum Cardinalium familiares continui commenſales, ad minus per quatuor menſes fuiſſe probarentur, decernens, irritum, &c.

Super eadem Familiaritate.

Familiares illi appellantur qui actu deſeruiunt & continuam in domo commenſalitatem habent vt dicit text. in c. fin. de verbor. ſignif. Fel. in cap. ſi quando in 2. tel. de offic. deleg. And. Siculus in conſ. 57. nu. 2. col. in 1. vol.

Item, idem D.N. ad euitandas lites, & contentiones quæ ex præcedenti ſua cõſtitutione exoriri poſſent, veſtigiis prædeceſſorum ſuorum inhærendo, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod ſi beneficia, quæ per obitum Familiarium continuorum commenſalium eorundem Cardinalium, in futurum vacabunt, ceſſantibus apoſtolicis reſeruationibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam diſpoſitionem pertinere deberent, in dicta præcedenti conſtitutione non comprehendantur, quo ad hoc vt in prouiſionibus talium beneficiorum ſuper expeditionibus literarum illius Cardinalis cuius familiaris defunctus ille extitit conſenſus requiri debeat, ſed beneficia huiuſmodi ad collationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Cardinalis ordinarij collatoris, vt præfertur, liberè ſpectare cenſeatur: & ſi apud Sedem Apoſtolicam beneficia huiuſmodi per obitum dictorum Familiarium vacauerint, tunc in prouiſione talium beneficiorum ſuper expeditione literarum illius Card. exigatur conſenſus, ſi in Rom. Cur. præſens fuerit, ad quem eorundem Collatio, vel diſpoſitio, vt præfertur, pertinere deberet.

Signatura per Fiat præferatur alteri per Conceſſum.

Caſſiad. in deci. 14. reg. rub. de præbend. Cald. in indice ſuo in verbo fia. & Rodulph. in 18. col. ver. fiat. de reſcriptis.

Item voluit idem D.N. quod concurrentibus eadem die ſuper quocunque beneficio per Fiat, & Conceſſum, ſignaturis, ex eis per fiat, etiam vt petitur, habens, alteri per conceſſum, etiam motu proprio, habenti præferatur, etiam ſi in illa per conceſſum prægnantiores, & quantumlibet priuilegiatiuæ eſſent clauſulæ.

De Annali poſſeſſore.

In hanc regulã agitauit Lud. Gomes. LXXXIIII. quæſtiones acerrimas & vtiliſſimas ad rei perceptionẽ quas lector ſtudioſus reuoluere dignabitur.

Item, Sanctiſſ. D.N. vt improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quòd quicunque beneficium eccleſiaſticum tunc per annum immediatè præcedentem, pacificè poſſeſſum, & quod certo modo vacare prętenditur, deinceps impetrauerit, nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſionis eiuſdẽ, & quod annis illud ipſe poſſederit, ac ſpecificam, & determinatam, ex qua clarè poterit conſtare, quod nullum ipſi poſſeſſori in dicto beneficio ius competat cauſam in huiuſmodi impetratione exprimere: & infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere: cauſamque ex tunc deſuper infra annum, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, proſequi debeat, & teneatur alioquin impetratio prędicta, & quęcunque inde ſecuta, nullius exiſtant firmitatis: & idem impetrans de damnis, intereſſe, poſſeſſorem prędictum propterea contingentibus, ei ſatisfacere & ſi poſſeſſorem ipſum iniuſtè, friuolè, & indebitè moleſtaſſe repertus extite-

rit quinquaginta florenos auri, perſoluere Camerę Apoſtolicę, ſit aſtrictus: nec alius quam prę miſſę vacationis modus, etiam per literas ſi neutri, aut ſurrogationis, vel alias, ſibi quo ad hoc, vt beneficium huiuſmodi ea vice conſequi, aut obtinere valeat quomodolibet ſuffragetur, illudque nullatenus inantea litigioſum propterea cenſeatur: quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia eccleſiaſtica cuiuſcunque qualitatis per priuationem, & amotionem, vel alias propter commiſſa, exceſſus, & crimina vacantia, vel vacatura, & ſimiliter ad impetrantes beneficia, tanquam vacantia per deuolutionem.

De Triennali.

Nota quod triẽnium huius regulæ debet eſſe continuũ & nõ interpollatum nam vt inquit Baldus in c. cũ viginti. de offic. deleg. vbicũque lex requirit certum tempus illud debet eſſe continuum, videlicet de momento ad momentum præſertim in odioſis vt hic.

Item, ſtatuit, & ordinauit idem D.N. quod ſi quis quęcunque beneficia eccleſiaſtica, qualitercunque ſint, abſque ſimoniaco ingreſſu, ex quouis titulo, apoſtolica, vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiuſmodi confirmatione, ſeu præſentatione, & inſtitutione illorum, ad quos beneficiorum huiuſmodi collatio, prouiſio, electio: & pręſentatio, ſeu quęuis alia diſpoſitio pertinet, per triennium pacificè, poſſederit (dummodo in beneficiis huiuſmodi, ſi diſpoſitioni apoſtolicę ex reſeruatione generali in corpore iuris clauſa, reſeruata fuerint, ſe non intruſerit) ſuper eiſdem beneficiis taliter poſſeſſis moleſtari nequeat: necnon impetrationes quaſlibet ipſis ſic poſſeſſis factas, irritas, & inanes cenſeri deberi, decreuit, antiquas lites ſuper illis motas, penitus extinguendo.

De non appellando ante diffinitiuam ſententiam.

Interlocutoria illa dicitur habere vim definitiuæ quæ quanuis non definiat id ad quod principaliter eſt actum, poſt ſe tamen non expectat aliam ſententiam proferendam iudice illam proferente hæc eſt doctr. Ant. & Sicul. de re iud.

Item, idem D.N. vt finem litibus celeriùs imponatur, & litigantium parcatur ſumptibus, & expenſis, ſuorum prædeceſſorum conſtitutionibus, & ſtatutis inhærendo, ſtatuit & ordinauit, quòd in cauſis in Ro. Cu. pendentibus, & quas in poſterum contigerit agitari, nulli ante diffinitiuam ſententiam liceat appellare, nec appellatio, ſi fuerit emiſſa, debeat admitti, niſi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, vel à grauamine minimè, concernente negotium principale, quod non poſſit per appellationem à diffinitiua ſententia, reparari, nullique cauſæ appellationum committantur, niſi in comiſſ. exprimatur, quòd interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen ſit, tale, quod in appellatione à diffinitiua non valeat reparari, alioquin appellationes, & commiſſiones, in poſterum, & quicquid inde ſecutum fuerit, nullius ſit roboris, & momenti: commiſſionibus appellationum iam iudicibus præſentatis, & exhibitis; in ſuo robore permanſuris in quibus ſatis ſuper eiſdem ſententiis, ſecundo, vel vlterius, ab eis non liceat appellare verò, & appellationes etiam ab interlocutoriis, & grauaminibus huiuſmodi, ſuo, vel alterius nomine proſequentes, ſi ſuccubuerint, vltra expenſas, & damna, ad quæ reſarcienda de iure condemnatus compellitur, viginti, florenorum auri pœna mulctentur.

Non ſtetur commiſſioni poſt commiſſionem.

Item, ſtatuit, & ordinauit, quòd in Commiſſionibus de iuſtitia, ſeu mandatis, etiam conſiſtorialibus, per eum, ſeu de eius mandato, vel auctoritate, in cauſis, in quibus concluſum exiſtat in poſterum concedendis, etiam ſi in eis de concluſione huiuſmodi implicitè, vel explicitè mentio facta fuerit, nihil cenſeatur eſſe conceſſum, niſi per conceſſionem commiſſionis huiuſmodi, concluſioni derogetur expreſsè.

De literis Religioſorum *exponendis.*

Item, voluit, & ordinauit, quod ſi aliqui Religioſi petunt aliquod beneficium ad nutum amouibile, cum clauſula quòd exinde pro ſolo nutu Abbatis, vel Superioris amoueri non poſſit, literæ quo ad ipſam clauſulam, nullatenus expediantur, niſi idem D.N. ponat in Signatura, quòd non poſſit amoueri, vel ad partem clauſulam ipſam concedat.

De literis permutationum beneficiorum.

Item, ſi committatur alicui beneficij reſignationis receptio, ponatur clauſula, Attente quoque prouideas, &c. & ſi ex cauſa permutationis reſignationes fiant, ponatur clauſula, quod neuter permutantium, ius acquirat, niſi quilibet ipſorum ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.

De *ſupplendis defectibus.*

Alex. conſ. 76. col. 1. q. 6. vol. 1.

Voluit, quod ſi petatur ſuppleri defectus in genere, nullatenus literæ deſuper concedantur niſi in petitione deſuper huiuſmodi defectus exprimantur, vel per fiat vt petitur, ſupplicatio ſignata fuerit.

De *derogatione iuris patronatus.*

Quibus cauſis Papa non deroget Iuri patronatus vide apud Rebuff. in add. ad hanc reg.

Item voluit, quod ſuper quouis beneficio eccleſiaſtico de iure patronatus laicorum non expediantur literę niſi ponatur expreſsè, quod tale beneficium tanto tempore vacauit, quod eius collatio ad ſedem apoſtolicam legitimè eſt deuoluta, vel quia tempus patronis laicis ad præſentandum à iure præfixum lapſum exiſtat, aut ad id patronorum ipſorum accedat aſſenſus, & ſi per ipſum iuripatronatus huiuſmodi derogari contigerit, iuriſpatronatus huiuſmodi mentio diſpoſitiuè, ac ſpecificè, & determinatè, non autem conditionaliter fiat, & ſi illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis prouiſionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio ſimilis mentio facta non fuerit, non cenſeatur quomodolibet derogatum.

De *commendis.*

Item voluit, quod nulli ſeculari de regulari, nec Religioſo de ſeculari beneficii commenda detur, niſi in ſignatura per clauſulam ad partem ſuper petitione commendæ huiuſmodi de commenda ipſa mentio fiat.

De *reformationibus.*

Item voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod ſuper quibuſcunque reformationibus ſignatis ſuper impetrationibus quorumcunque beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod literę ſuper prima data expediri poſſent, ſi ex huiuſmodi expeditione ſub tali data cuiquam videatur poſſe fieri præiudicium, litteræ huiuſmodi ſub ipſa prima data nullatenus expedianrur, niſi reformationes huiuſmodi per fiat ſub prima data ſignatæ fuerint.

D*e conſenſu in reſignationibus, & penſionibus.*

Literæ expeditæ ſub ſecundo conſenſu & reſignatione nõ valent etiam ſi fuerint expeditæ ſub priori data ſecundi conſenſus, quia id quod meum nõ eſt reſeruare nõ poſſum nec plus iuris in alterũ transferre quã habeam. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.

Item voluit, & ordinauit, quod ſuper reſignatione cuiuſcunque beneficij eccleſiaſtici, ſeu ceſſione iuris in eo, quam in manibus ſuis, vel in Cancellaria Apoſtolica fieri contigerit, Apoſtolicæ literæ nullatenus expediantur, niſi reſignans vel cedens, ſi pręſens in Romana Curia fuerit perſonaliter alioquin per procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum expeditioni huiuſmodi in eadem Cancellaria expreſſè conſenſerit, & iurauerit, vt moris eſt, & ſi ipſam reſignantem, ſeu cedentem pluries ſuper vno & eodem beneficio in fauorem diuerſarum perſonarum ſucceſſiuè conſentire contigerit, voluit ſanctitas ſua quod primus conſenſus tenere debeat, & alij poſteriores conſenſus, ac literæ illorum prætextu, etiam ſub priori data expeditæ pro tempore nullius ſint roboris, vel momenti literæ reſeruationis, vel aſſignationis motu proprio cuiuſuis penſionis annuæ ſuper alicuius beneficij fructibus expediri poſſint, niſi de conſenſu illius qui penſionem perſoluere tunc habebit.

De *ingreſſu* Religionis.

Item non dentur literæ ſuper beneficiis vacaturis per ingreſſum Religionis niſi ille præceſſerit datam deſuper petionis.

Non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria *exprimendum.*

Item voluit, quod ſi petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria Apoſtolica exprimendum, talis impetratio non valeat, nec literæ deſuper expediantur.

De *executione facienda.*

Item voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod quotieſcunque per ſignaturam ſuam, vel de eius mandato factam ſuper exequendis aliquibus cum adiectione proprij nominis vel dignitatis cuiuſuis iudex datur, literæ deſuper expediantur cum expreſſione, quod idem iudex executionem faciat per ſeipſum.

De *diſpenſationibus in gradibus conſanguinitatis.*

Voluit quod in literis diſpenſationum ſuper aliquo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito ponatur clauſula, ſi mulier rapta non fuerit, etſi ſcienter, ponatur clauſula addita in quaterno.

Super defectu Natalium.

Voluit quod in diſpenſationibus ſuper defectu Natalium, quod poſſint ſuccedere in bonis temporalibus ponatur clauſula. Quòd non præiudicetur illis ad quos ſucceſſio bonorum ab inteſtato pertinere debeat.

Super diſpenſationibus.

Item quod per quamcunque ſignaturam in quauis gratia nullatenus diſpenſatio veniat, niſi dicta gratia totaliter effectum huiuſmodi diſpenſationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur.

Nulli ſuffragetur diſpenſatio, niſi literis confectis.

Item cùm conceſſiones ſuper gratiis diſpenſationum quarumcunque quibuſuis per ipſum Dominum noſtrum conceſſarum, vel concedendarum per regulas Cancellariæ Apoſtolicæ ſint prouidè limitatæ, licet aliquando in petitionibus ſuper huiuſmodi conceſſionibus oblatis multa ſint petita, ne quis talium conceſſum prætextu id diſpenſatiuè tenere, aut facere præſumat, ad quod conceſſiones huiuſmodi ſe non extendant. Voluit, idem Dominus noſter, quod nulla talis diſpenſatio cuiquam in iudicio vel extra ſuffragetur, antequam ſuper ea literæ Apoſtolicæ ſint confectæ.

De *clauſulis ponendis in literis indulgentiarum.*

Item voluit, quod in literis indulgentiarum ponatur, quod ſi eccleſiæ, vel capellæ vel alias aliquas indulgentias fuerit per ipſum conceſſa, de qua inibi ſpecialis mentio facta non ſit, huiuſmodi literæ ſint nullæ.

De *indulgentiis conceſſis ad inſtar.*

Item voluit idem Dominus noſter, quod literæ ſuper indulgentiis non expediantur ad inſtar niſi pacificentur.

De exprimendo valore beneficiorum in impetrationibus.

Ex Vrbani V. decreto regula emanauit vt habetur clem. 1. de præbend. quia in collatione beneficiorum qualitas perſonarũ exprimenda eſt.

Item voluit, quod in gratiis, quas quibuſuis perſonis de beneficiis vacantibus, ſeu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcunque beneficiorum, quæ dictæ perſonæ tunc obtinuerint, ſeu de quibus eis fuerit prouiſum, vel conceſſum, aut mandatum prouideri verus annuus valor, per Marchas argenti, aut ſterlinguorum, vel libras Turonen. paruorum, ſeu florenorum auri, aut ducati, vel vncias auri, ſeu aliam monetam, ſecundùm communem extimationem exprimantur, niſi perſonæ prædictæ, beneficia quæ tunc obtinuerint, aut in quibus vel ad quæ ius ei competit, iuxtà ipſarum oblationes, aut alias dimittere teneâtur. Alioquin gratiæ prædictæ ſint nullæ, & idem ſeruetur in gratiis, quas à Sanctitate ſua Motuproprio emanare contigerit, quoad beneficia, de quibus per Sanctitatem tuam pro tempore prouidetur, ſeu prouideri mandatur, aut alias diſponitur, ac literis, per quas pro tempore ad Eccleſiarum Patriarchalium, & Cathedralium ac Monaſteriorum regimina promotis conceditur, quod Monaſteria & alia beneficia eccleſiaſtica, ſecularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quæ ius eis competit retinere poſſint.

De clauſulis in beneficiis vacantibus ponendis.

De clauſulis quæ ſolent apponi in literis ſiue ad neceſſitatem iuris ſiue ad cautelam vide Spe. in tit. de Iudice deleg. §. ſequitur videre verſ. ſed nunquid poteſt.

Voluit & ordinauit, quod quando prouidet, ſeu mandat prouideri alicui de beneficio eccleſiaſtico vacante tunc dari poterũt clauſulæ ſi petantur, etiam ſi illud quouiſmodo, &c. ſeu per conſtitutionem execrabilis vacet; ac ſpecialiter reſeruatum inter aliquos litigioſum ſit, & eius collatio deuoluta fuerit, & ſi pro collitigante, vel ſurrogationem, aut ſi neutri, vel ſi nulli, &c. petente, ſi tunc lis ſpecificè exprimatur. Nec detur aliqua generalis reſeruatio diſpoſitiuè niſi deſuper in conceſſione ſpecialis, & expreſſa, ac pure, & non ſub conditione mentio fiat, & tunc reliquæ reſeruationes ibi contentæ veniant. Si vero tempore expeditionis inde literarum generalis reſeruatio huiuſmodi probari non poſſit, aut in nouis prouiſionibus, ſeu pro collitigantibus, ſi neutri, vel ſi nulli, &c. ſit expreſſum, quod ab aliquibus aſſeritur, illum cuius beneficium conceditur, Collectorem vel vnicum ſubcollectorem, Abbreuiatorem, vel familiarem, Notarium, aut dictæ ſedis officialem fuiſſe clauſula ponatur, etiam ſi dictum beneficium, ex eo quod talis Collector, vel vnicus ſubcollector, abbreuiator, vel familiaris Notarius, aut dictæ ſedis officialis fuit diſpoſitioni Apoſtolicę generaliter reſeruatum exiſtat, dummodo non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum: in reliquis vero nulla clauſula detur. Vnde reſeruatio generalis dici poſſit, niſi deſuper ſignatura per duplex, fiat, ſignata ſit, aut reſeruatio, vel aliàs ſpecialiter habeatur.

De expreſſione qualitatum beneficiorum in impetrationibus.

c. cum in illis. de præb. in text. & per tex. in Cle. 1. ibid.

Item voluit quod ſuper beneficiis Eccleſiaſticis, de qualitatibus illorum videlicet, an dignitates, perſonatus, vel officia ſint, eiſque cura immineat animarum, & ad illa conſueuerint, qui per electionem aſſumi mentio fiat, aliàs gratię deſuper factę ſint nullę, & ſi qualitates huiuſmodi affirmatiuè, vel conditionaliter non exprimantur, negatiua expreſsè deſuper fiat in beneficiis, quę tales qualitates, vel ex eis aliquas conſueuerint habere.

De beneficiis vacantibus per contractum matrimonij.

Item ſi reſeruetur beneficium per contractum matrimonij non dentur alijmodi vacationum de futuro nec cenſeantur beneficium reſeruatum ſpecialiter vel affectum, niſi ſequatur matrimonium, ſed in beneficiis per promotionem, aut ingreſſum Religionis, vel aſſecutionem vacaturis ponatur clauſula, etiam ſi non petatur. Cùm beneficia huiuſmodi præmiſſo, vel alias quouis modo, &c. prætcrquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiam ſi vacent.

Gloſ. in c. vno de cleric. coniug.

De clauſulis

De clauſulis ponendis in literis Religioſorum.

Item voluit, quod ſi petatur aliquem in Religioſum recipi, & ſibi in quouis beneficio Eccleſiaſtico prouideri per ſimplicem ſignaturam fiat receptio huiuſmodi, dumtaxat detur adiectio, ſi petens idoneus ſit aut aliud Canonicum non obſiſtat, & exprimatur ſi certus numerus Regularium ſit ibidem, cui etiam non derogetur, niſi expreſsè concedatur, & ſi numerus iſte non exiſtat, ponatur, Dummodo receptionis locus huiuſmodi nimium propterea non grauetur.

De translatione Religioſorum.

Item ſi regularis petat ſibi de beneficio ab aliquo Monaſterio, vel alio regulari loco dependente prouideri, & appareat ex petitione huiuſmodi, quod alterius Monaſterij, vel loci Religioſus ſit ibi, Tranſlatio non petatur nihilominus illa veniat.

Petenti prouideri vacaturo dentur literæ de vacaturo, & è conuerſo.

Item petenti ſibi prouideri de vacaturo, dentur literæ de vacaturo, & è conuerſo, prout expedierit impetranti.

De mandatis Apoſtolicis, & executorialibus.

Voluit, & ordinauit, quod mandata Apoſtolica ſuper ſententiis in Romana Curia latis executioni demandandis ſub bulla expediantur, alias ſint nulla.

Reuocatio decimarum, & aliarum impoſitionum.

Item reuocauit quaſcunque decimarum ſubſidiorum, vigeſimæ, & aliorum onerum impoſitiones, quæ à prædicto Gregorio 13. prædeceſſore ſuo, ex quauis cauſa etiam in ſubſidium expeditionis contra Turcas, & Orthodoxæ fidei hoſtes emanarunt, & quaſcunque facultates ſuper decimarum, vigeſimæ, & onerum huiuſmodi exactione, quibuſuis fructuum, & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum, Collectoribus, & Apoſtolicæ ſedis nunciis ab eodem prædeceſſore conceſſas. Suſpendit quoque ad ſuæ Sanctitatis, & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum, quaſcunque plenarias Indulgentias, ab eodem prædeceſſore, ex quauis cauſa etiam expeditionis huiuſmodi conceſſas, ſi quæ per Nuncios, vel Quæſtores deferebantur. Necnon deputandi, & eligendi confeſſores, qui plenariè abſoluant, & alia faciant ad earundem indulgentiarum ſuſpenſarum effectum, reliquaſque facultates, ipſaſque Indulgentias quomodolibet concernentes, prænterquam, quoad ea, in quibus indulgentiæ, & facultates in aliqua ſui parte ſint ſortitæ effectum, Ita vt illis, qui implentes iniuncta eis in literis indulgentiarum huiuſmodi iam conſequuti ſunt facultatem eligendi confeſſores, qui abſoluant eos plenariè in mortis articulo per huiuſmodi ſuſpenſionem non præiudicetur, quin facultate ipſa vti poſſint in futurum decreuit quoque irritum, & inane quicquid facultatum reuocatarum, earundem prætextu impoſterum contigerit attentari.

Reuocatio facultatum percipiendi pretium Officiorum.

Item reuocauit, caſſauit, & annullauit, ac irritas declarauit quaſcunque facultates percipiendi pretium officiorum Rom. Curiæ pro tempore vacantium in toto vel in parte, ac quaſuis conceſſiones, & collationes, aliáſque diſpoſitiones, per fe. recor. Gregorium PP. 13. prædeceſſorem ſuum de dictis officiis, etiam ex die collationum, conceſſionum, & diſpoſitionum earundem in antea vacaturis in fauorem quarumcunque perſonarum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, piorum locorum Collegiorum, ſeu eorum menſarum, etiam perpetuò, etiam in vim contractus, &

ex titulo

ex titulo oneroſo,& ſub alia quauis verborum forma,quam & præmiſſorum tenores pro expreſſis haberi voluit,conceſſas,& factas,quoad officia, quæ poſt obitum ipſius prædeceſſoris vacarunt,& in poſterum quomodolibet vacabunt.

Quòd fructus in tertia parte augeri poßint vigore clauſulæ.

Item cum nonnulli in impetrationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum pro tempore vacantium,& certo modo vacaturorum aſſerendo illorum fructus, &c. certum per eos expreſſum annuum valorem non excedere nonnunquam obtineát à ſanctitate ſua,vt huiuſmodi valorem annuum augeri poſſint,vt veriùs poſſint in confectione literarum ſuper huiuſmodi impetrationibus ſumma, ac valor ipſe annuus exprimi,aliter deſuper non ſpecificato,ne de virtute huiuſmodi cõceſſionis impoſterum hæſitari contingat,declarauit prætextu conceſſionis huiuſmodi valorem ipſum vſque ad tertiam partem valoris expreſſi,& in prima, quæ deſuper fiet literarum expeditione dumtaxat augeri poſſe,& eas,quas literis iam expeditis cum expreſſione valoris,ſpecificari,aut non integro augmento prædicto denuo deſuper expediri contigerit literas cum aliquo augmento valoris huiuſmodi nullius eſſe roboris,vel momenti,etiam ſi Motu proprio beneficiales gratiæ, & diſpoſitiones quæcunque à Sanctitate ſua emanarent.

De inſordeſcentibus.

Item ne perſonis,pro quibus literæ ſuæ Sanctitatis emanabunt ob generalem abſolutionem à cenſuris Eccleſiaſticis,quibus ligati forent, eorum effectum indifferenter concedi,& in literis Apoſtolicis apponi ſolita præbetur occaſio cenſuras ipſas vilipendendi,& inſordeſcendi in illis,ſtatuit,& ordinauit huiuſmodi abſolutionem,& clauſulam in literis,quas in futurum cum illa concedi continget, non ſuffragari,non parentibus rei iudicatæ,Incendiariis,violatoribus, & falſificatoribus,& falſificari procurantibus literas, & ſupplicationes Apoſtolicas, & illis vtentibus,receptatoribus,& fautoribus eorum,ac res vetitas,ad infideles deferentibus. Violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis. Via facti, auſu temerario Apoſtolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios vel executores Apoſtolicæ ſedis, & eius officialium eis commiſſa exequentes impedientibus;qui propter præmiſſa,vel aliquod eorum excommunicati à iure vel ab homine per quatuor menſes ſcienter excommunicationis ſententiam huiuſmodi ſuſtinuerint,& generaliter quibuſcumque aliis,qui cenſuris aliquibus,etiam aliàs,quàm vt præfertur quomodolibet ligati in illis per annum continuum inſorduerint.

Officiales nihil exigant vltra debitum.

Item idem Dominus Noſter exactionibus,quas Sanctitas ſua non ſine diſplicentia plerúmque fieri intellexit per officiales Romanæ Curiæ,qui conſtitutis ſibi emolumentis pro exercitio officiorum, quæ obtinent,non contenti vltra à proſequentibus negociorum quorundam expeditionem in eadem exigere non verentur,obuiare volens diſtrictè præcipiendo inhibuit omnibus,& ſingulis quæuis officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cætero quicquam prætextu officiorum, quæ obtinent,quouis colore,etiam celerioris expeditionis vltra emolumenta huiuſmodi exigere, ſeu ad hunc effectum expeditionem eorum,quæ eis incumbunt malitioſè differre ſub excommunicationis, & præter illam ſuſpenſionis à perceptione emolumentorum huiuſmodi pro prima ad ſemeſtre, & pro ſecunda ad annũ,& pro tertia vicibus,quibus ſic excederent priuationis officiorum per eos obtentorum in quibus ſic exceſſerint pœnis. Ac voluit quod S.R.E. Vicecancellarius & Camerarius excedentes ipſos reſpectiuè, prout eis ſubſunt per ſubtractionem emolumentorum eorundem,ac aliàs vt præmittitur compellant ab huiuſmodi illicitis exactionibus abſtinere, & contra eos per prædictas pœnas, & alias prout melius expedire viderint, procedant.

Quòd

Quòd Cardinales non comprehendantur ſub regulis faciendis.

63 Item cum S.R.E.Cardinales ipſi Sanctiſſimo D.N.aſſiſtant, ac propterea debeant ſpecialibus prærogatiuis,& priuilegiis gaudere, idem D. N.ſtatuit, ordinauit,& decreuit,quod in quibuſcunque conſtitutionibus & regulis per Sanctitatem ſuam impoſterum poſt hanc primam editionem, & ſuarum conſtitutionum, & regularum publicationem faciendis,non includantur ipſi Cardinales, niſi illæ eorundem Cardinalium fauorem concernant, vel ipſæ conſtitutiones edendæ de eorundem Cardinalium,vel maioris partis eorum conſilio editæ fuerint. *Priuilegium Cardinalium.*

De poteſtate Reuerendißimi D. Vicecancellarij, & Cancellariam Regentis.

Primò,quod poſſit committere abſolutionem illorum,qui ignoranter in ſupplicationibus,vel in literis Apoſtolicis aliquid ſcriberent,corrigerent,vel delerent.

Item quod poſſit corrigere nomina, cognomina perſonarum, non tamen eorum,quibus gratiæ,& conceſſiones fiunt,ac beneficiorum,dum tamen de corpore conſtet.

Item quod poſſit omnes cauſas beneficiales, etiam non deuolutas committere in Curia,cum poteſtate citandi ad partes.

Item quod proceſſus apoſtolica auctoritate decretos aggrauare poſſit cum inuocatione brachij ſecularis & ſententias executioni demandari facere contra intruſos,& intrudendos,per literas apoſtolicas deſuper conficiendas, & non alias.

Item quod poſſit ſignare ſupplicationes manibus duorum Referendariorum ſignatas de beneficiis eccleſiaſticis,ſecularibus, & regularibus diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter non reſeruatis, quorum cuiuſlibet valor,centum florenorum auri de Camera vel totidem librarum Turonen. paruorum ſeu totidem in alia moneta ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum non excedat.

Item quod poſſit ſignare ſupplicationes etiam duorum Referendariorum manibus ſignatas, & de nouis prouiſionibus ſi neutri, & ſubrogationibus pro collitigantibus,in quibus non detur clauſula generalem reſeruationem importans.

Item quod poſſit ad ordines ſuſcipiendos arctatis prorogare terminos de dictis ſuſcipiendis ordinibus, vſque ad proxima tunc à iure ſtatuta tempora, in quibus ſic arctati, ſucceſſiuè ad ipſos ordines promoueantur.

Placet,& ita publicentur,& deſcribantur F.

Lectæ,& publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ Regulæ, ordinationes, conſtitutiones, Romæ in Cancell Apoſt. anno incarnationis dominicæ,milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto,die verò Iouis, 2. menſis Maij Pont. S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno primo.

Claudius Ciccolinus Cuſtos.

XIII.

Literæ Proceßus S. D. N. *Sixti* V. *Pont. Opt. Max. Lecta in Cœna Domini*, *Anno* M. D. LXXXXI.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CONSVEVERVNT Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, ad retinendam puritatem religionis Chriſtianæ,& ipſius vnitatem,quæ in coniunctione membrorum ad vnum caput,Chriſtum videlicet,eiuſque Vicarium principaliter conſiſtit, & ſanctam fidelium ſocietatem ab offenſione ſeruandam,arma miniſterium Apoſtolatus in præſenti celebritate exercere. *Proœmium literarum.*

Nos igitur vetuſtum,& ſolennem hunc morem ſequentes, excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis,Patris,& Filij; & Spiritus ſancti, auctoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri,& Pauli, ac noſtra quoſcunque Vſitas, Vicleffitas,Lutheranos,Zuuinglianos,Caluiniſtas,Vgonottos,Anabap *1. In hæreticos, & fautores, ac recedentes ab Apoſt. Sedis obedientia.*

Tttt tiſtas,

tiſtas,Trinitarios,& omnes,& ſingulos alios Hæreticos,quocunque nomine nuncupentur,& cuiuſcunque ſectæ exiſtant,& eis credentes,ipſorúmque receptatores & fautores,& generaliter quoſlibet defenſores,ac eorundem libros ſine auctoritate noſtra,& Sedis Apoſtolicæ,ſcienter quomodolibet legentes,aut tenentes, imprimentes,ſeu quomodolibet defendentes ex quauis cauſa,publicè, vel occultè, quouis ingenio,vel colore:necnon Schiſmaticos, & eos,qui ſe à noſtra, & Rom. Pont pro tempore exiſtentis obedientia,pertinaciter ſubtrahere, ſeu quomodolibet recedere præſumunt.

2 In appellantes à Papa ad futurum Concilium.

2 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes,& ſingulos cuiuſcunque ſtatus gradus,ſeu conditionis fuerint,& interdicimus Vniuerſitates,Collegia, & Capitula,quocunque nomine nuncupentur,ab ordinationibus,ſententiis,ſeu mandatis noſtris,ac Rom. Pont. pro tempore exiſtentium,ad vniuerſale futurum Concilium appellantes,necnon eos quorum auxilio,conſilio, vel fauore appellatum, fuerit.

3 In Piratas,& fautores eorum, & interapientes bona naufragantium.

3 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes Piratas, Latrunculos maritimos,& illos præcipuè,qui mare noſtrum à monte Argentaro, vſque ad Terracinam diſcurrere,& nauigantes in illo deprædari,mutilare, interficere,ac rebus, & bonis ſuis ſpoliare præſumunt,ac omnes receptatores eorundem,& eis auxiliũ ſcienter dantes,vel fauorem. Ac omnes, & ſingulos,qui Chriſtianorum quorumcunque,nauibus tempeſtate in tranſuerſum (vt dici ſolet) iactatis, aut etiam ſubmerſis,& naufragium paſſis,ſiue in ipſis nauibus,ſiue ex eis dilapſa,& in mari,vel littore inuenta,cuiuſcunque generis bona,tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuſcunque aliis cuiuſcunque maris regionibus, & littoribus rapuerint,aut ſcienter ipſi ſibi acceperint,aut ab aliis rapta,ſeu accepta ſcienter receperint:ita vt nec etiam ob quodcunque priuilegium,conſuetudinem, aut longiſſimi etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcumque prętextum excuſari poſſint.

4 In imponentes vel augentes noua pedagia, vel ea exigentes.

4 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia,ſeu gabellas ad id poteſtatem non habentes imponunt,vel augent,aut imponi,vel augeri prohibita,exigunt.

6 In falſificatores literarum, & ſupplicationum Apoſtolicarum habes hic adſcriptum luculentiſſimum ſcholium.

5 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios Literarum Apoſtolicarum,& in forma Breuis,ac ſupplicationum gratiam,vel iuſtitiam concernentium,per Romanum Pontifi. vel S.R.E. Vicecancellarium, ſeu gerentes vices eorum,aut de mandato eiuſdem Rom. Pont. ſignaturum, aut ſub nomine eiuſdem Rom. Pont. ſeu Vicecancellarij aut gerentium vices prædictorum ſignantes ſupplicationes eaſdem: Extendentes conſtitutionem fel. rec. Innocentij Papæ III. quæ incipit. Ad falſariorum. cum omnibus pœnis in ea contentis, ad falſificantes, ſeu mutantes ſupplicationes per nos,ſeu demandato noſtro ſignatas,& datas, ſine noſtra,aut Datarij noſtri licentia. †

6 In deferentes prohibita infidelibus, eoſque certiores facientes de rebus concernen. ſtatum rei Chriſtianæ.

6 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes illos,qui Equos, Arma, Ferrum,Filum ferri,Stamnum,Chalybem,omniáque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta,lignamina,canapem,funes tam ex ipſo canape, quam ex quacunque alia materia,& ipſam materiam aliáque huiuſmodi, quibus Chriſtianos impugnant,deferunt Saracenis,Turcis,& aliis Chriſti nominis inimicis: Necnon illos,qui per ſe,vel alium,ſeu alios de rebus Chriſtianæ reip. ſtatum concernentibus,in Chriſtianorum perniciem & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos certiores faciunt,illiſque auxilium, vel fauorem quomodolibet præſtant: Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis,& conceſſionibus quibuſcunque Principibus,& Dominis,ſiue priuatis perſonis per nos,& ſedem prædictam hactenus conceſſis,quæ illis nolumus in aliquo ſuffragari.

7 In impedientes eos, qui victualia ad Vrbẽ deferunt.

7 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes impedientes, ſiue inuadentes eos,qui victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt, ac etiam eos,qui,ne ad Romanam Curiam adducantur,vel deferantur,impediunt, ſeu perturbant,vel qui talia fieri faciunt, vel defendunt,cuiuſcunque fuerint ordinis,præeminentiæ,conditionis,& ſtatus,etiam ſi Pontificali, vel Regali, aut alia quauis eccleſiaſtica,vel mundana præfulgeant dignitate.

8 Item

8 In eos,qui peregrinos ad Vrbem venientes offendunt.

8 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes mutilantes vulnerantes, interficientes,capientes, detinentes ſeu deprædantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis,ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes,vel recedentes ab ipſa,& illis dantes auxilium,conſilium,vel fauorem.

9 In eos, qui venientes Romam, vel ibi commorantes offendũt.

9 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes illos,qui ad Sedem Apoſtolicam venientes,& recedentes ab eadem, necnon omnes illos qui non habentes in eadem Curia iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam temeritate propria capiunt,ſpoliant,detinent morantes in eadem,aut ex propoſito deliberato verberare,vel interficere præſumunt,vel qui talia fieri mandant.

10 In eos, qui manus iniiciunt in S.R.E. Cardinal. vel prælatos ſeu Nuncios.

10 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes interficientes, mutilantes,vulnerantes,verberantes,percutientes,capientes,carcerantes,detinentes,vel hoſtiliter inſequentes S.R.E. Cardinales,ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos,vel Nuncios,aut eoſdem eiicientes à ſuis diœceſibus, territoriis,terris,ſeu dominiis,eaque mandantes,vel rata habentes,ſeu præſtantes eis auxilium,conſilium,vel fauorem.

11 In eos, qui cauſarum in Curia pendentiũ curſum,& literarum Apoſtolicarum executionem impediunt, & perſonas eaſdem cauſas proſequentes offendunt.

11 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes illos, qui per ſe,vel alium,ſeu alios,quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas, vel ſeculares ad dictam Curiã ſuper eorum cauſis, & negotiis recurrentes,illaſque in eadem Curia proſequentes,aut procurantes,negotiorumque geſtores,Auditores,vel Iudices, ſuper dictis cauſis,vel negotiis deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi verberant,mutilant,vel occidunt,ſeu bonis ſpoliant,vel qui per ſe,vel alium, ſeu alios directè,vel indirectè prædicta exequi vel procurare, aut in eiſdem conſilium,auxilium,vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint. Ac illos,qui Literas Apoſtolicas,& in forma breuis tam gratiam,quam iuſtitiam concernentes,ac etiam citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria,proceſſus executoriales, aliaque decreta quæcunque à nobis, & Sede Apoſtolica,ſeu Legatis,Nunciis,Præſidentibus, Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus,& Commiſſariis,aliiſque iudicibus,& delegatis Apoſtolicis emanata,& quæ pro tempore emanauerint,ſimpliciter,vel ſine eorum beneplacito conſenſu, vel examine,executioni demandari,aut ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi literarum,& proceſſuum executione inſtrumenta,vel acta non conficere,aut confecta parti,cuius intereſt,tradere debeant impediunt,vel prohibent, aut impediri,vel prohiberi procurant:ac Notarios,Executores, & ſubexecutores literarum; citationum monitoriorum,& aliorum prædictorum capiunt,carcerant, & detinent,vel capi,carcerari & detineri faciunt. Quin etiam quibuſcunque perſonis in genere,vel in ſpecie,ne pro quibuſuis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis, vel literis impetrandis, ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas,vel literas à dicta Sede impetrent,ſeu impetratis vtantur, directè,vel indirectè prohibere,ſtatuere,ſeu mandare,vel eas apud ſe, aut Notarium, ſeu Tabellionem,vel alias quomodolibet retinere præſumunt.

12 In officiales, & prælatos,qui ſpirituales cauſas à iudicibus Apoſtolicis auocant, & executionem literarũ, & mandatorum Apoſtolicorum impediunt.

12 Item excommunicamus,& anathematizamus omnes, & ſingulos Cancellarios, Vicecancellarios,& Conſiliarios ordinarios,& extraordinarios quorumcunque Regum,& Principum ac Præſidentes Cancellariarum,conſiliorum,& parlamentorum:necnon procuratores generales eorundem, vel aliorum Principum ſecularium,etiam ſi Imperiali, Regali,Ducali, vel alio quocunque nomine nuncupentur,alióſque iudices tam ordinarios quam delegatos,necnon Archiepiſcopos,Epiſcopos, Abbates,Commendatarios,Vicarios,& Officiales,qui per ſe, vel alium,ſeu alios quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum,& Literarum; Apoſtolicarum prætextu beneficiales,& decimarum,ac alias ſpirituales,& ſpiritualibus annexas cauſas ab Auditoribus, & Commiſſariis noſtris, aliiſque iudicibus Eccleſiaſticis auocant,illarumvé curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula,conuentus,collegia,cauſas ipſas proſequi volentes, auctoritate laicali impediunt,ac ſeſe illarum cognitione tanquam iudices interponunt, ac partes actrices,quæ alias committi fecerunt,& faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones,aut alias literas in eis decretas,& ad faciendum,vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris,

Tttt 2

ſuris, & pœnis in illis contentis abſolui ſtatuunt, compellunt, vel alias executionem literarum Apoſtolicarum, proceſſuum ac decretorum prædictorum etiam ſub prætextu violentiæ prohibendæ, vel quod ad nos informandos, vt ipſi dicunt ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ipſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur quomodolibet impediunt, vel ad id fauorem conſilium, aut aſſenſum præſtant.

13 In eos, qui perſonas eccleſiaſticas ad eorum tribunal trahunt, & qui ſtatuta contra libertatem eccleſiæ faciunt.

Qui vé ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam quorumcunque perſonas eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, & Collegia eccleſiarum quorumcunque coram ſe ad eorum tribunal, audientiam, cancellariam, vel parlamentum, præter iuris canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæſito colore. Necnon qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones pragmaticas, ſeu quæuis alia decreta in genere, vel in ſpecie ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, etiam ſub prætextu Literarum Apoſtolicarum vſu nō receptarum, ſeu reuocatarum, vel cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij; vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur aut alias quouis modo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ Sedis iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè vel expreſsè præiudicatur.

14 In impedientes iudicū eccleſiaſticorum iuriſdictionem.

14 Necnon qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque ſuperiores, vel inferiores, Prælatos, & omnes alios quoſcunque Iudices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet impediunt, quo minus ſua iuriſdictione eccleſiaſtica contra quoſcunque vtantur, ſecundùm quod canones, & ſacræ conſtitutiones eccleſiaſticæ, decreta conciliorum generalium, & præſertim Tridentini, ſtatuunt.

15 In eos, qui iuriſdictionem, & fructus, eccleſiaſticos vſurpant, & decimas, aut taleas quaſcunque perſonis eccleſiaſticis imponunt, aut exigunt, ac aſſenſum, auxilium, vel conſilium præſtant.

15 Qui vé iuriſdictiones, ſeu fructus, reditus, & prouentus, ad nos, & ſedem Apoſtolicam & quaſcunque eccleſiaſticas perſonas ratione eccleſiarum; monaſteriorum & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum per eos obtentorum pertinentes vſurpant, vel etiam quauis occaſione, vel cauſa, ſine Rom. Pont. expreſſa licentia ſequeſtrant: aut collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera clericis prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, ac eorum, & eccleſiarum, monaſteriorum, aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum bonis, illorúmque fructibus, redditibus & prouentibus huiuſmodi abſque ſimili Rom. Pont. ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt; & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt; aut impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt: necnon qui per ſe, vel alium ſeu alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium conſilium, vel fauorem, aut votum, ſeu ſuffragium palam, vel occultè præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces Comites, Barones, Reſpublicæ, & alij potentatus quicunque etiam Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, & terris quoquomodo præſidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti: Innouantes decreta ſuper his per ſacros canones tam in Lateran. nouiſſimè celebrato, quam aliis conciliis generalibus edita etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

16 In laicos ſe intromittentes in cauſis capitalibus ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas.

16 Item excommunicamus & anathematizamus omnes, & quoſcunque Magiſtratus, Senatores, Præſidentes, Auditores, & alios Iudices, quocunque nomine vocentur, ac Cancellarios, Vicecancellarios, Notarios, ſcribas, ac executores, & ſubexecutores, & alios quoquomodo ſe interponentes in cauſis capitalibus ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas, illas banniendo, capiendo, proceſſando, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum à ſede Apoſtolica ex quibuſuis cauſis, ac ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, in genere & ſpecie conceſſorum quibuſcunque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuſpublicis, Monarchiis, Ciuitatibus, & aliis quibuſcunque potentatibus quocunque nomine cenſeantur, quæ nolumus illis in aliquo ſuffragari, illa omnia ex nunc in irritum reuocando.

17 In eos qui terras ſeu iura Eccleſiæ Rom. occupant, vel inuadunt, & in raptores bonorū palatij Apoſtolici.

17 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel alium, ſeu alios, directè, vel indirectè, ſub quocunque titulo, vel colore de facto occupant, vel detinent, vel hoſtiliter deſtruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel deſtruere,

deſtruere, aut inuadere hoſtiliter præſumunt in totum, vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium B. Petri in Tuſcia Ducatum, Spoletanum, Comitatum Venuſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanę, Maſſę, Trebarię, Romondiolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias, illarumque terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum, Ciuitatéſque noſtras Bononiam, Ceſonam, Ariminum, Beneuentum, Peruſium, Auinionem, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras, & loca, vel iura ad ipſam Roman. Eccleſiam pertinentia, dictaque Rom. Eccle. mediatè, vel immediatè ſubiecta: quiue ſupremam iuriſdictionem in illis nobis, & eidem Rom. Eccle. competentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt: Necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes: Necnon omnes, & ſingulos ſuppellectilium, librorum, ſcripturarum, & bonorum Cameræ, & Palatij Apoſtolici ex eodem Palatio, infirmitatis Rom. Pont. ac ſedis Apoſtolicæ vacationis tempore, ablatores, raptores, & illorum detentores, ac quoſcunque alios, ad quorum manus bona prædicta quocunque titulo, & ex quauis cauſa ſcienter peruenerint.

Volentes præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcunque his literis contenta quouſque alij huiuſmodi proceſſus à nobis, aut Rom. Pont. pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque effectus omninò ſortiri.

18 Quod nulla ſolennis Pontif. abſolutio comprehendit ſupra dictos, neceos qui ſtatuta præfata libertatem eccleſiæ lædentia, condunt.

18 Cæterum à prædictis ſententiis nullus per alium quam per Romanum Pont. niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & de ſatisfaciendo cautione præſtita, abſolui poſſit: etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus, & quorumuis ordinum etiam Mendicantium, & Militiarum regularibus, etiam Epiſcopali vel alia maiori dignitate præditis ipſiſque ordinibus & eorum Monaſteriis, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali & alia mundana excellentia fulgentibus per nos, & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij decreta, verbo, literis, aut alia quacunque ſcriptura in genere & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum & innouandorum.

19 In abſoluentes tranſgreſſores.

19 Quod ſi fortè aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate illaqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, & prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum, & audiendi confeſſiones officiis interdicimus, grauius contra eos ſpiritualiter & temporaliter, prout expedire nouerimus proceſſuri, Et quicquid egerint abſoluendo, vel alias, nullius ſit roboris, vel momenti.

20 Quòd priuilegia conſuetudines etiam immemorabiles, indulgentiæ, ac confeſſianalia non ſuffragantur contra præmiſſa.

20 Declarantes, ac proteſtantes quamcunque abſolutionem etiam ſolenniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius à præmiſſis, cum vero propoſito vlterius ſimilia non committendi, deſtiterint, Ac quo ad eos, qui contra libertatem, vt præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuiis, ſeu Capitularibus locis, aut libris in quibus annotata reperiuntur, & caſſari, ac nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari. Quinetiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcunque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quantocunque tempore continuata, in præmiſſis omnibus & ſingulis, ac quibuſcunque iuribus Sedis Apoſtolicæ, ac Sanctę Romanæ Eccleſię vndecunque, & quomodocunque quęſitis, vel quęrendis nullatenus pręiudicari poſſe, ſeu debere,

Non obſtantibus priuilegiis, indulgentiis, & literis Apoſt. generalibus, vel ſpecialibus, ſupradictis vel eorum alicui ſeu aliquibus, & aliis cuiuſcunque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, præeminentiæ fuerint, etiamſi, vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quauis eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant

 dignitate,

dignitate, vel eorum Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, ſeu locis, à prædicta ſ de ſub quauis forma, vel tenore, & ex quauis cauſa etiam per viam contractus, aut remunerationis, ac cum quibuſcunque clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis conceſſis, etiam continentibus quod excommunicari, anathematizati, vel interdic non poſſint per literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem: Necnon conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcunque longiſſimis, & aliis quibuſlibet obſeruantiis ſcriptis, vel non ſcriptis, per quę contra hos noſtros proceſſus, ac ſententias, quo minus includantur in eis, ſe iuuare valeant, vel tueri: quæ omnia quo ad hoc, eorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi ad verbum nihil penitus omiſſo, inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & omninò reuocamus, cęteríſque contrariis quibuſcunque.

21 Ordinarij, Curati, ac confeſſores debent penes ſe habere tranſumptum præſentium, & diligenter legere.

21 Præcipimus autem in virtute ſanctæ obedientiæ vniuerſis & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliíſque locorum Ordinariis, & eccleſiarum Prælatis, necnon Rectoribus, ac cæteris curam animarum exercentibus, ac preſbyteris ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, ad audiendum confeſſiones quauis auctoritate deputatis, vt tranſumptum harum literarum penes ſe habere, ac legere, & diligenter examinare procurent, ne de huiuſmodi reſeruatione ignorantiam prætendere valeant.

22 Quod literæ publicentur in valuis eccle. S. Io. Lateran. ac baſilic. prin apò. de Vrbe, &c.

22 Vt verò præſentes noſtri proceſſus ad communem omnium notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu membranas proceſſus ipſos continentes valuis Eccleſiæ S. Ioannis Lateran. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe appendi faciemus, quæ proceſſus ipſos quaſi ſonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt, vt ij, quos proceſſus huiuſmodi contingunt, quod ad ipſos non peruenerint, aut quod ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætendere, ſeu ignorantiam allegare, cùm non ſit veriſimile, quòd ipſum remaneat incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

23 Quod literæ publicentur per locorum ordinarios ſaltem ſemel in anno.

23 Inſuper, vt proceſſus ipſi, ac pręſentes literę, ac omnia, & ſingula in eis contenta eo fiant notoria, quo in pleriſque ciuitatibus, & locis fuerint publicata, prædictis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis,] & locorum Ordinariis, Prælatis, & Rectoribus vbilibet conſtitutis per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctę obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam pluries in eccleſiis ſuis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolenniter publicent, & ad Chriſtifidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

24 Quod fides adhibeatur. tranſumptis.

24 Volentes earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Iudicis ordinarij Rom. Curię, vel alterius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę.

Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, M. D. LXXXVI. 3. Calend. April. Pontificatus noſtri anno primo.

† *Iuris Pontificij & ſcholaſticæ Theologiæ profeſſores inſigni Commentariorum congerie hoc diploma illuſtrarunt, adeo vt dignioribus nequeat exornari lucubrationibus. Sub hac tamen operis coronide in mentem occurrit nos nihil quidquam ſuperius exaraſſe in eos qui falſificant literas apoſtolicas, quorum abſolutio reſeruatur Summo Pontifici. Et præter ea quæ in Oeconomia Canonica dicta ſunt de modo quo ſolent flagitioſi illi falſum moliri, operæ precium videtur addere qua pœna plectantur, & an officiorum & perſonarum dignitas & conditio ſceleris grauitatem emolliat. Iuriſconſultis decretum eſt crimen falſi eſſe publicum. l. 1. ff. de pub. iud. itáque graue & enorme; vt Bar. & alij in l. tranſigere. C. de tranſactionibus bonis moribus, & publicæ vtilitati odioſum, & propudioſum illud iudicent. Quantum execrantur iura periuria & fœdifragos, tantùm & falſarios deteſtantur. Enormis*

criminis

criminis pœna in clericis explicatur c. tuæ. de pœnis, & in c. de his. l. di. & notatur plenè in c. at ſi clerici, & in c cum non ab homine. de indi. & dicit gl. in c. ex tenore. de temp. ord. quòd vbicunque crimen eſt enorme, & manifeſtum ſemper reus deponitur & nunquam reſtituitur poſt quamcunque pænitentiam. Sed quid ego gloſarum auctoritate vtor quando caſus eſt de hoc in terminis in c. ſi epiſcopus. l. di. cuius verba ſic ſe habent. Si epiſcopus presbyter aut diaconus capitale crimen commiſerit, aut cartam falſauerit, aut falſum teſtimonium dixerit ab officio & honore deiectus in monaſterio detrudatur, & ibi quandiu vixerit laicalem tantummodo communionem accipiat. Ex quo quidem text. etiam illud vt opinor demonſtratur non rectè ſentire eos qui dicunt Canones imponentes pœnas falſariis literarum apoſtolicarum non includere epiſcopos vbi nominatim de illis mentionem non faciunt. Nam iſte text. non modo in falſitate, ſed nec in quouis alio enormi crimine inter epiſcopos & inferiores diſtinctionem vllam facit. Et his accedit text. in c. ſi quis epiſcopus. & in c. ſeq. 11. q. 3. vbi epiſcopi & inferiores vniformiter puniuntur. Præterea text. in c. ad falſariorum ſimpliciter loquitur de clericis quo nomine ſi proprietatem vocabuli ſequi voluerimus magis epiſcopi quam inferiores comprehenduntur. Dicuntur enim clerici quia ſunt de ſorte Domini, c. cleros in princ. 21. diſt. c. duo ſunt, & c. clericus. 12. q. 1. Potius autem ſunt ſeu eſſe debent de hac ſorte qui priorem locum tenent quam ſequentes, vt de ſe patet. Itaque cum iura pœnalia & exorbitantia loquentia in altero caſu equiparatorum includant etiam alterum verbis legis non expreſſum, vt eſt gl. communiter approbata in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & in l. quod verò, ff. de legi. & in c ſi poſtquam in fin. de elect. libr. 6. Multomagis in caſu d. cap. ad falſariorum, debent cenſeri epiſcopi incluſi quam reliqui cum dictio clericus Epiſcopum non per æquiparationem: ſed per proprietatem includat. Sed quid opus eſt in his argumentis inſiſtere quando hæc multo apertiùs demonſtrantur in c. quia periculoſum, de ſent. excom. lib. 6. Ibi enim iuncta communi theorica doc. eſt expreſſum quod ſpeciale eſt in ſententiis ſuſpenſionis & interdicti duntaxat, vt epiſcopos non comprehendat, vbi eos non exprimit. In aliis verò ſententiis omnibus à iuris conditore latis non minus includuntur Epiſcopi quam cæteri inferiores. Aut enim malè fecit ibi Papa reſtringere diſpoſitionem illam ad ſuſpenſionē & interdictum. Aut ſi bene neceſſe eſt quod vbi de illis non agitur, ſed de aliis pœnis Epiſcopi quæ ac alij includantur. Hinc eſt quod quamuis text. in c. pro humani. de homicid. lib. 6. non exprimat epiſcopos ſed prælatos, quod vocabulum etiam ad inferiores epiſcopo adaptari poteſt, vt legitur in clem. 1. de elec tamen gl. in d. c. pro humani. in verſ. prælatos. quam omnes ſequuntur: vult etiam Epiſcopos arctari pœnis illius literæ & tamen ſi credimus his quæ refert ibi Domi. de ſanc. Gemi. infr. penè illius text. grauiores ſunt, quámque ponuntur in c. ad falſariorum. text. quoque. in c. felicis. de pœn lib 6. dum atrociſſimas pœnas comminatur, loquitur ſimpliciter per dictionem ſi quis, Et nihilominus epiſcopi ibi includuntur. Patet nec quia poſtmodum ſubiicit quod propter delictum parentis epiſcopi inſontes, & nullius criminis participes epiſcopatu priuantur omni ſpe promotionis ipſis ſublata, quod cùm ita ſit, abſurdum eſſet quod epiſcopi in præcedenti generali diſpoſitione non includerentur. Nam quæ propter alterius crimine acriter punitur ſi ipſe deliquerit à pœna immunis eſſe quomodo poterit? Igitur in text illò, quamuis pœnali, & ſimpliciter loquente epiſcopi ſunt comprehenſi gl. etiam in c. vni. de ſchiſmā. eo. li ſuper verbo Cardinalis apertè vult decretalem illam in qua pœna priuationis iniungitur epiſcopos incluſiſſe etiam ſi de ipſis mentio alia non eſſet facta. Cæterùm licet in pœnis arbitrariis interdum iura & doct. diſtinguant inter ſuperiorem & interiorem nobilem & ignobilem & modo vnum modo alium afficiant grauiori ſupplecio vbi tamen lex certam pœnam imponit neque diſtinctionem facit illa pœna debet vniformiter & indifferenter in omnibus perſonis obſeruari ſiue abiectè conditionis ſiue excellentis exiſtant vt firmat Sal. in l. ſeruos. circa medium. C. ad l. Iul. de vi. & Bal. in l. 3. verſi. quarto. non. C. de ſum. trin. cuius dictum refert & ſequitur Io. de Ana. in c. 1 col. 6. de cler. venat. Iſtud etiam fuit de mente gl. in l. Pedius. verſ. conditione. ff. de incend. rui. ibi plus minor quàm maior puniatur de eodem delicto extra ordinem, &c. quaſi dicat vbi eſt pœna ordinaria mala fieri debet talis diſtinctio. Et vt mihi videtur hoc optimè probat text. in l. 1. §. expilatores. ff. de effracto. Dicitur enim ibi: ideo licere iudici in caſu illo maiori pœna afficere ignobiles, quam honeſtiores, quia nulla ſpecialis pœna reſcriptis principalibus erat impoſita, & ſic vbi certa pœna ſtatuitur nulla debet inter perſonas diſtinctio fieri. Et aliter dicendo oportet fateri omnes pœnas eſſe arbitrarias quia pro qualitate perſonæ aut grauandæ eſſent aut leuandæ. Iſtud autem eſt omnino falſum vt dicit text. in l. 1 §. 1. ff. ad turpil.

ibi penè

ibi penè verò perſecutio non iudicantis voluntati mandatur ſed legis authoritati reſeruatur. Confirmantur iſta præterea quia iura canonica excepto ſolo ſupremo principe cæteros omnes arctant cuiuſuis dignitatis ſunt. Adeò vt etiam auguſta Imperatoris vxor legibus ſoluta non ſit.l. iura & l.princeps,ff.de legi. Itaque DD.in c. 1.de conſtit.per illum text,dicunt quod canon quamuis ſimpliciter loquens in materia tamen concernente animam etiam Imperatorem apprehendat. Quid igitur eſt cur epiſcopi in conſtitutionibus canonum pœnalibus non comprehendantur ſi principes ſeculares etiam Imperator includitur quod ego non modo intelligo quo ad pœnam fori pœnitentialis verum etiam quo ad iudiciale forum. Et inde fuit vt arbitror quod Gelaſius Papa Francorum regem depoſuit non tam pro ſuis exceſsibus quam pro eo quod tantæ poteſtati erat inutilis.c.alius. 19.q.6.huic etiam Inno. quartus Regi Portugalis regni adminiſtrationem interdixit ei q; coadiutorem dedit.c.grandi.de ſupp.neg.prel. lib 6.hinc etiam ipſe idem Inno Fredericum Imperatorem in Lugdunenſi Concilio imperio priuauit & aliis diuerſimodè per ſummos Pontifices contra Reges & Principes eſt proceſſum.c.præcipuè,11.q.3.c. venerabilem.de elect. c.nouit.de iudi.c.le paſtoralis, de re iudi. Et in aliis locis vt latius hiſtoriæ demonſtrant & tamen ſi Summi Pontifices iſtorum opiniones ſequi voluiſſent qui dicunt conſtitutiones pœnales non includere excellentes perſonas non expreſſas nihil horum quæ modo retuli fieri potuiſſet legant enim iſti qui aliter ſentiunt quantum poſſunt omnia reuoluant omnia iuris volumina nuſquam apparebit ante canones quos modo adduxi fuiſſe vel in concilio vel aliter ſtatutum vt in caſibus prædictis poſſent aut Reges aut Imperatores deponi aut eis adminiſtratio interdici & dari coadiutor. Et tamen cum iuridicè ac legitimè facta ſint neceſſe eſt fateantur ſententias illas eſſe fundatas in legibus & canonibus ac in iure diuino ac in ipſa denique ratione naturali, non quidem ſpecificè de imperatore & regibus ſed generaliter & indiſtinctè omnes comprehendente. Fatendum tamen eſt quòd non facilè contra perſonas excellentes debet procedi quando poteſt ex proceſſu ſchiſma aut aliud ſcandalum excitari. Et hoc eſt quod dicimus interdum parci nobilitati vt declarant omnes.in c.ſi.de pœn. Hoc etiam clariùs docet Inno.in d.c.apoſtolicæ in ſua lect.dum dicit quod ad depoſitionem clericorum pro quolibet peccato procedi poteſt ad depoſitionem autem imperatoris vel aliorum Principum niſi concurrant multa crimina & multa genera peccatorum procedendum non eſt. Quippe horum depoſitiones ſine multis & magnis periculis fieri non poſſunt. Et periculum cauſa eſt quaſi aliquid rigori detrahitur ex quibus omnibus ſatis manifeſtè liquet vt opinor quod conſtitutiones pœnales omnes ſubditos ligant cuiuſcunque dignitatis exiſtant & contra clericos indiſtinctè quidem proceditur. At contra ſeculares principes interdum ceſſat iuris rigor vt ſcandalum euitetur. Sed iam iterum ad epiſcopos reuertamur ſi verum eſt quòd conſtitutiones pœnales non comprehendunt epiſcopos ſpecificè non nominatos ſequitur quòd epiſcopi poſſunt omnia præcepta iuris canonici quæ de epiſcopis expreſſam mentionem non faciunt impunè præterire & pro nihilo habere. Demonſtrant iſtud omnes canones præceptiui obligant non obtemperantes ad peccatum mortale & conſequenter ad pœnam æternam, vt declarant omnes ſcribentes in c. tam concupiſcentiam de conſt. & probatur in c.2.de maio. & obed. & in c.quod præcipitur.14.q.1,ſi ergo canones pœnales non arctant epiſcopos ergo epiſcopi non tenentur ad obſequentiam canonum præceptiuorum. Quoniam ſi Epiſcopi non includuntur vbi de pœna temporali tractatur multo minus comprehendentur in pœna æterna quæ ob præceptum caudis irrogatur. Eſt enim pœna æterna multo grauior quam ſit quoduis temporale ſupplicium vt demonſtrat Euangelium.Matth.10.ibi. Nolite timere eos qui occidunt corpus,&c. Itaque eſſe videmus falſum epiſcopos non teneri ad obſeruantiam canonum quorumcunque.

Quicunque his obtemperare noluerit alienus ſit à pontificali officio vt dicit tex.in.cap. nulli fas in ſi.19.di.falſum eſt ergo quod iſti dicunt epiſcopos in conſtitutionibus pœnalibus generaliter loquentibus non includi. Præterea ſi ponderemus quæ dicunt doctores & iura allegata in c. niſi cum pridem § propter conſcientiam.de renunci.dum enumerant criminaque [illegible]iam poſt peractam pœnitentiam impediunt ordinis exequutionem facile colligemus ſecũdum eorum mentem iura pœnalia generaliter emanata comprehendere epiſcopos. Specu. Itẽ de reſcrip.præſenta.§.ratione cauſa.ver.quid ſi in,reſcripto à parte dicit quòd quãuis in reſcriptis non ſemper includãtur epiſcopi tamen in conſtitutionib. & generalib. mandatis epiſcopi pariter cũ alij ſunt incluſi & idem voluit domi.poſt Lap.in.c.auaritiæ col.3.de elec. li.6. Et his illud etiã adiũgo quod ſecundũ Communẽ doc.ſententiã in conſtitutione pœnali generaliter poſita facilius includuntur epiſcopi quã reuerendiſſimi domini cardinales & tamen

men Io.mona.in extrauag.Bonifacij quæ incipit excommunicamus ſuper verbo clericos tenetque cõſtitutio penalis quòd loquens de clericis includat Cardinales licet eos nõ exprimat. Quando materia eſt pariter proportionabilis illis conſtitutio generaliter loquitur etiam. Et reprehendit quod ipſemet alias dixerat fauẽdo Cardinalibus & ita refert & ſequitur Domini.in.d.c.vnico de ſciſma.colum.5.et idem vult in c. nemo dein eps colum.1.de elec.eo.li. Old.preterea in aleg.22.colum.3.quæ incipit ad propoſitũ fratrum concludit quod ſtante paritate rationis conſuetudo equè aſtringit Cardinales & reliquos curiales. Mihi autem iſtud videtur ſingulariter probari.in.c.ex geſtis de Cle.non reſi.vbi Cardinalis quidam licet nullius criminis eſſet reus tamen ex eo ſolo quod per quinquennium in parochia ſua non reſederat ab omnibus in concilio fuit depoſitus quamquam iura arctantia ad reſidendum de Cardinalibus expreſſam mentionem non facerent vt patet in cap.preſentium & in.c.ſi quis in clero.1.q.7.in.c.inter quatuor. In.c.ex tua & in c.ſi.de cleri.non reſi. Quis igitur dicere audeat iura pœnalia non artare epiſcopos poſtquam conſtat in illis fuiſſe Cardinales comprehenſos. Sed fingamus ſine veritatis præiudicio quomodo reperiatur aliquis canon qui tamen nullibi eſt dicens regulariter iura penalia generalia generaliter epiſcopos non arctare adhuc tamen poſſem defendere illam regulam materia falſitatis locum non habere. Quippe indubitatum eſt quod quotiens dignitas auget delictum quod ſit vbi crimen aduerſatur dignitati ac tendit in illius contemptum tunc ſemper atrocior pena inferenda eſt in nobilem delinquentem quam in ignobilem. Ita voluit Sal.in l. ſeruos. in prin.5. colum.C.ad.l.iuli.de.vi.Bar.in.l.quedam.per illum tex.ff.de pen.ci & Bal.in l.3.C.de ſummtri.ſed nulli dubium eſt quod falſitas maximè aduerſatur epiſcopali dignitati eámque & vituperat & deturpat ergo epiſcopi ob crimen falſi non mitius quàm alij ſed ſeueriùs caſtigandi ſunt. Et pro hoc eſt bonus tex.in c.cùm quidam de iureiur. Vbi formaliter dicitur in epiſcopis iuramenti tranſgreſſores tanto grauius eſſe vindicandum quanto maiori præeminent dignitate tex.quoque.in l. presbyteri. C. de epiſc. & cler.canonizatus. 5. q. 6. Clare attestatur de crimine falſi grauius eſſe presbyteros quam cæteros puniendos. Et his addo tex. in c.præcipuè 11.q.3 ibi dum dicit deterius quoque in populis prælati delinquunt ac per hoc ipſi crudelius quam cæteri puniuntur. Idem etiam probatur in c.homo Chriſtianus.40.diſt. & in c.nulli fas.25.q.1. Poſtremò hoc ita determinat Io.An. & Io. de Ana.poſt eum.in d.c. ad falſariorum ſi eorum verba rectè ponderentur. Non enim excipiunt ſimpliciter à pœna illius literæ epiſcopos & alios exemptos ſed requirunt mandatum Papæ quoniam non ſunt priuandi ſine iuſſu ſummi Pontificis ſecundum eos, itaque vbi cauſa agitur coram Papa vel de ipſius mandato dicere oportet etiam epiſcopos & exemptos eſſe pœna illius c. affligendos. Alioquin ad quid mandatum Papæ ibi exigeretur cum ſi verbis illius tex.non eſſent comprehenſi mandatum Papæ non faceret ad propoſitum: non enim punirentur vigore illius tex. ſed ratione mandati. Præterea omnes ſcribentes ibi æquiparant epiſcopos & exemptos: nemo tamen vt arbitror dixerit exemptos poſſe ſine timore.c. ad falſariorum literas apoſtolicas falſare: alioquin ipſa exemptio inſtigaret quodammodo pleróſque Apoſtatas ordinum exemptorum ad falſandas literas Apoſtolicas quod nemo ſanæ mentis crediderit de mente ſummorum Pontificum proceſſiſſe, ſed vt nulla supereſſe poſsit dubitatio, & vt non modo homines humilioris ordinis, ſed etiam epiſcopos à falſandis literis apoſtolicis ſaltem metu pœnæ aliquando deterreamus. Dico quòd articulus iſte determinatus fuit tempore fe.rec. Pij in perſona epiſcopi Electenſis qui & referendarius erat & orator Renati regis & tamen quia vnicam ſolum bullam falſari curauerat cauſa per pontificem Pium diſcuſſa publicè degradatus fuit traditúſque curiæ ſeculari quanquam poſtea pœna quæ ei per iudicem laicum erat imponenda fuerit per Pontificem examinata in detruſione in monaſterium commutata, neque de hac re egemus alterius teſtimonio quandoquidem cùm multi curiales tum S.D. N. De his pleniſsimè ſit inſtructus quibus igitur text. & ſcribentium doctrinæ præallegatæ ſatis non ſint profectò iſta Pontificis diffinitio quam modo dixi debet ſufficere. Nam diffinitiua ſententia Principis lata cùm cauſæ cognitione non ſolum in ea cauſa quam determinat: ſed etiam in reliquis aliis legem facit: vt eſt tex.in l. ſi.C.de legi & declarant doct.omnes in l.3.eod.tit. Quocirca neſcio quid in mentem venerit his qui in hoc articulo contrariam ſententiam ſequuti in verbis An.de But.ſolius in aduertenter loquentis fundamentum fecerunt. Nam licet Ant. de But.dicere videatur quòd pœna.c. ad falſariorum non habet locum, neque in epiſcopis, neque in exemptis tamen refert ſe ad alios doc.qui aliter loquuntur quam ipſe referat, vt patet ex his quæ modo dixi, & ideò apparet Ant.de But. fuiſſe in errorem per inaduertentiam lapſum

nihil ergo roboris habere poteſt ipſius auctoritas contra tot tex. contra tot rationes contra tot doct. communes theo. contra denique diffinitionem Pij pontificis modo relatam. Nec his obſtant *iura aliqua in quibus mitius nobiles quam ignobiles puniuntur quoniam illa locum habent tantum in pœna arbitraria ſeu extraordinaria aut difformiter à iure taxata & vbi dignitas non auget delictum at in falſitate omnia iſta ceſſant, vt ſ. deductum eſt. Illa igitur iura obſtare non poſſunt. Ex his igitur ſatis demonſtratum arbitror quod in crimine falſi epiſcopi aut grauius aut ſaltem perinde ac alij puniendi ſunt. Ex quo illud intelligitur quod ſi Archiepiſcopus non niſi vnum breue falſum feciſſet ſi tamen breue eſt litera apoſtolica procul dubio eſſet pœna c. ad falſariorum plectendus. Nam ſine dubio in puniendo non debet inter Epiſcopos & archiepiſcopos differentia fieri, vt declarat gl. quam alij ſequuntur in d. c. quia periculoſum. in ver. de epiſcopis de ſent. excom. Quo circa videndum eſt vtrum breue ſit litera Papæ & an in eo locum habeat pœna. c. ad falſariorum. prædicti.*

Ad primum igitur dico quod literas eſſe illius vulgò dicimus qui eas mittit, Papa autem mittit & concedit breuia: ergo breuia ſunt literæ Papæ. Confert hoc quia & apud omnes dominos de Rota & vniuerſum orbem tantam vim habent breuia quantum bullæ, vnde nulla ratio eſt quare breuia literæ, apoſtolicæ cenſeri non debeant & præſertim, quia modernus Pontifex & prædeceſſores eius hoc millies determinarunt dicendo in bullis per alias noſtras literas in forma breuis ſcripſimus, &c. quæ verba ſine dubio legem faciunt. l. quod prin. ff. de conſtit. princ. & in §. ſed quod principi. de iure, nat. Ibi dum dicunt, quod cumque ergo Imperator per epiſtolam ſcribit, &c. Et ex hoc infertur quòd qui fabricat breuia apoſtolica falſa incurrit pœnam. c. ad falſariorum cùm ille tex. non loquatur, neque de bulla, neque de breui, neque de cera, neque de pixide: ſed ſimpliciter de literis apoſtolicis quæ verba vniformiter & in breuibus, & in bullis plumbatis locum habent: & profectò ridiculum fuiſſet ſi iuriſlator in materia ſigilli vtrum ex plumbo an ex cera eſſent differentiam feciſſet. Accedit his gl. in d. c. licet de cri. fal. quam nullus ſcribentium improbat quæ vult quod quocunque modo literæ Papæ falsò fiant locus eſt pœnæ. c. ad falſariorum. Ergo tàm in bullis quàm in breuibus decretalis illa locum habet. Aliter enim dicta verba gl. quocunque modo &c. vera eſſe non poſſent. Iſtud etiam apertiſſimè determinatur. in cap. in memoriam. 19. diſt. vbi text. præſentiens & quodammodò diuinans ſubtilitates illorum qui ad protegendum falſarios facturi erant differentiam inter plumbum, & ceram hoc eſt inter breues, & bullas poſiturus pœnam falſariorum, neque de bulla, neque de breui voluit mentionem facere, ſed dixit ſe punire eos qui inſidiando miniſterio Summi Pont. à ſede apoſtolica vel falſam epiſtolam vel aliud quod inde non venerit, reportarunt. Itaque tum ex dictione epiſtolam tum etiam ex eo quod ſubiicit vel aliud quid expreſſè demonſtrat in puniendo falſario inter bullam & breue differentiam fieri non debere. Et ſi ex aduerſo replicaretur quod ille text. non loquitur de pœna. c. ad falſariorum dico quod gl. & clariùs can. & Arch. ibi dicunt quod hodie in terminis illius tex. vbi de falſitate plenè conſtaret, locus eſſet pœnæ. c. ad falſariorum. Hoc etiam firmauit Hoſti. in ſum. de cri. fal. § & qualiter puniatur verſi in falſario: & Spec. eo. tit. in ſi. 2. libelli. Accedit his quod ius ciuile quod vt doct. intelligunt punit falſarios literarum imperatoris pœna mortis non diſtinguit inter ceram & cartam neque inter ceram & plumbum ſed ſimpliciter loquitur de reſcripto falſato, vt patet in l. maiorem. C. ad legem Cor. de fal. ergo nec in iure canonico debemus facere talem differentiam cum text. d. c. ad falſariorum iubeat puniri falſarios literarum apoſtolicarum poſt degradationem vt leges iubent. Per hæc igitur dicendum puto breuia eſſe literas apoſtolicas & in eis pœnam. cap. ad falſariorum locum habere & per conſequens quod ſi archiepiſcopus quiſpiam non confeciſſet, niſi vnicum breue falſum eſſet ob eam cauſam poſt depoſitionem & actualem degradationem curiæ ſeculari tradendus puniendusq́; deinde per iudicem ſecularem ſecundum leges neque verò velim cuiquam videri nouum tradi Epiſcopos curiæ ſeculari. Id enim & aliis ſæpe factum eſt Vnde in c. de liguribus. 23. q. 5. plures Epiſcopi eodem contextu curiæ ſeculari traduntur ſecundum intellectum doct. in c. cum non ab homine. de iudi. Præterea in d. c. vnico. de ſchiſma. duo Cardinales depoſiti exponuntur à fidelibus capiendi puniendique tanquam hæretici. Item in d. c. pro humani pe. homi. perſonæ de quibus loquitur ille tex. inter quas annumeratur epiſcopus diffidantur à toto Chriſtiano populo tanquam Chriſtiano ante religionis æmuli ex quo fit ſecundum Domi. ibidem ſi. vt licitè poſſint à quocunque impunè occidi quod tamen grauius eſt quam ſimplex traditio curiæ ſeculari. Hi enim non ſemper occidunt vt dicit tex. in c. cum non ab homine præallegato. Quare non video quam ob cauſam tam mirabile tanquam horrendum

dum quibuſdam videatur quod dicimus archiepiſcopum eſſe curiæ ſeculari tradendum. Ceterùm quod ſibi vult tex. euangelij. Matt. 5. dum Dominus ad Apoſtolos dicit Vos eſtis ſal terræ quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur ad nihilum valet vltra niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus quid eſt enim aliud mittere foras & deinde ab hominibus conculcari quam degradatis laicis ad puniendum tradere. Huic ſententiæ accedit quod Dominus ad eoſdem apoſtolos loquens Matth. 18. inquit qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius & demergatur in profundum maris, ſi expedit cur igitur nō fiet per eos ad quos ſpectat. Sed de his ſatis. Manet igitur concluſio quòd propter vnum breue falſum quamuis ſolum archiepiſcopus debeat poſt degradationē curiæ laicali tradi. Potior pars huius ſcholij ex quodam proceſſu MS. apud Bibliothecam VERDERIANAM *nobiliſſimam & antea in Palatio Apoſtolico D. D. de Rota Romæ agitato temporibus Alexandri VI. aduerſus Archiepiſcopum Cuſentinum decerpta eſt.*

CASVS EXCOMMVNICATIONVM SVMMO PONTIFICI *reſeruatarum qui in Bulla Cœnæ Domini non comprehenduntur ex Extrauag. Pauli II. & Sixti IIII. cap. 3. & 5. de pœnit. & remiſſ. tum ex ſuperiorum conſtitutionum diplomatibus.*

Superiorum conſtitutionū breuem quandam Anacephaleoſim cōficere decreui
quo luculentius caſuum reſeruatorum bullæ cœnæ Domini capita quædam pro-
ponerentur ex quibus hæc colliguntur.
Violatio Interdicti à Sede Apoſtolica impoſiti. c. 3. & 5. de pœniten. & remiſſ. in *d. c. 3. & 5. de*
prædictis Extrauag. *pœn. & remiſſ.*
Conſpiratio, ſeu Rebellio, aut alia quæuis offenſa in perſonam, aut ſtatum Ro- *in prædict. ex-*
mani Pontificis facta d. c. 3. & 5. de pœn. & remiſſ. &c. *trauag.*
Preſbytericidium, ſub quo & interfectio comprehenditur, & membrorum
mutilatio, ſeu violenta, atque atrox percuſſio, vel alia quæcunque grauis læſio, (nam *Ex. 17. 9. 4. c.*
ſi ſit leuis, caſus Epiſcopo diſcutiendus relinquitur, cuiuſcumque non in ſacris *ſi quis ſuadente.*
modò ordinibus conſtituti, ſed cuiuſlibet etiam minoris Clerici, vel primam ſal- *De ſent. excom.*
tem tonſuram habentis, ac monachi, etiam nouitij, cap. 21. De ſent. Ex- *c. 47. Ex 6. c. 23.*
comm. in 6. Quam Excommunicationem non ij ſolùm incurrunt, qui faci- *Excom. c. 6. § 2.*
nus iſtud patrant, ſed etiam qui id fieri audent, vel conſentiunt (nam facientes, ac *De ſent. excom.*
conſentientes pari pœna plectuntur, vt Chatholica vult authoritas) ſeu ad conſi- *d. c. 47.*
lium, auxilium, ac fauorem præſtant: imò poſt factum etiam, qui illud ratum ha- *d. c. 3. & 5.*
bent, ſi eorum nomine admiſſum, ſin minùs non, licet peccent, Præterea qui cum *de pœ. & remiſſ.*
poſſint huic malo non occurunt. Excipiuntur tamen quidam caſus, in quibus is, *in extrauag. Et*
qui Clericum percuſſerit nullam incurrit Excommunicationem, *de Simonia. cap.*
Offenſa perſonalis non ſolùm in Epiſcopum, ſed etiam in alium Prælatum. *cum deteſtabile*
Simonia ſuper ſepultura, chriſmate, oleo ſancto, benedictionibus nubentium, cæ- *in extrauag. e-*
teriſque Sacramentis omnibus, beneficiis, ordinibus, ac quibuſcunque dignitati- *iuſdem Pauli II.*
bus in eâdem Curia, vel extra contracta: quam non is tantùm incurrit, qui ſacros *& c. non ſatis,*
ordines, beneficium, aut quid aliud quomodocumque ſperituale, atque Eccleſiaſti- *& c. conſulere.*
cum, ſimoniacè confert, vel recipit: ſed qui operam ſuam quoque, aut conſilium *De ſimonia tit. 3.*
interponit, vbi rem temporalem pro ſpirituali dandi, vel accipiendi voluntatem *lib. 5. Decreta-*
habet, cum ſignificatione alicuius pacti expreſſi, aut taciti, in quod pactum pars v- *lium.*
traque conſenſerit. Quę realis Simonia in Eccleſiaſticis beneficiis admiſſa, con- *c. 39. d. tit. de*
iunctam habet obligationem ad beneficia non retinenda, eorúmque fructus re- *Simonia.*
ſtituendos. Tàm ementes verò, quàm vendentes, ab illa Eccleſia, in cuius contu- *ca. 6. d. t. c. 7. d. t.*
meliam, pecuniam dare, atque accipere voluerunt, iuſtè excludantur. In ordinibus *De hac materia*
autem tàm ordinatum, quàm ordinantem, cum Giezi, & Simone condemnati: ita *diffuſius habetur*
vt non poſſint ea quæ ſui ordinis ſunt, citra ſpecialem facultatem exequi, quinimò ex Eccleſia Dei exterminari debent, atque repelli. Nam (vt Deodatus Papa, vir *in d. t. de Simonia per totum.*
eximię ſanctitatis ait) omnis peccator miſſam cantare poteſt, pręter Simoniacum *Martinus Papa*
quem quilibet (vt ab ordine malè ſuſcepto remoueatur) accuſare poteſt, vel mere- *V. in Concilio*
trix etiam. Hinc & Martinus V. in Concilio Conſtantienſi inquit, Statuimus inſu- *Conſtant.*

per, quòd dantes, & recipientes Simoniacè, ipſo facto ſententiam Excommunicationis incurrant, etiam ſi Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate.

Commutantes, ſeu diſpenſantes emiſſa vota peregrinationis vltramarinę, & viſitationis liminum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac D. Iacobi in Compoſtella, quoniam diſpenſatio huius voti vltramarini, ad ſolum Papam, aut à Papa authoritatem habentem ex iure, vti habetur etiam c. 1. 7. & 9. de voto & voti redemp. ac reliquorum duorum ſecundum aliquos ex conſuetudine ſpectat; ſed iuxtà prędictam Extrauagantem Sixti IIII, cap. 5. de pœnit. & remiſs. & horum duorum abſolutio Papę ex iure conuenit.

In d. extrauag. Sixti 4. de pœn. & remiß. cap. 5.

Similiter diſpenſantes votum ſimplex ſeruandę caſtitatis perpetuę, aut Religionis vti etiam habetur c 10. de vo. & vo. red.

Et ſi qui confeſſorum quempiam à dictis caſibus non ſolùm in Bulla Cœnę Domini ſed etiam in prędictis Extrauagantibus Pauli II. & Sixti IIII. comprehenſis abſoluere, aut dicta excepta vota commutare attentauerint, abſolutio & commutatio huiuſmodi nullius erit roboris vel momenti. Et contra facientes eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrent à qua (niſi in mortis articulo conſtituti) ab alio quàm à Romano Pontifice abſolui non poſſunt.

Aliæ Excommunicationes quæ nec in Bulla Cœnæ Domini, neque in prædictis Extrauag. Pauli II. & Sixti IIII. continentur, ſummo Pontifici pariter reſeruatæ, ex Decreto, Decretalibus, Clementinis, aliiſque Extrauag. necnon Conciliis præſertim Tridentini & Bullis nonnullis Sum. Pont. collectæ.

Excommunicati nominatim à Papa, c. 34. De electione & electi poteſtate.

Clerici qui cum excommunicatis nominatim à Papa ſcienter & ſponte participarunt, eóſque in officiis receperunt. cap. 18. De ſent. Excom.

Qui ſcienter in crimine crimipoſo communicant cum iis qui nominatim à Papa excommunicati ſunt. c. 29. De ſent. Excom.

De elec. elect. c. 17. in 6.

Imperator, Rex, Princeps, Dux, Marchio, Comes, Baro, vel quicunque pręeminentis potentiæ, aut dignitatis eſt, ſeu frater filius, aut nepos eorum, ſi ad tempus, vel in perpetuum: aut alius quiuis, ſi vltra annale ſpatium, per ſe, vel per alium, Vrbis Romanę dignitates, & officia quomodocunque, abſque ſpecialis Sedis Apoſtolicę licentia vſurpet. Et hęc Excommunicatio non in aſſumptos modo, ſed in aſſumentes etiam, conſentientes, conſilium, fauorem auxiliúmve publicè vel clàm prębentes, & iiſdem obtemperantes cadit.

De ſen. Excom. 2. c in Clem.

Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto diuina celebrare aut qui per pręcones populum, vt iis interſint, aduocari iubent: aut prohibent, ne publicè excommunicati vel ſuper hoc interdicti, per eóſque qui Miſſas celebrant, admoniti è templis exeant. Atque illi ipſi, qui nominatim moniti non exeunt, in hanc eandem Excommunicationem pariter cadunt.

d. cap. 2. de ſent. excom. in Clem.

Qui prohibent quominùs publicè excommunicati, interdictíve de Eccleſia exeant quo tempore Miſſę celebratur ſacrificium, ſi eis à celebrantibus denunciatum ſit, vt de Eccleſia exeant.

d. cap. 2. de ſent. excom. in Clem.

Excommunicati publicè, & interdicti ſi à celebrantibus nominatim moniti fuerint, vt Eccleſia exeant, idque facere contempſerint.

De ſen. excō. c. 2 in 6.

Qui eos grauârunt, qui Excommunicationis, Suſpenſionis, aut Interdicti ſententiam pronuntiarunt, vel quorum cauſa ſententia eſt pronunciata: ſi in eadem ſententia duorum menſium ſpatio permanſerunt.

De ſepulturis c. 1. in extrauag.

Qui in locis Chriſtianorum defunctorum corpora ad alia loca tranſportanda exenterant, atque inhumaniter, ac crudeliter tractant, vel tractanda curant.

De ſen. excō. c. 22.

Locorum ſacrorum fractores, atque ſpoliatores ab Eccleſia denunciati.

Con. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. Decret. de refor.

Quiſquis Clericorum, aut Laicorum, quacunque is ſit dignitate alicuius Eccleſiæ, ſeu cuiuſuis ſecularis, vel regularis beneficij, Montium pietatis, aliorúmque piorum locorum iuriſdictiones, bona, cenſus, ac iura etiam feudalia & emphyteotica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcunque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent, per ſe, vel per alios, quomodocunque in ſuos vſus conuerterit, vſurparitque, ſeu impedierit, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipientur. A qua Excommunicatione abſolui non poſſunt, quoad occupata reſtituerint;

rint. Et ſi eiuſdem patronus fuerit: etiam iure patronatus vltrà Excommunicationis ſententiam eo ipſo priuatus exiſtat; ſi verò Clericus, eiſdem pœnis ſubiaceat, necnō quibuſcunque beneficiis priuatus ſit, & ad quæcūque alia beneficia inhabilis, & à ſuorum ordinum executione etiam poſt integram ſatisfactionem & abſolutionem, ſui ordinarij arbitrio ſuſpenſus.

Singulares perſonæ accipientes ex priuilegio, vel conſuetudine aliquid ex fructibus primi vel vlterioris anni beneficij vacantis iuxtrà Bullam Pij Quinti, quæ incipit, Dudum, editam anno Incarnationis Dominicæ 1570. pr. de Kal. Iulij Pontificatus ſui anno quinto.

De Hæret. c. 1. in Clem.

Inquiſitores, atque alij Inquiſitionis officij executores, qui aduerſus Hæreticos gratiæ, amoris, lucri, aut commodi temporalis cauſa, contra iuſtitiam, ac conſcientiam ſuam, procedere nolunt; vel odij cauſa hæreſim falsò alicui imponunt: præter Epiſcopum vel ſuperiorem; nam ſi Epiſcopus, aut ſuperior hoc faciat, Excommunicationis ſententiam eo ipſo non incurrit, ſed triennij ſuſpenſione mulctādus eſt, & aliis pœnis pro qualitate culpæ.

De ſen. excō. c. 19.

Incendiarij doloſi per Eccleſiæ ſententiam publicati, ſunt autem ij, qui templū domum, ſegetem, oliuetum, vineam, ſyluam, & id genus alia malo ſtudio ac dolo incendunt.

Paciſcentes, ſeu dantes, & recipientes, aut promittentes, & receptantes pro expeditionibus gratiæ vel iuſtitiæ apud Sedem Apoſtolicam obtinendis, ſiue pro ſe, ſiue pro alio quibuſcunque modis. Quin etiam illis dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, & illi, qui intra triduum ſummo Pontifici non renunciant eum, quem in culpa eſſe ſciunt, vel alicui, per quem ad Papam fideliter referatur.

Ex ſeß. 9. vlt. Con. Later.

Cardinales aliquid in Conſiſtorio geſtum, aut dictū, verbo, vel ſcripto, ſeu quouis alio modo vetitum à Papa reuelantes, quod in odium vel præiudicium, vel ſcandalum alicuius redundare poſſit.

Ex extrauag. Iul. 2. c. gratia approbata à Lat. Con. ſeß. 5.

Cardinales, qui ſede vacante, conſtitutioni de electione Romani Pontificis præter Simoniam facienda, quouis modo contrauenerint.

Sixtus 4. in Extrauag. c. graue nimis, & Conc. Trid. ſeß. 5. Decret. de peccato originali, & Pius 5. in Conſt. ſ. per ſpecula.

Qui affirmare præſumunt, eos qui credunt, aut tenent intemeratam ſempérque virginem Mariam ab originalis peccati macula in ſua Conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut eiuſdem Dei Genitricis conceptionis officium celebrantes, audientéſque ſermones illorum, qui eam ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmant alicuius peccati reatum incurrere. Item qui auſi fuerint aſſerere, contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hęreſis crimen vel peccatum incurrere mortale, cum nondum ſit à Romana eccleſia, & apoſtolica ſede deciſum.

S. Anton. Arch. Flor. 3. p. tit 24. c. 30. in fin.

Accedentes ad ſepulchrum Dominicum, etiam deuotionis cauſa, ſine licentia Domini Papæ. Vt in lib. pœnitentiarię ſum. Pontificis ſe vidiſſe refert Archiepiſcopus licet aliqui velint non eſſe ampliùs in vſu.

c. ad nostrū. De Regul. & tranſ. ad rel. in Extrauag.

Qui Chriſtianos in terris à Turcis occupatis habitantes, in ſeruos capiunt, & eos nolunt relinquere liberè cum bonis, iuxtà Bullam Pij Quinti, quę incipit. Licet omnibus, quę habetur ſuperius in ord. conſtitut.

De pœnit. c. 3. §. 2. in Clem.

Religioſi cuiuſcunque Religionis, ordinis vel ſtatus exiſtant, ſine ſui ſuperioris licentia ſibi per ipſius literas patentes conceſſa vltra mare euntes.

Religioſi, ac Clerici ſeculares, qui alios ad vouendum, aut promittendum inducunt, vt ſepulchra in eorum templis deligant, aut delecta iam non immutent.

Religioſi qui Clericis aut Laicis Sacramentum extremę vnctionis, vel Euchariſtiæ miniſtrare, Matrimoniúmve ſolennizatum non habita ſuper his Parochia licentia ſpeciali, aut qui excommunicatos à Canone vel à ſtatutis Prouincialibus, aut Synodalibus, vel (vt verbis eorum vtamur) à culpa & pœna, quemquam abſoluere præſumunt, præterquam in caſibus à iure expreſſis, vel per priuilegia Sedis Apoſtolicæ eiſdem conceſſis.

Religioſi, qui ex ordinibus Mendicantium, ad aliquem monaſticum ordinem præter Carthuſienſem abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, tranſeunt; ac ipſi Religioſi mendicantes ipſos recipientes.

De Simon. in cap. 1. in extrauag.

Qui pacto dant, aut recipiunt pro ingreſſu Religionis: ſi ſingulares perſonæ ſint, Excommunicationis: ſin Capitulum, Suſpenſionis ſententiæ ipſo facto ſubiiciuntur.

Ex ſeſſ. 2. vlt. Conc. Lateran.

Qui in ſuis concionibus ad populum miracula falſa, aut incerta, prophetiáſve quæ ex ſacris literis non conſtent, prædicant, aut Eccleſiæ Prælatis detrahunt.

Alexander in 1. extil. & S. Ant. loco, vt ſup.

Magiſtri, Rectores Artiſtarum & Scolares ſtudij Pariſien. qui publicè, vel occultè fratres prædicatores, vel Minores à conſortio eiuſdem Vniuerſitatis excludere moliuntur.

Quicunque libellos famoſos, & cantilenas, vel rithmos, lingua vernacula, ſeu latina edunt, vel tenent, vel publicant in infamiam ordinis Prædicatorum, Minorúmve.

Alex. 4. & Bonif. 9. in priuil. vt ſup.

Quicunque prædicant, docent, vel defendunt, quòd Prædicatores, aut Minores non ſint in ſtatu perfectionis: & quòd non liceat eis eleemſyonis viuere, & prædicare, vel confeſſiones audire de ſola licentia ſummi Pontificis, &c.

Clem. 4. in 1. quid incipit in quibuſdam & Boniſa. 9. in 1. ſacræ reli.

Quæcunque perſonæ cuiuſcunque ſtatus, vel conditionis extiterint, quæ Eccleſias, ſiue loca ordinum Prædicatorum ac Minorum violatè, ſeu in eis violentiam damnabilem exercere præſumpſerint à qua tamen excommunicatione etiam poſſunt à conſeruatoribus eorundem ordinum abſolui, ſi iniuriam paſſis priùs debitè ſatisfecerint.

Quicunque in Monaſterio, vel Eccleſiis ſuis retinent Apoſtatas ordinis Prædicatorum, niſi illos eiecerint, poſtquam per Fratres dicti ordinis ea de re moniti fuerint.

Inno. prædicat in 1. meminimus.

Fratres Minores & Heremitani, qui in familiam ſuam Fratres Prædicatores profeſſos admittunt ſine licentia ſummi Pontificis, expreſſam de indulto eiuſdem faciente mentionem, aut niſi priùs à Prioribus ipſorum facultas data fuerit. Idem intellige de Fratribus Prædicatoribus Minores recipientibus.

De ſentent. excomm. c. 3. in Clem.

Fratres Minores, in tẽpore interdicti admittentes in templis ſuis ad diuina fratres & ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci, continentes, ſeu de Pœnitentia vocatos, quibuſcunque eorum priuilegiis non obſtantibus.

Seſſ. 25. c. 5. de reg. & moni. In 6. tit. de ſtatu. regularium.

Quoniam ſacrum Concilium Tridentinum Bonifacij Octaui Conſtitutionem quæ incipit: Periculoſo, renouans decreuit ſub Cenſuris ibidem poſitis, vt nemini ſanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à Monaſterio etiam ad breue tempus, quocunque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda, indultis quibuſcunque & priuilegiis non obſtantibus, ne vlla dubitatio cuipiam negotium faceret, quæ nam cauſa poſſit eſſe legitima à clauſura exeundi; Pius Quintus Pont. Max. declarauit, id tantùm licere in tribus caſibus, quippe ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimæ, extrà quos caſus nulli profeſſæ moniali licentia exeundi ſub pœna Excomunicationis latæ ſententiæ ſanctæ Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ conceditur. Quæ ſanè conſtitutio extenditur ad omnes moniales profeſſas cuiuſcunque ſint ordinis, ſtatus, gradus, conditionis dignitatis, & præeminentiæ, etiam ab illuſtri, vel regia proſapia ortas: & cum in prędictis caſibus exeundum erit, non à ſuis modò ſuperioribus, verum etiam ſcripto, ſeu loci ordinario, etiam ſi monaſteria eſſent exempta, cauſam ſcripto expreſsè comprehenſam & approbatam habere debent. Nec tùm liceat eis extrà ſepta Monaſterij diutius morari, quàm neceſſitas poſtulet. Excommunicatio autem non ſolùm eas, quę extra prędictos caſus egrediuntur, ſed etiam licentiam dantes, comitantes, ac receptantes complectitur; Ad huiuſmodi verò clauſuram cuſtodiendam non tam moniales velatæ, quàm aliæ etiam, quę conuerſę, vel tertiarię, ſiue de pœnitentia vocantur, cuiuſcunque fuerint ordinis viuentes in congregatione ſi ſint profeſſę ac ſolenne votum emiſerint, ſimili prorſus ratione obſtringuntur.

In conſtit. quæ incipit. Decori edita anno Domini 1569. 9. Cal. Februarij.

Ex conſtit. Pij V. quæ incipit circa paſtoralis, edita Anno Domini 1566. 4. Cal. Iunij.

Mulieres cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate, ac pręeminentia prędirę, ſi etiam ſub quocunque literarum Apoſtolicarum hactenus impetratarum prætextu, quibus omnibus ſanctiſſimus Dominus Gregorius XIII. expreſsè derogauit, monaſteria, ac domos, Carthuſienſium, & aliorum quorumcumque regularium ordinem, etiam mendicantium ingrediantur. Monaſteriorum verò non ſolùm ſuperioribus, ſed fratribus etiam quocunque illi nomine, vo-

ventur

centur, ſub priuationis officiorum, quę in pręſentia obtinent, & inhabilitatis in poſterum ad illa, & alia, omnia, & ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto incurrendis pœnis interdicitur, ne eas introducant, admittántve.

In priuil. ſacræ Religionis. Et in Bulla ordinis, vt refert S. Anton. Arch. 3. pri. ti. c. 70. Idem & Eugenius 4. in priuil.

Ante Concilium Tridentinum tantùm intrantes Monaſteria Monialium ordinis ſancti Dominici, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue Laici fuiſſent, in caſu non conceſſo, per Cõſtitutiones illarum, ſine licẽtia Sedis Apoſtolicæ, vel Magiſtri ordinis, aut alterius ab ipſomet Magiſtro poteſtatem ſuper hoc habentis, Papalem Excommunicationem incurrebant à qua tamen abſolui poterant non ſolùm à ſancta Sede, ſed etiam à prædicto ordinis Magiſtro. Item etiam fiebat cum monaſteriis moniali ũ Sanctæ Claræ fratribus Minoribus ſubiectis. At poſt Pium Quintum ſanctiſſimus Dominus noſter Dominus Gregorius XIII. eandem Excommunicationem iuxta ſacri Concilij Tridentini Decretum ad omnes extendit (cuius hæc ſunt verba; Ingredi intra ſepta Momaſterij Monialium nemini liecnat cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub Excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantùm Epiſcopus, vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſariis; neque aliis vllo modo poſſit, etiam vigore cuiuſcunque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi vel in poſterum concedendi) extendit etiam ad alia omnia quorumcumque ordinum Monialium Monaſteria, abſolutione ſanctæ Sedi reſeruata, reuocans & annullans omnes facultates & indulta quibuſcunque conceſſa, huiuſmodi ſanctimonialium Monaſteria ingrediendi, præterquam in caſibus neceſſariis, in hæc verba: Sanctimonialium quieti & tranquillitati conſulere, ac omnia quæ illas ſpiritualium rerum cogitatione & exercitio auocant, impedimenta tollere, periculáque & ſcandala ab eis remouere cupientes, authoritate præſentium reuocamus, & abolemus omnes & quaſcunque licentias ac facultates ingrediendi Monaſteria Domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumuis ordinum, & quibuſuis etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, & aliis cuiuſcunque ſtatus, & conditionis mulieribus, ac, etiam omnes, & quaſcunque licentias ingrediendi Monaſteria, Domos, & loca ipſarum ſanctimonialium, quibuſcunque viris etiam eiuſdem ſtatus & dignitatis, tàm à prædeceſſoribus noſtris, quàm etiam à nobis, & Sedis Apoſtolicæ Legatis, aut aliis ex quibuſuis quamtumcumque vrgentibus cauſis ſub quibuſcunque tenoribus, & etiam derogatoriarum derogatoriis, reuocatoriarum reſtitutoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis, eam motu proprio, & ex certa ſcientia, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine atque ad imperatoris, Regum, Reginarum, aliorúmve Principum contemplationem vel ſupplicationem conceſſas, confirmatas, ac etiam iteratis vcibus renouatas. Caſſamúſque & annullamus literas deſuper confectas, & proceſſus habitos per eaſdem. Inhibentes eiſdem qui illas obtinuerunt ſub Excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ſuper qua à nemine, niſi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) abſolutionis beneficium poſſit impertiri, ne ipſarum licentiarum prætextu Monaſteria huiuſmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatiſſis verò, necnon Abbatibus, Conuentibus, ac aliis Monaſteriorum vtriuſque ſexus Superioribus, & perſonis quocunque nomine vocentur, diſtrictè præcipimus ſub eadem Excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda, ne in Monaſteria, Domos, & loca ſua quemquam prætextu huiuſmodi licentiarum & facultatum ingredi faciant, vel permittant. Quin etiam ſub eiſdem pœnis ipſo facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus & quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis & ſecularibus, ac etiam ordinum quorumcumque etiam Mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab Epiſcopis, vel Superioribus quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantùm ex Decreto Concilij Tridentini tribuit, ne Monaſteria ipſa Monialium prolibito, ſed neceſſitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, néve moniales ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant. Caſus autem neceſſarij ingrediendi, quorum fit mentio, ſunt confeſſarij intromiſſio ad porrigenda infirmi Sacramenta, item medicorum tam chirurgorum, quàm Phyſicorum, ad præbendas curationes, & ordinariorum ac

Ex D. Ant. Arch. loco vt ſupr.

Seſſ. 25. cap 5. de regul. & monial.

viſitatorum

viſitatorum ad inſpiciendam, reſtituendámque, vbi opus fuerit, clauſuram, moreſque reformandos, necnon artificum, & operariorum, quorum artibus operíſque neceſſariò intùs indigetur.

Quoniam autem in prædictis ſanctionibus nulla fiebat mentio ſuperiorum, qui àlterius ad id licentia non indigent, ſed ſui authoritate officij nituntur, & à nonnullis dubitatum eſt circa tales perſonas, an liceat eis pro libito ſuæ voluntatis huiuſmodi ſepta ingredi, vel potiùs ſeruare debeant ipſi quoque regulam à Concilio & Conſtitutionibus Apoſtolicis præſcriptam. Sanctiſſimus Dominus noſter Dominus Papa Gregorius XIII. omnem hæſitationis materiam tollere, & viam ſcandalis præcidere, ac ſanctimonialium quieti conſulere volens, conſtitutionem edidit Anno 1581. die 23. menſis Decembris, Pontificatus ſui anno decimo; quæ incipit. Dubiis, quæ emergunt, in qua declarauit Prælatos omnes tàm ſeculares, quàm regulares, quibus cura & regimen Monaſteriorum monialium quouis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa ingrediendi Monaſteria prædicta, ita demùm vti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſariis, & à paucis, iiſque ſenioribus ac religioſis perſonis comitati, vniuerſis & ſingulis Epiſcopali, ſeu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditis; necnon quorumuis Ordinum Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, Miniſtris, & aliis quibuſcunque Superioribus regularibus ſeriò ob id admonitis, vt facultate huiuſmodi, qui eam habent, præterquam in caſibus, vt præfertur, neceſſariis, neutiquam vtantur. Quod ſi contrafecerint, ſtatuit atque decernit, qui pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contra fecerint, ingreſſu Eccleſiæ interdictos; pro ſecunda à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpenſos ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicatos exiſtere: regulares verò omni officio ac miniſterio priuatos Excommunicationi ſimiliter ſubiacere.

Qui à ſententia, Canonis, vel hominis, ſummo Pontifici reſeruata; ob mortis articulum, aut legitimum impedimentum ab alio, quàm alioquin oportuiſſet, abſoluuntur, ſi ceſſante poſtea periculo aut eiuſcemodi impedimento, ſe quamprimùm poterant, coram illo, à quo aliàs abſolui debebant, præſentare contempſerint.

Sunt alij caſus etiam, qui Papales itidem dicuntur: ſed cum quidam eorum deſuetudine tacitóque ſummorum Pontificum conſenſu obumbrati ſunt, idcirco eos hîc enumerare neceſſarium eſſe non putamus.

Sunt autem quidem, qui grauia quædam crimina, caſus volunt eſſe Papales; ſed hi decipiuntur, eò quòd nullum tàm graue peccatum in hominem cadat, à quo ſuus Epiſcopus abſoluere non poſſit, modò nullam Excommunicationis ſententiam adiunctam habeat. Neque ideò tamen damnandus eſt, quin laudandus potiùs Epiſcopus is, qui, licet ipſe abſoluere poſſet, nihilominus ob flagitij alicuius, veluti parricidij, & huius generis aliorum grauitatem, ac magnitudinem ad deterrendos alios, peccantem ad Sedem apoſtolicam interdum ad impetrandam abſolutionem dimittit.

Occurrit frequens mentio inter ſacras Pontificū conſtitutiones votifragorū & eorū qui carnali ſpurcitia & libertate pulſi vota cœlibatus violant, & in fœda ſacrilegia impingunt. De his non ſolum grauiſſimis iuris excommunicationis vinculis irretitis, vt patet ſuperiore Appendice ad Bullam Cœnæ Domini ſtatuenda eſt oratio quæ multū proderit. Continentiæ neceſſitatem & cœlibatus perpetuam obligationem omnibus Deo dicatis & votum huiuſmodi profitentibus latiùs non explanabo, quod in Oeconomia Canonica ſatis ſupérque præſtitum eſt. Promiſcuam materiam aggrediamur. Primum omnium his qui profiteri volunt, votū ſolenni duo impedimenta proponunt theologi. Alterū eſt eorū qui naturalem nō habent voluntatem, quales ſunt pueri. Alterum verò eorum qui licet naturali illa præditi ſint voluntate, ab aliis tamen ſic pendent vt voluntatis ſuæ Domini non ſint quales ſunt filij, coniuges, monachi, & ſerui. Filij igitur quamdiu à parentibus pendent, id eſt, vſque ad 25. ætatis annum, niſi conſentiant parentes reale non poſſunt votum emittere quod ſi eiuſdem eo tempore, quod ad bonorum attinet diſtributionem, voluntatis non habent libertatem. De perſonalibus aliter ſentiendum, quamuis enim vſque ad pubertatis annum; qui in maſculis decimúſquartus eſt, in fœminis duodecimus; vota non poſſunt emittere; & ſi emiſerunt, niſi probentur, irrita ſint vt ſacræ teſtantur literæ, eo tamen anno abſoluto, ac 25. non expectato vt perſonalia emit-

tant vota libertate gaudent, quod enim ad mores attinet, iam maturi ſunt vt cogitent quem-
admodum oporteat Deo famulari. Coniuges etſi realia ſimul & perſonalia edere poſſun
vota, ad ea quoq; quæ ad vſum ſpectant matrimonij, neuter tamen ſine alterius conſenſu per-
petuam vouere poteſt caſtitatem, quod autem cum conſenſu mutuo poſſunt, ex Apoſtolo mani-
feſtum eſt, habente pro conſilio abſtinentiam coniugum, omne enim conſilium eſt materia voti
Vnde patet quam ſit ridiculus Cal. dicens præcipere Apoſtolum, vt redeant in id ipſum con-
iuges, non enim aduertit quod ſequitur hoc autem ſecundum indulgentiam dico, non ſecun-
dum imperium fuiſſe autem eiuſmodi in eccleſia coniugum abſtinentiam, perpetuus docuit
vſus, qui & ab antiquis probatiſſimiſque authoribus ſemper fuit laudatus, id quod apud
Aug. duabus integris epiſtolis, quarum altera ad Armentarium eſt videre. Perſonale autem
aut etiam reale votum licet vxor præter mariti conſenſum non poſſit emittere, poſſe tamen
maritum præter vxoris conſenſum, expreſſè docuit Moſes, quamuis enim debeat etiam vxor
animæ ſuæ curam habere, habeátque bonorum partem debet tamen in moribus marito eſſe
ſubiecta, nec ipſa, ſed maritus eſt bonorum diſpenſator. Religioſa vota de præceptis, vt de
non mentiendo aut de rebus ad emiſſa iam vota ſua ſpectantibus, vtpote de ſeruandis ſuis
regulis, &c. aut de rebus neque ad præcepta Dei, neque ad emiſſa iam vota ſpectantibus
raró quando non vrget inſtitutum, præter præpoſiti ſui conſenſum emittere non poſſunt, licet
enim per ſe bona ſit horum omnium materia fortaſſe tamen bonum non eſt, vt ſeſe obſtrin-
gant verum autem bonum ſit an ſecus, debet ſuperioris ſui, cui iam obedientiæ votum vouit,
adhibere iudicium. Nihilominus in eis quæ præpoſiti ſui facultatem excedunt, non expectato
eius iudicio liberè poteſt, quod voluerit ſtatuere, vt ſi ad meliorem tranſire religionem
voluerit.

Serui & ſi vota realia, niſi à dominis probentur, non poſſunt emittere, ſunt enim quod ad
externa attinet non ſui ſed dominorum, perſonalia tamen modò nihil inde patiatur domi-
nus detrimenti, vtpote ieiunandi, orandi, &c. præter domini cōſenſum liberè poſſunt emittere.
In his enim non ſerui ſunt, ſed liberi. Cæterùm an ſubditi quicunque poſtquam votum emiſe-
runt in ea dum accedit ſuperioris vel probatio vel reprobatio, debeant, quod vouerint, obſer-
uare in quæſtionem vertitur. Videtur autem ita ſentiendum, vt ſi non ſit materia voti eis
prohibita, debent quod vouerunt obſeruare, donec is cuius intereſt, aliter decernat. In eiuſmodi
enim voto nihil præter ſuperioris conſenſum deſideratur, materia enim ſuaptè natura, bona
eſt. Quid ſi à Domino prohibita eſt materia, donec approbetur ab eo cuius intereſt non eſt
obſeruandum votum In hoc enim voto, bona non eſt materia, niſi à ſuperiori probata, in quæ-
ſtionem etiam vertitur, num ſuperior qui inferioris ſui, vel probauit, vel irritauit votum,
poſſit pœnitentia ductus, quod fecit, reuocare videtur poſſe, id quod ex ſacra ſcriptura colli-
gitur, dicente. Si vxor fecerit votum, & maritus intellexerit & contradixerit, vxor ſerua-
bit, quod ſi poſt aliquod tempus vir contradixerit, vxor erit libera à voto: ſed maritus porta-
bit iniquitatem: In quæſtionem ſimiliter verti poteſt, ſi diuerſi ſuperiores diuerſi temporis
progreſſu in quempiam habeant poteſtatem, cuius emiſſum iam votum alter ratum habuerit.
alter reiecerit, quid tum vouenti faciendum? Reſpondet Aug. lib. 4. quæſt. in Nume. cap. 59.
Si puella, inquiens, fecerat votum dum eſſet ſub parentis poteſtate, ſi pater approbarit ac
poſtmodum nupſerit, maritus nihilominus poterit votum illud irritum facere.

Quia aliud eſt de ſolenni voto iudicium, aliud de ſimplici, excutiendum meritò videtur,
quidnam vtrumque ſit, ſolenne igitur votum non tantum conſiſtit (vt putant multi) in ex-
ternis ceremoniis, vt pote benedictione, conſecratione &c. cum enim hæc omnia eccleſiaſtici
tantum iuris ſint niſi aliud quidpiam ſit diſcriminis quemadmodum in votum ſimplex cadit
diſpenſatio ita & in ſolenne caderet. Aſſerunt nihilominus alij in eo eſſe diſcrimen, quod ſo-
lenne eccleſiaſtico inſtituto contrahendum impedit matrimonium & dirimit contractum:
quod tamen non probatur: quia in hoc tantum affertur effectus, cum tamen ad verbum diſcri-
men oporteat in ipſa rerum natura nonnihil eſſe cauſæ, ea autem non poteſt eſſe ſola eccleſiæ
conſtitutio alioqui vti iam diximus admitteret diſpenſationem, votum quantumuis ſolenne,
ſicuti & ſimplex. Putant alij, in traditione & exhibitione rei quæ vouetur, vim eſſe diſcri-
minis, quod tamen fieri nequit, nam quemadmodum ſolenne, ita & ſimplex votum aut ſemper
aut plerumque ſuam habet & traditionem quam ſemper à deo recipi credendum eſt dummo-
do bona ſit ipſa voti materia, in hoc ingrediatur ſolo totum videtur eſſe diſcrimen, quod ſim-
plex votum ſoli fiat deo, ſolenne autem non tantum deo, ſed et eccleſiæ. Qui igitur ſim-
plex emittit votum ſoli Deo eſt obſtingit, ac propterea eccleſiæ noiud in ſe ius facit ac tri-

buit, vt per ea poſſit ad id quod vouit, obſeruandum, cogi: & quia ad hoc ſolenne celebrandũ votum non poteſt tota conuenire eccleſia, propterea inſtitutæ ſunt perſonæ publicæ vt pote epiſcopi ac religionis præpoſiti qui in excipiendis & delegendis eiuſmodi votis totius eccleſiæ vices gerant adhibitis ad hoc externis illis quæ hodiæ obſeruantur ceremoniis, neque quicquæ aliud vult Bonifacius. 8. *lib.* 6. *tit. de voto & voti diſpenſatione aut redemptione, cum ait ſolennitatem voti ſola eccleſiæ inſtitutione inuentam eſſe idest ſolennem hanc formam, ſolennia recipiendi vota, non diuinum ſed tantum eccleſiaſticum eſſe inſtitutum. Obſeruandum adhæc, inter commutationem, redemptionem & diſpenſationem voti hoc eſſe diſcriminis, quod comutare votum eſt ſolam mutare materiam, ipſam tamen voti obligationem non ſoluere redimere, eſt voti materiam in pecuniam commutare, diſpenſare autem tripharia contingit, primumque ſubleuando eum qui vouit, ab aliqua oneris parte, idque ob iuſtam aliquã cauſam, quod & propriè diſpenſatio voti dicitur, nam diſpenſare propriè, eſt cuiuſque quantum ferre poteſt, oneris imponere* Secundo *modo fit voti diſpenſatio per ipſius ex æquo & bono interpretationem vt pote cum is penes quem eſt authoritas iudicat non fuiſſe legitimè emiſſum votum: aut certè, quia eſt maioris boni impedimentum, non eſſe obſeruandum ac hoc modo æquũ & bonũ, ab eo voto liberum interpretatur.* Tertio *modo fieri poteſt diſpenſatio neque ſecundum commutationem aut ſubleuationem materiæ, neque ſecundum equi & boni Interpretationem, ſed abſoluta autoritate votum reſcindendo.* Commutare *igitur poſſunt* Sub*ditorum ſuorum vota omnes epiſcopi, abbates, & quicunque religionum ſuperiores, mutando videlicet voti materiam in æqualem, aut in maius etiam bonum.* Nam *ſi in meliorem mutetur materiam, ad id preſtandum ſuperioris autoritate non eſt opus Vnde fuit vt religionis & perpetuæ caſtitatis vota propter materiæ excellentiam, non poſſint in vlla alia commutari vota, cætera autem omnia in hæc poſſunt commutari hinc natum eſt quod vulgo dicitur* Om*nia vota per religionis ingreſſum ceſſare. Quod tamen non videtur intelligendum niſi de votis illis quæ poſt ante ingreſſum ſeruari non poterant.*

Obſeruandum nihilominus quinque eſſe votorum genera, quæ iure partim eccleſiaſtico, partim conſuetudine à Sũmo *tantum* Pontifice *poſſunt commutari.* Votum *caſtitatis perpetuæ religionis idque propter excellentiam, vt iam diximus.* Votum Hieroſolymitanum, *idque in gratiam pauperum qui ibidem quandoque eleemoſynis* Chriſtianorum: *eò voti cauſa concurrentium alebantur, aut etiam in gratiã ſubſidij, militibus inde præſtiti contra infideles qui nunquam non à* Mahumeti *ætate eam regionem oppugnabant, quandoque etiam expugnabant id quod (heu) hodie eſt videre.* Votum Romanum & Compoſtellanum. Hinc *ſanè licet colligere quemuis epiſcopum caſtitatis non perpetuæ votum poſſe commutare quia ſic interpretanda ſunt priuilegia vt verba ſonant. Obſeruandum quoque non poſſe eum penes quem legitima etiam eſt auctoritas vota pro libidine commutare.* Vt *enim ritè commutentur vota, duas adeſſe conditiones oportet, altera, vt ſit iuſta aliqua cauſa, altera vt ſecundum proportionem fiat commutatio* Cauſa *autem legitima poteſt eſſe triplex, aut materia, quæ caſu aliquo ex bona facta eſt mala, aut ex vtili inutilis, aut vouentis perſona, quæ imbecilior fortè reddita eſt quam vt votum poſſit ſeruare aut certè maius aliquod bonum quam ſit ipſum votum.* In *commutandis autem votis ea debet eſſe proportio, non vt ipſa voti ſubtrahatur materia, ſed vt conuertatur in aliam æquè vtilem, ſi non vouenti certè eccleſiæ quamuis habenda quam nonnunquam ſit ipſius quam perſonæ ratio quæ ſi facta fuerit imbecillior, non oportet æqualem illi cum præcedentis voti materiam præſcribere, ſed huic ipſius oportet vires penſare, illinc, quæ ipſi præſcribitur materiam.* Redemptionis *quoque voti eadem eſt ratio.*

Diſpenſationem votorum tripharia diximus euenire partim oneris leuando, interpretatione ex æquo & bono, aut abſolutè votum reſcindendo, primo & ſecundo modo in votum ſimplex cadit diſpenſatio, tertio autem modo, quem ſolum vulgares hodie veram putant diſpenſationem, ne ipſe quidem ſummus Pontifex *aut vlla alia in literis poteſtas, in voto ſimplici, modo vere votum ſit, poteſt diſpenſare cuius rei certiſſima eſt ratio, exigit enim tum naturale tum diuinum ius, vt quod* Deo *promiſiſti reddas quamuis tamen non poſſit ſummus etiam* Pontifex *diuinum aut naturæ ius ſoluere poteſt nihilominus, cuique iuxta quod ferre poteſt diſtribuere, & cuique ſecundum vires imponere ſarcinam, quod proprie, vt diximus, eſt diſpenſare & cum ſit publicus eccleſiæ interpres, poteſt omnia ex æquo & bono interpretari penitus verò diſcindere aut ſeuere vt vulgo diſpenſationem multi intelligunt, omnino non poteſt hoc enim non diſpenſare ſed diſſipare eſt.*

In ſolenne autem votum nullo prorſus modo cadit diſpenſatio niſi iuſta aliqua ſubſit cauſa

vt aut in materia, aut in perſona vouente, in ſimplici enim voto fieri poterat, vt vel imprudenter & temerè aut certè coactè fieret votum, quod eccleſia, ex æquo & bono interpretans aut penitus non ſeruandum aut etiam commutandum poteſt indicare, quæ tamen cauſa in ſolenni locum habere non poteſt cuius ipſa eccleſia teſtis eſt & approbatrix, vnde hoc loco æqui & boni interpretatio non admittitur. Accedit *quod etſi voti materia difficilior ſit. fortaſſis, aut imbecillior etiam perſona vouens, quia tamen ſolenne eſt votum, ac publicè ab eccleſia receptum, ne vius ſubuentione multi vel offendantur vel peruertentur, non debet eccleſia quod probauit reuocare hoc verò non tantum de voto monachorum ſolenni aut etiam ſacerdotum ſed cuiuſuis etiam alterius perſonæ accipiendum eſt.*

Quod enim aiunt D. Thomas *& alij poſſe in ſolenni voto ſacerdotum cadere diſpenſationem, propterea quod natura ſua non ſit ſacerdotis officio coniunctum non videtur magni eſſe roboris non enim propterea in votum cadit aut non cadit diſpenſatio, quod natura ſua ſit cum officio aliquo iunctum aut non iunctum, ſed propterea quod homini eſt eius vis & natura, vt ſit promiſſio quædam* Deo *facta, teſte & probante eccleſia, quod non tantum in ſolenni monachorum, ſed omnium quoque aliorum voto fit ſolenni.*

Sententia autem Doctorum *communis & receptiſſima eſt ſummum* Pontificem *cauſis vrgentibus non friuolis aut voluptuariis poſſe diſpenſare à voto continentiæ etiam ſacris ordinibus annexo.* Alexand. *Pap.* 4. *de voto.* Thom. 1. *Par. ait* 11. Bon. *l.* 4. *di.* 38. *q.* 4. *Sylu. verb. votum.* Alma. *de pot.* Eccleſ. *c.* 15. *de* Tur. *Crem.* 28. *q.* 1. Sicut bonum. Sot. *de* Iuſt. *& iur. l.* 8. *q.* 3. *Cum ſacerdote, vt matrimonium contrahat, diſpenſatum fuit ex cauſa publicæ vtilitatis: (vt ait* Caietanus *in quodl.* 12. *) cum* Remigio *monacho & ſacerdote. vnde nata* Petronilla *hæres.* Aragoniæ, *quæ nupſit* Raymũdo *comiti* Barchioniæ, Cœleſtinus *quoque tertius diſpenſauit cũ* Conſtantia *filia* Rogerij, *ſanctimoniali quinquagenaria* Panormi. *quæ nupſit* Henrico 5. *vnde natus* Fredericus 2. *&* Alexander *ſextus cum filio ſuo.* Diſputant *de hac re canoniſtæ.* Bal. *in l. reſcripta.* C. *de praci. imp. off. gloſ. c. de illo.* 32. *diſt.* Inn. *in c. placet. de conuer. coniug.* Abb. *in c. cum olim de cler. coniug. &c.*

Teneatur interim abſque cauſa idonea, nullam eſſe diſpenſationem & pro rei grauitate requiri grauem cauſam. Teneatur *quoque quod ſummus* Pontifex *eſt ſupra ius poſitiuum* Eccle*ſiaſticum, & ideo diſpenſare poteſt in voto ſolenni continẽtiæ quæ eius ſolenni voto dependet à* Iure Eccleſiaſtico. Ex *ipſo ſtylo* Romanæ Curiæ *aliquot diſpenſationes huiuſmodi colliguntur imo ſupremus pœnitentiarius poteſt diſpenſare in cœlibatu ſacerdotum ſæcularium.*

XIIII.

Declaratio contra Henricum Borbonium *aſſertum* Regem Nauarræ, *&* Henricum *item* Borbonium, *prætenſum* Principem Condenſem *hæreticos, eorumque poſteros & ſucceſſores, & eorundem inhabilitatio ad ſuccedendum in* Regno Franciæ, *aliiſque* Dominiis, *ac liberatio* Subditorum *ab omni fidelitatis & obſequij debito.*

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

AB immenſa æterni Regis potentia beato Petro, eiuſque ſucceſſoribus tradita auctoritas omnes terrenorum Regum, & Principum ſupereminet poteſtates, ſtabilique in petra conſiſtens, nec vllis aduerſantibus, vel etiam ſecundis flatibus & recto deflexa, inconcuſſa profert in omnes iudicia, & ne diuinæ maximè leges violentur, ſumma ope prouidet, & ſi quos ordinationi Dei reſiſtentes inuenit, ſeueriore hos vindicta vlciſcitur, & quamuis potentiores de ſolio deiiciens, veluti ſuperbientis Luciferi miniſtros ad infima terræ deturbatos proſternit. Quare pro incumbenti nobis Eccleſiarum omnium populorum, ac gentium ſolicitudine, vt animarũ ſaluti in primis proſpiciatur, & non ſolùm famulatus noſtri, ſed etiam omnia futura tempora impiis, ac deteſtandis monſtris purgata cunctis Chriſtiani Orbis partibus pacem afferant, & quietem, & præſertim ampliſſimo Galliæ Regno, in quo Chriſtiana religio omni tempore ita viguit tantoque Regum illius pietas, fides, ac deuotio tot in Romanam Eccleſiam merita extiterunt, vt ij iure optimo glorioſiſſimũ Chriſtianiſſimi cognomen ab ea ſint conſecuti, ac etiam ne nos de neglecta officij noſtri cura vnquam apud Deum argui poſſimus, arma malitiæ noſtræ, quæ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo in diſtructionem munitionum nunc contra

duos potiſſimum iræ filios, Henricum Borbonium quondam Nauarræ Regem & Henricum item Borbonium olim Principem Condenſem exercere compellimur. Ille enim quondam Rex Caluini errores, atque hæreſes etiam ab ineunte adoleſcentia ſecutus eſt, pertinaxque earum patrocinium tandiù exercuit, quoad claræ mem. Caroli Noni Francorum Regis, & chariſſimæ in Chriſto filiæ Catharinæ Reginæ eius matris pientiſſimæ, atque etiam dilecti filij noſtri Caroli tit. S. Chryſogoni presbyteri Cardinalis Borbonij patrui ſui, & Ludouici Mompenſerij Ducis, piis frequentibuſque hortationibus apertibuſque eximiæ virtutis hac doctrinæ Theologorum demonſtrationibus ad fidem Catholicam Romanam (vt exiſtimabatur) conuerſus, hæreticas omnes contra fidem Catholicam opiniones Pariſiis publicè in Eccleſia damnauit, anathematizauit, & abiurauit, fidemque ipſam Catholicam expreſſè profeſſus eſt, datiſque ſubinde ſuis ad fe. rec. Gregorium Papam XIII. prædeceſſorem noſtrum literis, quibus eundem prædeceſſorem ſupremum Catholicæ Eccleſiæ caput iã agnoſcens: ipſum ſupplex deprecabatur, vt pœnitentię conuerſionis & obedientię ſuę confeſſionem accepiam habere, anteactorum veniam remiſſioniſque gratiam concedere dignaretur, firmiter promittens ſe fidem ipſam Catholicam perpetuò integrè, ac inuiolatè ſeruaturum. Quibus literis, vtpote Regiis idem prędeceſſor credens & paternę charitatis viſceribus commotus, ac etiam grauiſſimo Regis, Reginę matris Cardinalis, & ducis prędictorum de huiuſmodi conuerſione teſtimonio adductus, illum ipſum pręteritos errores confitentem, veniamque humiliter petentem à crimine hęreſis à cenſuris Eccleſiaſticis propterea incurſis abſoluit, & gremium Sanctę matris Eccleſię communionémque fideliũ admiſit omni inhabilitate ab eo ſublata. Quin etiam vt arctiori, & firmiori vinculo ligaretur cum eo, & Margarita dicti Caroli Regis ſorore, quę ex illa Chriſtianiſſima ſtirpe nata, atque alia facile maritum in officio, & Religionis Catholicę obſeruantia continere poſſe ſperabatur, diſpenſauit & non obſtantibus impedimentis ertij & aliorum forſan inter eos graduum conſanguinitatis, & cognationis ſpiritualis matrimonium inter ſe contrahere poſſent, prout in facie Eccleſię contraxerunt, incurſiſque deinde aliquot menſibus, ille Ioannem Duratij Dominum Oratorem ſuum, qui nomine ſuo de pœnitentia, conuerſione, fide, & conſtantia ſua in ſedis Apoſtolicę conſpectu ſponderet, ad dictum prędeceſſorem delegauit, habitoque pro eo publico, ſolemnique in Aula Regia de more conſiſtorio, in conſeſſu Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalium, Prȩlatorumque aliorum frequentiſſimo cõcurſu, profeſſis omnibus ſupradictis, idem Henricus tanquam Rex recens ad fidẽ conuerſus, & vt Catholicus admiſſus eſt, tota Vrbe exultante, & ingentes Deo de conquiſita & inuenta oue gratias agente. Sed ille, vt erat vario & inconſtanti animo, haud multo poſt à Catholica fide, & debita erga ſedem Apoſtolicam obedientia: cæteriſque è ſe expreſſè, & cum iuramento profeſſis deficiens, atque in eo, quo prius erat cœno reuolutus, à Rege Chriſtianiſſimo clam ſe ſubducens, collectoque in loco ab ipſius regis aula ſatis remoto, quàm potuit copioſo hæreticorum ſceleratorum, aliorúmque id genus impiorum hominum numero, ibi ea omnia, quæ de Caluiniſmi deteſtatione, hæreſum omnium abiuratione, ac Romanæ fidei Catholicæ Apoſtolicæ profeſſione antea fecerat, palam reuocauit, teſtificans ſe Caluiniſmum ipſum profiteri prout profeſſus eſt, eique hæreſi pertinaci, & obdurato animo ſemper adhæſit, & in ea hucuſque viuens, ſæpius hæreticos, perduelles, ac ſeditioſos (quorum caput, dux, & propugnator in Gallia, & etiam exterorum hæreticorum acerrimus fautor ſemper fuit) ad arma contra prædictum Carolum, ac etiam chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, tametſi eum, vt Regem: ac Dominum ſuum colere, vt ſororium amare, & ſequi debebat, omnis ſcilicet officij, ac pietatis immemor, aduerſus ipſum, & reliquos Catholicos omnes concitauit, infeſtiſſimos exercitus, acciti etiam externarum nationum hæreticis contraxit, à quibus omnia paſſim loca cruentis piorum hominum cædibus fœdata, ſacra Dei templa temerata & direpta, Sacerdotes, & viri religioſi cruciatibus ſunt oppida pręterea & munitiones Catholicorum partim inſidiis, partim vi, & armis occupauit, & in eis Catholicę Eccleſię ritus prohibuit, ac ſuſtulit, miniſtros & concionatores hęreticos conſtituit, Ciues & Incolas ad eandem

dem impietatem capeſſendam minis verberibuſque coegit. Sed ne hęc quidem ſatis ſibi eſſe exiſtimans, inter alios intimum quendam ſuum nefariis artibus ſuis inſtructum, extra Gallię fines ad diuerſa loca miſit, per quem cum primariis hęreticis impia conſilia ſua communicauit, eorumque vices, & arma contra Religionem Catholicam & Romani Pontificis poteſtatem prouocauit, conciliabula quoque hęreticorum in diuerſis Prouinciis habenda curauit, quorum nonnullis dum iniquiſſima illa fœdera contra fidem Catholicam, ac pręſertim contra Eccleſias, Clerum & vniuerſos Catholicos Regni Francię tractabantur, ille non ſolum interfuit, ſed etiam pręfuit: Henricus vero Borbonius Princeps Condenſis, vtroque parente hęretico genitus, cum illi exitialia Caluini dogmata, eorumque Miniſtros pertinaciter in omni vita fouiſſent, eorundem patris, ac matris ſecutus hęreſes conſimilia facinora etiam adoleſcens perpetrauit: deinde eadem illa, qua alter Henricus, opera viam veritatis pœnitentia, & humilitate cordis quantum conijci potuit, arripiens deteſtatiſque pariter, & abiuratis publicis omnibus hæreticorum erroribus & deliramentis, fidem Catholicam vt præfertur, profeſſus eſt. Quibus ad eum Pontificem perlatis, ac etiam pro eo ſimilibus precibus porrectis, ipſe prędeceſſor illum, ac etiam quondam Mariam Cliuenſem pretenſam coniugem ſuam, eodem tunc hæreſis crimine infectam, ſimili modo pœnitentem, deteſtãtem, ac profitentem ab hæreſi & cenſuris huiuſmodi abſoluit, eoſque in gremium Catholicæ Eccleſiæ fideliumque conſortium recepit, quinetiam ex paternæ charitatis abundantia, cum eis vt non obſtante impedimento ſecundi gradus conſanguinitatis, quo inuicem tenebantur matrimonium inter ſe contrahere poſſent, diſpenſauit. Sed ille paulò poſt ad priſtinam impietatem rediens, deterrimamquæ illam viam, quæ ſignata, & impreſſa era veſtigiis quondam Ludouici Condenſis patris ſui impiiſſimi Catholicæ Eccleſiæ perſecutoris ingreſſus, eiſdemque veſtigiis inſiſtens ſe quoque hęreticorum, ac conſceleratorum hominum dicti Regni Galliæ Ducem, ac defenſorem bellorũque ciuilium, ac ſeditionum auctorem pręſtitit, militum hęreticorum exterorum copias in Galliam tranſduxit, vrbes & oppida expugnare tentauit, Templa euertit, ſacra violauit & populatus eſt, Sacerdotes indignis modis negauit miniſtroſque impietatum ſubſtituens, peruerſam illorum doctrinam publicari, & cuſtodiri iuſſit & denique omne feritatis & ſæuitiæ genus, tam in Dei miniſtros quàm in cæteros Catholicæ fidei cultores exercuit. Quæ omnia cum manifeſta, publica, & notoria ſint cumque nobis plenè, & legitimè conſtet, præſertim ex proceſſu tempore eiuſdem felicis recordationis Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri confecto, & aliis quam plurimis documentis, & grauiſſimis teſtimoniis, Henricum quondam Regem & Henricum Condenſem prædictos notarij, & inexcuſabilis criminis hæreſis, & in hæreſim relapſos, atque etiã hæreticorum fautoriæ reos exiſtere, Nos gladium vindictæ contra eos pro officij noſtri debito exercere coacti vehementer indolemus, quod illum in hanc prolem deteſtabilem, ac degenerem inclytæ Borboniorum familię, in qua ſpectatæ Religionis candor, & virtutis decus ac in ſedem Apoſtolicam obſeruantia omni tempore emicuit, pro his ſceleribus conuertere debeamus. Itaque in præcelſo hoc ſolio & in plenitudine poteſtatis quam ipſe Rex Regum, & Dominus dominantium, licet nobis indignis tribuit, conſtituti auctoritate Dei omnipotentis, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius, & noſtra, ac de venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, pronunciamus, & declaramus Henricum quondam Regem & Henricum Condenſem ſupradictos fuiſſe, & eſſe hæreticos in hæreſes relapſos & impœnitentes, hæreticorum quoque duces, fautores, & defenſores manifeſtos, publicos & notorios, ſicque læſæ Maieſtatis diuinæ reos, & orthodoxæ fidei Chriſtianæ hoſtes, adeo vt nulla poſſint ſe tergiuerſatione, aut excuſatione defendere, ac proinde eos damnabiliter incurriſſe in ſententias, cenſuras, & pœnas ſacris canonibus. & conſtitutionibus Apoſtolicis, legibuſque generalibus, & particularibus contentas, ac hæreticis relapſis, & impœnitentibus debitas: & ſpecialiter eoſdem fuiſſe, & eſſe ipſo iure priuatos Henricum quondam Regem videlicet præterſo Nauarræ Regno, illiuſque parte, quam adhuc obtinuit, necnon Bearni alterum vero Henricum, Condenſi, & vtrumque eorum poſteros omnibus, & quibuſcu-

que aliis Principatibus, Ducatibus, Dominiis Ciuitatibus, & locis, feudatiſque, & bonis etiam emphyteoticis, & ſucceſſionibus, necnon dignitatibus, honoribus, muneribus, & officiis, etiam Regis, ac iuriſdictionibus, iuribus, quæ de facto debitent, & ad quæ ius quomodolibet habuerunt, ſeu prætendunt, eoſdémque propterea, ſe illis reddidiſſe indignos, ac fuiſſe & eſſe inhabiles, & incapaces ad illa retinenda, & alia huiuſmodi in poſterum obtinenda. Ac pariter eos ipſo iure priuatos, & incapaces, ac inhabiles ad ſuccedendum in quibuſcunque Ducatibus, Principatibus, & Regnis ac ſpecialiter in Regno Franciæ in quo tot atrocia, & neſaria crimina patrarunt, ac Regno ipſi annexis dominiis, iuriſdictionibus & locis cæteriſque omnibus bonis, & rebus prædictis, & ad illa alias quomodocunque acquirẽdum prout etiam ex abundanti, & inquantum opus eſt, nos illos illorúmque poſteros priuamus in perpetuum, videlicet Henricum quondam Regem Regno Nauarræ, & illius parte ac Bearni, & alterum Henricum Condenſi, ac vtrunque, & eorum poſteros aliis Principibus, Ducatibus, Dominiis, Feudis, ac cæteris omnibus bonis & rebus necnon iure ſuccedendi & acquirendi, aliiſque prædictis vniuerſis, & ſingulis. Ac etiam in perpetuum inhabilitamus eoſdem, eorumque poſteros ad illa & ad ſucceſſionem in quibuſuis Principatibus Ducatibus, Dominiis; Feudis, & regnis, & ſignanter in Franciæ Regno & illi annexis omnibus ſupradictis, ſupplentes omnes iuris & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Quinetiam Proceres feudatarios, Vaſallos, Subditos, & Populos Regnorum, Ducatuum Principatuum, & aliorum Dominiorum, prædictorum etiam alium ſuperiorem non recognoſcentes, ac cæteros omnes, qui illis quomodocunque iurauerunt à iuramento huiuſmodi, ac omni prorſus Dominij, fidelitatis, & obſequij debito perpetuò abſolutos eſſe, prout nos illos omnes tam vniuerſè, quàm ſingulatim, auctoritate præſentium abſoluimus, & liberamus, Præcipimúſque & interdicimus eis vniuerſis & ſingulis, ne illis eorúmve monitis legibus & mandatis audeant obedire: qui ſecus fecerint eos excommunicationis ſententia innodamus eo ipſo, Cæterum eundem chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Francorum regem Chriſtianiſſimũ, per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti hortamur, rogamus, ac etiã monemus, vt memor præſtantiſſimæ fidei, & religionis Regum maiorum ſuorum quam quaſi hæreditatem longe ipſo Regno potiorem ab eis accepit, memor etiam illius iuramenti, quod in eius coronatione de exterminandis hæreticis ſolemniter præſtitit, auctoritate, poteſtate, virtute atque animi magnitudine verè regia ad executionem tam iuſtæ huius ſententiæ noſtræ incumbat, vt ſcilicet in hoc quoque gratum ſe omnipotenti Deo exhibeat, & matri ſuæ Eccleſiæ obſequium debitum perſoluat. Præterea omnibus venerabilibus fratribus noſtris Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Regnum Franciæ, Nauarræ, Bearni, & alia prænominata loca conſtitutis in virtute ſanctæ obediedientiæ præcipimus & mandamus, vt cum primum harum literarum exempla ad eorum manus peruenerint, illa publicari faciant, & quantum in ipſis erit, ad effectum perduci curent. Volumus autem quod eædem præſentes noſtræ literæ ad valuas baſilicæ Principis Apoſtolorum, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, affigantur, & publicentur quodque earum exemplis, etiam impreſſis, ac Notarij publici manu, & prelati Eccleſiaſtici, eiuſvè Curię ſigillo obſignatis eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbique gentium habeatur, quę haberetur ipſis preſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Datum Romę apud ſanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Quinto Idus Septembris, Pontificatus Noſtri anno Primo.

Ego Sixtus Catholicę Eccleſię Epiſcopus.

Ego Io. Bap. Card. S. Marcelli.

Ego Io. Ant. Epiſcopus Tuſcul. Card. S. Georgij.

Ego M. Sittius Card. ab Altaemps. Ego Aug. Card. de Verona.

Ego

Ego Inn. Aualus Card. de Arag.
Ego P. Card. Sancta Crucius.
Ego Guilielmus Sirletus Card.
F. Michael Bonellus Card. Alex.
Ego Ludouicus Card. Madtutius.
Ego Nicolaus Card. Senonenſis.
Iul. Ant. Sanctorius Card. S. Seuerinæ.
Ego P. Card. Cæſius.
Ego Hier. Card. Ruſtic.
Ego Io. Hier. Card. Albanus.

P. Card. Deza.
Ego Ant. tt. SS. Io. & Pau. Car. Caraſa.
Io. Ant. Card. SS. Quatuor.

Ego Aug. Card. & de Vegona.
Ego Vin. Card. Montis Regalis.

M. Card. S. Stephani.
Scipio Card. Lancellotus.

Ferd. Card. de Medicis.
Phil. Vaſt. Card. Cam.

Ego Vincentius Card. Gonzaga.
Ego Franciſcus Card. Sfortia. Nicolai

Alexander Card. de Montealto.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Indictione decima tertia, die vero vigeſima prima Menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Primo. Retroſcriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ per nos Hieronymum Lucium, & & Nicolaum Taliettum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę Curſores.

XV.

Eccleſiaſticorum bonorum alienatio vſque ad valorem quinquaginta millium ſcutorum Clero Galliæ in ſubſidium belli aduerſus hæreticos initi conceditur.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Carolo à Borbonio & Ludouico à Guiſia, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyteris, Cardinalibus: ac venerabilibus fratribus, Hieronymo Bergomenſi noſtro, Sediſque Apoſtolicæ in Regno Franciæ Nuncio, & Petro Pariſienſi Epiſcopis, nec non dilectis etiam filiis, Florentino Regnar Turonenſi, & Ludouico Seguier Pariſienſi, decanis: ac Petro Ruelle Cantori etiam Pariſienſi, nec non Ioanni le Roy ſimiliter Pariſienſi & Bono Broë capellæ nuncupatæ Palatij Pariſienſis, Eccleſiarum Canonicis: ac aulam Regiam Franciæ nunc & pro tempore ſequentibus Scindicis generalibus Cleri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Francorum Rex Chriſtianiſſimus ſuis literis & Nunciis nobis ſignificauerit ſe iam omnes propemodum modos tentaſſe reducendi hæreticos, qui iam ali quam partem regni ſui infecerant, in viam veram & Catholicam, ac tot retroactis ſeculis in illo regno vſitatam magna cum pietatis laude, & ipſius regni tranquillitate, nec tamen quicquam proficere potuiſſe, volens ſatisfacere debito ſuo erga Deum omnipotentem, per quem Reges regnant, paci etiam & quieti Regni ſui conſulere cupiens, ſcriptum eſt enim, *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur*: conſcientiæ etiam ſecuritati & animæ ſuæ ſaluti, qua nulla res eſt pretioſior, proſpicere intendens, quando alia via non licuit, ad arma ſuccurrendum duxit, quo hanc peſtem ex ſuo regno eiiceret & eliminaret: eodem etiam tempore non ſolùm conſeruationi Eccleſiarum ac perſonarum & bonorum Eccleſiaſticorum, ſed etiam recuperationi eorum quæ ab his hæreticis detinentur, & impiè tractantur, diligenter intenderet: cùm alioqui de his omnibus rationem Deo redditurus, diuini Iudicij vltionem meritò reformidare cogatur, ſi remiſsè ac negligenter negotium Dei ac Religionis, Eccleſiarum etiam & bonorum occupatorum tractarit. Quare cum iam arma ſumpſerit hoc ſancto propoſito conſtantiſſimè obſirmatus, iuſtum eſſe duxit, vt Clerus etiam Galliæ partem oneris ſuſtineat, quod etiam ipſe idem Franciæ Clerus legitimè congregatus neceſſarium iudicauit iſtis bellorum tempeſtatibus Regi ſuccurrendum eſſe, etiam per alienationem bonorum immobilium; Nobis itaque ſupplicari fecit, vt dicto Clero facultatem vendendi bona mobilia vel immobilia,

Qua lege alienatio bonorum Eccleſiæ concedatur ſup. dictum eſt.

immobilia, vſque ad valorem centum millium ſcutorum in redditibus annuis concederemus: Nos conſiderantes quod ſi bellum hoc eum exitum habuerit, quem & optamus, & aſpirante regiis conatibus diuina clementia firmiter ſperamus, Eccleſiaſticus ordo non ſolùm conſeruabit quæ nunc poſſidet, ſed recuperabit iam ab hæreticis occupata, quorum non parua ſumma eſt, poſtulatis Regiis libenter annuimus, ita tamen vt hic ordo ſeruetur, in præſens quinquaginta tantum millia alienentur: quæ ſumma vt quam minimo Eccleſiarum detrimento efficiatur, & fideliter atque vtiliter in vſum deſignatum erogetur, hunc ordinem ſeruari iubemus, vt ſingulis Eccleſiis etiam Metropolitanis ac Primitialibus, Monaſteriíſque, Prioratibus tam virorum, quàm mulierum, dignitatibus etiam conuentualibus maioribus & principalibus, necnon adminiſtrationibus & officiis ceteríſque beneficiis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, ac Sancti Benedicti, Sancti Auguſtini, Cluniacenſis, Ciſterclenſis, Præmonſtratenſis, Grandimontenſis, Fontiſebrandi, & quorumcunque aliorum ordinum regularium, necnon capitulorum conuentuum, & locorum omnium in regno Franciæ & Dominiis eidem Regi vltra montes ſubiectis conſiſtentium, eorúmque menſarum & annexorum, non tamen mendicantium & pauperum, vtriuſque ſexus, ac exceptis etiam omnibus parochialibus Eccleſiis, quæ trecentarum librarum, ſimplicibuſque beneficiis quæ centum librarum valorem annuum non excedunt, ac in hoſpitalibus Sancti Ioannis Hieroſolymitani, pro tertia tantùm parte quæ eos tangeret, habita priùs diligenti redditus cuiuſque eorum indignatione, priùs bona mobilia, ſi id commodè fieri poterit, necnon decimas, & alios redditus annuos, deinde bona ſtabilia, vel ad longum tempus locandi, vel pignori dandi, vel poſtremò, ſi hæc omnia ſatis non fuerint, alienandi ſyluas cædendi: modò tamen alienatio illorum bonorum fiat, quæ minùs ſint vtilia, & quibus carere Eccleſia faciliùs poſſit. Dummodo non ſint primaria feuda, aut domus principales beneficiorum, vel oppida mœnibus cincta, vel loca inſignia, aut alia bona quorum alienatio dignitatem Eccleſiis beneficiis, ordinibus, & locis prædictis imminuat, atque etiam ſi fieri poſſit, illa cautio adhibeatur, per quam Eccleſia à ſuo iure in perpetuum non ſit excluſa, ſed poſſit vel per affrancationem, vel alia conuenienti ratione, aliquando illa recuperare, atque iſta alienatio non niſi perſonis notoriè Catholicis, & nō minori pretio fiat, quàm ad rationem viginti quatuor denariorum pro ſingulo denario, ita vt alias facta alienatio irrita ſit & inualida: Quódque vna Prouincia, ſeu vna diœceſis, vel vnum beneficium pro alio non grauetur, ad ſolutionem taxæ ſibi impoſitæ, ſed ſit liberum, & pro alio minimè obligatum cenſeatur. Solutiones autem pecuniarum huiuſmodi Cleri nomine vel in ſingulos menſes, aut alias pro vt commodius videbitur, per manus eorum quibus à vobis hæc tributa fuerit authoritas, atque etiam cum conſilio & aſſenſu venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Bergomenſis, Nuntij noſtri, vel alterius eius loco ſurrogandi fieri mandamus. Adhæc autem omnia quæ ſupernis neceſſaria & opportuna videbuntur, agenda & exequenda tam vobis, de quorum fide & integritate plurimùm confidimus, & quorum conſcientias oneramus, quam etiam prædicto & pro tempore exiſtenti Nuntio noſtro plenam & liberam per præſentes damus & concedimus facultatem: declarātes emptores bonorum Eccleſiaſticorum huiuſmodi eorúmque ſucceſſores, & cauſam habentes ab eis, illa tanquam profana propria paterna & auita poſſidere: & de illis, illorúmque fructibus liberè diſponere poſſe. Alia verò quinquaginta millia, eadem omninò qua ſuprà forma ſeruata, poſt tres menſes, ſcilicet poſt Kal. Maij exigendi facultatem concedimus: Cum conditione tamen, ſi eos progreſſus in bello fieri viderimus, vt finis ſupradictus recuperationis bonorum Eccleſiaſticorum iam occupatorum ſperari poſſit, nec feruor iſte expellendi à regno hæreticos remittatur: ſicut enim omnis progreſſus ad Dei gloriam & honorem, ad religionis augmentum, ad hæreticorum extirpationem, & regni iſtius nobiliſſimi vnitatem à nobis & commendabitur & adiuuabitur: Ita ſi, quod Deus auertat, à rectis & piis conſiliis, & à tam ſancto propoſito receſſum fuerit, vel aliqua ex parte remiſſiùs agatur, dictorum quinquaginta millium alienandi facultatem ex nunc reuocamus & annullamus, ac vobis, eo caſu, ſub pœna maioris excommunicationis, eo ipſo incurrenda, prohibemus, & interdicimus, ne ad vlteriorem poſteriorum quinquaginta millium

Ordo alienationis.

lium executionem & alienationem procedatis. Quinetiam ſi fortè ad ſuccurrendū vrgenti neceſſitati Regis, & periculis imminentibus obuiam eundum, aliqua pecuniæ pars tam à Clero ſoluta, vel de ea quomodo, vel Regiis miniſtris, vel mercatoribus cautum reperiatur, id ratum eſſe volumus, & eadem authoritate Apoſtolica confirmamus: ac tam Clerum ipſum vniuerſum, eiuſque particulares perſonas quam cæteros omnes qui ſe negotio ſolutionis huiuſmodi immiſcuerunt, à cenſuris & pœnis propterea incurſis abſoluimus & liberamus. Non obſtantibus Apoſtolicis ac in Conciliis generalibus editis, necnon Simmachi & Pauli II. aliorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ, non alienandis & alienatis ad ius & proprietatem reuocandis, aliiſque ordinationibus & conſtitutionibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuū, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, exemptionibus, indultis & literis Apoſtolicis eiſdem & eorum ſuperioribus & per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de ſimili Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac alias ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiā derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis & decretis, quomodocumque conceſſis confirmatis, & innouatis, ac quibuſlibet aliis indultis & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtentibus: per quæ præſentibus non expreſſa, vel non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus totiſque tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit mentio ſpecialis: quæ omnia nolumus cuiquam ad impediendum effectum præſentium in aliquo ſuffragari. Volumus autem quòd ſi quis veſtrum ante executionem præſentium ab hac luce decedat, reliqui ſuperſtites ac etiam aliquibus ex vobis legitimo impedimento detentis, Sex ex vobis, requiſitis tamen priùs legitimè impeditis & intereſſe non valentibus, ac de eorum conſenſu, vna cum altero ex Cardinalibus aut ipſo Nuntio contenta in præſentibus nihilominus exequantur. Vt verò præſentes literæ, quibus opus fuerit, faciliùs innoteſcant, volumus vt earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarij publici, & ſigillo eiuſdem Nuntij noſtri, ſeu Cleri, aut deputatorum huiuſmodi munitis, eadem habeatur ipſis præſentibus, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ego &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, 1583. Kalendas Februarij, Pontificatus noſtri anno primo. Sic ſignat. H. Cardinalis Aldob. Prodat. Io. Baptiſta Canobius: & ſupra plicam C. Robert.

Vide primam conſtitutionem Gregorij IX. in 1. fol. huius operis.

esta fue la monja q
fue hallada por la inqui
sicion tener vn demonio
familiar y fue castiga
da rigurosamente el
año de noventa

Circa hæc tempora Sixtus V. Pontifex Max. & hæroicarum actionum optimus æſtimator Alexandrum Farneſium ſummæ rei apud Belgas præfectum inſigni dono ſalutauit miſſo ad eum Legato qui illi pontificis nomine fauſta omnia congratularetur. Literarum ſeriem hic deſcripſimus.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DILECTO filio, nobili Viro, Alexandro Farneſio, Parmæ & Placentiæ Principi, ac Regis Catholici in ſtatu Flandriæ Capitaneo Generali.

Dilecte fili nobilis Vir ſalutem & cæt. Nullis magis ſermonibus delectamur, quàm iis quibus celebratur ſpectatiſſima virtus tua: celebratur autẽ ab omnibus, magna cum laude prudentiæ, fortitudis, pietatis in bello iſto difficillimo, Dei gloriæ cauſa à Rege Catholico ſuſcepto, vſque à prima ætate adminiſtrando. Sed ſũt omnium laudes ipſę per ſeſe, vt cętera humana omnia, fluxę: & caducę: illa multò maxime & perennia, quę eximię virtuti tuę, aſſiduiſq; laborib, à Deo ſunt repoſita pręmia: quę te tota mente ſpectare certum habemus; ſummęque eius bonitati gratias agere, quod voluerit tua in primis opera vti in cauſa omnium grauiſſima, Catholicęque Eccleſię amplitudini, & Prouinciarum iſtarum ſaluti perneceſſaria: tibique ſummam facultatem tribuerit, tanta in re virtutis explicandę inęſtimabiliumque à ſe prœmiorum promerendorum: qua etiam ſpe incredibiliter lętamur tua cauſa. Quia igitur totus & corpore & animo occupatus es in Catholica religione tuenda, inque eius hoſtibus delendis, mittimus nobilitati tuę per dilectum filium Antonium Grimanum, Patricium Venetum cubicularium noſtrum ſecretum, nobiſque tum generis tum animi nobilitate imprimis carũ, enſem & pileum veterũ Romanorum Pontificum inſtituto benedictum in ſacroſancta Natalis Domini noſtri Ieſu Chriſti celebritate, non vt te aduerſus Chriſti hoſtes incendamus (re n. ipſa ſemper declaraſti nihil poſſe fieri ardentius) ſed vt haberes hoc à nobis teſtimonium ſingularis virtutis tuę. Oramus Deum, vt caput tuum muniatur galea, ſalutis, & dextera gladio ſpiritus armetur, vtque hic tibi ſit pro gladio Gedeonis ad ſui nominis gloriam, hoſtium interitum, fideliúmque ſuorum ſalutem. Volumus autem hoc tribui nobilitati tuę, peracto huius rei cauſa, per aliquem in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutum, quem ipſe malueris, ſacroſancto miſſę ſacrificio. Omnibus autem ei actioni pręſentibus, pœnitentibus, & confeſſis Dei miſericor-

dia-

dia confiſi, beatorum Apoſtolorũ Petri & Pauli, ac noſtra auctoritate, viginti quinque annos, ac totidem quadragenas indulgentię de theſauro Eccleſię elargimur. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatorits 25. Maij 1586. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

In noſtris Chronicis frequens huius principis occurrit encomium, illiuſque meminimus in noſtro Poemate Hebræis, Græcis, Latinis, & Gallicis verſibus conſcripto ſuper morte Auguſtiſſimæ matris ſuæ Margaretæ Auſtriacæ. Quo ſolenni ritu quantáque lætitia exceptum ſit in Caſtris Belgicis Pontificium munus amplè legitur in continuatione Chronicarum Surij ſub anno 1586.

Hoc tempore initio nempe anni 1587. Maria Suarda Scotiæ ab æreginaxio & pertinaci carcere educta capite damnatur Londini iniquiſſimo Anglorum reginæ edicto.

XVI.

Iubileum omnibus Chriſtifidelibus qui in Eccleſiis regni Galliæ pro fœlici contra hæreticos victoria & cæt. orauerint, cum facultate eligendi confeſſores qui à delictis & criminibus etiam in bulla Cœnæ Domini contentis abſoluant.

SIXTVS Papa Quintus.

VNIVERSIS & ſingulis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Paſtoralis Officij cura nos impellit, vt ſuper gregem Dominicum ſedulò vigilantes, illius oues pro tradita nobis à Domino per Beatum Petrum Apoſtolorum Principe, ſoluendi, & ligandi poteſtate cœleſtis gratiæ, per pia opera participes effectas, ad æternæ beatitudinis paſcua producere ſtudeamus. Certiores igitur nuper facti mirabilem, & glorioſum Dominum Noſtrum, qui corda Regum poſſidet, eaque potentiſſima eius manu, quo vult vertit, ſua miſericordia excitaſſe Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, ad vindicandas iniurias ſibi, & Sanctæ Matri Eccleſiæ, ab impiiſſimis hæreticis nefariè illatas, ſumendúmque de rebellibus, perditiſque hominibus, partes illorum ſequentibus ſupplicium, qui plures per annos olim opulentiſſimum Galliæ Regnum, ſacra prophanáque miſcentes, cædibus rapinis, & innumeris, aliis enormibus exceſſibus fœdarunt, dictúmque Henricum Regem valida Principum, & Procerum ſuorum manu ſtipatum ingentem exercitum coegiſſe, & contra copioſiſſimum hæreticorum, & eis adhærẽtium huiuſmodi exercitum, è diuerſis Germaniæ, & aliarum Prouincialium partibus, ab ipſis accitorum in eiuſdem Eccleſiæ, & Catholicorum perniciem collectum, perſonaliter accedere, eorúmque conatus impios Deo cooperante conterere decreuiſſe. Nos itaque ad ſummum Deum, cuius immenſa eſt miſericordia, illiuſque iram piorum, & aliorũ ad eum contrito corde recurrentium precibus, & piis operibus à nobis auerti ſperamus, recurrendum, eiúſque auxilium implorandum fore cenſentes, vt multiplicatis interceſſionibus Maieſtas illius placetur, & Catholicorum exercitus de perditis, hoſtibus victoriam reportet, peſtiferúmque virus, eorundem hæreticorum à tanto Regno exterminetur, ac Chriſtifideles ad preces, & pia opera propenſiores reddantur: De Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus confeſſis, & ſacra Euchariſtia refectis, qui tres Eccleſias, cuius Ciuitatis, Oppidi, vel loci Regni Franciæ, & Prouinciarum, ac Ciuitatum eidem Regi ſubiectarum, & ſub eius regimine, vel cuſtodia exiſtentium, ad id per locorum ordinarios, ſeu eorum Vicarios in ſpiritualibus generales, aut vbi ſedes Pontificales vacant, vel eas vacare contigerit, per Vicarios à Capitulis ſedibus huiuſmodi vacantibus deputatos deſignandas, dum Orationes Quadraginta horarum, Dominica prima poſt publicationem præſentium in vna, Martis vero in alia, Iouis autem immediatè ſequen. diebus in reliqua Eccleſiis incipiende fient; & eiſdem Orationibus durantibus, deuotè viſitauerint, & in vna quaque earundem Eccleſiarum orantes, competenter permanſerint, his vero, qui in locis, in quibus tot Eccleſiæ non ſunt, ſeu nullæ adſunt, aut Oratio Quadraginta horarum huiuſmodi commodè fieri nõ

poterit

poterit, ſi loci, in quo moram traxerint, aut eos morari contigerit, ſeu aliã viciniorem Eccleſiam viſitauerint, ibique per horam integram, vel aliud temporis ſpatiũ à cuiuſuis loci ordinario, ſeu Vicario ſpecificandum orantes moram fecerint, & pias ad Deum preces pro exaltatione Sanctæ Matris Eccleſiæ, hæreſum extirpatione, & dicti Henrici Regis in hoc bello proſpero ſtatu, & fœlici aduerſus eoſdem hæreticos victoria effuderint, aut alia pia opera ordinarij, ſiue eius Vicarij arbitrio eis iniungenda exercuerint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, ac eandem, quæ Chriſtifidelibus Anno Iubilæi Almæ Vrbis Eccleſias, & extra eam, ad id deputatas, deuotè viſitantibus conceſſa eſt, miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur, ac eiſdem Chriſtifidelibus, & cuilibet eorum, vt hac vice duntaxat, Sacerdotem ſæcularem, vel cuiuſuis ordinis regularem, ab ordinario tamen approbatum ſibi eligere poſſint, qui eorum confeſſionibus diligenter auditis ipſos, à quibuſuis peccatis criminibus, exceſſibus, & delictis quantumuis grauibus, & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam in litteris in die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis; necnon à ſententiis, cenſuris & pœnis quas quomodolibet, & quauis occaſione incurrerint, iniuncta eis pro modo culpæ, pœnitentia ſalutari abſoluere, necnon cuilibet ordinario, ſeu Vicario, etiam ſede vacante deputato, Regni, Dominiorum, & ciuitatum prædictorum, vt Eccleſias, in quibus orationes prædictæ fieri debeant, deputare & viſitationes trium Eccleſiarum, in diuturniores preces, ſeu alia pia opera commutare poſſint, plenam, & liberam facultatem, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Præterea eiſdem Chriſtifidelibus vtriuſque ſexus, qui in clauſtris Monaſterium, vel aliorum regularium locorum degunt, ſeu in Carceribus, aut ægritudine aliqua, vel legitimo impedimento detenti, ad Eccleſias prædictas accedere nequiuerint, Si nihilominus, in aliquo ex diebus prædictis, pro præmiſſis, & alias prout Spiritus Sanctus, eis ſuggeſſerit, & Confeſſarius iniunxerit, piè orauerint, ac confeſſi, & communicati fuerint, eaſdem Indulgentias, & peccatorum remiſſiones ſimiliter concedimus, & elargimur. Contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium Tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die trigeſimo Nouembris. Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo.

Fœlix alienatio bonorum eccleſiæ quæ ipſius hoſtes à Galliæ florentiſſimis & locupletiſſimis prouinciis quas iam horrendus miles cinxerat alienauit. Non caruit proſperis ſucceſſibus hæc indulgentia qua adiuti Galli proceres ſacro bello neruus & robur additum eſt, ita vt breui tempore fuſis fugatiſq; Germanorum copiis optata victoria potitus ſit Chriſtianiſſimus Rex cuius regni incolis fidelibus videlicet & Catholicis proximo diplomate eximiam condonationem, hoc eſt, IVBILEVM largitur, εὐχαρισ[τ]ας ergò Apoſtolica ſedes. Cum verò plauſibili vultu mihi ipſi congratularer quod tandem poſt varios caſus poſt tot diſcrimina vltimam manum apponerem huic operi, oportunè contigit, vt à viro & probo & Docto Almæ Lugdunenſis Eccleſiæ Comitum Theſaurario adhortatus fuerim Sacri huius Iubilei memoriam non præterire, quin ea poſtremæ iſtæ locupletarentur paginæ ne tam ingens & multis ante ſæculis inaudita victoria tempore abſorberetur. Tam beneuolo monitori nõ fuit aſper calamus, eòque liberius, quod & Diploma è Roma miſſum & à Reuerendo Vicario Generalis acceptum apud me noctem integram hoſpitari paſſus ſit vt typis committeretur, & ſcholiolo, quantum per otium lucubrationis licuit commendaretur, ſic fuit vt inquit Thucyd. καιρὸν ἔχουσα χάρις beneficium in tempore datum.

In hoc autem iubileo primum pij patris & optimi paſtoris cura in familiæ & gregis ſollicita cura eniteſcit qui cumulatiſſimis gratiis hanc inſignem de hoſtibus eccleſiæ victoriam proſequutus eſt, publicis nimirum ſupplicationibus de more habitis propitium afflictis Galliæ rebus Deum propitium reddidit, hinc præſidio & commeatu data facultate aliquid ex bonis eccleſiaſticis alienandi, regno luctuoſiſſimè turbato non defuit.

Nec iniuria publicum hoc lætitia ſignum offert apoſtolica ſedes ob liberatum ab hæreticis

& perduellionibus Galliam ſummorum Pontificum aſylum quoties ipſi vertere ſolum Romanum ſæuientibus tyrannorum furiis cogebantur. Frigida ſpes nimium ſupererat Reipublicæ Chriſtianæ priſtinos recuperandi honoris diuini cultus, ſi voti compotes euaſiſſent ſectarij. Amiſiſſet Pontifex Romanus non ſolum Chriſtianiſſimum, ſed omnium nobiliſſimum regnum cuius reges eccleſiæ primogenio gaudent, quibus nudi vnquam Petri ſucceſſoribus obſequentiores extiterunt. Quis Romanã Sedem diligentiùs & audaciùs tutatus eſt ipſis Galliæ regibus? Quis ampliores theſauros, & vberiores prouincias Romanis pontificibus dedit, ipſis Francorum regibus? Ludouicus Caroli magni filius à Gallis Pius cognominatus Auguſtus Romanorum Imperator & Rex Chriſtianiſſimus nobiliſſimam illam donationem, & pactum authenticum quod eſt apud Gratianum 63. diſt. c. 30. eſtq; peruulgatum in annalibus regiis Romano Pontifici Paſchali fecit. Hanc regiam & æquiſſimam liberalitatem oppugnant hæretici omnes & hoc beneficio, hac gloria, hac laude ſpoliare velle videntur reges noſtros. Summi duo Galliæ reges & imperatores Romani, Carolus pater & Ludouicus filius, Statuimus (inquiunt) vt neque noſtris, neque filiorum, & Deo diſpenſante, ſucceſſorum noſtrorum, temporibus vllam penitus direptionem res eccleſiæ, vel iacturam patiantur, can. quia iuxtà. 16. q. 1. Nemo talium viuit qui non ſe decies oppetiturum mortem pro Chriſto iactitet, atqui, maius eſt, quàm pecuniam contemnere, proprij ſanguinis effuſio. Conquerentibus iſtis hirundinibus regiis & muribus Palatinis apud Philippum Auguſtum imminui regia iura, dum ſacerdotum iura in dies auctiora maioráque facit, pius princeps reſpondit, A Deo tot eſſe, iámque magna ſibi Franciæq; ſuæ conceſſa beneficia, vt neque templis, neque ſacerdotibus earum rerum quidquam denegare poſſit, quas non humana, ſed ope ſola diuina florentes & integras haberet. Neque verius, neque ſanctius aliquid reſponderi potuit: nequit enim fœlicitas eſſe, vbi non & pietas, nemo verò pius eſt, qui pietatem cauet.

Quod ſi tam grato & beneuolo affectu ſe geſſere Chriſtianiſſimi reges in pontificatus dignitatem viciſſim ſummi pontifices pium amorem & curam vigilem in ipſos teſtati ſunt, quos ſiquidem innumeris priuilegiis dotarunt, ampliſſimis & ferè diuinis nominibus exornarunt, iniurias eorum metuendo anathemate vlti ſunt, nec vnquam permiſerunt hæreticam luem eorum fulgidiſſima lilia, fœdare aut infuſcare quinimò nec ipſis pepercerunt ſi quando malè aut deſidioſè ſceptra tulerunt. Hinc pontificia in huius regni commodum charitate incenſus Zacharias anno Chriſti nati ſeptingenteſimo quinquageſimo tertio, Chilpericum longa maiorum ſerie legitimum Galliæ regem & poſſeſſorem, regno auito deſtituit, vltimum Francorum Saliorum generis, & in eius locum Pipinum Belgam ſubſtituit, cauſatus peccatum eſſe, hominem tantæ imparem poteſtati, inertem, & nihil agentem Reipublicæ gubernacula moderari, author Gelaſius, can. Alius. 15. q. 6. quod annalibus etiam noſtris proditum eſt. Hinc & Leo tertius, pontifex Romanus hac eadem fultus autoritate ſeptem & quadraginta poſt annis Carolum pariter Gallorum regem, Romæ creauit Imperatorem, imperium Latinis iam deſuetum (per trecentos enim & triginta annos deſitum fuerat imperari, poſt Auguſtuli mortem) Gallorum virtute Romani referens, & in occidentem, tantùm quia multos iam annos Longobardis eccleſiam, totámque Italiam diripientibus Imperatores Græci non reſiſterent. quod ratum omnes habuere, atque habent factum. Poſt Carolum Gallia centum annis imperium Romanum tenuit, quo tempore teſtatur Italica, Romanáque omnis hiſtoria Eccleſiæ Romanæ neque melius, neque fœlicius vnquam fuiſſe. Huius verò imperij à Gallis virtute tanta quæſitam maieſtatem & per annos centum defenſam, ſcripſit inter cæteros Egnatius Romanorum principum lib. 3. Neſcire ſe, maiore ne Gallorum dedecore & infamia, an eccleſiæ & Italiæ damno ad alios tranſlata ſit. Nam qui ſubſequuti ſunt annis multò plus quam ducentis, alij ferè omnes hoſtes ſeſe velut ex profeſſo geſſerunt infenſiſſimos eccleſiæ Romanæ, vi detruſis armata frequenter ipſis à ſede prima pontificibus, in quos hi viciſſim ſe ſuis telis armarunt, execrationibus, anathemate, diriſque cæteri neque raro depoſitione, interea tuti plerique ſolo Gallliæ perfugio, quò ſunt & migrare tandem compulſi ab vſurpatoribus imperij.

Illud perpetuæ religionis conſeruandæ ſtudium cordibus regum Chriſtianiſſimorum auito munere innatum cauſa fuit quod tandiu firmũ & inconcuſſum permanſerit imperium quod pontificiæ ſedi & venerandum extiterit quod nullis peregrinis poteſtatibus pollutum fuerit. Quid ergo dementes Germani illi ſpirabant, quid conabantur in regium culmen, qua audacia quo impetu auſi ſunt religionem, antiquum & vnicum fidei conſenſum in deplorabile ſchiſma commutare? Inſaniam profecto tantorum nebulonum mirari ſoleo, quod tantis ſumptibus

tanta itineris difficultate acciti pro Iunone niſi nubes amplexi ſint, vt de Ixione teſtatur fabula. Ergône ô Germani quotquot eſtis qui tanto ſtrepitu Galliam veſtris legibus moderandam voluiſtis, florentiſsimas huius regni prouincias in veſtros ſpecus & latebras commutare aut includere contendebatis. Sic à tot annis extructa ſunt vobis ſolis ampliſsima mœnia, magnificentiſsima templa, vt ſeditioſorum & latronum receptacula & impudentiſsima lupanaria fierent? O rem auditu & creditu horrendam! Sic homines vino potius quam armis dediti, non ſolum in optimi cuiuſque fortunas, ſed in totius etiam Galliæ perniciem erumpent. Ob id ſanctiſsimus & inuictiſsimus Clodoueus tanta pietate Gallicis hominibus fundamenta iecit religionis Chriſtianæ vt nunc exteri nepotes edoceant illius euerſionem & ruinam. Idcircò Childebertus Arrianis Chriſtianæ pietatis hoſtes tanto ſtudio è ſuis finibus exterminauit, vt hoc tempore Arrianis longè deteriores ipſis barbaris ferociores Saxones & Pomeranos aliquot Lutheranæ hæreſis clientes in vniuerſam Galliam impunè vndique perbaccharentur. Fruſtra impij tot copias imo tot greges duxiſtis aduerſus Gallicam virtutē, fruſtra tot aptaſtis equites, diſcuſsi ſunt veſtri conatus. Non trophæum quod ſperabatis, ſed ignominiam & exitium reportaſtis. Ridiculum vt temerarium facinus. Germani turbulentiſsimi militesadeo de victoria exultabant vt quemadmodum de Britannorum copiis in Romanos collectis apud Tacit. lib. 4. legimus, coniuges victoriæ teſtes ſecum traherent plauſtriſq; imponerent. Cum enim ſupra quinquaginta millia in acie ſtarent, ne ſtrepitum quidem & clamorem tanti exercitus nedum impetum Gallos qui numero multo inferiores, dexteritate & militari audacia potentiores erant, partim in caſtris regiis, partim ſub Lotharingis immortali laude dignis de tota Gallia bene meritis Principib. fore perlaturos exiſtimabant, ſed ita regia Prudentia & cunctatione factum eſt, vt ferus dictis populus factis imbecillem ſe oſtenderit. Victis ſiquidē præclaro pacto Heluetiorum primis ordinibus in quibus potiorem roboris partem Germani collocarant, cæteri perterriti ſupplici & querula voce veniam apud regiam clementiam deprecati, velut oues occiſionis miſeri, inermes, pallidi & inopia penè conſumpti terga dederunt. Tantam victoriam non ſine numinis diuini conſilio & ope eueniſſe credibile eſt. Irritus labor eſt Chriſto & eccleſiæ aduerſari Planè inſanire videntur qui falſa perſuaſione aut libertate religionis inflati res arduas periculo plenás aduerſus eccleſiam aggrediuntur. Omnis enim poteſtas, amplitudo, & fœlicitas, ad eos ſolos perueniunt, ad quos fauore numinis deſtinātur, prout videmus eos fruſtra magnos apparatus facere ſummóſque edere conatus qui Deum habent infenſum & ſuis cœptis renitentem ſicut verè ab Aegeſippo dictum, Nullius virtus ſtatutis cœleſtibus poteſt adferre impedimentum. Neque illi ſemper bello victores euadunt qui numero & viribus ſuperiores ſunt: ſed potentes ab infirmis debellari & magnas copias à parua manu deleri ſæpe contigit.

Potior & præſtātior victoriæ pars imò tota ſuppetiis cœleſtibus debetur, aſt mortaliū vnus eſt HENRICVS VALLESIVS *qui cunctando nobis rem reſtituit. Populus opinione potius quam æqua rationis exiſtimatione omnia librās prudentiſsimam regis moram & neceſſariam illam cunctationem temerè traducebat neſcius quod cor regis in manu domini. Nutabant res Galliæ, altiūs criſtas tollebant hoſtes, iam Methaphiſicam Prouinciarum Galliæ diuiſionem componebant. Aſt Rex vnus qui noctes inſomnes agit de belli exitu ſollicitus, non cædes, non truculentam aut Gothicam rabiem ſpirans violentiæ hoſtium nonnunquam cedendum eſſe accuratè intelligit; nec temerè cum iis gentibus confligendum, quæ impetu maximè valent ne ferociæ addantur vires quæ patientia & mora viliter vincūtur, ſicut præclare Iouius inquit, Indomitæ vires, quæ vel graui impetu ſine multo ſanguine detrimentoque perrumpi, nequeunt plerumque mora vtili & tuta cunctatione diffringuntur. Trophæa tantæ victoriæ paſsim variis doctorum hominum ſcriptis apud nos fulgent ex plurimis tamen felici poemate commendantur apud Erinophilum Illuſtriſs. & Ampliſsimi Domini* IACOBI D'APCHON *Copioſiore hiſtoriæ ambitu non opus eſt. Eluſit, vicit, fregit, regis Prudentia inſanos impetus Germanorum. A Domino factum eſt iſtud. Hinc immortales Deo gratias reddere tenemur; ad hoc nos inuitat Pontificis clementia hoc optatiſsimo Iubileo, cuius fructus conſequi ſperant ij omnes qui de celebri hac victoria lætantur.*

Portum attigimus. Hic fixa ſit vltima periodus operis auſpiciis Sixti V. Ampliora dum molimur, viuat, lectitetur, placeat & proſit piis omnibus hoc ingenij ſpecimen, quibus ſi illud placuiſſe cognouero tot vigilias inſumpſiſſe nunquam pœnitebit.

FINIS.

INDEX RERVM OMNIVM ET MATERIARVM QVÆ IN SINGVLIS DIPLOMATIBVS ET SCHOLIIS CONTINENTVR.

Per Petrum du Boys Tholoſ. digeſtus.

A

ABDIAS Apóſtolorum diſcipulus. folio 634
Abraham qua intentione emerit ſepulchrum. 22
Abraham ſumum pietatis exemplum 122. eius obedientia. ibid.
Abſolutio quæ liquidior exiſtimetur. 660
Abſtinentia maiorum noſtrorum quanta. 565
Academiæ quibus priuilegiis à Pontificibus illuſtrentur. 41
Academiarum rectoribus eligendis quid obſeruandum. 477
Actione perſonali quæ conſiſtunt nequeunt fieri per procuratorem. 545
Accuſatio quæ non ſit legitima. 660
Accuſatorum falſorum pœnæ 512
Adam cum omnibus beſtiis congreſſum qui dicant. 361
Adæ filij quantum ante diluuium aberrarint. 121
Adrianus V. vbi natus 26. eius mors ante conſecrationem. ibid.
Adrianus VI. 230. eius mors. 245
Aduocatorum abuſus in cauſis. 56
Aduocati patrocinium pauperibus præſtare tenentur. 56
Aduocatum cupiditate teneri quàm turpe. 56
Adulterij crimē veteri lege lapidari mandatum. 294
Ægrotis quæ incommoda veniant. 507
Æmilius Scaurus legatus quæſtui deditus. 496. capite multatus. ibid.
Æneæ Syluij poſtea Pij nomine ornati retractatio. 114
Æquinoctij verni certa ſedes. 775. eius commendatio. ibid.
Æquitatis cultus quis. 112
Ætas hæc hominum ingenioſiſſima ad nequitias excogitandas. 687
Ætas prima Philoſophis dicitur tabula raſa. 666
Ætas doctrinæ & prudentiæ index. 24
Aetiopiæ Regis pietas in ſedem Romanam 279
Affinitas ex fornicatione in primo vel ſecundo gradu. 543
Affinitas an concubitu impudico contrahi poſſit. 545
Agni Dei virtute miraculum factum noſtro tempore. 686
Agni Dei quo tempore benedicantur 683
Agnorum Dei confectio 684. eorum virtutes. ibid. item antiquitas. 685
Agnos Dei à Romano pontifice benedictos depingendi, aut vendendi prohibitio. 685
Agricolæ à foro excuſantur. 541
Agricolis nullus mortalium hodie infœlicior. 541
Agriculturæ artis priuilegia confirmata. 539
Agriculturæ operatio quantum neceſſaria, ex Platone. 540
Agrum malè colere olim cenſoria nota piaculare. 540
Alienationes Eccleſiæ non ſeruatis ſolennitatibus factæ annullantur. 1. & 416
Alcæi Poëtæ libido. 589
Aldebrandus Archiepiſcopatu Tholoſano donatur à Clemente VI. 60
Aleatorum pœnæ. 353
Alexander IIII. vbi mortuus. 14
Alexander V. pauperum amor. 75
Alexandro VI. non placuit commonitio crebrior de cogendo Concilio. 164
Alexandria Aegypti ciuitas 108. quibus ſubmiſſa. ibid.
Alienis calamitatibus compati pium. 74

Alienationem bonorum ſtatuta prohibentia in quos non confirmentur. 848
Alienis opibus qui inhient. 122
Amadæus Sabaudienſis Pontifex electus in Concilo Baſilienſi. 115
Ambaſſadores dicuntur legati 492
Ambitus rei anathematiſantur, & puniuntur. 381
Ambitus reorum pœnæ. 652
Ambulatio quæ fit iuxtà mare iucundiſſima. 524
Amadæus à Pontificatu abdicatur. 100
Anacharſis Scytæ reſponſio de periculo naufragantium. 524
Angelorum diuerſi ordinis. 117
Angliæ regina hæretica cum ſuis adhærentibus declaratur. 623
Angliæ priſci reges de Chriſtiana fide bene meriti. 625
Angliæ cædium & ſchiſmatum initium. 276
Animæ immortalitatem qui docuerint. 177
Animam rationalem mortalem aſſerere, hæreticum. 174
Animæ ſanctorum diuina viſione fruuntur. 90
Animæ quæ in cœlum recipiantur. 90
Animam immortalem eſſe probatur ex Script. 174.175.176
Animarum cura nil grauius neque excellentius in Eccleſia Dei. 486
Animarum maiorem rationem Pontifices reddent. 294
Animas Sanctorum nihil habere expurgabile. 54
Animalia quæ ſine furto vſurpari poſſint. 856
Annata cameræ Apoſtolicæ an debeatur. 268
Annata an ſoluenda ſit de penſione. 268
Annatæ an capi poſſint à Pontifice. 206
Annata quando ſoluatur. 131
circa Annatarum ſolutionem declaratio. 358
Annatarum taxa in beneficiis Germaniæ. 107
Annatarum ſoluendarum confirmatio. 157
Annatarum origo. 131
Annatas Cameræ Apoſtolicę debitas non ſoluentium pœnæ. 142.360
Annatas an monaſteria ſoluere teneatur. 130
Annæ Bolenæ libido. 301
Annæ Deiparæ virginis matris celebratio annua. 839
Antonius Zanza propter blaſphemias quibus pœnis damnatus. 358
S.Antonij de Padua feſti officium. 867
Antonij Pij Romani imperatoris in deſertores edictum. 487
Antichriſti omnes vocantur Hæretici. 240
Antichriſti aduentum prædicare vetitum 196.
Apum vnus rex. 113
in Appollinariſtas. 467
Apollo medicinæ inuentor. 506
Apoſtaſia triplex. 378
Apoſtaſiæ abuſus. 376
Apoſtaſiæ flagitium non effugiunt qui à voto profeſſo recedunt. 798
Apoſtatæ debent præſentare diſpenſationes iudicibus. 403
Apoſtatæ quibus pœnis afficiantur. 375
Apoſtatæ vt internoſcantur à cæteris. 400.
Apoſtatarum tranſmigrationes ad alium ordinem laxiorem non valent. 401
Apoſtatis à quibus non conceditur abſolutio. 436
Apoſtatarum cauſæ coram quibus introducantur. 402
in Apoſtatas Pauli III. pœnæ ſoluuntur. 402
in Apoſtatarũ fautores & receptatores.
Apoſtatæ omni iure fungendi officium exuti ſunt. 400
ab Apoſtatis excitata grauiſſimè ſcãdala. 401
Apoſtoli omni linguarum genere eruditi 49
Apoſtolorum primi qui ſecuti ſunt Chriſtum.
Apoſtolorum prædicatio. 185
Apoſtolos ſigno crucis ſe ſignaſſe memoratur. 634
Apoſtolica ſedes nunquam reperta eſt erraſſe. 113.
Apoſtolici legati munera non debent recipere. 132.497
Apoſtolicæ ſedis iura violantes excommunicantur. 277
Apoſtolicorum mandatorum inſtitutor quis. 197
Apophtegma eximium Clementis IIII. 124
Appellatio triplex. 649
Appellationes in cauſis criminalibus. 158
Appellationes tractandi materia. 158
Appella-

Appellationes in cauſis homicidij nullæ. 524
Appellationum cauſæ in criminalibus infra ſex menſes expediri debent. 649
Appellationum prætextu delicta impunita remanere. 158.
in Appellantes à Papa ad futurum Concilium. 884
Appellantes à ſententiis Papæ ad concilium excommunicantur. 160
Appellandum non eſt ante diffinitiuam ſententiam. 877
Approbationes quorundam patrum circa fidei articulos. 98
Apulei Magia. 144
Arabum hæreſis animam eſſe mortalem aſſerentium. 155
Arbor arida Pariſiis floruit tempore cædis Hugonatarum. 842
Arbores quantis rebus ſeruiant, pro confuſione hominis. 121
Archemonis Licurgi filius 562. à dracone interfectus. ibid.
Archibuſetos breuiores menſura duorum palmorum vendendi prohibitio. 440
Archiepiſcopi ad officia ſuorum ordinum aſſumi non poſſunt. 392
Aries dux gregis aggregarius. 272
Arma in vniuerſitatibus portantes non toleranda. 51
Armorum genus illicitum. 441
Armorum primus vſus. 441
Armorum varia inſtrumenta. 442
Armorum delatio ad partes infidelium, caſus Papalis. 13
Arrij hæreſis. 113
Arrianorum bibliothecæ combuſtæ. 167
Artaxerxes ſuorum legatorum necem Romanorum nece vltus. 494
Artaxerxes centum & quindecim ſuſcepit liberos. 333
Aſylum quid. 831
Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus à Concilio depoſitus à Papa reſtitutus. 121
Athletæ in paleſtra nudis vnctiſque corporibus luctabantur. 27
Auaritia radix omnium malorum. 609
Auguſta imperatoris vxor legibus ſoluta non eſt. 890
Auguſti Cæſari imperij fœlicitas. 117
Auguſtales ludi à Tyberio inſtituti. 56
Attalius Galatinus quanti paupertatem fecerit. 655
uguſtinus de ciuitate Dei & Lactantius primò excuſi. 184
Auguſtini retractationes in ſua volumina. 113
Auinionem vrbem Clemens ſextus Pontificiæ ſedi acquiſiuit. 58
Aurum ab Aſſyriis à templo ablatum. 75
Aurum Eccleſiæ quibus vſibus impendatur. 75
Auri fames quot mali cauſas attulerit. 653
Auro quæ loca magis abundent. 151
Auro iuſtitia iugulatur. 132
Auſteritas quorundam in victu. 565

B.

BANNITVS ab vna ciuitate regni videtur bannitus ab omnibus ciuitatibus. 531
Bannitus quo in loco manere poſſit. 232
Banniti vbi latent, locorum communitates ad emendationem damni obligantur. 533
Banniti è territoriis expellantur ad quos confugiunt. 253
in Bannitorum excidium plebs ad arma irrumpere debet. 739
in Bannitos variæ Pontificum conſtitutiones. 738
Bannitis fauentes quibus pœnis plectantur. 209
cum Bannitis verſantium abſolutio. 836
in Bannitos illorumque receptatores. 524
de Bannitis recipiendis & non conſignãdis priuilegia reuocantur. 852
Baptiſtæ Mantuani laus de Iulio II. 173
Baſilienſis concilij infirmatio. 100
Baptiſterij Lateranenſis commendatio. 621
Baptiſare an quiſquam poſſit per procuratorem. 545
Barattariorum pœnæ. 353
Bellum quod ſanctiſſimum dicatur. 673
Belli contra Turcas indictio. 127
Belli ſacri author. 17
in Bello gerendo Vicarij dari non ſolent. 486
Bella vnde introducta ſint. 122
S.Benedictus Papa. 118
Benedictus XII. 54. quando mortuus. 57.
Benedictus XI. veneno conſumptus. 45
Benedicti XIII. pertinacia 72. pſeudopontifex declaratur. ibid.
Beneficium nemo impetrare poteſt antequàm ſit certus de morte. 339
Beneficium qui vocare ſinunt quibuſteneantur. 155

 Ben.

Beneficium per obitum viuentium non impetrandum. 873
Beneficium dignius non poteſt vniri minus digno. 560
Beneficij curam aliquam per diocœſim habentium inſtitutio ad quos pertineat. 556
Beneficij fructus non percipiunt qui ante literarum expeditionem ſe ad poſſeſſionem intrudunt. 352
Beneficia ſummo Pontifici reſeruata. 106
Beneficia quibus conferantur. 191
in Beneficia Eccleſiaſtica in confidentiã retinentes. 474
Beneficia quæ ad Cardinalium electionẽ pertinent. 266
Beneficia conſiſtorialia impetrantes, quæ ſeruare debeant. 244
ad Beneficia promoti cuius conditionis eſſe debeant. 609. abuſus qui inde comitantur. 610. 611
Beneficia quæ annatam ſoluere debeant, 131
Beneficia Eccleſiaſtica qui habere non poſſint. 264
Beneficia ab aliis ſedi Apoſtolicæ reſeruata. 129
Beneficia ab aliis per annum poſſeſſa impetrantes quid exprimere debeãt. 339
Beneficia reſeruata quomodocunque vocent, affecta remanent. 230
Beneficia per contractum matrimonij vacantia. 880
Beneficia Eccleſiaſtica quo iure inſtituta 411
Beneficia tanquam certo modo vacantia impetrantes, quid obſeruare debeant. 338
Beneficiatorum hæredum actio pro exigendis fructibus. 342
Beneficia vacantia ob non ſeruatam formam publicationis impetrandi modus. 776
Beneficia vacantia à quibus cõferantur. 108
Beneficia Eccleſiaſtica idoneis perſonis conferri debent. 380
Beneficia iure hæreditario & ſanguinis concedi non debent. 265
Beneficia litteris Apoſtolicis, carentia irrita. 352
Beneficia reſignandi libertates reuocantur. 148
Beneficia quæ ſummo Pontifici reſeruentur. 739. 740. 741
Beneficiorum reſignationes quæ fraudes fieri ſoleant. 147
Beneficiorum priuationes non ſoluentibus annatas. 142
Beneficiorum A.S. reſeruatorum quomodo fructus reſeruentur. 425
Beneficiorum collationes gratis expendendæ. 629
Beneficiorum doloſę collationes quantũ prohibeantur. 474. quantam cladem eccleſiæ attulerint. 475
Beneficiorum fraudulenta perpetuàtio. 606
Beneficiorum vnionis conſiderationes. 560
Beneficiorum collectorum & abcollectorum ſedi apoſtolicæ reſeruatio. 870
Beneficiorum vnionis cauſa quæ ſit. 559
Beneficiorum tranſlationibus qui abſtinere debeant. 406
Beneficiorum litigioſorum fructus ſequeſtrari debeant. 573
Beneficiorum per prædeceſſores reſeruatorum ſedi apoſtolicæ reſeruatio. 871
Beneficiorum in Eccleſiis Sancti Petri, & S. Ioannis Lateranenſis reſeruatio ſedi Apoſt. 871
Beneficiorum in curia vacantium collatio. 267
Beneficiorum fructus tempore obitus beneficiatorum ad quos ſpectent. 341
de Beneficiis prouiſi quam formam profeſſionis fidei & iuramenti ſeruare debeant. 481
Beneficiorum valor in impetrationibus exprimendus. 880
Beneficiorum permutationes doloſę prohibentur. 500
Beneficiorum valor an exprimendus ſit propter annatam. 206
Beneficiorum confidentialium cauſæ ad Pontificem euocantur. 680
Beneficiorum annatę. 204
Beneficiorum pluralitas an licita ſit. 24
in Beneficiorum impetrationibus forma de cætero ſeruanda. 340
in Beneficiorum collatione Papa ſex menſes habet ſibi reſeruatos. 107
Beneficiorum nominationes in concilio Baſilienſi 404
Beneficiorũ diſpenſationes vſurpantes quibus pœnis multentur. 277
Beneficiorum reſignandorum forma & modus. 146

Beneficiorum vacantium in menſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis collationes. 719
in Beneficiorum impet[illegible]nibus expreſſio qualitatum. 880
In Beneficiorum reſignationibus conſenſus præſtandi. 278
pro Beneficiorum prouiſione nihil recipi debet. 66
Beneficiorum reſeruatio generalis. 427
Beneficiorum vacantium collatio menſibus ordinariorum enumeratis. 107
Beneficiorum quæ collationes Pontifici reſeruentur. 423
in Beneficiis Germaniæ annatarum taxa. 107
in Beneficiis reſeruatis nullum ius acquiritur, niſi à Sede Apoſtolica conferantur. 866
in Beneficiis vacantibus clauſulæ ponendæ. 880
Beneficiis adminiſtrandis vicarij ceſſant. 486
Beneficiis impetrandis qui ſeipſos pro aliis apponunt qua pœna digni. 380
Beneficialium diſpoſitionum annullatio. 739
in Beneficialibus quæ valeant. 199
Beneficiatus quis non cenſeatur relinquere ſpolia. 557
Beneficiariis morientibus ſit pleniſſima libertas teſtandi. 557
Beneficiatorum ſucceſſores fructus percipere poſſunt. 344
Berachot liber Iudæorum Thalmudi doctrinam continens. 390
s. Bernardinus à Pio II. canonizatus. 112
Bernardini Senenſis vita apud Surium. 123
Bezæ impudentiſſima verba in B. Mariam Virginem. 375
s. Bernardus monachorum pater 118. eius ſententia de primata Eccleſiæ. 118
Birretum viride quibus deferendum. 427
Bibliotheca Vaticana. 139
Bizantini Imperij excidium. 99
Blaſphemus incorrigibilis grauiter puniendus. 358
Blaſphemi pœna mortis puniti. 358
Blaſphemi an poſſint à Rege abſolui. 358
Blaſphemiæ etymologia græcorum ſententia. 355. eius definitio. ibid.
Blaſphemiæ peccatum cur irremiſſibile. 353
Blaſphemiæ miſeriarum & cladium cauſæ. 353
Blaſphemiam audientes olim obturabãt aures. 358
in Blaſphemos decretum Leonis X. 356
Blaſphemias in Deum qui cudant. 129
Blaſphematorum pœnæ. 357. 509
Blaſphemiæ pœna iure diuino erat mortis. 354
Blaſphemiæ genera quæ ſint. 353
Blaſphemant[illegible] admonentibus indulgentiæ. 752
Blaſphemãtium p[illegible] iure ciuili capitalis. 356
Bombardę, inuentum quibus debeamus. 442
Bohemorum crudelitates [illegible] magiſtrorũ interitum. 87
Bona Eccleſiaſticorum malè acquiſita pertinent ad S.R.Eccleſiam. 413
Bona Eccleſiæ ſunt patrimoniũ Chriſti. 62
Bona Eccleſiaſtica empta de reditibus. 555
Bona Eccleſiæ occupantes quàm damnoſi. 62
Bona ſtabilia in forenſes & exteros non debent alienari. 847
Bona Eccleſiaſtici ſtatus diripientes excommunicantur. 837
Bonorum Eccleſiæ detentores anathemati ſubiiciuntur. 73
Bonorum male alienatorum detentores ad reſtitutionem compelluntur. 416
Bonorum Eccleſiaſticorum alienationes abſque ſedis Apoſtolicæ licentia prohibentur. 847
Bonorum Eccleſię occupatores cogũtur infra duos menſes recedere à poſſeſſione. 59
Bonorum mediocritas quàm delectabilis. 654
Bononienſis Eccleſiæ in Metropolim & Archiepiſcopatum erectio. 757
s Bonifacius Papa. 118
Bonifacius VIII. 41
Bonifacius IX. 70. vbi mortuus. 72
Bononia qua laude commendata. 757. eius academiæ. 758
Bononiam quis priuilegiis illuſtrauit 757
Boues aratores in tutela fidei recipi ex conſt. Alex. III. 54
Breuiario duo præcipuè continentur 774
Brigæ fautores quibus pœnis plectantur. 249

Brigoſorum pœnæ. 527
Brigoſos pœna mortis plecti, ex Platone dial. 11. de legib. 251
Beſtias ad publica certamina introducendi mos à Romanis. 565

C

CADAVERUM ſuper terram depoſitorum amotio. 509
Cæſarum deteſtanda libido. 588
Cœleſtinus V. renunciat Pontificatui. 35. 36. 37
Cœleſtini auſteritas in eremo. 46
Cain homicidij reus quibus furiis deuexatus. 534
Calamitati alienæ calamitatem addere iniquiſſimum. 520
Calendarij nuper reſtituti approbatio, veteriſque abolitio. 774
Calixtus III. qualis fuerit. 109
Calixtus III. quot pecunias Chriſtianis in Mahumetem contribuit. 111
Callias legatus auaritia plenus. 496. capite multatus. ibid.
Caluinus Mariæ Virginis detractor. 375
Cambium quid ſit. 656
Cambiorum illicitorum declaratio & prohibitio. 656
Cameræ Apoſtolicæ egeſtas quo tempore erat. 364
Cancellaria Apoſtolica quo tempore initium ſumpſerit. 870
Cancellariæ regulæ producendæ. 875
Cancellariæ Apoſtolicæ ordinationes, & conſtitutiones. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. vſque ad 888.
Canonum metus qualis nobis eſſe debeat. 122
Canes muti non valentes latrare qui dicantur. 225
Canonicorum regularium D. Auguſtini & monachorum S. Benedicti litigium, 454
Capitolini ludi in honorem Deorum. 562
Captiuorum ærumnis pietas Chriſtiana debet auxiliari. 803. 804. 805
Capuccini non debent recipere fratres de Obſeruantia abſque licentia prælatorum. 310
Capuccini patres collapſam B. Franciſci regulam reſtituerunt. 272
Capuccinorum fratrum cõgregatio. 270
Capuccinorum laus. 272
Capuccinorum quis primus inſtitutor. 272. eorum fama. 273
Cardinalis Conſtantienſis legati Iuriſdictio. 488. idem poteſtas. 489
Cardinalis quibus ceremoniis inſtitui debet. 95
Cardinalatus origo. 94
Cardinales ſunt præcipuæ Catholicæ Eccleſiæ columnæ. 207
Cardinales quæ beneficia conferre poſſint. 266
in Cardinales offendentes. 180.
Cardinales quando abſunt procuratoris aſſenſus requiritur. 268
Cardinales quatuor pro bello contra Turcas deputati. 256
in Cardinales manus iniicientium punitio. 885
Cardinales ſimoniacæ electionis participes ſuſpenduntur ab honoribus & beneficiis. 156
Cardinalium antiquum precium. 95
Cardinales in Diaconatus ordine conſtituti ad eligendum non habent vocem. 449
Cardinales conclaue ingredi debent poſt 10. dies ab obitu Pontificis. 446
Cardinales viſitatores locorum conclauis. 447
Cardinales virtutes apud Theologos. 94
Cardinalibus in conclaui congregatis qui famulari debeant. 448
Cardinales mortuo Papa conclaue egredi quis primus voluit. 24
Cardinales offendentium pœnæ. 616
Cardinalium immunitas aduerſus quoſcunque. 618
Cardinalium leges pro eligendo ſummo Pont. 24
Cardinalium abſentia nec repugnare nec obeſſe debet.
Cardinalium domos inuadentium pœnæ. 207
Cardinalium lites ſummi Pontificis deciſioni reſeruantur. 394
Cardinalium creatio. 92
Cardinaliũ poteſtas ad quæ extendatur ſede vacante. 446
Cardinalium priuilegia in conferendis beneficiis. 267
Cardinalium priuilegium. 883
Cardinalium cauſæ vbi tractari debeant. 194
Cardinalium diuerſum officium. 94
Cardinalium numerus qualis eſſe debeat. 104
Confeſſio quæ præſtantiſſima ſit. 484
Cardinalium diſcordiæ poſt mortem Clementis IIII. 450
Cardinalibus legatis vices ſuas committit ſummus Pontifex. 488
Cardinalatus antiquitas. 94
Cardinalatu qui ſint indigni. 93
Cardines Eccleſiæ Cardinales nuncupantur. 94
Carmelitarum habitus. 31
Caroli V. Imperatoris mors. 396
Carneadis eloquentia quantum commendetur. 493
Carpocratis error in diuinitatem. 371
Carthuſienſium religio mutari permitti tur. 189
Caſus quidam reſeruati à quibus nullus ſine Papæ licentia poteſt abſoluere. 136
Catalanus Bucil primus præco Euangelij in orbe nouo. 151
s. Catharina Senenſis Chriſtum in viſione contemplata eſt. 124. eius deuotio in B. Virginem. ibid.
Catharinę Senẽſis doctrina 124. eius abſtinentia, ibid. fortitudo in tentationes & dæmonem. 125. item mors & miracula. 126
D. Catharina Senenſis à Pio II. canoniſata. 112
s. Catharinæ Senenſis ſanctitas. 123. ibid.
Catharinæ Medicææ matrimonium. 275
Cathedralium Eccleſiarum & monaſteriorum reſeruatio. 870
Catholica fide deuiantium pœnæ. 386
Cato ex accuſatione gloriatus. 66
Cauſæ beneficiales in prima inſtantia coram ordinariis locorum decidendæ. 702
Cauſæ ad forum Eccleſiæ ſpectantis qui cognitionem habere debeant. 179
Cauſidici antequã cauſam proponãt qui bus communicare teneantur. 57
Cauſidici quantum veritatem ſectari debeant. 57
Cedẽtes bonis infortuniis preſſi beneficio legis potiri poſſunt. 637
Cenſus quid ſit. 597
Cenſus pretium ſimul conſtitutum nec augeri, nec minui debet. 597
Cenſus ab initio repeti non poteſt. 596
Cenſus contrahendi forma. 595
Cenſus dominus præfertur in re cenſuali vendenda. 596
Cenſum agendi antiquæ ceremoniæ. 597
Cenſuræ Eccleſiaſticæ contra quos fiant. 679
Cereales ludi. 562
ad Ceſſionem bonorum qui non admittantur. 638
Charitatis mirabiles effectus. 411
Charitas erga inferiores. 122
Chriſtus primus Eccleſiæ paſtor. 117
Chriſti admirabilia opera. 122. eius mors, reſurrectio & beneficia in genus humanum. ibid.
Chriſtianæ religionis exaltatio. 150
Chriſtiani noui qui nuncupabantur. 281
Chriſtiana reſpublica quo in ſtatu conſtituta. 328
Chriſtianorum verorum quanta paucitas. 121
s. Chriſtina deplorabat totum ferè genus humanum corporis pollutione corrumpi. 589
Chryſoſtomus quãtis encomiis B. Mariæ Liturgiam illuſtret. 875
Chriſtophorus Columbus primus nouũ orbem ſalutauit. 150
Cicero vſum abbreuiandi literas inuenit. 184
Circenſes ludi. 562
Ciſtercienſis inſtitutionis hiſtoria. 817. 818. 819
Ciſtercienſis ordinis reformatio & ampliatio priuilegiorum. 810. 811. 816. 817
Ciuitates rege carentes Capiti tamen ſubiici. 117
Clarenorum congregatio quando inſtituta. 270
ad Clauſtra Monialium ingreſſus prohibetur. 271
Clauſtra monialibus in tribus cauſis egredi licet. 622
Clemens IIII. 22
Clementis IIII. mors & ſepultura. 24
Clemens V. 45
Clemens V. vbi mortuus. 50
Clementis VI. cõſtitutio in milites S. Lazari. 23
Clemens VI. 58. à latronib. ſpoliatur. 60. Pontificatum adipiſcitur. ibid.
Clemens VII. 246
Clemens VII. colloquium cum Rege Gallorum. 274. eius ſententia pro matrimonio Henr. VIII. 276
Clementis VII. mors. 279
Clementis IIII. Apophtegma in beneficiorum pluralitatem. 24
Clemens Antipapa 71. eius mors. 72
Clericus ſuam profeſſionem & habitu, & inceſſu

bet. 501
Clericus tenetur præſtare cautionem de ſoluendo cùm ad pinguiorem fortunam venerit. 428
Clericus hæreticus pertinax degradatur. 12
Clericus in ſacris conſtitutus non poteſt à ſeculari Iudice puniri. 12
Clerici ſuperiorum mandatis parere debent. 66
Clerici concubinarij priuantur officio. 109
Clerici ſine poſſeſſione ordinari non debent. 595
Clerici à Iuriſdictione laicali exempti. 91
Clerici quo titulo promoueri debeant ad beneficium. 594
Clerici ad ſtudia ſe conferre valent abſq; licentia Prælatorum. 471
Clerici comam nutrire ſub pœna anathematis non debent. 5.1
Clericorum propter officium nihil exigi licet. 22
Clericorum male parta bona quomodo dilabantur. 412
Clericorum nefandi criminis reorum pœnæ. 587
Clericorum filij natalibus poſſunt reſtitui à Comite Palatino. 450
Clericorum promotio ad ſacros ordines 595
Clericorum bona qui occupat fur & ſacrilegus eſt. 555
Clericis quibus ſpectaculis intereſſe prohibeatur. 561
Clericis negotiatio prohibetur. 556
Coadiutoriarum regreſſuum & acceſſuũ reuocatio 645. item abuſus. ibid.
Cœnæ Domini bulla. 121
Cognatio ſpiritualis vnde ſuos ortus habeat. 545
Cognationis ſpiritualis radix. 545
Cognationis ſpiritualis conſiderationes 544.543
circa Cognationis ſpiritualis impedimenta tres declarationes Concilij Trident. 432
Collationes beneficiorum contra formã concordatorum adulterinæ. 278
Collationum ratihabitio ac prouiſionũ quibus mandetur. 103
Collatoris ordinarij munus. 101
Collatorum inobedientium pœnæ. 719
Collegij in Anglia erectio eiuſque priuilegia. 777
Collegij Græci in vrbe erectio. 712
Collegij Germanici eiuſque ſcholarium exemptiones. 712
Collegij Germanici erectio. 711. quibus priuilegiis donetur. 713
Collegiorum ſocietatis Ieſu cathalogus 782.783.784.785
Colloquia & confabulationes in Eccleſiis prohibentur. 510
Cometa ingens nuntius mortis Vrbani IIII.
Cometa mortem Clementis VI. denotans. 61
Comitis nomen qui habeant. 576
Comites diuerſi in iure. 576
Comitum Palatinorum priuilegium in legitimandis illegitimis.
Comitum Palatinorum reuocatio facultatis concedendi Doctoratum. 575
Comitum Archiatrorum munus. 57
Commendæ vnde originem duxere. 830. 831.832
Commiſſiones cauſarum niſi literis expeditis non valent. 875
Communio quibus deneganda. 675
de Conceptione B. Virginis Mariæ diſputatio publicis concionibus prohibetur. 639
Concilium Baſilienſe Lauſannam perductum. 100
Concilium Lugdunenſe primum. 108
Concilium vniuerſale decenniis ſingulis celebrari quis decreuit. 66
Concilium Tridentinum à ciuitate Boniæ ad Tridentinam reuocatum. 348
Concilium Oecumenicum in hæreſes. 323
Concilium à nullo debet indici quàm à ſummo Pont. 170
Concilium Tridentinum quis primus indixit. 458
Concilium an ſit ſupra papam. 118. in Conſtantienſe. ibid.
Concilium conſtantienſe in hæreticos. 746
Concilium generale quibus in locis primum celebratum. 320
Concilium quando plenum non ſit. 118
Concilium Lugdunenſe. 24.25
Concilij Tridentini indictio & proſecutio. 418
Concilij Tridentini ceremoniæ. 460
Concilij Tridentini indictio. 315. eiuſdem ſuſpenſio. 319
Concilij generalis Lateranenſis Bulla indictionis. 162

Concilij declaratio Pontifici reſeruata. 445
Concilij Lateranenſis indictio. 281
Concilij Tridentini confirmatio. 457
Concilij Tridentini proſequutio ſub Pio IIII. 458
Concilij Baſilienſis infirmatio. 100
Concilio celebrando quæ ciuitas eligi debeat. 165
Concilia quo honore in Pontificés ſummos vtantur. 202
Concilia quatuor cauſis legitima. 167
Conciliorum celebrandorum cauſæ. 97
Conciliabuli protectores anathemate percuſſi. 166
Concionatores quam modeſtè loqui debeant. 311
Concionatores falſas propoſitiones in concionibus proponentes inquiſitioni ſubiiciuntur. 311
Conclaue clauſum ingredientium pœnæ. 448
Conclaue egredientibus ingreſſus fores iterùm non patent. 449.
Conclauis in electione Romani Pontificis introitus. 445
Conclauis cellæ ſorte diſtributæ. 447
Conclauis vicinia periculoſa electioni. 447
Conclauis vſus in creatione Rom. Pont. cur inuentus. 450
Conclauis cuſtodes quid iurare debeant. 449
Conclaui quæ perſonæ immorari poſſint. 448
Conclauis cura penes quos eſſe debeat. 447
Conclauiſtarum probatio. 448
Concordata Galliæ quam vtilitatem reſpiciant. 588
Cõcubitus præpoſterus quã barbarus. 589
Concubinarij à perceptione fructuum ſuſpenſi. 195
Concubinariorum clericorum pœnæ. 108.509
Cõcubinatu ſacerdotes abſtinere debeant. 195
de Concurrentibus in data. 873
Confalonis confraternitatis laus & defenſio. 806.807.808.809
Confeſſiones audiendi facultates quibus concedantur. 645
Confeſſores quales eſſe debeant. 645
Confeſſoribus qui fidem habere teneantur. 385
Confidentiæ criminis rei quibus pœnis afficiantur. 608
Confidentiæ abuſus. 607
in Confidentiam beneficia retinentium pœnę. 606
in Confidentiarum cauſis Iudices remiſſiores. 606
Confirmationis vera definitio ex Soto. 545
Confraternitas doctrinæ Chriſtianæ. 667
Confraternitatis nominis Dei, & iuramentorum indulgentiæ. 751
Confraternitatis apud ord. Prædicatorum fratres erectio. 752
Confraternitatis B. Mariæ Confalonus facultates. 803
Confraternitatũ in pietate exercitationes 755.
Confraternitates quæ præcedere debeant aliis. 751
pro Confratribus ſocietatum doctrinæ Chriſtianæ indulgentiæ. 688
de Coniuge vno quod prohibitum eſt de altero prohibitum eſſe videtur. 543
Coniugatæ mulieres inhoneſtæ cautionem de non offendendo à maritis petere nequeunt. 335
ad Coniugium & prolem quantum ſuos excitabant Romani. 333
Coniugium ſpirituale inter eccleſiam & Pontificem. 782
Conſcientia grauis morſibus lacerat impios. 535
Conſcientia de quibus interroganda. 112
ex Cõſenſuum annotationis retardatione quæ fraudes oriantur. 528
Conſtantinus Imp. mundatus à lepra. 65
Conſtantinus Imp. Lateranenſem eccleſiam conſtruxit. 65
Conſtantinopolis quo tempore capta. 99
Conſtitutio irreuocabilis in aliam formam torqueri non poteſt. 571
Conſtitutiones nouæ vim non niſi poſt certum tempus obtinent. 472
Conſtitutiones nouę nouis fraudibus eluduntur. 960
Contemplatiuam vitam qui ſecuti ſint. 272
Contumaces qui declarentur. 211
Contractus fœneratitij qui iudicentur. 596
Conuerſi ad fidem ad honores habilitantur. 285
Conuertentes ſe ad fidem intra terminum abſoluuntur. 284
Cornelia Grachorum mater quanti paupertatem fecerit. 655

Corporis Chriſti feſtum reuelatione datum. 17 quo tempore inſtitutum. ibid.
Corporis Chriſti aſſertio veriſſima. 96
Coſmus Medices erector inſtitutionis Militiæ S.Stephani. 429
Coſmus à Medicis eiuſq; ſucceſſores quibus titulis honorentur. 614
Coſmus à Medices laudatus à religione & iuſtitię cultu. 614
Crudelitatis noſtri tẽporis exempla. 303
Crucis verbum prędicandum aduerſus hoſtes. 109
Cruciatam id eſt bellum ſacrum Calixtus III. indixit. 109
Creator ab homine abundè collaudari non poteſt. 211
Creatura magis ingrata in Creatorem quę ſit. 121
Creata omnia Deum laudare. 121
Creditores noſtri temporis quantum crudeles in ruſticos. 541
Creditores miſerabiles cæteris aliis creditoribus præferuntur vſque ad ſummam 60. ſcutorum. 676
in Creditorũ pauperum fauorem lata cõſtitutio. 676
in Criminalibus appellatio admittenda eſt. 158
Crux contra hæreticos. 110
Crux aurea in medio oſtij Cœleſtini Petri viſa. 48
Crux tempore Conſtantini conſpecta in cœlo. 635
Crucis ſignum quàm auguſtum & efficax. 634.635.636
Crucis ſigni vſus quatuor de cauſis Chriſtianis frequentatus. 635
Crucis ſigni virtus. 634.635.636.& miracula. ibid.
Crucis vexillum in Mahumetanos. 111
Crucis ſignum in cœlo in die Iudicij. 154
Crucis ſignatorum inſtitutionis priuilegia. 633
Cupiditas quantum in Eccleſiaſticis deteſtetur. 66
Cupiditas malorum omnium effectrix iura omnia & ſtatuta euertere ſolet. 598
Cubiculariorum & Curſorum ſedi Apoſtolicæ reſeruatio. 870
Cyclus ſolaris ad quid accommodatus. 776
Cyclus Epactarum ſubſtituitur in Kal. loco aurei numeri. 775
Cygni mortem præuidentes. 271. iis qui comparentur. 271
Cyneas perfectus orator. 493
Cyprianus martyr propugnaculũ Reip. Chriſtianæ. 217
Cyprum inſulam quo tempore Turca inuaſerit. 626

D

Dæmon author vitij contra naturam. 587
Dæmones ſeptem cauſis probabiliter coniecturant futura contingentia. 140
Dæmones triplici acumine ſcire vrgent.
Dæmonum incantationibus dediti quibus pœnis ſubiici debeant. 143
Dæmonum impoſturas euitare monemur. 144
à Dæmonibus reſpõſa expectare hæreticum. 140
S. Damaſus Papa confeſſor. 118
Datarij officium extincto Pontifice ceſſat. 447
Dauidis legatis contumelia illata 494
Deambulatio in templo quo tempore prohibita. 104
Debitores quando birretum viride geſtare debeant. 458
Decimæ impoſitio ſuper emolumentis Romanæ Curiæ contra Turcas. 127
Decimarum ſex impoſitio ſuper fructibus Italiæ. 626
Decimarum & aliarũ impoſitionum reuocatio. 881
Decimas impoſitas non ſoluentium pœnæ. 628
Decoctores cum banniti ſunt licitè poſſunt occidi. 639
in Decoctores fraudulentos & doloſos. 637
Decoctorum pœnæ graues ex lege XII. tabul. 639
Delicatus quis exiſtimetur. 273
Demoſthenis eloquentia quanta. 493
Deſertor quis dicatur. 487
Deuotio fidelium qua re tepeſcat. 264
Deus quibus laboribus occupetur iuxta falſos Rabbinos. 390
Deus ab omnibus rebus creatis laudatur. 121. excepto homine. ibid.
Deus quomodo diligendus & honorandus. 122
Deus quid agebat ante mundum conditum, ex falſa doctrina Iudæorum. 390
Deus ſolus bonus. 112
Deus trinus & vnus. 96

Dei indignati vtilius remedium. 410
Dei benignitas quanta ſit. 122
Deum peccatis obnoxium qui faciant. 390
Dei iuſtitia quæ ſit. 861
Diabolus ne otioſus nos reperiat quid agendum. 47
Diaboli & Lutheri mutua familiaritas. 216
Diaboli vti poteſtate lethale crimen. 40
Diaconi ſeptem Cardinales in Eccleſia. 94
Dictatoris officium quale erat. 117
Dies artificiales in duodecim æquales partes diuiſus. 649
Dies feſti qua ſanctitate colendi. 511
Diffamati publicè de crimine hæreſis. 286
Dignitates ſitire quam periculoſum. 653
Dignitatum reſeruatio ſedi Apoſtolicæ 871
in Dignitates & officia Iuriſdictionum pretio ambientes. 650
Diſcalciatis ad quem ordinem tranſire liceat. 775
Diſcalciati fratres apud Hiſpanos qui dicantur. 764.762
Diſcalciatorum nomen vnde. 771.776
Diſcalciatarum monialium regulã Ord. de monte Carmelo ſeruantium, inſtitutio. 770
Diſcipulus ſupra magiſtum non eſt. 115
Diſcipulus talis qualis magiſter. 115
Diſcordia omnium malorum radix. 328
Diſpenſatio in gradibus affinitatis parcius dari debet. 395
Diſpenſationes in gradibus prohibitis non conceſſa. 254
Diſpenſationes de non reſidendo in fauorem ſtudij quando valeant. 479
Diſpoſitiones circa beneficia Eccleſiaſtica. 97
Diſpenſationum impetrationibus quid exponendum. 500
Diuina beneficia eloquia humana vincunt 121
Diuina prouidentia nullis præſcribitur limitibus. 431
Diuinorum eloquiorum expoſitio quam ſit congrua. 49
Diuites qui beatos eſſe putant quantum fallantur. 654
Diuites in ſacra Script. reiecti. 654
Diuites quàm miſerè animam efflarint hiſtoriis comprobatur. 654
Diuitiæ quantopere mentem perturbent. 653.
Diuitiæ quot malorum genera ſecum trahant. 654
Diuitiæ virtutis quæ ſint. 655
Diuiſio quantum noceat Eccleſiæ. 100
Doctores antequam doctrinam profiteantur Catholicæ fidei profeſſionem facere tenentur 477
Doctorum priuilegiis carent qui creantur à Comitibus Palatinis. 575
Doctorum & aliorum cuiuſcunque artis profeſſorum promotio. 476
Doctrina hæreticorum noſtri temporis 30. annorum curriculo propagata. 409
Doctrinæ commendatio quibus neceſſaria. 381
Doctrinæ Chriſtianæ confraternitatum erectio 667
D. Dominicus diuino numine edoctus Roſarium inſtituit. 611
D. Dominici ordinis Prædicatorum vita. 585
D. Dominici aſſeclæ quid commodi attulerint. 272
Dogmata impia qui efferant. 122
Donationes propter nuptias quæ ſint. 553
Dos quid ſit. 553
Dos à donatione propter nuptias diſcriminatur. 553
Dos pro modo facultatum conſtituenda. 554
Dos ampla efficit vt viris dominetur mulieres. ibid.
Dotis conferendæ quæ ſit habenda ratio. 554
Dotis diuiſio in profectitiam & aduentitiam. 552
Dotem opimam eſſe quæ centum aureos non excederet, dicebant Maſſilienſes. 554
Dotes an alienari poſſint. 848
Dotium conſtituendarum moderatio. 552. item ſtatutum.
Duellum ex ſua natura illicitum. 577
Duellum ſua natura illicitũ, contra quoſdam. 757
Duellum permittentes Principes excommunicantur. 160
Duellum quid dicatur. 159
Duellum à quibus olim permiſſum. 160
Duello contra pugnantes, & duellum permittentes. 159
Duella & Monomachias cõmittentium pœnæ. 754
Duellum vſu à diabolo introductus. 561

E

EBION primus omnium de diuinitate Chriſti dubitauit. 371
Eccleſia non claudit gremium redeuntibus. 18
in Eccleſia reſidere & Eccleſiæ deſeruire differunt. 486
Eccleſia militans inſtar triumphantis habet. 113
Eccleſiæ antiquus ritus non immutandus. 538
Eccleſiæ militantis ordo. 113
Eccleſiæ Romanæ primatus commendatio. 113
Eccleſiæ corpus ſine capite conſiſtere nequit. 118
Eccleſiæ bona non reuocanda. 50
in Eccleſiæ libertatem impedientes. 886
Eccleſiæ militantis vnus moderator. 113
Eccleſiæ dominia & patrimonia occupantes quibus ſubdantur pœnis. 58
Eccleſiæ qui præficiuntur de quibus examinari debeant. 549
Eccleſiæ vnitas non diuidenda. 161
Eccleſiarum iura ne depereant quanta diligentia adhibenda. 58
in Eccleſia quid agendum ſit. 510
ad Eccleſias humilis & deuotus ingreſſus 510
Eccleſiis præſidentes quantę eruditionis eſſe debeant. 105
Eccleſiaſtici quare ad ordines indigni ſe ingerunt. 609
Eccleſiaſtici ad forum laicale non tradendi. 90
Eccleſiaſtico militię vacare non licet. 415
Eccleſiaſticam iuriſdictionem aut fructus vſurpantes excommunicati, 886
Eccleſiaſticę militię quis deſertor. 486
Eccleſiaſtica bona in ſubſidium belli Turcici alienari. 258
Eccleſiaſtica iura qui impediunt quibus pœnis ſubditi. 180
Eccleſiaſticę libertatis offenſio ſine licentia Papæ remitti non poteſt. 136
Eccleſiaſtica bona quibus alienari liceat. 258
Eccleſiaſticorum bonorum alienatio reducitur ad terminos iuris communis. 415
Eccleſiaſticorum bonorum alienatorum annullatio. 367
Eccleſiaſticarum perſonarum bona ab inteſtato decedentium Papę debentur. 312
Eccleſiaſticorum ſtudentium priuilegia. 68
Eccleſiaſticarum rerum alienationes quomodo fieri debeant. 369.
Eccleſiaſticis quantopere officit negligentia. 409
Eccleſiaſticis principes & magiſtratus in neceſſitate opem ferre tenentur. 20
Eleazar an ſeipſum occidendo peccauerit. 854
Eclypſis ſolis ſignum mortis Innocentij VI. 63
Eduardus Anglię rex. 57
Electiones abſque ſedis apoſt. confirmatione factę annullantur. 470
Electiones quolibet triennio in capitulo generali fiendę. 736
Electionum multiplices abuſus. 189
Electiones ad regimina Monaſteriorum. 470
Electionis iura qui amittant. 392
Electionibus quę vitia contingant. 471
Electores quo tempore inſtituti. 232
Electos ante confirmationem adminiſtrare non debere. 361
Elementa quantum Deo obediant. 121
Eleemoſynę quam vtilitatem Chriſtianis ferant, & defunctis. 90
Eleemoſyna quibus religioſis liberius conferri debeat. 693
Elephas Romam ab Emanuele Luſitania rege miſſus non ſimilis ante mille annos viſus. 229
Elimas Magus quare damnatus. 294
Eloquentia legatis pręcipuè neceſſaria. 493
Emoratius Britannię rex genuit viginti quinque filios. 333
Emundus Anglus a Calixto III. in numerum ſanctorum adſcriptus. 111
Enoch monaſticę vitę inſtitutor. 272
Epaminondę ducis admirabilis vigilantia. 682
Eius apophtegma. ibid.
Epicraus legatus capitali pœna multatus. 496
Epicureorum error in animam. 175
Epiſcopus non poteſt omittere votum peregrinationis. 407
Epiſcopus publicis ſe adminiſtrationibus immittere non debet. 414
Epiſcopus in ſuo epiſcopatu non reſidens excommunicatus. 411
Epiſcopus quos ordinat clericos inopes eos alere cogitur. 595
Epiſcopus non poteſt conuertere bona

Eccleſię patronatę in prębendam ſine conſenſu. 559
Epiſcopi quibus arctentur pœnis. 889
Epiſcopi olim præcedebant cardinales. 95
Epiſcopi nihil in beneficiorum reſeruatorum iniuriam tentare debent. 425
Epiſcopum habentem filios aut nepotes non poſſe fieri ex Iuſtiniano. 475
Epiſcoporum cauſæ Romano Pontifici reſeruantur. 593
Epiſcopi Monſlucij oratio ad regem Galliæ. 410
Epiſcoporum appellatio ex canonibus. 94
Epiſcoporum negligentia & luxu miſeriæ Galliæ auctæ. 410
Epiſcopatus & Cardinalatus ſunt de numero incommutabilium. 408
Epiſcopalis reſidentia, & nō reſidentium pœnæ. 406
Epiſcopalis reſidentiæ commendatio ex Conc. Trid. 412
Epitaphium Eugenij IIII. 99
Equites Regij & torquati. 434
Ethruriæ prouinciæ commendatio. 614
Erratum fatenti ignoſcendum. 115
Euangelium quibus prædicandum. 27
Euangelium Chriſti qui cremandū cenſuerunt. 989
Euchariſtia corpus Chriſti contineri. 96
Euangelio ſacroſancto parēdum eſt. 122
Euchariſtię dies qua de cauſa celebratus. 17
in Euchariſtiam ſacram Lutheri ſcommata. 218
Eugenij IIII. Pontificatus. 118
Eugenius IIII. 92. eius mors 99. eius ſepulturæ. ibid
Eugenij IIII. indulgentiæ in feſto Euchariſtiæ. 17
Eutyches hæreticus. 11
Eutichianæ hæreſis confirmatio. 201
in Eutychianiſtas. 467
Excommunicatio in occupatores bonorum Eccleſiæ. 63
Excommunicatus an poſſit eſſe teſtis. 14
Excommunicati in quibus cauſis credantur. 14
Exemptio ob numerum duodecim filiorum declaratur. 332
in Exemptos ordinariorum iuriſdictio. 178
Exemptorum correctio quibus demandata eſt, quo officio fungi debeant. 178
Extrauagantes quis edidit. 50
Extremæ vnctionis ſacramentum damnat Lutherus.

F

FABVLA Hebræorum dicentium Deum peccaſſe cum diminuit lumen Lunæ. 361
Q. Fabij Max. Rutiliani legationis munus. 483
Falſi crimen quale ſit. 888
in Falſificantes literas Apoſtolicas. 888. 889
in Falſificatores literarum. 884
Famam alterius laceſcere quàm iniquum. 660
Familiares qui appellentur. 876
Famoſus libellus qui vocetur. 660
Famoſi libelli author Cæſaris reſcripto extremo ſupplicio punitur. 660
Famoſi libelli duplex genus. 660
in Famigeratores nuncupatos *Menantes*, corúmque famoſos libellos. 687
Fauores & gratias aucupari & venari pretio ſimoniæ ſpecies eſt. 859
Frederici imperatoris leges in hæreticos 20. fideliſſimus Eccleſiæ defenſor. ibi. quo odio proſequebatur Hæreticos. 21. Eccleſiam vexat. 22
Federici Imperatoris coronatio. 105
Federici Imperatoris Germanorumque fœdus cum ſede Apoſtolica confirmatum. 105
Ferdinandus in regem electus à Bohemis & Vngar. 259
Ferdinādus anathematis reus declaratus. 111
Feſti corporis Chriſti inſtitutio. 14
Feſtorum dierum religioſa veneratio. 511
Feſtorum Conceptionis & Viſitationis B. Mariæ confirmatio. 104
Fides quibus nitatur. 211
Fides teſtibus in hæreticos deponentibus adhibetur. 19
Fidei confeſſio quomodo fiat. 484
Fidei profeſſio Eccleſiaſticis facienda. 483
Fidei encomium. 485
Filij ex parentibus claris orti ad ſummum honoris apicem elati. 655
Filij criminis paterni conſcij. 738
Filiorum ob numerum 12. exemptio declaratur. 502
Flauianus epiſcopus Conſtantinopolitanus 121. à Concilio Epheſino appellat. ibid.

Fluminum quanta commoditas. 121
Fœminarum luxus quàm deteſtabilis. 422
Fœminarum religionem qui introduxere. 517
Fœnus dicitur quaſi fœtus. 657
Fornicationis crimẽ lege diuina prohibitum. 195
Fornicatio cum Moniali qua pœna puniatur. 517
Fortunarum defenſio an licita ſit. 755
Fortunæ non plus ſatis credendum. 655
Sanctus Franciſcus Minorum inſtitutor plures fratres ſub vna regula collegit. 568
S.Franciſci de Pœnitentia Terdij ordinis reformatio. 577
S.Franciſci inſtitutum profitentia Monaſteria ord.Minorum vnita. 569
S.Franciſcus Paulæ quo tempore floruit 866
S.Franciſci de Paula feſti inſtitutio. 866
S.Franciſci de Paula fratres inter ordines mendicantium comprehenſi. 563
Franciſcanorum priuilegiorum cõfirmatio. 709
Franciſcanis inquiſitoribus quæ poteſtas abſoluendi ab irregularitate concedatur. 10
Franciſcus Dauid hæreticus. 374
Fructus litependente apud perſonam à Iudice eligendam deponi debent. 573
Fratres qui interſunt Concilij Tridentini Seſſ. paribus gaudent priuilegiis. 424
Fratres aliorum ordinum recipiendi priuilegia reuocantur. 678
Fraus & quæſtus in quibus prohibentur. 329
Fraudis corruptio quantum noceat. 657
Fridericus Saxoniæ Dux hortatur ad abiurandam hæreſim. 230
Friderici incurſiones in Romanã ſedem 14
Furtum quid ſit. 885
Furioſus à Petro Cœleſtino curatus. 47
Furtum quando admittatur, & quando non. 855
Fuſtibus pugnari quando cœptum. 442
Futurorum euentibus quantum imbecillitas humana fallatur. 254

G

GALBINIVS legatus capitali pœna multatus 496
Gallia iampridem miſeriaram theatrum. 410
in Galliæ fauorem, reſcripta. 14
Gallorum Rex quibus titulis inſigniatur. 227
Gallorum Rex Iulio II. infenſus. 163
Gaſpar Colineus à Pariſieñ ſenatu damnatus & ſuſpenſus. 838. 839. eius epitaphium. 841
Georgius Blandrata hæreticus. 374
Generatio ſpiritualis per baptiſmum fit.
Gentes omnes in ſemine Abraham benedictæ. 122
Germani olim acerrimi hæreſum oppugnatores. 209
Germani in ære tractando ſolertes. 184
Germanorum Imperatorum conſtitutiones pro libertate Eccleſiæ 209
Germanorum hæreticorum ruina. 302
Germania olim celeberrima fidei propugnatrix. 716
Germania hoc tempore infuſcatur hæreſeos tenebris. 712
Germania Sortilegiis & incantationibus olim vexata. 147
Germanici Imperatores virtute & religione pollentes. 716
Germanica ingenia cæteris præſtari in ære tractando. 44
Goffredus de S.Alexandro princeps equitum è Hieroſolyma Rhoti dum habitandũ 434. eius pietas & deuotio. 435
Graduatus in alieno regno priuilegiis nõ gaudet. 193
Graduatus quis recipiendus ſit. 192
Græci Iuriſdictionem ordinariam recuſantes in varios errores collapſi. 463
Græci in quibus ordinariorum Iuriſdictioni ſubiiciuntur. 463
Græcorum infidelitas quibus inculcetur. 99
Græcorum Collegium Romæ inſtitutum. 723
Græcorum ceremoniæ quæ reſeruentur. 464
Grecorum in Cõcilio generali diſcordia. 114
Græcorum impia ſcandala. 363
Græcorum errores à Theobaldo Epiſcopo damnantur. 24.
Græcia nequaquam nouit fidem. 99
Græcorum negationes in Trinitatem. 96
Græcia Tyrannidi Turcarum ſubiecta. 723

Græcia

Græcia olim omnium diſciplinarum genere florens. 722
Græcæ Eccleſiæ cum Latina conciliatio. 95
Granatenſis Hiſpani liber introductionis fidei. 379
Grati animi poſteris Exemplum. 29
Gregorius Papa. 118
Gregorius decimus 24. tempore ipſius quid actum 25. eius mors. 26
Gregorius X I. qualis. 63. mors 67. eius virtutes. ibid.
Gregorius XIII. quamuis virtutibus pollens 685. quæ Pontificatu euenerũt, ſcitu digna. 838
Grues vnam ſequantur. 113
Gualteri blaſphemia in B.Virginem. 375
Guelphorum & Gibellinorum factiones tempore Alexandri IIII. 14

H

HÆRESI fautor quiſpiam dicitur tribus modis. 387
Hæreſis crimen ſine abſolutione Papali remitti non poteſt. 136
Hæreſis inter crimina grauius. 472
Hæreſis Bohemicæ extirpandæ ſtudium Martini V. 78
Hæreſis poſt crimen commiſſum licet pœnitere non autem aliis criminibus. 32
Hæreſis crimine leſæ maieſtatis peior. 21
de Hæreſi pœnitentes inquiſitione vexari non debent. 288
de Hæreſi ſuſpectus ſi relapſus ſit, quibus pœnis ſubiiciatur. 11
Hæreſi nihil peſtilentius in toto orbe terrarum. 88
Hæreſes quibus pœnis plectantur. 586
in Hæreſes confirmatio conſtitutionum Pontificum. 85
Hæreſes eſſe cur permittat Deus. 208.
Hæreſum & errorum abiuratio à quibus fieri debeat. 286
Hæretici veluti peſtes animarum vitandi 214
Hæretici pœna ignis puniuntur. 31
Hæretici aut ſuſpecti de quibus interrogari debeant. 83
Hæretici ad fidem reuocati. 281
Hæretici lupi rapaces dicuntur. 476
in Hæreticæ prauitatis ſuſpectos quàm diligenter procedendum ſit. 53
Hæretici præcipites in ruinam ſuos attrahunt clientes. 221
Hæretici ſepultura carere debent 78. bonis ſpoliantur. ibid.
Hæreticus vt aliquis dicatur tria ſunt neceſſaria. 386
Hæretici à Frederico Impe. viui flammis damnati. 21
Hæretici myſteria diuinitatis negantes. 37
Hæretici cur vocentur vulpes. 18
Hæretici dicentes Chriſtum & eius diſcipulos nihil habuiſſe. 27
Hæretici reſipiſcentes ab Eccleſia recipiuntur. 18
Hæretici omnes Antichriſti vocantur 240
Hæretici veſtem inconſutilem Chriſti ſcindunt. 385
Hæretici conuerſi priuilegiis reſtituuntur. 285
Hæretici quomodo Eccleſiam deſertam reddant. 232
Hæreticorum pœnæ quæ ſint. 414
Hæreticorum conditiones ad viuum expreſſæ. 77
Hæreticorum filij inhabiles ad officia & beneficia. 434. admittuntur tamen ſi Catholici fuerint. ibid.
Hæreticorum vltimum præſidium. 208
Hæreticorum ſtrages à Mureto commendatæ. 842
Hæreticorum pœnæ quæ ſint. 85
Hæreticorũ fautores hæreticis proximi 387
Hæreticorum libri quos corrumpant 466
pro Hæreticorum exterminatione pulchra omniũ Sanctorum inuocatio. 208
in Hæreticorum receptatores quàm acerrimè inſurgendum. 13
Hæreticorum & Schiſmaticorum pœnæ. 385
Hæreticorum Epitheta. 20.21
Hæreticis qui aſſentitur diaboli laqueus eſt. 231
in Hæreticos & fautores ac recedentes ab Apoſt.ſedis obedientia. 883
Hæreticis cauſis quot teſtes requiſiti. 29
cum Hæreticis fœdera inita damnantur 52
Hebræi poſſunt Miſſam Hebraica linqua celebrare. 538
Hebræorum libros expurgandi facultas reuocatur. 388
Hebræis à quibuſcunque abſolutio conceditur exceptis duobus. 349

Hebræis

Hebræis communio deneganda. 675
in Hebræos libros Thalmud retinentes. 360
Hebraica ſecta quæ. 281
Henrici II. mors violenta à Mongomerio illata. 397
Henricus VIII. Angliæ rex ob quid excommunicatus. 292. eius errores. 304
Hæreſim introduxit in Anglia. 624
eius regis liber aduerſus Lutherum. 217
quanta ſcelera & blaſphemia. 341
eius crudelitas. ibidem
Helena Conſtantini mater Virginum inſtituit Religionem. 517
Herbarum vtilitas quanta ſit pro confuſione hominis. 121
Herculis ſpectaculum in Olympia ad honorem Iouis. 562
Hermolaus Barbarus in legatione munera ambiens. 496
Hieronymi Pragenſis peſtifera dogmata. 76
Hieronymi de ſancta fide liber de Chriſti aduentu. 589
Hieronymo quantum inimicus Lutherus. 217
Hiſpania quomodo Chriſti Euangelio acquiſita. 605
Hiſtriones in Græcia diuerſi. 562
Homo cur Deo ſimilis. 121
Homo peruerſi angeli ruinam imitatus. 121
Homo quomodo homini inſidietur. 159
Homo ſolus ab ordine diſcedens. 121
Homo nihil aliud ac vmbra & flatus. 154
Hominis ingratitudo in creatorem. 121
Hominis in eccleſiam Chriſti rebellis conditio. 62
Hominem in hominem debachari quàm exoſum Deo. 524
Homines à diuina voluntate recedentes qui. 121
Homines Deo placentes qui. 123
Hominum omnium errores. 112
Hominibus peccato & morte affectis quid neceſſarium fuerit. 121
Homicidæ non poſſunt aſſecurari ab officialibus. 524
Homicidio banniti quam longè exulare debeant. 525
Honorius IIII. Carmelitanis cappam albam conceſſit. 31
Honor huius ſeculi quàm momentaneus 24
Honoris defenſio an licita ſit. 675
Honorem nemo ſibi debet aſſumere. 381
Honorum faſtigia quantopere homines inſectentur. 384
Horarum canonicarum dicendarum precceptum. 646
Horarum æqualium & inæqualium diuiſio. 649
Horas Canonicas non recitantes fructus amittunt. 646
Hoſpitalis locus pauperum pius. 677
Hoſpitalis Corcyrenſis eleemoſynæ applicantur Hieroſolymitano. 717
ex Hoſtia ſacroſancta ſanguis verus emanauit. 17
Hugo de Paganis Templariorum princeps 434. eius hoſpitalitas. 435
Hugonatarum coniuratio detecta Pariſiis. 839. eorum excidium. 840
Hugonatarum trucidatio in amplioribus Galliæ ciuitatibus. 840. carminibus ab Aurato deſcripta. ibidem.
Humanæ conditionis proſperitas quibus augeatur. 68
Humiliatorum ordo à quibus inſtitutus. 642
Humiliatorum luxus & ambitio. 642. eorum inſidię aduerſus cardinalem Borrhomæum. 643. ibid.
Humiliatorum ordinis extinctio. 641
Huſſitanæ hæreſis damnatio. 76. 81. 82
Hyerotimus Arabum rex ſexcētos habuit filios. 333

I

IACOBVS Giraldinus priuilegio legendi libros Hebræorum donatus 382
Iapponum Regum legatio ad Pontificem Romanum & eorum litteræ. 843. 844
Iapponum Regum legatio in Chronicis regij P. Matthæi conſpicua. 846
S. Ianuarij & ſociorum feſti inſtituta. 867
Ieiunij admonitiones ex reuelationibus factæ. 17
Ieiunij rigorē ordini S. Marię de Carmelo Eugenius IIII. mitigauit. 770
Ieiuniorum & ſupplicationum pro pace Chriſtianorum Principum exoranda publicatio. 328
Ieſüatorum S. Hieronymi congregationis confirmatio. 734. eius priuilegia. 735
Ieſu nominis ſocietatis inſtitutio & confirmatio. 305
Idolorum cultus vnde ortus. 122

Idololatriæ deteſtatio. 603
Ignatius Loyola patrum Societatis Ieſu anteſignanus. 308
Ignorantia noſtra ingenuè confitenda. 113.
Illegitimorum habilitas in gratiam ſucceſſionis conceſſa reuocatur. 664
Impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum non valet. 899
Impiorum latebras prodere magna pietas. 20
Impœnitentia quibus nocuerit. 113
Impreſſoria ars quanta in fidei periculum cuderit. 183
Imprimere libros quàm commodum ſit. 183
Incantatores & ſortilegi diabolo præſtantes obedientiam inquiſitorum authoritati ſubiiciuntur. 230
Incendij ob cauſam monialibus relinquere clauſtra licet. 623
Incendiariorum punitio ſecundùm Platonem. 857
Incendia vnde originem duxēre. 122
Inceſtus in clero quàm odibilis. 108
Indulgentiæ in feſto corporis Chriſti cōceſſæ. 17
Indulgentiæ quid ſint. 547
Indulgentiæ in quibus ſolum conſiſtant. 439
Indulgentiarum gratiæ ab omnibus officialibus gratis expediantur. 439
Indulgentiarum placitum contemnentium pœna. 240
Indulgentias conſequi cupientium ſalutaria theoremata. 135
ab Infantia Deum timere, & à vitiis abſtinere debemus. 46
Infernum quæ animæ deſcendant. 96
Infideles conuerſi rudimentis fidei initiandi. 27
Infideles qui dicantur. 350
Infidelibus auxilium præſtantes quibus pœnis ſubiiciantur. 107
in Infideles ad prohibita deferentes. 884
Infidelitas ex auaritia præſumitur. 863
Infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato prouenit. 505
Inſulæ diuites auri & omnis generis aromatum. 151
Inſulæ Orbis noui Regi Catholico conceduntur. 150
Ingenij rudis ſignum. 114
Ingrati in beneficos eſſe minimè debemus. 60
Ingratiſſimus Deo homo eſt. 121
Innocentia quàm rara & parum tuta ſit. 122
Innocentius IIII. 3
Innocentius V. vbi natus 26
Innocentius VI. vnde ortus 61. vbi ſepultus Innocentius VII. 72. mortuus. 73. 63
Innocentius VIII. 71
Innocentius VIII. 142
Innocentius VIII. quando coronatus. 241
Innocentij VIII. præclaræ virtutes 149. eius mors. 150
Inquiſitores in ſortilegos irruere debent. 143
Inquiſitores Cardinales qui deputentur. 680
Inquiſitores an arma ferre poſſint. 51
in Inquiſitores fidei exceſſus commiſſi. 31
Inquiſitorum officium impedientes quibus pœnis multentur. 346
Inquiſitorum iuriſdictio ad quæ delegetur. 347
Inquiſitorum hæreticæ prauitatis poteſtas exercendi officij. 13
Inquiſitorum officia impedientes excōmunicantur. 230
Inquiſitorum hæreticæ prauitatis deputatio. 679
Inquiſitoribus & eorum fautoribus indulgentiæ conceſſæ. 230
Inquiſitionis hæreticæ prauitatis officiū impedientium pœnæ. 592
Interdicti ſententiæ non leuiter proferendæ. 41
Interdicti cenſura pro pecuniariis debitis infligi non debet. 42
Interdicto Eccleſiaſtico, quæ non ſupponantur. 264. 265
Inuenta res an reddenda ſit 856
Ioannis nomine pontifices appellati. 27
Ioannes XXI. qualis vir fuit. 26. noctu oppreſſus. 27
Ioannes XXIII. 76. eius ſchiſma ibid. & repulſio.
Ioannis Fiſcheri Epiſcopi & offenſis martyrium. 301. 302
Ioannes Chryſoſtomus. 121. à Concilio depoſitus ad Papam appellat. 121
S. Ioannis Lateranenſ. Baſilica maior orbis Eccleſiis. 619
Ioannis Capiſtrani Franciſcani gloria, hortantis Chriſtianos ad pugnam. 111
Ioannis Huſſ. Bohemi hæreſiarchæ errores. 76

Ioannis Huſſ. Pſeudo-doctoris hiſtoria. 89
Ioſephi caſtitatem qui negent. 391
Iphigenia filia S.Matthæi Apoſtoli ſacro velamine dicata. 517
Iræ pulchra definitio. 534
Iram Dei ſuper nos quæ prouocent. 113
Iracundia quid ſit 659. eius effectus. ibid.
Italos vltiones quantum vrgeant. 248
Iubilæus qui in Eccleſia haberi debeat. 703
Iubilæi anni inſtitutio. 133
Iubilæi inſtitutio ceremoniæ, & fructus 704. eius antiquitas. 705.706.707
Iubilæi indulgentias qui conſequi volũt quibus vti debeant. 135
Iubilæi ſancti indictio pro viſitantibus Eccleſias Romæ. 703
Iubilæi anni pro Catholicis Anglis. 708
Iudex qui ſecundùm publicum teſtimonium & legem morti damnat, non peccat. 676.756
Iudex tribus partibus commendatur, iudicíque tria ſunt neceſſaria. 862
Iudicis electioni quæ ſuffragari debeant. 650
Iudices de arte quàm profitentur cognoſcere debent. 759
Iudices ſeculares & regij qui ſint. 264
Iudicum corruptio in ſententiis ferendis. 653
Iudices Laici non poſſunt bannire Eccleſiaſticos. 69
Iudicum Eccleſiaſticorum Iuriſdictionẽ qui impediunt anathematiſantur. 886
Iudicum ambitio quomodo coërceatur. 652
in Iudices auri cupiditate exæſtuãtes. 863
Iudices ad cupiditatem prompti. 264
Iudæi præceptis Chriſti & Euangelij inſtrui debent. 28
Iudæus dæmonibus ſacrificia offerens quo pacto puniatur. 748
Iudæi multa nefaria in Chriſtum & Catholicos audent committere. 747
Iudæi duplici pœnarum genere multati. 605
Iudæi vagi per vniuerſum orbem. 28
Iudæi quare tolerentur. 360
Iudæi præter vſuram ſortilegia & incantationes exercent. 601
Iudæi maiores annis 12. prædicationibus intereſſe debent. 835
Iudæi quãtum creuerint in Hiſpania. 605
Iudæi quare inter Chriſtianos commorari patiantur. 601
Iudæi quo pacto Biblia deleuerint. 392
Iudæorum fabulæ & ſomnia. 389
Iudæorum Catecheſes Chriſtianæ doctrinæ faciendæ. 839
Iudæorum Thalmud liber quantis malis refertus. 361
Iudæorum falſiſſima atque pudenda commenta in diuinitatem. 390
Iudæorum ab omnibus locis ditionis S. R.E. exterminium. 601
Iudæorum Synagogis prędicatio de Chriſti doctrina facienda. 834
Iudæorum Blaſphemię quo pacto coërceantur. 647
Iudęorum cladium enumeratio 601.602. 603.604.605.
Iudæorum priuilegia & indulta. 349
Iudæorum excidij vaticinia in ſcriptura. 603
Iudæorum natio Chriſtianæ legi inimica 122
Iudæorum pueri vtrum inuitis parentibus baptizandi. 350
Iudæorum populus vbique neglectus. 601
Iudęis Euangelium prędicandum. 27
Iudaici populi conditiones 27
Iudæis ſignum glauci coloris ferre Paulus IIII. iuſſit. 349
Iulius II. à quibus commendatus. 155. 170.170
Iulius III. 341. eius obitus. 364
Iulius Cęſar ſcelere Sodomię proſtratus. 588
Iulius annullat alienationes factas in dãnum Eccleſiarum. 368
Iulij voluntas de abroganda Pragmatica ſanctione. 200
Iulię Auguſti filię modeſtia & puellaris decor. 421
Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis. 59
Iuramentum an liceat exigere ab eo quẽ ſcimus per falſos deos iuraturum. 797
Iuramentum tripharium doloſum eſſe poteſt. 796
Iuramentum quando ſit peccatum. 797
Iuramentum promiſſorium quando validum. 795
Iuramenta aduerſantia Concilij canonibus nulla ſunt. 419
Iuramenta quę non ligent iurantes. 794. 795
à Iurantis domo non diſcedet plaga. 353
Iurantes & iurare facientes illicita. 794
Iurantibus inflictę pœnę. 794

Ius patronatus tribus cauſis acquiritur. 24
Ius patronatus quid ſit. 242
Iuris patronatus Eccleſiaſtici & Laicorũ diſcrimen. 243
Iuris patronatus conceſſionum declaratio & reuocatio. 241
Iuri patronatus quibus cauſis Papa non deroget. 878
Iure patronatus multi ad beneficia ſeſe offerunt. 241
Iura Eccleſiæ vt non pereant quã ſolliciti eſſe debeamus. 30
Iura communia omnes arctant excepto ſolo ſupremo Principe. 890
Iura diuina firma atque immutabilia permanent. 358
Iuriſpatronatus conceſſione quis cauere debet. 436
Iuriſpatronatus decretum ex Concilio Tridentino. 243
Iuriſdictionis forenſis officia venalia. 653
Iuſiurandum tribus de cauſis non ligat. 795
Iuſtitia multipliciter diuiſa. 861
Iuſtitiæ Dei inenarrabilis comprehenſio 861
Iuſtitiæ munus qui exercentur. 593
Iuſtitia quibus colatur. 68
Iuſtitia an prior iuſto fuerit. 860
Iuſtitiæ vno nomine omnes virtutes continentur. 862
Iuſtitiæ cultus quis. 122
Iuſtitiæ humanæ notitia. 861
Iuſtitiæ laudes. 860
Iuſtorum meritis mundus ſuſtentatur. 121
Iuſtorum corda quid peruertat. 132

L

LABOR viris conueniens. 421
Lactantius primò typis mandatus. 184
Læſæ maieſtatis reus rebellis pronuntiatus. 738
Laici bannientes perſonas Eccleſiaſticas excommunicantur. 63
Laici etiam abſtinere debent à concubinatu. 195
Laicorum temeritas in Gallia cognoſcentium de ſpiritualibus. 629
in Laicos intromittentes ſe in cauſis criminalibus contra Eccleſiaſticos. 886
Lamech Poligamiæ inſtitutor. 333
Lapides templis reſeruati ad profanos vſus tolli non debent. 139
Lateranenſis Eccleſiæ antiquitas. 65.619
Lateranenſis Eccleſia terręmotu cõcuſſa. 66
Lateranenſis Eccleſia præcedit orbis Eccleſias. 618
Lateranẽſem Eccleſiam quis ædificauit. 65
Lateranæ familiæ hiſtoriæ. 620.621
Lateranenſis Eccleſia ſæpius diruta. 618
Lateranenſe templum. 21
Latrocinia corrigi ſeueritate opportuna iuſtum eſt. 837
Latronum receptatores in eadem culpa, qua eſt qui furatur. 251
in Latrones eorúmque fautores. 849
S. Laurentius quàm liberalis erga pauperes. 75. Eccleſiæ theſauros iis erogauit. ibid.
Legatus quidam ab Imperatore Moſcouitarum clauo transfoſſus. 495
Legatus an munera debeat recuſare. 497
Legatus inter hoſtes incolumis verſari poteſt. 493
Legatus quis verus ſit. 493
Legati pro mercatoribus loco ſenatorum habiti. 497
Legati vnde dicti ſint. 492
Legati non poſſunt reos abſoluere ſine licentia. 133
Legato in legatione munera ambire quibus capitale ſit. 496
Legati à Corinthiis lotio perfuſi quantæ vltionis cauſa fuere. 494
Legati pontificij quibus priuilegiis exornentur. 496
Legati deputatio per ditiones ſtatus Eccleſiaſtici. 488
Legati quantum à quæſtu & muneribus abhorrere debeant. 496
Legati quantis honoribus à Romanis afficiebantur. 492
Legati præcipuũ munus in quibus conſiſtere debeat. 493
Legatorum auaritia damnata. 45
Legatos vnde eligebant Romani. 493
Legatorum ius quàm ſanctum. 493
Legatorum Apoſtolicorum reuocatio facultatum. 672
Legatorum priuilegia inuiolata. 495
Legatorum lex à Platone lata. 497
Legatorum mors quàm acriter vlta exemplis variis. 494
Legatorum exempla qui iniurioſè tractati fuere. ibid.
Legatorum ætas quæ requiratur. 493

Legationis violatę peſtilentia vltrix. 494
Legationis violatæ luctuoſiſſimus exitus. ibid.
Legationes liberæ apud Romanos. 495
Legitimationes ſpuriorum qui facere nequeant. 663
Legitimatus an ſit verè legitimus. 454
Legitimandi ius quibus competat. 452
Legitimatio in præiudicium legitimorũ filiorum non valet. 454
Legitimatio quæ validior ſit. 452
Legitimatio qua via & methodo comparetur. 452
Libri hæretici locorum Inquiſitoribus conſignantur. 465
Legitimatio quando fieri poſſit. 453
Legitimandi facultas quibus conceſſa ſit. 452
Legitimari quis poſſit. 450
Lętius Socinus hæreticus. 374
Lenonum & eorum complicum pœnæ. 392
s. Leo Papa. 118
Leo X. qualis. 174
Lepra premente monialis poteſt effugere à ſeptis monaſteri. 623
Leproſorum militum ſancti Lazari commendatio. 23
Lex aut edictum regiſtrari debet alioqui non ligat. 197
Leges ad quid creatæ ſint. 861
Legum reuerentia quãta eſſe debeat. 122
Libelli famoſi quo certius capitalis pœna internoſcatur, qui caſus requirantur. 660
Libelli famoſi è quibus cauſis iudicentur. 659
Libri abſque cenſura Typis non cudantur. 182
Libri ſine licentia imprimi non poſſunt. 183
Libri hæreticorum velut cloacæ quæ virus ſcaturiunt. 467
Libri olim magnis impenſis venabantur 183
in Librorum famoſorum authores. 659
Librorum prohibitorum recognoſcendi facultas Cardinalibus conceſſa. 689
Librorum prohibitorum cenſura ex decreto Concilij Tridentini approbatur. 465
Librorum hæreticorum lectio quam contagioſa. 465
Libros prohibitos legendi aut habendi prohibitio. 464.465
Libros prohibitos cognoſcendi modus 690.691
Libros hæreticos legendi qui poteſtatem habeant. 472
Libido quot mala gignat. 122
Libidines ſuas explere qui cogitent. 122
Libertatis, ſeruorum inſignia. 537
Libertatem Eccleſiæ impedientium pœna. 178
Linguæ tres nobiliſſimæ. 538
Linguarum vniuerſæ terræ diuiſio. 122
Literæ Apoſtolicæ in beneficiis omninò neceſſariæ. 352
Literę in forma rationi congrua expediẽdæ. 871
Literarum idioma cuius roboris ſit 873
Literarum expeditio in quibus grauis fieri debet. 600
Literarum ſtudiorum quanta vtilitas. 68
Literarum abbreuiationes quis inuenerit. 184
Literarum Apoſtolicarum executio. 701
Literarum prædeceſſoris Sixti V. conceſſarum reualidatio. 871
Literarum peritia quo pacto facile obtineatur. 182
Literarum approbatio lectarum in cœna Domini anno M.D.LXXXVI. 883
Literarum ſtudia quanti fecerint Pontifices. 480
Literis apoſtolicis qui qualitatem mentiuntur, quo pacto reiiciantur. 146
in Literis dictiones numerales poni debere. 873
in Literis indulgentiarum clauſulæ ponendæ. 899
Literis Religioſorum clauſulæ ponendæ. 881
Lombardiæ hæreſis. 110
Loquacitas importuna quantum prædicatoribus noceat. 186
Lucrum malum damnum ſemper adferre Menandri ſententia. 656
Lucri auiditas in Eccleſiaſticis quantum pernicioſa. 414
Lucretiæ matronæ ornatus. 420
Ludi qui in Hiſpania frequentiſſimi. 563
Ludi noſtri temporis quales. 562.563
Ludorum varia genera. 561.562
Ludi Nemæi quales. 562
Ludouicus Rex fuga lapſus in palude ſuffocatur. 257
Lugdunenſes Dominicani de natali Innocentij V. gloriantur. 25
Ludouici Lilij Aſtrologi liber cauſa correctionis Calendarij. 774

Ludouicus

Ludouicus XII. Galliarum rex ſchiſmaticorum pœnis ſubiectus. 166
s. Ludouicus Rex blaſphemantibus linguam aduri iuſſit. 358
Ludouicus Pontanus Alphonſi Regis orator. 114. eius doctrina. ibid.
Lunæ munus pro confuſione hominis. 121
de Lunæ diminutione quomodo Iudæi ſomnient. 390
Lutherus blaſphemiam Petri Paſſianorũ de Chriſti diuinitate blanditur. 218
Lutherus ſæpè ad pœnitentiam vocatus. 213
Lutherus blaſphemiarũ rudimenta hauſit à dæmone. 216
Lutherus & eius fautores tanquam ſimię in cæremoniis. 239
Lutherus irriſit metuendum anathema Pontificis. 224
Lutherus mortuum ad vitam reuocare fruſtra conatur. 240
Lutherus à prædicationis priuilegio arcetur. 212
Lutheri omnia ſcripta quocunque idiomate comburi. 212
Lutheri dogma de non gerendo bello contra Turcas. 676
Lutheri opera ne in vulgus prodeant, prohibetur. 214
Lutheri 41. articuli in fidem Catholicam. 211
Lutheri miracula inutilia. 219
Lutheri nomen beſtiæ numero conueniens. 240
Lutheri eiuſque ſequacium impœnitentia. 214
Luciferi & ſociorum ſuperbia. 121
Lutheri & ſequacium errores eorumque excommunicatio. 208.209.210.211
Lutheri contumelioſa verba in ſanctos doctores. 217
Lutheri vxor monialis. 238
Lutheri genealogia. 237. eius ſtudiorum curſus. ibid.
Lutheri liber de ſæculari poteſtate. 224
Lutheri exilium. 215
Lutheri arrogantia erga nuntios ſummi Pontificis. 213
Lutheri colloquium cum Diabolo de ſacrificio Miſſæ. 216
Lutheri liber de abroganda Miſſa. 218
eius iniuria in B. Virginem. 219
Lutheri doctrina Epicureæ ſimilis. 238
Lutheri mors repentina. 241
Luthero ſaluus conductus datus vt pœniteret. 223
Lutherani nunquam ad Tridentinum Concilium proficiſci voluere. 348
Lutheranæ ſcholæ portenta. 216
Lutheranæ hæreſi credentium & fauentium pœna. 212

M

MAGDEBVRGENSIVM error in B. Virginem. 375
Macedonus hæreticus. 113
Magicæ artis effectus. 144
Magici non conſulendi ex iure diuino & humano. 40
in Maleficas procedendi facultas inquiſitoribus. 126
Mahumetis infamia per quos diffuſa. 122
in Mahumetem victoriæ hiſtoria. 111
Mala quæ nos expectent niſi reſipuerimus. 410
Malorum quæ ex Turri Babel prouenere, deſcriptio. 122
Malorum futurorum præfixum tempus prædicare cautum. 186
Maleficarum execranda opera. 144
Mancipia & captiuos à ſeruitute liberandi quæ poteſtas. 536
Mandata Dei quantum ſeruanda ſint. 122
Manfredi Spurij perfidiſſimi temerarij auſus in Romanam ſedem. 14
Marcellus II. qualis. 364. eius mors. 367
Marcus Craſſus ditiſſimus quàm miſerè vitam finierit. 654
Marci diſcipulos aquam ſolum & panem guſtaſſe, tradit Philo. 565
Maria virgo à Deo electa. 70
Maria Virgo germine ſuo caput antiqui ſerpentis attriuit. 611
Mariæ virginis triplicia myſteria. 613
Mariæ Virginis præconia à S. Patribus contra hæreticos. 375
Mariæ Virginis eximia laus. 70.71
Mariam Virginem qui hæretici dilacerent. 375
Maris vtilitas, confundens hominem. 121
Marius ex plebe legatus. 493
Maritus occidens vxorem in adulterio deprehenſam, an peccet. 755
Milites S. Stephani à iuriſdictione ordinariorum liberantur. 432
Martiales ludi. 562
Martinus IIII. nutricem appellabat Turonenſem eccleſiam. 29

 Martinus

Martinus IIII. vbi mortuus. 30. eius miracula poſt mortem. ibid.
Martinus V. 76. Italiam viſitat. 92. eius reſponſum Galliç factum. ibid.
Martini V. mors. 92
Martini V. indulgentiæ communicantibus in feſto corporis Chriſti. 17
Marrani à Ferdinando & Elizabetha expulſi. 150
Matrimonium vt ſit verum quæ requirantur. 395
Matrimonium quam graue negotium. 255
Matrimonium contrahens in gradu conſanguinitatis excommunicatur. 259
Matrimonij diſpenſatione filij legitimantur. 452
Matrimonij diſpenſatio quibus licita. 173
in Matrimonij diſpenſationibus cauſas & gradus narrare decet. 542
Matrimonij decreti reformatio ſuper impedimento publicæ honeſtatis. 576
Matrimonij ob rationem ſpiritualem impedimenta. 542
Matrimonij Henrici VIII. Anglorum regis diſpenſatio. 173
in Matrimonij diſpenſatione in gradibus prohibitis omnes qualitates recenſendæ. 500
de Matrimonio contrahendo contra gradus prohibitos Papa poteſt diſpenſare. 256
Matrimonia quomodo diſſolui debeāt. 254
Matrimoniales diſpenſationes in gradibus prohibitis non concedantur. 395
Mattheus Baſcus primus Capuſſinorum inſtitutor. 272
Matthęi Apoſtoli filia religioni dicata. 517
Matutinæ Bartholomæi piæ in hæreticos. 843
Matutinarum Pariſienſiū diſtichon Chronicum. 846
Maximianiſtarum Baptiſmus, 9
Medicina quid ſit. 406
Medicina diuinitus inſtituta. 506
Medicina omnium artium magiſtra. 506
Medicus quando fit reus homicidij 507
Medici an ægroto ſemper adeſſe teneantur. 507
Medici præcipuum officium. 507
Medici Hebræi vel infideles ad Chriſtianorum curam non admittantur. 738
Medici cum doctorantur de quibus iurare debeant. 506
Medici antequàm curationē auſpicentur ad ſpiritualia ſacramenta ęgrotos hortari debent. 505
Medici quantum honorandi, 506
Medici prius de ſalute conſcientiæ quàm corporis curare debent. 738
Medico quomodo perfectio eſſe poteſt. 607
Medico quid ſcitu cognitúque neceſſarium ſit. 507
Medicorum in curandis infirmis officia. 505
Medicea ſtirps tres Pontifices Romanos protulit. 615
Megalenſes Apollinares ludi. 562
Memoria quibus firmior reddatur. 183
Mendicantes qui non poſſint audire confeſſiones ſæcularium. 644
Mendicantium nomine comprehendi debent fratres Minimi. 563
Mendicantium fratribus priuilegia. 564
Mendicantium fratres quibus præcedere debeant. 751
Menſium Apoſtolicorum reſeruatio. 686. 864
Mercatoris deſcriptio. 762. 763
Mercatoris conditiones quales eſſe debeant. 763
Mercatorum Conſulum iuriſdictio. 759
Mercatorum libri ad probandum æris debitum ſufficiunt. 761
Mercatorum definitio ac deſcriptio. 662
Mercatorum libri vt probentur quid requiratur. 764. 765
Mercatura quæ licita & illicita. 763
Meretrices è Roma expulit Pius V. 514 inſtrumenta muſicalia reiecit. 513. quantam iniunxit modeſtiam clericis. ibidem
in Meridie mos pulſandi campanas vnde ortus. 111
Methodus antiqua ſcribendi. 183
Minimi fratres quo tempore inſtituti 565
Milites S. Mariæ de redemptione captiuorum 435. quo habitu vtantur. ibidem
Milites S. Stephani non poſſunt grauari penſionibus. 433
à ſolutionibus decimarum exempti. ibid.
quæ indulgentiæ iis concedantur. ibid.
Milites S. Stephani quibus officiis ſe deuoueant. 429. eorum inſtituta. 430. item priuilegia. 431
Milites hoſpitio non debent excipi apud monaſteria monialium. 673
Milites ſancti Lazari quo habitu induantur. 23. indulgentiæ iis qui eleemoſynis ipſos ſubleuant. 23
Milites Calatreuenſes qui. 435
Militum inſolentia & crudelitas. 674
Militum S. Iacobi de Spata ordo. 435
Militum Ieſu Chriſti inſtitutio. 435
Militium duo diſcreta genera. 434
Militię S. Stepani inſtitutio & erectio. 429
Minimorum inſtitutum qui profitentur actu mendicant. 564
Minimorum frarum auctoritas. 565
in Minorum ordinis fauorem epiſtola Nicolai III. 28
Minorum Conuentualium miniſtri generalis facultas à cenſuris abſoluendi fratres. 802
Minorum de obſeruantia priſca appellatio. 569
Minorum fratrum in Regni Aragonię & Valentiæ ac principatu Cathaloniæ commorantium priuilegia. 742
ex Minorum ordine quatuor Pontifices Romani. 572
Minorum ordinis fratrum diſcalciatorum declaratio regulæ & regiminis. 768
Minorum Ordinis de obſeruantia declaratio. 798
Minorum fratrum laus. 572
Minorum reformatio à quo tempore. 572
Minorum ordinis patres miraculis & vitæ ſanctitate clari. 864
Minorum Prouincialis electio. 743. eius facultates 744
Minorum ordinis fratres quibus priuilegiis exornentur. 9
Minoritana familia populoſiſſima in plures congregationes diuerſorum cognominum. 568
Minoribus nulla monaſticæ amplior profeſſio. 572
Minorum fratrum qui eccleſias viſitant in quibuſdam feſtiuitatibus indulgentiæ. 864
Minoritarum ordinis S. Franciſci de obſeruantia inſtitutio. 269
Minoribus fratribus reformatis ad Capuccinos tranſitus conceditur. 799
Miraculū de inſtitutione feſti corporis Chriſti. 17
Miracula falſa narrantes quàm deteſtandi. 186
Miſericordia Dei Incredibilis. 122
in Miſericordia Dei tantùm ſpes noſtra ſita. 112
Miſereri aliis quomodo diſcamus. 292
Miſſas celebrandi veſpertino tempore aboletur conſuetudo. 507
Miſſas Græcis Latino more & Latinis Gręcè celebrandi facultas reuocatur 537
in Miſſam primus Lutheri impetus. 116
Miſſas vnaquæq; natio triū linguarum, id eſt Hebraicè Græcè & Latinè poteſt celebrare ſuo idiomate. 538
Miſſarum ſacrifica quibus proſint. 90
Miſſarum antelucanarum celebratio. 509
Miſſarum cur trina celebratio in die Natiuitatis Chriſti. 508
Meſſalina Claudij imperatoris vxor impudentiſſima. 420
Modeſtia quanto in pretio habita antiquitus. 420
Monachus à ſua profeſſione quàm elegit, non debet diſcedere. 90
Monachus Germanus Bombardæ inuentor. 442
Monachi quibus ſubiecti eſſe debeant. 66
Monachi verum munus & officium. 573
Monachi quibus viris comparati. 272
Monachorum laus. 272
Monachorum ordinis S. Baſilij inſtitutio. 725
Monachorum quorundam auctoritas: 565
Monaſterium monialium qui ingredi valeant. 749
Monaſterij Anglicani antiquitas & ornamentum. 304
à Monaſterio exire poſt profeſſionē nemini licet. 622
Monaſteria quæ hoſtium furores graſſantur, transferri debent. 814
Monaſteria annatam ſingulis annis ſoluere tenentur. 130
Monaſteriorum, piorúmque locorum ab onere hoſpitandi Milites reſeruatio. 673
Monaſticam vitam quis primus inuenit. 272
Monarchia quale gubernationis genus 117
Monetæ tonſores vltimi ſupplicij pœnā incurrunt. 628. 629
Mongomerius Gallus Henricum Regem interficit. 398
Monialis violator ſacrilegus eſt, & niſi in morte abſoluitur. 517
Moniali quæ libertas tribuatur. 623
Moniales quibus incumbere debeant 695
Moniales tacitè vel expreſsè religionem profeſſæ

profeſſæ clauſuræ obſtringuntur. 515
Moniales à ſolutione decimarum & ſubſidiis exemptæ. 404
Moniales quantum hominum colloquia vitare debeant. 517
Moniales ſe corrumpi patientes qua pœna puniantur. 517
Monalium ſub ordine Fratrum S. Franciſci gubernatio penes quos eſſe debeat. 570
Monialium commendatio & antiquitas. 517
Monialium ordinem qui introduxere. 517
Monialiũ monaſteria ingredi non licet. 518
Monialium clauſura ſacris Canonibus commendatur. 515
Monialium monaſteria collectionibus libera. 404
Monialium Eccleſia qua forma deſcribatur. 518
Monialium clauſura & de eleemoſynis eis præſtandis. 692
Monialium clauſura quomodo curari debeat. 518
Monialium receptiones irritæ, niſi clauſuræ habeatur obligatio. 515
Monialibus egenis parentes & affines opitulari debent. 694
Monomachia. i. pugna duorum. 159
Monomachię prohibitio ſub quibus cõplectatur. 754
Montes pietatis probantur & confirmantur. 184
Mori conſtantia mirabilis. 302. eius libri in carcere ſcripti. 302. item hiſtoria martyrij. 305
Mors nulli hominum parcit. 121
Mortem ne quis ſibi conſciſcat prohibitum. 854
Morte qui mulctentur citra piaculum quinque cauſis. 754
Mortales errare poſſunt. 112
Mortui epiſcopi libellis ſe ſubſcribentes 177
Mulier cæca à Petro Cœleſtino ſanata. 47
Mulier in publicum prodiens quales comites ſecum habere debeat. 518
Mulier pro dote tres tantum veſtes & quędam pauci empta vaſa ſecum importare poterat, ex Plutarcho. 554
Mulier nunquam ſatis ornatur. 421
Mulier deaurata ſepulchro fœtido comparata. 425
Mulieris & viri conuerſatio qualis. 423
Mulieris ornatæ faſtus dæmonũ cœtus. 422
Mulieres Romanæ in domum S. Marthæ confugientes. 315
Mulieres hecticę atque aliis infirmitatibus detentæ à Petro Cœleſtino ſanitati reſtitutæ. 48
in Mulieres fuco delibutas reprehenſio. 422
Mulieres in homines ſceptra gerentes. 336
Mulieres Romanæ à vino abſtinebant. 421
Mulierum modeſtiæ quantum requiratur. 622
Mulierum ornatus quantus olim fuerit 421
Mulierum ornatus fit gratia viri. 422
Mulierum genus ad vindictam audax. 494
Mulierum pudicarum ornatus à meretricibus diſtinctus. 420
Mulieribus impudicus ornatus mulierũ pudicarum prohibetur. 419
Mulieribus munditiæ conueniunt. 421
Muliebris mundus quis. 421
Munera excęcant oculos ſapientum. 132
Munera quæ reſtitutioni obnoxia. 132
Munera recipientes in gratiam conſequendi aliquid à ſede Apoſtolica anathemate damnantur. 708
Muſculus in B. Mariam conuitiator. 375
Mutuum quibus dare teneamur. 659
Myſteria gaudioſa quinque Roſarij. 613
Myſteriorum ſacrorum diſpenſatio. 126

N.

NAVARRÆI Regis ſponſalia cauſæ detectionis conſpirationum Hugonatarum. 840
Natalium defectus legitimi qui diſpenſandi poteſtatem habeant. 10
Naufragium patentibus qui opem ferunt quantis ditentur indulgentiis. 338
Naufragij bona priuſquàm dilapidentur rei ſunt perſequendi. 522
Naufragij loci vicini debent citius opitulari naufragantibus. 522
Naufragij tempore patronis Nauium auxilium præſtantes, quartam bonorum partem lucrentur. 333
Naufragio bonorum diſſipatorum recuperatio. 521
Naufragis auxiliantibus indulgentiæ largiuntur. 522

Naufragantia bona recuperantes quo modo de illis diſponere poſſint. 521
Naufragantium bona diripientes quibus mulctentur pœnis. 518. 336. 515. 521
Naufragantium bona qui diripiunt qua lege teneantur. 523
Naufragantium bonis qui dicantur reſtitutioni obnoxij. 521
Nazareth patria Virginis Mariæ. 70
Nazareth flos & ſanctitas interpretatur. 70
Nauigatio negotiorum omnium periculoſiſſimum. 523
Nauis nunquam ſatis ornatur 421
Nauta in puppi nauis reſidere debet, reſponſum Martini. V.
Nautarum genus hominum crudele. 524. Blaſphemiis deditum. ibid.
Negotiatio quibus prohibita. 50
Negotiatores qui abominabiles exiſtimentur. 763
Nero à quibuſdam non mortuus ſed vt Antichriſtus venturus exiſtimatur. 587
Neronis Sodomia deteſtabilis. ibid.
Neſtorij hæreſis. 113
Nicolaus Tertius nunquam miſſam dicebat quin lachrymas funderet, 28. eius mors. ibid.
Nicolaus Panormitanus Archiepiſcopus iuris S. dus. 114
Nicolaus V. 100. eius præclara facinora ibid.
Nobiles in beneficiis minoris temporis ſpacio gaudent. 192
Nominatorum data quomodo aſpicienda. ibid.
Noui orbis conuerſio. 151
Noë in arca ſaluatio. 112
Nox diuiſa in tres partes iuxta pſeudodoctrinam Iudæorum. 390
Nunciorum & legatorum poteſtas in quibus reuocetur. 664
Nuntios Apoſtolicos fauores Principum emendicare quàm turpe. 497
Nundinationes à ſeptis Eccleſiæ arceri quis iuſſit. 24
Nuptæ ſandaliis non vtebantur apud Ægyptios. 517
Nuptias inceſtas qui ambiant pœnis adulterij puniuntur. 255

O

OBEDIENTIA qualis virtus ſit. 200
Obedientia perfecta quæ ſit. 66
Occupatores bonorũ Romanæ Eccleſiæ à poſſeſſione recedere monentur. 72
in Occupatores terrarum S. Ro. Eccleſiæ. 61
in Officia ambientes pretio. 859
Officiorum nundinationem qui exequuntur officio priuari debent. ibid.
Officiorum nundinationes ſublatæ. 652
in Officiales & prælatos qui cauſas ſpirituales à Iudicibus Apoſtolicis auocant. 885
Officiales nihil vltra debitum exigere debent. 882
Officiales qui negligunt perſequi bannitos & homicidas damnis tenentur. 532
Olimpici ludi quales. 562
Oratio vocalis in tres partes diuiſa. 613
Orationes quibus vtiles. 90
Orationum in Eccleſia dicendarum antiquitas. 648
Orandi modus duplex. 613
Orandi tempus quo pacto diſtributum. 649
Ordo Equitum Montenſium. 435
Orare ſingulis die horis quàm ſit pium. 47
Orator eloquens quis dicatur. 493
Ordo Equitum S. Lazari. 435
Ordo Equitum S. Stephani Papæ. 435
Ordo Equitum S. Lazari. 435
Ordo Equitum Stolæ. 435
Ordo Equitum Chriſti Ieſu. 435
Ordinis Militiæ & hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani priuilegiorum confirmatio. 827
Ordinis profeſſi iugum excutientes quomodo puniantur. 399
ad Ordines promotiones non ſeruata forma Concilij Tridentini nullæ. 595
Ordines ſacros ſine diſpenſatione non poſſe recipi 126
Oris confeſſio præſtantiſſima. 484
Originali peccato qui decedunt in infernum deſcendunt. 96
Orpheus poëta Veneris maſculæ author 587

P

PACTVM turpe quod dicatur. 633
Pacta illicita ſunt impedientia rei cenſualis alienationem. 596. Palemonis ſpectaculum. 562
Papa mortuo nullibi niſi Romæ electio fienda. 259

Papa tenet primatum vniuerſi orbis 96
Papa quam præcipuè curam ſuſcipere debeat. 181
Papa quanta prudentia eligendus. 445
Papa quando officium iudicis exerceat. 61
Papæ falsè electi qui fuerint. 115
Papa in quibus diſpenſare poſſit. 256
Papæ poteſtas in dandis literis ſub forma mandati. 193
Papæ martyres pro Chriſti nomine. 117
Papales caſus qui. 136
Papatum ambientes quibus ſubmoneantur pœnis. 381
Paradiſo deliciarum homo deiectus. 121
Parentes multæ prolis à quibus commendentur. 333
Parentes propter Chriſtum contemnere piiſſimum eſt. 273
Pariſienſis ſcholæ fama percelebris. 114
Parochiæ nomen vetuſtiſſimum. 551. vnde appelletur. ibid.
Parochiæ ſine paſtore relinqui non debent. 549
Parochiis vacantibus quomodo prouidendum. 551
Parochialium Eccleſiarum collatio quomodo fieri debeat. 192. 549
Paſcendi quibus cura eſt quod negotium habere debeant. 414
Paſſio Chriſti labrum ex quo omnia bona effluunt. 439
Paſtoris boni quatuor conditiones. 412
Paſtori quando licet abeſſe. 412
Paſtores ſunt lux mundi & ſal terræ. 411
Paſtores longius à grege illis commiſſo peregrinantes qua conſtitutione coerceantur. 581
Paſtores Eccleſiæ qui fuere. 117
Paſtores ad reſidentiam obſtringi iure naturæ. 412
Paſtorum noſtri temporis negligentia. 582
Paſtoribus quanta vigilia iniungatur. 582
Patres filios à religione deterrentes, obiurgantur. 273
Patrum ſocietatis Ieſu laus. 308
Patrum 12. filios habentium priuilegia. 332
Patria quæ ſit infœlix. 329
Patrini officium perſonale eſſe debet nō autem per alium. 545
Patronus cauſarum qualis eſſe debeat. 56
D. Paulus fidem diſſimulando bonum opus contulit. 484
Paulus epiſcopus Conſtantinopolitanus à Concilio depoſitus & à Papa reſtitutus. 121
Paulus II. qualis. 129
de Pauli II. vita qui benè, vel malè ſenſerint. 137. item eius laus ab Antonio Bonfinio. 137
Paulus Alciatus hæreticus. 374
Paulus III. qualis. 281. pacis procurandæ animus. 329. mors. 341
Paulus IIII. qualis. 367. quid apud exteros geſſit. 395. morientis verba. 398
Pauperes centum in atriis Lateranenſibu quotidie nutriti. 66
Pauperes quomodo virtus comitetur 655
Pauperes in Eccleſiis tempore officij mendicare non debent. 511
circa Pauperum curam ordinationes. 509
Pauperum cauſa dicitur miſerabilium perſonarum. 677
Pauperum loca quibus immunitatibus fruantur. ibid.
Pauperibus eleemoſynas largiri quàm vtile. 124
Paupertas vnionis beneficiorum legitima cauſa. 559
Paupertatis commendatio. 654. eius effectus. 655
Paupertatis effectus. 653
Paupertatem quanti fecerint antiqui exemplis probatur. 655
Pax eſſe non poteſt vbi blaſphemię. 353
Pax Gallię inter regem Hiſpaniarum. 396
Pax omnium rerum nutrix. 329
Pacis encomium. 329
Pacis ſtudium quam ſeriò curari debeat. 329
Pacem conſequendi modus & ratio. 329
Pace in Eccleſia nihil deſiderabilius. 100
Peccatum contra naturam quàm deteſtabile. 589
Pecuniam qui dedit extorto iuramento an repetere poſſit. 746
Pecuniarum vſus quàm neceſſarius. 618
in Pedagia imponentes vel augentes. 884
Pedum Pontificum exoſculatio. 114
Peregrinos qui offendunt qua pœna puniantur. 858
Perfectus quis habeatur. 273
Perduelles qui ſint. 856
Perduelles ſepultura carent. 159
Perduellionis crimen in quos cadat. 856
Perduellionis & Maieſtatis criminum differentię. 856

Periurium

Periurium propriè quid dicatur. 796
Periurium quale ſit peccatum aliquot regulis demonſtratur. 797
Periuriorum propria genera quę ſint. 797
Periurus non admittitur in teſtem. 11
Permutatio beneficiorum vt ſit licita, tria requiri. 501
Perſę Sodomię concubitus inuentores ſecundum quoſdam. 588
Perſarum munera his qui plures habebant filios collata. 333
Perſarum regis cubicularius illum expergefaciens. 582
Perſarum Legationis violatę vindicta. 494
Peſecutio Eccleſiæ ſub Henrico VIII. Angliæ rege. 301, 302
Peſtis excuſat moniales egredientes è clauſtris. 623
Petrus ſecundus Eccleſiæ paſtor poſt Chriſtum. 117
Petri Martyris ordinis prædicatorum feſtum. 868. eius facta. 869
Petri prima ſedes in Antiochia. 117. poſtea Romæ martyrium paſſus. 117
S. Petri Baſilicam Nicolaus III. reſtaurauit. 28
Petri Cœleſtini morum honeſtas. 87. eius miracula poſt mortem. ibid.
Phidias Athenienſis ſtatuarius Venerem finxit teſtudinem pedibus calcantem. 517
Pilippus Galliæ rex. 57
Piloſophi veritatem fidei docere tenentur. 175
Phœbi certamen cum Pithone 562. eidem ſpectaculum Delphis dicatum. ibid.
Phocion Athenienſium philoſophus quanti paupertatem fecerit. 655
Pius II. 112. antea vocatus Æneas Syluius. ibid. orator, coſmographus & hiſtoricus. 111. hiſtoria deuia ipſius opinioni, 114. retractatio eorum quæ ſcripſerat iuuenis in Concilio Baſilienſi. 112. eius ſtudiorū curſus. ibid. eius verba ante mortem. 127 ſepultura. 128
Pius III. qualis. 154. eius mors. ibidem
Pius IIII. qualis. 398. obitus. 504. eius apophtegma. ibi.
Pius V. qualis. 505. eius facta. ibid. ſeuerus clauſuræ monaſticæ cenſor. 623. acerrimus iuſtitię defenſor 532. quàm religioſus. 510. verus reformator 513 nullius acceptionem admittebat. ibid. eius reſponſum quo dignitates amicis recuſauit. ibid. mors. 682. Mureti oratio in illius funere. ibid.
Piratæ cuiuſdam nauis capta tempore Pij V. 613.
in Piratas & eorum fautores. 884
Platina quare contumelioſè ſcripſit in Paulum II. 136
Platonis verba de homicidis. 534
Platonici dogmata Ariſtotelis non deſtruunt. 115
Pœnę eccleſiaſticorum an propter dignitatem minuantur. 889. 890
Pœnarum inferni diſparitas. 96
Pœnitentia iniuncta à confeſſoribus exequenda ab Apoſtatis. 405
Pœnitentię fructus. 90
Pœnitentes de hęreſi à carcere liberantur 290
Pœnitentiarius quę cauere debeat. 436
Pœnitentiariam regentis officium. 599
Pœnitentiariæ officiales quales eſſe debeant 599
Pœnitentiarię apoſtolicæ officij reformatio. 436. 598
Pœnitentiarij officiorum nundinatio prohibetur. 599
Pœnitentiarij officium eſt perſonale. 599
Pœnitentibus quomodo venia dāda. 861
Pœnitendum propter errores. 112
Pontifex per Simoniam electus non debet ſe eccleſiaſtico regimini immiſcere. 156
Pontifex Romanus ſoluere poteſt eos quos iniquè Concilia damnarunt. 121
à Pontifice ad Concilium appellare non licet. 121
Pontificis electio quo in loco fieri debeat. 260
Pontificis ſummi ſcribendi ſtilus. 198
Pontificis ſummi electio ſimoniaco tramite nulla. 155
Pontificis exequiarum & pompæ funebris expenſæ. 446
Pontificis vniuſcuiuſque ſtudium in iure conſeruando. 266
Pontificis ſummi nouemdialia & exequię. 445
Pontificis circa electionem Pontificum conſtitutiones. 445
Pontificis electio quibus in rebus irrita. 260
Pontificis ſalutaria ſtudia qualia. 61
Pontificem vnum in eccleſia eſſe multis rationibus & exemplis probatur. 117
Pontifices ſummi quam animarum rationem reddituri ſint. 294
Pontifices quos fauoribus magis proſequantur. 853

Pontificum varia edicta contra libros hæreticorum. 468. 469
Pontificum variæ conſtitutiones in criminoſos. 758
in Pontificibus eligendis quibus verbis vtebantur Cardinales. 384
Pontificiam authoritatem Pius II. impugnauit. 113
Poſſeſſionis materia. 207
Porphyrij Athenienſis Philoſopi conuitia in Apoſtolos. 208
Porphyrij doctrina deteſtabilis. 467
Portionum aſſignandarum quantitas 558
Præbendarum pluralitas excluſa. 192
Prædicatores fratres præcedunt reliquos mendicantes. 583
Prædicatores quæſtuarij taxantur. 186.
Prædicatores ridiculè Scripturas interpretantes. 186
in Prædicatores qui controuerſias fidei periculoſas excitant. 693
Prædicatorum ordo quo tempore confirmatus. 686
Prædicatorum inſcitia hæreſis ingraueſcentis cauſa. 548
Prædicatorum munus quale. 548
Prædicatorum fratrum laus. 585. 586
Prædicatorum ordinis fratres in hæreticos deputantur. 138
Prædicatorum officium, eorúmque examen. 185
Prædicatio verbi Dei vtiliſſimum eccleſiæ munus. 185
Prędicatio diuinorum quam opportuna ſit. 49
Prædicationis munus quantum neceſſarium. 185
Prælatus debet intereſſe diuinis officiis in ſua eccleſia. 406
Prælatus circa quæ verſari debeat. 53
Prælati monaſteriorum monialium quādo ea ingredi valeant. 750
Prælati quandiu interſunt Concilio Tridentino gaudent priuilegiis alternatiuæ. 425
Prælatorum reſidentia quomodo requiratur. 406
Prælatorum abſentia quanta incommoda ferat gregi. 410
Prælatorum negligentia quantorum tumultuum cauſa. 409
Prælatorum reſidentia quantum requiratur. 486
ad Prælaturam vacantem vnus poteſt regio placito nominari. 189
Prælatis qui opitulari debeant. 20
Præſides abſque vlla datione pecuniæ ad officia mittantur. 651
ad Præſidis officium quid pertineat. 90
Præſentationis B. Virginis feſti celebratio. 858. 859
Præmiorum ęternorum promiſſio pro merito vitę. 174
Pragmatica ſanctio quo tempore abrogata. 188
Pragmatica ſanctio quid dicatur. 203
Pragmaticæ ſanctionis abrogatio. 187
Pragmaticam ſanctionem in detrimentum ſedis Apoſtolicę viguiſſe. 205
Pragmaticam ſanctionem abolere pollicetur Pio II. Ludouicus XI. Gallorum rex. 128
Pragmatica ſanctio quibus in locis edita. 200
in Precibus Chriſtianorum quæ continentur. 648
Preſbyteri filius ex fornicatione natus nō poteſt habere beneficia Eccleſiarum. 165
Preſbyteri qui poſſint abſoluere à cenſuris & ſententiis excommunicationis. 837
de Primatu Papæ ſententia D. Bernardi. 118
in Principes Chriſtianos Pontificum fauor & beneuolentia. 614
in Principes quoſdam diſpenſationes beneficiorum vſurpantes. 277
in Principes libertatem Eccleſiaſticam impedientes. 180
Priuilegium de non reſidendo vtrum abſque licentia Superiorum firmum permaneat. 481
Priuilegia militum hoſpitalis Leproſorum S. Lazari Hieroſolymitani. 22
Proceſſionum Papalium ordo in ſolennioribus feſtiuitatum celebrationibus 791
Proditores quanto odio habeantur. 663
Profeſſorum diuerſarum linguarum ſtipendia. 49
Profeſſionis fidei forma quam Doctores facere debent. 478
Prolis multitudine qui locupletati ſunt quo iure donentur. 502
Promiſſa quando valeant. 795
in Promiſſis malis reſcindenda fides. 795
Protonotariorum officium quando inſtitutum. 179
Prouidentia quid ſit, ex Cicerone. 551
Prouocationes à ſummo pōtifice ad ſummum Concilium nullæ. 162

INDEX

Pſalmi hæreticorum ad æmulationem Eccleſiaſticorum. 647
Pſalterium virginis Mariæ qui vocetur 141. 623
Pſalterij B. Mariæ virginis inſtitutor D. Dominicus. 696
Publicæ honeſtatis quæ ex ſponſalibus contrahitur vſus 567
Publius Venditius è paupertate ad ſummos honores euectus. 655
Publij Rutilij virtutes. 655
Puella fiſtulam habens in pede à Petro Cœleſtino ſana reddita. 48
Pueri qua doctrina informari debet. 667. 668. 669
Puerorum inſtructio Romæ in Collegio Germanico. 714. 715
Pugiones & cultellos deferendi prohibitio. 662
Pugna vnde nomen habeat. 441
Pugna primus armorum vſus. 441
Pugna, quæ temerè adhibeatur. 757
Purgatoriæ pœnæ probantur. 95

Q

QVADRAGESIMALE ieiuniū antiquorum. 565
Quadragenas ſex qui ieiunabat. 46
Quæſtiones fidei quo in loco poſſunt agitari. 640
Quæſtores ex publicationibus Indulgentiarum ſibi quæſtum corradere nō debent. 545
Quæſtus præter naturam. 657
Qualificatio in beneficiatis quantum requiratur. 192
Quirinales ludi. 562

R

RABVLARVM lucrum quis attriuit. 28
Rachias an ſeipſum occidendo peccauerit. 458
Rapinæ vnde ſint introductæ. 122
Rapina & furtum. 855
in Raptores bonorum Eccleſiaſticorum 887
Receptatores tribus modis auxilium præſtare poſſunt. 252
Receptatores ſicariorum quibus plectantur pœnis. 530
Receptatores hæreticorum quibus pœnis ſubiiciantur. 13
Receptatores ſceleratorum ad ſcelera propenſiorem audaciam incutiunt. 528
Reditus annui cenſus appellantur. 596
Reditus tenues Eccleſiæ vnius an augeri poſſint. 559
Reformatio vnde exordiatur. 598
circa Reformationem & ius poſitiuum decreta Concilij Tridentini. 471
Regulæ fratrum Minorum reliquæ omnes congregationes reſpondere debent. 569
Regularis quidquid acquirit, acquirit monaſterio. 721
Regulares ante approbationem ab Epiſcopo non debent audire confeſſiones ſæcularium. 642
Regularium bona extra clauſtra degentium veniunt ſub nomine ſpoliorum 720
Relapſus in hæreſim qui dicatur. 11
Relapſi ſine miſericordia puniendi. 18
Relapſi in hæreſim quibus pœnis afficiantur. 286
Relapſorum definitio, quibus ſtatuatur. 31
Religio ſine obedientia ſubſiſtere nequit. 409
ad Religionis primarium votum non redeuntes quibus ſpolientur. 401
Religionem interdum diſſimulare an deceat. 484
Religioſi vagantes ad ſacramentorum ordinem non recipiantur. 377
Religioſos errones odit Pontifex. 377
Religioſi non poſſunt ſine licentia terras infidelium peragrare. 52
Religioſi mendicantes ad alium ordinē tranſire non poſſunt. 89
Religioſorum cauſarum extra clauſtra degentium auditores. 857
Religioſorum tranſlatio. 881
Religioſorum extra clauſtra vagantium pœnæ. 375
Religioſorum priuilegia Pontifices obſeruare ſolent. 566
Religioſorum literæ exponendæ. 878
Rei qui delectabantur internecione. 57
Res duæ quæ nunquam ſatis ornantur. 421
Rerum vſus variæ differentiæ. 7
Reſcripta in Galliæ fauorem qui dederint. 14
Reſeruatio generalis duobus modis conſideratur. 426
Reſeruationis ſpecialis conſideratio. 426

Reſeruationum in gratiam Germanorum concordata. 720
Reſeruationes generales & ſpeciales. 870
Reſeruationes quæ fiunt tempore Pontificis an eius morte extinguantur. 427
Reſeruationes vnde auſpicia habuere. 426
Reſeruationes Pontificis quæ generales dicantur 160 & quæ ſpeciales. ibid.
Reſeruationum genera duplicia. 426
Reſidentia Eccleſiaſticis quantum neceſſaria. 581
Reſidentia in parochialibus ac canonicatibus Eccleſiis iniungitur. 581
Reſidentia omnium curam animarum habentium quam neceſſaria. 486
in Reſignationes beneficiorū quæ forma obſeruanda ſit. 660
Reſignationes omnes quomodo fieri debeant. 765
Reſignationes fraudulentæ in quibus concipiantur. 147
Reſignationes publicandi forma & modus. 765
Reſignationes quo pacto fieri debeant. 148
Reſignationum beneficiorum publicationes. 405
Reſpublica Typographiæ inuentione ſummoperè aucta. 183
Reſpublica Chriſtiana quantis diſſidiis agitata. 273
Rempublicam tribus præcipuè membris ſtabilitam dicebant Philoſophi. 540
Reſurrectionis fidiſſima teſtimonia, ex Nicena Synodo. 177
Reſurrectionem mortuorum qui negarunt. 175
Reuocatio facultatum percipiendi pretiū officiorum. 881
Reuocatio facultatum quibuſuis conceſſarum. 862
Rex quibus incumbere præcipuè teneatur. 53
Reges Chriſtiani à S.A. eximiis titulis donati. 228
Reges & Principes ſedi Apoſt. obedire debent. 89
Reges ac Principes in quibus debent aſſiſtere prelatis. 348
Regum gubernacula inter omnes nationes. 117
Rhea Syluia Veſtalis. 421
Rhodus inſula quando diruta. 245
Rigor examinis maior titulus Doctoris. 190
Robertus Caperi filius vocem de cœlo audiuit de blaſphemorum extinctione 353
Romanorum imperium quando fuit admirabilius. 117
Romani quàm prompti in vlciſcendis iniuriis legatis illatis. 494
Romanæ vrbis cladis licentia collationes beneficiorum merè vſurpatæ. 278
Romanæ Academiæ priuilegia Collegio Anglicano elargita. 779
Romanæ Eccleſiæ laus. 843
in Romanam ſedem qui inſurrexerint. 14
Romanorum luxus quantus. 421
Romanorum Conſulum erectio eiectis Regibus. 117
Romanorum doctorum priuilegia. 41
Romanis mulieribus profuſio veſtium licita. 421
Roſarium integrum qualibet hebdomada deuotè recitandum. 612
Roſarij feſti inſtitutio ex hiſtoria victoriæ habitæ cōtra Turcas. 697.698. 699.700. item poëma hiſpanicum, in eius laudem. 701
Roſarij B. Virginis Mariæ Indulgentiæ. 611
Roſarij encomium. 613
Roſarij feſti inſtitutio. 696. quo tempore
Roſarij confratres poſſunt recipere legata. 612
Roſarij B. Virginis Indulgentiæ. 141
Roſarij inſtitutor quis. 611
in Roſario quæ coniungantur. 611
in Roſario tria myſteria contemplantur. 613
de Roſarij inſtitutione hiſtoria. 613
Rotæ Iudices quales eſſe debeant. 442
Rotæ Palatij Apoſtolici reformatio. 442
Ruſticitas olim ſancta dicebatur. 541

S.

Sacerdotis officium quale ſit. 647
Sacerdotis alimonium. 547
Sacerdotes an quæſtum ex officio percipere poſſint. 547
ad Sacerdotum quibus titulis promoueri debeant Clerici. 594
Sacramentum Euchariſtiæ ieiunè ſumendum. 509
Sacramentum corporis Chriſti per vias publicas inferri. 56
Sacramentorum

Sacramentorum ſeptem laus. 485
de ſeptem Sacramentis liber Henrici VIII. 228
Sacrilegi qui definiantur ex decretis Patrum. 139
Sacrilegium quando maius eſſe cenſeatur. 617
Sacrilegorum pœna quæ ſit. 139
Saducæorum hæreſis dicentium nullam vitam à morte ſupereſſe. 175
Sagitta vulnerans opem ferens. 112
Salomon medicos honorandos eſſe præcipit. 506
Samſon ſeipſum occidens an peccauerit. 854
Samoſetanorum perfidiſſima hæreſis. 373
Sancti ſtatim poſt obitum Deum intuentur. 56
Sancti glorificari à mundo ipſi debent. 48
Sanctorum & Martyrum indulgentiæ. 439
Sanctorum preces quantum proſint. 123
Sanguinis pœna quibus imponi poſſit. 171
Sanguinem humanum qui ſitiant. 122
Sapiens quid ſit. 112
Sapientem virum nunquam errare poſſe. ibid.
Sarracenis opem ferentes quibus pœnis digni. 107
Saxorum obedientia, pro confuſione hominis. 121
Scandala inter beneficia Eccleſiaſtica. 646
Scatinia lex Romanorum in Sodomitas. 588
Schiſmatis authores hiatu terræ abſorptos. 294
Scholaſtici falſi qui ſint. 68
Scholaſticorū priuilegia diuerſa. 68.480
Scholaſticis collegij Germanici indulgentiæ conceſſæ. 712
Scientia iuris & facti duplex. 755
Scribendi celeriter modus. 184
Scribendi vſus antiquorum. 183
Scriptum irreuocabile. 113
Scylurus Scytharum rex ſuperſtites. 80. filios reliquit. 333
Sede vacante nihil innouari debet. 157
Sepultura qui careant. 159
Sepulturas qui ſpolient. 24
Sepulturæ Chriſtianæ officium qui negarint. 99
Sepultura vendi non debet. 22
Sepulturæ nundinatio quibus prohibeatur. 57
Sequeſtratio duplex. 574
Sequeſtratio quot caſibus fieri permittatur. 574
Sequeſtratio poſſeſſionum quibus in caſibus prohibita. 574
Sequeſtratio neceſſaria non priuat quem poſſeſſione ſua. 574
Serueti ſchiſmata. 373. eius ſupplicium. 374
Serui & captiui poſt baptiſmum libertatem conſequuntur. 536
Sicarij cur ſic appellati. 249
Siculus veſper pro cede ſubita & fatali, Prouerb. 30
Sicilianæ veſperæ. 1. octo millium Chriſtianorum cædes. 30
Signatura *fiat* præfertur alteri per *conceſſum*. 876
Signatura in ſupplicationibus. 353
Simonia vnde appelletur. 863
Simoniæ crimen exoſum legi. 863
Simonia quibus contineatur. 67. & qui eam incurrant. ibid.
Simonia ſuſpicione nihil exigi debet. 22
Simoniæ execrandæ labes. 155
Simoniaca Pontificis electio quibus ſubiiciatur pœnis. ibid.
Simoniaci fauores vſitatiſſimi in confidentiis beneficiorum. 620
Simoniacè adeptę expeditiones annullantur. 708
Simoniacæ electioni nō conſentientes ius eligendi non amittunt. 156
Simoniacorum pœnæ. 509
Simoniacorum bona fiſco traduntur. 156
Sixti IIII. tempore quot prodigia euenere. 141. eius mors. ibidem
Sixtus IIII. vrbis nouus conditor. 138
Sixti V. Pontificatus diſtichon Chronicū 848. eius præclari facta. 847. & ſeq.
Societatis Ieſu encomium. 786
Societatis Ieſu inſtitutionis, gratiarum & Priuilegiorum confirmatio. 785.786
Societatis Ieſu collegium Romæ. 712
Societatis Ieſu prima auſpicia. 305
Societatis Ieſu Religioſorum munus. 785 787.788.789.
Societas nominis Ieſu vtiliſſima orbi
Sodomiæ crimen quàm graue ſit pluribus authoritatibus. 589
Sodomia quondam inter Græcos & Romanos reperta. 587
Sodomia maximum inter peccata quæ ad Deum clamant. 587
Chriſtiano. 785

Chriſtiano. 785
Sodomia quàm horrendum ſcelus. 587
Sodomitæ atroci ignis ſupplicio afficiuntur. 588
Sodomiæ crimine vlciſcendo videtur Deus præueniſſe diem Iudicij. 587
Sodomorum vitia. 587
Sodomita homicida vocatur à Rabbinis. 589
Sodomita quantæ ſit infamiæ. 589
Sodomitæ quot pœnis puniantur. 589. 590. 591.
Sodomitæ quibus in locis ſeipſos interficere coguntur. 589
Sodomitæ non poſſunt facere teſtamenta. 589
Sodomitæ pœnæ. 109
Solis curſus Deo obediens. 121
Sortilegium eſt dæmones conſulere. 148
Sortilegorum diuerſa opera. 144
in Sortilegos, vt in hæreticos procedi ſolet. 226
Spartatum Mulieres viris imperant. 336
Spectacula quatuor Græciæ. 562
Spectaculorum diuerſæ conſiderationes. 56
Spes noſtra in quibus ſita. 112
Studendi commoditas quanta ſit hoc tẽpore. 183
Spirituum beatorum exultatio de ſanctis. 46
Spirituum innumerabiles Chori. 117
Spirituum aſſertionem qui prædicãt examini ſubiiciuntur. 187
Spiritualia venundari minime licitum. 22
Spiritualibus rebus ſecurior pars eligitur. 270
Spolia clericorum. 554
Spolia perſonarum eccleſiaſticarum an Papæ debeantur. 812
Spoliorum nomine quę non comprehendantur. 556
Spolia de futuro rariſſimè fiunt. 576
Spuriorum naturalium legitimationes annullatæ. 450. 663
Studens dicitur laborare pro commodo & Eccleſiæ vtilitate. 480
Stellæ errantes non errant pro confuſione hominis. 121
Studentes abſentes excuſantur cùm non reſident. 480
Sudiorum cauſa qui abeſt, abeſſe non videtur. 480
in Studiorum fauorem priuilegia. 480
Stupra vnde orta. 122
Snffragium quid ſit. 652
Suffragia viuorum defunctis proſunt. 90
Superbia quid gignat. 122
in Superiores quæ ſubiectio eſſe debeat. 122.
Superſtitio quid ſit. 860
Suppliciorum æternorum promiſſio pro merito vitæ. 174
Suſtentatio congrua ex quibus conſideretur. 559
Sybaritarum lex de ornatu mulierum. 421.
Sydera quantam obedientiam Deo præſtent. 121
Symboli Apoſtolici quanta vis. 483
Synodi œcumenicæ authoritates aduerſus omnes hæreſes confundendas ſufficit. 464

T

Talaris toga muliebris pudicitiæ ornamentum. 420
Taurorum agitatio an careat mortali peccato. 563
Taurorum & aliarum beſtiarum agitatio prohibetur. 560
Templariorum execrabilia crimina. 50
Tauros agitari permittebat prima Regina Catholica. 563.
Teſtamenta in fauorem illegitimorum edita infirmantur. 664
Teſtes tres in hæreticorum cauſis requiruntur. 19
Teſtes falſi quibus pœnis multentur. 512
Teſtium depoſitio in cauſis fidei ſagaciſſima eſſe debet. 19
Temporalium fructuum odor ſuauis. 411
Templum in Concilio Viennenſi damnati. 49
Templariorum magiſter cum multis aliis Pariſiis exuſtus. 49
Templariorum S. Ioannis Baptiſtæ ordo. 434
Tenca Illycorum regina legatos trucidans quanti mali cauſa. 394
Terminus præfixus ad annotandum cõſenſus quando currere incipiat. 278
Terra ſemper humano generi conſulit. 121.
Terra quantum in nos irritata ſit. 410
Terræ cultura laborioſiſſima. 541
Terræ obedientia & officium in creatorem. 121
Teutonicorum ordo vnde. 435
Thalmud liber Iudæorum plenus blaſphemiis. 341. 389.
Theobadus

Theobaldus Epiſcopus Placentinus. 24
eius laudes & mors. ibid.
Theodoretus epiſcopus à Cõcilio Epheſino appellat. 121
Theologiæ & Iuris Canonici profeſſores in Collegio Germanico. 713
Thimagoras legatus capitali pœna mulctatus. 496
Thomas Aquinas Theologorum Scolaſticorum Anteſignanus. 24
Tituli Crucis Chriſti inuentio. 151
Tonſura & habitus Clericorum. 501
Tonſura Clericorum quantum veneranda. 501
Transfigurationis Chriſti feſtum inſtituit Calixtus III. 111
Tributorum impoſitio quantum noceat. 99
Tridentinę Synodi qui interfuerint. 458
Trinitatis intellectus. 96
Trinitatis ſanctiſſimæ de homine reſtaurando deliberatio. 122
Trinitatis myſterium quam incomprehenſibile. 372
in Trinitarios & diuinitatem Chriſti negantes. 370
Tumultus vnde orti Concil. Baſil. 122
Turcici belli euentus in Chriſtianos. 315
Turcæ Maltam inſulam obſidentes à Chriſtianis debellati. 503. 504
Turcæ licet Deum negent tamẽ Chriſtum Prophetam eſſe fatentur. 375
Turonenſis Eccleſia quàm miſerè ab Hæreticis vaſtata. 30
Turonenſis Eccleſiæ priuilegia. 29
Turris Babel in contumeliam Domini cœpta. 122
Typographiæ vtilitas. 182
Typographiæ inuentores diuerſi. 184
Typographiæ antiquitas à Cathaynis & Indis. 184
Typographiæ inuentum quibus debeamus. 442
Tyrij legatos inhumaniter tractantes quas pœnas tulere. 494
Tyro modum celeriter ſcribendi inuenit. 184

V

Vagantes vbi redire voluerint ad priora clauſtra recipi. 403
de Vacaturo petenti prouidere dantur literæ de vacaturo. 881
Valentinus Gentilis hæreticus. 374
Caluino diſſimilis ibid. ad pœnitentiam publicam datus ibid.
Valerius Publicola quanti paupertatem fecerit. 655
in Vendentes magiſtratus & dignitates Alexandri Seueri edictum. 862
Venditionum & alienationum cura quibus commiſſa. 258
Veneti qui ab Eccleſia Romana deficientes. 161
Venetorum ſtatutum de dote ſex millia ducatorum non excedenda. 554
Venetorum & Genuenſium furores tẽpore Alexandri. IIII. 14
Venetiæ vrbis celebritas. 73
Venetiarum Senatuſconſultum de legatis munera ambientibus. 496
Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi. 136
Veniæ facilitas audaciam peccandi cõcedit. 546
Venti cardinales qui ſint. 98
Venus maſcula vnde originẽ duxit. 588
Verbum ſemel emiſſum. 113
Veſtimentorum vanam ſolicitudinem quantopere Chriſtus diſſuaſit. 422
Veſtales virgines veneri deditas quam atrociſſimis pœnis multabãt antiqui. 517
Veſtes deferre pretioſas an ſit peccatum 422.
Veſtimentorum quanta olim modeſtia. 420.
Vicarij tenentur ad annatas ante fructuum receptionem. 558
Vicariis perpetuis ordo electionis. 559
Vicariorum parochialium portio. 558
Victualia ad vrbem deferentes non impediendi. 884
Vigiliæ & orationes orbis contemptus. 124.
Vigilantia quanta Ethnicis exemplis comprobatur. 882
Vigilantibus iura ſubueniunt. 541
Violatio interdicti quomodo remitti poſſit. 136
Virgines ſeducentes quibus pœnis mulctentur. 392
Virginum inſtitutio vnde orta ſit. 517
Virgineæ laureæ quantus decor. 517
Virginitatis votum. 124
Virginitatem quantum deiecit Lutherus. 238
Virtus inter duo extrema poſita 860
Virtutis primos inſtitutores quanti faciat Deus. 272
††††† Virtutum

Virtutum omnes ſpecies vno Iuſtitiæ nomine contineri. 862
Vindictæ ius lege coercetur 248
Viſitationis B. Mariæ feſti vigilia à quibus inſtituitur. 71. eiuſdem officium ibid,
Viſitationis B. Virginis Mariæ feſti inſtitutio. 70
Vitiorum enarratio quibus Chriſtianũ nomen vituperatur. 122
Vitæ propriæ defenſio an licita ſit. 754
Vitæ noſtræ exemplaria quæ ſint. 46
Vitam quam ob cauſam homines faſtidiant. 271
ex Vita hac diſcedendum tanquam ex hoſpitio. 271
à Vita diſſolui quam ſummum bonum. 272.
S. Vincentius ordinis Prædicatorum. 111.
Vinum olim vix puerperis concedebatur. 565
Vini vſum fœminis Romanis olim ignotum 421. 821
Vltionis impetus qua conſtitutione compeſcatur. 248
Vltiones vbi locum habeant. 248
Vnguibus & dentibus qui certabant. 442.
Vnio quid ſit. 872
Vnionum reuocatio. 871
Vniuerſitatum quæ ſint priuilegia. 193
Voluptatum ſerui quibus incumbant. 122.
Votum in quibus mutari poſſit. 89
Vrbanus II. belli ſacri author. 17
Vrbanus IIII. inſtitutor feſti corporis Chriſti. 17. quo tẽpore mortuus. 21
Vrbanus V. qualis 63. 64. quanta bona opera præſtitit. ibid. vbi mortuus. 65
Vrbanus VI. 68. qualis eius mors. 69
Vſura quantum odio habeatur. 657
Vſura quæ ſine peccato eſſe non poteſt. 659.
Vſura qua ratione Iudæis in alienigenas permiſſa. 658
Vſura diuino iure prohibita. 658. item naturali. ibid.
Vſuræ natura quæ ſit. 658
Vſuræ in contractibus quid reperiatur. 658.
Vſuræ etymologia. 657
Vſuræ tria ſigna certiſſima. 658
Vſurarij pecunia ſimilis morſui aſpidis. 657
Vſurariorum pœnæ. 656.
Vſurariis domos non locari, nec ſepulturam dari quis docuit. 24
Vviclef. hæreſiarchæ errores. 79. 80. 81 82
Vxoris male tractationis olim dabatur actio contra virum. 336
Vxores virili poteſtati ſubiectæ. 336
Vxores duas habere non licet. 195
Vxores tredecim ſimul quis duxit. 220
Vxorum varietatem qui hæretici permiſerint. 220
Vxorium ius œcumenicum. 336

Z

ZEnonis philoſophi naufragium facientis elegans dictum. 308
Zodiaci meta ſoli præſcripta. 121

FINIS.

APPROBATIO THEOLOGORVM PARISIENSIVM.

NOs Sacræ Theologiæ in alma Pariſienſi Academia Doctores, ordinis Prædicatorum, hanc Summam Conſtitutionum Summorum Pontificum, accuratè concinnatam & illuſtratam opera Petri Matthæi I.V.D. propter multiplicem & locupletiſſimam in ea doctrinam reconditam Catholicæ fidei per omnia conſentientem, tutò, & Summa Piorum omnium cum vtilitate typis cudi & legi poſſe fatemur. Dat. Lug. In in ipſis Natalis Chriſti feriis.

F. Jacobus Bergeon.
F. Petrus de Bollo.
F. Simon Croiſſant.

SVMMA PRIVILEGII

Chriſtianiſſimi Galliarum & Poloniæ regis edicto cautum eſt ne quis Summam Conſtitutionum Summorum Pontificum & rerum in Eccleſia Romana geſtarum à Gregorio nono vſque ad Sixtum V. ſtudio maximo Petri Matthæi I.C. concinnatam ante decennium in ditionibus regiæ Maieſtatis imprimat aut impreſſam diuendat niſi à Petro Landry Bibliopola Lugdunenſi ei facta fuerit poteſtas, huius priuilegij iure. Qui ſecus faxit pœnas incurret ampliſſimè in regiis literis conceſſis Pariſiis 26. Nouemb. 1587.

SIGNAT.

DESBALDIT.

BIBLIOPOLA LECTORI CANDIDO

Operoſum nimis eſſet menda ſingula quæ in hoc opere aut ipſius authographi variis amanuenſium notis iiſque obſcurioribus conſarcinato, aut incuria Typographorũ cũ graui noſtro dolore irrepſerunt enumerare. Author vbi duo præla feruebant in editione ſuarũ lucubrationum, accuratiùs corrigendis tantis vitiis Chironiam manum adhibere non potuit, coactus totos dies in congerendis, diſtinguendis, examinandis & illuſtrandis conſtitutionibus inſumere, multiplicique ſtudiorum anfractu irretitus oportuit illum multa & bene & cito exequi, ſed pro tempore quod potuit præſtitit, elimatiora prope diem daturus. Sorbere flaréque (inquit Comicus) haud factu facile eſt. Itaque (lector candide) vbi & vocibus parum latinis, & ſolœcis nonnullis opus obſitum comperies, id in operariorum caput recudito. Integra ſiquidem ſcholia in quibuſdam exemplaribus extant quæ nullomodo à ſolitis negligentia mendis vindicata fuerunt, teque fortaſſis in fuſiores cachinnos prouocabunt niſi candidus humanorum lapſuum interpres illos cohibeas.

Errata inſigniora

1. p. *ver. tempus. collexit. lege. collegit.*
2. *verſ. mittunt. lib.* 7. Decret. *leg. lib.* 6. Decre.
27. *verſ. nenſe. in quo arat. leg. inchoarat.*
54. *verſ. dauit.* Benedictorum. *leg.* Benedictinorum.
65. *verſ.* Eccleſia. *eccleſias. leg.* Eccleſiis.
74. *verſ. bis. innocentium. leg. incentiuum.*
87. *verſ. victum. prophetos. leg.* Prophetas.
92. *verſ. re non. in priora. leg. in prora & verum. leg. rerum.*
96. *verſ. vertere. priuatum. leg. primatum.*
121. *verſ. lio. ſuos ſedes. leg. ſuas ſedes.*
128. *verſ. tur.* Iam. collexerat. *leg.* collegerat.
131. *in ad. leg. conſtitutionis vinculis.*
139. *rum form. vapulaberis. leg. vapulabis.*
184. *verſ. liceat.* Germania. *leg.* Germaniæ
262. *verſ. ques prolutus. leg. prouolutus.*
276. *verſ.* Bolena. *bellipnam. leg. belluinum*
308. *verſ. tur. luth. vocis. leg. voces*
323. *verſ. theri. cogeretur leg. cogeret*
341. *verſ.* Ioan. de Moneta *leg.* de Monte à
372. *verſ. ſi quis auet. profunda. l. profundo.*
410. *v. tibus. reſipiſcuerimus. leg. reſipuerimus. & verſ. expectauit. thuribus leg. thure* Sabæo *adolet.*
420. *verſ. cui flagam. leg. flauam.*
480. *verſ. beneficium. leg. curis irretitos.*

Præpoſterus duarum ſequentium conſtitutionum eſt ordo, falſis inſcriptionibus, IIII. Bul. titulus eſt De *clauſura monialium* V. De *pœnis naufragantium bona occupantium.*

545. *v. homicidam. minuebitur. l. minuetur.*
545. *verſ. ratio & ſuſceptor ſint patres ſpirituales.*
617. *totum ſcholium mendis ſcatet. verſ. tudine.* Ethruriæ *exornare. verſ.* Regulorum. *leg. ſolenni apparatu. verſ. puratis. leg. ſolent ſummi. verſ. hocquantulum. leg.* Italicis *decerptum boni.*
647. *Verſ. plebis.* Sacerdotis. *leg. ſacerdotum. leg.*
654. *Verſ. quæ ardor. minimorum. leg. nummorum.*
655. *mitti. maleuexantur. leg. male vtãtur. vt*
684. *decentur. vſum ſum. leg. vſus ſum.*
705. *Verſ.* Iubilæi *præſtantia antiquiſſimi. Verſ. Veram. pauciſſimis. Verſ.* Iam *non admiratur. leg. admirabor.*
807. Archigymnaſio. *tradita ſunt. & verſ. exiit. detrudendæ. leg. detrudendi & verſ. multos. præcipuus. l. præcipites.*
809. *fortitudinis.* Et *nobiliſſimus. ibid. verſ. animus ſic ad beatitudinis.*
847. *verſ.* Comitiis. Gregorij XIII.
857. *verſ. hocedicto. hic. leg. hoc.*
901. *verſ. iure.* Curiæ *plures.*

817.*verſ.bus. ſi. talis floſculis. leg. talibus floſculis.*

818.*verſ.Mandre Abbati.leg.Abbate.*

910.*verſ.concurſus.liberti.l.liberati.*

911.*verſ. hoc tempore.Maria Suarda Scotiæ ab areginaxio.leg. Maria Stuarda Scotiæ regina ab anxio:*

912.*verſ.proſequutus dele propitium vel lege propitius.*

914.*ver.hoc tempore Saxones & Pomeranos aliquot leg.Pomerani.*

Cætera Iudicio candido legentium relinquuntur.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA